

WIMBP
Opole

248 st

Scenario
Dictata

WBP

G 245

HOROLOGIVM PRINCIPVM,

Seu de vita

M. AVRELII IMP.

LIBRI III.

ab illustri viro

DN. ANTONIO DE GVEVARA, EPISCOPO Accitano, D. CAROLI V. IMP. Consiliario & Historico compositi,

ET

Myriade, cui nunc CHILIADES aliquot accesserunt, lectissimarum sententiarum exornati atque illustrati, additis Indicibus necessarijs, & NOTATIONE locorum, ex quibus marginum illustramenta, quæ pro NOTIS esse queunt, deprompta sunt.

Editio nouissima aucta & correcta

Cum Gratia & Priuilegio S.R.M

CRACOVIÆ,

Væneunt apud BVRCHARDVM KVIKIVM,

Anno M.DC.XV.



Salm
G 5109

Illmo Principi ac Domino,

D. GEORGIO DVCI INZBARAZ,

Supremo Regni Poloniæ INCISORI.

PINSCENSI, SOCALIENSI, &c. &c,

Capitaneo,

Domino suo Clementissimo,

ANNI sunt aliquot, ILLVSTRISS: PRINCEPS, vt Hispanico idiomate editũ est HOROLOGIVM PRINCIPVM: cuius & primus aspectus plausum tum apud eruditos, tum apud genere claros meruit, & familiarior legendi consuetudo in hominibus ciuilioribus maius in dies studium excitauit. Itaq; dũ inde præstantior quisq; patriæ ornamentum, sibi gloriã quærit, in alias quoq; linguas, doctissimorũ virorum opera traducitur, iterũ atq; iterũ per diuersa loca recuditur. Inquam cogitationẽ ego quoq; cum incidere, in pluriũ vtilitatem hoc opus commodiori forma edendũ curaui. Prodit ergo in hisce Septentrionis regionib. in lucẽ, sub luce Illustrissimi nominis tui, HOROLOGIVM PRINCIPVM, quod vti ab omnibus politioris doctrinæ studiosis, ac veræ nobilitatis viris sumopere desiderari hactenus animaduerti, ita quoque non dubito, quin Illustriss. C. T. longe sit futurum gratissimum. Nec verò est quod quisquam miretur, quòd hic meus labor

Illustriss. C. T. patrocinium expetat. Ipse operis titulus talem voluit Patronum, nec ego alium quærere debui. Amplissimus namq; generis splendor, quem ab antiquissimis ac potentissimis Russiæ Ducibus Illustriss. C. T. ducit, & illa boni Principis imago à Diuis Progenitoribus, belli ac pacis artibus clarissimis, expressa, quam Illustriss. C. T. feliciter imitatur, splendidissimum erit meæ obscuritati in regione peregrina lumen, & firmum in quo suis meorum conatuum impetus præsidium. In oculis namq; est omnium, quàm Illustriss. C. T. de Patriæ commodis prudenter cogitet, omnes opes, doctrinam, rerum plurimarum vsum, amicitias, horum omnium copiam, splendorem, amplitudinem, Illustriss. C. T. in tranquillitatem & tutelam publicæ salutis & dignitatis libentissimè effundit: omnes præclaras & Heroicas actiones ad communis boni mensuram, tanquam ad horologium dirigit. Celsitudinem itaq; T. Illustriss. Princeps, HOROLOGIO PRINCIPVM tutelare numẽ appello, illudq; C. T. perenniter cõsecro, cum omni submissione offero. Illud serenissimo humanitatis suæ vultu, illo inquam, quo cõsueuit bonas litteras aspicere, auctoritate tueri, meq; in clientũ suorum numero receptum, sub alis beneuolentiæ fouere dignetur. Deum Opt. Max. precor, vt Illustriss. C. T. ad inclyti huius Regni decus, & splendidissimæ gentis suæ ornamentum, quàm diutissime viuere ac florere faciat. Cracouiæ ex Bibliopolio nostro 15. Maij. Anno Christi, 1615.

Illustriss. C. T.

Obsequentiss: Cliens

Burchardus Kuik Bibliopola Crac.

HABES, BENEVOLE LECTOR, HOROlogium Principum commodiori forma editum: de cuius quidem libri Authore ANTONIO de GVEVARA, vt multa commemorentur, superuacaneum puto, cùm eius scripta in medio sint, quæ luculentè, quo loco & tempore vixerit, ostendunt. Illud tamen silentio præterire nequeo, quòd gente fuit nobilissima & antiquissima ortus, quod ipse tomo priore epistolarum satis declarat. Et inter maiores eius Inicus Gueuara, á Barthol: Facio tum alibi, tum lib: 7. celebratur, quòd circa Annum Christi M. CCCC. XL. Alphonso Regi inter purpuratos carus fuerit, & in pugna illa nobili, quâ Antonius Caudola captus est, tum commilitones animando, tum manu cum hostibus fortiter rem gerendo, egregiam viri fortis, & virtutis eximiæ laudem reportârit. Ioannes item Iouianus Pontanus de rebus cœlestibus librum XIII. Antonio Gueuaræ Comiti Potentino, non tam ob familiæ splendorem, quàm eruditæ doctrinæ copiam iam senex dedicauit; qui nũ idem, an diuersus à nostro sit, alijs excutiendum relinquo.

Hic verò in exemplari Castellano Episcopus de Guadix, italico di Mondogneto, Gallico vno de Guadix, altero de Mondognetto, tertio de Guadix & Mondouedo appellatur. Sed cùm Acci Ptolomæo Hispaniæ Tarraconensis oppidum, Guadix appellari adfirmet Ortelius; huius authoritatem sequi, & Episcopum Accitanum appellare placuit. idem Mondannedo, velut alibi scribit, Mnodonnedo Grandomerum Ptolomæi esse vult, Hispaniæ Tarraconensis vrbem, cui vicina Britinic vel Britonium vrbs Hisaniæ episcopalis.

In primis verò seditionibus illis, quæ D. Carolo V. Cæsare in Germania Belgioque morante, anno M. D. XXI. per

Hiſpaniam ortæ fuerant grauiſsimæ, quarum Guicciardinus lib. XIII. & cum plurimi Hiſtorici meminerunt, operam Gueuara noſter Regi ſuo vel cum periculo præſentiſsimo nauauit laudabilem, quod videre eſt in epiſt. ipſius Autoris. Neque illud tacuerim, quòd familiæ ſplendore, & dignitatis in aula regia amplitudine non obſtante, vitæ genus, vt dicebam, Eccleſiaſticum amplexus, docendo, diſputando, baptizando, imò etiam iniurias tolerando, Apoſtolus ſi non merito, vt ipſe loquitur in epiſt: ſuis, ſaltem officio dici meruerit.

Quæ quidem res in cauſa videtur fuiſſe, vt ſtylum ad vitæ genus accommodans, vocabulis ſubinde & phraſibus vteretur Theologicis: in quibus vertendis, vt & in pleriſq; linguæ Caſtellanæ argutijs, ſiue elegantijs, & idiotiſmis, cùm mihi neceſsitatem impoſuerit, niſi ineptus & obſcurus vellem fieri, preſsiùs nonnulla & aſtrictiùs vertendi; Veniam mihi dabis, quòd fidelitatis maiorem habui quám elegantiæ rationem; neque inſcitiæ aut negligentiæ, quod iudicio factum eſt, aſsignabis, præſertim cùm Caſsiodori illud memineris; Interdum genus eſſe peritiæ, vitare quod doctis placeat, imò ſi Ciceroni credis, quædam etiam negligentia ſit diligens. Nam de fide hiſtorica ſicubi dubitabis; ad autorem te reijcio, quem vertere, non corrigere iuſſus ſum. Alicubi tamen veritati manifeſtæ, autorum vel verbis inſertis, vel locis, vnde illa peti poſsit, annotatis, ſuppetias ire, teque inquirendi labore ſubleuare ſtudui. Aliud enim eſt, ex ſententia Sedulij, mutare compoſita, & aliud integrare. In pleriſque verò non ſum paſſus, vt crucem mihi figeret autoris licentia quædam, qua in efferendis ſuo arbitratu, vel fingendis etiam hominum locorumque nominibus, & temporibus deſignandis vtitur.

Et quo-

Et quoniam continuata orationis series fastidium tibi parere posse videbatur; Capitum, quæ secundùm exemplar Italicum ordinauimus, membra in paragraphos distinximus, eorumque summas alicubi adiecimus; nam quo minùs id vbique, quemadmodum in prima editione, fieret, chartarum angustia & sententiarum numerus obstitit. Sicubi item versiones Italicæ & Gallicæ, quas literis I. & G. notauimus, ab archetypo Hispanico discederent, vel inter se discreparent; in margine assignauimus; omissis tamen ijs, quæ vel inculcare nimis tædiosum, vel conciliare impossibile visum fuit. Vbi verò eædem versiones copiosiores archetypo sunt; signis parentheseos in ipso contextu, verba vel singula vel plura inclusimus. Rhythmos denique Gallicos, versibus, quia plus variata iuuant, expressimus.

Quando verò hoc peculiare habet autor, vt multis ijsdēque purpureis, secundùm Sidonium, locorum communium pannis, semel inchoatas materias ita decenter extendat, vt nullus ferè ab eo locus sine quadam sententiæ, vt Cicero loquitur, conformatione edicatur: Eas ipsas sententias non solùm vna aut altera dictione quadratis elementis expressa cōspicuas reddere: verùm etiam similibus optimorum autorum sententijs, quæ commentarij aut notarum vicem obtinerent, vel confirmare vel illustrare placuit. Quod cùm in prima editione parciùs factum apud amicos excusarem; illis hortantibus, vt idem in toto libro præstarem, haud inuitus annui. Videbatur enim laboris non adeò magni opus futurum. Ac sanè circa initia sine difficultate insigni res procedebat, cùm & sententiarum copia luculenta suppeteret, & hoc solùm requireretur, vt suis illæ locis aptarentur.

Verùm cùm autor tot penè sententias acutas & graues, & nescio vnde ex abdito erutas habeat, quot clausulas: quo

pluribus

pluribus locis lucem attulisse; hoc magis supellectile, vt ita dicam, gnomologica destitui mihi videbar. Non rarò etiam Macrobij illud occurrebat: superfluum inter scientes nota proferre, & quod ille ait, τῷ μελιτ@ τὸ πλέον ἐστὶ χολή. Sed his opponebam Ciceronis illud: *Difficile esse, quod cum spe magna sis ingressus, id non exequi vsque ad extremum;* & hoc Sedulij, *Inuidiæ maculam de se non abluere, qui alteri conferre denegat, quod cùm dederit, non amittit.* Denique illud Augustini, *Propter alios non putandum superfluum, quod iam quis sibi sentit non esse necessarium.*

Itaque omnes vndique sententiarum flosculos carpere & delibare, vti cœperam, non antè desij, quàm màrgines ita vndiq; oppleui, vt propè verear, ne plures sint futuri, sicut Iosephus ait, *qui quod nimium multa scripserim reprehendant, quam quod reliquerim quædam, accusent.* Interim tamen posse confidere videor, vt vniuersitatem (vtor verbis Plinij) omnibus varietas ipsa commendet. Nec vero negauerim, esse sententias nonnullas insertas, quæ confirmando aut illustrando autoris sensui parum seruiant: quod ibi fermè factum Lector animaduertes, vbi diuersorum potiùs opiniones referendo, quàm asserendo quicquam, liberam tibi relinquo iudicandi potestatem, aut vbi materia ipsa rariores autori sententiarum flosculos subministrauit: in quibus ipsis ita mihi temperaui, ne quid temerè ponerem à re proposita prorsus alienum. Omnino bonum argumentum bene tractare, quamuis prolixè id fiat, gloriam parere, nec laude sua carere: At in nugis & rebus absurdis idem facere, nec laudis quicquam habere, haud iniuria derideri, cum Nicephoro Gregora omnes, opinor, statuunt.

Iam verò ad varietatem quod attinet authorum, vt Latinis in opere Latino primas; ita secundas partes Græcis dandas pu-

das putaui, qui omnis humanioris doctrinæ principatum tenent: horumque sententiis referendis vel autorum vel interpretum verba, prout visum fuit aptissimum, expressi. Reliquarum verò linguarum sententias ideò visum est aspergere, vt cùm in Italorum, Gallorum, Hispanorum, Germanorum manibus liber iste versetur; suæ populi singuli linguæ sententiis exornatum illum accipiãt, de quibus plerisque rectè vsurpari illud Fabii possis: Nunquam hæc durassent in æternum, nisi vera omnibus viderentur. Atque autorum quidem nomina, quorum hortulos deflorauimus, subiecimus: Eorum tamen in numero si nonnulli præteriti, quos passim allegatos vides: incollectaneis Stobæi, Antologiâ Henrici Stephani, & Gnomologicis Neandri reperies.

De epistolis autem, quas libro tertio Càstellanum exemplar annectit, amatoriis, sententiam meam, vel potiùs autoris, editione prima explicaui: quòd nimirum cùm is vanitates ac leuitates illas genere, professione, ordine, loco suo indignas, à se fuisse publicatas doleat, eiusque culpæ, quæ & Deum offenderit, & exemplo multis nocuerit, veniam supplex à Deo petat; religio mihi fuerit manes illius pios, in lucẽ reuocando, quæ ipse obliuione sepulta voluisset onerare.

Librum denique quartum, quem Italicæ tantùm editiones habent, ideò omisimus, quòd filum orationis in plerisque à Gueuaræ stilo diuersum nemo non agnoscit, qui sit paullulum in illius lectione versatus. Deinde quoniam pleraque illius capita ex aliis autoribus, nescio cuius ausu, huc translata sunt. Caput enim VI. VII. IIX. XXIII. Dionis Cassii est. Nonum in epistolarum Gueuaræ tomo priore, reperitur. Duodecimi, vt & XIII. & XIV. bona pars ex Boëthij lib. III. de consolatione descripta est. Illud verò ridiculum, quòd ex Machiauelli Principe plurima huc commigra-

runt. Nam qui caput XV. cum Machiauelli capite XVI. qui XX. & XXI cum eiusdem XIX. qui XXV. cum XXI. contulerit; verbum verbo redditum inueniet. XXXIII. denique Herodianus sibi vindicat.

Quod cùm animaduertissem, nec dubitarem, quin idem in reliquis, si tempus perdere libuisset, planum facere possem: Vertendi libri quarti labore supersedi. Altior quippe Gueuaræ spiritus, quàm vt ad ista se demitteret; ditior idem, quàm vt alienum cibum in succum & sanguinem suum verteret.

Hunc ergo laborem nostrum tum demum bene collocatum iudicabo, si non alio, quàm datur, animo Lector beneuole accipies, & Principis optimi, cuius ille auspicijs susceptus, memoriam grata semper prædicatione prosequêris.

Vale.

Index Autorum, ex quibus excerptæ sententiæ.

A.

Achillus Tatius.
Adagia variarum linguarum.
Ælianus.
Æmilius Probus.
Æneas Sylu. qui & Pius II.
Æschines.
Æschylus.
Æsopus poëta superioris seculi.
Agapetus.
Agatarchides.
Agathias.
Albertus Magnus.
Alcabitij commentator.
Alcimus poëta Christianus.
Alexander ab Alexand.
Alexander Magnus.
Alexander poëta sup. s.
Ambrosius.
Ammianus Marcellinus.
Anacreon.
Anshelmus.
Anthologion epigram: Græcorum H. (Steph.
Antigoni mirabilia.
Apollonij mirabilia.
Apollonius Rhodius. Eiusdem Scholiast.
Apollonius Tyaneus.
Appianus Alexandrin.
Apuleius.
Arbiter Petronius.
Aratus.
Araucanæ historia Hisp.
Ariostus poëta Ital.
Aristophanes.
Aristoteles.
eius commentator.
Arnobius.
Arrianus de Alexandri M. vita.
Arrianus in Epictetum.
Athanasius.
Athenæus.
Auentinus Historicus.
Augenius medicus.
Augustinus.
Auicenna.
Auienus fabul. Æsop.
Auitus poëta.
Aurelius Imp: de sua vita.
Aurelius Victor.
Ausonius.

B.

Baldus.
Barbarus Hermolaus.
Baronij Annales.
Basilius Theologus.
Basilius Imperator.
Beatus Rhenanus.
Bellaius Martinus Gallicus historicus.
Bernhardus.
Bias.
Bion.
Blondus.
Boccacius.
Bodinus.
Boëthius de consolatione.
Boiardus Ital.
Bonauentura.
Bonfinius.
Bonifacius Papa.
Boterus Ital.
Brodæus in anthолog.
Brutus.
Burgensis Paulus in Biblia.

C.

Cæcilius.
Cæsar commentar.
Callimachus.

Calphurnius poëta.
Camerarius pater.
Canoniſtæ.
Capitolinus.
Cardanus.
Caſſiodorus.
Catonis diſticha.
Cato de re ruſtica.
Catullus.
Cedrenus.
Celeſtina tragicomœd. Hiſp.
Celſus Cornelius.
Cenſorinus de die Natal.
Chalcodylas Laonicus.
Chempiſius Thomas.
Chryſologus Petrus.
Chryſoſtomus.
Cicero.
Claudianus.
Claudius Marius chorogr: Sicil.
Clemens Alexandrinus.
Cointus Smyrnæus.
Columbanus.
Columella.
Cornel: Gallus, alijs Longinus Maximianus.
Cornelius Nepos.
Crancius.
Crates.
Crinitus.
Cuſpinianus.
Cyprianus.
Cyrillus.

D.

Dares poëta ſup: ſec.
Demetrius Phalereus.
Demoſthenes.
Diſetti donneſchi Ital. di Giuſep. Paſſi.
Dio Caſſius.
Dio Chryſoſtom.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Diodorus Siculus.
Diſcorſi politichi Itali.
Ditmarus.
Domenichi, Ludouic. Ital.
Don Alonſo de Ercilla de la Auracana.
Dubrauius.

E.

Elias comment. Nazianzeni.
Emiſſenus.
Ennius.
Epicharmus.
Epictetus.
Epiphanius.
Euariſtus.
Eumenius panegyr.
Euripides.
Euſebius.
Euſtathius.
Eutropius.

F.

Fabius Quintilianus.
Fabricij Roma.
Facius Bartholomæus hiſtor.
Faſciculus temporum VVerneri Veſtphali.
Fauorinus.
Ficinus Marſilius.
Flauienſium panegyr.
Flauius Albertus Italus.
Florus.
Franciſcus Guicciardinus hiſtor.
Franciſcus Picus.
Frontinus.
Fulgentius.
Fulgoſius.

G.

Gabriel Biel.
Galenus.
Gellius.
Glabrio hiſtoricus Gallic.
Gnomæ Græcæ.
Gloria mundi Chaſſanei.
Granatenſis.
Gratarolus.
Grauenbergius German.
Gregorius Magnus.

Grego-

Gregorius Nyssenus.
Guazzus Itali.
Gueuara Hisp.
Guicciardinus Ludou. Ital.
Guillermus Brito poëta & hist. Gallici.
Guntheri Ligurinus.

H.

Helgaldus.
Heliodorus.
Heraclides de politijs.
Hermes Trismegistus.
Herodianus.
Herodotus.
Hesiodus.
Hierocles.
Hieronymus.
Hippocrates.
Homerus.
Horatius.

I.

Iamblichus.
Ignatius.
Imperator & IC. quicquid ex iure vtroque petitum.
Iornandes.
Iosephus.
Isengrinus poëta s. s.
Isidorus.
Isocrates.
Iulianus de Cæsaribus.
Iustinianus.
Iustinus historicus.
Iustinus theologus.
Iuuenalis.

L.

Laberius.
Lactantius.
Laertius.
Lætus Pomponius.
Lampridius.
Langius Medicus.
Leo Imp.
Leo Papa.
Libanius.
Lipsius.
Liuius.
Lucanus.
Lucianus.
Lucretia Marinella.
Lucretius.
Lycurgus contra Leocratem.

M.

Macarius.
Macrobius.
Mamertinorum panegyr.
Manilius.
Mantuanus Baptista poët.
Manuel Imp.
Martialis.
Martianus Felix.
Marulus Euangelistarij autor.
Mauricius de strateg.
Maximianus poët. s. s.
Menander.
Metamorf. del virtuoso di Lorenzo Selua.
Mimi Publiani.
Minutius.
Modestinus IC.
Morus Thomas.
Moschio.
Musæus.
Musonius.

N.

Nazarius panegyr.
Nazianzenus Leonclauij.
Nemesianus.
Nicephorus Calistus.
Nicephorus Gregoras.
Nicetas Choniates.
Nicetas commentator Nazianzeni.

O.

Olaus Magnus.
Onosander.
Oppianus.
Optatus Mileuitanus.

Orationi scritte da molti huomini illustri.
Orosius.
Ortelius.
Ouidius.

P.

Pacatus panegyr.
Pachymerius.
Palladius.
Pamphilus poët. s. s.
Panegyrici.
Panormitanus.
Paræus anatomicus.
Paruta.
Paulinus.
Paulus Diaconus.
Pauper Henricus poët. s. s.
Pausanias.
Persius.
Petrus Chrysologus.
Petrus Lombardus.
Petrarcha.
Phalaridis Epistolæ.
Phile.
Philelphus.
Philippus Macedo.
Philo.
Philostratus.
Phocylides.
Pindarus.
Piso.
Planudes.
Plato.
Plautus.
Plinius vterque.
Plotinus.
Plutarchus.
Politianus.
Polyænus.
Polybius.
Polydorus Virgilius.
Pontanus Iouianus.
Procopius.
Propertius.
Prosper.
Prouerbia variorum autorum & populorum.
Prouerbiales senarij.
Pythagoras.

R.

Rodiginus.
Rigordus histor. Gallic.
Rittershusius.
Rodericus histor. Hispan.
Rufinus.

S.

Sabellicus.
Sallustius.
Salomon Rex.
Saluianus Massilienſis.
Sappho.
Saresberienſis policraticus.
Saxo Grammaticus de historia Danica.
Scaliger vterque.
Secundus philosophus.
Sedulius.
Seminarium Plat. & Aristot.
Seneca vterque.
Seruius.
Sidonius Apollinaris.
Silius Italicus.
Simplicius in Epictetum.
Socrates histor. Eccles.
Sophocles.
Sozomenus.
Spartianus.
Statius.
Stobæus editus annno 1581.
Strabo.
Suetonius.
Sugerius histor: Gallic.
Suidas.
Sulpicius Seuerus.
Summa angelica.
Symmachus.
Synesius.

T.

Tacitus.

Teatro morale di Cherub. Giarard.
Terentius,
Teſoro politico Ital.
Tertullianus.
Themiſtius.
Theodoretus hiſtor. Eccleſ.
Theocritus.
Theognis.
Theophraſtus.
Theophylactus.
Tholozanus de rep.
Thomas Aquinas.
Thom: Garzoni piazza vniuerſale.
Thom: de Kempis.
Thucydides & eius ſcholiaſtes.
Tibullus.
Tobias p. ſ. ſ.
Traianus.
Tyrolis Germanus.
Tzetzes.

V.

Valerius Flaccus.
Valerius Maximus.
Valla.
Varro.
Vegetius.
Velleius.
Victor Hiſtoricus.
Victorinus poëta.
Vincentius Ordin: Prædicator.
Virgilius.
Vitruuius.
Viues.
Volaterranus.
Vopiſcus.

X.

Xenophon.
Xiphilinus.

Z.

Zonaras.
Zoroaſter.
Zoſimus.

IOH: CVSPINIANVS in vita Maximiliani I. Imp.

MAXIMILIANVS I. vbi habilis per ætatem ad diſcendas literas fuit, magiſtro PETRO, *qui poſtea Nouæ ciuitatis Antiſtes erat, traditus, aliquot annis cum nobilium quorundam filiis contubernalibus Latinas didicit literas. Sed cùm eius præceptor ſolis Dialecticis argutiis doctus, ſophiſmata illi inculcare vellet, ad quæ capeſſenda aptus non erat; ſæpius atrociter verberatus ab eo, qui magis ipſe verberandus, cùm* VERBERA *ſeruos deceant, non liberos, tandem factum, vt literas Princeps magis odio haberet, quàm diligeret. Audiui ex ore D. Maximiliani hoc verbum, quòd iam Rom: Rex factus, in menſa multis aſtantibus dixit: Si hodie Præceptor meus viueret, quanquam multa Præceptoribus debeamus, efficerem, vt ſe inſtituiſſe me pæniteret. Quàm multa enim bonis Præceptoribus, qui rectè inſtituunt pueros, debemus; tam multis plagis ſunt onerandi indocti pædagogi, qui precioſiſſimum ætatis tempus perdunt, & ea docent, quæ dediſcere multo labore neceſſe eſt.*

Priui-

Priuilegium Regium.

Sacræ Regiæ Maiestatis Priuilegio speciali cautũ est, nequis proximo decennio citra voluntatem Burchardi Kunkij Ciuis & Bibliopolæ Cracouiensis, intra suæ Mai: Regnorũ ac ditionum fines, vllo modo edere, aut excudere, aut venale habere præsumat, Horologium Principum Antonij de Gueuara, sub pœna in originali lata. Datum Varsauiæ in Arce Regia, die xxix. Mensis Decembris. Anno Domini, M. DC. XIV. Regn: Poloniæ xxviij. Sueciæ vero xxj. anno.

Sigismundus.

Locus Sigilli.

Iac: Zádzik Secret: maior

Reuerendiß. & Illuſtriß. Viri,

1 DN. ANTONII GVEVARÆ,

Epiſcopi † Accitani, concionatoris, conſiliarij & * hiſtorici Cæſarei,

A D

D. CAROLVM V.

CÆSAREM AVGVSTVM

Regem Catholicum, &c.

IN VITAM MARCI AVRELII, cum Horologio Principum,

PROOEMIVM GENERALE.

POLLONIVS THYA-neus cum Iarchæ diſcipulis diſputans dixiſſe legitur, NIHIL magis ſecundum naturam eſſe, quàm vitæ conſeruandæ, quem omnes habemus, appetitum: quod ita ſe habere, etiam citra Philoſophorum maximorum † diſputationem, quotidiana planum facit experientia. Nam VITAE gratia laborant homines, volant aues, natant piſces, latibulis ſe abſcondunt beſtiæ; NVLLVM denig animal adeò rationis expers eſt, vt ei viuendi deſiderium naturale non inſit.

2 *Quòd autem multi ex Ethnicis priſcis contemſiſſe vitam, voluntariæ ſeſe morti offerentes, videntur; non vitæ illud contemtu (odioq;) fecerunt: ſed quòd crederent, ſi vitam parui penderent, fore vt magno in precio nos ipſorum famam haberemus. Animi enim excelſi longam conſequi famam, quàm vitam obtinere breuem malunt. Quàm parum ad mortem prona ſit voluntas hominum; diligentia vitæ tantùm (prorogandæ) gratia adhibita teſtatur. NATVRALE enim eſt morta-*

Ἀεχομένῳ δ' ἔργῳ πεδόσωπον χρὴ ἥβαν πλανᾶσθαι. *Pindar. Olymp. 6.*

Nemini præſumendum eſt, quòd totum, quod quærit, inuenerit, ne deſinat appropinquare, qui ceſſarit accedere. Leo. Serm. 11. de paſſione Domini.

† *Acci vulgò Guadix. Ortel.*

* *Authentici Chroniſtæ.*

Cùm priuati quidam homines mortem oppetendam cenſeant, vt poſt obitum laudentur; non decet Reges eas actiones fugere, quæ viuentibus gloriam pariant. Iſocr. ad Nicocl.

Magnorum argumentorum magna eſſe conuenit etiam proœmia.

Philo de congreſſ. quær. erud.

Hieronym. prolog. bibl. Sidon. 8. ep. 3. Vopiſc. Aurelian.

Blanda conciliatrix & quaſi ſui lena natura. Cic. natur. deor. 1.

Præcipua mortalibus vitæ cura retinendæ. Boet. 4. conſol. 4.

Δεῖ πὰ τῆς ὑποθέσεως σωεχλυὼ εἶναι ὠ δέχῃ. *Scholiaſt. Sophocl. Atac. initio.*

† *deciſionem.*

Conciliatur ſuæ ſaluti quiſque & quæ iuuant, petit, læſura formidat. Sen. epiſt. 121.

Vt ſe quiſque diligat, præcepto non eſt opus. Auguſt. 1. doctr. Chriſt. 35.

Hortatrix animoſi gloria lethi. Stat. lib. 9.

Affectat vnuſquiſque gloriam ſuam. Caſſ. 8. 19.

Trahimur omnes laudis ſtudio, & optimus quiſque maxime gloria ducitur. Cic. pro Arch.

Hoc maximum, quod pro incolumitate hominis natura commenta eſt; vt periremus inuiti. Fab. declam. 4.

Sana ratio vitam diſigere, mortem non timere præcipit. Val. Max. 9. 13.

In hoc ſeculo Chriſtianis fidelibus non vita longa prodeſt, ſed bona. Fulg. ep. 2.

Omnia quæ fiunt, noſtris commoditatibus ſtatuentes, opinionibus improbis criminamur euenta naturæ. Arnobius lib. 1.

Virtutes bonos dies viuenti faciunt, vicia malos. Hieron. Eccleſ 7.

Omnis actus in qualitate propoſiti eſt. Caſſiod. lib. 9. epiſt. 6.

Diuina iudicia meritum iuſti ex mentis habitu, nõ ex aliquo factorum exitu metiuntur. Ambroſius in Luc. proœm.

Deus principaliter ad intentionem adſpicit. Angel. in orat. num. 9.

Sortem vitæ eligendi nulli eſt, inquit Plato, Deus cauſa. Arnob. lib. 3.

Nemo natura; ſed quiſquis malus eſt, vicio malus eſt. Auguſt. 14. ciuit 6.

Nil ardet in inferno, niſi propria voluntas. Bern. Gueuar. epiſt. tom. pag. 182. & tom. 2. p. 120. & 493.

Qui nolunt conuerti ad Dominum, quàm diu poſſunt peccare; & ad confeſſionem veniunt, cum amplius non poſſunt; nõ tam facile, quod cupiunt, obtinebunt. Auguſtin. de ver. & falſ. pœnit.

Si nequitia miſeros facit; miſerior eſt diuturnior ne quam Boet. 4. conſol. 4.

Qui voluptatibus dediti, quaſi in diem viuunt, viuendi cauſas quotidie finiunt. Plin. 5. ep 5.

Vita mala immaturos ſenes demergit in tartara: bona iuuenes maturos perducit ad regnum. Fulgent. ep. 2.

Non poſſunt qui ipſi legibus tenentur, leges in iudicando religioſe defendere. Cic. Verrin. 3. extrem.

οὐχ ὑπερθ᾽ ὅτου τρόπου θεομισὴς, ὡς ὁ λοιμὸπους, ὁ ἀτρώσκων ἐξ ἀδάνας. Syneſ. epiſt. 44.

Non decet errorem eundem huic ſine fraude, illi exitio haberi. Tac. annal 6.

Kleine Diebe henget man ins Feldt / die groſſen ins Geſt. Adag.

mortalibus omnibus cum dolore vitam dimittere, & cum pauore mortem adire.

Verum enimuerò, etſi MORS corporis guſtanda eſt omnibus, & FINIS æquè probos, vt improbos manet: tamen inter horum illorumq; mortem plurimum intereſt; dum BONI ſi vitæ deſiderio tenentur; ideò fit, vt plus boni agant: MALI verò ſi vitæ amantes ſunt; non aliam ob cauſam fit, quàm vt mundo magis fruantur. Nam QVI ſunt vanitati dediti, tempus nullum bonum dicunt, niſi quo tranquille ſuauiterq; vixerunt. Quamobrem ſcire velim omnes, qui vel iam ſunt, vel poſt nos futuri ſunt; Ad viros autem virtutis amantes, non ad eos, qui præcipites in ſcelera ruunt, mea dirigitur oratio: NON reſpicere DEVM, quales ſumus; ſed quales eſſe cupimus.

Nec verò quiſquam dicat; Se quidem bonum eſſe cupere, ſed non poſſe. VT enim ad culpam committendam nobis ineſt audacia; ſic facultas quoque, ſi modò vellemus, inſtituendæ emendationis inerat. Vnica INTERITVS noſtri cauſa in eo poſita eſt, quòd cùm omnes virtute præſtare cupiamus; tamen omnes in vicia vires effundimus. Atq; hæc fraus illa eſt, qua mundus irretitur vniuerſus. Nam BONIS operibus cœli, bonis deſideriis inferi pleni ſunt.

Cùm autem nullum ex vniuerſis hominibus animalibusq; mortis cupidum eſſe; ſed omnibus vitæ ſtudium ac deſiderium ineſſe conſtet: quæro iam, quorſum illud prolongandæ vitæ deſiderium ſtudiumq; pertineat, ſi vita ipſa infamis & inhoneſta ſit? & cur hominem turbulentum, ſuperbum, liuidum, otioſum, aleatorem, blaſphemum, mendacem, helluonem & contumacem diu ſuperſtitem eſſe optemus? Nam ſi furunculum, quod palliolum vnicum ſurripuit, è medio tollimus; non video, cur reipublicæ euerſor viuere debeat. Vtinam non eſſent in ciuitate fures alij, quàm qui diuitum fortunas raptum eunt; neque paſſim occurrerent nobis, qui diuites æquè ac pauperes fama ſpoliare ſatagunt! Sed proh dolor! illi quidem puniuntur; hi verò impunè ferunt: Quod inde manifeſtum, quòd qui tunicam vicino meo furatus eſt, in crucem agitur: at qui famam mihi eripuit, fores quotidie meas præterit.

Platonis diuini lib. 1. lex eſt: QVICVNQVE nec vitam ſuam rectè moderatur, nec domum habet benè moratam,

nec

4 *nec rem familiarem iustè administrat, nec familiam coërcet, nec pacem cum vicinis colit: curatores, à quibus vt fatuus regatur, accipito, vel ex populo tanquam erro exterminator. NVLLI enim magis rempublicam turbant, quàm qui vitam agunt incompositam. Huius sententiæ Plato rationem profectò habuit grauissimam. Nam QVI & ipse per se profligatus ac perditus, & rei domesticæ incuriosus est; qui familiam malè moratam habet, & pacem in ciuitate haud quaquam colit: is vt è ciuium numero expellatur, & insani instar vinciatur, iustissimum est. Etenim MVLTI in amentium ergastulo catenati visuntur, qui si in libertatem restituerentur, tantum mali non facerent, quantum ex ijs nonnulli, qui in publico soluti incedunt. NEMO est è viris (generosis &) illustribus, vel è matronis summatibus, qui non æquiore animo ictum saxi in capite, quàm plagam in fama sustineat. Nam CAPITIS vulnus mensis spatio solidatur; famæ verò macula ne tota quidem vita potest elui.*

Laërtius in vitis Philosophorum (libr. VI.) inquit, Diogenem interrogatum à quodam, quidnam propositum sibi habuissent legumlatores, ita respondisse: Sic tibi persuadeas amice, antiquorum consilium & Philosophorum scopum non fuisse alium, quàm ciues vti suos docerent, quo pacto se in sermone, conuersatione, victu, somno, contractu, vestitu, labore & quiete gerere singuli deberent. IN HOC enim summum politiæ humanæ bonum consistit, vt suam quisque & domum præclarè moderetur, & vitam rectè instituat. Rem ipsam profectò Philosophus acu tetigit. NON enim aliam ob causam lex fertur, quàm propter eum, qui sine ratione & lege viuit.

Homines qui vitam quietè & tranquillè cupiunt agere, necesse est, vt certum vitæ genus modumq; amplectantur: Quod quidem vitæ genus non ex arbitrio voluntatis eligi; sed eiusmodi esse debet, in quo DEVS singulos ad maiorem animæ salutem collocârit. HOMINES enim vani ad quod à sensibus impelluntur, non quod rationi consentaneum est & conuenit, affectant.

Ex quo arbores conditæ sunt, semper origini suæ conformes, folia & fructus producunt, quod res ipsa testatur, dum palma dactylos, ficus ficos, nux nuces, pyrus pyra, castanea castaneas, quercus glandes gignit; denique OMNES res origi-

Ὁ οἰκονομικὸς καὶ πολιτικὸς αὐτὸς γένοιτο ἂν ἄριστος. *Chrysostomus.*

Cui nec ex natura, nec ex industria recte viuendi studium conciliari potest, vita pellendus, aut sapientibus tradendus est. Apul. de Philosoph.

Οὐκ ἔστι κακὸς κεκτημένου ἀνδράσι δίοις ἰδίοις, εἰναι πιστὸν οὐ λίκοτερόις. *Lucian. Epigram. lib. 1.*

Nisi priuata recte administrentur, publica firmitatem non habent. Plat. 7. de ll.

Qui priuatim malus, publice bonus nunquam erit. Æschin. contra Ctesi.

Al' honor, chi gli manca d'un momento, non può in cento anni satisfar, ne in cento. Arioſt. 38. 6.

Patrocinium famæ suæ deserere dissoluti, & in semet ipsum crudelis est. Politian. miscel. extrem.

Ego si bonam famam mihi seruasso, sat ero diues. Plaut. Mostell. sc. 3.

Maledicus à malefico non distat nisi occasione. Fab. 12. cap. 9.

Misera innocentia est, ad legem bonum esse. Sen.

Vsu probatum est leges egregias, exempla honesta, apud bonos ex delictis aliorum gigni. Tacit. annal. 1.

Facere docet Philosophia, non dicere, & hoc exigi, vt ad legem suam quisq; viuat, ne orationi vita dissentiat. Sen. ep. 20.

Cum à licitis abstinetur, facilius illicitis resistitur. Leo. serm. 6. de iei. 7. mens.

Surrepentibus viciis, opus cœpit esse legib. Sen. ep. 90.

Ὀλίγων οἱ ἀγαθοὶ νόμων δέονται. *Theophr. Stob. 450.*

De vitæ genere deliberatio est omnium difficillima. Cic. off. 1.

Ratio præsit, appetitus obtemperet. Cic. off. 1.

Ἐπιθυμία μὲν ἐλάχιστα ἡδονῆς δεῖται, πενίας δὲ πλείστης. *Thucyd. lib. 6.*

Si vis tibi omnia subiicere, te subiice rationi: multos reges, si ratio te rexerit. Sen. 37.

Non ex commodo vel incommodo nostro, sed per se ipsam considerata natura, dat artifici suo gloriam. August. 12. ciuit. 4.

Homo DEO non seruit, per quem ipsi cuncta seruiunt. Cypr. tract. 1.

Si initium peccandi requiritur, nihil aliud nisi superbia inuenitur. Fulg. de prædest. lib. 1.

Οἱ ἄνθρωποι μεγάνασιν ἀλλήλων ἕνεκεν. Διδάσκε ἕν, ἢ φέρε. Aurel. Imp. li. 8.

Quis est tam compositæ felicitatis, vt non cum statu sui qualitate rixetur? Boet. 2. consol. 3.

Habet hoc vitium omnis ambitio; non respicit. Sen. epist. 73.

† *meliorare.*

Si sapis, eris contentus mensura, quam tibi mensus est Deus. Bernh.

* *syluestres.*

Cui assecuto satis, quod optanti nimium videbatur? Sen. ep. 118.

Qui in sua re fugit, egentissimus, insolens fit in aliena. Cic. pro Rosc. Amerin.

En tu casa no tienes sardina, y en la agena pides gallina. Adag.

Salua fide quisque potest in quolibet vitæ genere vitam ducere. August. lib. 19. ciuit. 9.

† *puram. I.*

Beata sors omnis est, æquanimitate tolerantis. Boet... consol. 4.

Initium malæ voluntatis superbia est. Fulg. de prædestin. lib. 1.

Aliena nobis, nostra plus aliis placent. Mim.

Auaritiam zelus inflammat. Cypr. serm 2.

Nihil est, quod magis caritatem impugnet, quam venenum inuidiæ. Saresb. lib. 7. 24.

Inuidia nos inquietat, dum comparat. Sen. 2. benef. 27.

Etsi non possunt omnes arbores æquales fructus afferre; nulla tamen debet in agro Dominico sterilis permanere. Fulgent. de dispensat. Domin.

Habent & boni pauperes diuitias suas. Cass. 6. 19.

Id est bonum, quo quis adepto, nihil vlterius desiderare queat. Boet. 3. 2.

Eterna vita è veder Dio ne più si brama, ne bramar più lice. Petrar. son. 159.

Deus felices facit, qui est vera mentium opulētia. August. 5. ciuit. 18.

*originem suam conseruarunt, præter hominem peccatorem, in malitiam prolapsum. Planetæ, stellæ, cœli, aquæ, terra, ignis, aer, animalia, plantæ, pisces, intra suam singula, in qua creata sunt, conditionem manent; vt nec querantur, nec sibi inter se inuideant: SOLVS homo nec queri vnquam desinit, nec vnquam expletur, & conditionem mutare semper gestit. Nam opilio (quod res ipsa loquitur) agricolæ, agricola (ciuis, ciuis) nobilis, nobilis equitis torquati, eques torquatus (Principis, Princeps) Regis, Rex Imperatoris locum expetit. In summa, QVI VITAM† emendare studeant, pauciſſimi; qui opes & facultates (augere &) amplificare satagunt, plurimi sunt. Non alia hodie perturbationum in mundo causa est, quàm, quod quercus aridæ * à montibus in pomaria, vt palmæ sint (riguæ &) excultæ, migrare volunt: Hoc est, QVI domi suæ non habebant heri satis ad explendam famem glandium, cibos hodiè domi alienæ fastidiunt exquisitos.* 6

Etsi autem quod vitæ genus in hoc mundo singulis expetendum sit, vt & † securiorem retineant conscientiam, & vitam agant quietam, haud facilè quilibet definire potest: tamen NVLLVM in Ecclesia DEI statum, in quo viuentes non possint saluari, nullum in mundo vitæ genus esse aio, in quo mali, si velint, non possint interitum sibi accersere. Plinius in epistola quadam, ad Fabatum scribens, INTER mortales, inquit, vt nihil vsitatius, ita nihil periculosius, quàm his locum dare cogitationibus, vt status aliorum alijs meliores esse videantur. Atque inde fit, quòd MALITIA humana adeò excæcat homines, vt cum labore potiùs aliena obtinere, quàm propriis tranquillè frui malint.

Principum status reuera bonus est, si rectè illo vtantur, plebeiorum quoq; status bonus est, si illo contenti sint: Religiosorum item status bonus est, si illo proficiant: Bona item est diuitum conditio, si in ea temperanter sese gerant; Bonus denique est pauperum status, si in eo tolerantiam præstent. MERITI 7 *enim vis non in eo sita est, vt multas toleremus ærumnas (& labores,) sed vt (debitam) in iis præstemus tolerantiam. QVAMDIV vitæ huius miseræ spacium durat, negare non possumus, omnes status periculis molestijsq; esse obnoxios. Solus quippe ille status perfectus dici potest, quando anima simul & corpore glorioso (beatiq;) eximus; vbi sine formidine mortis viuemus, & absque omni vitæ periculo lætabimur.*

Vt

Vt ergo ad propositum, sacratissime Cæsar, accedam, etiamsi OMNES parum valemus, habemus, assequimur, intelligimus, possumus, viuimus; quantumuis id exiguum sit; aliquid tamen esse affirmo Principum statum. HOMINES quippe mundiales ad arcem fastigatissimæ felicitatis euectum putant, qui multis imperandi potestatem habet, & ad seruiendum nemini obligatus est. VTINAM intelligerent subditi, quanto Principibus ipsum imperare constet! VTINAM cognoscerent Principes, quàm dulce sit in pace viuere! Iurare ausim fore, vt & maxima tum minores erga maiores commiseratione, tum maiores erga minores inuidia afficerentur. VOLVPTATES enim, quibus Principes fruuntur, respectu molestiarum, quas sustinent, paucissimæ sunt. Cum autem Principum status omnibus alijs excellentior sit, plus omnibus possit ac valeat, plura præstet ac possideat, ab eo denique regimen vniuersum pendeat: vt & DOMVS & persona & vita Principis reliquis omnibus moderatior & sanctior sit, necesse est. Nam VT vlna eadem omnes merces metitur mercator; ita ad Principis vitam vniuersa exigitur ciuitas.

Cùm autem laborem in educando mater filio magnum sustineat; cùm multas deuoret magister in erudiendo discipulo molestias, & plurimos suscipiat gubernator in moderando po-
8 *pulo labores: Maiorem tamen ego laborem suscipio, maiusq; discrimen subeo, dum illius, cuius è vita ciuitatis vniuersæ (vita ac) bonum pendet, statum vitamq; informare aggredior. NOSTRVM enim est Principes & magnates colere, non offendere; exhortari, non molestare, rogare, non contumelijs afficere; corrigere, non traducere. Denique admodum imperitum habendum medicum aio, qui vnguentis ijsdem, quibus calces duras sanauit, oculos, quibus nihil delicatius (& tenerius,) inungere & curare vult. Quid his colligitur? Scilicet vt ostendam, propositum mihi nequaquam esse, ostendere hoc libro Principibus & dynastis, quales sint; sed monere, quales esse debeant; non commemorare, quæ faciant; sed docere, quid facere debeant. Nam VIR Nobilis, quem ad vitam corrigendam conscientiæ morsus non extimulauerit; nunquam, credo, ijs quæ calamus hic meus scriptitat, ad vitæ emendationem adducetur.*

Paullus Diaconus † lib. II, historiæ singulare quiddam ex antiqui-

Non è alcun se non in Dio, vero contento. Ariost. 24. 89.

Βασιλεία τῶν θείων ἀγαθῶν καὶ τῶν ἀνθρωπίνων μέγιστον, καὶ σεμνότατον. *Iso. Eu.*

Qui regnat, si sapit, beatus est. Apul. de syllogis. categ.

Τῇ μουναρχίῃ ἔξεστι αὐδυθάνως ποιέειν τὰ βούλεται. *Herodot. lib. 3.*

Beatissimum in principatu non cogi. Plin. paneg.

Fructus honos oneris, fructus honoris onus. Tobi.

Honus est honos, qui sustinet. Remp. Prou. Scalig. in Varro. pag. 181.

Κοῦφαι γὰρ ἀφαυροτέροισι κέλευθοι. *Opp. ἁλ. ε. 130.*

Humillima quæque tutissima. Iustin. l b. 21.

Qui veram gloriam expetunt, aliis ocium quærere debent, non sibi. Cic. pro Sext.

Non debet hominum ducatum suscipere, qui nescit hominibus bene viuendo præire. Greg.

Componitur orbis Regis ad exemplum. Claudian. 4. cos. Honor. 299.

Præcipere qualis esse debeat Princeps, pulcrum quidem; sed onerosum. ac prope superbum est. Plin. 3. ep. 18.

αὐτὸ ἄρχοντας τῶν πόλεων ἀνέλης, θηρίων ἀλόγων ἀλογώτερον βιωσόμεθα βίον. *Chrys. de prin.*

Etiam minima vitia illustrium virorũ calumniis impetuntur. Plut. ad Princip. indoct. extrem.

Non in omnes omnia conueniunt. Cic. pro Rosc. Am.

οὐ πᾶν τραῦμα τῇ αὐτῇ ἐμπλάστρῳ θεραπεύεται. *Ignat. Stob. 51.*

Plato qualis esse deberet; Cicero qualis esset Resp. disseruit. Macrob. 1. Somn. 1.

Σοφοκλῆς ἔφη αὐτὸς μὲν οἵου δεῖ ποιεῖν, Εὐριπίδης δὲ, οἷοί εἰσιν. *Aristot. poet. cap. 25. Stob. 609.*

Quem laus allicere ad recte faciendum nõ potest, ne metus quidem à fœdissimis factis potest auocare. Cic. Philip. 2. extrem.

Vera magnitudo animi omnia ad cõscientiam refert, recteq; facti mercedẽ ex ipso facto petit. Pl n. 1. ep. 22.

† *Eutrop. lib. 4. exilij Annibalis meminit.*

Neminū, quorum rudis es, opera vel artem collaudes. Ælian. lib. 2.

Heu! patior telis vulnera facta meis. Ouid. Heroid. 2.

Qui sponte asciam eruibus suis illidit, neminem nisi se potest accusare. Apul. l. 3. asi.

Annibal exul ab Antiocho excipitur. Liu. lib. 33. extremo.

Sit Princeps) mitis precibus, pietatis abundās, Pœnæ parcus. Clau. 4. cos. Hon. 3.

Quorum non possumus accusare desidiam, releuandam æstimamus fortunā. Cas. l. 16.

Non suscipere confugientē, iniquitas est. Ambr. Luc. 22.

Pietatis nostræ remedio surgant, qui fortunæ suæ acerbitate corruerunt. Cass. l. 16.

A vitijs redimitur animus, & mira etiam in aduersis iucunditate reficitur, cum ad scribendum, vel legendum vtilia mentis intendit acumen. Saresb. prolog.

Et quiescenti agendum, & agenti quiescendum est. Sen. ep. 3.

* *sapienter & ornatè.*

Vt corpori ferrum, sic oratio animo non ictu magis, quàm mora imprimitur. Plin. l. ep. 20.

Phormio de bello disserens, Cic. 2. de orat.

Ambitioni pudor infrequēs, modus nullus. Scalig. exerc. 104. 8.

Audientium considera personas, ne prius irridearis, quàm audiaris. Amb. Luc. 9.

Ars intelligi nisi ab artifice non potest. Fab. 2. cap. 5.

Intempestiua sapientia plerisque ludibrio, pluribus tædio. Tacit. histor. 3.

Cum res animum occupauere verba ambiunt. Sen. 7. controu. procem.

Σημεῖον δ' εἰδέναι τὸ δυνασθαι διδόσκειν ἕξιν. Aristot. 1 Metaph. 1.

Facile est explicatis consiliis accommodare verba. Liuius lib. 8.

Qui omnes animo virtutes comprehendit, omnia quæ facere vult, facillime tractat. Cic. pro Cornel. Balb.

Ab Antiocho probatur; *Talium* conuentus est dignitas imperantium. Cass. 1. ep. 4.

Etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus a vectoribus admoneri solent. Cic. Philipp. 7. extrem.

antiquitate recenset, vt cognitu dignissimum, ita lectu iucundissimum, etsi illius commemoratio mihi obfutura videtur: SAEPE enim (quod prouerbio dicitur) non antè scalpurire vngulis gallina in sterquilinio desinit, quàm cultrum, quo iuguletur, eruat. Res autem sic se habet.

Annibal, Clarissimus Carthaginensium dux, à Scipione illo felici victus, in Asiam sese ad Regem Antiochum contulit, prin- 9
*cipem illa tempestate potentissimum, qui Annibalem in regnum suum fidemq; receptum honorificentissimè tractauit: qua in re Antiochus Regis clementis functus est officio. NIHIL enim est, quo magnificentiam (munificentiamq;) suam magis declarare Principes possint, quàm si patrocinium virorum fortium fortunæ inuidiâ afflictorum suscipiunt. Habebant autem Principes ambo (inter alia exercitia honesta, quibus animi causa vtebantur) in more, vt modò in montes venatum irent; modò copias in campis militares lustrarent (& instruerent;) frequentissimè verò ad Academiam itarent, Philosophorum disputationes audituri: Quod profectò institutum, viris cordatis ac sapientibus aptissimum erat. NVLLA quippe diei hora rectiùs, quàm audiendo viro suauiter * dicenti impenditur.*

Cæterùm illo tempore Epheſi Philosophus quidam erat celeberrimus, nomine Phormio, qui publicè profitebatur, omnesq; regni illius incolas docebat. Cumq; (fortè fortunâ) Principes illi ambo quodam die scholam Philosophi ingressi essent; (visis illis, cùm ea, quæ in præsentiarum tractabat, professioni ipsorum parum consentanea esse animaduerteret) argumentū, quod instituerat, omisit & ex tempore cœpit de artibus & stratagematis, quibus in bello vti Principes oporteret, deq; ordine in committendis prælijs seruando disserere, easq; res tantas ac tam nouas, adeò sublimi & copioso orationis genere persecutus est, vt non 10
solùm omnibus, à quibus nunquam visus fuerat; sed illis etiam, qui singulis illum diebus audierant, admirationi fuerit. HOC nimirum is, qui totum sese studijs doctrinarum tradidit, cæteris præstat, quòd nunquam nouo dicendi argumento destituitur.

Antiochus dissertatione illa magnopere delectatus: vehementer sibi placebat, quòd tam præclarè is, audiente hospite, disseruisset; vt cognoscerent nimirum exteri, regnum se habere, quod viris sapientibus abundaret. NVLLA enim re magis, quàm hac, gloriari animosos & generosos Principes decet,

quòd

quòd viros strenuos, finium propugnatores, & viros insigniter prudentes reipublicæ gubernatores habeant.

(*Postquam autem dicendi finem fecerat Philosophus*) *quæsiuit ex Annibale Antiochus, quidnam de ijs, quæ Philosophus dixerat, iudicaret? Huic interrogationi Annibal tam animosè ac confidenter respondit, ac si is ipse dies esset, quo victor fuit pugna Cannensi. PRICIPES enim generosi & magnanimi, etiamsi dignitate & regnis planè excidunt; non tamen animos suos fatentur fuisse superatos. Porrò verba ab Annibale prolata huius fuêre sententiæ: Scire te velim, Rex Antioche, multos sæpe me vidisse senes deliros; sed qui magis, quàm Phormio,* II *quem tu Philosophum eximium vocas, deliraret, vidisse neminem. EXTREMAE enim est stultitiæ, aliquem vanæ scientiolæ sibi conscium, non eum, qui scientia vana; sed eum, qui certa experientia præditus est, condocefacere conari.*

Dic mihi Antioche, ecquis tam vecors est, vt ferre; ecquis tam infans, vt tacere possit, viso homuncione, qualis Philosophus iste est, qui cùm omnem vitam in exiguo Græciæ angulo, Philosophiæ studijs deditus, consumserit, tantum sibi audet sumere, vt de rebus bellicis, audiente Annibale, disserat & disputet: perinde ac si ipse vel dux Pœnorum, vel Imperator Romanorum fuisset. Profectò aut parum ille sapit, aut floccinos pendere sese ostendit; quoniam ex verborum ipsius vanitate colligitur, eum ampliorem sibi rerum militarium scientiam, ex sola librorum lectione, quàm Annibalem ex celeberrimorum præliorum arrogare experientia.

Verum enimuerò LONGISSIMO, Antioche, inter se dissident interuallo locum tenere Philosophi, & munere fungi ducis; scitè docendi in schola, & aciem aptè instruendi rationem nosse: Scientiâ, qua instructi sunt sapientes, & experientia, quam viri militares habent, præditum esse; posse temperare calamum, & posse vibrare hastam; librum stipatum esse, & oculos contra instructam hostium aciem rectos tenere. Nam qui SVMMA cum eloquentia de rebus disserant bellicis, multi; at quibus satis sit ad vitam, cum iam res poscit, in aleam mittendam animi, pauci sunt.

Philosophus iste Phormio, homo simplex, nunquam exercitus inter se concurrere vidit; nunquam terrifico tubarum clan- 12 *gore*

Ab Annibale deridetur:

Ἐρέτλω χρὴ πρῶτα γυμνάσθαι, πρὶν πεδιλίοις ἐπιχωρεῖν. *Aristoph. equit.*

Ἔρρει τὰς ὧν ἔτης & εἰδείη τέχνω. *Aristoph. Vesp. Cic. 1. Tusc. 1.*

Sententiam iudex non eloquentiæ tumore; sed rerum ipsarum soliditate librare debet. Minut.

Efficacius, citius, attentius natura hominum culpat aliqua, quàm laudat. Sid. 3. 18.

Suæ artis vnusquisque & autor & disputator optimus. Val. Max. 8. 13.

Non facile de artibus recte iudicat, qui artes ignorat. Cyprianus de operibus Christi. prol.

In singulis disciplinis quædam suis opificibus innotescunt, quæ non modo vulgo, sed aliis Philosophis occultantur. Sar. 7. 7.

Σοὶ ἔνεά μοι δοκεῖ δεινὸν, γλισχρῷ σφυρηλάτῃ, πρωγμάτων ἄπειρον ὄντα. *Aristot. Rhet. Alex.* 12.

Arrogantia & vanitate arguitur.

Autoritas viro militari pro facundia est. Tac annal. 15.

Sedere in scholis auditioni operatos gratius est, quam ire in militiam. Plin. 26. c. 2.

Plures bonos prælatores bella, quàm pax, ferunt. Fabdia.

Magna ars est contra artifices loqui. Cas. 2. 6.

Quid sibi semitam non sapiunt alteri monstrant viam. Cic. nat. deor. 1.

Δεῖ τὸ γράφειν τὰ πρόφρονα μὴ ἀσυχεῖν & σφετέρα, ἀλλ' οἰκείως αὐτῷ τε καὶ τοῖς πράγμασι τὰς λόγας θεῖναι. *Callist. apud Athen. Mechan.*

Vt qui prius docere, quàm discere voluerit. Cic. pro dom. sua extr.

Omnis res propriis & domesticis exercitijs augetur. Amb. 1. off. 10.

Θεωρία καὶ πρᾶξις σὺν ἀξιοῖ συζυγίαν. *Syn.* 57.

Absentem votis interficit hostem. Arbit. pag. 89.

Οἱ περὶ τὰ λόγας διατρίβοντες δεηθέντες τοῖς πράξεις. *Isocr. Archidam.*

Lux longe alia est Solis & lychnorum. Cic. pro M. Cœl.

Chi piglia i leoni in assenza, suol temer de te topi in presenza. Adag.

† proditiones.

Cùm nunquam in acie steterit, nunquã castra viderit, nunquam tubarum sonum, nisi in spectaculis, audierit: Plin. 2. epist. 7.

Non probandi, qui nullo discrimine virtutis ac doli, prosperos omnes laudari debere bellorum euentus adserunt. Ammian. lib. 17.

* blaterare.

Οὐ γὰρ ἐρρωμένως ἰδεῖς ἂν δέοντο κρατυσκόπου λόγχῃ, ἀλλ' ὑπὸ σωκράτης τραπεζίτου ἁμιμπτον. Athen. lib. 5. 11.

Primus in fuga, postremus in prælio. Iustin. lib. 2.

Græcis, cum facere nõ possent, loqui tamen & scribere honeste ac magnifice licebat. Cic. pro M. Cœlio.

De suis homines laudibus libenter prædicant. Cæsar. bell. ciu. 2.

Κρότερον τ' ἀπλοΐαν φρένες. Pindar. Olymp. 8.

Annibal verò ducis decus sudore & sanguine, & factis sit assecutus. Plin. 2. epist. 7.

Non literis ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis ac victoriis eruditus. Cic.

Puer quondam miles, vix dum iuuenis imperator. Liu.

αὐτοῦ δὲ ὑγρὸς ὢν ἐδημιούργει τὴν τέχνην καὶ τὰς κινδύνους ἐρρύει. Thucyd. lib. 2.

La fortuna spesso la vittoria, oue vols pone. Ariost. 24. 26.

Ἔλεγε ὁ Θεόδοσιος, τὰ βασιλικὰ πεπράτειν ἑτοίμως, ἀλλ' οὐκ ὠνεῖσθαι, ἀλλ' ἐξ αἰχμῆς καὶ φάσεως. Suidas de Valentin. iunior.

Parta ac sperata decora vnius horæ fortuna euertere potest. Liu. lib 30.

Ἄλλο λεόντων, ἄλλο γενειητῶν ἔργον ὁρῶμεν τράγων. Antip. Epigr. lib 2. c. 68.

Οὐ γὰρ οὐ μὴ αὐτὴν μὲν τιμεῖν ἃ δύναντται, τὴν δὲ σιδηρᾶν τιμᾶσθαι ποιοῦσιν. Isocr. vita.

Οὐκ οἱ κρατυσκόπαι λεγόμενοι, τούτων τὰ μὲν ἔργα, τὰ δὲ τέλη. Arria. 1. Epict. 6.

gore pugnæ signum dari audiuit; nunquam alterius partis † insidias, alterius pauorem expertus est; nunquam denique PAVCOS esse vidit, qui præliantur; plurimos, qui fugiunt. Postremò vt decori est Philosopho & viro literato, bona pacem comitantia celebrare & extollere; sic isti alienum esse aio de periculis belli * dissertare. Si nihil eorum, quæ dixit, oculis Philosophus iste vidit; sed in libris tantùm legit; illis, qui neque viderunt ista, neque legerunt, dicat. RERVM enim militarium cognitio meliùs in castris Punicis, quàm in scholis Græcis paratur.

Non te fugit, Antioche, XXXVI. annorum spacio bella me & diuturna & periculosa tam in Hispania, quàm in Italia gessisse; FORTVNAM tum secundissimam expertum, tum aduersissimam, quod omnibus euenire solet, qui res arduas (& difficiles) aggrediuntur: cuius rei testis adsum ipse (locupletissimus) qui imberbis etiamnum imperare alijs, at (barba) iam ca.escens imperantibus parêre cœpi. Ita Martem, Antioche, habeam propitium, vt nunc interrogatus, qualem in bello se gerere aliquis debeat, non ausim (docendi illius gratia) verbum vllum proferre! Est enim res eiusmodi, vt VSV potius discatur, quàm sermone doceatur. Nam IVSTITIA quidem duce bella suscipere Principes, & prudentia comite gerere possumus: Exitus verò illorum in fortunæ 13
arbitrio, non in viribus, neque in calliditate consistit. Hæc & id genus alia grauissima verba fecit ad Antiochum Annibal, quæ si quis curiosior videre cupit, Plutarchi apophthegmata legat.

Hoc verò exemplum, Princeps electissime, magis ad damnandam audaciam, quàm ad comprobandum institutum meum facit, si æquè mihi negotia reipublicæ, atque Phormioni pericula bellica, ignota esse Maiestas V. dicat. Iustè quippe ab illa mihi poterit obijci, me virum religiosum, multis annis in monasterio educatum, nimis confidenter ausum scribere, quo pacto Princeps tam potens & seipsum moderari, & regnũ suum gubernare debeat: Siquidem, vt verum fatear, TANTO quis melior religiosus habendus, quantò minùs turbarum mundi gnarus est.

Princi-

Solam militiam cura; sic placebis Imperatori tuo Christo, qui ad militiam te selegit. Theophyl. 2. Tim. 2.

Præstat candidam aurem submittere, quàm stolidam linguam mouere. Naz. or. 21.

Dimissa solicitudine seculi, in Dei rebus propensius vigilatur. Ambr. 1. Cor. 7.

Οἱ κρατῶντες μὴ ὀφεὶ ἔστι τῆς θείας ἱερωσύνης, τῆς κοσμικῆς ἀσχολίας πεφυγμένοις. Nicetas Chron. Alex. Comn. lib. 2.

Principum status magnum comitatum exigit; religiosos verò vita solitaria decet. DEI quippe ministrum vagis mundi cogitationibus vacuum, & sanctis intentionibus plenum esse oportet. Principum status prorsus ipsos inquietos (huc il-
14 *luc) agit; religiosorum verò status poscit, vt inclusi (pacificè & tranquillè) agant: alioquin enim RELIGIOSVS apostata habetur spiritualis, cuius in cellula corpus, in foro animus est. Principes necesse est colloqui & conuersari cum omnibus; at RELIGIOSIS damnosa est nimia in conuersatione libertas, & in colloquijs licentia. RELIGIOSORVM quippe bonorum manus* laboribus, corpus ienunijs, linguam precibus, animum contemplatione occupari par est. PRINCIPVM status plerunq; rebus bellicis spectatur; at religiosorum opus est optare & procurare pacem. Nam si Princeps in sanguine hostium effundendo occupatur; religiosum probum, fundendo lacrymas pro peccatoribus, occupari conuenit.*

Vtinam, quemadmodum ego omnia, ad quæ officij ratione astringor, cognosco; ita eadem diuina aspirante gratia præstarem! Sed proh dolor! calamum quidem scribendo optimè temperatum; at in agendo valde me tepidum sentio. Hæc ideò dixi, & contra me ipsum attuli, quoniam Maiestas V. per experientiam Principum officia nouit: Ego verò eadem nec dicere nec scribere, nisi ex arte valeo. QVORVM munus est Principibus consulere, eorum vitam moderari, eosque docere; iudicium habere oportet exactum, animum incorruptum, orationem emendatam, doctrinam sanam, vitamq; ab omni suspicione (& macula) vacuam. Nam DE REBVS magnis disserere eos, qui carent experientia, perinde est, ac si quis prorsus cæcus alium, qui aliquantulum videt, velit ducere.

Xenophontis sententia fuit, NIHIL esse in vita difficilius, quàm virum in ea sapientem cognoscere: Cuius hanc rationem afferebat, quòd NON posset vir sapiens nisi ab alio sapiente detegi vel cognosci. Ex hoc Xenophontis axiomate inferre possumus, quòd sicut sapiens non potest nisi ab alio sapiente cog-
15 *nosci; ita eum, qui Principis vitam scripturus est, Principem fuisse oporteret (& conueniret.) RECTIVS enim de periculis narrare, atq; etiam monere posset, qui annum vnum mare nauigauit, quàm qui decem annos in portu moratus est.*

Quidtam sacerdotale, quàm vouere Domino conscientiã puram, & immaculatas pietatis hostias offerre? Leo. serm. 3. anniuers.

Πολιτικὴν ἀρετὴν ἱερωσύνῃ συνάπτειν, τὸ κλώθειν ἐστὶ τὰ ἀσύγκλωστα. *Synes. epist.* 57.

οὐχ ἅπας ἅπαντα δύναται. *Ibid.*

Dux frugalitatis religio. Val. Max. 6. 9.

Ὁ μὲν βασιλεὺς λοιπάδας χρημάτων ἀφίησιν. ὁ δὲ ἱερεὺς λοιπάδας ἁμαρτημάτων. *Chrysost. orat. de principatu.*

* *S. Scriptura versanda. I.*

οὔτε γεωργὸν, οὔτε βαναυσον ἱερέα καταστατέον. *Aristot. 7. polit. 9.*

Τετάχθαι κριταὶ μὲν ἐν τοῖς πράγμασιν, ἱερεῖς δὲ ἐν εὐχαῖς εἶναι. τὸ δὲ καλὸν ἀπαιτεῖ παρ' ἀμφοῖν ὁ Θεός. *Synes. epist.* 57.

Clericus debet esse non vindicatiuus, sed patiens. Sum. ang. 35.

Νοῦν ἔχει πολὺν οἰκειοπραγεῖν, ἀλλὰ μὴ παραδοκεῖν μηδ' ἀσχημονεῖν. *Synes. epist.* 103.

ἐπεί με θεὸς δῶκε δοῦλόν σοι, δικαίω, εἴτι ἐνορῶ πλέον, συμαίνειν σοι. *Herodot. lib.* 1.

Vsus magister egregius. Plin. 1. ep. 20.

Disce à peritis, sequere optimos. Tacit. vit. Agric.

Qua pote quisque, in ea conterat arte diem. Prop. 2. 1.

Cunctis aut artificibus, aut artibus maximum decus vsu venit. Sidon. 9. 12.

Diu penitusq; perdiscas, quæ mox præcipere debeas. Plin.

Σοφωτέρους τοὺς τεχνίτας τῶν ἐμπείρων ὑπολαμβάνομεν. οἱ γὰρ ἔμπειροι τὸ ὅτι μὲν εἴσασι, διότι δ' οὐκ εἴσασιν. *Aristot. 1. Metaph. cap. 1.*

Τὸν ἱερέα διὰ πάντων ἀκηλίδωτον εἶναι προσήκει, ὡς καὶ ἑτέρους τῶν μιασμάτων ἐκπλύνοντα. *Synes. ep.* 105.

* *Statuere*, quis sit sapiens, vel maxime videtur esse sapientis. Cic. Acad. q. lib. 4. *Nisi* sapiens non potest perspicere sapientem. Plin. 1. ep. 10.

Extat Xenophontis liber de institutione Principum, in quo Cambyses inducitur, Cyrum filium docens & alloquens. Scripsit item Onesicritus librum de re equestri, & Philippum inducit, qui Alexandrum filium pugnandi rationem docet. Nam Philosophis illis nihil dignitatis habitura scripta videbantur, nisi sub nomine Principum, qui rerum, de quibus agebatur, habebant experientiam, prodirent.

O si Princeps senior (qui diu regnasset) vel literis consignare, vel oratione saltem prodere vellet, quantum sustinuisset infortunij, dum ad rerum gubernacula sedisset! quàm irreuerenter habitus à vasallis; quoties ad iracundiam prouocatus à ministris; quàm ingratos expertus amicos; quoties insidiis petitus inimicorum; quibus iactatus periculis, quibus domi 16
suæ vexatus contentionibus; quoties culpam suorum vicio commeritus; quoties ab alienis deceptus fuisset; Breuiter quantas interdiu pertulisset importunitates; quàm indigesta noctu edidisset suspiria! Certissimè mihi persuadeo, meq; minimè falli scio, si Princeps ille integrè totum vitæ suæ curriculum exposuisset, & sigillatim quæq; retulisset; stupori nobis futurum corpus, quod tanta perferre potuisset; miraculo animum, qui tam diu id dissimulasset.

*Res est profectò laboris, fastus, insolentiæ, temeritatis, impudentiæ, atque etiam periculi plena, si quis calamo rempubl. ordinare, & Principis vitam moderari velit. Siquidem reuera NON orationis elegantia; sed actionis honestate homines ad bene viuendum adducuntur. Non temere dico, HAVD parum, sed valdè potiùs arrogantem † esse, qui Principi consilium dare audet. Nam CVM Principes cogitationes habeant in multis rebus sublimes, & in earum nonnullis * imperari sibi nolint: vbi gratiam speramus, inde indignationem reportamus grauiorem. Nam CONSILIVM detrimento potiùs, quàm adiumento est, nisi singulari, qui dat, prudentia; qui accipit, tolerantia sit præditus.*

*Equidem, Domine, neq; Princeps fui, vt Principum labores intelligam; neque mihi primas in dando Principibus consilio vendico. Quòd autem componere hunc librum ausus sum, non consulendi Maiestati V. præsumtione, sed * humilitatem V. summa cum humilitate monendi animo feci. Ad dandum enim*

Difficile inuenitur, qui discernere queat virum sapientem ab his, qui videntur sapientes. Hieron. Eccl. 7.

Ἐμπειρότεροι γίνονται, οἱ μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιούμενοι. *Thucyd. lib.* 1.

Μᾶλλον ἐπιτυγχάνοντας ὁρῶμεν τοὺς ἐμπειροὺς, τῶν ἄνευ ἐμπειρίας λόγον ἐχόντων. 1. *Metaph.* 1.

I consiglieri di Rè bisogna che ò sian Rè, ò haian animo di Rè. Domeni. 182.

Tanti negotii dignitas parem testē requirit. Sym. 10. 1.

Ταῦτο δ' οὐχὶ γίνεται, δόκησιν εἰπεῖν, κἀξακριβῶσαι λόγον. *Soph. Trach.*

Μηδέποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσῃς. *Phocyl.*

Experiendo discitur, quàm arduum, quàm subiectum fortunæ cuncta regendi onus. Tac. annal. 1.

Ærumnosum & curarum innumerabilium videtur esse, alicuius officii principem fieri. Apul. de mundo.

Qualis, dii boni! vita nostra est, qui cogimur eam vel asinorum commoditatibus adaptare. Philip. apud Plut. an. sen. ger. resp.

Inest singulis, quod inexpertus ignoret, expertus exhorreat. Boet. 2. 4.

Laudabilius, quæ dicenda & facienda sint, discere, quā quæ nescimus, docere. Nazianz. orat. 21.

Cum singuli teneantur ad singula; Principi onera imminent vniuersa. Saresb. lib. 1. cap. 1.

Pars est prima prudentiæ, ipsam, cui præcepturus sis, æstimare personam. Pallad. re rust. 1. tit. 1.

Personarum contentio non est eloquentiæ viribus, sed gestorum virtute pendenda. Arnob. lib. 2.

Animum excellentem cœlestis potentia agitat: non potest res tanta sine adminiculo numinis stare. Sen. 41.

† *audacem, temerarium.*

* *affectibus indulgeant. G. frena laxent voluntati. I.*

Τίς, τίνι ταῦτα λέγεις. *Epigram. lib.* 3.

* *excelsitatem.*

Nemo stolidum consilium capite luere debet. Deerunt, qui suadeant, si suasisse periculum est. Curt. lib. 3.

Nihil perniciosius est iniquo diuitis consiliario. Saresb. 5. 9.

Medicus honestatis studiosus mauult oculum sanare, qui pro multis videt, multosque custodit, Plutarch. principi philosoph.

enim consilium, autoritate me carere fateor; Ad monendum verò ministrum me vestrum esse satis est.

Cæterùm qualis libri huius contextus† sit, hoc est, quàm cognitu vtilis, quàm lectu minimè insuauis, quàm doctrinâ
17 *reconditâ vber, quod historijs eximijs refertus; nolo vt calamus exprimat meus; sed qui opus legerint, iudicare sino. Sæpenumero quippe accidit, vt MVLTVM perdant autoritatis libri, non quia non sint optimi; sed quoniam autores illorum arrogantes & vani fuêre. Nam QVI scriptum suum multùm deprædicat, non aliud mihi videtur facere, quàm licentiam dare cunctis, & ipsum & scriptum criminandi.*

Nemo arbitretur, me non satis, quæ scripsi, perpendisse & examinasse: Siquidem testem appello mundi Redemtorem, tantum me temporis, quærendis ijs, quæ scribenda erant, impendisse & consumsisse, vt annis iam vndecim vix diem vllum præterire passus sim, quin aliquid in hoc opere vel scripserim, vel emendarim. Testor item magno mihi labore scriptionem hanc constitisse; cùm librum hunc quinquies propriâ, ter aliena manu descriptum verè affirmare possim. Præterea & hoc testor, vndique me varios & diuersarum linguarum libros conquisiuisse & legisse; idq; vt præclara inuenirẽ præcepta. Operam præterea dedi sedulam, vt historias indagarem, & ad propositum accommodarem. NIHIL enim ineptius, quàm historiam à proposito alienam allegare. Denique laboraui studiosè, ne vel adeò breuis in scribendo essem, vt obscuri notam ferrem, vel adeò prolixus, vt garrulitatis arguerer. OMNIS enim scriptionis excellentia in hoc consistit, vt verba numero pauca, multas grauesq; sententias comple-
18 *ctantur.*

Nero Imperator amore exarsit fœminæ Romanæ, Pompææ† nomine, exuperanti forma; & tandem partim precibus, partim precio voti compos euasit. Nam IN RE amatoria, cùm hinc oppugnandi obstinatio superest, inde resistendi cura deest; non diu salua potest esse pudicitia. Porrò tam perditè Pompæam Nero amauit, vt cùm ea capillos (flauos) colore succini haberet; Nero versibus heroicis amicæ capillos celebrârit, eosque ad citharam decantarit. Fuit enim Nero linguæ Latinæ (& poëtices,) Musicæ item tam vocalis, quàm instrumentalis peritissimus.*

Optimos gubernatores mediocrium etiã remigũm manus iuuat. Sym. 4. 9.

Temerita e pazzia è por si à consigliar, mai cosa, ò buona ò ria, oue chiamato à consigliar non sia. Arioſt. 41. 42.

† *ordo, tela.*

Omnis iactatio est odiosa; sui vero odiosissima. Fab. libro 11.

In magnos animos non cadit affectata iactatio. Symm. 10. 22.

Quod magnificum referente alio fuisset, ipso, qui gesserat, recensente vanescit. Plin. 1. ep. 8.

Me sicut superfluo ingerere non possum propter verecundiam; ita necessitatibus non deero. Ambros. in funer. Valent.

Qui benefacta sua verbis adornant, non ideo prædicare, quia fecerint; sed vt prædicarent, fecisse creduntur. Plin. 1. ep. 8.

Nulla res potest esse eadem festinata simul & examinata. Apul. de philosoph.

Res omnino discrepantissimæ, maturitas & celeritas. Sidon. 9. 16.

Autores non oportet libros, sed thesauros componere. Piso. Plin. præfat. hist. nat.

Nulli labor facit tædium, qui sumitur pro delectatione cunctorum. Cass. 5. 38.

Non potest deficere, quod dicatur, dum nunquam potest satis esse, quod dicitur. Leo de passion. serm 11.

Egregiæ sententiæ familiariter in animum receptæ, formant eum. Sen. ep. 94.

Libris precium faciunt sententiæ. Boet. 2. consol. 5.

Gemmæ non in corporis tumore, sed naturæ pulcritudine precium habent. Chrysos.

† *Plerisq; Poppæa Sabina est.*

* *Matrem huius omnes fœminas pulcritudine supergressam, Tacitus ait, annal. 13.*

Poppæam Iosephus nominat fœminam piam, quæ pro Iudæis deprecatrix fuerit, lib. 20. cap. 7. & in vita sua circa initium.

Blanditiæ sæpe exclusæ nouissime recipiuntur. Sen. 4. natur. quæst. præfat.

Οἱ ἔρωτες χαμαὶ ἐρχομένας τὰς δόξας ἔχοντες, ἀπτόητοι εἰσὶ καὶ ἐξίπλοι. Sym. ep. 140.

† *Sueton. 12. & 20.*

Cæsares adeo literis culti atque eloquentia fuere, vt ni viciis nimii forent, tantæ artes profecto texissent modica flagitia. Aurel. Victor. Cæs. 8.

Plutarchus in * *libro de gestis mulierum hanc refert historiam, & ad vanitatem leuitatemq́ Neronis taxandam, Pompæam inquit staturâ fuisse commodâ, digitis longis, ore exiguo, supercilijs tenuibus, palpebris densis, naso aquilino, dentibus paruis, labellis rubicundis, gutture candido, fronte lata, oculis denique magnis & eminulis, pectore alto & exacto. Etsi autem ad singula horum oculos adijceret Nero, quò magis fœminæ amore inardesceret; ad nullum tamen ita animum, vt ad capillos subrutilos appulit, amore illius tantum non contabescens. HOMINES enim imprudentes & leues sæpenumero non id amant, quod ratio dictitat; sed ad quod voluntate impelluntur.*

Cæterùm adeò creuit amor in Nerone, vt ipse sigillatim amicæ Pompææ capillos numerarit, & quasi parum esset eos numerare, singulis nomina imposuerit, quibus eos compellaret, 19 *canticum denique de illa cantandum fecerit. Ita nimirum Princeps ille infamis plus temporis cantanda & celebranda amica Pompæa, quàm audiendis & auertendis ciuium querelis consumebat. Neq́ verò hîc substitit Neronis insania; sed pectinem quoq́ amicæ aureolum, quo capillos explicaret, fecit; & si fortè* † *capillus de capite caderet, mox eum Nero auro inclusum Iunoni consecrabat. Romani enim, siue bona essent, siue mala, quæ impensiùs amabant, dijs illa consecrabant.*

Cùm autem & capillos succini colore Pompæa haberet, & illorum amore Nero flagraret; cunctæ fœminæ Romanæ & Italicæ studium huc omne conferebant, tum vt comam sibi flauam pararent, tum vt vestibus eiusdem coloris vterentur; Atque tam viri quàm fœminæ torques, emblemata, annulos & monilia de succino habebant. Semper enim hoc & factum est & fiet, vt ea, AD QVAE Principum animi propensiores sunt, cariora & preciosiora vulgò habeantur. Priusquam eò leuitatis Nero prolaberetur, succinum nullo Romæ erat in precio. At postquam is adeò gratum colorem illum habuit, nulla Romæ gemma tanti æstimata, neq́ vllum mercis vel aureæ vel ex serico genus æquè lucrosum fuit; neque mercatores è peregrinis regionibus mercimonium vllum pretiosius * *importarunt: quam quidem vanitatem minimè miror: quoniam TALE est ingenium mortalium, magis vt aliorum imitari vanitatem, quàm id agere, quod necessarium est, gaudeant.*

Sed

* *Poppææ meminit Plutarch. in Galba.*

Poppææ cuncta fuere, præter honestum animum Tac. an. 13.

Mulier omnibus simulacris emendatior. Arbit. apolog. 1.

Amantem res amata cœcum facit. Plut. Platonic. q. 1.

Amans, quid cupiat; scit; quid sapiat, non videt. Mim.

Quel che l' huom vede, amor li fa inuisibile, e l' inuisibil fa veder' amore. Ariost. 1. 56

Amantes de forma iudicare non possunt; quia sensum oculorum premit amor. Fab. 7. cap. 3.

Ἔρως δάμναται ἐν στήθεσι νόον, καὶ ἐπίφρονα βουλήν. *Hesiod.*

Nero Octauiam Augustam propter Sabinam pellicem repudiauit & interfecit. Dio. lib. 62.

Earinus capillos suos cum gemmata pyxide & speculo ad Pergamenum Asclepium mittit. Stat. 3. sylu. præfat.

† *Barbam conditam in auream pyxidem & preciosissimis margaritis adornatam Ioui consecrauit. Suet. 12.*

Barbæ pilos in sphæram auream coniectos Nero Ioui Capitolino consecrauit, & Iuuenalia celebrauit. Dio. lib. 61.

Nero quodam carmine Poppææ capillos succina appellauit: Inde hic color cœpit expeti à matronis. Plin. 37. cap. 2. & 3. Scal. exer. 104. 12.

Alexander Imp. muliebre existimabat gemmas possidere, quæ neque militi dari possint, neque à viris haberi. Lamprid.

Lapidum caussa pecuniæ nostræ ad externas aut hostiles gentes transferuntur. Tacit.

Diu succinum inter cætera eiectamenta maris iacuit, donec luxuria nostra dedit nomen. Tacit. de moribus Germ. extr.

Gemmæ & similia non veritate bona sunt, sed raritate. Tertul. de cult. fœmin.

* *potius.*

Flexibiles quamcunque in partem ducimur à Principe, atque sequaces sumus. Plin. paneg.

Vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat. Cic. in Cæcilium.

20 *Sed vt ad propositum me reducam, serenissime Princeps, hoc, quod recitaui, exemplo innuere volui, si scriptionem hanc Maiestas V. gratam acceptamq́ habuerit, exploratum me habere, neminem fore, cui ingrata sit; & vt maximè obloqui illi quisquam velit; nunquam id quenquam ausurum, cùm eam Serenitati V. dedicatam esse cogitârit. QVAE enim Principum tutelæ subiecta sunt, ea defendere tenemur; traducere verò nobis non licet.*

Atque ausim dicere, etiamsi neque exquisitum in iis, quæ tractat, neq; valde eloquens in modo tractandi sit meum opus; plus vtilitatis tamen Maiestatem V. ex illius lectione percepturam, quàm ex amica Pompæa Nero percepit: Siquidem LIBRORVM bonorum lectioni dediti, sapientes euadunt homines; improborum verò consuetudine & familiaritate vtentes improbi redduntur. Non sum, Domine, adeò vel arrogans vel vanus, vt Maiestatem V. tanti hæc præcepta facere, atque ita fouere velim, vt eodem in precio in Hispania, quo Romæ succinum, habeantur: Sed hoc oro & obsecro, vt quantum temporis Nero numerandis celebrandisq́ amicæ capillis impendebat; tantundem Maiestas V. audiendis & auertendis reipubl. suæ grauaminibus tribuat. PRINCIPIS enim generosi & prouidi est minimam diei partem suis oblectamentis impendere.

Postquam consiliarijs suis, legatis, dynastis, præsulibus, diuitibus, pauperibus, ciuibus & exteris audientiam dederit, seq́
21 *in diætam suam receperit; tum velim Maiestatem V. aut hunc librum aut meliorem legere. SAEPE enim in cubiculo Principum multum à familiaribus consumitur temporis disserendo & certando de rebus parum vtilibus, quod rectiùs libri alicuius lectioni tribueretur.*

OMNIBVS in rebus, quas tractamus, & in libris, quos componimus, permagni refert homini fortunam esse propitiam. FORTVNA enim aduersante parum profectò prodest diligentia. Etsi autem valde dolerem, si ita aduersam haberem fortunam, vt opus Maiestati V. non arrideret; longè tamen maiori mihi & dolori & pudori foret, si lectu quidem ipsi gratum audirem; sed monitis illius non vti eandem viderem. MEVM namque consilium, serenissime Princeps, in componendo hoc libro fuit, non vt tempus illius lectione teratur; sed vt benè collocetur.

Magna laus & gratia omnibus vnum hominem elaborare in ea re, quæ sit multis profutura. Cic. pro Muræn.

Scribendum, quod sit aut voluptati legere, aut cultui legisse, aut vsui meminisse. Gel. 20. 10.

Incassum odit, cui se Principalis clementia obiecerit. Cassiod. 2. 23.

Sui quisque operis magister vtilior. Fab. 2. cap. 1.

Laudare se vani, vituperare stulti est. Val. Max. 7. 2.

In libris multa reperiuntur, quorum amici Reges vererentur admonere. Volater. lib. 12.

Alfonsus Rex librum, & eum quidem apertum pro insigni gestauit. Panormit. lib. 2.

Quanto antecellunt belluis homines. tanto anteferuntur rusticis instituti. Sidon. 4. 17.

Quæ sibi ipsi quispiam tribuit, neque laudari solent, & risu excipiuntur. Dio. lib. 52.

Omnis ostentatio non caret suspicione mendacii. Sym. 1. ep. 1.

Is præcipuè suo viuit bono, qui viuit alieno. Sidon. lib. 6. 12.

Nec ipse Princeps suus est, sed subditorum. Saresb. 4. 5.

Qui non proficit, deficit; & qui nihil acquirit, non nihil perdit. Leo. sermo. 8. de pass.

χρὴ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους πανταχόθεν τὰ χρήσιμα συλλέγειν. *Isocr. ad Demonic.*

Lectio certa prodest, varia delectat. Sen. ep. 45.

Victurus genium debet habere liber. Mart. 6. 59.

Ἡ τύχη κράτιστον ἐπὶ πάντα τἀνθειρῶπεια. *Philostr. in Heliodor.*

Nihil fortuna renuente licet homini nato, dexterum prouenire. Apul. lib. 9. asin.

Ἐχθίστη ὀδύνη ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποισι αὕτη, πολλὰ φρονέοντα μηδενὸς κρατέειν. *Herodot. lib. 9.*

Κτῆμα ἐς ἀεὶ μᾶλλον, ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται. *Thucyd. lib. 1.*

Non est cuiquam tam clarum statim ingenium, vt possit emergere, nisi illi materia, occasio, fautor etiam commendatorq; contingat. Plin. 6. ep. 23.

Non rebus tempora, sed res temporib. inseruiunt. Dion. lib. 11.

Tempus culpam extenuat, actumve commendat. Saresb. 1. 4.

Ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως παντὸς ἔχει κορύφωσιν. *Pindarus Pyth. od. 2.*

Καιρὸς αὐδᾷσι μέγιστος ἔργῳ παντὸς ἐπιστάτης. *Sophocl. Electr.*

Virtutes iisdem temporibus optime æstimantur, quibus facillime gignuntur. Tacit. Vit. Agricol. initio.

Καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά. *Chilon. Epigram. lib. 1.*

Come i luoghi, i fatti ancor son fuschi. Ariost. 3. 56.

Non virtutibus ex dignitate, sed ex virtutibus dignitati honor accedit. Boet. 2. consol. 6.

Domini mores Cæsarianus habet. Martial. 9. 81.

Vt sidera parua & exilia validiorum exortus obscurat: sic Imperatoris aduentu legatorum dignitas inumbratur. Plin. paneg.

In seculo virtuti amico nisi opt. quisque gloriam parat, hominis est culpa, non temporis. Sym. 3. 43.

* *Demosthenes à Platone plurimum ad eloquentiam adiumenti accepit. Plut.*

Plurima discenti semper sapientia crescit. Columban.

Prius disce, qui doces. Lact. 4. 23.

Soli viuunt, qui sapientiæ vacant. Sen. breuit. vit 14.

Hinc honor rarus, quod frequens vsus. Sidon. 8. 16.

Fastidium præstat omne, quod satiat. Cass. 3. 19.

Facit statim fastidium copia. Liu. lib. 2. Aristot. problem. 18. 10.

Ἡ συνέχεια τῆς ἀπολαύσεως κλείπει τῆς δύφεσιν τῷ ἄθει. *Synes. ep. 138.*

Damnat quisque, quod ignorat. Hermol. Barb. epist. Politian. lib. 12.

Generosos animos labor nutrit. Sen. ep. 31.

A. Gellius libr. III. cap. XIII. scriptum reliquit, inter alios Platonis auditores fuisse Demosthenem, Philosophum magnum, & magni apud Græcos nominis, & vehementer à Romanis expetitum. Erat enim vita quidem austerus; eloquentia verò & doctrina admirandus. Quòd si Phalaridis æuo, quando tyrannis Græcia abundabat, non Platonis tempore, quo Philosophis eadem frequentabatur, Demosthenes vixisset; non minùs vniuersæ Asiæ Sol, quàm totius Europæ lux Cicero, fuisset habitus. 22

MAGNA felicitatis pars est, hoc potiùs tempore, quàm alio virum insignem nasci. Nam si eques strenuus in Principis animosi fortisq; tempora incidat; tum magno profectò in honore habebitur, tum maximi momenti præficietur negotijs. Sin Principis pusillanimis & auari viuat æuo; ad augenda vectigalia callidus aliquis, equiti ad victoriam prælio parandam (aut Principis dignitatem amplificandam) strenuo præferetur. Idem viris sapientia, (doctrina) & virtute præstantibus accidit; qui si in Principum virtute doctrinaq; excellentium æuum incidant; in precio atque honore habentur: Sin Principum improborum ac vanorum tempora attingant; nullo loco habentur. Antiquitus enim HOMINVM vanorum mos est, non qui reipublicæ vtilissimi; sed qui Principi gratiosissimi sunt, honore afficere.

Hæc ideò dixi, quia cùm vtrunque Philosophum per se celeberrimum, eodem Græcia tempore tulerit; Platonis auctoritas fecit, vt minoris Demosthenes æstimaretur. VNIVS enim fama illustris multorum in populo nomen obscurat. Etsi autem erat Demosthenes, qualem ostendimus, memoria scilicet fœcunda, ingenio diuino, vita spectata, consilio sanus, fama celeberrimus, ætate grandis, & Philosophiæ peritissimus: tamen ventitare in Academiam, & ex* Platone Philosophiam moralem audire non desistebat. Hæc qui vel audierit, vel legerit, non mirabitur, sed ad vsum potiùs accommodabit; quòd nimirum Philosophus alius ab alio Philosopho discere, & sapiens alius ab alio sapiente erudiri voluit. Ea quippe scientiæ natura est, vt 23

CRESCAT amor studij, quantum ipsa scientia crescit. OMNES in hac vita res degustatæ à nobis & possessæ, fastidium, satietatem & defatigationem afferunt; exceptâ verâ scientiâ, quæ satietatis, fastidij & defatigationis expers est, aut si quan-

si quando defatigare videatur, oculi quidem legendo; non autem mens cognoscendo fruendoq; delassatur.

Quoties ab amicis & viris illustribus mihi occurritur & obiectatur, quî fieri possit, vt in tanta studiorum assiduitate vita transigatur? respondere illis soleo, quî fieri possit, vt in tanto ipsi viuant ocio? Si enim tot superuentus carnis, pericula mundi, tentationes diaboli, insidias inimicorum, & importunitates amicorum perpendamus; cuius animus sustinere tantas tamq; continuas posset molestias, si absque lectione & librorum solatiis foret? MAGIS nos ignorantis, quàm pauperis oportet misereri. NVLLVM enim paupertatis genus grauius est, quàm prudentiâ semetipsum gubernandi carere.

Sed vt eò redeat, vnde digressa est, oratio; cùm quodam die Athenis ad Platonis scholam pergeret Demosthenes; magnum in foro populorum concursum vidit, audientium Philo-
24 *sophum, qui recens aduenerat. Neque verò temere multos ad eum audiendum populus concurrisse dicitur. NATVRA quippe vulgus nouitatis semper audiendæ auidum est. Cæterùm per contatus Demosthenes, quis esset Philosophus, ad quem vniuersus properabat populus: auditoq; Callistratum esse, virum facundissimum; videndi audiendiq; illius gratia substitit, vt nimirum, vera an falsa vulgus iactaret, cognosceret. SAEPE enim fit, vt famam nonnulli celebrem consequantur, ob studia magis, quæ sibi conciliarunt, vulgi, quàm ob eruditæ doctrinæ copiam.*

Erat autem hoc inter Platonem & Callistratum discrimen, quòd Plato doctissimus, Callistratus eloquentissimus erat, atq; inde fiebat, vt in vita Platonem (plerique) æmularentur, in doctrina Callistratum sequerentur. Multos enim inuenias viros satis doctos, qui doctrinâ instructi singulari, omni tamen in docendo (dexteritate &) gratia carent. Vt autem Demosthenes semel tantùm audiuit Callistratum: ita motus, & demulctus & captus est, vt Academiam cum Platone reliquerit (& † Callistratum iam inde sectari cœperit:) quæ nouitas multis Græciæ sapientibus admiratione digna visa est, videntibus scilicet vnius linguam omnium doctrinæ imposuisse silentium.

Iam verò etsi exemplo hoc ad institutum meum accommodato, Maiestatem V. iam intelligere arbitror, quo fuerit

à me

Alii tempora desunt; alii temporibus supersunt. Val. Max. 8. 7.

Alit lectio ingenium, & studio defatigatum, non sine studio reficit. Sen. ep. 84.

Differt multum, qui didicit, ab eo qui non didicit; & exercitatus ab eo, qui minime exercitatus est. Plat. 7. de legibus.

Rex illiteratus est quasi asinus coronatus. Saresb. 4 6.

Facile) subagreste ingenium nullis vetustatis lectionibus expolitum coacto vultu fallitur. Ammian. 30.

Studia ita occupatis nihil molestiæ afferunt, vt ipsas molestias plerunq; solentur. Sym. 1. ep. 12.

Insitus est menti cognitionis amor. Cic. de fin. 5.

Naturale est magis noua, quam magna mirari. Sen. natur. q. 7. 1.

Multa dico, non quia mihi placent; sed quia audientibus placitura sunt. Idem.

Qui placendi causa scribunt, qualia placere viderint scribunt. Plin. 3. ep. 18.

Grauis est sitis bonarum rerum, cui sola fruendi assiduitas remedium facit. Symmach. 3. 48.

Leuis turbæ facilitatem trahit, quo vult, persona popularis. Sidon. 1. ep. 11.

Ἀστείρευς ἀσείρευς ἐν μύνης φάσγῃ; ὐσπερ πίθηκος. Argentar. Epigr. lib. 7.

Malo indisertam prudentiam, quam stultam loquacitatem. Gell. 1. 15.

Fieri potest, vt recte quis sentiat, & id, quod sentit, polite eloqui non possit. Cicer. Tusc. 1.

Nouitates rerum actu auditusque prurientibus, etiam ipsa vita fastidio est. Orosius lib. 3. cap. 2.

† *Gellij verba.*

Τὸ λέγειν ὡς δεῖ, & φρονεῖ. δῦ μέγιστον σημεῖον. Isocr. Nicocl.

Qui hoc facit, quod nullus, mirantur omnes. Bernhard. 22. 7.

Adhuc honor studiis durat. Plin. 4. ep. 16.

Iam à principio videndum, quemadmodum velis venire ad extremum. Cicer. Orator.

Exquisita lectio singulorum, doctissimum; cauta electio meliorum, optimum facit. Saresb. 7. 10.

Pompa meritorum est, regale iudicium. Cass. 1.12.

A sapientibus propria studia verecunde, aliena callide æstimantur. Val. Max. lib. 8. cap. 13.

Maleficij quàm beneficii potius immemores simus. Liu. lib. 7.

Bona non effluere sapienti, mala meminisse nõ oportet. Cic. fin. 2.

Nobis, vndecunque proueniant, placent incitamenta virtutum. Saresb. 7. 8.

Solum conscientiæ bonæ præmium satisfacere potest magna præstantibus. Symmach. 4. 7.

Nunquam humano generi ad noctis suæ tenebras, cœcitatisq; molestias depellendas, sua sidera defuerunt. Saresb. 3. 9.

* *operis gratia.*

Nihil rerum omnium, quàm reprehendere proximum, expeditius. Plutar. de auditione.

Committo me dentibus insanientium, sed veritatis beneficio liberandum. Orosius lib. 2. 2.

Legumlatores vt agrum rempub. colant, extirpando malas herbas, bonas serendo. Plato. Volater. lib. 29.

Opus proprium delectat autorem. Cass. 6. 11.

Autorem commendet opus, non garrula lingua. Prouerb.

Qui transit derogantes, in hoc solum mouetur, vt gaudeat. Sidon. 1. ep. 3.

* *meliorare.*

Ita credere magis solemus, quæ plurium testimonio cõfirmantur. Aristot. problem. 17. 3.

Nostrum est, quicquid vbique bono Principi nascitur. Sym. 3. 55.

† *exempla.*

† *facinora egregia.*

Satietas varietate vincenda est. Sym.

Dulcis mistura bonorum, & semper varium plus micat artis opus. Corn. Gall.

à me sine recitatum; tamen Celsitudinem Vestram in Museo suo libros habere aio tam exactos, & in aula sua viros adeò doctos, vt eandem haud immeritò autoritatem obtineant, 25
quam in Academia Plato habebat: qua in re minimè ingratum mihi futurum esset, idem Maiestati V. cum isto libro, quod Demostheni cum Callistrato accidit, euenire. Absit à me, vt hæc dicantur animo persuadendi Maiestati V. vt à colloquiis illa virorum prudentum, librorumq; aliorum lectione abstineat: Id enim relicto Platone, viro diuino, Callistratum, qui humanus (vt ita dicam) potiùs erat, sectari esset: Sed subinde lectitare paullum in hoc libro assuescat. Poterit enim fieri, vti monitum aliquod salutare in eo, vsui quandoq; futurum, inueniat. DECET enim Principes bonos & diligentes res bonas, quas legerint, memoria tenere, & iniurias sibi factas è memoria euellere.

*Non sine causa dico fore, vt qui opus hoc legerit, monitum aliquod in eo (prudens) inueniat. Nam quidquid scriptum est, singulari cum attentione scriptum, vt eam in ponderanda & expolienda qualibet vocula sententiaq; diligentiam adhibuerim; ac si ex illa sola omnis * hæc lucubratio penderet. MAXIMO quippe viris eruditis in (nouorum) operum elaboratione doloris est, cùm cogitant, si multi fuerint, qui oculos ipsorum monitis legendis intendant; longè plures fore, qui carpendis ijsdem linguas intentent. Etsi autem mihi in huius libri concinnatione idem propositum fuit, q o illi, qui hortum de integro instruit amœnum, quem rosis conserit, quæ gratum* 26
*naribus odorem præbeant; vbi vireta sunt, quibus oculi pascantur, & poma, quæ manibus decerpantur: Tamen CVM & homo sim, & hominibus scribam; potest fieri, vt tanquam homo & errârim, & ad scopum collineârim. Neque enim vlla in terris pictura tam absoluta est, quin pictor alius aliquid in ea * corrigere præsumat.*

Quicunque in hoc opere legendo sedulò sese occupabunt, consilia inibi fructuosissima; leges sanctissimas; dissertationes optimas; dicta memorabilia; sententias exquisitissimas; facta† insignia, & historias antiquissimas reperient. Nam vt verum fatear, VT doctrina prisca, orationis filum nouum esset, operam dedi.

Nec verò, quoniam Maiestas V. omnibus & Regibus & regnis præstat; Ego verò omnium illius ministrorum minimus

nimus sum; vel oculos huius libri lectioni aduertere dedignetur; vel quæ recta videbuntur, exequi prætermittat. Si enim scriptum ipsum per se bonum & exactum sit; non est aspernandum, licèt calamo fuerit deteriore exaratum. Dixi, dico & dicam, PRINCIPES & megistanes, quò potentiores, opulentiores & animosiores sunt, eò magis necesse habere, vt optimos secum tum consiliarios, quibus cum colloquantur, tum libros, quos legant, habeant: idq́ non solùm rebus secundis, sed
27 *(multò magis) etiam aduersis faciendum; vt matura in negotiis adhibeantur & consilia & remedia. Hoc enim nisi faciant pœnitendi quidem tempus; at non medendi (euentis) locus erit.*

Plinius, M. Varro, Strabo & Macrobius, historici non minùs graues, quàm veraces, controuersiam inter se habent maximam, dum demonstrare nituntur, quænam res fuerint in republica antiquissimæ, & quo tempore gentium consensu fuerint receptæ. Seneca in epistola quadam ad Lucilium non potest satis deprædicare Rhodiorum rempublicam, in qua omnes difficillimè ad rei cuiuspiam obseruationem adduci sese patiebantur; eandem verò semel receptam inuiolatè obseruabant & custodiebant. At Plato diuinus lib. VI. de ll. iussit, vt si quis ciuis nouum aliquod inuentum excogitasset, quod neq́ visum priùs neq́ auditum esset, illius per decennium domi suæ caperet experimentum, antequam in ciuitatem introduceretur; vt si bonum fuisset, ipse fructum caperet; sin damnosum, ipsi noxæ, non aliis fraudi esset.

*Plutarchus in * apophthegmatis refert, Lycurgum constitutâ pœnâ grauissimâ prohibuisse, ne quis ciuis peregrè profectus vagari, neve in ædes suas aduenas recipere auderet: ad quam legem ferendam hac ratione fuit adductus, NE vel peregrini externas in ciuium domos res importarent, vel ipsi ex-*
28 *teras regiones perlustrantes nouos mores addiscerent. TANTA nunc est hominum præsumtio, tanta iudicij in vulgo infirmitas, vt quicquid libuit, quisque & loquatur, & inueniat, & scribat. Neque id satis; sed nemo est, qui obuiam eat: cùm TANTA sit vulgi hac in re leuitas, vt dum singulis modò diebus noui aliquid videat, nihil pensi ducat, sitne reipublicæ emolumento, an detrimento.*

c *Si ve-*

Ita natura comparatum est, vt ea, quæ scripsimus cum labore, etiam cum labore audiri putemus. Plin. 2. ep. 19.

Res ardua, vetustis nouitatem dare, nouis autoritatem, obsoletis nitorem. obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem. Plin. præfat. histor. natur.

Humilitas amplitudinem venerari debet. Val. Max. 3. 8.

Res potius, quàm autores, spectandæ. Liu. lib. 6.

Nunquam desunt consulta duobus. Sil. lib. 15.

Omnibus est mundi melior sapientia gazis. Columban.

Vnicum doloris leuamentum studia. Plin. 8. 19.

Plerunque sera pro nullis sunt. Fab. declam. 12.

Es ist zwar nicht ein weiser Raht / der erst kömpt nach geschehner That. Adag.

Quid est in negotiis hominum, quod non ex aliquo cœperit tempore, & in vsum exierit experientiamq; mortalium? Arnob. lib. 3.

Chi lascia la via vecchia per la nuoua, spesse volte ingannato si ritroua. Guicciar. pag. 49.

Nihil motum ex antiquo probabile est. Liu. lib. 34.

Super omnibus negotiis melius atq; rectius olim prouisum; & quæ conuertuntur, in deterius mutantur. Tacit. an. 14.

Δεῖ ταρεῖν τὰ προγονικὰ νόμιμα, καὶ μὴ καθήκει τοῖς ἄλλοις ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογίζεσθαι. *Ath. fol. 297.*

Nihil nouum introducendum, nisi prius aliquod illius opus veraciter demonstrentur. Polyb. 6.

Lacedæmonij peregrinos expellebant, & ciues peregrinari nō sinebant, corruptionem extra leges ex vtroque metuentes. Ioseph. App. 2.

* *Laconicis institutis: & Xenoph. de republ. Lac.*

Heureux celuy ie nomme
De prudence pouracu,
Qui les moeurs de maint homme
En mainte terre à veu.
Ronsard. 2. 236.

Est genus humanum cupidum nimis auricularum. Lucret. lib. 4.

Quid non miraculo est, cum primum in notitiam venit? Plin. 7. cap. 1.

Sit suspecta, nouum quæ pandit semita callem. Alcim.

Τὸ φιλόκαινον φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει. *Lucian.*

Non liceat, quæ composuerit, vlli priuatorum ostendere, antequam constituti iudices viderint & approbauerint, Plat. 7. de ll.

Si veniat hodie in populum vir leuis & vanus, nunquam antea visus neque auditus, modò sit astutus & sagax, quid is, quæso, volet dicere, quod non dicat? quid fingere, quod non fingat? quid proponere, quod non proponat? quid persuadere, quod non persuadeat? Res profectò mira, & scandali plena est, quòd VNVS ad peruertendas omnium mentes sufficit; & non sufficiunt ad reprimendam vnius vanitatem vniuersi. RES nouas & inusitatas neque populus admittere, neque Principes ferre debebant. NON minùs enim nouitas aliqua, priusquam in ciuitatem introducatur, examinanda est, quàm ingens conscientiæ scrupulus examinatur.

Ruffinus apologiæ lib. II. valde reprehendit AEgyptios, rerum ingeniosarum studiosissimos; itemq́ Græcos arguit, in verbis ornatè collocandis curiosissimos. Ex aduerso autem mirificè Romanos prædicat, qui admodum in assentiendo ijs, quæ Græci dicebant, increduli, & in recipiendo, quæ AEgyptij inueniebant, graues fuerunt. Nec verò immeritò hos autor celebrat, illos vituperat: Siquidem à VANITATE iudicij, animiq́ leuitate proficiscitur, si quis, quicquid audit, credit, & quicquid videt, facit. 29

Sed vt ad propositum redeam, M. Varro quinque res difficillimè in mundo introductas ait, quarum nullam, postquam semel communi illæ consensu receptæ fuerunt, tolli aut obliuioni tradi permissum fuit. Vt enim quæ LEVITER admittuntur, facilè etiam negliguntur; sic quæ difficulter admissa sunt, admodum solicitè custodiuntur.

Primum, in quo recipiendo gentium consensus conspirauit, coniunctio fuit inter homines hominum, vt scilicet oppida, vrbes, & respublicæ constituerentur. Nam secundùm Platonem, inter animalia, quæ rempublicam inuenerunt, primæ fuêre formicæ, quæ teste experientia, simul viuunt, laborant, ambulant, & hyemis futuræ non ignaræ atque incautæ alimenta sibi recondunt; & quod mirandum magis est, nulla earum quicquam sibi vendicat; sed omnia habent in republica sua communia. Atque formicarum respublica admiratione profectò digna est, si videas; quo pacto cauernosa penetralia repurgant; quomodo madefacta imbre semina (proferunt atque) siccant; quomodo labore singulæ suo victitant;

Ad noua omnes concurrunt, ad noua conueniunt. Sen. 4. contr. procem.

Hominis mens videndi & audiendi delectatione ducitur. Cic. off. 1.

Malæ naturæ nunquam doctore indigent. Mim.

Tam scrupulosa cura paruula quoque momenta religionis examinantur. Valer. Max. 1. 1.

Quomodo res competenter consummari poterunt, nisi expendas, vnde, quomodo, propter quid rem aggrediare? Polyb. lib. 5.

Moribus antiquis res stat Romana. Enn.

Δίκαιος ἐὰν ᾖς, τῷ τρόπῳ χρήσῃ νόμῳ. *Menand. Scalig. Manil.* 452.

Moribus viuito antiquis. Plaut. Trinum. Quo illic.

Mutatio omnibus in rebus, præterquam in malis, periculosissima. Plat. Volaterr. lib. 29.

Ἡ συχαζούσῃ πόλει τὰ ἀκίνητα νόμιμα ἄριστα. *Thucyd. lib.* 1.

Quinque res receptæ.

Πάντα δὲ ταῦτ' ἐδίδαξε πικρὴ πάντολμος ἀνάγκη. *Isidor. Epigr. lib.* 1.

Solet facile labi, quod sine difficultate potuit inueniri. Cass. 2. ep. 2.

Attentè custoditur, quòd tarde inuenitur. Tertul. Aduers. Valentin.

Omnia quæ nunc vetustissima creduntur, noua fuere. Tacit. ann. 11.

1. *Societatis humanæ communio.*

Formicis reip. ratio, memoria, cura. Plin. 11. 30.

Fuit tempus, cum rura colerent homines, neq; vrbem haberent. Varro. 3. rust. 1. Virg. 4. Æn.

Longa dies acuit mortalia corda, & labor ingenium miseris dedit. Manil. lib. 1.

Vtitur ante quæsitis sapiens formica. Horat. 1. Sat. 1. Aug. in Psal. 36.

Imitare si potes, apis ædificia, formicæ stabula, araneæ retia, bombycis stamina. Ter. aduers. Marcion. lib. 1.

ctitant; vt nulla aliam offendit; quomodo aliæ aliarum laboribus fruuntur: Et quod pudorem nobis incutere maiorem debebat, †si res postulet, quinquaginta millia formicarum in cauernula minima victitant; at duobus viris vna respublica angusta nimis est. VTINAM tanta esset hominibus parandæ salutis prudentia, quanta inest formicis vitæ sustentandæ prouidentia!*

Postquam augeri indies hominum numerus, & exacui magis magisq; ingenia cœperunt; tyranni qui pauperes opprimebant; fures, qui diuites spoliabant; turbulenti, qui perturbabant quietos; homicidæ, qui pacis (& ocij) amantes trucidabant, & ocioſi, qui ſudoribus victitabant alienis, exorti ſunt. Quo animaduerſo, viri virtute (& conſilio) præſtanti ſtatuerunt, vinculo quodam ſocietatis ſimul viuere, vt & conſeruari hac ratione boni, & ij, qui improbi eſſe voluiſſent, reprimi poſſent. His quæ diximus, conſentaneum eſt, quod Macrobius commemorat lib. II. in ſomnium Scipionis, NIMIAM auiditatem & profundam auaritiam cauſam præbuiſſe inueniendæ inter homines reipublicæ. Plinius lib. VII. cap. LVI. oppida Athenienſes, vrbes AEgyptios primos condidiſſe refert.

Secundus gentium conſenſus in literis, quas legimus, & quibus in ſcribendo vtimur, recipiendis fuit. AEgyptij, quemadmodum M. Varro ait, harum ſeſe inuentores iactitant: Contrarium Aſſyrij affirmant, eas apud ſe primùm repertas iurantes. Plinius libr. VII. (cap. LVI.) antiquitus inquit XVI. duntaxat fuiſſe literas, & Palamedem bello Troiano quatuor adieciſſe. Ariſtoteles mox ab initio literas XIIX. (priſcas) fuiſſe inuentas ait, poſteaq; à Palamede duas tantum additas; vt in vniuerſum XX. eſſent; poſtea Epicharmum Philoſophum duas inueniſſe, vt XXII. fierent. Sed vtrùm ab AEgyptijs inuentæ ſint literæ, an apud Aſſyrios primitus extiterint, parum refert. Hoc pro certo affirmo, rem fuiſſe maximè in republica, & ad humani generis incrementum neceſſariam. Nam SI LITERIS careremus & ſcriptura; nihil rerum olim geſtarum ſcire, nihil ſignificare illis, qui futuri poſt nos ſunt, poſſemus.

Plutarchus libr. II. de laudibus antiquorum, & Plinius lib. VII. cap. LVI. Pyrodem plurimùm celebrant, quod is ratio-

†*quandoque vſu venit, vt G.*

Quis non ſtupeat, nulla interueniente doctrina hanc artem naſci? Fab. decl. 13.

* *victitent.*

Σὺ δὲ τῷ παιδόντι αἰῶνι ἀποδήσῃς ἐμὲ τὸν μέλλοντα ἀναπαύσῃς, ἵνα τὸ ὑπόδειγμα τὸ μίερμηκος ἀναβλέψας. Basil. hom. 9. in Hexaem.

Πολλὰ τὰ δεόντων ὁ χρόνος ἐξεῦρε καὶ διορθώσατο. Syneſ. epiſt. 37.

Τὰς πόλεις τὸ σοφὸν ζῶον ἀνθρωπος ἱδρύσατο. Ariſt. de mundo 3.

Lactant. 6. 10. Polyd. Virg. 3. 9. Cic. pro Sexti. & 1. de inuent.

Natura ſumus apti ad cœtus, concilia, ciuitates. Cic. Tuſc. 1.

Dabunt geminata potentes per ſocium effectus: multum comes addit & aufert. Manil. lib. 2.

Amor proprius omnium peccatorum ſemper eſt cauſa. Plato. Volater. lib 29.

Φεῦ τῆς δόξης ἐχόντων ἀνίων δύρειν, ὃ μηδεὶς κρεῖττον εἵρηκε. Iſocrat.

Nihil proficitur, ſi qua reuulgo interdicitur, niſi vita quoque eius quotidiana meliorem ad frugem reuocetur. Dio. lib. 60.

2. *Literarum vſus.*

Polyd. Virg. 1. 6. Herodot. lib. 5.

Τὰ γράμματα θεῶν εἰς ἀνθρώπους δόσις. Syneſ. ep. 138.

Tyrus prima literas aut docuit, aut didicit. Curt. lib. 4.

Phœnices primi, famæ ſi creditur, auſi Manſuram rudibus vocem ſignare figuris. Lucan. lib 3.

Qui abierunt hinc in communem locum, abſentes tamen proſunt præſentibus. Plaut. Caſin. prolog.

Ἐξεῦρον γραμμάτων συνθήκας Προμηθεύς. Æſchyl. in Prom. vinc.

Literarum vſu memoriæ fulcitur æternitas. Macrob. 2. ſomn. 10.

Phœniceo colore librorum capita deſcribuntur, quia ab ipſis literæ initiũ habuerunt. Iſidor. Lipſ. ad Tacit. an. 11.

tionem ignis è silice excutiendi inuenerit: Plurimum laudant Prætum inuentorem clypeorum; Penthesileam Amazonem securis; Scythen arcus & sagittarum; Phœnices balistæ & fundæ; Lacedæmonios galeæ, hastæ & gladij; Thessalos pugnandi ex equo; Pœnos pugnæ naualis. Ego verò laudo, neque vnquam laudare desinam, non quidem eos, qui arma ad apparandum bellum; sed qui literas ad comparandas scientias, inuenêre. Si perpendatur, quantum inter se differant, calamum atramento madefacere, & hastam sanguine tingere; stipatum libris, & accinctum armis esse; quomodo viuendum singulis sit discere, & occidendi proximi gratia insidias in bello instruere: NEMO est tam peruerso iudicio, 32 *qui non exercitia potiùs scientiæ, quàm furorem bellicum laudet. Nam QVI artem discit militarem, nihil aliud, quàm quomodo occidendi alij sint, discit: Qui verò artes discit, nihil aliud, quàm quomodo & sibi & aliis viuendum sit, discit.*

Tertius consensus omnium in terris gentium fuit in recipiendis legibus. Etsi enim societati viuebant homines; alter tamen alteri nolebant subijci; itaque crebræ inter ipsos contentiones & turbæ oriebantur. Nam secundùm Platonem, NON est certius interituræ reipublicæ signum, quàm vbi multa in ea surgunt capita. Plinius lib. VII. cap. LVI. reginam quandam, Cererem nomine primam inquit docuisse agros colere, frumenta molere, panem conficere & in furnis coquere: primam item populis leges dedisse, & ob hæc inuenta ab antiquis deam iudicatam. Ab eo tempore neque vidimus hactenus, neque audiuimus, neque legimus regnum vllum aut populum, quantumuis remotum atque barbarum, cui nullæ fuerint leges, ad bonorum defensionem, aut pœnæ constitutæ ad malorum castigationem. Quanquam potiùs ego optârim, atq; SECVRIVS etiam duxerim, homines rationem amare, quàm legem formidare.

QVI à malefactis sibi grauium metu suppliciorum, quæ legibus sunt definita (non sequendæ rationis amore) temperant, (mea quidem sententia) etsi ab hominibus ea, quæ fa- 33 *ciunt, probantur; tamen à * Deo, quæ desiderant, damnantur. Seneca in epistola quadam ad Lucilium amicum, Scribis ad me, inquit, Siculos magnam frumenti vim in Hispaniam*

Literæ vna custodia fidelis memoriæ rerum gestarum. Liu. lib. 6. initio.

Literæ posteritatis caussa repertæ sunt, quæ subsidio obliuioni esse possent. Cic. pro P. Sylla.

Per varios vsus artem experientia fecit, exemplo monstrante viam. Manilius lib. 1.

Rectius ingenii, quam virium opibus gloriam quærere. Salust. Catilin.

Cedat forum castris, ocium militiæ, stylus gladio, vmbra Soli. Cicer. pro Muræn.

Doctrina etiam ex obscuro nobilem facit. Cass. 8. 9.

Rei militaris virtus præstat cæteris omnibus. Cicer. pro Muræn.

Ab oratore pacis ornamenta retinentur; ab imperatore belli pericula depelluntur. Cic. pro Mur.

Ἀξιώτερόν ἐστι προτιμηθῆναι τῆς συνηθείας τὸ χρήσιμον. *Synes. ep. 57.*

3. *Leges.*

Vetustissimi mortalium nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere, eoq; sine pœna aut coercitionibus agebant. Tacit. annal. 3.

Nihil salutare agi potest, vbi qui parere debebant, imperare volunt. Dio. lib. 41.

Nisi pessimis moribus viueretur; opus ferendis ll. non fuisset. Macr. 3. Sat. 17.

Salus populi suprema lex. Cic. de leg. 3.

Multitudo coalescere in vnius populi corpus nulla re, præterquam legibus potest. Liu. lib. 1.

Non corrumpuntur in deterius, quæ aliquando etiã à malis; sed honesta manent, quæ sæpius à bonis fiunt. Plin. 5. ep. 3.

Nihil tam proprium imperii est, quàm legibus viuere. IC.

πάντα βέλτιον γίνεσθαι κατὰ νόμον, ἢ κατὰ ἀνθρώπων βούλησιν. οὐ γὰρ ἀσφαλὴς ὁ κανών. *Aristot. 2. pol. 10.*

Iustus non terrore pœnæ reuocatur à culpa; sed regula honestatis. Ambros. off.

Nulla lex, nullus metus eis, quæ natura insunt, plus valet. Dio. 55.

* *Iustitiam diuinam non effugiunt.*

ἐν τοῖς νόμοις ἐστὶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως. *Aristot. 1. Rhetor. 4.*

Legum omnes serui sumus, vt liberi esse possimus. Cic. pro Cluent.

niam Africamq́ exportasse; quæ cum lege Romana prohibita sit exportatio, multam eos grauissimam commisisse. Quemadmodum tu, cum singulari sis virtute ornatus, me regere; ita ego cum senex sim, rectè loqui te possum docere. Non enim res patitur, vt inter sapientes dicatur: hoc (iubet,) disponit, (permittit) lex; sed vt dicatur: Hoc mandabitis iuxta rationis præscriptum. PROBI enim corona ratio; Improbi carnifex lex est.

*Quartus gentium consensus fuit in tonsoribus. Neque risum hoc vlli moueat. Nam qui Plinium cap. LIX. libr. VII. legerit, inueniet profectò annos CCCCLIV. Romanos (intonsos fuisse,) vt neque capillum neque barbam tonderent. M. Varro * autor est, P. Ticinium Menam primùm ex Sicilia Romam adduxisse tonsores. Et acris inter Romanos contentio fuit, essentne admittendi an secus, cùm magnæ temeritatis esse dicerent, vitam hominis * comitati committere.*

Dionysius Syracusanus nunquam barbam tonsori credidit; sed filiæ dum paruulæ erant, barbam forcipulis illi tondebant,
34 *quibus ipsis tamen postquam ætati adultæ appropinquabant, barbam non ausus committere, ipsemet candente carbone sibi adurebat capillum; & cur nulli tonsori barbam crederet, interrogatus, Certus sum, inquit, fore nonnullos, qui maius tonsori precium darent, vt me vita priuaret, quàm ego, quòd barbam tonderet. Plin. libr. VII. (cap. LIX.) Scipionem Africanum, & Augustum inquit primos omnium radi * quotidie Romæ instituisse: quod dixisse Plinius mihi videtur ad Principes illos extollendos, qui non minore animo opus habuerunt, vt nouaculas iugulo admoueri paterentur, quàm vt ille cum Annibale in Africa, hic cum Sexto Pompeio in Sicilia prælio decertarent.*

*Quintus consensus omnium in recipiendis horologiis conspirauit, quibus longo tempore Romani caruerunt. Nam vt Plinius (libr. 7. cap. vltim.) & M. Varro (libr. 5. de ling. Lat.) dicunt, Romani absque horologiis annos † DXCV. fuerunt. Historici diligentiores tria commemorant horologiorum genera ab antiquis adinuenta, nempe horarum, (vel clepsammidion) Solarium & * clepsydram. Horologium sola-*

Tantum legibus seueritatis addendum, quantum flagitia creuerunt. Sym. 2. 13.

Ἄγραφοι νόμοι ἐν πάσῃ χώρᾳ κατὰ ταῦτα νομιζόμενοι. *Xenoph. memorabil.* 4.

Iustus non dignatur legem habere institutricem. Theophyl. 1. Timoth. 1.

Ratio bonorum ac malorum arbitra. Sen. ep. 66.

In sola conscientia est fructus & ratio virtutis. Symmach. 9. 105.

4. *Tonsores.*

Ex aliis alias artes proseminat vsus. Manil. lib. 1.

Vnum exemplum luxuriæ aut auaritiæ multum mali facit. Sen. ep. 7.

* *De re rust. 2. cap. vlt.*

Quod vulgi opinione receptum est, peruicaciter defenditur. Pausan. 1.

Caput suum fidei adhuc inexpertæ permisit. Curt. lib. 6.

* *benignitati vel nouaculæ.*

Ὅπως μὴ συναγκασθῇ τῷ τοῦ κουρέως σιδήρῳ παραβάλλειν τὰ κυριώτατα μέρη τοῦ σώματος.

De Agathocle comam & barbam nutriente. Diodor. lib. 20.

Μόνῳ τυράννῳ οὔτε ἔχειν, οὔτε καταθέσθαι τὰ κακὰ λυσιτελεῖ. *Xenoph. Hieron.*

Tyrannus & inuisus est, quia timetur, & timeri vult, quia inuisus est. Sen. 1. clem. 12.

In caritate ciuium nihil spei ponenti, metu regnum tutandum est. Liu. lib. 1.

* *Etiam cum reus esset. Gell.* 3. 4.

Caritate & beneuolentia ciuium septum oportet esse, non armis. Cic. Philip. 2.

Talem se Princeps subiectis exhibeat, vt vitam eius ex deuotione præferant suæ, & incolumitatē illius quandam publicam reputent vitam. Saresb. 4. 3.

5. *Horologia.*

Ἔστω μηδὲν ἀπείρητον. αὐτόματον γὰρ οὐδὲν, ἀλλ' ἀπὸ πείρης πάντα ἀνθρώποισι φιλέει γίνεσθαι. *Herodot. lib.* 7.

† CD. LX. Sigon. comment. in fastos.

Cura horologii inter opera censoria non postrema erat. Alexand. 3. 13.

* *hydrologion.*

rium (quod appellatur sciotericon) inuenit † Anaximenes Milesius, Anaximandri discipulus. Aquæ horologium inuenit Scipio Nasica: (* Clepsammidion vel automaton) horologium horarum Thaletis Philosophi discipulus quidam inuenit.

Ex omnibus antiquitatibus Romam deportatis nulla gratiùs accepta fuit à Romanis, quàm horologia, quorum adminiculo horis diem metiebantur. Antea quippe non poterant dicere: Hora septima surgemus, decima prandebimus, duodecima conueniemus, prima discedemus, tertia negotiabimur: sed tantùm dicebant; hoc Sole exorto, illud antequam Sol occidat, agemus. 35

Harum quinque antiquitatum in hoc proœmio mentionem feci, vt tantùm rationem redderem, cur librum hunc meum *HOROLOGIVM PRINCIPVM voluerim appellare. Cum enim nomen libri sit adeò nouum (& insolens;) doctrinam quoque illius magni æstimatum iri spes erat. Absit à me, vt dicere ausim Hispaniam tam diu doctrinæ horologiis caruisse, quàm diu Romani sciotericis & clepsydris caruerunt: cum semper Hispania viris abundauerit, doctrina excultis, prudentia spectatis & bello strenuis.

Meritissimò iustaq; de causa laudandi sunt Hispaniæ Principes, equites populiq;, eiusdemq; ingenia, animi, cœlum, aquæ, & fertilitas. Veruntamen multos libros vulgares, qui sunt in Hispania, improbo atque detestor, quos perinde vt horologia fracta in ignem conijci, & de integro conflari par esset. Non absq; causa multos libros dignos esse dico, vt conscindantur & exurantur; cum hoc tempore nullo pudoris conscientiæq; habito respectu de mundi amore libri componantur, ac si mundi contemtum docerent.

Dolendum profectò est dies noctesq; multos lectioni impendere librorum futilium, nimirum * Amadisi, Primaleontis, Duartis, Lucendæ, Calixti; quorum præceptis legendis audeo 23
dicere illos tempus non terere, sed potius perdere: Non enim ibi discitur, quo pacto à vicijs discedendum; sed qui duces eligendi, vt improbiores reddantur.

Horolo-

† Plin. 2. 67.

Horarum nomen non minus annos CCC. Romæ ignoratum credibile est. Censorin. cap. 23.

* ex arenis tenuissimis, vel è metallis, de quo Pol. Vir. 2. 5.

Insitum mortalibus studiũ magna & inusitata noscendi. Plin. 2. 10.

Gratissimè à Romanis accepta. Plin. 7. 60. Thom. Garzon. discors. 80. Carda. variet. rer. lib. 9. cap. 74.

Ὁ μὲν ἥλιος φωτεινὸς ὢν τάς τε ὥρας τῆς ἡμέρας ἡμῖν, καὶ τἄλλα πάντα σαφηνίζει. τὰ δὲ ἄστρα ἐν τῇ νυκτὶ ἀνέφηναν, ἃ ἡμῖν τὰς ὥρας τῆς νυκτὸς ἐμφανίζει. Xenoph. memorab. lib. 4.

Temporaq; obscuræ noctis deprendere signis. Iam poterant, cœlumq; suas distinxerat horas. Manil. 1. pag. 16. v. 23.

Primum officium scriptoris, vt titulum suum legat. Plin. 5. ep. 6.

* Lib. 1. cap. 40.

Suæ quisq; inuentioni fauet. Plin. 1. ep. 20.

Hispaniæ vni, quicquid laudatur, assurgat. Pacat. paneg.

Hispania viris armisq; nobilis, seminarium hostilis exercitus. Annibalis eruditrix. Flor. 2. 6.

Insignis Baccho, fluuijsque virisq;. Moribus, ingeniis hominum. Auson. de Burdigal.

Sapientum Hispaniæ meminit. August. 8. ciuit. 9.

Ita mens patet in libro, veluti vultus in speculo. Sidon. 7. 18.

Nugis audiendis plerique tempus perdere, quàm in sapientum præceptionib. versari malunt Isocr. ad Nicoc.

Nullus liber tam malus, qui non aliqua parte prosit. Plin. 3. ep. 5.

Cum celeritate temporis, vtendi velocitate certandum est. Sen. breuit. vit 9.

Vti licet parte libri, etiamsi totum librum non approbes. Hieron. ad Titum.

* Alios hic Italus, alios Gallus nominat.

Viues lib. 2. de caus. corrupt. artium extrem. recenset, Amadisum & Florisandum Hispanos, Lancilotum & mensam rotundam Gallicos, Rolandum Italicum.

Maior quotidie peccandi cupiditas, minor verecundia est. Sen. 2. ira. 8.

Du labeur profitable agreable est la peine. Ronsard. 4. 45.

Horologium hoc Principum non arena, solis, aquæ, aut horarum, sed vitæ horologium est. Cætera quippe horologia cognoscendæ horæ noctis aut diei seruiunt: Hoc verò docet, quomodo singulas horas collocare, & vitam vniuersam ordinare debeamus. Horologia ad ordinandam rempublicam inuenta sunt: Hoc verò Horologium Principum, vitam nos emendare docet. Parum enim prodest ritè composita & librata esse horologia, si ciues in factiones distracti sunt, aut mutuis inter se dissensionibus (discordiisq́;) conflictantur.

Ἅπασι μὲν προσήκει περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι τὴν φρόνησιν, μάλιστα δὲ τοῖς πλείστων κυρίοις οὖσιν. *Isocrat. Euagor.*

Optimum quemque niti decet, vt post se quoque Reipublicæ prosit. Plin.

Factiones fuere, eruntque pluribus populis magis exitio, quàm bella externa, quã fames morbiue. Liu. lib. 3.

στάσις ἔμφυλος πολέμου ὁμοφρονέοντος τοσούτῳ κακίον, ἐστὶ ὅσῳ πόλεμος εἰρήνης. *Herodot. lib. 8. initio.*

Wie die Vhren gehen in einer Statt / So ist das Regiment bestalt. Adag.

Sunt quidam, qui scire volunt, vt sciant; & curiositas est: Sunt quidam, qui scire volunt, vt sciantur; & vanitas est: Sunt quidam, qui scire volunt, vt lucrentur; & cupiditas est: Sunt quidam, qui scire volunt, vt ædificent; & caritas est. Bernh. Th. Garzon. discors. 101.

PROOE-

PROOEMIVM † SPECIALE.

AD S. C. C. M. 37

QVO PECVLIARITER AVTOR de libro, qui MARCVS AVRELIVS *dicitur, à se traducto disserit.*

VANITATVM, QVAS in vanitatis amatoribus animaduerto, maxima est, quòd non contenti se in vita vanos esse, vt * post mortem vanitatis suæ memoria permaneat, allaborant. Videtur enim hominibus vanis ac leuibus, mundo, cui in vita operibus seruierunt, post sepulturam, quoniam amplius non licet, voluntates saltem offerendas. ADEO plerique totos sese mundo immerserunt, vt cùm ab illo reipsa deserantur: appetitu tamen eundem neutiquam deserant. Nam iurare ausim, eiusmodi homines iureiuranco affirmaturos, si fieri posset, vt vitam ipsis perpetuam mundus daret, se votum facturos in stultitia sua semper perseuerandi. QVOT sunt in vita hac vana homines vani, qui neque DEI rationem habent, vt ei seruiant; neq; gloriæ (suæ,) vt ei obediant, neq; pauperum, vt illis succurrant; neq; vitæ (suæ,) vt eam corrigant; neque conscientiæ, vt eam repurgent? Sed brutorum instar cupiditatibus tantummodò pecuinis indulgent.

Animal brutum si iritetur, furit; delassatum quieti se tradit; quando libet, dormit; si necessitas postulat, 38
pascitur; vrgente siti, potat; non nisi ab alio coactum laborat, nec reipublicæ cura afficitur: quippe quod nec rationem ducem sequi, nec sensuum illecebris resistere potest. At homo si quoties collibuit edere, come-

† *in Gallica versione altera superiori cohæret.*

Vtiliter nimis in capite libri præfatio ponitur, vbi futuri operis qualitas indicatur. Cassiodor. prooem. Tripartit.

Omnes ego, qui magnum aliquid memorandumq; fecerunt, non modo venia, verum etiam laude dignissimos iudico, si immortalitatem, quam meruere, sectantur, victurique nominis famam supremis etiam titulis prorogare nituntur. Plin. 9. ep. 19.

Monumenta Principum, si iudicium posterorum in odium vertit, pro sepulchris spernuntur. Tacit. ann. 4.

Ἄνθρωπον ὄντα σαυτὸν ἀναμίμνησκ' ἀεί. *Prou.*

* *Scalig. Poet. lib. 3. cap. 20.*

Ἀνδρῶν ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος. *Thucyd. lib. 2.*

Insolubilis quæstio, cur homo semper illicitis delectetur. Cypr. de cardin. oper. Christi. prolog.

Εἰ μὲν ἐμείναμεν, ὅπως ἦμεν, καὶ τὴν ἐντολὴν ἐφυλάξαμεν, ἐγενόμεθα ἂν ὅπως οὐκ ἦμεν. *Nazianz. Stob.* 451.

Vanitatem generosior spiritus non amat. Arbit.

Pecora natura prona, & ventri seruientia finxit. Sal. Catilin.

Nullum est peccatum, quod fecit homo, quod non possit facere alter homo, si desit rector à quo factus est homo. August. hom. 23.

Homines brutis deteriores.

Sua cuique natura ad viuendum dux est. Cic. de fi. 5.

Φιλοτιμία οὔτ' ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἐμφύοται, οὔτ' ἐν ἅπασιν ἀνθρώποις. *Xenoph. Hieron.*

Animi imperio, corporis seruitio vtendum. Sal. Catil.

comedit; si læsus se vlciscitur; tentatus adulterium committit; sitiens bibit, aut somno grauatus dormit: bestiæ potiùs in montibus enutritæ, quàm hominis in republica nati appellationem meretur. Nam is demum hominis vocabulo dignus est, qui † in rebus humanis ipse sibi imperare nititur, (qui in rebus hominis sese more moderatur, hoc est, qui actiones suas iuxta rationis præscriptum, non secundùm cupiditatum desideria gubernat. G.)

Sed omittamus homines vanos, dum in vita sunt; & ad rationes eos, postquam mortem obierunt, vocemus: quibus quidem, donec in mundo agunt, mundum sectantur, in mundo viuunt, minimè mirandum ausim dicere, aliquid mundani adhæresce re. At finita iam infelice atque inutili vitâ, cur vanitatem mundialem iam sepulti volunt * odorari? Si viros honestos, & animi generosi respiciamus; turpe profectò & pudendum est, quòd vitæ quidem nostræ finem cuncti; stultitiæ autem nostræ finem nemo videat.

NIHIL vsitatius videmus, audimus, legimus, quàm
39 quòd viri reipublicæ maximè inutiles, vitæq; admodum impuræ ac vituperandæ, præ alijs, dum viuunt, honore affici, & defuncti celeberrimam sui memoriam relinquere affectant. Quid cogitari in mundo vanius potest, quàm rationem habere velle mundi, qui nullius rationem habet, & DEI, qui rationem habet omnium, rationem habere nolle? Quæ maior in hominem potest insania cadere, quàm quòd † augendæ rei gratia, deteriorem in dies singulos animam facit? Vetus hoc in natura humana malum est, quòd multi, vel MAXIMA potiùs hominum pars, vitæ correctionem dignitatis studio postponunt.

Suetonius Tranquillus libr. 1. de Cæsaribus (cap. 7.) refert Iulium Cæsarem Quæstorem in vlteriore Hispania, cum Gades, quæ hodie vrbs * Cadiz dicitur, venisset, animaduersa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, grauem ex imo pectore duxisse gemitum, & interrogatum gemitus causam respondisse: O rem indignam! Trigesimo ætatis

d anno,

Ἡ ἡμετὲ νῦν ζωὴ τέλ- σὺν ἡδρώπε. Syneſ. epiſt. 137.

Ignari sunt, qui licet sint literatissimi, sibi suoque nesciunt imperare appetitui. Plat. Volater. lib. 29.

† *Operibus homine dignis occupatur: I.*

Animus inquies pascitur opere. Plin. præf. hist. nat.

Diuturnitatis amor & cupido, res homine dignissima. Plin. 5. ep. 8.

Aduentitiorum perfunctoria gratia est, nec veram habent laudem. Saresb. 8. 2.

Ex omnibus præmiis virtutis amplissimum est gloria. Cic. pro Milon.

* *Sentire G. redolere I.*

Iactantia post mortem etiam contendit suam prodere naturam. Chrysost. serm. 6. de inan. glor. cup.

Membra statuis effingere vile est; Virtutem nil vile decet. Prud. contr. Sym. lib. 2.

Non est vera virtus, quando gloriæ seruit humanæ. Aug. 5. ciuit. 19.

Male agit, qui famæ, non conscientiæ gratus est. Sen. 6. benef. 42.

Quoto cuiq; eadem honestatis cura secreto, quæ palam? Plin. 3. ep. 20.

Ante conscientiæ, quam famæ consulendum. Vellei. lib. 2.

Fauore populari clarius efferuntur & videtur esse præcipua, quæ magis ardua sunt, vel pluribus prosunt. Saresb. lib. 8. cap. 2.

† *meliorandæ.*

Famæ pleriq; magnæ malunt, quam bonæ esse. Liu. lib. 6.

In sola conscientia fructus & ratio est virtutis. Sym. 9. 105.

Dum aspectui consulitur, spreta conscientia. Tacit. annal. 15.

Quid habet amplum gloria, tam angustis limitibus artata? Boet. 2. conf. 6.

* *Calis malis. Ortel.*

Licet ipsa vitium sit ambitio; frequenter tamen causa est virtutum. Fab. lib. 1. c. 3.

Quo natu Alexander Darium vicit, eo ego adhuc nihil egi. Plut. apophth.

anno, quem ego nunc ago, Alexander totum orbem terrarum ſubegerat, & Babylone ſeſe in ocium collocârat. Ego verò, ortu Romanus, nihil etiamnum egi memorabile, quo viuus gloriam merear, mortuus famam relinquam.

Dio ſcriptor Græcus lib. 2. de audacia, morem inquit fuiſſe clariſſimo viro Druſo Germanico, vt omnium virorum illuſtrium, qui in Italia ſepulti erant, 40
monumenta viſeret: idq́; eum feciſſe, quoties educendus in expeditionem exercitus foret, & cur id faceret, interrogatum reſpondiſſe: Ideò ſe monumenta viſitare Scipionum aliorumq́; (heroum) iam defunctorum, ad quorum, dum in viuis erant, conſpectum tota contremiſcebat terra; vt proſperam illorum fortunam conſiderans, fortitudinem audaciamq́; compararet. Et porrò addidiſſe: VEHEMENTER animum ad cædendos hoſtes incitari, dum quis ſui memoriam futuris ſeculis ſe relicturum cogitat.

Cicero in Rhetoricis autor eſt, cuius & Plinius in epiſtola quadam meminit, equitem quendam Thebis Ægyptijs Romam veniſſe, tantum vt videret, veráne eſſent, quæ de Romanorum magnificentia fama nunciaret: eumq́; à Mecœnate interrogatum, quid de Romanis ſentiret, qualis ipſi Roma videretur, reſpondiſſe; Magis ſibi memoriam præteritorum, quàm præſentium gloriam placere. Alteros enim viuos ſuperandi; alteros æquandi defunctos ſtudio, tam præclara edere in vita facinora, vt immortalia poſt mortem nomina mererentur. Non parum Romani, audito hoc ſermone ex ore hominis peregrini, quo & præteritos, & præſentes extollebat, lætati ſunt.

Ethnici priſci omnes, cum neque inferos timerent; neq; Paradiſi gaudia ſperarent, ex imbecillitate robur, ex puſillanimitate audaciam, ex timore fortitudinem, 41
ex periculo confidentiam, ex inimicis amicos, ex inopia tolerantiam ex (aliorum) aſtutia experientiam comparabant: Propriam denique voluntatem abdicantes, aliorum ſequebantur ſententiam, tantum vt memoriam ſui nonnullam inter mortuos relinquerent,

Nemo in reipub. periculis cum laude ac virtute verſatur, quin ſpe poſteritatis fructuque ducatur. Cicer. pro Rabir.

οὐδεμία ἀθρωπίνη ἡδονὴ τοῦ θείου ἐγγυτέρω δοκεῖ εἶναι, ἢ ἡ περὶ τὰς τιμὰς εὐφροσύνη. Xenoph. Hier.

Turpe cedere pari, pulcrum ſuperaſſe maiores. Fab. 1. c. 3.

Ἄθλα οἷς κεῖται ἀρετῆς μέγιστα, τοῖς δὲ καὶ ἄνδρες ἄριστοι πολιτεύουσι. Thucydides lib. 2.

Themiſtocli ſomnum adimit Miltiadis trophæum. Plut. in Themiſt.

Virtutis vberrimum alimentum eſt honor. Val. Maxim. 2. 1.

Vitæ curſus breuis, gloriæ ſempiternus. Cic. pro P. Seſt.

Ornamentis honorum incitatur imitatio, & virtus æmula alitur exemplo honoris alieni. Sym. 10. 25.

Nulla vnquam reſpub. nec maior, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit. Liuius lib. 1.

Clarorum virorum famam præcedentia pericula extollunt; quæ profecto deliteſcit, niſi vbi probetur, inuenerit. Sidon. 8. 10.

Ea eſt vera gloria, quæ tum optimi cuiuſque, tum multitudinis teſtimonio cōprobatur. Cic. Philip. 1.

Præſtantis viri eſt) viuum placere velle; mortuum etiam laudari. Spartian. Peſcen. Nigr.

Omnes viri fortes, qui in exemplum prædicantur, ærumnis ſuis inclyti floruerūt. Minut. 398.

Τί κάλλιον ἀνδρὶ ὄλβιῳ, ἢ κλέος ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἀρέσθαι. Theocr. Idyll. 17.

Honeſtus ambitus eſt, quos ſequimur tempore, velle præconiis anteire. Caſſ. 9. 7.

Vile corpus eſt iis, qui magnam gloriam petunt. Liu. lib 2.

Gloria ex terrarum breuitate vel caſibus, atra locis, anguſta temporibus. Macro. 2. ſomn. 12.

Romani huic vicio non ſolum non reſiſtebant, verum

rent, & parumper inter viuos gloriæ consequerentur. Quàm multi fortunæ procellas subeunt, tantùm vt insignem aliquam sui memoriam relinquant? Repetamus age memoria quædam exempla, vt verum esse, quod dico, videamus.

Quid Ninum impulit, vt bella inueniret? Semiramin, vt tanta extrueret ædificia? Vlyssem Græcum, vt tot maria nauigaret? Alexandrum Magnum, vt tot regiones peragraret? Herculem Thebanum, vt columnas eo, quo posuit, loco statueret? C. Cæsarem Romanum, vt iusto quinquagies bis prælio decertaret? Cyrum Persarum Regem, vt Asiam vtranque occuparet? Annibalem Carthaginiensem, vt bellum tam crudele Romanis inferret? Pyrrhum Epeirotarum Regem, vt in Italiam transiret? Attilam Hunnorum Regem, vt totam impugnaret Europam? Profectò non ideò res tam arduas suscepêre, vt à coætaneis tantùm celebrarentur; sed vt ea, quæ dicimus, qui nunc viuimus, diceremus.

42 Cùm homines simus, & ex hominibus nati; non parum profectò mirandum, tantùm inter sese tum homines ipsos, tum animos hominum differre. NIHIL enim aliud singulis diebus videmus, quàm si decem reperiantur viri fortes, qui tantùm inueniendæ mortis occasionem captant; decies mille contrà vecordes esse, qui delicias tantum prorogandæ vitæ quæritant. Qui gloriam ambiunt, pro certo habeant, QVI famam suam magni æstimat, ei vitam flocci faciendam esse: & ex aduerso, qui vitam magni fecerit, eius famam non magno æstimatum iri. Heroës magnanimi, qui inter Syrios, Assyrios, Babylonios, Græcos, Macedones, Rhodios, Thebanos, Romanos, Carthaginenses, Germanos, Hunnos, Hispanos (Gallos) claritudinem sibi pararunt, nisi in periculorum (vt sic loquar) fornacem vitam coniecissent, nunquam immortalem futuris seculis sui memoriam reliquissent.

Sextus Chæronensis lib. III. de gestis Romanorum, inquit, M. Marcellum Imperatorem clarissimum, qui

etiam id accendendum censebant, putantes hoc reipub. expedire. Saresb. 8. 5.

Τῆς ἡμῆς ὀρεχόμενοι οὐ ἄνθρωποι πάντα μᾶλλον πόνον ὑποδύονται, πάντα ἢ κίνδυνον ὑπομένουσι *Xenophon. Hieron.*

Nullam mercedem virtus præter hanc laudis gloriæq; desiderat. Cic. Philipp. 5.

Laudibus haud minus quam præmio gaudent militum animi. Liu. lib. 2.

Mundi punctus materia gloriæ nostræ & sedes. Plin. 2. cap. 68.

Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. Cic. pro Rabir. & Verr. 4.

Ἀνικήτου ἄπτεται ὁδὸς αἰδώς. *Parmen. Epigramm. lib.* 3.

Ἐξω Νικοπόλεως ἡ ξενεία. *Arria.* 1. *Epict.* 19.

Virtus durioribus negotiis enitescit, & aspernatur decliuem facilitatem, maximoq; sudore arduum laudis adnititur. Sym. 9. 81.

Ardua per præceps gloria vadit iter. Ouid. 4. Trist. 3.

Magni animi magnis honoribus fiunt. Liu. lib. 4.

Laborum virtuti periculorumque merces laus & gloria. Cic. pro Archia.

Vires cit vulnere virtus. Furi. Gell. 18. 11.

Μεγάλα πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐξέλεται κατιηρέσας. *Herodot. lib.* 7.

ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων τὴν πόλιν καὶ ἰδιώτην μέγιστα ἀρετὴ περιγίγνονται. *Thucyd. lib.* 1.

Τὰ μεγάλα ἔργα μεγάλων ἀεὶ κινδύνων ἀνήμεθα. *Dion. lib.* 9.

L' honneur gist en la peine. Ronsar. 6. 63.

Τῶν ἀπροφάτων ἄγνωτοι σκοποί. *Pindar. Isthm. oda* 4.

Ἀλεγεινοῖς αἰθέρος ἐν ἡμιώτοις πέλει θαλίης τὸ ὄλβιον. *Coint.* 9. 104. *Liu. lib.* 23. *Plutar. in Marcello.*

qui primus tergum Annibalis in acie vidit, interrogatum à quodam, cur ita audax in committendo prælio? cur ita in conflictu confidens esset? respondisse: Ego, amice, Romanus sum, & dux Romanorum: itaque singulis me diebus decet caput discrimini obijcere. Hæc enim vna ad famam perpetuam via est. Illo autem porrò quærente, cur, qui in hostibus cædendis tam immitis esset, mox parta victoria, victos tam humaniter comploraret? dixisse: DVCEM Romanum, qui tyrannum se perhiberi non vult, & 43
sanguinem hostilem manibus, & ex oculis vnà suis lacrymas effundere decet. MAGIS enim de clementia illum sibi placere, quàm de victoria gloriari par est. Et porrò addidisse: Dux Romanus, cum in acie steterit, aduersarios tanquam hostes, cum spe vincendi illos, intueatur. Vbi verò victi fuerint, & illos homines esse, & se vinci potuisse meminerit. † NVSQVAM enim minùs, quàm in bello, respondent euentus. Digna profectò tali viro oratio. Ac liquidò ausim affirmare, quicunque verba à Romano isto prolata vel legerint, vel audierint, ea laudaturos: Sed paucissimos fore, qui facta illius imitentur. Nam QVI bona laudent, multos inuenias; qui præstent, rarissimos.

Animo inquieto & turbulento viri, si antiquorum, illustres adeptorum triumphos, æmulatione accenduntur; quos ijdem labores ac pericula, prius quam illos adipiscerentur, exantlârint, perpendant. NVLLVS enim vnquam dux Romæ triumphauit, nisi millies priùs vitæ discrimen adijsset. Equidem in eo, quod dicturus sum, minimè errare me credo, OMNES scilicet gustandi famæ (vt sic loquar) medullam cupidos esse; os verò periculi neminem velle morsu frangere. Sanè si ad emendam gloriam sola sufficerent desideria; nihil hæsitans affirmo, maiora illa in famulo nostri æui vilissimo esse, quàm Romę in Scipione illo magno fuerunt. NVLLVS enim est mortalium omnium, qui quantumuis sit egentissimus, non sit gloriæ 44
cupidissimus.

Videas

Δεῖ μὴ τοὺς ἐναντίους οὕτω κακῶς δρᾶν, ὥστε αὐτοὺς τὰ πλείω βλάπτεσθαι. *Thucyd. lib. 4*

Κάλλιόν ἐστιν αὐτὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι. *Isocrat. Archidam.*

Nunquam periclum sine periclo vincitur. Mim

Δόξης μεγάλης καὶ καλῆς ἐπιθυμεῖν, καὶ μηδέποτ' ἐμπίπλασθαι προσήκει τοῖς πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκοῦσιν. *Isocrat. Epist. 3.*

Et vincere, & consulere victis scire boni ducis est. Curt. lib. 4.

Qui victor pacis autores diligit, profecto declarat, se maluisse nõ dimicare, quam vincere. Cic pro M. Marc.

Victoriæ licentia fine prælii terminanda. Paca. paneg.

Confuso virtutum temperamento idem, & in præliis fortissimus, & parta securitate mitissimus. Paneg. Constantin.

† Liu. lib. 30.

Res humanæ fluxæ & mobiles sæpius in aduersa mutuantur Salust Iugurth.

Breuibus momentis summa verti possunt. Tacit. an. 2.

Δίκαια λέγοντες πολλοὶ ἄδικα ποιοῦσι, δίκαια δὲ πράττων οὐδὲ εἷς ἄδικος ἔσται. *Xenoph. memorab. 4.*

Dal detto al fatto vi è un gran tratto. Adag.

Non fit sine periculo facinus magnum & memorabile. Terent. Heaut. 2. 2

Nihil grauius audenti, quam ignauo patiendum. Tacit. annal. 14.

Nemo est tam sanctus, qui dulcedine gloriæ non capiatur. Æn. Sylu. hist. Bohem. 65.

Es wirdt selten Hirtz errant mit schlaffenden Hunden. Grauenb

Quis non cupiat citra laborem saluus esse, & absque periculo felicitate potiri? Dio lib 56

Diuersissimas res expetunt, ignauiæ voluptatem, & præmia virtutis. Salust. Iugurth

Gloriam bonus & ignauus æque sibi exoptant. Idem Catilin.

Τοῦτο διαφέρειν δοκεῖ ἀνὴρ τῶν ἄλλων ζώων, τῷ τιμῆς ὀρέγεσθαι. *Xenoph. Hierone.*

Videas multos ex nobilitate iuuenes malè-moratos & vagos, qui cùm narrari audiunt prælium aliquod memorabile, in quo equites eiusdem ætatis & ordinis alij admiranda ediderint facinora; mox æmulatione commouentur, & bile inæstuante, togam repentè sago mutare, ac in militiam confestim proficisci gestiunt, exercitijsq; sese equestribus totos tradunt. Denique impetu illo iuuenili impulsi, licentiam à Rege, in militiam proficiscendi, flagitant, & inter agnatos pecunias, quas absumant, conficiunt.

At simul patris finibus excessêre, & in alieno iam solo constituti difficiles in castris noctes, & molestiores experiuntur dies; Iam ad arma conclamatur; iam excubias agere iubentur; annona si suppetat, desunt hospitia; vbi stipendij dies venit, iam præter id alterum deuoratum (& expensum) est: Cum his ergò alijsq; id genus ærumnis vbi miseri adolescentuli conflictantur; animum despondent, maximè quando cum animo diætas recordantur perflatiles (& refrigerantes,) in quibus suauissimè æstiuabant, & caminos luculentos, ad quos per hyemem ludebant. Nam PRÆTERITARVM memoria deliciarum plurimum præsentes auget molestias? (Itaque) posthabitis ijs, quæ tum agnati initiò dixerunt, tum in præsentiarum monent amici, bello relicto, domum quisque
45 suam reuerti statuunt: Vtq; semel (in militiam) proficiscendi potestatem petierunt; ita decies, vt redire sibi liceat, instant; & quod indignissimum, CVM onusti nummis exierint, vicijs onerati reuertuntur.

Hoc eo fine dixi, vt viri prudentes ac præstantes rationem perspiciant, qua homines vani & leues in acquirenda gloria vtuntur; quæ non oculos in fenestras conijciendo, sed limites tuendo; non alea ludendo, sed in acie pugnando; non serico se inuoluendo, sed armis onerando; non mulâ nitida (animi gratiâ) circumequitando, sed exitiosas insidias detegendo: non in medios dormiendo dies, sed vsque ad lucem peruigilando; non laudem sibi elegantissimi sumendo, sed strenuissimi (animosissimiq;) famam laudi sibi ducen-

Generalis sermo ad nullius contumeliam pertinet. Hieronym.

In ocio tumultuosi, in bello segnes. Liu. lib. 4.

Ignaua, sed procax ante pericula manus. Tacit. hist. 4.

Πολὺ λωΐον ἐστιν ἐκφυγέειν πολέμου δυστυχίος, ἢ ἀπολέσθαι. *Coint.* 6. 30.

Quorum audis inter arma fugas, inter vitia victorias. Sidon. 5. ep. 7.

Οἴκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θώρηφι. *Homer. hymn.*

Ἡ νεότης οὐκ ἀκουσίως, ὑπὸ ἀπειρίας ἥπτετο τοῦ πολέμου. *Thucyd. lib.* 2.

Militandi inertibus familiare fastidium. Sidon. 2. 4.

Ex longa requie vel paruam obortam solicitudinem intolerabilem laborem putant. Oros. 1. 6.

Non faciunt molles ad fora bella manus. Ouid. Heroid. 14. Sym. 1. 2. & 9. 78.

Requirit pugna validas manus Cass. 4. 22.

Diuersorium quia minime æstuosum, maxime æstiuum. Sidon. 2. 2.

Συνεπιτίθεταί μοι τῇ πικρᾷ τῶν παρόντων αἰσθήσει μνήμη τῶν παρελθόντων ἀγαθῶν. *Syn. ep.* 57.

In periculis timidi, sicubi metus abest, inflati. Iustin. lib. 2.

Soluunt tibi cornua ventrem cum lituis audita. Iuuen. Sat. 14.

Ὁ πόλεμος συχνοὺς ἀλαζόνας παραλαβὼν, μετριωτέρους ἡμῖν ἀποδίδωσι. *Synes. ep.* 104.

Vbi sumtibus exhaustus socordia miser elanguit, inops pro locuplete, & iners pro strenuo in manipulum redit. Tacit. hist. 1.

Πόνος δ' ἀρετὴν μεγ' ὀφέλλει. *Phocyl.*

Bonum est fugienda aspicere in alieno malo. Mim.

Si quid in aliis dedeceat vitemus & ipsi. Cic. off. 1.

Σὺν μυρίοις τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις. *Prouerb.*

In corpore fortium virorum laus est amplior, amplior cicatrix. Sidon. carm. 23.

Languet iuuentus, neque

do; non cum amicis comessando, verum hostes aggrediendo comparatur.

Hæc verò omnia quanquam vir nobilis faciat; tamen vanitatem stultitiamq; esse non me præterit. Veruntamen quoniam mundus in huiusmodi rebus gloriam statuit, & hac vnica via parari illas vult: iuuenum nobilium est omnes hic neruos, res magnas ac memorabiles gerendi studio, contendere. Etenim si BELLVM iustum sit, & patriæ defendendæ gratia susceptum, inuidiam ille magis, qui hostili manu occumbit, quàm qui vicijs cumulatus viuit, meretur.

TVRPE & probrosum est nobilibus, cum domi 46
desidentes, laudari eos, qui militiam colunt, audiunt. NON enim EST iuuenis nobilis & animosi aliorum egregia audire vel narrare facinora; sed talem se potiùs gerere, vt ab alijs egregia ipsius facta memorentur. QVOT reperiuntur hodie, qui fastu turgidi & prudentia non valde instructi, nihil nisi famam crepant, & absq; fama vitam transigunt? Non frustra dico multos famam semper in ore habere, & vitam absq; fama (secunda) transigere: Nam MAIORES nostri in campo lanceis pugnabant; nostri verò adolescentes ad mensam nunc linguis præliantur.

Cum igitur constet, quod CVNCTI mortales vani exoptant & affectant, vt vanitatis suæ memoriam relinquant; Ea DECET illos in vita agere, vnde fama illos gloriosa, non probrosa defunctos infamia, prosequatur. Multi enim ex veteribus talem sui memoriam reliquerunt, vt commiseratione potius digni, quàm æmulatioue videantur. Velim enim scire ex ijs, qui hæc vel audierint, vel legerint, an Nembrodo, primo tyranno; aut Semiramidi, quæ † filij concubitum petijt; aut Anténori, qui Troiam (auro) vendidit; aut Medeæ, quæ liberos suos occídit; aut Tarquinio, qui Lucretiæ stuprum intulit; aut Iunio Bruto, qui Cæsarem, interemit; aut Syllæ, qui tantum effudit sanguinis; aut Catilinæ, qui patriam tyrannide voluit opprimere; aut Iugurthæ, qui fratres suos iugulauit; aut Ca- 47
ligulæ, qui sorores constuprauit; aut Neroni, qui matrem

perinde atq; debebat, in laudis & gloriæ cupiditate versatur. Cic. in Pison.

Φιλοτιμίη κτῆμα σκαιόν. *Herodot. lib.* 3.

Improbi veræ laudis gustum non habent. Cic. Philip. 3.

Πᾶσι νόμος καθεστὼς τὴν ἐπιόντα πολέμιον, ὅσιον εἶναι ἀμύνασθαι. *Thucyd. lib.* 3.

Pulcrior est miles in prælio amissus, quam in fuga saluus. Tert. de fuga.

Πόνῳ δ' ἄρα κῦδος ὀπάσσει. *Coint.* 1. 36.

Immensum gloria calcar habet. Ouid. 4. Pont. 2.

Qui videt se laudari, data opera elaborat, vt vera sint, quæ dicuntur. Ambr. Rom. cap. 15.

οὐδὲν οὕτως ἄκουσμα φορτικὸν, ὡς ὁ καθ' ἑαυτοῦ ἔπαινος. *Themist.*

Ἥδιστον ἀκρόαμα ἔπαινος, χαλεπώτατον λοιδορία. *Xenoph. Hieron.*

Etiam in conuiuiis sunt, qui exercitum ducant. Liu. lib. 44.

Non committendum prudentibus, vt subito motu incitati sibi periculum accersant. Niceph. Greg. 10. 8.

Impigræ linguæ animi ignaui. Sal. orat. M. trib. pl.

Vt quisque animo ignauus, procax ore. Tacit. hist. 2.

Θάρσος μερόπεσσι μέγα κλέος, φύζα δ' ὄνειδος. *Coint.* 6. 46.

Explorant aduersa viros, perq; aspera duro nititur ad laudem virtus interrita cliuo. Sil. lib. 4.

οὐ γὰρ ἔτ' ἄνδρες ἐπ' ἔργοις ὡς πάρος ἐσθλοῖς αἰνεῖσθαι σπεύδοντι. *Theocr. Idyll.* 15.

Minus malorum patebit indignitas, si nullis honoribus inclarescant. Boet. 3. consol. 4.

† Iustin. lib. 1.

In præsenti honor vel gloria frequēter amittitur, quia corruptibilis est, qui dat, & quod dat, & qui accipit. Ambros. Rom. 2.

Nunquam qui senio delicta moriuntur; nunquam scelus obliuione sepelitur. Cypria. lib. 2. ep. 2.

Ex vitio alterius sapiens emendat suum. Mim.

matrem peremit; aut Heliogabalo; qui templa spoliauit; aut Domitiano, qui nihil nouerat nisi aliena manu homines iugulare, suâ † muscas interficere, inuideant! Pauci sunt, quos nominaui, respectu multorum, quos referre possem, de quibus dico & affirmo, si illorum loco fuissem, non me scire, quid facturus fuerim; veruntamen illorum loco si fuissem, acerbius mihi fuisset infamiam, quam incurrerunt, incurrere; quam vitam, quam perdiderunt, perdere.

Parum prodest riuum hunc piscibus, aut montem feris abundare; si is, qui illò venit, nec venari, nec piscari didicit. Hæc eò pertinet similitudo, vt PARVM prodesse ostendam, res magnas alicui committi, si ad gloriam ac dignitatem accommodare illas nescit. MVLTA quippe ad gloriam parandam prudentia, ad conseruandam tolerantia opus est. ACCVRATA cum consideratione & prudentia oportet viros prudentes res arduas & periculosas aggredi; illud nimirum scient, NVNQVAM gloriam parari; nisi vnde infamia solet reportari.

Sed vt ad institutum veniam; Iam nunc, Princeps serenissime, iuro atque auguror, Maiestatem V. iuraturam, magis se famam post fata immortalem, quàm
48 vllam ad hanc vitam quietem expetere: Neque id mihi mirum videtur. Nam de BONORVM Principum rebus præclarè gestis semper est, quod commemoretur; at de Principum improborum delicijs nunquam deest; quod murmuretur. Etsi autem amplissimus sit Maiestatis V. Cæsareæ status, & longè ampliora vt Regis Catholici merita: tamen perspicere mihi, Domine, videor, tam excelsas esse, ad expetendas res excellentes, Maiestatis V. cogitationes, tamq; fortem ad suscipiendas illas animum, vt parui Maiestas V. hæreditatem, quam à maioribus accepit amplissimam, æstimet præ illis, quæ parare & hæredibus derelinquere destinat.

Ex ducibus Iulij Cęsaris quidam, quod in commentarijs ipsius narratur, interrogatus, cur hyeme, in tanta niuium (& frigoris) asperitate, peruigilaret, & æstiuo tempo-

Virtutem etiam qui non sequuntur, vident. Senec. 4. benef. 17.

Potentes sequitur inuidia; humiles abiectosq; contemtus; turpes ac nocentes odium. Fab. 4. cap. 1.

† Suet. in Domit. cap. 3.

Αἱρῶ καλῶς τεθνάναι, ἢ ζῆν αἰσχρῶς. *Isocrat. Nicoel.*

Nihil est det stabilius dedecore, nihil fœdius seruitute. Cic. Philip. 3.

Virtutes habenti magna virtus est contemnere gloriam. Aug. 4. ciu. 19.

Talis est quæque dignitas, qualis est administrantium voluntas. Cass. 6. 15.

Inanis gloriæ studium ad virtutis adeptionem plurimum obest. Nazianz. or. 21.

Multi, quos subsequi satis habebant, dum non desperant, antecesserunt. Plin. lib. 7. ep. 9.

Durior conditio spectatæ virtutis, quam incognitæ. Brut. ad Ciceron.

Dedecus malis adiiciunt dignitates. Boet. 3. cons. 3.

Εὐκλειῶς μέγ' ὀλέσθαι ἀμυνομένους περὶ πάτρης βέλτερον, ἢ μείναντας ὀϊζηρῶς ἀπολέσθαι. *Coint. lib. 10. vers. 43.*

Fama nihil ignorari de conspicuis viris patitur. Sym. lib. 1. ep. 96.

Improborum probra æque, vt præconia bonorum immortalia manent. Sidon. lib. 5. ep. 8.

Principis fama, incertum bona an mala, cæterum æterna est. Plin. paneg.

Qui veram humanarum laudum gloriam concupiscunt, dant operam, bene iudicantibus nō displicere. August. 5. ciu 19.

Bonos vt gloriosum, sic difficile superare. Plin. lib. 6. epist. 6.

Facciam noi quel che si po far per noi, Habbia chi regge il ciel cura del resto. Ariost. 22 57.

Successum fortuna, experientiam laus sequitur. Gell. 1. 18.

Fac tu, quod tuum est; Nam Deus quod suum est, absque tua solicitudine curabit, vbi forte noluerit; tibi nihil deperit. Bern. lib. 4.

tempore in tantis caloribus iter faceret! Ego, inquit, quod in mea manu est faciam: Agant fata etiam, quod in ipsorum potestate est. PLVRIS enim æstimandus est animus, quo prælium committitur, quàm victoriæ potiundi fortuna. Illud enim * virtutis opus est; hoc fortunam ducem habet. Conueniens profectò duci Romano & viro forti oratio.

Symbolum, Domine, quod Maiestatis V. insignia exornat, nempè PLVS VLTRA, vlterius progrediendum mihi videtur innuere. Animum profectò Maiestas V. in † vitreo corpore excelsum senserit; necesse est, cum verbis istis, Plus vltra, se eò progressuram, quò superiorum (Principum) nemo peruenerit, obligauit. Cum ergo, Domine, non pari cum multis cursu progredi; sed omnes prætergredi libuerit: par est, vt ob oculos Maiestati V. Principes multos, qui plurima fortiter fecêre, proponamus, quos ipsorum vestigijs persequatur. PRINCIPES, qui boni esse cupiunt, scire decet, quinam fuerint boni Principes. Neque enim quicquid improbi vituperant, aspernandum; neque quicquid mundani laudant, recipiendum est.

Quot legimus Principes, quorum me valde miseret, cùm cogito, quantas auribus adulationes, dum viuerent, hauserint; & quàm fœdis extincti scriptorum conuicijs proscindantur, video? DECET Principes & magnates diligentissimè respicere non ea, quæ præsentes vident, sed quæ ipsis absentibus fiunt; non quæ audiunt, sed quæ nollent audire; non quæ homines dicunt, sed quæ vellent dicere; non quæ viuis ipsis scribunt, sed quæ de mortuis scripturi sunt; non eos qui adulationum sunt artifices, sed qui vera, si auderent, loquerentur. MVLTA quippe quò minùs dicantur, non fidelitatis in subdito defectus; sed animus Domini † suspicax facit. NON † DECET Principem generosum & circumspectum, audita ex monitore veritate, commoueri; neque pati, vt assentationibus decipiatur:

49

Ὁ πόλεμος βάσανός ἐστι τοῦ περὶ τὴν καρδίαν αἵματος ἀκριβής. *Synes. ep.* 104.

* *Sortis.*

Θαρσαλέοι γὰρ ἀμείνονες ἐν δαΐ φῶτες. *Coint.* II. 72.

Acerrimus est stimulus monendi laudibus incitare. Plin. 5. ep. 17.

Expectatio bonis semper onerosa: Nam etsi dignos respicit; periculo tamen proxima est, dum amplius sibi pollicetur. Sym. 3. 43.

† *fragili, viuaci.*

χρὴ τοὺς μείζονος δόξης τῶν ἄλλων ἐπιθυμοῦντας περιβαλέσθαι τῇ διανοίᾳ τὰς πράξεις δυνατὰς μὲν, εὐχῇ δ' ὁμοίας. *Isocrat. orat. ad Philip.*

Ad primum locum certamen omne contendit, secundus solatium habet, victoriã non habet. Tert. ad vxor. 1.

Non grandis gloria deteriorum collatione clarescere. Sidon. 1. 8.

Qui agit, vt prior sit, forsitan etiamsi non transierit, æquabit. Fab. 10. 2.

Non omnibus eadem placent, nec conueniunt. Plin. 6. 27.

Paria non sunt, quæ dispari arte quæruntur. Symm. 10. 25.

προσήκει παρὰ τοῖς ἄρχουσι πλέον φέρεσθαι τοὺς τὴν ἀλήθειαν ἀποφαινομένους, τῶν ἅπαντα μὲν πρὸς χάριν, μηδὲν δ' ἄξιον χάριτος λεγόντων. *Isocrat. ep.* 4.

Adulatoribus omnia Principum, honesta atque inhonesta laudare mos est. Tacit. annal. 2.

Vera potius, quam dictu speciosa, dicenda sunt. Liu. lib. 1.

Adulationis suspicio deuenustat iudicii veritatem. Sym. 8. 30.

Malæ conscientiæ reatum intra me sustinebo, si quod bonum mihi videtur, dissimulauero. Apul. lib. 7. asin.

Dominationi adeo fidus nemo. Aurel. Vict. Cæs. 17.

† *aliquantum suspectus.*

Plerique, quos opes regiæ alunt, vaniloqui. Liu. lib. 36.

Nero vt faciendis sceleribus promptus; ita audiendi, quæ faceret, insolens erat. Tacit. annal. 15.

tur: Sed in sese descendat, vt si cognoscat, vtrùm vera dicentes ipsi prosint, an mendacia loquentes, ipsum decipiant. NVLLVS enim est euidentior veritatis aut mendacij testis, quàm propria conscientia.

Hæc eò spectant, vt intelligat Maiestas V. non ea me ipsi præstitum obsequia, quibus à me coli nec vult, nec debet, videlicet vt adulatorem in hoc opere agam. Iniquissimum enim, atq; adeò turpissimũ foret, si Principis tam excelsi aures assentationes auderent intrare, & ex ore meo, qui † verbi diuini sum præco, prodire deprehenderentur. Etenim fidem testor sacerdotalem, me VERA loquentem contemni, quàm (mendacia &) assentationes dicentem honorari malle. Nam vt verum fatear; Vestræ Celsitudini audire illas probrosum; meæ verò paruitati excogitare illas, sacrilegij instar foret.

Sed vt institutum prosequar, magnis efferunt historici laudibus Lycurgum, quòd leges Lacedæmonijs dedit; Numam Pompilium, quòd templa veneratus est; M. Marcellum, quòd à se victis illacrymauit; Iulium Cæsarem, quòd hostibus ignouit; Octauianum, quòd populo charus; Alexandrum Magnum, quod erga omnes beneficus; Hectorem Troianum, quod bellator animosus fuit: Herculem Thebanum; quod tam præclarè viribus vsus est; Vlyssem Græcum, quòd tanta adijt pericula: Pyrrhum Epeirotarum Regem, quod machinas inuenit mirificas; M. Attilium Regulum, quod tam dira sustinuit tormenta; Titum Imp. quod pater fuit pupillorum; Traianum, quòd tanta extruxit ædificia, & Marc. Aurelium illum optimum, quòd omnes doctrina (sapientiaque) superauit.

Non dico, Cæsar inuictissime; vllum ex præsentibus Principem ad exprimendas omnium, qui fuerunt, Principum virtutes obligatum esse. Hoc tamen non vereor dicere; SICVT fieri non potest, vt Princeps vnus omnes in omnibus imitetur; Ita si nulla in re vllum sequatur, turpe esse. NON postulamus, vt faciant Principes, quicquid possunt: Sed vt aliquid eorũ, quæ debent, nitantur facere. Non temere dico, vt aliquid

Qui falso prædicantur, suis ipsi necesse est laudibus erubescant. Boet. 3. consol. 6.

Solius conscientiæ tribunal nullis verborum technis circumscribitur. Philo. de nobilit.

Et ego verum dicere assueui, & tu libenter audire. Plin. 7. ep. 20.

Plus nocet lingua adulatoris, quam gladius persecutoris. Hier.

Nefas est eum, qui veritati studet, in aliqua re esse fallacem. Lactant. 6. 18.

† *veritatem profiteor.*

Quassa fide sunt, qui iugiter blandiuntur. Sym. 1. 31.

Maluerim veris offendere, quam placere adulando. Senec. 2. clem. 2.

Inter seculares nugæ nugæ sunt; in ore sacerdotis blasphemiæ. Bern. 229.

Ἐμοὶ τὴν ἀληθείην ἀσκέειν αὐτία σεῦ, ἀγὼν μέγιστός ἐστι. *Herodot. lib. 7.*

Defunctos venerabantur antiqui, vt sic & defunctis præmium, & futuris daretur exemplum. Minut. 375.

Vita mortuorum in memoria viuorum est posita. Cic. Philip. 9.

Ποιητικῇ ἔδωκεν ὁ θεὸς ταμιεύειν τὴν εὔκλειαν. *Synes. epist. 49.*

Regum fama perit, pereunt vbi carmina vatum. Guiller. prooem.

Iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accederet. Cic. pro Archi. poet.

Principes decet sanctitas domi, in armis fortitudo; vtrobique prudentia. Vict. in Traian.

Si labor terret, merces inuitet. Bern. fol. 228.

Professio bonarum artium quasi pulchritudo in alieno etiam corpore locata delectat. Sym. 9. 30.

Præclaram indolem imitationis ardor, semperq; melior aliquis accendit. Plin. paneg.

Ego omnium consiliorum meorum atque factorum exempla semper ex summorũ hominum factis mihi censui petenda. Cicer. de prouinc. cons.

Vt felicitatis est, quantum velis, esse; sic magnitudinis, velle, quantum possis. Plin. paneg.

eorum, quæ debent, faciant. Nam si PRINCIPES omnibus ijs, ad quæ deuincti sunt, faciendis sese occuparent; nunquam illis viciosis vacaret esse.

Plinius in quadam epistola refert, Catonem Censorium anulum in digito gestasse, cui insculpta erant hæc verba: ESTO amicus vnius, & inimicus nullius. Quod dictum si quis penitius inspiciat, & plurimas & grauissimas sub eo sententias latére reperiet. Sed vt ad præsens negotium id accommodem, aio, PRINCIPEM, qui laudabiliter suam gubernare rempublicam, omnibus iustitiam æquabiliter administrare, vitam agere quietam, omnium ore celebrari, & perpetuam sui memoriam relinquere cupit; vnius virtutes, amplecti & omnium vicijs carere debere. Animum quidem in Principibus multos æquiparandi ac superandi laudo atque approbo. Veruntamen autor illis sum, vt OMNES ingenij vires ad vnum aliquem imitandum conferant. NON RARVM enim est, vt qui plures, dum viuunt, superare contendunt, ita tandem moriantur, vt nullum adæquarint. Quantumuis multa quis fecerit, & quid facturus sit, exaggeret: quilibet tamen mortalium non plùs quàm vnum (vt sic loquar) esse, vnum velle, vnum posse, vnum nasci, vnum viuere, vnum mori habet; itaque cùm vnus tantùm sit; non plus quàm quod vni conuenit, sibi arroget oportet. 52

Ex omnibus autem bonis Principibus, quos in album iustitiæ suprà retuli, extremo loco nominatus est M. Aurelius, vt mantenedoris (quem hodie vocant) vice fungatur. Nam etsi multorum legimus res gestas Principum; lectu quidem cognituq; dignas affirmo: at quæcunq; M. Aurelius vel dixit vel egit, ea & cognitu digna, & imitatu sunt necessaria. Nec verò Principem hunc in ritibus ethnicis, sed in actionibus virtutum imitandum dico; Non assentiendum ijs, quæ credidit; sed bonum, quod fecit, amplectendum. Nam SI collatio instituatur multorum Christianorum cum ethnicorum nonnullis; quantum hos in negotijs fidei (& religionis) à tergo relinquimus, tantum nos in actionibus virtutum antecedunt.

Pleri-

Quis dubitet nomina tanta sequi? Ouid. trist. 2.

Vt transeundi spes non sit; tamē est dignitas subsequendi. Fab. 12. extrem.

Νόειτὰ πάντα, πρόσσε δ' ἃ πρόσσειν χρεών. Naz. Monostich.

Guter Freunde hat niemand zu viel. Adag.

Amicos plures habere multis gloriosum, reprehensioni nemini fuit. Plin. 7. ep. 3.

Omnium beneuolentiam tibi cōcilies; amicitiam cum bonis ineas. Plutar. 4. symp. initio.

Pauci prudentia honesta ab deterioribus, vtilia ab noxijs discernunt; plures aliorum euentis docentur. Tacit. annal 4.

Omnis vitæ ratio sic constat, vt quæ probamus in aliis, facere ipsi velimus. Fab. lib. 10. cap. 2.

Ad rationem vitæ exemplis erudimur. Plin. 8. ep. 28.

In contrarium quotidie res vertuntur, neque ad propositum voluntatis actionum respondent fines. Arnob. lib. 3.

Non qui maxime imitandus, etiam solus imitandus est. Fab. 10. 2.

Quem quis probauit, in eo, quæ maxime excellent, ea diligentissime persequatur. Cic. 2. de orator.

Ἐν τοῖσι ἀγῶσι οἱ ἀθηναῖοι σταδιοδρόμοισι ῥαπίζοντες, οἱ δὲ ἐν τῷ πελτικῷ ὁπλίτῃ, ἐς χεῖρας ἔβησαν. Herodot. lib. 8.

Ἐγμάτων ἀκτὶς καλῶν ἄσβεστος ἀεί. Pindar. Ist. 4.

Ei, quem laudare volumus, tribuenda plura bona, quam reuera habeat; vituperando autem contraria via insistenda. Isocr. orat. 6.

Non suaserim, vni se alicui proprie, quem per omnia quis sequatur, addicere. Fab. 10. 2.

Quid nostra, quales fuerint operarii? dummodo quod operatum est, bonum esse constet. Optat. lib. 2.

In maioribus imitandis illud exceptum sit, ne vitia imitanda sint. Cic. off. 1.

Ex comparatione turpius apparet dedecus. Val. Max. lib. 2. cap. 1.

Conferant se; infra M. laudes iacebunt. Plin. 8. ep. 6.

53 Plerique omnes æui priſci Principes laudati philoſophi alicuius familiaritate vſi ſunt. Alexander ſecum habuit Ariſtotelem, Darius Plotinum, Auguſtus Piſtum, Pompeius Plautum, Titus Plinium, Adrianus Secundum, Traianus Plutarchum, Antonius Apollonium, Theodoſius Claudium, Seuerus Fabatum. In ſumma tanta fuit Philoſophorum in aulis Principum autoritas, vt illos filij patrum loco haberent, patres magiſtrorum inſtar venerarentur. Porrò illi Philoſophi, quando familiares erant Principum, viuebant. At M. Aurelius, cuius ego doctrinam Maieſtati V. offero, non viuus, ſed mortuus eſt. Nec tamen idcircò ſcriptum illius recipere Maieſtas V. dedignetur, quòd ipſum præſentem habere nequit. Fieri enim poteſt, vt maiori nobis emolumento ſint, quæ manu ille ſcripſit, quàm quæ reliqui, dum viuerent, dixerunt.

Plutarchus refert Alexandri M. ætate vixiſſe Ariſtotelem; Homerum verò iam olim mortuum fuiſſe. Quæramus iam, quantum Alexander alteri fidei, alteri honoris exhibuierit? Sanè Homeri librum, cum iret cubitum, in manu habebat, & cum euigilaſſet, relegebat, ſemper eum in ſinu; imò capite circumferens: At non tam intimus illi Ariſtoteles erat, cui nec audientiam ſemper dabat, nec fidem habebat. Itaque Homerum pro amico Ariſtotelem pro magiſtro habuit.

Cæteri ſapientes Philoſophi duntaxat fuêre; noſter verò M. Aurelius tum Philoſophus fuit ſapientiſſimus, tum Princeps potentiſſimus: Vnde facilè colligitur,
54 plus ei fidei, quàm alteri, habendum. Nam vt Princeps labores (quos in vitæ huius curriculo ſuſtinemus) exponet; vt Philoſophus remedia indicabit. HVNC ergo ſapientem Philoſophum, & Imperatorem nobilem Maieſtas V. vt rectorem iuuentutis, patrem in gubernatione, præfectum bellorum, ducem itinerum, amicum in laboribus, exumplar virtutum, magiſtrum ſcientiarum, ſcopum appetitionum, & rerum gerendarum æmulum ſuſcipiat.

Equidem vitam, Domine, volui ſcribere Principis huius, qui fuit Ethnicus, non alterius, qui Chriſtianus fuiſſet;

M. Aurel. frugi erat ſine contumacia, verecundus ſine ignauia, ſine triſtitia grauis. Capitolin.

Ego doctrina anteire malim, quam copiis atque opulentiis. Gell. 20.4.

Potentiſſimi reges poſſunt in purpura Philoſophice regnare & regie Philoſophari. N. Rigalt. Onoſ. prooem. Volaterran. lib. 28.

M. Ant. ex Romanis Principibus maxime doctis viris fauiſſe memoriæ proditum eſt.

Nemo illis temporibus magnā potentiā ſine eloquentia conſecutus. Fab. dialog.

Ducum antiquorum dextera ſolebat non minus ſtilum tractare; quam gladium. Sidon. 4.17.

Nec parua exempla recenſe; Sed quæ ſola mens dignetur vincere. Creſ. Stat. Sylu. lib. 4.

Careret fama magnorum virorum celebritate, ſi etiam minoribus teſtibus contenta non eſſet. Sym. 8.22.

Adiuuare nos poſſunt, non tantum qui ſunt, ſed & qui fuerunt. Sen. ep. 53.

Ἡδονή ἐστι τοῦ μανθάνειν φίλτρον. *Strab.* 1.

Alexander dicebat ſe Iliadem & Odyſſeam habuiſſe ſecum expeditionis ſuæ viaticum. Plutarch. de virtut. Alex. orat. 1.

Δυνάμεως δεῖται τις ποιητικῆς, ἵνα καὶ τοῖς μετέπειτα δόξῃ, καὶ μηδὲ τοὺς ἀπόντας λάθῃ. *Syneſ. ep.* 99.

Stultiſſimum credo, ad imitandum non optima quæq; proponere. Plin 1. ep. 5.

Is maxime audiendus, cuius dictis facta conueniunt. Plat. Volater. lib. 28.

Memoriæ maximum auxilium, via dicendi non decedere. Fab. 4. cap. 3.

Exempla virtutū tanto efficaciora, quanto perſonæ digniores. Tho. Aq. ex Hieron.

Imagines ingeniorum, quæ vera ſunt, & æterna monimenta, perquire. Hieron. ep. 141.

Frequens imitatio tranſit in mores. Fab. 1.18.

Non prius contingere curſus poteſt, quam ſcierimus, quo ſit & qua perueniendū. Fab. 10. cap. 7.

Viuentes laudare irriſio eſt, maxime Impp. à quibus ſperatur, qui timentur. Spartia, Peſcen. Nigr.

Hoc ipſum amantis eſt, non onerare eum laudibus. Plin. 1. ep. 14.

fuisset ; quòd QVANTA Princeps hic Ethnicus gloria in præsenti seculo floruit, quia bonus fuit; tanta Maiestati Vestræ si improba fuerit, in futuro pœna persoluenda erit. Mouit etiam me, vt de Marco Aurelio Imperatore scriberem, quod is natione Hispanus fuit, quemadmodum primo huius operis capite exponitur. Cùm enim Principem excellentissimum è patria mea oriundum haberem, quem prædicarem & describerem ; absurdum videbatur Principes Græcos laudare. Traianus, Marcus Aurelius, & Theodosius Imperatores † ortu Hispani fuerunt. Ita tres habemus Imperatores, mortuos, & quartum Maiestatem Vestram viuentem. Faxit DEVS Optimus Maximus, vt tam bene & tam diu in religione illa viuat Christiana, quàm in errore Principes illi vixêre gentili!

Inspiciat Maiestas Vester vitam huius Principis, & videbit, quàm fuerit INGENIO perspicaci, seruans recti, vita moderatus, gratus amicis, patiens laborum, dissimulator aduersus hostes, seuerus contra tyrannos, pacificus erga pacis amantes, fautor sapientum, osor imperirotum, felix in bellis, benignus in pace, & quod familiam ducit, in verbis argutus, in sententijs acutus. 55

Sæpe mihi in mentem venit cogitare, AN Maiestas illa sempiterna, quæ temporalem Principibus Maiestatem dedit, sicut donis vos ante omnes eximijs ornauit, forsitan imbecillitatis vos humanæ præ nobis expertes esse voluerit ; & neutiquam factum agnosco. Video vos cum ex filiis huius seculi sitis, non posse aliter, quàm seculi huius more viuere. Video vos cum per seculum hoc ambuletis, non posse alia quàm huius seculi negotia sapere, cumque in carne viuatis, miserijs illius necessariò esse subiectos. Video vos quantumuis longissimè vitam producatis, tandem tamen cogi in sepulcrum descendere ; infinitum esse laborem vestrum ; & nunquam fores

Μὴ φρόνει τὰ κακῶν φαύλοις πρείττων. λυπεῖ τὰ ἀγαθῶν ἡδόμενος. *Naz. Stob. 67.*

Similem raro natura præstat frequenter imitatio. Fab. 10. 2.

Per Traianum afflictæ reip. diuina prouisio consuluit. Oros. 7. 11.

Hispania Traianum, & Adrianum misit imperio. Pacat. paneg.

Bonum laudare, non laudato, sed laudantibus prodest. Augustin. Iohan. tract. 100.

Deos precor, vt animum istum tibi, animo quã longissimum tempus tribuant. Plin. 5. ep. 12.

† *Origine, non etiam natiuitate. Lipsi. comm. paneg.*

Qui de mortuo scribit, de eo nulla suspicio est, amicitiæ causa esse mentitum. Cic. in Bruto.

Ἀρετὴ ἡ τῶν ὀλυμπίοισιν ἀπηδεῖ, ἣ κράτος, ἀσὶ ἦχημεν ἐν κλέος ἐδὲ ἰανόντες. *Oppian. ἁλ. β. 640.*

Quorum gloriam miraris, eorum res gestas imitare. Isocr. ad Nicocl.

Mens & gloria nõ queunt humari. Sidon. 4. ep. 11.

Oportet, si fieri possit, breues esse Regum & syllabas. Laert lib. 7.

Θωύσειν πέπρωται ἄπυστα. *Pythag. car. aur.*

Non regni gloriam reges, qua in hoc seculo sublimantur, aspiciant; sed opus, quod secum asportent, attendant. Isidor. de prælat.

Τῇ ἐσία ἓ σώματος ἴσος πᾶσι αὐθρώποις ὁ βασιλεύς. *Agap. 21.*

Ἀλέξανδρος ὁ μακεδὼν, καὶ ὁ ὀρεωκόμος αὐτὸς, ἀποθανόντες εἰς τὸ αὐτὸ κατέστησαν. *Aur. Imp. 6.*

Omnibus eadẽ sors nascendi, conditio vna moriendi. Cyprian. orat. 1.

L' Empereur, le Pape & le Roy Marcheront aussi bien que toy. Ronsard. 10. 95.

Et quæ veneraris, & quæ despicis, vnus exæquabit cinis. Sen. Marci. 11.

Mors omnibus natura æqualis, oblitione apud posteros vel gloria distinguitur. Tacit. histor. 1.

Maxime è natura est tolli fortunæ discrimen in morte. Cic. de legib. 2.

fores vestras quietem ingredi. Video vos hyeme frigus, æstate calores pati; fame fatigari & siti torqueri: ab amicis deseri, & inimicos habere; mœrore affici, & lætitia destitui. Video vos ægrotare, & ministros negligenter vobis seruire; vos multum habere, & multa vobis deesse: Postremò, quid videre ampliùs volumus, quàm quòd Principes videmus mori?

Non es Imp. solum, sed etiam homo. Tripart. 9.32.

Æquali iure & pari lege venitur in istum mundum, vel de isto mũdo postmodum receditur. Cyprian. tract. 1.

Ἀξιομάτων λαμπρότητος ὁ δυσπειτιμητος θάνατος. *Agap. 66.*

56 Cùm ergo Principes & magnates, vermium in morte escam fieri necesse sit; quare in vita ad capienda bona consilia vos non demittitis? Si Principes & dynastæ fortè delinquitis, vos castigare nemini licet. Vnde vos monitis consilijsque maximè indigere efficitur. Nam viator,

Reges nisi solo Dei timore metuq; gehennæ coerceantur, libere in præceps ruunt, & per abruptum licentiæ in omne facinus labuntur. Isidor. de prælat.

* Prosper de ingratis.

** quem non recto via limite ducit,*
Quantò plus graditur tantò longinquius errat.

Ἐπὶ τῆς ἀϋπερχίας ὁ Θεὸς μόνον κελεύει ἐνιάτειν. *Xiphilin. in M. Anton. Philos.*

Populvs si errat, castigandus; Princeps si errat, commonendus est. Et Qvemadmodvm Princeps vult, vt æquo animo subditi castigari se à Principe patiantur: ita ipsum admonitionem populi patienter suscipere æquissimum est. Cvm enim alterius bonum ex bono alterius pendeat; res ipsa loquitur, si in errore Princeps perseueret, nunquam via recta populum incessurum.

Splendor Principum facit, vt peccare sine summo reip. detrimento ac periculo non possint. Cic. Verr. 1.

Wer auff halbem Wege vmbkehret/ der gehet nicht gar irre. Adag.

Si Maiestas Vestra verbis populum suum castigare vult; hunc librum legere illum iubeat. Sin ille Celsitudinem vestram monito aliquo vult iuuare; supplex eam roget, vt eundem legat. Nam in præsente opere, quicquid & illum corrigere, & Maiestatem V. facere oporteat, reperietur. Sitne inutilis hic liber, an fructuosus, meum non est prædicare; Fateantur hoc, qui opus ipsum legerint. Nos enim Scriptores componendi & traducendi operis laborem capimus: Alij verò de nobis iudicandi autoritatem vsurpant.

Equus quo velocius aberrat, eo tardius domum, quisquis insidet, redit. Saresb. 7. 13.

Fideles existima, non qui omnia dicta tua & facta laudarint; sed qui etiam errata & delicta reprehenderint. Isocr. ad Nicocl.

Nemo valet summa pollentem potestate corrigere, nisi propria ratio. Agap. 36.

Τοῖς βασιλεῦσι συμβαίνει δεῖ, ἤτοι ὡς ἥδιστα, ἢ ὡς ἥκιστα. *Theophr.*

Rara temporum felicitas, vbi sentire, quæ velis, & quæ sentias, dicere licet. Tacit. annal. hist. 1.

Regibus etiam quæ prosunt, ità suadenda sunt, vt delectent. Sen. Suasor. 1.
Eruditio timorem creat, imperitia confidentiam. Hieron. ep. 26.
Autores in operibus edendis pudor potius, quam constantia decet. Sidon. 9. ep. 11.

Is doctissimus, qui eorum, quæ in animis aliorum dispersa iacent, quam plurima colligere, & elegantissimis verbis potuerit explicare. Isocrat. ad Nicocl.

Non de vnius racemis vindemiam sibi fecit; sed bene in rem suam vertit, quicquid vbique inuenit imitandum. Macrob. 5. Sat. 17.

Αἰδὲ θεὸς, σῶς ἀνθρώπους, βεβαιοῦσα βίου, εἰς ἡμερὸς τ' ἐπιγείου ζωῆς, ἀλήθεια οἰκία τῆ πρόξεις κοινωνικαί. *Aur. Imp. lib. 6.*

Cibi arte, non precio valent; fercula nitore, nō pondere. Sidon. l. 2.

Assiduæ scriptionis nullum potest esse fastidium. Symmach. 9. 50.

Occupatis velocitate consuli debet. Frontin.

Non est omnium recte iudicare, sed eorum, qui sunt prudentes. Hieron. Thom. Garz. discors. 146.

Naturale est cuique, vt ea quæ quis adeptus est ipse, quam amplissima existimari velit. Plin. 4. ep. 17.

Non potest concipere, aut edere partum mens, nisi ingenti flumine literarum inundata. Arbit. 83.

Proferant sua, si qui carpere nituntur aliena. Sedul. præfat. op. Pasch.

Opera extemporanea non temere diuturna fiunt; accurata ætatem ferunt melius. Philo legat. ad Cai.

Οἱ ὦθεν τὸ πᾶν σωφρόνως τ' λόγων δρετῆ ἐπαλείποντες τ' σχολῆ γραφομένων. *Liban. or. 1.*

Maximus ac pene solus fructus est recta cupientium, vt voluntas eorum ad diuinā Principum scientiam perferatur. Eumen. paneg.

Fructus laboris est, placere melioribus. Sym. 9. 39.

Hæret peccatum non in eo, qui monuit; sed in eo, qui non obtemperauit. Cic. diuin. 1.

Grauissimi Principis iudicium in minoribus etiam rebus consequi pulchrum est. Plin. 4. ep. 8.

Nihil ita absque labore manifestam facit veritatem, vt breuis & pura narratio. Bernh. 227.

Equidem inde à prima pueritia, tam in seculo dum vixi, quàm ad vitæ genus religiosum postquam me contuli, maximam annorum meorum partem legendis impendi libris diuinis & humanis. Et licet tenuitatem fatear meam, qui nec legi, quantum potuissem, nec studui, quantum debuissem; tamen EX OMNIBVS, quæ legi, nihil me magis quam M. Aurelij doctrina stupefecit, cùm tantum (sapientiæ) thesaurum à Deo pagani ori creditum conspicerem. 57

Cum autem pleraque Græcè, nonnulla etiam Latinè scripserit: Græca amicorum ope adiutus, Latina proprio Marte in vernaculam linguam transtuli. Cogitet iam quisque, quanti laboris fuerit, Græca in Latinam, & Latina in vulgarem Hispanicam linguam, & ex hac rudiùs dicta in sermonem elegantem conuertere! NEQVE enim lautum potest dici conuiuium, nisi & epulæ exquisitæ, & grati saporis conditura sit. In traducendis sententijs, in collocandis verbis, in examinanda phrasi, in castigandis & ponderandis syllabis, quantum in æstate molesta sudauerim, quantum hyeme aspera alserim; quanta abstinentia, cùm edendum; quantæ vigiliæ, cum dormiendum; quantæ curæ fuerint, cùm absque curis viuendum esset: iudicet, qui huius rei experimentum, si credere mihi noluerit, ceperit.

Huius igitur tam operosi laboris intentionem diuinæ Maiestati consecro: Maiestati autem V. opus hoc supplex trado; Deum, Princeps sereniss̄ime, orans, vt tantum huius libri doctrina vitæ & reipublicę vestrę prosit, quantum priuatim sanitati meæ obfuit. Maie- 58
stati V. vt domino meo supremo, vigiliarum mearum summam offerre volui. Quæ si parui forsan sudores hosce meos æstimabit; non idcirco seruire illi desinam; cum haud mediocris loco præmij ducam, quòd inter ministros me suos numerat. Ad laborum remunerationem, & voluntatis optimæ prę̄mium non aliud à Maiestate V. supplex peto; nisi vt ingenij mei impolitia, styli humilitas, orationis ariditas, inconcinna sententiarum dispositio, eloquentiæ deniq; tenuitas minimè

nimè cauſam præbeat, minore opus tam eximium in precio habendi. Neq; enim decet equum generoſum minoris æſtimari, ſi eques illo in decurrendo peritè vti neſciat. Ego quod potui, feci; Faciat Maieſtas Veſtra, quod debet, operi huic grauitatem, mihi illius interpreti autoritatem tribuens. Quod reliquum eſt, precor, vt clementia diuiua, quæ S.C.C. Maieſtati V. hoc eſſe & poſſe in terra dedit, eſſentiæ eidem dininæ fruitionem in gloria largiatur.

Amen, Amen,
Amen.

Non diſputantis autoritas, ſed diſputationis ipſius requiratur veritas. Minut. 368.

Laudare optimum Principem, ac per hoc poſteris, velut è ſpicula, lumen, quod ſequantur, oſtendere; plurimum vtilitatis habet, arrogantiæ nihil. Plin. 3. ep. 18.

Quæſo, glorioſe Rex, vt in te conſideres largitatem dinini muneris, & poteſtatem non minuas largitoris; vt qui tibi temporale donauit regnum, donet etiam ſempiternum. Fulgent. lib. 3. ad Traſim. extrem.

Qui in hoc ſeculo bene imperat, ſine fine in perpetuum regnat, & de gloria ſeculi huius ad æternam tranſmeat gloriam. Iſidor. de prælat.

Excelſo ſtat vita loco: nos ima ſequentes Vergimus ad mortem. Petrar. Epiſt. lib. 3. fol. 115.

Dogma Pythagoricum.

Δεῖ φυλαδεύειν πάντα τρόπον, καὶ σώματι τὸν ἰόσον ἀπὸ ἕλκεος σώματος, τὸν ἀπὸ δυσνοίαν ἀπὸ τᾶς ψυχᾶς, τὸν ἀσέλγειαν ἀπὸ γαστρὸς, τὸν στάσιν ἀπὸ πόλεως, τὸν διαφωνίαν ἀπὸ τᾶς οἰκίας, καὶ κρινῆν ἀπὸ πάντων τὸ ἀκρωτές. *Ex D. Hieronymo adducit Eraſm. Roterodam.*

Fugare conuenit ac modis omnibus reſecare morbum à corpore, inſcitiam ab animo, luxuriem à ventre, ſeditionem à ciuitate, diſcordiam à familia: in ſumma, ab omni negotio intemperantiam. Neand. Antholog. pag. 381.

Quicquid in Scripturis diuinis mirabiliter fulget, quicquid in præceptis moralibus copioſum eſt, totum paruo in corpore adunatum Lector deſiderat paupertatis neceſſitate. Hieron. præfat. in Comitem.

ARGV-

Non debet prologus enormior esse quàm fabula. Spartian. Ælio. Verr.

Magnorum argumentorum magna esse conuenit etiam procœmia. Philo de congressu.

Si esse nobis curæ solet, vt facies nostra ab optimo quoque artifice exprimatur: nonne debemus optare, vt operibus nostris (laudatus) scriptor prædicatorq; contingat? Plin. 7. ep. 33.

Tempus mensura cuiusdam est spatij, in continua serie perpetuitatis inclusi. Arnob. lib. 4.

† *metricam. C. mechanicam, rectius. Liu. lib. 24. & 25.*

Tempus est certa dimensio, quæ ex cœli conuersione intelligitur. Macrob. 1. Saturn. 8.

Tempus est mundi motus interstitium. Philo. quod mundus incorruptibilis.

Γηράσκει ἡ χαλκὸς ὑπὸ χρόνου. *Antiphil. Epigram. lib. 5. extr.*

Ogni cosa mortal tempo interrompe. Petrar.

Fluit tempus, & auidissimos sui deserit Sen. 6. nat. quæst. extrem.

Veritas ipsa sibi testimonium tribuit vbique. Galen.

Veritati nemo præscribere potest. Tertul. de virgin. veland. initio.

3. *Esdr.* 4.

† *Luc.* 21.

Nullum mendacium senescit. Eurip. Volater. lib. 28.

Τὸ κράτιστον ἀγαθὸν ἡ ἀλήθεια. *Basil. Stob.* 235.

Τὰ ὄπαλλα μεγάλα ἰῶ, τὰ πολλὰ ὠπῶν σμικρὰ γίγνε. *Herodot. lib.* 1.

Quæ à veritate non veniunt, seipsa subuertunt. Augustin. lib. 7. ciuit. 19.

χρόνῳ τὰ πάντα γίγνεται καὶ κείνεται. *Prouerb.*

Il tempo porta, & se ne porta il tutto. Guicc. pag. 49.

Rudis fuit priscorum vita atque sine literis; non minus tamen ingeniosa fuit in illis obseruatio, quam nunc est ratio. Plin. lib. 18. 29.

Prisci ignorantia rerum innocentes erant. Sen. ep. 90.

ARGVMENTVM LIBRI,

DE VITA M. AVRELII IMP. CVM HOROLOGIO PRINCIPVM.

Quo & intentionem suam, & methodum tractationis autor ostendit.

ARCHIMEDES PHILOSOphus (excellentissmus &) celeberrimus, cui propter scientiam M. Marcellus vitam donauit, quâ deinde, quòd artem † Magicam factitasset, priuari meruit, interrogatus, quid tempus esset; Tempus, inquit, est inuentor omnium rerum nouarum, & commentarius antiquarum; & porrò addidit; Tempus est, quod initia, progressus & finem videt rerum omnium: Deniq; tempus est, quod omnia terminat. Hanc temporis definitionem, à Philosopho illo traditam, verissimam esse negare non possumus. Nam TEMPVS si loqui posset, multa nobis, de quibus ambigimus, tanquam testis oculatus, declararet.

Porrò cùm omnia finem habeant, & tandem intereant; SOLA veritas & interitus & finis expers est: illud habens præ cunctis rebus priuilegium, quòd de tempore ipsa, non de ipsa tempus triumphat. Nam secundùm sententiam diuinam, † FACILIVS esset cœlum terramq; perire, quàm veritatem vnam interire Etenim NIHIL est adeò inuiolatum, quod non (vi temporis) imminuatur; nihil tam sanum, quod non marcescat; nihil tam solidum (firmumq;) quod non frangatur; nihil tam benè custoditum, quod non corrumpatur; nihil tam sincerum, quod non adulteretur. Denique TEMPVS in cætera vniuersa dominatur, præterquam in solam veritatem, quæ superiorem neminem agnoscit.

Poma in vere neq; ad nutriendum idonea, neq; gustu iu- 60
cunda sunt. Verùm æstate exacta, & aëre per autumnum iam refrigerato, quicquid comeditur, alimentum vtilius, & quicquid delibatur, maiorem suauitatem (delectationemq;) affert. Quorsum ista? Vt ostendam initiò, cùm cœpit mundus viros habere sapientes, QVANTO in precio habiti sunt Philosophi ob morum emendatorum integritatem, tantam illos meruisse reprehensionem ob ingenij hebetudinem.

Plato

*Plato lib. II. de repub. dicit, Philosophos priscos, tam Græcos, quàm Ægyptios & Chaldæos, qui primi siderum cœlestium contemplationi se dederunt, & Olympum montem conscenderunt, vt Planetarum in corpora terrena influxus obseruarent, & primi motus terræ considerare cœperunt; ignorantiæ potiùs veniam, quàm scientiæ gratiam meritos esse. Et porrò addit Plato, Philosophos, qui nos antecesserunt, primos sese tradidisse studio inquirendæ veritatis in † motibus cœli, primosq; * in rebus terræ naturalibus errorum semina sparsisse.*

Homerus in Iliade eadem cum Platone affirmat, cùm inquit; Ad superiores quod attinet Philosophos, ea quæ sciuerunt, reprehendo, & pro ijs, quæ scire expetiuerunt, gratias ago. Profectò & verissimè Homerus, & non malè Plato dixit. Si enim inter primos illos & antiquissimos Philosophos non regnasset ignorantia; non tot extitissent in illorũ scholis sectæ. Qui legit, non dico libros, qui interciderunt; sed opiniones vetustissimorum Philosophorum; non poterit inficias ire, cùm vnica sit scientia; tamen ipsos in diuersas eam sectas distraxisse, quales sunt Cynicorum, Stoicorum, Peripateticorum, Academicorum, Platonicorum & Epicureorum, qui omnes æquè opinionibus à se mutuò discrepant, atq; ingenio & natura fuerunt diuersi.

Nec libet, nec par est nimis indulgere calamo in veterum reprehensione, vt recentioribus solis laus vniuersa tribuatur;
61 *cùm neq; hi scierint, neq; illi ignorarint omnia. Si præmium meretur, qui viam mihi, qua sit eundum, monstrat; non minorem meretur gratiam, qui vbi errare possim, ostendit. NIHIL scilicet aliud fuit veterum ignorantia, quàm dux, vt nos rectam insisteremus viam. Illorum enim error causam nobis præbet † tanto cautiùs incedendi. Atqui ad maiorem priscorum gloriam & recentiorum ignominiam non vereor dicere. SI NOS, qui iam viuimus, illorum æuo vixissemus; minus sciuissemus, quàm ipsi sciuerunt; & si ipsi, qui tùm vixêre, nostro viuerent æuo, longè plus, quàm nos, scirent. Quod ita se habere manifestum est, quoniam antiqui illi virtute & industria singulari præditi per semitas & calles viam aperuerunt; nobis verò vicijs & ignauiæ deditis, viæ, quas apertas illi reliquerunt, * in prata conuersa sunt vndiq; obsepta.*

*Atq; vt ad propositum veniam; Nos qui iam viuimus, non possumus idem, quod de priscis multi poterant, queri. Nam VERITAS, quæ secundùm † A. Gellium, temporis filia est in * hac tertia & extrema mundi ætate, planissimè & errores omnes, † à quibus caueamus, & doctrinas veras, quas amplectamur, demonstrauit. Quid reliquum est ad videndum, quod visum non sit? quid restat patefaciendum, quod pate-*

Πάντ' ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς φέρει. *Prouerb.*

Nihil omnium est, quod possit in primordio sui perfici. Apul. flor. 1.

Rerum optimarum cognitionem nobis oculi attulerunt: ex quibus Philosophiam adepti sumus. Plato in Timæo.

Apud Thebæos omnium primos Philosophia & exactior Astrologia inuenta. Diodor. lib. 1.

† *elementis.*

* *circa naturam elementorum & cœli.*

οὐ δεῖ ἐκ τῶν νῦν καθετηκότων τὰ παλαιὰ τεκμηριοῦσθαι, εἰς τἀναντία ἑκατέρων μεταπεπτωκότων. *Strab. lib. 10.*

Iuuandi, haud oppugnandi, qui nobis iecere fundamenta sapientiæ. Scalig. exerc. 344. 2.

Facilius inter Philosophos, quàm inter horologia conueniet. Sen. de morte Claud.

Habenda iis quoque gratia est, per quos labor nobis detractus. Fab. 5. cap. 10.

Fieri per rerum naturam non potest, vt qui opinionibus differunt; veritatis vnius habeantur autores. Arnob. lib. 4.

Nulla est disciplina aut ars, quæ singulari consummata sit ingenio. Columel. lib. 5. cap. 1.

Cum excusatione veteres audiendi sunt. Sen. 6. nat. quæst. 5.

Ben' è felice quel ch' esser' accorto à l' altrui spese impare. Ariost. 10. 6.

† *viam deinceps rectam tenendi. G.*

Parens artium antiquitas. Macrob. 1. Sat. 5.

Contenti simus inuentis; aliquid veritati & posteri conferant. Sen. 7. nat. q. 26.

* *desertæ, incultæ, interclusæ frondibus & virgultis sunt. Cic.*

Frugum affluentia tanto negligentius perit, quanto vberius nascitur. Oros. 1. 8.

† Lib. 12. cap. 11.

* *hoc postremo mundi triente.*

Non est quasi lassa & effœta natura, vt nihil iam laudabile pariat. Plin. 6. ep. 21.

Veniet tempus, quo posteri nostri tam aperta nos nescisse mirentur. Sen. 7. nat. quæst. 25.

factum non sit? quid legendũ, quod non sit lectum? quid potest scribi, quod non scriptum? quid cognosci, quod non cognitum?

Tam experta hodie est nequitia humana, tanta est in singulis ingenij celeritas & intelligentiæ subtilitas, vt parũ omnino ad boni cognitionem desit, & exitio nobis sit, quod plus mali, qnàm expedit, nouimus. NEMO ignorantiã potest excusandæ culpæ prætexere: omnes quippe sciunt, omnes legunt, omnes discunt; quod ex agricolæ† alicuius & literati contentionibus manifestum est. Nam si ambo apud iudicem litigent; non minore facundia agricola nescio quot, vaframenta recitabit, quã duas aut tres è codice suo leges literatus allegabit.*

Si huc conferrent homines ea, quæ sciunt, vt honestiores, sapientiores, tolerantiores & benigniores essent; optimum foret. Sed proh dolor! si quid norunt, ad nihil aliud prodest, quã vt callidiùs lucrum faciant, vt proximum defraudent, vt rapta tueantur, vt pactiones luculenta conditione faciant, vt nouum aliquod fœnus excogitent. Postremò, SI QVID sciunt, non emendare vitam; sed augere opes sciunt. Si dormire nequam dæmon, quemadmodũ homines, posset; in vtramuis (quod aiunt) aurem dormire ipsi liceret. Nam si ipse ad nos decipiendos vigil est; nos ad perdendos nos ipsos peruigiles sumus. Quod cùm ita sit, vt seposita malitia, de scientijs tantùm verba faciamus, TAM exiguum est id, quod assequimur, tam multa sunt, quæ scire poteramus & debebamus, vt quicquid scimus, eorum, quæ ignoramus, pars minima sit. 62

Porrò sicut in rebus naturalibus elementorum operationes pro diuersitate temporis fiunt: Sic in doctrinis moralibus, prout ætas ætati successit, ita scientiæ sunt patefactæ. Non vno profectò eodemq; tempore fructus omnes proueniunt: sed vno finito, maturescit alius: haud dissimilem ad modum nõ omnes Christianorum doctores, nec omnes gentilium Philosophi eodẽ extiterunt tempore: sed mortuis bonis nonnullis alij successêre meliores. Quippe SAPIENTIA illa suprema, quæ pro iustitia sua metitur omnia, & pro bonitate dispertit, non voluit vno mundum tempore à sapientibus frequentari; alio verò tantùm à rudibus idiotis habitari: Neque enim decebat, alijs poma omnia sorte contingere, alijs nil nisi folia obuenire.

Antiquissimum illud Saturni seculum, quod alio nomine aureum dicitur, magni profectò fuit æstimatum ab ijs, qui id viderunt; mirificè deprædicatum ab ijs, qui id descripsêre; & ardentissimè desideratum ab ijs, quibus illo frui non licuit. Veruntamen non fuit aureum, quòd viros habuit sapientes, qui illud velut inaurarent; sed quòd carebat viris improbis, qui id sublato auro quasi depreciarent. Nam quod experientia teste discimus, ex VNIVS hominis vel turpitudine vel generositate vniuersæ dependet familiæ vel celebritas vel infamia.

Voca-

Ὦ πόσση κραδίη, πόσση μερόπεσσι πέλει φρήν! Oppian. κυν. α. 329.

Qui in foro litibusque ætatem terimus, multum malitiæ, quamuis nolentes, addiscimus, Plin. 2. ep. 3.

† *mechanici.*

Magis nostra refert animos fortiores fieri, quam doctiores. Sen. nat. q. 32.

* *mendacia.*

Aliud est eloquentia, aliud loquentia: hæc multis atque etiam impudentissimo cuique maxime, illa vix paucis contingit. Plin. 5. ep. 20.

Diserti aduersus iustitiam; eruditi pro falsitate; sapientes, vt faciant malum, eloquentes, vt impugnent verum. Bernhard. 227.

Malitia iam nos tenet, quod diu in possessione nostri est. Sen. ep. 50.

Quærendum aduersis auribus seculi, in tantum vitia regnare, vt obscœnis cupiditatibus natura cesserit. Fab. declam. 13.

Primum scientiæ vestibulum, scire quod nescias. Fulgen. mythol. 1.

Cum nihil sciamus omnino; fallimus nos tamen, & in opinionem scientiæ sub inflati pectoris tumore tollimur. Arnob. lib. 2.

His vicibus humana variantur, vt defectui succedat vbertas. Sym. 1. ep. 17.

Ciborum varietates per totum annum digestæ. Sen. 4. benef. 5.

Vsus magister est optimus. Cic. pro Rabir.

Nullum est adeo virtutum sterile seculum, vt non & bona exempla produxerit. Tacit. histor. 1.

Magister ex occulto Deus producit ingenia. Sen. 4. benef. 6.

Multa venientis æui populus sciet, ignota nobis. Idem 7. q. 31.

Mali nescia & adhuc astutiæ inexperta simplicitas nomen auri in primis seculis præstat. Macr. 2. somn. 10.

Non negauerim fuisse alti spiritus viros, & vt ita dicam, à diis recentes. Sen. epist. 90.

Innocentiam multitudinis deuenustant scelera paucorum. Sidon. lib. 7. ep. 9.

Vocatur ætas illa aurea, & nostra hæc ferrea, quæ nominum diuersitas non inde nata, quòd vel tum inuentum sit aurum,
63 *vel nunc erutum sit ferrum: aut quod sapientibus (quibus Saturni seculum abundauit) præsens ætas careat: sed quòd hæc improbis abundat.*

Vnum illud fateor, in quo multos album meæ sententiæ calculum addituros credo, NON fuisse vnquam plures in terris virtutis doctores, nec fuisse vnquam pauciores eiusdem sectatores. Phauorinus Philosophus, A. Gellij magister & amicus (singularis) dicere solebat, ideò Philosophos priscos summa in autoritate fuisse, quod paucissimi essent magistri, plurimi discipuli. Hodie verò contrarium videmus euenire. Nam QVI magistrorum cathedras inuadant, penè infiniti sunt: qui verò ad discipulorum sese demittere subsellia sustineant, rarissimi. Etenim ex autoritate illa, qua voluerunt prisci Philosophi, æstimari potest, quàm viles habeantur nostra ætate sapientes: quorum multis melius fuisset nunquam literas cognouisse, si fructum, quem ex illis hauriunt, exiguum, & ignominiam, quam inde plurimam percipiunt, spectemus.

*Quàm pulcrum fuit videre inter Græcos Homerum, Solomonem apud Hebræos, Lycurgum apud Lacedæmonios, apud Argiuos Phoroneum, Prometheum inter Ægyptios, Liuium inter Romanos, apud eosdem Latinos Ciceronem, Apollonium inter Indos, & Secundum inter Assyrios! O quàm felices fuerunt Philosophi, quibus bono fato nasci contigit illis temporibus, quibus tanta erat idiotarum copia, tanta sapientum (& literatorum) penuria, vt ex diuersis regnis, ex regionibus remotissimis, ex nationib. peregrinis concurrerent homines non solùm ad audiendam doctrinam Philosophorum; sed ad ipsos etiam videndos! D. Hieronymus in prologo Bibliorum (cap. 1.) dicit, eo tempore, quo Roma florebat maximè, Liuium Decades suas scripsisse: nihilo tamen secius (de vltimis * Hispaniæ Galliarumq; finibus quosdam venisse nobiles, &) quos ad contemplationem sui Romæ & Capitolij magnificentia non traxerat, vnius hominis famam colloquiumq; perduxisse.*

Marci Aurelij ad amicum Pollionem scribentis verba hæc sunt: Sic habeto amice, Imperatorem me creatum non ob pro-
64 *genitorum meorum nobilitatem, nec ob gratiam, qua apud præsentes valui: Erant enim Romæ alij tum genere nobiliores, tum copijs locupletiores: sed oculos mihi adiecit Dominus meum Adrianus Imp. & Antoninus Imp. socer meus generum me sibi delegit, non aliam ob causam, quàm quòd sapientes mihi cordi, illiteratos odio esse cernerent. Felix profectò tum Roma in eligẽdo Imperatore tam sapiente, tum ipse in accipiendo Imperio tam amplo fuit; non quòd à maioribus illius hæreditatem accepit; sed quòd studij adeò fuit deditus. At enim*

Et causas periculorum nostrorum & instrumenta, disiectio terrarum pondere, eruimus. Sen. ep. 94.

Plures sunt iam doctores, quam docti. Valla. contra Pogg. lib. 4.

ὃ χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀκούειν. *Phocyl.*

Donec scientiam natura combiberit, non maior est gloria dixisse, quod noueris, quã siluisse, quod nescias. Sidon. 7. 9.

Seyndt gut jhr Wort / jhr Werck seyndt krump / so folge du den Worten nach / jhr Wercken nicht / als du bist tump. VVeinsb. Goldast. pag. 291.

Πάλαι τὰ καλὰ ἀνθρώποισιν ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ. *Herod. lib.* 1.

Natura comparatum est, vt in omnibus artibus hoc sit scientiæ preciosior pompa, quo rarior. Sidon. 2. 10.

Omnibus in rebus permagni momenti est ratio atque inclinatio temporum. Cic. Verrin. 7.

Bonis seculi sui quisque, citra obtrectationem alterius vtatur. Fab. dialog. extr.

Non solent homines mirari, nisi rara, Aug. 21. ciu. 14.

* Plin. 2. ep. 3.

Priscis) studiorum summa reuerentia, summus amor studiosorum. Plin. 4. epist. 28.

Pauci studia nunc honorant. Sidon. 5. 10.

Heu male nunc artes miseras hæc secula tractant. Tib. 1. 4.

Ingenio stat sine morte decus. Propertius 3. 2.

Marcus Philosophando dignus regno habitus est, & regnando à Philosophia non desciuit. Agapet.

Beatæ respublicæ si aut sapientes eas regant, aut qui regunt, omne suum studium in sapientia collocent. Cic. Q. fr. ep. 1.

si felix ætas illa fuit, quæ præsente illo frui potuit; non minùs felix nostra ætas erit, cui doctrina ipsius frui licet.

*Salustius † inquit, GLORIOSVM esse res illustres gerere; sed non minùs arduum ita res ab alijs gestas scribere, vt facta dictis exequentur. Quis Alexandrum Magnum nosset, nisi de ipso scripsisset Q. Curtius? Quis esset Vlysses, nisi Homerum præconem habuisset? Quis Alcibiades, nisi Thucydides eum extulisset? Quis Cyrus, nisi Xenophon monumentis suis res gestas illius conseruasset? Quis Pyrrhus Epeirotarum Rex, nisi *Hermiclem habuisset historicum? Quis Scipio Africanus, si absq; Decadibus foret T. Liuij? Quis Traianus, nisi intimus illi amicus fuisset Plutarchus ille nobilis? Quis Nerua & Antoninus Pius, nisi memoriam vtriusque Dion Græcus posteris prodidisset? Quid de magnanimis facinoribus Iulij Cæsaris, quid de rebus gestis Pompeij Magni sciremus, nisi Lucanus illa celebrasset? Quis duodecim nosset Cæsares, nisi Suetonius Tranquillus librum de Cæsaribus scripsisset? Quid de antiquitatibus haberemus Hebræorum, nisi Iosephus scriptor diligentissimus eas conseruasset? Quis aduentum nosset Longobardorum in Italiam, nisi eum Paullus Diaconus scripsisset? Quid de aduentu, & successibus & fine Gothorum in Hispania sciremus, nisi curiosus illa Rodericus illustrasset?*

Ex his quæ dicta sunt, conijcere lectores possunt, quantum (ab ipsis) debeatur historicis, qui mihi nominis sui memoriam non minùs consecrasse literarum monumentis, quàm gloriam suam Principes illi rerum gestarum magnitudine videntur. Etsi autem vltrò fateor, ea quæ vel scripsi, vel transtuli, vel composui, minimè promereri, vt in sapientum excellentium numero habear; quippe, si sacras excipiamus literas, nihil vnquam adeò curiosè scriptũ est, quin censurâ limaq; indigeat: tamen hoc vt fateor; ita alterum etiam dicam; videlicet, vt sponte mea omni gloriæ renuncio, qua me boni propter librum hunc voluerint ornare; Ita non defuturos, qui contrà ac vellem, linguas eidem intentabunt. Etenim SCRIPTORES assidui labores, quos in scribendo sustinemus, parui pendimus; cùm cogitamus sexcentos fore inuidos, qui nos calumnientur. 65

Multi hoc æuo inueniuntur, adeò peruerso, vel vt veriùs dicam, liuido ingenio, vt quanquam ipsi interim, dum autor (aut interpres studiosus) labori incubuit, deambulatum abierint; dum ille vigilauit, ipsi dormierint; dum ille ieiunus fuit, ipsi epulati sint; dum ille libros voluit, ipsi in flagitijs se volutârint: hoc tamen posthabito, potestatem sibi (blaterones isti) sumant alienum opus censendi, † approbandi & damnandi, perinde ac si autoritate Platonẽ apud Græcos, aut eloquentia Ciceronem inter Romanos æquarent. Si quis fuerit in lingua Latina curiosissimus, in Castellana politissimus, in historijs diligen-

† Prooem. con. Catil. Gell. lib. 4. cap. 15.

Res æquare dicendo arduum. Plinius 8. epist. 4.

Τοῖς ὑπερβάλλουσι τῶν ἔργων, καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ κάλλει, χαλεπὸν ἐξισῶσαι τοὺς ἐπαίνους. *Isocr. Panath.*

Ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει. *Pindar. Nem.* 4.

* *Zenonem. Laert.* 7.

Beatos puto, quibus deorum munere datum est aut facere scribenda, aut scribere legenda: beatissimos vero, quibus vtrunque. Plin. lib. 6. ep. 16.

Historia liber viuentium, & tuba, quæ excitati mortui in medium producuntur. Nicet. initio histor.

Il gran tempo à gran nomi è gran veneno. Petrar. 196.

Carmina quam tribuent, fama perennis erit. Ouid. 1. amor. 10.

Ἐκ μοισῶν ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται ἀνθρώποισι. *Theocr. Idyll.* 15.

Nullius agricolæ cultu stirps tam diuturna, quam poetæ versu seminari potest. Cic. pro Arch.

Qui alios sempiternæ gloriæ commendant, ingenii gloriam consequuntur. Cic. 5. ep. 12.

Maior est S. Scripturæ autoritas, quam omnis humani ingenii capacitas. Aug. super Genes.

Firmissime credas in diuinis libris nullum esse mendacium. Leo. serm. 13. de pass.

Qui multa dixerit commode, potius boni consulendum, quam qui aliquid nequiuerit, reprehendendum. Varr. ling. Latin. lib. 6.

Quod nequaquam blandum auribus imperitorum, tanto maiorem apud doctos habere gratiam debet, quanto minorem apud indoctos habet. Plin. 2. 19.

Mediocribus scriptis amicorum benignitas scit fauere; alienorum inuidia nescit ignoscere. Sym. 5. 83.

Παντὶ δ' ἐπ' ἔργῳ μῶμος. *Anthol. Epigr. lib.* 4.

† *deprauandi.*

Plerique damnant, quæ non intelligunt. Fab. 10, 1.

ligentißimus, linguæ Græcæ peritißimus, & in versandis percurrendisq́; libris studiosißimus; ab eiusmodi viro præstantißimo non modò patiar corrigi librum meum; verum etiam contendam, vt limā operi meo adhibeat. VIRO enim humilitatis & virtutis amanti, à sapiente emēdari minimè ꝓbrosum est.

Sed quænam patientia, quæso, ad perferendum, quinam animus ad dißimulandū sufficiat? quòd duo, tres aut quatuor (agresti ingenio homines) vnâ pransi vel cœnati (ac probè appoti) librum in manus sumunt, quorum alius eum nimis prolixum esse, alius à proposito aberrare dicit; hic obscurum, ille sermonis sordidi & plebeij, iste merum figmentum esse ait: Hic
66 *inutilem, ille nimis curiosum, iste etiam malitiosum inquit: adeò vt, cùm optimè cadit, tum doctrina suspecta reddatur, tum autor haud sine labe maculaq́; discedat. Verùm cùm huiusmodi & ij sint, qui dicuut, & locus, vbi dicunt, nimirū super mensa; ignosci illis potest: quippe qui non secundùm libros quos legerunt; sed secundùm epulas, quas ederunt, (& vinū, quod hauserunt) loquuntur. Nam QVID IOCVS sit, parum intelligit, qui quod super mensa dicitur, ioco non accipit.*

VETVSTISSIMA pestis est, quòd opera præstantißima Theonino dente roduntur omnia: idq́; non tantùm eorum autoribus; sed etiam scriptoribus metuendum. Nam Socrates, vt exemplis rem probemus, fuit à Platone reprehensus; Plato ab Aristotele, Aristoteles ab Auenroë, Cæcilius à Sulpicio, Lælius à Varrone, Marinus à Ptolemæo, Ennius ab Horatio, Seneca ab A. Gellio, Eratosthenes à Strabone, Thessalus à Galeno, Hermagoras à Cicerone, Cicero à Salustio, Origenes ab Hieronymo, Hieronymus à Rufino, Rufinus à Donato, Donatus à Prospero, Prosper à Lupo. Tantorum heroum, qui lumina mundi fuerunt, monumenta cùm Momos suos habuerint: mihi, qui meæ tenuitatis mihi sum conscius, illos non deesse minimè mirandum erit.*

Sed VANITATIS leuitatisq́; nota iure optimo inurendà illi est, qui viri sapientis librum, singulari cura & exacto iudicio ab illo scriptum, semel tantùm à se lectum parui æstimat. Sæpenumero reprehenduntur autores & interpretes, non ab ijs, qui componere libros & interpretari possunt; sed qui nec intelligere, imò nec legere fortasse didicerunt. Nam vt eruditionis opinionē apud simplices fœminas & rude vulgus, qui adsunt, sibi concilient; calumniandi criminandiq́; doctrinam illam partes sibi sumunt, vt aliqua auditoribus scientiola instructi esse videantur. Equidem DEVM iudicem sumo, qui iudicet, vtrum animi mei intentio in hoc opere concinnando bona fuerit, an vana; simulq́; ad omnium sapientum & vir-
67 *tute præstantium virorum pedes hanc meam doctrinam pono, vt benignè illius patrocinium defensionemq́; suscipiant.*

Qui admonent, amice docendi sunt; qui inimice insectantur, refellendi. Cic. nat. deor. 1.

Potius à prudentibus emendari, quam laudari ab imprudentibus malo. August. 5. ciuit. 27.

Felices forent artes, si soli artifices de iis iudicarent. Fab. Eras. Chil. 1. c. 6 p. 16.

Pudet corrigi; quod vitium non nisi superborum est. August. 10. ciuit. 29.

Inertium delitias desidiamque, quasi iudicium respicere, ridiculum est. Plin. lib. 1. ep. 20.

E cosa da stolto biasimare le cose non intese. Thea. 270.

Iniqua est prætermissis bonis malorum enumeratio, vitiorumque selectio. Cic. de legib. 3.

Il volgare ignorante, ogn' un reprendre, e parla più di quel che men intende. Ariost. 28. 1.

Non potest de artifice nisi artifex iudicare. Plin. 1. ep. 10.

Est huius seculi labes quædam & macula virtuti inuidere. Cic. pro Corn. Balb.

Contentionum studiis obscurari & contegi contemplatio rerum solet. Arnob. lib. 1.

Ingenia humana ad arguendum promta. Sym. 4. 28.

Ipse etiam quandoque bonus dormitat Homerus. Hor. art.

Euentus aliorum memoria repetentes, nihil accidisse nobis noui cogitemus. Cic. pro Corn. Balb.

* *tam pauca scio.*

Ἅπτεται ὁ τῶν πολλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρίστων ὁ μῶμος. *Nazianzen. Stob.* 258.

Noster mos est, propria custodire, non aliena potius accusare. Ioseph. Appion. 2.

οὐδεὶς τεχνίτης παραγγελίας τινὸς λογικῆς δύναται πᾶσι ἀναγινώσκουσι κατὰ πᾶν εὐαρεστῆσαι. *Diodor. excerpt. lib. 26.*

Τὴν σοφίην σοφὸς ἰθύνει, τέχνας δ' ὁμότεχνος. *Phocyl.*

Obscuritates non assignemus culpæ scribentium, sed inscitiæ non assequentium. Gell. lib. 20. 1.

Decet reprehensorem meminisse, se quoque peccare posse. Aug.

Perfecta & absoluta cuique excusatio testimonium conscientiæ suæ. Bernhard. fol. 228.

Earum quisque rerum iudex est idoneus, quarum est eruditus. Aristot. Ethic. 1.

Spero enim Deo fauente futurum, vt si qui fortè simpliciùs à me dicta calumniari audeant, non desint, qui intentionem, quam habui, bonam agnoscant.

*Sed vt planiùs instituti mei rationem reddam; multi fuerunt, qui de temporibus M. Aurelij scripserunt. Nam Herodianus pauca scripsit, pauciora Eutropius, & pauciora isto Lampridius, paullò plura Iulius Capitolinus. Præterea sciendum præceptoribus Marcum Aurelium vsum esse Iunio Rustico, Cinna Catulo, Sexto * Chæroneo, magni illius Plutarchi nepote; qui tres præcipuè, tanquam testes oculati, bonam vitæ doctrinæq; ipsius partem scripserunt. Multi facta doctrinæ M. Aurelij mentione mirantur, & quo pacto ad hoc vsque tempus occultata fuerit, quærunt, quasi ex proprio illam cerebro ipse confinxerim, & nullus in rerum natura M. Aurelius fuerit.*

Non video, quid non audeant dicere, qui de albo Imperatorum optimum illum M. Aurelium audent tollere; cùm ijs, qui vel pauca legerunt, notorium sit, fuisse ipsum maritum Faustinæ, patrem Commodi, fratrem Annij Veri, generum Antonini Pij, & decimum septimum Imperatorem Romanum. Quare qui me solum huius doctrinæ inuentorem faciunt, ijs gratiam, pro dictis; non tamen pro animo, quo dicunt, habeo. Si enim verum esset, ex cerebro meo natas esse tot tamq; graues sententias; statuæ mihi honor à priscis illis Romanis fuisset habitus (Plin. 2. ep 7.)

Cùm æuo nostro videamus, quæ nunquam vidimus; audiamus, quæ non audiuimus; orbem deniq; nouum non vnum inuenerimus: librum nouum prodire miramur! Sanè quod ego in Marco Aurelio patefaciendo solicitus, aut in traducendo diligens fui; non idcirco me vel à sapientibus notari, vel ab inuidis accusari æquum est: cùm SÆPENVMERO accidat, vt inter venandum manu venatoris omnium, qui adsunt, inertissimi fera cadat. 68

*Vltima, quam in Hispania Romani subegerunt, fuit Cantabria, ciuitas Nauarræ, è regione Lugrunij in edito colle sita, vbi hodie pagus vinetis insignis. Augustus Cæsar, qui eam euertit, decem libros scripsit de bello * Cantabrico, in quibus multas res memorabiles recitat, & lectu iucundissimas, quæ durante obsidione acciderunt. Iam verò sicut M. Aurelius Florentiâ fuit ad me allatus; ita liber de bello Cantabrico Coloniâ ad me peruenit. Quòd si fortè laborem interpretandi illius suscepissem, quem pauci viderunt; idem de illo, quod de M. Aurelio dicturi essent. SVNT enim homines tam largi verborum, & studiorum parci, vt audacter, & impudenter dicere, nullum hodie in terris librum esse, quem non viderint aut legerint, audeant.*

Putant omnes boni alienæ gloriæ defensionem ad officium suum pertinere. Cic. Verr. 4.

Non est meæ verecundiæ, rapere gratiam laboris alieni. Sym. 4. epist. 40. Volaterr. lib. 23.

Veritas obuia est, sed requirentibus. Minut. 378.

* Bœoto. Dio. lib. 71.

Societatem laudis adfectat, qui aliena benedicta primus enunciat. Sym. 1. 28.

In rebus perspicuis & nullam desiderantibus defensionem, stoliditatis est diutius immorari. Arnob. lib. 1.

Iniquum est de incognitis & inexploratis iudicare. Minut. 387.

Legamus autores cum reuerentia antiquos, sine inuidia recentes. Sidon. 8. 11.

M. Aurelius grauissimus Imperator, Christianorum fautor. Tert. ad Scapul. & apolog. 5.

Prauum malignumque est, non admirari hominem admiratione dignissimum, quia videre, alloqui, audire contigit. Plin. 1. epist. 16.

Ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος. *Prouerb.*

Rerum natura sacra sua non simul tradit. Sen. 7. q. 31.

Quàm multa fieri non posse, prius quàm sint facta, iudicantur? Plin. lib. 7. cap. 1.

Hispania sub Augusto demum perdomita. Liu. lib. 28.

O quantum eruditorum aut modestia ipsorum, aut quies operit & subtrahit famæ! Plin. 7. ep. 25.

* Suet. 20. Dio. 53.

Multa ignoramus, quæ non laterent, si veterum lectio nobis esset familiaris. Macr. 6. Satur. extrem.

Quotus quisque vel ætati alterius, vel autoritati vt minor cedit? Statim sapiunt, statim sciunt omnia. Plin. lib. 8. ep 23.

Magis in studiis homines timor, quàm fiducia decet. Idem 5. 17.

In

In hoc ergo scripto humano idem feci, quod in diuina scriptura plerique doctores solent facere, non verbum verbo reddentes; sed sententias sententiis exprimentes. NON *enim necesse est, vt interpretes verba lectori annumeremus; sed si sententiam (bona fide) appendamus, satis est.*

Exorsus autem fueram hoc opus anno supra millesimum quingentesimum decimo octauo: & vsq; ad annum vigesimũ quartum nemo resciuit, quid operis inter manus haberem. Anno autem sequente, cùm liber, quem admodum secretò mecum habebam, diuulgatus esset: Cæsarea Maiestas, febri quartana ægrotans, eum à me fallendi temporis, & leuandi morbi gratia popposcit. Exhibui tum Cæsari M. Aurelium, quamuis necdum absolutum, neq; emendatum, & eundem supplex rogaui, vt, quod vnum laboris mei præmium exoptarem, à nemine librum in cubiculo regio transscribi pateretur. Si enim interim, dum ego in opere progrederer, neq; in animo haberem eâ, quam tum haberet, forma illum in lucem dare; interim (inquam) si secus fieret; neq; honorificum id Cæsareæ Maiestati, & magnum operi meo præiudicium futurum.

69 *Verùm enimuerò merentibus ita peccatis meis, liber furtim surreptus in plurium manus peruenit & descriptus est; dumq; alijs illum (vt fit) alij suffurantur, & famulorum manu describendum curant; atq; plura in dies singulos irrepunt menda, & ego vnicum archetypum, ex quo corrigi illa possent, habeo: nonnullos exemplaria ad me emendanda attulisse verũ est; quæ si loqui potuissent, non mitiorib. librarios suos, quàm ego plagiarios meos querelis incusassent. Sed vt* ERROR *errorem parit, dum opus meum ad vmbilicum iam perduco, & editionem meditor: prodit M. Aurelius Hispali † impressus.*

Hîc ego iudices inter me & typographos facio lectores, qui pronuncient, an æquum & iustum fuerit, vt opus Cæsareæ Maiestati dedicatum, viuente etiamnum autore, neq; absolutum, neq; correctũ, imprimere & diuulgare quisquam auderet? Sed hîc non substiterunt; Verùm denuò liber in Lusitania, & mox in regnis Aragoniæ impressus fuit. Cumq; mendosissima fuisset prima editio; nihilo correctiores profectò secunda & tertia fuêre. Ita nimirum, QVOD *publicæ vtilitati scribitur, ad priuatum quisq; lucellum accommodare nititur.*

*Accidit etiam aliud circa M. Aurelium, quod me pudet dicere; cuius tamen magis pudere debuerat illos, qui id ausi sunt committere; quòd scilicet nonnulli se autores totius operis professi sunt: alij libris suis partem eius, tanquam à se inuentam inseruerunt. Idq; manifestò apparet in libro quodam typis edito, in quo autor * sermonem Villani posuit; & in alio libro item impresso, posuit autor † orationẽ M. Aurelij*

Terdunt gratiam pleraque, si quasi innita & recusantia violentius transferantur. Gell. 9. 9.

Magis sensus è sensu, quam verbum è verbo trahendum. Hieron. in lib. Iudith.

In [illegible] *inuentum*, non in exercitationem ingenii. Sen. 7. benef.

Rarum est Regis animum numerosis regni curis iugiter occupatum, feruente cognoscendæ sapientiæ delectatione flammari. Fulgent. ad Trasim. lib. 1.

Et sæpe & cum multis tractandum, quod placere & semper & omnibus cupias. Plin. 7. ep. 17.

Nulla res consummata est, cum incipit. Sen. 6. q. 5.

Non possunt perinde inchoata placere, vt effecta. Plin. lib. 8. ep. 4.

Nulla est disciplina, in qua non peccando discatur. Columel. lib. 1. cap. 1.

Oratio publica res libera est. Sym. 1. 25.

Facilius est ardentes fauillas ore comprimere, quam luculenti operis seruare secretum. Idem 1. 25.

Satius est, vnum aliquid insigniter facere, quam plurima mediocriter. Plin. lib. 9. epist. 29.

† *Seuillæ.*

Omnes qui aliquid in studiis faciunt, venerari mirarique soleo: Est enim res difficilis, ardua, fastidiosa, & quæ eos, à quibus contemnitur, dedignatur. Plin.

Quod fecit quisque tuetur opus. Ouid. 4. Pont. 1.

Auaritia latentium indagatrix lucrorum, manifestæ prædæ auidissima vorago. Val. Max. 9. 4.

Improbè facit, qui in alieno libro ingeniosus est. Martial. lib. 1. præfat.

* Lib. 3. cap. 3.

† Lib. 2. cap. 19.

Placidum quoque ingenium tam atrox iniuria accendisset. Liu. lib. 3.

ad

Qui semel malus, semper præsumitur malus. I C.

Si alienæ quoque laudes parum æquis auribus accipi solent; quam difficile est obtinere, ne molesta videatur oratio de se aut cuis differentis? Plin. 1. ep. 8.

Animi directa simplicitas satis se ipsa commendat. Ambros. 2 off.

Pro defensione famæ licita est laus propria. I C.

Defensio est, non arrogantia. Ambros. Psal. 118.

Quid dicatur, spectandum est, non quali cuim amœnitate dicatur. Arnob. lib. 1.

Varietas occurrat satietati. Cic. Orat.

Plus capiunt variata. Cassiod. 2. 21.

Varietate solemus, qui ingenio parum conficimus, satietatis periculum fugere. Plin. lib. 8. ep. 21.

Uniformis narratio parit ex satietate fastidium. Macrob. lib. 5. Sat. 4.

Μπιζολὴ πάντων γλυκύ. Eurip. Oreſt.

Raccende il gusto il mutare esca. Arioſt. 13. 80.

Quis est, qui alienæ modum statuit industriæ. Cic. 2. de fin. circa fin.

Nihil curæ eius satis est, qui cogitat, quam sit magnum dare aliquid in manus hominum. Plin. 7. ep. 17.

Partes operis.

Animum regalibus curis feliciter occupatum non lectionis prolixitas oneret, sed manifestatio veritatis informet. Fulgen. ad Trasim. 2. extrem.

Incitantur homines ad agnoscenda, quæ differuntur. Plin. 9. ep. 27.

Si rationem posteritatis habeas, quicquid non est peractum, pro non inchoato est. Plin. 5. ep. 8.

Σχολῆς δεῖ τῷ μὴ φιλοσοφίας ἐφιεμένῳ. Syneſ. epiſt. 57.

Nulla res bene exerceri potest ab homine occupato. Sen. de breuit. vit. 6.

Utrumque tam magnum est, vt abunde sit alterum efficere. Plin. 5. 8.

Tunc profectus adest, si quod agendum est, cum Dei voluntate agitur. Ambros. Rom. 1.

Non longiora mihi dari spacia viuendi volo, quam dum ero ad hanc quoque facultatem scribendi commentandique idoneus. Gell. lib. 20. extrem.

ad Faustinam, cùm Musei clauem peteret. Qui fures cùm mihi innotuerint; credibile est illos etiam alia nonnulla è domo mea surripuisse.

Hinc ergo patebit, M. Aurelium non fuisse emendatum, 70
quandoquidem in lucem illum nunc damus accuratè à mendis repurgatum. Hinc manifestum erit, libro non fuisse supremam manum additam, postquam numeris iam omnibus absolutus prodit. Hinc conspicuum fiet, plurimum illi defuisse, postquam additamenta accesserunt. Apparebit denique, non fuisse mihi præcipuè propositum interpretari M. Aurelium; sed HOROLOGIVM PRINCIPVM, *quo totus populus Christianus regeretur, veluti fabricare; quæ quidem doctrina vt multorum commodis seruire debebat; ita multorum sapientum scriptis ac præceptis vti volui.*

Operis autem ipsius forma hæc est, quod duobus vel tribus capitibus meis, epistolam aliquam M. Aurelij, aut aliam ex veteri aliquo autore doctrinam subijcio. Neq; verò fallatur lector, hoc vel illud autoris esse cogitans. Etsi enim filum orationis meum est; tamen quæcunq; dicuntur, aliena esse fateor. Cumq; historici & doctores, quibus vtebar, multi essent; doctrina verò, quam scribebam, vnica tantùm: inutilia nonnulla & futilia me reiecisse, aliaq; longè suauiora & vtiliora substituisse non eo inficias. EST autem iudicio exactissimo opus, quo efficiatur, vt quod in vna lingua scoria (vt ita loquar) erat, in altera aurum esse videatur.

Diuiditur autem HOROLOGIVM hoc PRINCIPVM in tres libros:

In primo præcipitur, vt Princeps sit bonus Christianus.

In secundo agitur, qualem se gerere Princeps erga vxorem & liberos debeat.

In tertio, quo pacto seipsum & rempublicam moderari debeat.

Inchoaram etiam alterum librum, quo pacto se gerere in aula & domo sua Principem oportet: Sed nimia amicorum, editionem huius operis flagitantium, importunitas fecit, vt calamum suspenderem.

Cæterùm cùm adeò sim occupatus in scribendis Annalibus 71
Cæsareis, habendisq; diebus festis & in quadragesima, in sacello regio, concionibus sacris; quò accessit, vt Cæsareæ Maiestati Episcopum me creare, & animæ curam mihi commendare placuerit: Vehementer dubito, an quid deinceps ocij sim ad alia scribenda habiturus. Vnum hoc habeo polliceri, QVAMDIV *vitam mihi Seruator prorogârit, me non intermissurum ea scribere, quæ sunt Principi meo, & vniuersæ Hispaniæ reipublicæ profutura.*

***

ELEN-

ELENCHVS CAPITVM
LIBRI I.

1. DE genere & ortu M. AVRELII Imp. Præmittit autor tria capita, quibus curriculum vitæ ipsius complectitur. fol. 1.
2. Epistola M. AVRELII ad Pollionem, qua vitæ suæ curriculum narrat, facta inter cætera mentione, quid Censori Romano cum hospite Campano acciderit. 6
3. M. AVRELIVS epistolam concludens exponit, quas artes quibus magistris didicerit, quinq; res annectens, quæ peculiariter Romanis curæ erant. 12
4. De religionis Christianæ præcellentia, veterumq; superstitione. 15
5. De Bruxilli vita: 18
6. Eiusdem morituri ad Senatum Romanum sermo. 19
7. Ethnicos credidisse vnum Deum non satis esse potentem, vt ab eo contra hostes defenderentur; & Romanos à Gotthis oppugnatos deos mutuò petiisse. 21
8. Epistola à Senatu ad subditos sociosq; missa. 22
9. De vero DEO, deorumq; commentitiorum vanitate, quantis item in veteri testamento miraculis suam DEVS potentiam declararit. 24
10. Vnicum esse verum DEVM, & beatum regnum, cui præest Princeps verè Christianus; deq; Ethnicorum opinione, Principes bonos post obitum inter deos, malos inter dæmones referentium. 28
11. De multis ethnicorum diis, & specialiter de xx. selectis. 33
12. De diis magis naturalibus, & quanti sit beneficij non plus quàm vnum verum Deum Principes agnoscere. 37
13. Tiberium Imperij gubernatorem creatum, quòd verè Christianus erat. 41
14. Oratio Sophiæ Augustæ, qua Tiberium tanquam in erogandis thesauris nimis profusum increpat. 43
15. Tiberij responsio, qua demonstrat Principes non necesse esse thesauros cumulare: De thesauro item à Tiberio reperto. 47
16. Narsetem celeberrimas retulisse victorias, quod esset Christianus; de eodem malè ab Augusta tractato. 51
17. Epistola M. AVRELII ad Siciliæ Regem, de ærumnis in iuuentute suis. 57
18. Continuans epistolam Imperator suadet Principibus, vt deorum metuentes sint; & decretum contra Principem templi euersorem recitat. 63
19. Quàm venerabiles fuerint inter ethnicos religiosi deorũ cultores. 65
20. Propter quinq; causas Principes oportere pietate & virtutibus subditos antecellere. 69
21. Biantis constantia in omnium fortunarum iactura; & oratio ad eos, qui ipsum consolabantur, & leges Principibus relictæ. 73

22. Deum semper malorum fuisse vltorem, in primis Principum Ecclesiam suam oppugnantium. 79
23. XII. exemplis probat autor, quàm grauiter Principes templorum violatores sint puniti. 81
24. Valens Imperator malus Christianus vita & imperio priuatus, & in agresti casa à Gotthis concrematus. 89
25. De Valentiniano Imperatore, eiusq; filio Gratiano Principibus & potentissimis & fortunatis. 95
26. Oratio Gratiani Imperatoris prælio certaturi. 99
27. De comitis Theodosij obitu verè Christiano; de concilio Hippone celebrato & canonibus ibi sancitis. 101
28. Optimum esse, rempublicam ab vno regi. 105
29. Nihil magis esse exitio reipublicæ, quàm si crebras in ea Principes mutationes ferant: Item seruorum statum securiorem esse, quàm Principum & summatum. 111
30. Initium tyrannorum potentiæ; Principes in subditos dominationem ex mandato pendere diuino. 113
31. De seculo aureo & de miseria humana. 117
32. De Alexandri post victum in Asia Darium expeditione Indica. 121
33. Oratio sapientis Garamantum ad Alexandrum Magnum. 125
34. Sapiens Garamantum suum prosecutus institutum, non posse vitæ perpetuitatem diuitiarum copia parari ostendit. 127
35. Dandam Principibus operam, vt muneris sui finem intelligant; De Thalete, & VII. quæstionibus illi propositis. 129
36. Plutarchi verba ad Traianum Imperatorem; & bonum Principem caput reipublicæ esse. 135
37. Principem, qui reipublicæ caput est, & audire debere iniuria affectos, & cognoscere singulos, ad referendam illis pro meritis gratiam. 139
38. De die festo, quem Iano Romani agebant, & de singulari M. Aurelij illo die munificentia. 143
39. Responsum M. Aurelii Fuluio datum. 147
40. Epistola M. Aurelii ad Pollionem. 155
41. Non oportere Principes & magnates corporis elegantia & pulcritudine superbire. 173
42. Epistola M. Aurelii ad suum ex sorore nepotem. 181
43. Principes olim fautores fuisse sapientum, summaque illos inuestigâsse diligentia. 189
44. Theodosium Imperatorem moriturum prospexisse, vt Arcadius & Honorius filii inter viros sapientes educarentur. 195
45. Crœsi epistola ad Anacharsin & eiusdem responsio. 201
46. Phalaris tyrannus opificem noui tormenti inuentorem occidit. 205
47. De eximia Philippi Macedonis, Alexandri Magni, aliorumq; Regum, erga doctos & sapientes beneuolentia. 211

* *
*

ELEN-

ELENCHVS CAPITVM LIBRI II.

1. DE dignitate coniugii, cuius societas quemadmodum inter subditos voluntaria, ita inter Principes necessaria videtur. 217
2. Persequens institutum autor, matrimoniorum interuentu sæpe amicitiam conciliari inter inimicos asserit. 221
3. Augusti Cæsaris de matrimonio ad Quirites oratio. 225
4. De legibus ritibusque veterum nuptialibus. 231
5. Fœminæ Principes & illustres, si felicia desiderant coniugia, maritos ament. 235
6. De Camma Galata mortem marito ab eo, qui ipsa potiri cupiebat, illatam vlciscente. 239
7. Fœminas Principes & illustres oportere maritis obedire, viroq; turpe ac probrosum esse vxoris imperium. 243
8. Cauendum fœminis maxime illustribus, ne frequenter in publicum exeuntes, aut ob nimiam salutatorum frequentiam vituperentur. 247
9. Quæ damna vel commoda fœminæ vel discursantes, vel domi se continentes capiant. 251
10. Imperatorem precibus adductum indulsisse, vt Lucilla filia spectaculis interesset. 253
11. Grauis obiurgatio & commonefactio M. AVRELII ad Faustinam vxorem & Lucillam filiam. 257
12. Persequitur sermonem cœptum Imperator, suadens Faustinæ, vt filiæ peccandi occasiones adimat. 261
13. M. AVRELII de filiarum coniugiis solicitudo. 265
14. Fœminis grauidis cauendum, ne quod fœtui creent periculum. 267
15. Recitat alios euentus infelices, qui grauidis acciderunt. 275
16. Fœminas grauidas amanter à maritis & officiose tractandas esse. 277
17. De Pisto philosopho, eiusque præceptis quibus grauidas instruxit. 281
18. De triplici consilio, quo Neronis domesticum Seneca instruxit, itemq; de ordine quo dici horas M. AVRELIVS disposuit. 285
19. Faustinæ Augustæ clauem museoli à M. Aurelio marito petentis oratio. 291
20. M. Aurelii ad Faustinam clauem museoli petentem responsio. 295
21. M. Aurelius institutum cum Faustina sermonem prosequitur, XVIII. regulas tradens maritis, vt pacifice cum vxoribus viuant. 301
22. M. Aurelius de claue petita pressius respondet. 309
23. Fœminæ Principes & illustres filios suo lacte nutrire non dedignentur. 315
24. Suadet etiam hac autor fœminis, vt ipsæ liberos lactent & nutriant. 319.

25. Fœminis illustribus videndum, cuiusmodi nutrices filiis alendis eligant; itemq; conditiones, quæ in nutrice bona requiruntur. 327
26. Aliæ tres conditiones in nutricibus infantum spectandæ. 333
27. De agitata coram Alexandro quæstione, quàm diu lactandi sint infantes, deq; variis moribus, quibus veteres in lactandis infantibus vsi sunt. 337
28. De multiplicibus incantationibus & superstitionibus, quibus prisci liberos nutriendos daturi vsi sunt. 339
29. Epistola M. Aurelij ad Dædalum amicum, qua respondens ad duodecim capita epistolæ, sub finem inuehitur in fœminas, quæ infantum morbos incantamentis curant. 345
30. Ostendit, quantum sit hominis decus, benedicendi facultas. 351
31. Epistola Athenienſium ad Lacedæmonios. 355
32. Nutrices, quæ Principum filios lactant, eruditas, si fieri possit, esse oportere. 357
33. Non minùs fœminas, quàm viros, eruditas esse posse. 361
34. Epistola Pythagoræ ad Themistocleam sororem. 364
35. Prosequitur institutum autor suadens fœminis summatibus, vt priscarum exemplo eruditæ esse studeant. 365
36. De Cornelia fœmina præstantissima, eiusq; ad Gracchos filios epistola, ne relictis militiæ laboribus domum reuertantur. 371
37. De liberorum educatione, quo tempore magistris in disciplinam tradendi sint, & quantum interſit parentum rectè liberos educari. 379
38. Diligenter cauendum Principibus, ne filij nimis indulgenter educentur. 389
39. Quanta cura Principes eligere debeant filiorum nutritores, & de decem bonorum magistrorum virtutibus. 399
40. De filiis M. Avrelii, & de magistris Commodo imperij hæredi adiunctis. 409
41. Sermo M. Avrelii ad quinque magistros, quos è Palatio suo submouit. 415
42. Epistola M. Avrelii super morte Verissimi filj, ad Catulum censorium. 419
43. Principes subinde inquirant, quo pacto educatores filios erudiant. 425
44 Sermo à Marco habitus, quando filium magistris à se electis docendum tradidit. 427
45. Moderatoribus Principum enitendum, ne adolescentes à teneris annis vicioſi sint: In primis à quatuor illos vicijs auocandos. 435
46. Subiicit reliqua duo vicia, à quibus arcere præceptores discipulos suos debent. 441

ELENCHVS CAPITVM LIBRI III.

1. OPeram dandam Principibus & Monarchis, vt in administranda cunctis iustitia æquabiles sint. 445
2. Prosequens institutum autor, modum Principibus præscribit eligendi iudices. 451
3. Sermo pagani ad Senatores Romanos, diuisus in tria capita. 457
4. Villanus sermonem cœptum prosequens Romanos arguit, quod nulla lacessiti iniuria patriam suam oppugnatum ierint. 461
5. Villanus in magistratus iustitiam non exercentes acriter inuehitur. 465.
6. Principes & megistanes oportere in eligendis magistratibus, qui iustitiam administrent, exquisitam adhibere diligentiam, cum ex ea re salus pendeat reipublicæ. 469
7. De prodigio stupendo, quod imperante M. Aurelio in Sicilia visum fuit; & verbis sanguine supra portam ab eo scriptis. 477
8. Qui à Antigono ciui Romano Imperatoris huius optimi tempore acciderit. 479
9. M. AVRELII Imperatoris epistola ad Antigonum amicum, qua respondens literis ipsius è Sicilia missis, iudices Romanos nimium asperos esse ostendit. Diuiditur ab autore in quinque capita. 481
10. Continuans epistolam contra iudices crudeles M. AVRELIVS duo commemorat exempla, alterum iudicis Romani crudelissimi, alterum Regis Cyprii clementis. 483
11. Prosequitur institutum contra iudices crudeles sermonem M. Aurelius Imp. verba commemorans Neronis Cæsaris laudatissima, & præcepta exponit ab Augusto Cæsare præsidi in Daciam mittendo data. 487
12. M. AVRELIVS cœptum contra iudices crudeles sermonem prosequens, orationem commemorat insignem legati cuiusdam ad senatum Romanum de iudicibus, qui patriæ ipsius præerant, conquerentis. 491
13. Concludit epistolam contra iudices crudeles M. Aurelius, & inter alia verba, quæ auus Bocchi in senatu dixit, commemorat. 495
14. Suadet autor Principibus & dynastis, vt paci studeant, & belli occasiones fugiant. 499
15. Recitat autor commoda pacis, & quo pacto multi Principes ex causis leuissimis grauissima bella mouerint, ostendit. 503
16. Initium epistolæ M. Aurelii ad Cornelium amicum, qua de laboribus belli & vanitate triumphi agit. 507
17. M. Aurelius ordinem exponit, in dilectu militum seruatum, & sacerdotes militare improbat, militumque & ducum peccata commemo-

morar. 151
18. Querela de vitiis ex Asia in Italiam inuectis, deque incommodis bellorum. 516
19. Principes ingraueſcente ætate à vitiis diſcedant. 523
20. Temperantiam amplectendam Principibus iam ſeneſcentibus. 527
21. Epiſtola M. Aurelii ad Claudium & Claudianam ſenes iuueniliter laſciuientes, in quatuor capita diſtributa. 533
22. Mundo eiuſque voluptatibus non credendum. 537
23. Virtutis & honeſtatis ſtudium ſenibus commendatum. 541
24. Præcepta pro ſenibus ſalutaria. 546
25. Auaritiæ turpitudo & damna. 550
26. Quàm multa auarus faciat illiberaliter. 554
27. Epiſtola M. Aurelii ad Cincinnatum, ex equite mercatorem, in tria capita diſtributa. 558
28. Quæ viris nobilibus præſtanda & fugienda. 560
29. Res caducas parui æſtimandas. 562
30. Fugiendas Summatibus ſordes & munificentiam Regibus digniſſimam eſſe. 567
31. Nobiles emolumenti gratia ad artes ſeſe humiles non demittant. 572
32. Epiſtola Marci Aurelii ad Mercurium, qui mercium iacturam fecerat. 575
33. M. Aurelius Mercurium obiurgans, quid fortuna ſit, & quæ auarorum natura oſtendit. 579
34. M. Aurelii ad Pyramonem mœrore oppreſſum. 582
35. De miſeriis humani generis, & brutorum priuilegiis. 588
36. Miſeriæ humanæ cum prærogatiuis animantum collatio. 591
37. Epiſtola M. Aurelii ad Domitium conſolatoria. 597
38. Principes patroni ſint viduarum & orphanorum patres. 603
39. De viduarum ærumnis. 607
40. Epiſtola M. Aurelii ad Lauiniam in morte mariti conſolatoria. 611
41. M. Aurelius hortatur viduas ad tolerantiam & caſtitatem. 616
42. Principes contemtores ſint rerum mundanarum. 620
43. Acerrime autor in fraudes mundi inuehitur. 625
44. Epiſtola M. Aurelii ad Torquatum exulem conſolatoria. 629
45. M. Aurelius mundi fraudes cauendas monet. 633
46. Principes non vtantur familiaritate ioculatorum; Leges item Romanæ de illis latæ. 637
47. De ſcurris punitis & noſtri æui ioculatoribus. 641
48. Epiſtola M. Aurelii ad Lambertum Helleſponti præſidem, de hiſtrionibus relegatis. 645
49. M. Aurelius multos philoſophos in Helleſponto humatos narrat, & cauſas relegatorum morionum explicat. 648
50. Hiſtrionum in Italiam aduentus & opes. 652
51. Principes mortales ſe eſſe meminerint. 554
52. De morte M. Aurelii, & quàm pauci ægrotis vera auſint dicere. 660
53. Oratio Panucii Secretarii ad M. Aurelium iam moriturum. 666
54. Eiuſ-

54. Eiusdem exhortatio ad mortem æquo animo obeundam. 670
55. Responsio M. Aurelij, qua doloris sui causam ob successorem Commodum indicat. 674
56. Exempla Principum iuuenum, qui vicioſi exitio ſibi pariter & regnis fuêre. 679
57. M. Aurelij sermo ad Commodum. 683
58. Monita ad eundem salutaria. 689
59 Mandata ad eundem extrema. 698
60. Orationis & vitæ Aurelij finis, & tabula monitorum Commodo data. 699

EPIGRAMMA

ex Gallico translatum.

AEris hic audis miracula Lector & alti
Ætheris, ac terræ, purpureiqúe maris,
Multiplices rerumque vices. Quid lente moraris?
Te sonus HOROLOGI *suscitat. Euigila!*

Ex altera versione Ode.

SOL, puluis, humor, machina tortilis
Metitur horas: Horæ hominum regunt
Actus, & hinc perfectioq;
HOROLOGI vtilitasq; paret.
Monstrans laboris tempus & ocij
Hoc eruditis ac rudibus, regit
Cunctos. Quis inuentum ergo dij
Ingenii neget illud esse?
Quod cogit omnes suauiter, & sine
Vi impellit. At quo materies preci
Maioris est, hoc ampliore
Dignus honore operis repertor.
Librata certo pondere cætera
De tempore aures aut oculos docent:
Virtutis ad normam exigendæ
Lex datur hîc ratioq; vitæ.

TERTVLLIANVS APOLOGETICO, CAP. XXX.

COELVM ſuſpicientes Chriſtiani manibus expanſis, quia innocuis; capite nudo, quia non erubeſcimus; denique ſine monitore, quia de pectore, oramus pro Imperatoribus, precantes vitam illis prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, ſenatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcunque hominis & Cæſaris vota ſunt.

OLAVS MAGNVS, LIB. XIV.

IN benedictione Catholicorum Regum Metropolitanus inter alia orationem ſuper Regem ad DEVM facit:

Sis ei contra acies inimicorum lorica, in aduerſis galea, in proſperis ſapientia, in protectione clypeus ſempiternus; & præſta, vt gentes teneant illi fidem, proceres habeant pacem, diligant caritatem, fugiant cupiditatem, loquantur iuſtitiam, cuſtodiant veritatem, vt ſemper maneant tripudiantes, & in pace victores.

DE VI-

DE VITA M. AVRELII, IMPERATORIS GLORIOSISSIMI,

Cum

HOROLOGIO PRINCIPVM recèns addito,

Libri primi,

QVO OSTENDITVR, QVANTI intersit Principem esse verè Christianum, & quanta, si tyrannus sit, malorum Ilias sequatur,

---

CAPVT I.

De genere & ortu MARCI AVRELII IMPERATORIS: Præmittitq́; autor initio libri tria capita, quibus curriculum vitæ ipsius complectitur, quoniam ipsius epistolis præceptisq́ue pleraque huius operis dogmata confirmantur.

ANNO ab vrbe condita † sexcentesimo, nonagesimo quinto, † Olympiade centesima, sexagesima tertia, post excessum Diui Antonini Pij, † Fuluio Catone & Cn. † Patroclo Coss. in Capitolio ad IV. Non. Oct. summus totius monarchiæ Romanæ Imperator, Populi iussu, & Senatus mandato declaratus fuit M. Aurelius Antoninus. Is vir excellentissimus, patria Romanus, VI. Cal. Maias in monte Cælio nascitur. Auus illi fuit Annius Verus, ascitus in patricios à Principibus, Vespasiano & Tito Censoribus. Proauus itidem Annius Verus dictus fuit, ex Succubitano municipio in Hispania factus Senator, flagrantibus inter Cæsarem & Pompeium bellis ciuilibus; qua tempestate plurimi Hispani Romã, & vicissim Romani plurimi in Hispaniam sese habitandi gratia contulerunt. Atque ita Imperator hic proauum Rom. proauiam Hispanam habuit. Pater item, vt auus ac proauus, Annius Verus fuit dictus, vnde ab historicis frequenter M. Anton. Verus appellatur. Sanè ab Adriano Imperatore M. Verissimus vocatus est, quòd nullius vnquam menda-

DOMINVS, qui ex iis quæ nihil sunt, aliquid facit, tales inuenit viros, quales requiruntur, cùm perditum excitare vult principatum. Nic. Greg. lib. 2.

Ἀντιῤῥόπους τῷ μεγέθει τοῦ κλύδωνος διδωσι κυβερνήτας τῶν ὅλων ὁ πρίτανις, καὶ πρόσφορα τῇ τοῦ καιροῦ δυσκολίᾳ, τὰ ἀλεξίκακα. φάρμακα. Theodor. 4. 30.

Nemo aliquando ad summam rerum peruenit, qui non à prima ætate gradibus virtutis ascenderit. Vopisc. Aureliano.

Nulla virtus latet, & latuisse non ipsius damnum est. Veniet, qui conditam, & seculi sui malignitate compressam dies publicet. Sen. epist. 81.

NIHIL est illo per sententiam boni cuiusque generosius, quisquis ingenii, corporis, opum iunctam in hoc constans operam exercet, vt maioribus suis anteponatur. Sidon. 8. epist. 7.

† 911. *Oros. lib. 7. cap. 15.*

† *Christi* 161. *Olymp.* 235. *Euseb.*

Beatè perfectaque ratione victuro ante alia patriam esse conuenit gloriosam. Ammian. lib. 14.

† Duobus Augustis Coss. Cassiod.

† Proculeio.

οὐκ ἐστὶ τοῦδε παῖσι κάλλιον γέρας, ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι. *Euri. Heraclid.*

βελτίους εἰκὸς τοὺς ἐκ βελτιόνων. *Arist. 3. Polit. 13.*

Multi Senatores sunt in alijs terris, qui Romam nec de facie quidem norunt. Augustin. 5. ciu. 17.

Capitolin. in M. Anton. Philos.

Effigies Maiorum cum titulis idcirco In prima ædium parte poni solent, vt eorum Virtutes posteri non solum legant, sed etiam imitentur. Val. Max. 5. cap. 8. Strabo de Corduba lib. 3. Plinius 3. 1.

φιλὴ, φασὶν, ἡ ἀλήθεια. *Athenæus lib. 5.*

Μηδὲν τῆς ἀληθείας τιμιώτερον. *Epict. Stob. Serm. 60.*

τὸ κρύπτον ἀγαθὸν ἡ ἀλήθεια. Basilius ibidem.

Æquè virtutis est & bona patriæ auxisse, & mala in se transferre voluisse. Valer. Max. 1. 5.

Quanta dilectio debetur supernæ patriæ propter vitam æternam, si tantum à ciuibus suis terrena dilecta est propter hominum gloriam? Augustin. 5. ciuit. 16. Liu. 7. Val. Max. 5. 6. Oros. 3. 2.

† *Camillæ.*

Camillus secundus à Romulo Conditor vrbis Romæ. Liu. 7.

Oblitus iniuriæ, memor patriæ Romam à Gallis liberauit. Augustin. 4. ciuit. d. 7. Liu. 5. Plut. Camil.

Pueros puellasq́ nobiles & in vestes Camillos & Camillas appellabant. Flaminicarum & Flaminum præministros. Macrob. 3. Sat. 8.

Virginitas voluntatis res est, non necessitatis. Opt. lib. 6.

† *vita C. & I.*

Nutriunt præmiorum exempla virtutes. Cass. 2. ep. 6.

Tunc viuere castè Asperius, cùm promta Venus. Claud. 4 Cos. Honor. 264.

Statuas demolitur vetustas, obscurat obliuio, negligit carpitque posteritas: animus ipsa vetustate florescit. Plin. Paneg.

ἐπαινῶμεν τὰς κατὰ προαίρεσιν ἀγαθὰς, ἃ τὰς ὑπὸ πονηρᾶς ἀνάγκης ἐξεργασθείσας. *Basil. Stob. fol. 287. Serm. 84.*

EST MALA, sed cunctis ista terenda via est. Propert. 3. 18.

Collegium Camillus, ad celebrandos ludos Iouis constituit ex ijs, qui in Capitolio atque in arce habitabant. Liu. lib. 5.

Tanta remunerandum benignitate, quod fortiter fecit aliquis, quanta solicitaret is, vt faceret. Fab. declam. 4.

Non deficit rei studium, quæ præmium largius habet. Cass. 2. Ep. 1.

Consentaneum naturæ & rationi, lucrum pericula sequi, I C.

† *Hoc fruebantur priuilegio, vt in Capitolij semper possessione & præsidio essent,*

mendacij consors, nunquam veritatis expers fuit deprehensus.

Huius Annij Veri familia (referente Iulio Capitolino) in originem recurrens à Numa Pompilio probatur sanguinem trahere, & à M. Curtio, Romanorum clarissimo, qui vt præsentissimo patriam liberaret periculo, & nomen sibi immortale compararet, abrupto per medium forum ingenti specu, se sponte in patentes terræ hiatus eques deiecit, à quo lacus Curtius appellatus.

Mater huius Imperatoris fuit Domitia† Clauilla, vt Cinna refert in libris, quos de familiis Romanis edidit. Gens autem Clauilla magno tum in honore erat, quippe quæ se originem ducere gloriabatur à Camillo, ducum Romanorum celeberrimo iuxtà ac felicissimo, qui vrbem Romam à Gallis captam, obsesso ab ijsdem Capitolio, liberauit. Ad huius Camilli memoriam viri gente illa oriundi, Camilli nominabantur; item q3 fœminæ eiusdem familiæ Clauillæ dicebantur, in perpetuã memoriam filiæ Camillæ, cui Clauilla nomen erat. Hæc Clauilla abhorrens à nuptijs, in virginum Vestalium collegium cooptari voluit, inter quas longo sanè temporis spacio vitam egit, & diuturnam, & seueram, tantoq3 à Romanis fuit honore affecta, vt ad Seueri Imperatoris ævum religiosissimè coleretur illius† sepulcrum, cui inscriptum fuit epitaphium huiusmodi:

Vnica sub tumulo iacet hoc Clauilla Camilli
Nata, quater denos & sex quæ maluit annos
Viuere Vestales inter conclusa sorores,
Magno Trinacriæ quàm nubere libera Regi.
QUAM miserum, extinctæ nunc artus rodere vermes,
Artus, qui vitam puri effulsêre per omnem!

Hoc epitaphium versu Heroico Græcè elegantissimè compositum erat.

Sed vt historiam prosequamur, sciendum, Romanos habuisse in duodecim tabulis legem his verbis scriptam: CIVES omnes singulari in perpetuũ priuilegio illo in loco gaudento, quo in loco maiores ipsorum insigni aliquo populum Romanũ adfecêre beneficio. IVSTISSIMVM enim, vt vbi vitæ periculum (pro patria) ciuis adyt, ibi honorem illi ciuitas exhibeat. Huius ergo legis virtute cuncti Camilli stirpe orti† in Capitolio præsidium semper agitabãt, quòd is virtute & industria sua Gallorũ illud obsidione exemerat. Constat sanè Camillum ducem fortissimum alias quoq3 res huic vel æquales, vel etiam præferendas gessisse: Verùm quoniam intra ipsum vrbis pomœrium 3

mœrium rem tam egregiam gesserat, reliquis illius factis illustribus fuit antepositum: neque id sanè immeritò Romani fecerunt, cùm EX OMNIBVS virtutibus heroicis præstantissima iudicetur ea, quæ beneficium aliquod in Rempublicam complectitur.

Nullum faciunt Romani historici modum querelarum, quòd temporum varietas, tyrannorum multitudo, & bellorum ciuilium perturbatio causſam dederint, vt pessum iret antiqua illa *Respublica Romana, *& in locum illius nouum vicioſumque vitæ genus introduceretur. Sed nemini hoc mirum videri debet, cùm IN OMNIBVS regnis nationibusq; vſu venire ſoleat, vt mutatis dominis, externa mox in ſubditis vitia pullulent. Pollio (tamen) inquit neque per varios caſus, qui in Republ. extiterunt, neque per crebras calamitates, quas Roma ſuſtinuit, à Camilli poſteris ablatam vnquam fuiſſe prærogatiuam illam, vt ſcilicet in Capitolij* *præſidijs *collocarentur, præterquam Syllæ Conſulis æuo, quo familia illa grauiſſimas ſenſit perſecutiones, tantùm quòd Marij Conſulis partes ſequeretur. Mortuo deinde Sylla crudeli, Iulius Cæſar Dictator humaniſſimus, rerum potitus, omnibus exulibus Romanis reditum in ciuitatem confecit.*

Sed quod ad parentes (& auum) M. Aurelij Imperatoris attinet, quænam illorum conditio, dignitas; paupertas, opulentia; gratia, odium; proſpera vel aduerſa fuerint; nuſquam ſcriptum inuenimus, vtut nihil ad diligentiam in quærendo fecerimus reliqui; cuius rei cauſſa eſt, quòd hiſtorici Romani vitam parentum Imperatorum ſilentio præteribãt, ac tanto quidem magis, quoniam Monarchæ ex merito potiùs filiorum proprio, quàm ex dignitate parentum hæreditaria creabantur. Autor eſt Iulius Capitolinus, Annium Verum, Marci patrem, *Rhodi prætorem fuiſſe exercitus, aliorumq; limitum præſidem, imperantibus nimirum Traiano Optimo, Adriano Sapiente & Antonino Pio, qui Imperatores exercitus non niſi viris (prudentia &) virtute ſingulari præſtantibus committebant. PRINCIPES enim (generoſi ac) prudentes duces legere ſolent eos, qui bella prudenter adminiſtrent, & vbi res poſcit, prælium fortiter ineant.*

Romani præter extraordinaria bella, ad quatuor mundi cardines præſidia ſemper alebant firmiſſima, nempe Byzantij, quæ Conſtantinopolis hodie dicitur, ad reprimendos Parthos; Gadibus, quæ nunc vrbs Caliz eſt, ad coërcendos Luſitanos; apud ripam Rhodani, qui iam Renus dicitur, contra incurſiones Germanorum; & apud *Coloſſenſes, *quæ nunc Rhodus vocatur, ad ſubiugandos barbaros.*

Propter Manlium lege ſancitum, ne quis patricius in arce, aut in Capitolio habitaret.
Liu. & Val. Max. 6. 3.

Cuius rei præmium eſt in ciuitate, ea maximis ſemper auctibus creſcit. Liuius lib. 4.

Subditorum animi vnà cum mutatione Principum mutantur, Polyb. lib. 10.

Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus. Claudi. 4. Coſ. Hon. 302.

* *diſciplina.*

Euentus varios res noua ſemper habet. Gall.

Quæcunq; mutatio morum in Principibus exiſtit, eadem in populo ſequitur. Cic. 3. de Ll.

Homines ſe in Regis, velut vnici exempli, mores formant. Liu. lib. 1.

Plures ſunt, qui prærogatiuis potiantur, quàm qui prærogatiuis rectè vtantur. Polib. lib. 10.

* *poſſeſſione manerent.*

Cæſar reuocat ad jus dignitatis proſcriptorum liberos. Velle. lib. 2. & Dio. lib. 44. Sueton. Iuli. 5.

Optimè ſeruant ſupereminentias, qui eandem voluntatem, mentemq; retinent, qua primùm potentatus ſunt adepti. Polyb. lib. 10.

Ad humanam pertinet laudem, vt Patrum decus in prole reſplendeat. Leo. Natiu. ſerm. 6.

Οἷς πλείστη μεταβολὴ ἐπ' ἀμφότερα ξυμβεβήκασι, δίκαιοι εἰσι, καὶ ἀπιστότατοι εἶναι πρὸς εὐπραγίας. Thucyd. lib. 4.

Meritis boni patris, domus filii ſolidiùs roboratur. Guil 1er Geſt. Philip. Fr. Reg. 482.

Capta patris dignitas nobilitatur in filiis. Ambroſ.

Magnum in gloria patris ornamentum. Plin. 6. ep. 6.

Similes parentibus ac maioribus ſuis filii plerunque creduntur. Fab. lib. 5. cap. 19.

* *In prætura deceßiſſe.*

Nemo præmium percipit ante experimentum. Minut. pag. 398.

Imperatoriæ virtutes, labor in negotio, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo. Cic. pro l. Manil.

Eorum, quæ in medio ſunt, maxima eſt ſecuritas, ſi ea, quæ circumcirca ſunt, non laborent. Pachymer. lib. 2.

Nemo facere audet iniuriam ei, quem expeditum & promtum ad reſiſtendum vindicandumq; cognoſcit. Veget. 4 cap. 31.

Bello parta non niſi eadem vi poſſidentur. Fab. lib. 5. cap. 10.

* *Vide Ortelium.*

Niſi armis non poſſunt armis erepta retineri. Fab. ibid.

Iani mense, qui Latinis Ianuarius est, quando à Senatu 4.
Romæ munera publica distribuebantur, postquam creatus erat Dictator, magistratus semestris, & duo Consules, annui; mox tertio loco quatuor viri illustres deligebantur, qui quatuor illos Imperij limites periculis maximè obnoxios custodirent. Cumq; Romani nec inferorum pœnas timerent, nec gloriam in † cœlo sperarent; huc studium omne conferebant, vt aliquam sui memoriam relinquendi occasionem haberent, isq; & ciuis fortissimus, & Senatui gratissimus habebatur, cui bella difficillima & periculosissima committebantur. NEQVE enim honores ambibant, vt multum pecuniæ lucrarentur; sed vt finium tutelæ præpositi hostes delerent. Quanti verò momenti fuerit quatuor illorum limitum custodia, vel hinc colligere possumus, quòd Romanorum fortissimum quemq; aliquam iuuentutis partem in limitum illorum tutela exegisse reperimus; donec ad maioris momenti res inde auocaretur. Nullum quippe illa tempestate conuicium Romæ dici grauius poterat, quàm si ciui diceretur: Apage, apage, quia militiæ non educatus es.

*Quod vt exemplis doceamus, sciendum, Pompeium Magnum cum Byzantinis, Scipionem felicem cum * Colossensibus, Iulium Cæsarem animosum cum Gaditanis, Marium glorioſum cum † Rhodani accolis hyemasse: Neque solùm quatuor illos viros in iuuentute quatuor limitibus istis præsedisse; sed tales quoque tantasq; ibi res gessisse, vt eorum memoria multis ibidem durauerit seculis. Atque hæc ideò commemoraui, vt cùm acceperimus M. Aurelij patrem, Annium Verum, vnum fuisse inter quatuor illorum limitum præsides; virum ipsum fuisse (inter Romanos) & fortem & illustrem ostenderem. Scitum enim est, quod Scipio * ad amicum Masinissam in Africa dixit: Fieri non posse, vt Romanus dux prudentia aut fortuna destituatur; cùm tali fato Romanorum liberi nascantur.*

Nullis autorum classicorum monumentis † proditur, vbi, quando, quomodo, quibus in terris, & cum quibus hominibus hic Imperator adolescentiæ annos exegerit: cuius rei causa est, quòd Romani scriptores in more non habebant, res à Principibus gestas, antequam Principes fierent, literis mandare: Nisi eorum duntaxat iuuenum, qui à teneris annis egregium excelsæ indolis specimen dedissent. Quod quidem rectissimè factum mihi videtur. PLVS enim meretur gloriæ, qui suapte imperium sapientia adipiscitur, quàm qui hæreditate illud accipit, modò tyrannica abfuerit violentia.

Sueto-

Gloriâ industria alitur. Sal. de rep. ordin.

Negantes pœnam despiciunt & disciplinam. Tertul. de resurrect. carn.

Alexand. Imp. sola de hostibus capta limitaneis ducibus & militibus donabat; dicens attentius militaturos, si etiam sua rura defenderent. Lamprid.

† paradiso,

Ibi sunt præmia honoris, vbi sunt merita virtutis. Sym. 1. ep. 14.

Ingenitus honestis nimis gloriæ amor. Fab. decl. 6.

Omne quod in cursu est, viget. Sym. 7. ep. 60.

Vbi honos publicè non est, ibi gloriæ cupiditas esse non potest. Cic. contra Rullum.

Penes eosdem pericula belli, penes quos præmia, sint. Liu. lib. 2.

Ab honoribus vrbanis excluſi, qui X. stipendia non fecissent. Polyb. lib. 1.

Adolescentuli statim castrensibus stipendiis imbuebantur, vt imperare parendo, duces agere, dum sequuntur, assuescerent. Plin. lib. 8. ep. 14.

Post pubertatem armis exercebantur, & XVII. anno militabant. Serui. Æneid. 7.

* *Colonienſibus. G.*

† *Rhodijs. G. & I.*

Pro tironibus accipiendi, qui pugnare longo tempore desierunt. Veget. lib. 3. c. 8.

Pompeius pueritiæ tempus extremum, principium habuit bellorum. Cic. pro L. Corn. Balbo.

Magistratus magistratu, honor honore petitur. Plin. paneg.

Maiora sibi facit credi, quisquis efficaciter iniuncta peregerit. Cas. 5. ep. 19.

* *Ad milites in concione.*

Fato donata nobis sors est, vt magnis omnibus bellis victi vicerimus. Liuius lib. 26.

† *Capitolinus in Adriani gremio educatum dicit.*

Nemo vnquam peruenit ad virtutum summam iam maturus, nisi qui puer seminario virtutum generosiore concretus, aliquid inclytum designarit. Vopiscus in Probo.

Maximum est ex se cœpisse. Fab. declam. 3.

Antiquitus non ad Principum liberos, sed ad bene meritos regna deferebantur. Diodor. Rodigin. 8. cap. 1.

Quò quis nobiliori stemmate prodiit, eò clariore indicio in eo animi rectitudinem præfulgere censemus. I C.

5 *Suetonius Tranquillus libr.* I. *de Cæsaribus, (cap.* 49.*) fusissimè Iulij Cæsaris res gestas narrans, quanta illius adolescentia flagrauerit infamia, refert, & quàm alieni ab illa opinione fuerint vniuersi, fore vt Romano potiretur imperio; quod quidem idcirco etiam scribunt (historici) vt obseruent Principes, Cæsarem tum † rationem inuenisse occupandi monarchiam; tum prudentia, qua illam retineret, caruisse.*

Philosopho cuidam, qui Româ literas ad Phalaridem Siciliæ tyrannum miserat, quærenti, cur insulæ illius tyrannidem tamdiu teneret? paucis ille verbis scripta epistola respondit: Tyrannum me vocas, quòd hoc regnum occupaui, & trigesimum secundum iam annum possideo. Ego verò in occupando illo tyrannum me fuisse fateor. NEMO *enim aliena occupat, quin meritò tyrannus nominetur. At tyrannum me vocandum nego, quòd trigesimum secundum iam annum regno potior. Si enim vi & iniuria illud occupaui; at prudentia (iusticiaq;) idem gubernaui. Ideoq; sic habeto:* FACILE *esse aliena occupare: eadem verò conseruare difficillimum.*

*Habuit in matrimonio M. Aurelius Antonini Pij, decimi sexti Romanorum Imperatoris filiam, Faustinam nomine, quæ, cùm pater filio careret, hæres fuit imperij: acque ita M. Aurelius quasi dotis & matrimonij nomine dignitatem Imperatoriam adeptus est. Fuit ea Faustina vt forma elegantissima; sic vita parum honesta, ex qua duos suscepit filios, Commodum & Verissimum. Bis triumphauit M. Aurelius, semel victis Parthis; iterum superatis (piratis &) * Argonautis. Fuit vir doctissimus & excellentis ingenij; Græcæ linguæ iuxtà ac Latinæ maternæ peritissimus; in cibo potuq; temperatissimus. Multos scripsit libros, plurimis refertos sententijs grauissimis (& suauissimis.) Obijt in Pannonia, ad subigendum regnum illud conuersus, quod regnum Hungariæ nunc vocatur. Neque minùs deplorata ipsius mors, quàm exoptata & cara ciuibus vita fuit, adeò quidem, vt singuli Romani ad conseruandam perpetuam ipsius memoriam, statuas ipsi domi suæ posuerint, quod nulli vnquam Imperatori contigisse legimus, ne ipsi quidem Augusto Cæsari, quo nullus Imperatorum carior Romanis fuit.*

Præfuit Imperio summa cum iusticiæ laudæ annos duodeviginti; mortuus ætatis anno LXIII. *hoc est anno climacterico, quo anno pericula vitæ hominum grauissima solent fieri; quod tum septies nouus, & nouies septimus annus comple-*

Non diu potest, quæ multorum malo exercetur, stare potentia. Sen. 3. ir. 16.

ἄδικον ἔχοντες ἀφαιρεθῆναι, ἢ δικαίως ἀτυχῆσαι. Thucyd. lib. 2.

Maiorũ operæ est imperium partum bene constituere, quàm parare. Plut. apophth.

† *Ingenio & vi polluisse ad occupandam.* I.

Καλὸν ἐστιν εὐδόξιον ἡ τυραννίς. Isocrat. Archidam.

Occidi inter tyrannos honor, & mori lucrum putatur. Oros. 7. cap. 42.

Pedibus tractum, non insidentem equo relinquere tyrannidem oportet. Liu. lib. 24.

Δῆνον ἄρχεσθαι ὑπ' ἄλλων, ἐπείτε ἐγεύσατο δεσποσύνης. Herodot. lib. 4.

Marcus vxoris vitia nec inuestigabat curiosiùs, nec puniebat. Dio. lib. 71.

Si vxorem dimittimus; reddamus & dotem. Capitolin.

Foris claros domestica destruit infamia, Plin. paneg.

M. Aurelij filii & triumphi.

* *Marcomanis.* Capitol.

Vide Aurelium Victorem.

Omne Tomantis Obsequium MARCI mores potuêre mereri. Claudian. 6. Cos. Honor. 350.

Doctrina, vita, mors.

Immatura mors, immortale quid parantium. Plin. 5. epist. 5.

Formam Principis figuramq; non aurum melius, quàm fauor hominum exprimit tenetq;. Plin. paneg.

Statuam Marci equestrem Sixtus IV. apud Basilicam Lateran. Paulus III. in arce Capitolina reposuit.

Paucis datum est, vt sint non minùs amabiles, quàm venerandi. Plin. 7. epist. 19.

Habes climactericum tempus; sed euades. Plin. 2. epist. 20.

Vita hominis in manu Dei posita est, à quo vbi eius destructio permittitur, tunc omnibus periculis patent fores. Niceph. Greg. lib. 11. extr.

Per omnem vitam ſeptimus quiſq; annus periculoſus eſt. Cenſorin. cap. 14.

Veris magna paratur fama bonis, Lucan. lib 9.

Hoc ſolo patriæ, quòd genuit, nocuit. Auſon. in tetraſt.

Il buon Marco d' ogni laude degno, pien di filoſofia à lingua e' l petio, Pur Fauſtina il fa qui ſtar à ſegno Petrar. triomf. d' amor. cap. 1.

completur: qua de re peculiari capite tractat. A. Gellius in opere noctium Atticarum. (Lib. 3. capite 10. & lib. 15. cap. 7.)

Omnino fuit M. Aurelius vnus ex mundi Principibus, ob 6
vitæ ſanctitatem, doctrinæ excellentiam, & fortunæ proſperitatem celeberrimis, ſi coniugem modò Fauſtinam, & Commodum filium excipias Poſtremò, vt qualis M. Aurelius fuerit ab infantia, appareat; viſum eſt epiſtolam eius quæ ſequitur, ſubijcere.

CAPVT II.

Epiſtola M. AVRELII Imperatoris ad Pollionem amicum, qua vitæ ſuæ curriculũ narrat, factâ inter cætera mentione, quid Cenſori Romano apud hoſpitem Campanum acciderit.

Quanta nobis quibus æternitas promittitur, ſunt toleranda pro vita, Cum illi tanta potuerint tolerare pro fama? Oroſ. 4. cap. 8.

Optimus eſt principatus, ad quem ſpectata & probata virtute eucharis: quòd is demum populo proſit, qui id exequendum ſibi putet, cuius gratias conſtitutus ſit. Pachimer. lib. 2.

Petis à me literas longiores: Eſt hoc in nos veri amoris indicium. Sym. epiſtol. ad Auſon.

Eſt ſummi amoris, negare veniam breuibus epiſtolis amicorum, quamuis ſcias illis conſtare rationem. Plin 9. ep. 2.

Qui Rex tenax eſt & adſtrictus ad largiendum; ſimulacrum regni, non regnum tractat. Pachymer. lib 3.

Princeps magis beneficus ſit, quàm blandus. Helgald. Vit. Roberti fol 63.

Munificus laudis, ſed non es prodigus auri. Claud. 4. Coſ. Honor.

Η ὑγεία ἥδυσμα θειότατον καὶ προσηνέστατον. Plutar. Stob fol 794.

ὑγείας χωρὶς οὔτις εὐδαίμων. Athenæ. lib. 15.

Nullum ſine conſcientia pectus, nulla vita ſine cauſis tacendi. Fabi. declam. 19.

Suus cuiq; attributus eſt error. Catull. ad Varum.

Vulgi aures inſectatione aliorum magis, quàm collaudatione delectantur, & iniuriæ, quàm rectè facta libentiùs leguntur. Niceph. Gregor. lib. 1.

* *Labore ac negocio.*

Multas natura ipſa adoleſcentiæ vias lubricas oſtendit. Cic pro M. Cælio.

Plerique in illo adoleſcentiæ lubrico, vt non cadant, titubant. Pacat, Paneg.

MARCVS AVRELIVS Imperator Romanorum vnicus, Pollioni amico veteri ſalutem, & Reipub. pacem. In æde virginum Veſtalium redditæ mihi ſunt abs te literæ, longè antè abs te datæ, & multò diutius à me exoptatæ: In quibus hoc bellum, quòd breuiter ad me ſcribens reſponſum à me verboſum poſtulas: quod illius, qui ſolus in imperij faſtigio conſtitutus eſt, dignitati, maximè ſi tenacior ille ſit, minimè conuenit. NIHIL enim minùs Principem decet, quàm prolixa (aduerſum miniſtros) verborum liberalitas, & reſtricta beneficiorum (præmiorumq́;) parcitas.

*Quòd te ex pede laborare, malumq́; in eo graue erupiſſe ſcribis: Equidem ex animo illo te carere doleo, quod & ego tibi precor, & tibi neceſſarium eſt, valetudine ſcilicet proſpera. OMNES enim in vita moleſtiæ tolerabiles ſunt, dummodò ſanitas homini ſua conſtet. Quòd autem literis certiorem me facis, Rhodum te veniſſe, & à me certior fieri cupis, quomodo illuc iuuenis venerim, quantum temporis ibi ſtudiis impenderim, quod denique vitæ meæ curriculum fuerit, donec ad Imperatoris Romani faſtigium euectus ſum: tum petitionem tuam magnoperè, tum verò magis illud miror, quòd non cogitas, non poſſe me quæſtioni tuæ ſine maximo reſpondere * dedecore. NVLLIVS enim vnquam in iuuentute actiones adeò fuerunt honeſtæ, quin emendare illas honeſtius fuerit, quàm enarrare.*

Pater

Pater meus Annius Verus animum in me paternum declarare cupiens, cùm decimum tertium ætatis annum nondum complessem, à viciis me vrbis relegauit, Rhodumq́ studiorum liberalium gratiâ, libris magis oneratum, quàm nummis instructum misit. Ibi in artibus tam faciles (felicesq́) progressus feci, vt anno ætatis xxvj. in Academia philosophiam naturalem & moralem, nec non Rhetoricam publicè profiterer; nec erat quicquam, quod maius ad diligentiam in studiis mihi calcar adderet, quàm nummorum penuria. PAVPERTAS enim multos ingenuos adolescentes virtutis amore deuincit, vt, quod alij diuitiarum obtinent beneficio, id ipsi virtute consequantur.

ἅπαντας ἡ παίδευσις ἡμέρους ποιεῖ. Prou.

Non tam considerandum, quid quis in præsentia velit, quàm quid semper sit probaturus Plin.1.ep.3.

πενία ἐστὶν ἡ τρόπων διδάσκαλος. *Antiphan.* Stob.771.

ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει. *Theocr. Idil.κε.*

Omnis scientiæ & artis perfectio, tanquã fundamento & basi ingenio innititur. Niceph. Gregor. lib.1.

Nescio quomodo, bonæ mentis soror est paupertas. Arbit. Sat. pag.36.

Mirabile paupertatis ingenium. Idem pag.106.

Molestum sanè mihi erat, carissime Pollio, abesse ab vrbe, maximè cùm solum in insula derelictum me viderem. Verùm postquam decennium Rhodi philosophiam professus eram; illius iam terræ indigena mihi videbar; quod quidem nunc quoque factum existimo, quia moribus (in conuictu) vtebar haud malis. Est enim regula certissima, VIRTVTE quidem ex peregrino ciuem; vicio verò ex ciue in propria patria peregrinum fieri.

Licet ad philosophiam etiam sine viatico peruenire. Sen.epist.17.

τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πάσα γῆ πατρίς. *Prouerb.*

Interdum expedit patriam negligere, vt sapientiam quis possit acquirere Cassiod. 1. epist.21

ἀγαθῶν ὄντων τῶν τρόπων τῶν καὶ πράξεων, πᾶν καὶ τὸ ἀλλότριον οἰκεῖοῦται, πονηρῶν δὲ πᾶν καὶ τὸ συγγενὲς ἀλλοτριοῦται. *Dio.lib.41.*

*Cùm autem, quod scire te arbitror, ab Annio Vero patre meo, qui quindecim annos limitis illius contra barbaros præses, Adriani domini, & Antonini Pij soceri mei, Principum gloriosæ memoriæ, iussu fuerat, veteribus ipsius amicis commendatus fuissem; magno illud adiumento mihi fuit, vt & delicias vrbis obliuiscerer, & insulæ asperitati assuescerem: quo quidem magnopere opus habebam. AMOR quippe patriæ naturalis * semper homini noxius est. Scito autem, Rhodios homines esse (admodum gratiosos & pro beneficijs) gratissimos, quod raris insularibus contingit; siquidem INSVLARES plerique omnes (versuti) fallaces (& ingrati) sunt. Illud autem dico, quoniam amici paterni & consilio & pecunia me semper iuuabant; quæ vtraque tam mihi necessaria erant, vt haud sciam, an quicquam mihi fuerit magis necessarium. Quippe PECVNIA peregrino contra paupertatis molestias antidotum, consilium verò ad dulcem patriæ amorem abolendum † nepenthes est.*

Iure is gradu cæteros antecedit, quem labor prolixior fecerit anteire. Imp.

Bonis placere laudabile est. Symm. 5. 46.

Multi, qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati. Cre. lib. 7. epist.6.

ὡς οὐδὲν γλυκιόν γ' ἧς πατρίδος, οὐδὲ τοκήων. Homer. Odyss. 9.

* *haud rarò.*

ξενιτείη βίου αὐτάρκειαν διδάσκει. *Democr.Stob.554.*

Nimis expeditum proficisci, maximum est conatibus primis impedimentum. Sidon.7. ep 2.

Omnia peregre emuntur Plin.4.ep.13.

Peregrini hominis vt census, sic animus angustus. Sidon.6.ep.10.

Solatiis leniendus est animus, quoties protelantur optata. Sym.6.ep.6.

εὐκατυφρόνητον πρᾶγμα ὁ ξένος. *Lucian.*

† *Panacea. Panchrestum medicamentum.*

Specimen est florentis reip. vt disciplinarum professoribus præmia opulenta pendantur. Symm.1.73.

ὁ γραμμάτων ἄπειρος οὐ βλέπει βλέπων. *Prouerb.*

Daheim gezogen Kind / ist bey den Leuten wie ein Rind. Adag.

Cùm autem totidem annos Rhodi philosophiam docere cuperem, quot annos parens meus in eadem insula militauerat: facere illud non licuit, quòd Adriani domini mei imperio Romam reuocarer: Quod quidem mandatum de reditu

ὐ πατρὶς φίλτερον βροτοῖς. Eurip. Phœniss.

Summas in affectu partes sibi vsurpat terra, quæ genuit. Sidon. lib. 3. ep. 3.

ἀναγκαίως ἔχῃ πατρίδος ἐρᾶν ἅπαντας. Eurip. Phœniss.

Actuosi hominis ocium multò est hominis inertis atq; ignaui occupatione efficacius. Pachym. l. 4.

ἔχῃ τὸ δρεφθῆναι καλῶς, δίδαξιν ἐσθλῶν. Eurip.

Vires & mentis & corporis sine laboris exercitatione torpescunt. Minut. pag. 398.

Si fuerit virtus exercita, crescit. Guiller. lib. 2.

Non satis est dicere, sanandum esse vulnus, nisi ostendatur quomodo, Pachym. lib. 4.

Licurgi lege pueri primos annos non in luxuria, sed in opere & in laboribus agebant. Iust. lib. 3.

Τὸ μὴ ἐργάζεσθαι ἀγαθὸν, τὸ δ' ἀργεῖν κακόν. Xenoph. Δόμν. lib. 1.

Φυλακικὸν σώματος ὑγίεια, τ' ψυχῆς παιδεία. Aristot. Rhetor. ad Alex. cap. 1.

Ea discere iuuenes oportet, quæ viris vsui futura sunt. Laert. lib. 2. in Aristippo.

Ἀδιώκητον δεῖ τὸ πρῶτον τὸ ἐν ἀρχῇ ἡμαρτημένον, μὴ ἀπιόντα εἰς τὸ τέλος κακόν τι. Arist. 5. polit. 1.

Facientis culpam obtinet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. IC.

Cogi debet, vt sit quietus, qui suo vicio renuit esse pacificus. Cassiod. lib. 1. ep. 5.

ἀηδιάσειεν αὐθαδίαν καὶ ἀναιδείαν, ὕβρεις καὶ ἀδικίαν, τύπτοις δὲ ἔπειτα ὀλέθρου. Xenoph. Stob. 468.

Romam Ammianus vocat Imperij virtutumq; omnium larem. lib. 16.

* *Totum orbem terrarum virtutis instruebat exemplis.*

Roma lux orbis terrarum, atque arx omnium gentium. Cic. Pro P. Sylla.

† *DCC.* vide *Lipsi. admir.* 1. 7.

Quid prodest foris esse strenuum, si domi male viuitur? Val. Max. 2. 4.

Facta ad consilium dirigenda, & quid non in quantum admissum sit, æstimandum. Vell. lib. 2.

Sic vigilet tolerantia, vt non dormiat disciplina. Aug. serm. 13. de verb. apost.

reditu in patriam neutiquam mihi molestum accidit, quantumuis non aliter, vt dicebam, ac si indigena essem insulæ, tractarer. Verùm enimverò VTVT oculos in regionibus pascas externis; animo tamen nunquam satisfit. Habes historiam Rhodiensem. Iam quo pacto priùs in monte Cælio, qua in regione pater meus habitabat, Romæ fuerim ab infantia educatus (atq; edoctus) exponam.

Erat Romanis lex sanctissima & consuetudo longo vsu confirmata, NE quis ciuis, qui Romana libertate frueretur, filium, vbi decimum ætatis complesset annum, per plateas vagabundum discurrere pateretur. Mos quippe erat Romanis, vt ingenuorum filij vsque ad secundum ætatis annum lactarentur; ad quartum molliusculè (indulgenterq;) nutrirentur; ad sextum vsq; legendi, ad octauum scribendi, ad decimum Grammaticæ initijs imbuerentur. Elapso decennio, adolescentes necesse erat certum opificium discere, animumq; vel ad studia literarum, vel ad res militares adiungere, vt ne Romæ ociosi vagarentur. 8

In lege quadam XII. tabularum hæc verba extant: Quicunque ciuis Romanus intra (vel extra) vrbis pomœrium domicilium habet, filium decem annis maiorem seuerè habeto. Quòd si fortè puer, quoniam vel ociosum vagari illum pater permisit, vel nullum opificium docuit, flagitij quippiam commiserit; æquè pater ac filius punitor. NIHIL enim vicia magis auget popularia, quàm nimia & parentum incuria, & filiorum ferocia (atq; audacia.) Præterea lex è nostris alia dicebat: Quamprimum elapsis decem ætatis annis Romæ puer aliquid deliquerit; aut alio pater illum loco educato, aut vadibus (idoneis) pacificum fore filium caueto. INIQVVM enim est à filio lasciuæ patri, offensionis populo ansam præberi. Quoniam SALVS reipublicæ ex eo pendet vt conseruentur pacifici, & ejiciantur turbulenti (ac rebelles.)

*Narrabo tibi, mi Pollio, quippiam, quod auditu mirum tibi fore certus sum. Quo tempore Roma triumphabat, & *orbi ob politiæ præstantiam imperabat vniuerso; censa sunt ciuium Romanorum supra † CC. millia: Cumq; consentaneum sit inter illos supra centum millia fuisse puerorum; adeò morum præfectus illos habebat morigeros, adeò vel minimis in rebus condocefactos, vt Catonis Vticensis filius, quòd puellulæ, aquam petituræ, vrnam fictilem fregisset; itemq; Cinnæ illius optimi filius ob hoc vnum, quòd ad decerpendos fructus hortum quendam intrasset, relegatus fuerit, quorum neuter decimum quintum ætatis annum impleuerat.*

rat. ACRIVS enim illo æuo in errata ioco admissa, quàm hodie in flagitia seriò (& ex destinato) facta animaduertebatur.

Cicero noster de legibus ait; NVLLAM Romanis curam antiquiorem fuisse, quàm vti cauerent, ne (pueri) adolescentes & senes viuerent (inertes atq;) ociosi; & tamdiu ciuitatis duraſſe gloriam, quamdiu adolescentibus Romæ vagari ociosis non licuerit. Etenim SOLA illa regio felix meritò dicenda est, vbi proprio singuli labore fruuntur, & nemo de (labore ac) sudore viuit alieno.

*Me quidem puero, mi Pollio, quanquam ne nunc quidem admodum senex sum, nemini in publicum Romæ prodire licebat, (aut fas erat) nisi insigne secum portaret (opificij vel) artis, quam factitabat (& qua victum quæritabat:) quòd si quis contrà feciſſe deprehensus esset; non solùm puerorum per vias insequentium clamoribus vt fatuus incesſebatur; sed è vestigio à Censore condemnatus cum alijs ergastulis operi publico faciundo addicebatur. NON minùs enim (vituperabilis &) infamis Romæ adolescens ociosus, quàm in Græcia philosophus rudis habebatur. Ac ne fabulam tibi narrare videar, sic habeto, Imperatori prælatum fuisse cereum cubicularium ardentem; Consuli securim bellicam; * Sacerdotes verò galericulum forma reticuli crinalis; Senatores conchas in brachio; Censores † ponduſculum, tribunos clauam, regulos sceptrum, pontifices coronam plectilem, oratores librum, gladiatores ensem, aurifices * catillum gestaſſe: Idemq; reliquos opifices feciſſe, præter † negotiatores exteros, quos omnes vnâ eademq; notâ insignitos incedere oportebat. Nulli enim peregrino Romæ eodem cum ciuium liberis habitu & insigni vti licebat.*

Quàm iucunda tum aſpectu, mi Pollio, erat vrbis prosperitas & disciplina! Quàm nunc miserum eiusdem calamitatem & ruinam intueri! Nam ita me Dij ament immortales, ita manum in bellis Mauors meam regat! vt qui nostro æuo habetur moribus emendatißimus, vix cum illius seculi dissolutißimo conferendus est. Tum enim inter mille ne vnum quidem improbum in tota vrbe inueniſſes; iam verò inter viginti millia vix vnum virtute ornatum in tota Italia reperias. Equidem haud scio, cur tam infestos habeam Deos, cur fortunam adeò aduersam sentiam! quòd annis iam quadraginta nihil ago aliud, quàm quòd lacrimis me dedo, cùm mori bonos, atque mox obliuioni tradi; contra verò malos viuere & perpetua lætari

Maiores nostros celebramus laudib. & ijs dissimiles nos esse querimur. Senec. 5. nat. quæst. 15.

Ocium atque desidia quædam rubigo sapientiæ est. Hieron. Eccles.

ὁ δεχρὼν καὶ τῶν νόμων ἀπόδυσιν καὶ ἀφροσύνην. *Thuc. Schol.* lib. 1.

Iuuenes vrbano luxu lasciuientes, melius in castris habentur. Tacit. Annal. 2.

Nemo de vento viuere præsumitur. Alexand. Imp.

Neminem oportet artem pudere proloqui, quam factitat. Cic. Orator.

Antiqui eius artis instrumenta, quam apud viuos exercuissent, mortuorum quoque tumulis insculpebant. Brodæ. libr. 3. Epig. Grac.

Qui dormiunt libenter, sine lucro & cum malo quiescunt. Plaut. Rudent. Neptuno has.

ὁ δεχρὸς καὶ ἀκερδὴς βίος κακοῖς ἀνδράσιν ἥδιστος. *Charond.* Stob. 468.

* *Diales cum apicibus flamines. Arnob. 4.*

Attollens apicem generoso vertice Flamen. Lucan. 1.

† *libellam.*

κακοεργίας ἧσσον τοῖς ἐνεργοῖς ἐμφύονται. *Xenoph.* in Hierone.

* *testulam. Arnob. lib. 6.*

† *legatos, agentes.*

Prætextis vti non licebat peregrinis, quib. nulla erat cum Romanis necessitudo. Macrob. 1. Sat. 6.

Virtus medio iacet obruta cœno; nequitiæ classes candida vela ferunt. Arbit. fragment.

Nusquam pietas, non gentib. æquum fas aut cura Iouis. Stat. Theb. 3.

Naturaliter audita visis laudamus libentius. Vell. lib. 2.

La vertù al mondo è spinta, ne trovo, che di mal far si vergogni. Petrar. canz. 11.

Vlteriora mirare, præsentia sequere. Tacit. lib. 4. histor.

Vetera exempla pro fictis fabulis iam audiuntur atq; habentur. Cic. Verrin. 3.

Ignis aurum probat, miseria fortes viros. Senec. Cur bon. mal. cap. 5.

Si bonus est, qui patitur, in bonum desinit, quodcunq; patitur. Plotin. lib. 3. Enn. 4.

In pluribus nescias, vtrùm sit eorum detestanda prauitas, an optanda felicitas. Minut. pag. 356.

Εὐδλῶν ηακίας ἐνίοτ' ὀυτυχέστεροι. Eurip. Helen.

proſperitate videam. Etenim OMNES animus generoſus, quæ in vitam humanam cadunt, moleſtias ſuſtinere poteſt, præterquam ſi virum bonum adfligi, improbum ſecundæ fortuna vti conſpiciat. Hoc verò animus nec tolerare, nec diſſimulare vllo pacto poteſt.

Talus ter quotannis pagos omnes circumibat, curans, vt Minois leges obſeruarentur. Plat. Minoe.

Magiſtra pudoris & modeſtiæ ſeueritas cenſoria. Cic. in L. Piſon.

Olim non modò Prætor aut Coſ. ſed priuati etiam mittebantur, qui prouinciæ viſerent, & quid de cuiuſq; obſequio videretur, referrent, trepidabantq; gentes de æſtimatione ſingulorum. Tacit. lib. 15. annal.

Opus est exactore malis, admonitore bonis. Senec. 7. benef. 23.

Quatuor conſularibus Italia commiſſa qui ſingulas illius partes regerent. Capitolin. *Antonin. Pio.*

* *morum labes, quantum errorum viciorumque G.*

Non caret ſcrupulo conſenſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. IC.

Ὕβελος πάσης ἔχαλον κ) πέρσις, ὁλέθρου. *Callicratid. Stob. fol. 591.*

*In hanc ſententiam ſcribere tibi quippiam, mi Pollio, placet, quod in archiuis Capitolinis, vbi de Marij & Sullæ temporibus tractatur, inueni; dignum profectò, quod memoriæ mandetur, hoc nimirum. Conſuetudo erat & lex inuiolabilis Romæ, vſque à Cinnæ tempore, vt Cenſor à Senatu deſignatus loca vniuerſa prouinciæ illius, quæ ipſi ex omnibus Italiæ regionibus ſorte obtigerat, obiret & inſpiceret; Cuius inſpectionis triplex erat finis: Primus, vt cognoſceret, num quis de iuſticiæ adminiſtratione quereretur: Secundus, vt exploraret, quis ſtatus eſſet reipubl. Tertius, vt ſingulis annis fidelitatis erga Romanos iuramentum exigeret. Quid tibi, mi Pollio, videtur? Si hodie ſic Italia luſtraretur, vt Roma olim inſpiciebatur; quanta * malorum Lerna inueniretur? Cùm perditâ iam, quod noſti, republicâ, nulla ſit iuſtitiæ reuerentia, & ante omnia nulla legibus Romanis præſtetur obedientia; nec ſanè iniuria. Nam IVRE principatum amittit ciuitas, quæ cùm fuiſſet virtutum regina, in ſentinam degenerat ſceleratorum.*

Regiones Italiæ diſtributæ erant proconſulib. quem morem imitatus Adrianus Imp. renouauit, non diu poſt obitum eius duraturum. Appian. lib. 1. ciuil.

*Cùm ergò exacto poſt bella Syllana & Mariana biennio, Cenſor annuus Nolam veniſſet, quod oppidum eſt Campaniæ, regionem illam pro more viſitaturus, & quòd æſtas eſſet, regioq; ipſa æſtuoſiſſima, in publicum nemo prodiret: hoſpiti, apud quem * ex equo deſcenderat, Amice, inquit, ego ſum Cenſor, à Senatu Romano ad regionem hanc viſitandam miſſus. Itaque feſtinus abito, omnesq; è populo bonos huc ad me vocato. Sunt enim nonnulla ſacri Senatus nomine illis dicenda. Hoſpes, vt erat fortè prudentior & minùs opulentus Cenſore Romano, ad ſepulcra abit mortuorum, qui illic erant humati, & clara voce: Heus, inquit, boni viri venite mecum! Vocat enim vos Cenſor Romanus. Cenſor neminem venire videns, iterum iubet hoſpitem illos accerſere: Is ad ſepulcra denuò reuerſus, mortuis ait: Adeſte viri boni! Vocat enim vos Cenſor Romanorum. In hunc modum & ijſdem verbis tertium quoque fuêre vocati. Cùm autem (iterum ac) tertium accerſiti non venirent; (pertæſus &) indignatus Cenſor inquit hoſpiti: Quandoquidem iuſſu meo boni viri nolunt venire, illuc ibo: Itaque mecum*

* *Diuerterat.* Varro. de ling. Lat. lib. 5. de Accenſo.

κλύθν τ' ἐθλὸν ωὐδθὲ χρὴ τ' ὐ πελέ. Sophocl. Aiac.

πολλᾷ δικαίως ἐχ' ἑώρακα χρόνῳ. *Ariſtoph.* Pluto.

Ad maneriam & mortuos fides odio perfidiæ noſtræ demigrauit. Apul. lib. 4. aſin. aur.

πεθνηκόσιν ὐδὲ τρὶς λέγοντες ἐξικνούμεθα. *Ariſtoph.* Ranis.

Non debet iterari, quod ſemel iuſſum eſt fieri. Optat. lib. 1.

Illuſtrem ac præpotentem virum nequaquam exhonorariâ quoquam licet. Saluia. lib. 6.

pro-

progressus mihi illos monstra. GRAVEM enim meretur animaduersionem, quicunque Senatus dicto non est audiens.

Qui sub potestate constitutus est, si sapit, obtemperat imperio præsidentis. Satesber. prolog. lib 3.

Hospes pauperculus Censorem manu prehensum ad sepulcra ducit, ad quæ dudum abierat, & mortuos denuò (clara voce) compellans; Ecce, inquit, boni viri, adest Censor Romanus, vos allocuturus. Censor indignatus, (& excandescens,) Quid agis, inquit, hospes? Ego te viuos accitum misi, tu verò mortuos vocas? Cui hospes: Si prudens es Censor Romane, haud mirum tibi videbitur, quod feci. Omnes quippe boni viri huius regionis iam olim sunt mortui, & in his monumentis sepulti. Neque te responso meo commoueri decet; sed ego petitione tua potiùs offendi possum, qui viros requiras bonos, cum in tot nusquam non viros incurras improbos. Scire enim te velim, si fortè nescis, si cum viro bono loqui velis, te nusquam terrarum illum inuenturum, vt vel in vitam illum ex morte reuocari, vel de integro creari à dijs necesse sit.

Laus vera & humili sæpe contingit viro. Sen. Thyest. 2.

Solicitudinem quærit, qui vult cum innocentibus viuere. Seneca. Volater. lib. 28.

Regnauit mors auida sanguinis, dū ignoratur religio, quæ prohiberet à sanguine. Oros. proœm lib. 1.

In bellis ciuilibus nobiles in primis pereunt. Dio. lib. 52.

Plures mali, qui ius, & æquum & sacros mores negligunt. Auson. Sapient.

Periculosum, in tot humanis erroribus solâ innocentiâ viuere. Liuius. lib. 2.

Alius terrarum orbis quærendus, è quo sanctos petamus. Pachym. lib. 12.

Δέομαι ποιητῶν δεξιῶν: οἱ μὲν γὰρ σὺν ἐπ' εἰσὶν εἰσὶ δ' ὀλίγοι, κακοί. Aristoph. Ran.

Sylla Consul, Imperator vester, quinque menses in hac Campaniæ ciuitate, quæ Nola dicitur, sementem fecit, cuius fructum ex ipsius manibus Romæ collegistis; quòd nimirum parentes liberis, nepotes auis, filias matribus, maritos vxoribus, vxores maritis, patruos nepotibus, clientes patronis, heros ministris, deos templis, templa sacerdotibus, montes gregibus, campos frugibus orbos reliquit: & quod pessimum, detestandus iste regionem hanc viris bonis priuauit, & vicijs viciosis q, repleuit. Etenim nulla vnquam (ruina tantam muri strągem edidit; nulla) teredo ita lignum corrosit, nulla vestem tinea ita consumsit, nullius vermis poma ita corrupit, nulla spicas locusta sic detondit, vt strages à Sylla Consule edita Campaniam pessundedit.

Exceßit medicina modum. Lucan. lib. 1. Plin. lib. 7. cap. 43.

Sylla neq; ad finem victoriæ satis laudari, neque post victoriam abunde vituperari potest. Velleius lib. 2.

Sylla omnes Italiæ partes ciuilis sanguinis fluminibus inundauit. Val. Max. 9. 2.

Sylla trium viciorum pestiferorum, luxuriæ, auaritiæ, crudelitatis magister fuit. Cic. 3 de finib.

Sylla tantum sanguinis effudit, vt nedum visu, sed & relatu mortales miseratione afficerentur. Plutar. in Sylla.

*Sed cùm graue sit damnum hominibus (hîc) allatum; infinities grauius est, quod moribus attulit. Nam BONI ab illo interemti cum mortuis iam quiescunt: at flagitia, quæ nobis reliquit, viuos (nunc) sepeliunt. In hac regione iam tantùm superbi (& feroces) sunt, qui imperare volunt; liuidi, nihil nisi malè velle docti; malicioſi, nihil scientes nisi maledicere; ociosi, qui tantùm * voluptuari norunt; helluones, fruges modò consumere nati; fures, nihil nisi furta meditantes; seditioſi, qui aliud agere nesciunt, præterquam mentiri: Hos si tu & Romani tui in bonis numeratis, (& habetis,) expecta paullùm, & omnes huc conuocabo.*

Sylla patriam durioribus remediis, quàm pericula erant, sanauit. Sen. 5. benef. 16.

In Syllana victoria pax cum bello de crudelitate certauit, & vicit. Augustin. lib. 3. c. d. 28.

Sylla nec adolescens propter inopiam, nec senex propter ætatem à voluptatibus se retraxit. Plutar. in Sylla.

* *tempus perdere. G.*

Tanta fuêre Syllana mala, vt addi nihil posse videretur. Dio. lib. 47.

Nam si mali mactarentur, & vitulinæ (aut cuiuscunq; carnis) instar in macello ad pondus venderentur; abunde essent carnis omnes (vicini &) Italiæ incolæ ad vescendum habituri.

En Censor, in Campania nostra non appellantur boni, nisi pacifici, sobrij, prudẽtes, tolerantes, honesti, sapientes, virtute præstantes; deniq; NON appellantur boni, nisi qui malè agere nolunt, & benè tantùm agendo (faciendoq;) sunt occupati.

Quòd dicturus sum, non absq; lacrymis dico; nempe si quos huiusmodi quæramus, nusquam illos nisi in sepulcris istis inuentum iri. IVSTO quippe Dei iudicio factum est, vt intra terræ sinum quiescant illi, quorum commercio non digna erat, vt frueretur respublica. Tu visitatum hanc terram venis, vbi mox tibi nequam homines ministrabunt, & ad † tegenda vicia sua certatim negotium facient. Sed mihi crede, nisi te ipse vis ire perditum, tutiùs ossibus istis putrefactis, quàm malignis istorum animis te credas. Nam PLVS exempla mortuorum, qui boni fuêre, quàm viuorum, qui improbi sunt, consilia prosunt.

Nemo me amicus beneficentiâ; nemo inferendâ iniuriâ superauit inimicus. Epitaph Syllæ. Plutar.

Horrida tellus Extulit in lucem nutritas sanguine fruges. Arbit. Satyr.

Homerus non virtutibus appellandis, sed vicijs detrahendis laudare ampliter solet. Macrob 6 Saturnal. 7.

Laudandi, non qui improbi non sunt; sed qui omni genere virtutum præstant. Isocrat. Panathen.

ὅταν μέλλῃ κακῶς πρᾶξαι πόλιν, ἐξεῖλε τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς ταύτης τῆς πόλεως ὁ Θεός. *Plato. Stob.* 911.

Oremus, vt ceu columna in domo, mens in anima, sic in humano genere permaneat homo iustus ad calamitatum remedium. Philo de migrat. Abrah.

Quid faciat, cui natura cum bonis, vita cum malis est? Sidon. lib. 5. epist. 7.

† *Velandum debilitatem, inopiam ac tenuitatem suam. G.*

Ab his, quos appellant viuos, vix quicquam boni vnquam aut verbo didiceris, aut exemplo; contrà vix à mortuis quicquam mali; bona autem multa, Petrar. Senil. lib. 13. epist. 4.

CAPVT III.

M. AVRELIVS Imp. epistolam concludens fusè exponit, quas artes didicerit, quos audierit magistros, annectens sub finẽ quinque res memorabiles, in quibus singulari vtebantur Romani cura & solicitudine.

HÆC tibi, mi Pollio, narrare volui, vt intelligas, quanta sit malorum in terris copia, & quanta bonorum virorum in Italia penuria & paucitas; cuius MALI vnica caussa est, quòd non eam adhibent patres in educandis libris curã, quæ maiorum æuo fuit adhibita. FIERI enim non potest, vt malè moratus euadat puer, si disciplinâ seuerâ probè educatus fuit. Qua in parte Annius Verus, pater meus, tantam meritus est laudem, quantam ego reprehensionem mereor. Nam à primis annis pueritiæ nunquam me passus est in lecto dormire, in sella assidere, secum mensæ accumbere: Quin (nec caput subrigere aut leuare, imò) nec oculos quidem attollere audebam, vt ipsum contuêrer; cùm his subinde verbis me compellaret: Ego te, Marce fili, Romanum potiùs honestum, quàm Philosophum malè moratum esse malo. 12

Sicut in domibus vestibula sunt ante ianuam, & vrbes habent sua suburbia, per quę adeuntur: ita & ante virtutem artes liberales sitæ sunt. Philo. de congressu erudit. gratiâ.

Non potest aliqua in mundo esse fortuna, quam non augeat literarum gloriosa noticia. Cassiodor 10. 3.

Vn disordin che nasce, ne fa cento. Guic. hor di recr. 12.

οὐ μικρὸν διαφέρει τὸ οὕτως ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπολυ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν. *Arist. 2. Ethic. 1.*

Tu modo quos in spem statues submittere gentis, Præcipuum iam inde à teneris impende laborem. Virgil Georg.

Gratum est, quòd patriæ ciuem populoq; dedisti, si facis, vt patriæ sit idoneus. Iuuenal. Sat. 14.

Seueri patres his, quos diligunt, filiis tristiores sunt. Pacat. paneg.

O te beatum, qui eum potissimùm imitandum habes, cui natura esse te simillimum voluit! Plin lib. 8 ep. 13.

Græci professionem bonarum artium malis corruperunt moribus. Curt. lib. 8.

Non, si ex capite sis meo natus, item vt aiunt Mineruam esse ex Ioue, eâ caussa magis patiar, flagitiis tuis me infamem fieri. Terent. 5. Heaut. 4.

Quòd

Quòd petis, vt exponam tibi, quot habuerim magistros, & quibus à paruulo scientijs fuerim imbutus: Scito plures mihi præstantißimosq́ fuisse magistros, licèt nequaquam optimus euaserim discipulus; plurimas item artes me didicisse, licèt paucas impræsentiarum nouerim: non quòd eas obliuioni tradere voluerim; Sed quòd imperij negotia illarum me quasi possessione depulerunt. ITA enim naturâ comparatum est, vt NISI in animo † curis vacuo non sit durabilis scientia.

Vsus sum magistro in Grammaticis Euphorione, qui natione Hispanus dicebatur, VIR & capite (ob senium) planè canus, & in loquendo sedatißimus, & in disciplina seuerißimus, & in vita honestißimus. Lex enim Romæ erat, vt natu grandes essent puerorum magistri; vt si discipulus decimum attigisset ætatis annum, magister quinquagesimum (non) excederet. Eloquentiæ quoq́ & legibus longo tempore studui, præceptore vsus Alexandro Græco è Lycaonia oriundo, oratore adeò excellente, vt si venam in scribendo eandem, quam in orando gratiam habuisset, non minùs inter Græcos celebris futurus fuerit, quàm inter Romanos Cicero. Hic magister meus cùm Neapoli diem suum obijsset, Rhodum profectus sum, meq́ ad audiendum in Rhetoricis Herodem Atticum, Frontonem & Pollionem contuli, viros ad artem oratoriam factos, & inprimis in Comœdijs, Tragœdijs & facetijs suauißimos iuxtà ac felicißimos.

In Philosophia naturali primùm audiui Commodum Chalcedonium, senem grandæuum, & magnæ apud Adrianum autoritatis; qui Homerum è Græco Latinum fecit: quo mortuo Sextum Chæronensem audiui, magni illius Plutar-
13 *chi, qui Traiani præceptor fuit, è sorore nepotem. Hunc Sextum Chæronensem ætatis anno XXXV. cognoui; qui tantum profectò autoritate tum valebat, vt haud sciam, an vllus vnquam Philosophus tantum in toto imperio Romano valuerit. Is adhuc mecum est, & licèt octogenarius sit; tamen historias, & mei temporis calamitates scribit.*

Præterea biennium, mi Pollio, iuri operam dedi, cumq́ omnium gentium leges inuestigarem, eâdem opera multas didici antiquitates, magistro in hac disciplina vsus L. Volusio Metiano, viro in legibus interpretandis experientißimo; in ijsdem verò violandis longè magis exercitato: Adeò vt cùm quondam ioco ad me dixisset: Dic mihi Marce, putásne legem vllam in mundo esse, quam ego nesciam? Ego illi responderim; Dic mihi magister, éstne lex vlla in mundo, quam (præstes &) obserues?

Quinto, postquam Rhodum veneram, anno, grauis coorta

Βραβεῖον ἀρετῆς ἐστιν εὐπαιδευσία. Prouerb.

Quotus quisque tam patiens, vt velit discere, quod in vsu non sit habiturus? Plin. lib. 8. epist. 14.

Quod quisquis perperam discit, in senectute confiteri non vult. Arbit. Satyric.

† *libero. G. ab occupationibus aliis I.*

Inter Persas regnare non licebat, nisi cum magis versato familiariter. Philo. de specialib. legib.

Præceptor) medio de limite vitæ in senium vergat. Stat. lib. 2. Theb.

Neq́ iuuentutis temeritas, neq; senectutis debilitas in mediocri ætate officit. Dio. lib. 50.

Animi cultus, quasi quidam humanitatis cibus est. Cic. de fin. lib. 5.

Romani maximus autor Tullius eloquij. Lucan. lib. 7.

Qui non intelligunt artes, non mirantur artifices. Sido. 5. ep. 10.

Anima benè nata, à seipsa magis adiuuatur, quàm à magistris. Philo. lib. 1. de vita Mosis.

Libentiùs imitamur eos, quibus fauemus. Fab. lib. 2. cap. 1.

Μηδενὶ μηδεμία παίδευσις παρὰ τοῦ μὴ ἀρέσκοντος. Xenoph. ἀπομν. lib. 1.

Marcum Philosophi obtestati sunt, ne se expeditioni aut pugnæ priùs committeret, quàm sectarum ardua & occulta explanauisset. Aurel. Victor. de Cæsar.

Multum doctrinæ conferunt familiaritas, amor, admiratio. Petrar. Variar. epist. 19.

οὐκ ἐστι, μισοῦντα καλῶς τι ποιεῖν. Synes. epist. 57.

Chi gouerna altrui, deue esser più presto ben pratico, che molto letterato. Teatr. mor. 380.

Ἐν πᾶσι ποιητέον, ὅπως μὴ τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω γίγνηται. Aristot. 1. Ethic. 7.

Honesta dicta factis. Plautus. Sticho, Mercurius Iouis.

Constantiam commonendi propriæ conuersationis autoritate dirige, ne dicta factis deficientibus erubescant. Tertull. de patient. initio.

Ego odi homines ignaua opera & philosopha sententia. Pacuu. Gell. 13. cap. 8.

Vt in vita, sic in studiis pulcerrimum &

humaniſſimum, ſeueritatem, comitatemq; miſcere, ne illa in triſtitiam, hæc in petulantiam procedat. Plin. lib 8. epiſt. 21.

Pulcrum eſt in omni genere artium excellere. Sabell. lib. 10. exemp.

Ceſſatio ingenio ſtudioſe ignauia eſt. Scalig. exerc. 344. 2.

Τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ ποτε μάτων. *Æſchyl. Prometh. vinct.*

Turpis hiſtoria depicta ſicut ornat artem, ſic de venuſtat. artific. Sidon. 2. ep. 2.

Ἀ ψύχοις εἴκοσι μὴ πολέμει. Gemin. Anthol. lib 3.

Variis me ſtudiorum generibus, nulli ſatis confiſus, experior. Plin. l. 9. ep. 29.

Tacere præſtat philoſophos, quàm iis, qui ſe audiunt nocere. Cic. 3. nat. Deor.

Μαγικῶν βίβλων ἀπίχεσθε. Phocyl.

Τὸ μὴ μαθεῖν σοι κρεῖσσον, ἢ μαθεῖν πάλιν. *Æſchyl. Prom. vinct.*

Πείρα θέλω πάντα τελεῖται. Theoc. Idyl. 1. 8.

† *Argileta. Plin.* 3. 21.

Nihil poteſt placere, quod non decet. Fab. 1. cap. 18.

Vt ex ſtudiis gaudium; ſic ſtudia hilaritate proueniunt. Plin. 8. epiſt. 19.

* *vox.*

† *idonea.*

Quid faciendum ſit, à faciente diſcendum eſt. Sen. ep. 99.

Ἀ δεῖ μαθόντας ποιεῖν ποιοῦντες μανθάνομεν. *Ariſt. 2. Ethic. 1.*

Aditus ædium ianua, virtutis cyclopædia. Philo. lib. de profug.

Cui deeſt aliquid ad bonum, malus eſt. Sen. epiſt. 92.

Iter ad capeſſendos magiſtratus ſæpe literis promouetur. Symm. 1. epiſt. 14.

Ingenium hominum ab labore procliue ad libidinem. Ter. And. ſcen. 1.

† *ſuffuretur.*

Quinque Romanorum inſtituta:

Facilius eſt excludere pernicioſa, quàm regere, & non admittere, quàm admiſſa moderari. Sen. 1. de ira. 7.

Quæ poſſunt noxiè creſcere, celerius amputanda. Caſſiod. 5. ep. 38.

Vitiis Princeps prouidentia ſua occurrat. Plin. 6. ep. 19.

peſtilentia ſchòlam noſtram diſſipauit. Cumq; loco degerem exiguo & anguſto, & ibidem pictores aliquot verſarentur, qui magni precij tabulam regno Palæſtinæ pingebant; ego quoque delineare & pingere ſtudioſè didici, magiſtro vſus Diogneto, pictore illis temporibus celebri. Is Romæ in tabula quadam ſex Imperatores bonos, & in altera totidem Imperatores tyrannos depinxit. Inter malos Nero erat adeo ad viuum expreſſus, vt intuentibus viuus videretur. Ea verò tabula in qua Nero (tanto artificio) depictus erat, Senatus decreto combuſta fuit, quòd TAM flagitioſæ vitæ hominem tam bellæ pictura indignum dicerent. Alij ipſum vultu adeo ad viuum expreſſo truciq; depictum fuiſſe aiunt, vt horrorem intuentibus incuteret, & ſi ibi (aliquantiſper) relinqueretur, verendum eſſet, ne fari aliquando, ac ſi viueret, inciperet.

Breui quoque tempore Magiæ omnibusq; diuinationum generibus operam dedi, nullo in hac arte peculiari vſus magiſtro; niſi quòd ſæpius Apollonium eam docentem audiui.

Poſt hæc vxorem cùm duxiſſem Fauſtinam, Coſmographiæ ſtudio me tradidi, in vrbe† Argyrunto, quæ caput eſt Illyridis, magiſtris vſus Iunio Ruſtico, & Cinna Catullo, chronographis & conſiliarijs Adriani domini mei, & Antonini ſoceri. Ac ne quid eorum, quæ aſſequi fragilitas humana poteſt, intentatum relinquerem; cùm in Dacia militarem, ad Muſicen animum appuli, quòd ingenium mihi eſſet ad exercendam eam† aptum. In ea magiſtrum habui Geminum Comœdum, hominum omnium, quos vnquam in Romano vidi imperio, manu ad pulſanda inſtrumenta Muſica agillima, & voce ad canendum ſuauiſſima.*

Hoc fuit vitæ meæ curriculum, & tempus parandis arti- 14
bus ſcientijsq; à me impenſum. Ac meritò oportebat eum, qui tot artibus occupatus eſſet, virtute plurimum excellere. Verùm enimuerò iuratus tibi fateor, me non vſque adeo ſtudijs fuiſſe deditum, quin ſingulis diebus bonam temporis partem perdiderim. ADEO quippe & libera eſt adoleſcentia, & delicata caro, vt quantumuis laboribus fatigetur extraordinarijs; temporis tamen aliquid ad delicias ſuas† comparcat.

Cæterùm Romani veteres licèt multis in rebus diligentiſſimi eſſent, ſumma tamen vigilantia in quinque inſtitutis vtebantur, in quibus nec Senatus negligens erat, nec preces vllius quicquam valebant, neque lex vlla vel vetus vel recens legibus illis quenquam ſoluebat; quæ quidem diligentia laude digna eſt. PRINCIPVM enim eſt, qui amplis (regnis &) ditionibus præſunt, illuc oculos animosq; dirigere, vnde maiora arbitrantur imminere Reipublicæ (damna &) pericula. Erant ergo quinque ſtatuta iſta.

Primùm

Primùm Romæ non licebat inhoneſtos eſſe Sacerdotes: VBI enim Sacerdotes inhoneſti ſunt, deos populis illis infenſos eſſe argumento eſt.

Deinde Romæ non licebat virgines Veſtales diſſolutas eſſe. IVSTISSIMVM quippe eſt, vt virgo ſua ſponte bonam ſe fore publicè profeſſa, ad caſtitatem tam publicè, quàm priuatim ſeruandam in vita adigatur.

Adhæc non licebat Romæ cenſores iniuſtos eſſe. NIHIL enim magis rempublicam peſſundat, quàm ſi lance iudex non æqua erga cunctos vtatur.

Præterea non licebat Romæ, vt duces bellici in militiam profecturi, paudi & ignaui eſſent. NIHIL enim Reipubl. daminoſius, nihil homini turpius, quàm ſi illius fidei credatur exercitus, qui in imperando primas in bello ſibi vendicat; vbi ad manus ventum eſt, poſt principia ſibi cauet loco.

Poſtremò non patiebantur Romani pædagogos eſſe vicioſos. NIHIL enim vel monſtroſius, vel peioris exempli eſt, quàm pueritiæ magiſtrum diſcipulum eſſe vitiorum.

Quid tibi videtur, mi Pollio? An cùm iſta Romæ obſeruarentur, adeò diſſolutis, vt nunc eſt, iuuentutem fuiſſe moribus arbitraris? Hanccine Romam illam eſſe credis, vbi priſcis temporibus, & in aureo illo ſeculo, ſenes erant honeſtiſſimi, iuuenes optimè morati, exercitus diſciplinæ obſeruantiſſimi, & Cenſores Senatoresq́, iuſtiſſimi? Ita me dij ament! ita vir bonus & ſim & habear! vt non eſt hæc Roma, vt nullum habet Romæ veſtigium, nullum decus, nullam ſimilitudinem. Ac ſi quis hanc Romam veterem illam Romam eſſe affirmauerit, Romam parum omnino nouit. Etenim defunctis priſcis illis & virtute conſpicuis Romanis, nos ne ſedibus quidem illorum digni Dijs viſi ſumus: Ita vel hæc Roma non eſt, vel nos Romani non ſumus germani. Intuentes enim in res geſtas & virtutes antiquorum; magno illos probro afficeremus, ſi nos illorum poſteros diceremus.

Hæc eò, mi Pollio, dicere volui, vt quales fuerimus, quales nunc ſimus, & præſentia cum præteritis nulla ex parte conferenda videas. RES enim magnæ & tempore longo, & vi ſingulari ad capiendum incrementum indigent; puncto verò temporis eædem leuiſſimo momento ad ruinam impelluntur.

Longior fui, quàm ſtatueram, & propter occupationes, de quibus dixi, ter aut quater ſcriptionem interrupi: quòd ſi quantum in mea redundat, tuæ fuiſſet additum; iuſtus foret vtrinque epiſtolæ modus. Iam verò cùm ego breuiloquentiæ ignoſcam tuæ; meæ viciſſim veniam dabis loquacitati. Et quoniam olim Alexandriæ vidi abs te monocero-

1. *Sacerdotes honeſti ſunto:*
Non benè cœleſtes impia dextra colit. Ouid. epiſt. heroid. 7.

2. *Veſtales caſtè viuunto.*
Caſtitas ſine caritate, lampas eſt ſine oleo: ſubtrahe oleum, lampas non lucet: tolle caritatem, caſtitas non placet. Bernhard. epiſt. 42.
Quisquis promittit, debitor eſt. Saresb. 3. 11.

3. *Cenſor iuſtus eſto:*
Non ſit par honos in diſpari merito. Liuius lib. 32.

4. *Dux belli fortis eſto:*
Ἀσφαλὴς ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης. Eurip. Stob fol. 580.
Cunctatio cùm nimia eſt, verendum eſt, ne inertiæ, & deſidiæ, vel etiam timiditatis nomen accipiat. Plin. 2. ep. 10.

6. *Pædagogi ſanctè viuunto.*
Mali magiſtri plus moribus nocent, quàm ingeniis proſunt. Val. Max. 6. cap. 3.

Imperium ſi in paruo contemnitur, in omni parte violatur. Caſſ. 2. ep. 12.

Poſtquam deſiimus facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus. Plin. 3. ep. 21.

Idem huic vrbi dominandi finis erit, qui parendi fuerit. Sen. 1. de clem. 4.

Blando veneno Deſidiæ virtus paullatim euicta ſeneſcit. Sil. 3.

In ſomnum à vigiliis, ab armis ad voluptates, à negotiis in otium conuerſa ciuitas. Vell. lib. 2.

Ampliſſimam Romani imperii dilatationem vaſtiſſima ruina conſequitur. Oroſ. 6. 14.

Non ita ciuitas ægra eſt, vt conſuetis remediis ſiſti poſsit. Liu. lib 3.

Nil patrium niſi nomen habet Romanus alumnus. Propert. 4. 1.

Properante ruina ſumma cadunt. Lucan. lib. 5.

Arbores magnæ diu creſcunt, vna hora extirpantur. Curt. lib. 7.

Ad ſummum perducta rurſus ad infimũ, velocius quidem, quàm aſcenderant, relabuntur. Sen. procem. 1. controu.

Vt deſideranti prolixitas grata eſt; ita diſplicere nõ poterit breuitas occupato. Symmach. 3. ep. 37.

Par erat garrulitatem noſtram ſilentii veſtri talione frenari. Sidon. 5. 3.

Semper illi, quod largiatur, occurrit, cui bene velle non deficit. Leo. Serm. 1. de ieiun. X. menſ.

Partem oneris tui mihi vindico, & tanquam parens alter puellæ noſtræ confero L. millia nummûm. Plin. 6. ep. 32.

Si quid in abſentes boni conſulas, impenſus maiore gaudetur. Sym. 1. ep. 5.

nocerotis cornu quæri: eius tibi ſegmen luculentum, & vnà equum meo iudicio bonum mitto. Si Druſilla filia tua, cum qua frequenter iocari (& ludere) ſolebam, viuit; fac me certiorem, vt in ea marito collocanda tibi adiutor ſim. Dij te, mi Pollio, incolumem vna cum vxore, ſocru & filia, quos omnes à me & Fauſtina ſaluere iubebis, conſeruent. Vale. E Cælio monte. Marcus Imp. Rom. m. p. ſ.

CAPVT IV.

De Religionis Chriſtianæ præcellentia, quæ veri Dei notitiam tradit, deq; veterum ſuperſtitione, qui tot Deos habuerint; item antiquitus, quando inimici intra lares ſuos reconciliabantur, Deos in fanis ad complexum adductos.

Plato confeſſus eſt veram de Deo opinionem, propter ignorantiam plebis, proferre ſecurum non eſſe. Ioſeph. cont. Appion. lib. 2.

Vnus Deus vnam fidem tradidit, vnam Eccleſiam toto orbe diffudit: Hanc aſpicit, hanc diligit, hanc defendit. Quolibet ſe quiſquis nomine regat, ſi huic non ſociatur, alienus; ſi hanc impugnat, inimicus eſt. Oroſ. 7. c. 33.

Deus principio antiquior, fine diuturnior. Auſon. grat. actio.

Philoſophi vnum Deum omnium autorem repererunt. Oroſ. 6. 2.

Principij nulla eſt origo. Cic. Tuſcul. 1.

Hæc eſt caritas expetenda, hæc eſt maior imperio, ſi fides tuta ſit, quæ ſeruat Imperium. Ambroſ. contra Symmach.

* *Structuram.*

Nihil æquè nequit occaſui ſubiacere, quàm vera religio. Faſcic. tem. fol. 59.

Eccleſia interuentu fidelium precum meritas mundi pœnas, iuſtumq; iudicium Dei, exorata ipſius clementia, temperat. Oroſ. 6. 4.

Deorum gentilium vanitas & interitus.

In ſubuerſione fidei nullum ab ignorantia remedium eſt. Saresb. 1. 28.

In ruinam prona ſunt, quæ ſine fundamentis creuerunt. Sen. 1. de ira 16.

Primus in orbe deos fecit timor. Stat. Theb. 3.

Tunc demum coli dii gentilium debuiſſent, ſi dii fuiſſent. Tertul. apolog. 10.

Vnicuique prouinciæ & ciuitati ſuus eſt Deus. Idem apol. 23.

Omnes gentes abhorrent ab exteris ritibus, tantoque plus honoris putant ſuis accedere, quanto magis alienos proculcarint. Phil. de vita Moſis. lib. 2.

Gentes diuerſis ſacrorum ritibus inſtitutas, etiam religio ſeparat. Oroſ. 5. cap. 1.

Omnes quam ipſi colunt religionem, potiorem ac ſanctiorem aliena putant. Facius lib. 10.

† *Vrbium aut opidorum.*

SOLVS ΑΟΤΟΣ, vnigenitus Patris, Monarcha perpetuus hierarchiarum, omnibus ſeculis antiquior, princeps æternitatis, principium, à quo omne principium, primogenitus Dei, & totius rerum vniuerſitatis conditor; in arcano æternæ ſapientiæ ſuæ conſilio, totum religionis Chriſtianæ ſyſtema, & ſtamen * tam ſolido ſuperſtrui norum quatefieri, neq; tyranturbinibus Pſeudochriſtia fundamento voluit, vt ea neque norum inundatione labefactari, neque procelloſis hæreſium ventis ſubrui poſſit. FACILIVS enim eſſet cœlum terramq; perire, quàm vel vnicum diem religionem Chriſtianam è rerum natura tolli. 16

At dij (contrà gentilium) antiqui, qui tantùm erant hominum inuenta, cùm fundamentum ſectarum ſuarum damnatarum eſſet arena inſtabilis, humus ſabuloſa, palus voraginoſa & via inuia; infeliciſſimi & miſerrimi partim inſtar nauis in latus euerſæ vorticibus hauſti ſunt, partim velut ædificia carioſa, fundamentis conuulſis, peſſum ierunt. Deniq; deorum illorum, qui nominétenus tantùm dij erant, perpetua obliuione ſepultorum memoria prorſus intercidit. Siquidem ID SOLVM perpetuum erit, quod principium in Deo, per Deum, & à Deo habuerit.

Maxima & diuerſiſſima fuit olim in terris populorum multitudo, quales fuerunt Syrij, Aſſyrij, Perſæ, Medi, Macedones, Græci, Scythæ, Argiui, Corinthij, Chaldæi, Indi, Athenienſes, Lacedæmonij, Pœni, Vandali, Sueui, Alani, Hunni, Germani, Britanni, Hebræi, Palæſtini, Galli, Iberi, Lydi, Mauri, Luſitani, Gotthi, & Hiſpani. Ac ſanè in his omnibus quanta fuit † populorum varietas, tanta fuit ceremoniarum, quibus vtebantur, & deorum, quos venerabantur, diuerſitas.

Hoc

Hoc enim errore gentiles tenebantur, vt eum tanta esset rerum conditarum multitudo, ad creandas illas satis potentem fuisse vnum Deum negarent. Equidem coram sapientibus vniuersis affirmare ausim, neq; id negabunt, quotquot aut fuerũt, aut etiamnum sunt pagani, infinities maiorem fuisse deorum, quos leuissima vanitate inuenerunt & coluerunt, quã regnorum & prouinciarum, quas subegerunt & tenuerunt, multitudinem. Eo quippe dementiæ progressi sunt (magna ex parte) poetæ antiqui, vt in poematis suis asseuerare ausi sint, vnius terræ deos, alterius prouinciæ hostes esse capitales; adeò vt Troianorum dii acerbiores Græciæ quam ipsi Græcorum Principes Troiæ hostes essent.

Quis sine indignatione videre potuit, tanta veneratione colore Assyrios Belum, Ægyptios Apim, Chaldæos Isidem, Babylonios Draconem voracem, Pharaones statuam auream, Palæstinos Beelzebub, Romanos Iouem, Pœnos Martem, Corinthios Apollinem, Arabes Astaroth, Argiuos Solem, Achæos
17 *Lunam, Sidonios Beelphegor, Ammonitas Baalim, Indos Bacchum, † Lacedæmonios * Osigem, Macedonas Mercurium, Ephesios Dianam, Græcos Iunonem, Armenios Liberum Troianos Vestam, Latinos Februum, Tarentinos Cererem, Rhodios Ianum, vt autor est Appollonius Tyaneus? Sed maximam admirationem illud moretur, quod sæpe inter se contendebant, non tam de possessione & imperio regnorum, quam vtrorum dÿ meliores essent & potentiores; cum persuasum sibi haberent, quod si dÿ forent debiliores, populos item oporteret esse miseros (inopes) iniuriis obnoxios & infelices.*

*Autor est Pollio, libro secundo de desolatione regnorum Orientalium, primam prouinciam, quæ Ælio Adriano Imperatori, qui decimus quintus fuit inter Imperatores Rom. rebellauit, fuisse Palæstinam aduersus quam misit † Catilium Seuerum virum magnanimum & bello felicissimum. INDVCIBVS enim bonis non solum animorum magnitudo, sed (inprimis) etiam armorum felicitas requiritur. Illius ergo ductu non modo Iudæa debellata; verum tantæ etiam clades strageſque illi regioni illatæ sunt, vt * quinquaginta arces munitissimæ dirutæ, vicique (celeberrimi atque nobilissimi) nongenti octoginta quinq; funditus euersi & igne consumti sint: Viri in excursionibus, prælÿs, conflictibus, nec non suppliciis supra quinquaginta * millia cæsi & interemti fuerint. NON enim gloriam dux superbus & crudelis se adeptum existimat, nisi terram sanguine humano inundet. Præterea in opidis, dum obsidebantur, inopum & senum puerorum fœminarumque peste fameque infinita interiit multitudo. Nam IN BELLIS diuturnis nonnulli quidem*

Nomina alia aliis gentib. & numina in iisdem innumerabilia. Plin. 2 c. 7.

Nihil ita facit ad discidium, vt de Deo dissensio. Naz. orat. 8.

Dei mentem homo, animal cæcum & ipsum se nesciens, nullis potest rationibus consequi. Arnob. lib. 2.

Maiestatem Dei ex nostra imbecillitate metimur. Sen. epist. 92.

Quis nõ Poeta dedecorator inuenitur deorum? Tert. Apol. 14. Cic. 2. de na. Deor. Plato 2. de rep.

Πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. Aristot. 1. Met. 2.

Quid Poetæ cum fide? Plin. 9. ep. 33.

Vnum est, sed magnum vitium, quod est poeta. Martial. 10. 74.

Πᾶς ποιητὴς ψυχαγωγίας ἢ ἀληθείας ἐστὶ φαρμακεύς. Agatharch. de mari rub.

Hæc neq; vera prodi, neq; falsa confingi apud religiosissimos oportebat. Ter. apol. 14.

Error semper pertinax est & ad fraudem promtus. Cœca enim est malitia, & error stolidus, Epiph, Heres. 19.

Idolum nec sentit suæ natiuitatis iniuriam nec postea de veneratione culturam. Minut. p. 380.

† *Thæbeos Osirim.*

* *Ogygem.*

Εἰς εὐπραξίαν τῇ τὸ ὑπάρχειν θεῶν ἀμείνονων τυχεῖν. Euri. Heracl.

Omnibus mortalibus à natura inditus est amor patriæ & legum patriarum religio. Philo. legat. ad Caium.

Ægyptii deos habent diuersissimi cultus, bellis quoque eius rei causa se mutuis impetunt. Dio. lib. 42.

Solos credit habendos quisq; deos, quos ipse colit. Iuuen. Sat. 15. Ioseph. cont. App. lib. 2. Diodor. lib. 1.

Adrianus bellum omnino nullum, nisi inuitus suscepit: Hebræorum duntaxat, qui supra Syros sunt defectionem vltus est. Pausan lib. 1.

† *Iulium.*

Felicitas rerum gestarum exercitus bene uolentiam imperatoribus, res aduersæ odia conciliant. Cæs. bell. ciu. 2.

Duo claros duces faciunt, summa virtus, summaq; felicitas. Pacat. Panegyr.

Bono imperatori haud magni fortuna momenti est, mens ratioque dominatur. Liu. lib. 22.

* *Verba Dionis*, lib. 69.

Arma tenenti omnia dat, qui iusta negat. Lucan. lib. 1.

Initio cædis orto, difficilis modus. Tacitus histor. 1.

Vi captis nulla apud Victorem venia est, Liu. lib. 36.

* *DXXC. millia Dio.*

Victoria natura insolens & superba est. Cic. pro Marcel.

Asserit vrbes sola fames, Lucanus libr. 3.

Vrbes munitionibus ac naturali situ inexpugnabiles, fame sitique tempus ipsum

vincit atque expugnat. Liu. lib. 5.

Propter deos bellis se lacessere Ægyptiorum ciuitates solent. Apul. Asclep.

Omnes abhorrent ab externis ritibus, & tanto plus honoris putant suis accedere, quanto magis alienos proculcarint. Philo Vit. Mos. 2.

Νεῖκ' ἀρετόνων ἀποδέεθ' ἄπορον. Pindar. Olymp 10.

Sæpe conserit casus duratura longius à paruis initiis odia. Fab. declam. 9.

Cuiq; sua, etiamsi non sint, videntur honestissima. Philo. legat. ad Cai.

Κωὐφωλή τις αἰτία πολλάκις παρεμπεσοῦσα, πολλῶν πραγμάτων ὠδῖνήκει μεταβολὰς, καὶ συμφορὰς ἀπέτεκεν ὑπερόγκους. Nicet. Man. Com 5.

† *Certamina immortalia.*

Sapientia bellum potius extingui, quam armis & ferro rem in discrimen adduci decet. Cic. Philip. 5.

Non minus est imperatoris consilio superare, quam gladio. Cæsar. bell. ciu. 1.

Γνώμῃ πλέον κρατοῦσιν ἢ σθένει καὶ χερῶν. Achæ. Stob. orat. 54.

Boni duces plura consilio quam vi perficiunt. Tac Annal 2.

Pulcrum maiora clementiæ benignitatisque, quam virtutis bellicæ monimenta relinquere Liu. lib. 37.

Prima est egregiorum ducum sapientia, victoriam sine periculo comparare. Polyen. lib. 1. proœm.

Omnes mente præditi optant hostes sine armis debellare. Dion. lib. 11.

* *Vide Valer. Max. de sacello deæ Viriplacæ. lib. 2. cap. 1.*

Quale potest esse ædificium, quod de ruina construitur? Optat. 3.

Apud vos de humano arbitratu diuinitas pensitatur. Homo iam Deo propitius esse debebit. Tertul. Apolog. 5.

Sicut lux à nulla re illustratur, sed se ipsa ostendit: sic solus Deus se potest ostendere, Philo de monarchia.

Dei cognitio ferrumen quoddam est vitæ, ac rei dissociabilis glutinum, Arnob. lib. 2.

Ἡ τέχνης ἐστὶ καὶ δυνάμεως ἢ χρεία θεοῦ θεῖας ἔτυχε τὸς ἀνθρώπους ἐξομαλίσαι καὶ καθὰ δημαγωγῆσαι, ὥστε τὸν χωρὶς αὐτοῦ βίον ἀβίοτον ἅπασιν εἶναι. Sines. epist. 97.

gladio cadunt hostili; at pestis, proditio, fames omnibus internecionem affert.

Confecto bello Iudaico, mox bellum longe atrocius inter Alanos & Armenios coortum est. Nam LABORVM *& calamitatum, quibus regna & prouinciæ (in huiusmodi turbis) affliguntur, initia multi: remedia vero finemq; pauci vident. Eius belli occasio fuit, quod cum populi vtriq; ad ludos conuenissent Olympicos: nata est inter eos contentio, vtri meliores haberent deos! & alteris pertinaciter asseuerantib. alteris contra obnitentibus, finitis ludis, in patriam versi tanto implicititi fuere bello, vt sub prætextu propugnandi deorum suorum honoris, regnorum illorum tantum non deleretur memoria. Etenim si paulo quærimus diligentius,* LEVISSIMIS *ex causis* † *bella famosissima nata esse reperimus.*

Cæterum Imperator Ælius Adrianus Iulium Seuerum, 18 *de quo supra dicebam, misit, qui pacem inter Alanos & Armenios conciliaret, mandans, vt pacem repudiantes bello persequeretur.* INTERITVM *quippe iustissimum seditiosi merentur. At Iulius Seuerus tam prudenter se gessit, vt priusquam ad manus pugnam q; veniret, illos inter se reconciliaret: quæ res non minus grata Imperatori fuit, quam regno salutaris.* NON MINORE *enim gloria dignus est dux, qui per concordiam prouinciam subigit, quam qui pugnando illã vincit. inter leges autem pacis & hæc fuit, vt Alani Armeniorum, & Armenij Alanorum deos reciperent, & quando homines reconciliati amice in concilio sese* mutuo complecterentur, itidem in fanis áij inter se reconciliati sese mutuo complecterentur. Tanta erat veterum vanitas, tam deplorata mortalium cæcitas, adeo scilicet subiectionibus diabolicis fascinatorum, vt quam facile verum diuina iam sapientia creat hominem, tam facile tum homo vanissimus falsum inueniret numen. Ea quippe fuit Spartanorum opinio, non minus virium adesse hominibus ad inueniendos Deos, quam diis ad creandos homines.*

CAPVT V.

Bruxilli inter veteres autoritas: eiusdem vita quam egit, & sermo, quem moriturus ad Romanos habuit; item CCLXX. millia deorum, quos Romanis dedit.

PHARASMANES *lib. XX. de libertate Deorum, quorum Cicero de natura Deorum meminit, eo tempore, quo Galli Romam occuparunt, & Capitolium obsederunt, venisse cum illis*

illis philosophum refert, Bruxillum nomine, eumq; Gallis Italia expulsis, apud Camillum Romæ mansisse: Et quoniam ea tempestate Romani philosophis carebant, magno in honore illum fuisse ab vniuersis Romanis habitum, adeò vt primus ille exterorum fuerit, cui viuenti statua fuit in curia posita. Solebant enim Romani statuas ciuibus etiamnum viuentibus, peregrinis non nisi defunctis ponere.*

Statuæ in memoriam posteritatis, & leuandi desiderii caussa positæ. Alex. Blond. *Plin* 34.4.

Sacratissimum omnium est vir bonus, profanissimum contra vir malus. Plat. Minoe.

Honor ex concessione constat tribuentis, & amplificatione sumentis. Arnob. lib. 6.

**Philosophis Romanis.*

Is Bruxillus cum annos tres & decem supra centum vixerit, & ex iis sexaginta quinq; in ipsa vrbe Roma domicilium habuerit, præter alia, septem ex vita illius memorabilia referuntur.

Non quantum, sed qualiter quisque vixerit, intuendum. Fulgent. epistol. 2.

Septem in vita Bruxilli memorabilia.

Primum, quod sexaginta annis nemo vnquam Romanus illum pedem porta efferre viderit. ANTIQVITVS enim paruo sapientes habebantur in precio, qui cùm sapientia excellerent, vitam non amarent solitariam.

1. *Vita solitaria.*

Qui latitant & torpent, sic in domo sunt, quasi in conditiuo. Sen. epist. 60.

λάθε βιώσας. Vide Plutarchi peculiarem de occulte viuendo libellum.

Mire silentio & tenebris animus alitur. Plin. 9. ep. 36.

Secundum, quod annis sexaginta nemo vnum ex ipso verbum audiuit ociosum. MVLTVM enim authoritatem hominum superuacanea minuit garrulitas.

19

2. *Taciturnitas.*

Malunt colloqui cum prauis hominibus linguæ potentibus, quam cum bonis garruli. Plut. de garrulit.

ἄκρε πολλα, λάλει καίρια. Laert. lib. 1.

Tertium, quod toto illo temporis spacio nunquam visus est horam vllam perdere. NVLLVM enim in sapiente grauius delictum, quam si momentum temporis perdidisse videatur.

3. *Ocii fuga.*

Multum interest. vtrum vita tua ociosa sit, an ignaua. Sen. ep. 56.

El tiempo es malo de cobrar perdido, Arauc. pag. 286.

Quartum, quod toto illo tempore nullo vnquam crimine fuerit notatus, Quod quidem non vulgaris est excellentiæ, RARI enim sunt longæui, qui non sint infamia aliqua notati.

4. *Innocentia.*

ἁμαρτάνει τὴν σοφὲ σοφώτερος. Menan. Stob. orat. 3.

Piscem sine spinis non inuenias. Ælian. lib. 10.

Quintum, quod omni illo tempore nemini molestiæ vel querelæ caussam præbuerit, quod non minoris, quam † superius illud, laudis est. Etenim MONSTRVM quasi quoddã naturæ vir ille potest dici, qui sic vitam egit, vt molestia & dolore neminem afficeret.

5. *Conuersatio laudabilis.*

Improbi hominis est alia facienda mandare, Plat. Minoe.

† *Reliquæ virtutes.*

Res difficilis humano generi innocentia, Sen. in sap. non cad. iniur. 4.

Sextum, quod tres aut quatuor nonnunquam annos ita exegit, vt nunquam templis excederet, quo facto vitæ sanctitatem puritatemq; declarauit. NON enim satis est viciis carere hominem virtutis amantem, sed hominum eidem improborum commercia fugienda sunt.

6. *Religio.*

Serpunt vicia & in proximum quemque transiliunt, & contactu nocent. Sen. de tranq. 6.

Κακοῖς ὁμίλων τὴν κακὸς πάντως ἴσχ. Nazi. Stob fol. 69.

Septimum, quod frequentius cum diis, quàm cum hominibus colloquebatur.

7. *Pietas.*

Deum sequere. Cic. de fin. 3.

Ab Ioue eruditum esse, mira quædam laus existimanda est Plat. in Minoe.

Cum autem ad exitum iam vitæ vocaretur, venisseq; Senatus, vt ipsum inuiseret vniuersus, & gratias ipsi singulares egisset, quod tantum temporis tam laudabiliter & familiariter secum versatus esset, atque ostendisset, quanto dolori toti vrbi viri tam excellentis è vita foret migratio: Philosophus optimus, audientibus cunctis, in hanc sententiam Senatui respondit.

Mors optima tunc est, cum petitur, vitæq; piget, cum funus amatur. Ola. epit. lib. 5.

Quid pulcrius est, quam viuere optantib. cunctis? Sen. 1. de clem. 19.

Καλὸν ἀποθανεῖν πρὶν θανάτε δεῶν ἄξιον. Arist. 3. Rhet. 11.

Qui doctrinæ suæ gratiam non diuidit imperitis, docere cum possit, haud mediocris reus est culpæ, Ambros. Luc. 19.

CAPVT VI.

Philosophi supra dicti iam ferme morientis ad Senatum Romanum oratio, (qua ostendit, se CCXXC. millia deorum vrbi relinquere)

QVM sitis, Patres conscripti, viri sapientes, non decet vos, me quidem iudice, mea morte, quam ego animo læto accipio, contristari. NON enim mors, quam subimus: sed vita potius, quam egimus, improba deploranda est. VALDE enim stolidus videtur, qui mortem ideo duntaxat timet, quod vitæ huius priuetur voluptatibus: siquidem MORS timenda non est, quia vita adimitur, sed quoniam acerba mors nihil aliud est, quam vitæ scelerate carnifex.

Ego vero, P. C. lætus morior primum, quod non succurrit mihi quenquam à me tota vita mea fuisse in ciuitate, hac (offensum) aut læsum, & CERTVS sum, ei qui in vita nulli hominum male fecit, in morte Deos neutiquã male facturos.

Deinde lætus morior, cum quanto Romanis dolori sit discessus meus videam. NIHIL enim illo infelicius, cuius obvitam omnes plorant, & cuius in morte plurimi rident.

Præterea lætus morior, cum recordor sexaginta annis, quos Romæ egi, semper me dedisse operam, vt prodessem reipublicæ. Dij nam q, iusti mihi dixerunt, NVLLAM esse mortem ærumnosam, nisi quam vita præcesit infructuosa.

Postremo lætus morior, non tam ob commoda, quæ semper in homines à me sunt profecta, quam ob cultum, quem dijs præstiti. Cum enim respicimus, quam inutilibus vitam rebus impendamus? dicere possumus, ILLO tantum nos vixisse tempore, quod cultui diuino tribuimus.

Sed omißis, quæ ad me pertinent, arcanum quippiam vobis, P. C. quod ad vestram spectat rempublicam, patefaciam. Romulus pater noster Romam fundauit; Numa Capitolium condidit; Ancus Martius mœnibus vrbem cinxit; Brutus à tyrannis eam liberauit; Camillus ille optimus Gallos vrbe expulit, & Quintius Cincinnatus regnis illam auxit. Ego vero diis abundantem relinquo, qui melius vrbem quam vlli vel muri vel viri, defendent. Omnino enim PLVS vnius Dei fauor, quam omnium hominum robur valet. Quo tempore Romam veni, magnum erat dedecus videre vrbem adeo à diis inopem. Nam tantum quinq, habebat, nempe Iouem, Martem, Ianum, Berecynthiam & Vestam. Iam vero alio loco res sunt cum Deum singuli tutelarem habeant. INIQVISSIMVM enim est, ærarium nummis plenum esse; templa vero diis vacua conspici.

Quem-

Hunc solum patitur errorem, quod putat sibi tractatuum consiliorumq; successum tribui pro religione legitima, quem potius assequitur pro felicitate terrena. Sidon. 7. epist. 6.

Sapiens diẽ mortis suæ propitius expectat quod de animæ immortalitate confidat. Apul. de philosophia.

La vida passada haze le veiez Pesada. Adag.

Eius est, in mundo diu velle manere, quem mundus oblectat. Cypr. Serm. 4. de mortalitate.

Optanda mors est, sine metu mortis mori. Sen. Troad. 4.

Morituri solatia.

Chi ben viue, ben muore. Bocac. Guicciard. pag. 50.

1. *Bona conscientia.*

Innocentia commodis cunctis anteferenda. Apul. lib. 3. asin. aur.

2. *Luctus bonarum.*

Queritur peremtum nemo, quem incolumem timet. Sen. Oedip.

3. *Vita vtiliter acta.*

Viue bene, ne male moriaris. August. tom. 1. fol. 179.

ἡ δύσεξεια συνθήσκει βροτοῖς, κἂν ζῶσι κἂν ἀνδάνωσιν, ἢν ἀπόλυται. Sophocl. Phil.

4. *Pietas.*

Nec sic quisquam debet esse otiosus, vt in eodem otio vtilitatem non cogitet proximi, nec sic actuosus, vt contemplationem non requirat Dei. Aug. 19. ciu. 19.

O vie heureuse, o bien heureuse mort. Cl. Marot. Cimetier. 544.

Romani non ideo tanti, quod religiosi, sed quod impune sacrilegi. Minut. pag. 385.

Numa religionibus, & diuino iure populum deuinxit, Tacit. annal. lib. 3. Flor. lib. 1. c. 7.

Facile est omnia posse Deo. Ouid. 1. art.

Plurimum valet ad metum delinquendi, etiam præsentia religionis vrgeri. Symmach. relation.

Felicior Roma cum paucioribus diis vixit. August. 3. ciu. 12.

Maior cælitum populus, quam hominum Plinius 2. cap. 7.

Nos definimus Deum primo natura cognoscendum: deinde doctrina recognoscendum natura ex operibus, doctrina ex prædicationibus. Tertul. aduers. Marcion. 1.

Quemadmodum ducenta & octoginta millia ciuium sunt ita † persuasissimum habete, deorum vobis ducenta & octoginta millia à me relinqui: Et per illos vos, o Romani, Deos obtestor, vt Deo quisq; domestico contentus sit, neq; velit publica sibi ciuitatis numina vendicare. APVD deos enim reus, apud homines inuisus est, qui quod multorum commune est, priuatim sibi proprium facit.

21 *Hæc vero vobis ratio seruanda erit, si peccare circa deorum cultum minime vultis, Habebitis scil. matrem * Berecynthiã ad placandos deos iratos; Habebitis Vestam, ad mitiganda fata infesta; Ioui commendabitis reipub. vestræ regimen, eumq; deorum in cœlo terraq; omnium Principem esse statuetis. Nisi enim deorum in cœlo iram & inuidiam leniret Iupiter; iam dudum hominum in terris memoria deleta esset.*

Quod autem ad reliquos deos attinet, quos vobis relinquo peculiares; illos priuatim quisq; vtatur; Hoc tamen fixum animo habete Romani, si quando fortunam aduersam experiemini, ne cui fas sit, vt deum domesticum contumelia afficiat. Mihi enim dij eixerunt, satis superq; esse, dissimulari à diis eorum, à quibus non colerentur, iniuriam, etiamsi iis, à quib. vltro etiam offenderentur, non ignoscerent. Nec vero vos ipsi decipiatis, deos priuatos esse & inacceptos, dictitantes. Sic enim habetote, NON esse deum tam imbecillum, cui non satis sit ad vlciscendum iniuriam virium.

Æquum est, o Romani, vt vniuersi deinceps læti viuant, certamq; de securitate spem concipiant, fieri non posse statuentes, vt ab hostibus vestris vincamini, cum iam non ipsi à vicinis, sed vicini à vobis deos mutuaturi sint.

Vos quidẽ, quia porro me nõ amplius visuri estis, hodie me moriturum arbitramini: Ego vero quoniam morior, hodie mihi vitam exordiri videor. Siquidem ad deos migro, quos vobis relinquo, & vobis deos relinquo, ad quos migro.

Πολλὰ δ' ὀδοὶ σὺν θεοῖς ἀσπρᾳγίας. pind. Olymp. 8.

† *maximæ felicitatis loco G.*

Καλὸν ἄγαλμα πόλεσιν εὐσεβὴς πόνος. Eurip. Supplic.

Separatim nemo habessit deos, neue nouos. Cic. 2. de ll.

Ex communi si quis sibi plus appetit, violat ius humanæ societatis. Idem 1. offic.

Iupiter & cum matre Deum regit ipse Leonem. Manil. 2.

* *Idæam.*

Implet superstitione animos, & exhaurit domo. Cic. 2. de ll.

Nihil à Deo, quod sit nocens atque exitiabile, proficiscitur. Arnob. lib. 2.

Omnes deos vtriusque sexus, si & sexus habent, non nisi bonos existimare debemus. August 3. ciu. 18.

ἐν κακοῖς ἑᾴδιον βροτοῖσιν ἰμφημεῖν σόμα. Eurip. Hecub.

Cum Diis sacrilegi tantum pugnant. Cur. lib. 7.

δύχαῖς ἐκ αἰτίας ἐξιλεῶσθαι τὸ κρεῖττον. Heliod. epit. pag. 28.

χρὴ πᾶσι θεὸν ἐκ ἐρίζειν. Pind. Olymp. 2.

Μηδεὶς τὰ θεῶν ὀνόσαιτο. Theocr. Idyl. λγ.

Cur Deo succensere oportet, in cuius potestate sunt omnia? Dio lib. 71.

Deorum iniuriæ diis curæ. Tacit. lib. 1.

Fortunæ, vt fit, obirati, cultum reliquerant deorum. Liu. lib. 1.

Merito homo deficit ab illo, qui eum fecit, cum sibi præficit, ipse quod fecit. Aug. 8. ciu. 23.

Cœli mysterium doceat me deus ipse, qui condidit; non homo, qui seipsum ignorauit Ambr. contr. Symm.

Non solum cum lætitia viuendi rationem accepimus; sed etiam cum spe meliore moriendi. Cic. 2. de ll.

Hoc est nimirum magis feliciter de vita migrare, quam mori. Vell. lib. 1.

θνήσκειν μὴ λέγε τοὺς ἀγαθούς. Cal. Ep. 4.

CAPVT VII.

Ethnicos credidisse vnum Deum non satis esse potentem, vt ab eo contra hostes defenderentur: & Romanos à Gothis oppugnatos toto imperio dimissis legatis deos mutuo petiisse.

ANno ab vrbe condita, millesimo, centesimo, sexagesimo quarto, qui secundum nostram supputationem annus erat quadringentesimus † secundus ab incarnato CHRISTO, quemadmodum Paulus Orosius libro VII. historiæ ab orbe con-

Quid iniquius, quam impia sapere & sapientiorib. doctioribusq; non credere? Leo epist. 10.

A veritate diuertere nemini expedit, qui meminerit futuri iudicii, quo omnes nos necesse est, apud Christi tribunal astare, reddentes rationem in primis ipsius fidei. Tert. de præscr. adu. hær.

Errori renunciasse, non vicii, sed profectus est. Ambros. Psal. 118. Socrat. 8. histor. Eccl. cap. 13.

† CDXII.

In rebus anguſtis patria vel opem bonorum, vel ſocietatem requirit. Symm.7.epiſt.38.

Dura inter pauidos alitur fortuna ſedēdo & gliſcunt aduerſa metu. Sil. lib.10.

Expromiſſorem maleficii diuina maieſtas odit, factorem exterminat. Æn. Sylu.hiſt. Boh.c.18.

Interiit Anno Chriſti 378.

Rhadagayſus omnium antiquorum præſentiumq; hoſtium longe immaniſsimus. Oroſ.lib.cap 37.

Vana religio, quæ ſceleri locum facit: vim criminibus Sacramenta non addunt. Æn. Sylu.hiſt.Boh.c.18.

* *Caluam auro celauere, idq; ſacrum vas iis erat, quo ſolennibus libarent.* Liu. lib.23.

Deus & tunc occulta iuſtitia permiſit, vt (mala) fierent, & nunc aperta miſericordia præſtat, vt non ſint. Oroſ.lib.2.c.3.

El tiempo, que es patre del conſeio, en las manos no pone el apareio. Araucan.p.31.

Audendum atque agendum, non conſultandum in extremis malis. Liu. lib.22.

Tutius armatos mori, quam miſeros viuere. Oroſ.4.c.9.

Iurant milites, omnia ſe ſtrenue facturos, quæ præceperit Imp. nunquam deſerturos militiam nec morem recuſaturos pro repu. Veget.2.cap.5.

Triſtius morte eſt in ſeruitute mori. Cur. lib.8.

Cum dignitate potius cadamus, quam cū ignominia ſeruiamus. Cic.Philip 3.

† *Equites.*

Dat ſtimulos animo vis mœſta timoris. Stat.Theb. 1.

Breue tempus longum eſt imparatis. Cic. Phil.3.

Augmenta iuſticiæ vrunt impietatis autorem. Leo 3. de collect.

Numa alios deos prouidendos exiſtimauit, quos priorib. vel tanquam fugitiuis cuſtodes adhiberet, vel tanquam inualidis adiutores. Auguſt.3.ciu.11.

Cunctatio in ſalute conſeruanda in malis non cunctantibus eſt intempeſtiua. Dion. lib. 10.

Pagani præſentia tempora ob hoc ſolum quod creditur Chriſtus & colitur Deus: idola autem minus coluntur, infamant. Oroſ.1.procem.

Fortuna amica varietati conſtantiam reſpuit Cic. Tuſcul.2.

condito, & Paullus Diaconus libro XII. hiſtoriæ Romanæ inquit, Gotthi, alio nomine Getæ ſecundum Spartianum, ſecundum alios Getuli, aut maſſagetæ vocati, ſedibus antiquis ab Hunnis expulſi, in Italiam venere nouas quæſituri ſedes, vbi habitarent & domicilia collocarent. Erat tum Imperator Romanorum Valens, vir in rebus bellicis minus fortis, & moribus parum probis, quippe Arianus. 22

*Gerebant ſe pro Regibus Gotthorum duo viri illuſtres, Rhadagayſus & Alaricus, Quorum prior Rhadagayſus paganus, & animo erat immaniſsimo, & in exercitu ſuo multo amplius quàm ducenta millia Gotthorum ducere ferebatur, qui omnes cum ipſo coniurarant, ſe omnem reliquum Romanorum ſanguinem, quoad vires valerent, effuſuros, diiſque ſuis propinaturos. Hic * enim barbaris mos erat. vt finita hoſtium cæde, ſanguine illo deos in fanis poſitos inungerent.*

Peruulgato ergo hoc rumore de aduentu hoſtis immaniſſimi, qui non ſolum Romam ipſam euertere, ſed ita ſtirpitus Romanum nomen delere deſtinaſſet, vt nunquam exaudiretur in terris amplius, ingens omnes Italiæ populos inuaſit pauor, (& conſternatio) & quicquid erat equitum, fortium ac ſtrenuorum, vnanimes Romam migrare, vitamque effundere pro libertatis defenſione ſtatuerunt. Erat enim conſuetudo Romanis inuiolabilis, vt quicunq; in ordinem equeſtrem recipiebatur, ſacramento rogatus tria promitteret. Primum iurabat, ſe omnes vitæ dies nulli rei niſi militiæ impenſurum, deinde ſe neque ob paupertatem, neque ob diuitias, neque vllam aliam ob cauſſam ſtipendium à quoquam, præterquam à (patria) Roma accepturum. Poſtremò ſe potiùs optaturum mori liberum, quàm captiuum viuere.

Poſtquam ergo † Romani omnes, qui ſparſi per Italiam habitabant, Romam conuenerant, legatos non modò ad ſubditos, verumetiam ad confœderatos omnes mittere cum epiſtolis decreuerunt, quarum hæc erat ſententia.

CAPVT VIII.

Epiſtola à Senatu ad omnes imperii ſubditos ſocioſque miſſa.

SEnatus Populuſq; Romanus ſubditis fidelibus & ſociis cariſsimis ſalutem & de hoſtibus à diis immortalibus victoriam.

Eo nos varietas temporum negligentia veſtra & aduerſa fatorum noſtrorum ſors rede-

redegit, vt Romæ, quæ inde ab exortu extera subiugabat & gubernabat regna, iam (oppugnandæ,) subiugandæ & euertendæ immineant aduenæ: adeo vt barbari, quos pro mancipiis habere solebamus, de nobis sub imperium suum redigendis coniurent. Etsi autem tota illa gens barbara, quod nostis, contra communem matrem nostram Romam conspirauit, & solenne cum Rege suo votum fecit, de vniuerso Romano-
23 *rum sanguine diis suis * propinando: fieri tamen potest, vt conspecta illorum insolentia & nostra innocentia, aliter fortuna statuat. Est enim regula ista generalis: FIERI nequit, vt è bello scelerate suscepto, & impotenter superbeque gesto, victoriam Princeps reportet.*

Quanquam autem & illorum postulata iniqua, & nostra caussa iustissima est: tamen ad solicitudinem diligentiamq; nihil reliqui esse faciendũ visum est, vt genti isti barbaræ resistamus. Quippe NON RARO per desidiam, quod iuste fuerat partum, amittitur. Vt igitur (hostium conatibus &) malo futuro obuiam eatur: Senatus consulta de rebus sequentibus facta sunt: quæ vt perficiantur, vestro nobis fauore auxilioq; opus est.

Principio decretum est, reficiendas esse summa diligentia & celeritate fossas, portas & muros, machinasque bellicas. Ad hæc vero & alia in bello necessaria pecuniis opus est: cum minime vos fugiat, NVNQVAM feliciter bellum geri in hostium exuperantia, & nummorum penuria.

Deinde prospeximus, vt quicunq; militiæ sacramento sunt obligati Romam se (præsidij gratia) conferant. Itaq; ad nos quotquot nondum quinquagesimum ætatis annum excesserunt; vel vigesimum iam attigerunt, mittetis. AD BELLVM enim fructuose gerendum & senibus, qui consultent, & iuuenibus strenuis, qui decreta perficiant, opus est.

Adhæc constituimus, vt commeatus in vrbem, qui ad minimum in biennium satis sint, comportentur, Itaq; vos rogamus, vt huc vini partem decimam, carnis quintam, panis tertiam mittatis. Etsi enim pro patriæ nos salute deuouerimus: non tamen fame (sitiq;) in obsidione tanquam timidi mori, sed in campo ceu Romani pugnantes volumus oppetere.

Postremo prouidimus, vt cum oppugnatum nos veniant barbari ignoti, aduersus illos Romam deos externos adducamus. Scitis enim inde à Constantino Magno tam desertos & deorum inopes nos esse, vt præter Christianorum DEVM nullum habeamus. Itaque (magnopere) vos rogamus, vt suppetias nobis in præsentissimo hoc periculo cum diis vestris venire non dedignemini. Nescimus enim, an vllus deorum

Victiq; resurgunt, Quosque neges vnquã posse iacere, iacent. Ouid. 1. amor. eleg. 9.

Vtile est in publicam proferre noticiam, quod velis correctum: vt uenunciatione futuri periculi ad consulendum cunctorum cura moueatur. Sym. 4. epist. vlt.

* (*In fanis*) *libando. G.*

Σοφίας ἐστὶν εὐμηχάνου καὶ τοῖς κακοῖς ἐν δέοντι χρήσασθαι. Synes. ep. 57.

οὐδεὶς στρατεύσας ἄδικα σῶς ἦλθεν πάλιν Eurip. Troad.

τοῦ πολέμου τὰς ἀρχὰς δεῖ κατασκευασάμενον ἰσχυρῶς οὕτως ἐξάγειν τὰς δυνάμεις. Onosan. 4.

Frangit & attollit vires in milite causa. Propert. 4. eleg. 6.

Tardum est differre, quod placet. Arbit. pag. 7.

Moras extrema recusant Sili. lib. 7.

Res præliorum bene disponitur, vbi in pace tractatur. Cassiod. 1. epist. 17.

In reb. asperis & dubiis fortissima quæque consilia tutissima sunt. Liu. lib. 25.

Apparatus quadruplex.

Nulla est negligentiæ venia, vbi de salute certatur. Veg. 3 c. 5.

1. *Munitionum,*

Reip. nerui ærarium. Flor. 3. c. 14.

Vectigalia nerui reip. Cic pro leg. Manil.

Χρήματα νεῦρα τῶν πραγμάτων. Nicet. Man. Com. lib. 1.

2. *Militum.*

Viris armisque florentes copiæ sunt murus inexpugnabilis. Philo. 1. de Mosc.

Hæc ætas bellum suadeat, illa gerat. Ouid. 5 fastor.

Nel periglio Presso à la forza, è buono hauer consiglio. Artost. 4. canto. 53.

Ignoscant senio, iuuenes ad prælia mittant. Claud Europ. 2. 369.

Iis qui ætate & scientia præstant animo æquiore reliqui parent. Varr. re. rust. 2. 10.

3. *Commeatuum.*

λιμῷ δ' εἴκτιστον θανέειν. Homer. Odyss. μ.

Nescit plebes ieiuna timere. Luc. lib. 3.

Disciplinam non potest seruare ieiunus exercitus. Cass.

μεγίστη καὶ κρατίστη ἐλέπολις ἡ τῶν ἐδοδιμῶν ὑποσπάνισις. Nicet. Isaac Ang. 17.

ἐν κενῇ γαστρὶ τῶν λαλῶν ἔρως οὐκ ἔστιν. Athenæ. fol. 270.

4. *Deorum.*

Nulla in hac secta honestas, in qua lex est mendacium, diabolus religio, sacrificium turpitudo. Leo serm. 5. ieiun. 10. mens.

Tenebris assuefacti oculi lucem illatam spectare non possunt. Aug.

Pagani grauari se eorum temporib. asserunt, quorum meritis liberantur. Oros. 1. c. 8

Quare nobis fit inuidia, cum aliena sunt facta? Optat. lib. 3.

deorum adeo sit potens, vt solus vniuersum Populum Romanum possit defendere.

Vbi ergo probe mœnia firmauerimus, in vrbem iuuentutem bello aptam coegerimus, domos commeatibus instruxerimus, ærarium pecuniis impleuerimus, suis tormenta locis statuerimus, & ante omnia diis fana cōpleuerimus: victoriā diis fauentibus, de hostibus nos reportaturos confidimus. DVM .n. cum hominibus, non cū diis, pugnatur, victoriæ spes semper adest: cum nulli sint homines adeo præualidi, vt euerti ab hominibus nequeant. Valete. 24

Circumicisis ergo huiusmodi epistolis per omnes imperii Romani fines, responso non expectato, Romani publice iam nomen CHRISTI probris ingrauabant, & idola in fanis restituta gentili ritu venerabantur, & quod omnium pessimū, palam dictitabant, nunquam Romam à tyrannis contumelia fuisse affectam, nisi ex quo Christiani esse cœpissent: quod nisi dii Romam vniuersi redirent, nunquam vrbem periculi immunem fore. Deos enim per contumeliam vrbe expulsos ad vlciscendam iniuriam sibi illatam barbaros adducere.

Verum enimuero DEI prouidentia, quæ non patitur, vt vires suas vbiq; malitia humana exerat, priusquam mœnia instaurarentur, & nuncij responsum afferrent, Romamque peregrini intrarent dij, Rhadagaysum Gothorum Regem cum 200000 barbarorum, absq; sanguinis Christiani effusione, conterritum in Fesulanos montes coegit, vbi fame, siti saxisq; quæ de cœlo depluebant, exercitum omnem amisit, vt nec vnus euaserit: & ipse (cum filiis) captus capitis supplicio Romæ fuit affectus. Hoc nimirum sapientiæ sempiternæ opus fuit, vt cognoscerent Romani, Christum verum Christianorum DEVM, ad defendendos seruos suos deorum peregrinorum ope non indigere.

CAPVT IX.

De vero Deo, deque Deorum commenticiorum vanitate, & quantis in veteri testamento miraculis suam Deus potentiam declararit.

Ignorantiam crassam! ô peruicaciam inauditam! ô iudicia Dei inscutabilia! Ethnici illi Deum verum habentes, deos falsos (& commenticios) quærebant! habentes Deum proprium, mutuaticios petebant! habentes Deum veracem, fallaces (& mendaces) quærebant! Et quod malorum extremum, eum Deum, qui res vniuersas condidit, ad

Desperabat Roma pauciores deos non sufficere ad opitulandum granditati suæ. August.3.ciu.12.

Semper in ocio debet fieri, quod necessario faciendum videtur in prælio. Veget.2. cap.22.

Deus fortiorib.adest. Tacit.Hist.4.

Nulla est tanta vis, tanta copia, quæ non ferro ac viribus debilitari frangique possit. Cic.pro Marcell.

Nulla non virtute suparatur humanarum virium modus. Liu.lib.4.

An tibi aspernanti infundenda in gremium est diuinæ beneuolentiæ gratia? Arnob.lib. 3.

Romani ea mala, quæ pro suorum morum peruersitate merito patiuntur, blasphemantes Christo imputant. August.1.ciu.3.

Quid isti dii pro Romanis possunt, qui nihil pro suis aduersus eorum arma valuerunt? Min.384.

Sequendi sunt nobis parentes, qui feliciter secuti sunt suos. Sym. relation.

Nullus pudor est ad meliora transire. Ambros.contra Symm.

Perdido es, quien tras perdido anda. Adag.

Non sinit Deus rem potentiæ suæ virtutē hominum, & maxime hostium videri. Oros.7.cap.37.

Vno die tanta celeritate sic victus est, vt ne vno quidem vulnerato Romanorum, prosterneretur eius exercitus. Aug.5.ciu.2.3.

DEVS in omnia sufficit. Tertul.apolog. cap. 10

Ne te putes posse deficere, si te Deus dignatus fuerit custodire. Fulgent.epist.2

Qui Deum pro se contra hostes stantem habent, tales animos concipere debent, ac si humanis etiam opibus essent longe superiores Ioseph. 3.ant.2

ἐκδηλότερον τὸ αἶσχος ἐγγὺς τῷ κάλλους ὁρώμενον. Nicet. Isaac Angel 3.

Deus vniuersa, quæcunque sunt verbo iubet, ratione dispensat, virtute consummat, Minut.pag.371

Habet Deus testimonia totum hoc, quod sumus & in quo sumus. Tert. lib.1. aduers. Marcion.

Dei consilium occultum esse potest, iniquum esse non potest. Aug.4. ciu.17.

Peruersa sunt omnia quæ à Deo non sunt. Tert. de cultu fœm.

Cui magis de Deo, quam Deo credam? Ambros. contra. Symmach.

Sola errore caret simplex via. Prudent. contra Symm.lib.2.

dit, ad tuendam solummodo Romam Deorum indigere cæterorum auxilio credebant! Prodeant age in aciem hodie omnes dij ex vna parte; & ego ex altera cum solo DEO vero prodibo, & inter se omnia falsorum deorum facinora, & minimum veri Dei nostri opus conferamus; & euidentissimè ipsorum falsitas (imbecillitas q.) & nostra veritas comparebit. QVÆ enim de Deo loquitur lingua, non potest in mendacium vllum impingere: at quæ de idolis loquitur, ne vnicam quidem poterit proferre veritatem.

25 *Quòd SI magnum censetur, quòd mundum Deus sua condidit potentia; non minoris æstimandum, quòd eundem sua conseruat & gubernat sapientia, cùm MVLTA in momento & impetu quodam efficiantur, ad quæ conseruanda & longo tempore & labore difficili opus est.*

Quæro item, quis gentilium Deus faceret, quod DEVS noster fecit! nimirum vt simul intra arcam pacificè versarentur, leo cum pardo, lupus cum agno, vrsus cum vacca, tigris cum crocodilo, equus cum † equa, canis cum fele, vulpes cum gallinis, canes cum leporibus, atque ita cæteræ animantes, quæ acerbiore inter se odio, quàm ab hominibus homines dissident. Nam INTER homines inimicitiæ ex malitia; inter bestias verò à natura oriuntur.

Porrò quæro, cuiusnam, præterquam veri DEI, potuerit esse tanta potentia, vt vno eodemq. die, vna hora momentoq. viros, mulieres animantesq. vniuersas interimeret, submergeret, suffocaret, vt quotquot in terris erant, octo hominibus exceptis, diluuio perirent! quæ quidem strages iusto iudicij diuini ordine edita est, cùm id grauissima hominum peccata mererentur. NVNQVAM enim DEVS insolito pœnæ genere vtitur, nisi multa & maximè notiora præcedant peccata.

*Quod si *magni æstimatur; illud pluris æstimandum censeo, quòd nimirum Deus cùm iustitiæ rigorem in pœna irroganda declarasset; suam mox potentiam clementiamq. in adhibendo remedio exeruit; dum de octo illis hominibus, numero tam paucis, multiplicatum genus humanum creuit, regnáque & multa & amplissima habitatoribus celebrata sunt, quod admiratione dignissimum. Nam secundùm Aristotelem (Topic. VII.) RES magnæ facillimè euertuntur; sed summa cum difficultate reparantur.*

Quæro item, quis Deorum gentilium potuerit facere, quæ Deus Hebræorum in † antiquissimo illo & opulentissimo regno Ægypti fecit, quòd † nimirum quomodo voluit, & quando ipsi placuit, aquas conuertit in sanguinem, tabo affecit carnes, aërem condensauit, excitauit † cyniphes, siccauit maria, interfecit primogenita, obscurauit Solem, & † mi-

Quid præstare colentibus possint, qui se de non colentibus vindicare non possunt? Cyp. tract 1.

Sola est in miraculis ratio, potentia facientis. Greg homil 27.

In veritate non est mendacium. Epiph. hæres. 66.

Deus veritas est; veris tantùm apud eum proficitur. Hier. epist. ad Philem.

Si Deo non credimus, cui credemus? Ambros. Luc. 5.

Lignee ligna quid obsecras? Surdis operam dependis exclamans, à mutis responsa nihil auditurus expectas. Sedul. 1. oper. pasch. 20.

Dei pignus, opera eius Deo digna. Tert. cont. Marc. lib. 1.

Deum agnoscis ex operibus eius. Cicero Tuscul 1.

1. *Mundi creatio & conseruatio:*

Mundum creatum credere, est primum fundamentum fidei. Comment. Alcabicii.

Non minor in conseruandis rebus, quàm in inueniendis adhibenda cautela est. Cass. 1. epist. 25.

2. *Animantium conseruatio in diluuio:*

† *iumentis.*

Τῶ θεῶ πάντα δυνατὰ, καὶ τὰ ἀδύνατα. Synes. epist. 11.

Μοῦνοι δὲ θεοὶ ῥέα πάντα δύνανται. Dionys. Afer.

Autori suo omnis creatura sub numero est. Cassiod 1 epist 10.

Sunt & rabidis iura insita monstris fasq. suum. Stat. Theb. 11.

3. *Diluuii pœna:*

Salus hominum in Dei tutela est. Cic. 5. de finib.

Mouet & cœlestia quondam corda dolor, lentoque irrepunt agmine pœnæ. Stat. Theb. 5.

Quò leniùs agit, segniùs incipit (Deus;) eò perseuerantiùs sæuit. Liu. lib. 21.

Desinat elatis quisquam confidere rebus. Claud. Rufin. 2. 440.

* *parui.*

4. *Hominum post cataclysmum multiplicatio:*

Miracula visibilium naturarum videndi assiduitate viluerunt. August. lib. 10. ciu. 12.

Momento fit cinis, diu sylua. Sen. nat. q. lib. 3. cap. 27.

Quidui citiùs dissolui posse videmus, quàm rursus refici. Lucret. lib. 1.

In Dei potestate est vel vita, vel interitus generis humani. Lactan. lib. 2. cap. 10.

5. *Plagæ Ægyptiorum:*

† *nobilissimo. G.*

† Psal. 105.

Deus ita est artifex magnus in magnis, vt non minor sit in paruis. Aug. l. 11. ciu. 22.

Deus muscas & ranas Ægyptiis immisit, vt rebus vilissimis superbia domaretur. August. Ioh. tract. 1.

† *pediculos.*

† Psal. 106.

rabilia fecit in terra Cham, terribilia in mari rubro; deniq; præcepit mari æstuanti, vt Pharaoni & Ægyptijs occurreret, eosq; in medijs inuolueret fluctibus, & siccum Hebræis transitum præberet. Quòd si falsorum Deorum aliquis vel vnum ex his fecisset; dignum foret admiratione: At cùm verus Deus id faciat; mirum nobis videri non debet. Nam PRO intellectus nostri imbecillitate illa nobis magna videntur; cùm pro diuinæ amplitudine potentiæ parua sint. Nam VBI manum DEVS verus admouet; neque hominum potentia, neque bestiarum ferocia, neque cœlorum altitudò, neque maris profunditas obstat. Vt enim illis esse dedit; ita posse adimit.* 26

Præterea quæro; quisnam deus gentilium, vel si cuncti vires suas coniungerent, tantum valeret, vt vnicum occideret hominem? cùm verus Deus, regnante Ezechia, vna nocte centum octoginta quinque millia in castris Assyriorum, dormientibus Hebræis, quorum hostes capitales erant, occiderit: Principes nimirum atque dynastas docens, PARVM ipsis prodesse militum numerum, pecuniarum abundantiam, machinarum bellicarum molem, quando ob delicta illorum diuersum Deus decreuit. Nam INITIA bellorum ex ambitione & malitia proficiscuntur humana; Victoria verò ex voluntate diuina pendet.

Quæro rursus, quis deorum gentilium fecerit, quod verus Deus noster fecit? qui clarissimi ducis Iosuæ pedibus XXXII. regna Regesq; subiecit, quos non regnis tantùm; sed vita ipsa exuit, membratim concidens Reges infelices, & tribubus duodecim regna misera distribuens: Quæ quidem regna cùm antiquitus priscorum Hebræorum fuissent, supra† bis mille annos per vim possessa; Iosuæ ductu Deus voluit restitui. Quòd SI fortè Deus diuturnam illis concessit indulgentiam; ideo factum, vt tarditatem supplicij grauitate compensaret; non quòd diuturnitate temporis obliuioni ipsos tradidisset. MVLTA enim Principes crudeliter facta ex memoria delent, quæ vltionem coram tribunali iustitiæ diuinæ flagitant.

Porrò quæro, cur cuncti dij antiqui, si potuissent, Reges suos & regna ab hostibus non defenderint & protexerint? Neque enim credibile est profectò voluntatem illis potiùs, quàm facultatem defuisse: siquidem non minorem dij, templis euersis, quàm homines amissis regnis, faciebant iacturam; & GRAVIOR videbatur priscis vnici templi sacri, quàm populi nobilis interitus. Non potuisse Troianorum deos ipsos aduersus Græcos tueri: Sed deos cum hominibus, & homines cum dijs Carthaginem, inde in Siciliam,

ex

Vltima plaga ordine postrema, grauitate prima. Nicet. in orat. 42. Nazian.

Quid illi potest esse difficile, qui pro immensa rerum omnium possibilitate vocatur omnipotens? Sedul. opere Paschal. 2. 9. August. 10. ciu. 17.

Deus facere potest, quod hominis ratio comprehendere non potest. Aug.

* *leuiora nihilo.*

Creatura debet Deo totum, quod est, quod scit, quod potest. Ansh.

ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι, θεῶν τελεσάντων, οὐδέν ποτε φαίνεται ἔμμεν ἄπιστον. *Pind. Pith.* 10.

6. *Strages Assyriorum.* 4. *Reg.* 9.

Omnipotenti Regi nihil difficile, nihil arduum: Quod impossibile nobis est factu illi possibile atq; admodum executioni paratum. Arnob. lib. 2.

Miserrimi sunt, qui sentiunt Deum parum propitium. Philo. de fortitud.

Cum te certamini congressioniq́ue commiseris; in arbitrio Dei, non in tuo posita victoria est. Lactant. 6. 6.

7. *Iosuæ victoriæ.*

Superbiæ crudelitatiq́ue etsi seræ, non leues tamen veniunt pœnæ. Liu. lib. 3.

Pœna in malos sera; sed aliqua. Vell. libro 2.

† *Ab Abrahamo ad Iosuam anni circiter* 430.

Θεοῦ παρόντος ἅπαν ἄπορον πόριμον. *Synes. epist.* 39.

Lento gradu ad vindictam sui diuina procedit ira. Val. Max. lib. 1. 2.

Dum iustitiæ sententia suspenditur, pœnitentiæ medicina quæratur. Leo serm. 5. de quadrag.

8. *Regnorum & templorum veterum euersio.*

Non primus Augustus deorum signa & donaria deuictis à se gentibus eripuit, sed fuit hoc ei à priscis temporibus tralaticium. Pausan. lib. 4.

Non homines à simulacris, sed simulacra ab hominibus seruantur. Augustinus 1. ciuit. 2.

Qui nihil sentiunt, tam impunè læduntur, quàm frustra coluntur. Tertul. Apolog. 25.

Videatur Plato dial. 2. de Republ.

Crimina deorum in hoc prodita, vt vitiis hominum autoritas pararetur. Minut. pag. 378.

ex Sicilia in Latium, è Latio Laurentum, Laurento Romam veniſſe, & quaſi extorres ac fugitiuos ſolum vertiſſe videmus, non minùs Troianorum Deos à dijs Græcorum, quàm Troianorum duces, à ducibus Græcorum victos eſſe oſtendentes: quod quidem ijs, qui pro dijs haberi volebant, turpiſſimum eſt. IN VERVM enim DEVM non cadit timere & fugere; verùm diligendum etiam timendumq; ſe præbere. Quod autem de illis dicimus, de cæteris etiam poſſumus affirmare; nimirum omnes deos regna & templa habuiſſe, vbi colebantur & adorabantur: Et tamen alia videmus ab alijs euerſa; quod videre eſt in Hebræis, qui ſubiugati ſunt ab Aſſyrijs, vt Aſſyrij ipſi à Perſis, Perſæ à Macedonibus, Macedones à Medis, Medi à Græcis, Græci à Pœnis, Pœni à Romanis, Romani à Gotthis, Gotthi à Mauris: adeo vt NVLLA fuerit prouincia, nulla in terris gens, quæ non alterius † prouinciæ vel gentis iugum ſubierit.

27

ἐκ ὁσίως ψεύδηγρέεσθαι ἀοιδοί. Oppian. κυν. ὁ vers. 317.

Poëtis mentiri licet. Plin. 6. ep. 21. Virg. 1. Æneid.

Dij inter ſe, vt gladiatorum paria, congreſſi depugnarunt. Tertul. apolog. cap. 14.

Imbecillitas non cadit in Deum. Lactant. 1. cap. 16.

Indecorum Deo eſt, non ipſum per ſe poſſe, ſed externarum adminiculis rerum ſanitatem incolumitatemque præſtare. Arnob. lib. 1.

Si quid poteſtatis habuiſſent, ſua ac ſuorum regna ſeruaſſent. Cypr. tract. 3.

Medus ademit Aſſyrio, Medoque tulit moderamina Perſes, ſubiecit Perſen Macedo, ceſſurus & ipſe Romanis. Claudian. Stil. lib. 3. v. 163.

Paucis contigit in principatu continuè præſidere, & non rurſus aliis, facta mutatione ſeruire. Ioſeph. cont. App. lib. 2.

† *regis.*

Non potuerunt negare omnes ſcriptores, qui deos ſuos, eorumque ritus ſcriptis ſuis magnificè illuſtrarunt, & deos cum cultoribus, & cultores cum dijs tandem finem ſimul habuiſſe: SOLAM verò religionem Chriſtianam nullum vnquam finem habituram, cùm ſuper eo, qui principij & finis expers eſt, fundata ſit. Ac profectò ex ijs, quæ animum meum in amplectenda religione Chriſtiana vehementer confirmant, illud eſt, quòd ex quo fundata eſt Eccleſia, à Regibus regniſq; potentiſſimis illam oppugnatam (ac hoſtiliter infeſtatam) & ab hominibus obſcuris minimisque imo etiam indoctis illam & propugnatam & defenſam video.

9. *Eccleſiæ conſeruatio.*

Inter perſecutiones mundi, & conſolationes DEI peregrinando procurrit Eccleſia. Auguſt.

Non deſerit Eccleſiam ſuam diuina protectio. Leo. ep. 31.

Deus non per oratores docuit piſcatores, ſed per piſcatores ſubegit oratores. Gregor. moral. lib. 33.

In tam contemptibilibus teſtibus multò mirabiliùs diuinitas ſeipſa perſuaſit. Aug. 22 ciu 5.

Quo imperitior ſermo, hoc illuſtrior ratio eſt. Minut. pag. 367.

Nunquam nobis amplius contulerunt, quam cum verberari Chriſtianos, atq; proſcribi & necari iuberent. Ambroſius contra Symmachum.

Eccleſia magis magisq; roborata eſt, non reſiſtendo, ſed perferendo. Aug. Serm. de omnib. S S.

Tyranni Eccleſiam inſectando firmiorem reddiderunt, martyrum triumphis magis magisq; compactam & corroboratam. Nazianz. orat. 3.

† *ſancta.*

O glorioſam Eccleſiam militantem! quæ nihil aliud nunc eſt, quàm aurum inter ſcorias, roſa inter ſpinas, granum inter paleas, medulla in oſſibus, margarita inter conchas, anima† ſana inter carnes putridas, phœnix vnicus in cauea, nauis in altum & impetuoſum mare prouecta, quæ quò acriùs oppugnatur, hoc erectiore velificatur ſupparo. NVNQVAM enim Eccleſiæ conſpicitur potentia, niſi cùm à tyrannis oppugnatur. Neque regnum vllum (Chriſtianum) tam paruum, neque homo vllus adeò cunctorum gratia deſtitutus eſt, cui ab vno itemq; altero afflicto amici, propinqui, patroni non faueant & opitulentur: ITA vt qui alios euerſum ibant, ipſi peſſum eant, & quos à ſuis ſtare partibus putabant, hoſtes experiantur infeſtiſſimos, quod quidem non abſque arcano Dei conſilio euenit. ETSI enim DEVS malum tolerat, vt aliquantiſper malus ſit; non tamen patitur, vt malus alios ad malè agendum pelliciat.*

* *firmior validiorq; apparet.*

Tolle perſecutiones & martyres deſunt. Ambroſ. Pſal. 118.

Eccleſiam tunc magis ædificari ſcias, cùm cædi videtur. Tertul. apud Scapul.

Triſtibus aucta fides. Stat. Theb. lib. 4.

Augetur religio DEI, quantò magis premitur. Lact. 5. cap. 19.

Non minuitur perſecutionibus Eccleſia, ſed augetur. Leo Sermon. 1. in nat. Pet. & Paul.

Non plus ad deiiciendum poteſt terrena potentia, quàm ad erigendum tutela diuina. Cyprian. 2. epiſt. 6.

Palæstini habuêre hostes capitales Chaldæos, Chaldæi Idumæos, Idumæi Assyrios, Assyrij Persas, Persæ Argiuos, Argiui Athenienses, Athenienses Lacedæmonios, Lacedæmonij Sidonios, Sidonij Rhodios, Rhodij Scythas, Scythæ Hunnos, Hunni Alanos, Alani Sueuos, Sueui Vandalos, Vandali Baleares, Baleares Sardos, Sardi Pœnos, Pœni Romanos, Romani Dacos, Daci Gotthos, Gotthi Gallos, Galli Hispanos, Hispani Mauros. Ex his regnis omnibus vnum ab altero, non ab vno omnia oppugnata sunt. At sancta mater Ecclesia omnium horum regnorum persecutiones sustinuit, & neminem nisi CHRISTVM fautorem, & vt fautorem ita protectorem optimum habuit. QVORVM enim curam DEVS suscipit, quantumuis vniuersi mundi assultus excipiant: fieri tamen non potest, vt in periculum adducantur. 28

Veritatem quicunque non credunt, & ob hoc non intelligunt, oppugnare possunt, sed expugnare non possunt. August. 10. ciu. cap. vlt.

Persecutores Ecclesiæ patientiam, hæretici sapientiam exercent. Idem 18. ciu. 51.

Nulla vis humana diuinis resistit. Sen. 1. controu. 2.

Quantum vult, consumat ædacitas vulturum, tamen maior est numerus columbarum. Opt. lib. 2.

De tot Principibus edite aliquem debellatorem Christianorum: At nos edimus protectorem. Tertul. apolog. cap. 6.

Quicunque cum Deo fœdus habent, felicitatis tenent fastigium. Philo. de fortit.

Nolentes saluari deseruntur à Deo. Ambros. 2 Thessal. 2.

Sicut Deo offenso nihil est, quod nobis valeat suffragari: ita eodem propitio, nulla nobis nocebit aduersitas. Leo. 6. de passion.

CAPVT X.

Vnicum tantùm esse verum DEVM, & beatum esse regnum, cui Princeps præest verè Christianus; deq; ethnicorum opinione, Principes bonos post obitum inter Deos, malos inter dæmones referentium, quod exemplis aliquot antiquis autor probat.

Vnus est hominis intellectus de DEI natura certissimus, si scias & sentias, nihil de illo posse mortali oratione depromi. Arnob. lib. 3.

Solis hominibus intelligentiam & disciplinam suam diuinitas est impartiri dignata. Apul. Asclep.

Nulli barbarorum in dubium vocant, sintne dii, an non sint, & curentne res humanas, an non. Ælian. lib. 2.

Ipse est Deus, quem Varro doctissimus Romanorum Iouem putat. Augustin. 6. ciuit. 22.

† *totum mundum.*

Ipse mundus ordine gestatur, vel totus constat ex ordine. Apul. Asclep.

Ordo affert ornatum, quem adimit confusio. Philo. de creatione Princ.

Deum quilibet hominum ad tempus contemnere potest; nescire in totum non potest. Oros. 6. cap. 1.

* *mysticæ.*

Pagani non se plures Deos sequi, sed sub vno Deo magno, plures ministros venerari fatentur. Oros. 6. cap. 1. August. 4. ciu. 31. & 6. 5.

Ii omnes, qui coluntur vt dii; homines fuerunt, & iidem primi ac maximi Reges. Lactant. de ira Dei 11.

Recepti cœlo multi ex hominibus, quibus adhuc sui permanent honores. Pausan. lib. 8.

QVANQVAM *communis vulgi & imperitorum opinio fuit, plures esse Deos: pleræque tamen Philosophorum Scholæ non plures; sed vnum DEVM esse statuerunt, quem alij Iouem Deorum Deum, alij primam intelligentiam vel mentem vocabant, quòd* † *orbes omnes creasset; alij primam caussam, quòd principium fuisset rerum omnium: Qua in sententia Aristoteles quoque videtur fuisse, libro XII. Metaphysicorum, (cap. vlt.) cùm dixit: Omnia superiora & inferiora benè ordinari volunt, & vnius arbitrio melius, quàm plurium opinione ordinantur: Itaque vnus est tantùm Princeps, à quo ordinantur.*

M. Varro in libris * *Mythicæ Theologiæ, & M. Tullius in libris de natura Deorum, licèt pagani fuerint, & circa Deorum religiones minimè negligentes; tamen gentiles irrident, qui plures esse deos statuerunt & crediderunt, & Martem, Mercurium, Iouem, totamq; illam deorum, quam ethnici ponunt, turmam homines fuisse, perinde ac nos mortales, affirmant. Cumque neque angelos vel bonos vel malos agnoscerent, neque vel Paradisum ad remunerandos bonos, vel infernum ad puniendos malos crederent; hoc amplexi*

sunt

sunt commentum, omnes homines bonos (post mortem) in deos, omnesq; sceleratos in dæmonas mutari. Et quasi pa-
29 *rum esset hæc fallacia, illuc amentiæ perduxit eos Satanas, vt penes Senatum Romanum arbitrarentur esse, vti Deus aliquis aut dæmon esse posset: quòd Imperator Romanus è vita excedens, si carus Senatui fuisset, mox in deorum numerum; Sin inuisus eidem moreretur, inter dæmonas referretur.*

Ac ne fabulam afferre videamur, scriptorum illud autoritate confirmabimus. Herodianus Faustinam Antonini Pij filiam, Marci Aurelij coniugem fuisse ait, quorum hic illi in Imperio successit, & profectò ex ijs, qui vtrunque vel præcesserunt, vel secuti sunt, paucissimi æquè boni fuêre, & nulli, me quidem iudice, meliores. Cùm enim IN IMPERATORE, *vt immortalem sui relinquat memoriam, quinq; in hac vita requirantur; nempe vt sit integer vitæ; seruantissimus æqui; in bellis felix; eruditus scientijs, & subditis suis amabilis: virtutes illæ omnes in duobus istis Principibus eximiæ fuerunt.*

Cæterùm Faustina Imperatrix pulcritudine fuit excellentissima, quæ tantopere à scriptoribus deprædicatur, vt dicant, fieri non potuisse, vt tam pulcra esset, nisi diuinitatis cum ea particulam dij communicassent. Quod cùm ita sit; quæritur tamen & in dubio relinquitur, maiorne in illa fuerit formæ excellentia, an vitæ turpitudo! Illa enim stupori intuentibus; hæc verò offendiculo ipsam cognoscentibus erat. Cùm autem M. Aurelius Imperator, Parthis superatis ac triumphatis, ad inspiciendas Asiæ prouincias profectus esset; in radicibus montis Tauri Faustina febri ardenti intra quartum extincta diem, & aromatis conditæ illius exuuiæ Romam deportatæ sunt. Et quoniam tam boni Patris filia, tamq; gratiosi Imperatoris coniux fuerat; à Senatu Diua appellata est, & in numerum deorum relata. Quia verò ob impudicitiæ famam, qua grauiter laborauerat, nemo putarat futurum, vt tantus ipsi honos à Romanis haberetur: tam gratum eum honorem Imperator habuit, vt nunquam agere grates pro eo Senatui desineret. Verè enim MAXIMAM *meretur gratiarum actionem beneficium, quod non speranti obtigit.*

Contrarium accidit in morte Tiberij, Imperatoris Romanorum tertij; quem non solùm interfecerunt, & vncum Gemoniasq; cadaueri minati sunt: Sed etiam omnium templorum sacerdotes conuenerunt, Deosq; publicè orarunt, ne mortuum ad se reciperent, & furias rogarunt infernales, vt acerrimè illum excruciarent; ÆQVISSIMVM *esse dictitantes, tyrannum, qui dum viueret, à bonorum*

Citiùs Deus mutaretur in hominē, quam homo in Deum. Philo legat. ad Cai.

Status Dei cuiusq; in Senatus æstimatione pendebat. Tertull. apolog. 12.

Aliquanti in cœlestium numerum referuntur, ægrè exequiis digni, Aurel. Vict. epit.

Noxam commeritis, cùm demum è vita excesserint, seræ deorum iudicio pœnæ irrogantur. Pausan. lib. 8.

Quis tam demens, qui placito stultorum aperiri cœlum mortuis arbitretur, aut aliquem, quod ipse non habeat, alteri dare posse? Lactant. 1. cap 15.

Nemo vnquā mortalium suffragiis Deus effectus est. Dio lib. 52.

Deûm honor principi non antè habetur, quàm agere inter homines desierit. Tacit. annal. 15.

Inuitis hoc nomen asscribitur; optant in homine perseuerare, fieri se deos metuunt, & etiam senes nolunt Minut. 378.

Is gloria maximè excellit, qui virtute plurimum præstat. Cic. pro Cn. Plancio.

Decor corporis confert ad felicitatem in hoc mundo. Bald.

Maritum non sine aliqua reprehensione patientiæ amor vxoris retardat. Plin. 6. epist 31.

οὐδὲν τῆς εὐμορφίας ὄφελος, ὅταν τις μὴ φρένας ἔχῃ. Eurip. Stob. fol 564.

Ætate nostra, qua gliscens fraus & audacia omnes propè orbis terræ partes vrbesque occupauit, nulli iam homines in Deorum numerum veniunt, nisi forte per inanes titulos, & immodicæ adulationis licentiam. Pausan. lib 8.

Honos ijs denique debet esse iucundus, quorum dignitati. P. R. testimonium, non beneficium ambitioni dedit. Cic. pro Cn. Plancio.

Vxorem viuam amare voluptas est, defunctam religio. Stat 5. Siluar.

Qui sine molestia ambitus adeptus est, duplam gratiam præbentibus debet. Apule. flor 3.

Reges consecrantur non ad fidem numinis, sed ad honorem emeritæ potestatis. Minut. p 379.

Καὶ αὐτοὶ νεκροῦ σῶμα λέοντος ἐφυβρίζουσι λαγωοί. Epigram lib. 1.

Vtinam plures mortes cepisset, vt impurum spiritum renascens pœna torqueret! Fab. declam. 3. Sueton. cap penult.

Fama semper atrocior erga dominantium exitus. Tacit. annal. lib. 4.

Crimina morte solent terminari. Symm. 9 ep.121.

Sic plerique disponunt diuinitatem, vt imperium summæ dominationis esse penes vnum velint. Tertull. apolog 23.

De D E O sentiri plus par est, quàm humana imbecillitas capit. Ambr. Rom 4.

Oportet opinionem de D E O, eiusq; culturam immobili religione seruare. Ioseph. contr. Appi lib.2.

Θεὸς ἀμιγὴς ἐκ τῆς ὑποπτώσεως, καὶ ἀπαθὴς ἐκ τῆς παθητῆς, ζωὴ ἀθάνατος, ἀρχὴ ἀγένητος. Aristot. de mundo cap.6.

Plato Deum & inuenire difficile, præ nimia & incredibili potestate, & cùm inueneris, in publicum dicere impossibile præfatur. Minut. 374.

Quid sit Deus, nec inueniri potest, nec enarrari Lactant. de ira Dei cap.11.

Quod immensum est, soli sibi notum est. Tertul. apol. cap.17.

Exemplumq; Dei quisque est in imagine parua. Manil. lib.4. extrem.

Deus & bonitate ipsa melior, & vnitate antiquior ac sincerior, non potest spectari à quoquam alio. Philo de præm. & pœnis.

1. *Deus summum bonum*;

Deus bonum omne est, & bono omni superior. Naz. oratio 21.

Summus Deus Græcis τ' ἀγαθὸν & πρῶτον ἄπειρον nuncupatur. Macrob. 1. Somn. cap.2.

2. *Immortalis*;

Nihil sine origine, nisi D E V S solus. Tert. aduers. Marc. lib.5.

Nihil semper floret; succedit ætas ætati. Cic. Phil.11.

Diuinum id est, quod nec ortum habet, nec occasum. Minut. pag. 379.

3. *Incorruptibilis*;

Quod ineffabile est, ratione silentii adoretur. Socr 6. trip 21.

Quod fieri recipit, recipit quandoq; perire Prudent. apotheos.

Deus est, qui non mutatur in æuo. Manil. lib. 1.

† *corpus.*

Deo debet æternitas hoc ipsum, quòd nuncupatur æternitas. Arnob. lib.4.

4. *Immutabilis*;

Deus non habet, vbi proficiat in melius, aut vnde in deterius deficiat. Fulgent. Ep.6. Philo. quòd mundus sit incorruptibilis.

Deus, quod promisit, ob stabilitatem non retractat. Volaterra lib.28.

5. *Incomprehensibilis*;

Multa sapit, sed non sapit omnia nostræ vis animæ. Prudent. Apotheos.

Deus paucis cogitabilis, nemini effabilis. Apul. apolog 1.

norum consuetudine abhorruisset, nullam nisi cum furijs post mortem infernalibus sedem habere.

Sed relicta agrestis populi opinione vulgari, qui olim veri D E I noticiam non fuit consecutus; & approbata Aristotelis sententia, qui vnam primam causſam ponit; itemq; Stoicorum opinione, qui primam intelligentiam vel mentem recipiunt; Ciceronis denique, qui sub Iouis titulo non alium nisi illum Deum ponit; Ego secundum religionis Christianæ fidem dico & confiteor, non nisi V N V M solum Deum esse, conditorem cœli & terræ, cuius excellentia, potentia, maiestas & gloria tanta est, vt ne minimam quidem illius partem lingua humana possit exprimere. RES enim diuinas neq; ingenium nostrum perspicere, neq; intellectus discernere, neque memoria comprehendere, neque lingua explicare potest.

Quod autem Principes & cæteros fideles de D E O credere decet, hoc est; quòd nimirùm D E V S est bonum summum, immortale, incorruptibile, incommutabile, immensum & omnipotens: quandoquidem P O T E N T I Æ diuinæ respectu vniuersa hominum potentia ludus iocusq; est.

D E V M solum summum bonum esse aio: quia si quod creatura bonum habet, non est id summum bonum. Nam SI, QVOD homo bonum possidet, cum calamitatibus ac miserijs, quibus conflictatur, conferatur; infinities maius malum est, quo premitur, quàm bonum, quo potitur.

Deinde solus D E V S ab æterno immortalis est, qui sicut principium non habuit; ita nec finem habebit. At in misero homine contrarium est; quem sicut nascentem aliqui viderunt, ita morientem alij videbunt. N I H I L enim aliud est infantum natiuitas, quàm senum ad sepulturam citatio.

Adhæc solus D E V S est incorruptibilis, qui nullam essentiæ suæ patitur vel corruptionem vel imminutionem. At homines mortales vniuersi in animis corruptionem patiuntur à vicijs, in corporibus à vermibus. N V L L V S enim adeò immunis est, quin illius & † caro corruptionis, & anima vel salutis vel interitus sit particeps.

Præterea solus DEVS est immutabilis, firmiterq; credendum, quòd licet opus quandoq; suum D E V S mutet; non tamen idcirco æternum mutet consilium. Contrarium verò in hominibus accidit, qui S Æ P E singulari cum grauitate opus aliquod instituunt; mox verò mutato consilio, in ipso temporis articulo illud leuissimè omittunt.

Dico item solum D E V M esse incomprehensibilem, cuius nec maiestas cognosci, nec sapientia apprehendi po- 31
test. Contrà in humana euenit sapientia. N V L L I V S enim homi-

hominis tam perfecta & abstrusa est sapientia, vt quod is intelligit, non alio tempore intellexerit alius.

Solus denique DEVS *est omnipotens, quippe qui non in viuos tantùm, sed in mortuos etiam; non in bonos solùm, sed in malos quoque potestatem habet. Etenim* HOMO, *qui non propitium ipsum, ad consequendam gloriam, expertus fuerit, iratum ad luendas pœnas sentiet.*

Itaque iustum profectò est, ô Principes seculi, vt clientes vos ac beneficiarios Monarchæ cœli terræq; agnoscatis (& quanto celsiores estis, tanto reuerentiùs de ipso sentiatis.) Quantumuis enim vel valeatis, vel possideatis, vel possitis; tamen cum summo illo Principe collati nillil valetis, nihil possidetis, nihil potestis. NVLLVS *enim in terris hodie Princeps est, qui non minus possit, quàm vult, quiq; non plus eo, quod possidet, expetat. Quod si ita est, quemadmodum reuera est: videant Principes & megistanes, consentaneum esse rationi, vt* CV Momnes *creaturæ ab vno tantùm sint conditæ, vnum etiam solum creaturæ omnes adorent. SICVT enim non patitur Princeps, vt in suo regno pro Rege se gerat alius: ad eundem modum non vult* DEVS, *vt alius præter se Deus in mundo adoretur.*

Ingens fuit beneficium, quòd Pater nos creauit, non rogatus ab vllo; quòd Filius nos redemit, non adiutus ab vllo; & super omnia, quòd Spiritus nos Sanctus Christianos facit, nemine promerente. Nam QVÆCVNQVE *Deo præstamus obsequia, tanti non sunt, vt pro minimo ipsius satisfaciant beneficio.*

Magni sanè æstimandum Principibus, quòd Deus homines ipsos, non bestias condidit: at longè pluris, quòd dominos, non seruos fecit; Sed infinities pluris æstimandum, quòd ipsos Christianos, non Mauros & paganos fecit. PARVM *enim illis profuturum esset sceptra habere & regna ad condemnationem; si non cognoscerent sanctam Ecclesiam, extra quam nemo potest saluari.*

O bonitas diuina! Quod pagani, si abs te fuissent in Ecclesiam tuam electi, meliores forsitan fuissent, quàm ego sum! Et si me paganum esse voluisses, peior ipsis fuissem. Illos reliquisti, qui tibi seruijssent: & me elegisti, qui te offendo. Tu Domine, quid illic facias nosti, & ego, quid hic dicam, nescio. AD LAVDANDA *enim opera diuina obligati sumus;* 32 *eadem verò retractare nobis non licet.* IMPERATORES *& Reges gentiles, qui boni fuêre, & virtute præstantes, qui sanè multi fuerunt, quantò studiosiùs paria cum munere suo fecerint, tantò leuiore, illo reddendæ rationis tempore, pœna defungentur: At contrà mali*

Alius alio plura inuenire potest; nemo omnia. Auson. Idyll. 10. ad Symmach.

6. Omnipotens.

Summi omnipotentia Dei vix intelligi, nunquã videri potest. Macrob. 1. Somn. 14.

Non posse quid, Deo non licet. Tert. adu. Marcion. lib. 1.

Incredibles post delicta cogentur credere, non verbis, sed exemplis; nec minis, sed ipsa passione pœnarum. Apule. Asclep dial.

Quando Deus magis creditur, nisi cùm timetur? Tert. de fuga.

Cum homo non possit cogitare, nisi quæ non adsunt Deo, saltem eum esse credat. Philo de somniis.

Ideò humilis sit homo, quòd in nullo se potest autori conferre; cuius nec effugere dominium, nec penetrare consilium, nec vitare iudicium potest. Cypr. prolog. de operibus Christi.

Timor hominis, Dei honor est. Tert. de pœnitentia.

Qui Deum respicere suam vitam credũt, delinquere non præsumunt. Ioseph. cont. Appion. lib 2.

Honor Deo summus illum venerari & imitari. Bernh. Medit. cap. 6.

Altitudinem suam Principes humilitate sublimant. Sidon. 2. ep. 3.

Non verecundæ, sed ingratæ mentis indicium est, beneficia tacere diuina. Leo. anniuers. serm. 1.

Christianus nî fueris, spem salutis habere non poteris. Arnob. l. 3.

Impendendus homo est, Deus esse vt possit in ipso. Manil. lib. 4.

Absq; Dei noticia, quæ potest esse solida felicitas, cùm sit somnio similis? antequam tenetur, elabitur. Minut. pag. 399.

Nemini salus esse, nisi in Ecclesia potest. Cypr. epist. 11.

Ecclesia Catholica est templum Dei. quò si quis non intrauerit, vel à quo si quis exiuerit, à spe vitæ ac salutis æternæ alienus est. Lactant. 4. vlt.

O sacra & ineffabilis diuini iudicii discretio! Oros. 7. cap. 39.

DEI plenè iudicia nemo comprehendit, iustè nemo reprehendit. Augustin 2 ciu. 23.

Ne hoc quidem quod laudabiliter vixi, sine aliquo reatu est, si remota pietate iudicetur Bernh.

Væ etiam laudabili vitę hominum, si remota misericordia discutias eam! Augustin. 2. dulcil. 9.

Quantò maiora beneficia sunt hominib. constituta, tantò grauiora peccantibus iudicia. Chrysost. discip. de temp. pag. 353.

Quò indulgentior liberalitas eo inexcusabilior pernicacia. Amb. Luc. 20.

† *quo plura exhibebunt erogatoria, vel*

acceptilationis chirographa, eo minùs excutiendi à se criminis tempore, ratione reliquorum conturbabitur.

Cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Gregor. hom. 9. in Euang.

In hoc seruiunt Reges Deo, si in regno suo bona iubeant, mala prohibeant, non solùm quæ pertinent ad societatem humanam, sed quæ ad religionem diuinam. Augustin. lib. 3. ad Chrysost. Epit. fol. 243.

Rectum non est, vt qui magistatum gerit, subditis suis sit inferior. Dio. lib. 41.

* *potentia Principum, sed ex virtute pendet.* G.

ἴδιον βασιλέως προμεθεῖσθαι τῶν ἀρχομένων. Basil Stob. fol. 514.

Cui plus dignitatis asscribitur, plus de illo exigitur seruitutis. Cypr. de simplic. cleric.

O dij Immortales, quàm magnum est personam tueri Principis! Cic. Phil. 9.

Duo Principibus præstanda.

Tria principem gloriosum faciunt, potentia, sapientia & religiosa mens. IC. Summ. Angel.

In hoc animæ obest æternitas, quòd sit immortali sententia æterno supplicio subiugata. Ergo ne his implicemur, verendum, timendum, cauendumque cognosce. Apul. Asclep.

† *Populi.*

Coronat Deus in nobis opera misericordię suæ, sed si in ea gratia, quam accepimus, perseueranter ambulemus. August. Ioan. tract. 2.

Principes pietate & iustitia dij fiunt. Sen. de morte Claud.

Felices Principes, qui suam potestatem ad Dei cultum dilatandum maiestati eius famulam faciunt! Aug. c. ciu. 24.

Pax reipubl. ex vniuersalis Ecclesiæ pace pendet. Gregor. 4. epist. 76.

Meritorum precium non ęstimatur caducis præsentium. Ambr. cont. Symm.

* *Sapienter.*

Summum hominis bonum in sola religione est. Lactant. 7. cap. 10.

DEVS est, qui totus vbiq; est. Prudent. Apotheos.

Pietas fundamentum est omnium virtutum. Cic. pro Cn. Plancio.

Quomodo erit ibi felicitas. vbi vera non est pietas? Augustin. 4. ciu. 23.

Vera religio in vnius constat veri Dei seruitio. Fulgent. ad Donat.

Nemo fidem DEI custodiens, infidelis potest esse hominib. Ambr. Tit. 2.

trà mali Principes Christiani, quanto cumulatiorem accepêre beneficiorum mensuram; tantò acerbiores in æterna flamma pœnas luent. Nam PRO MODO *ingratitudinis aduersus accepta in hoc mundo beneficia, pœnarum quoq; in inferno persoluendarum asperitas statuetur.*

Cùm multa Principibus, quia sunt homines ratione præditi, facienda sint; longè plura illis præstanda sunt, quoniam Christiani sunt: & rursus multò plura, quia sunt potentes, & in tam sublimi gradu collocati. VERA *enim amplitudo non ex * eo pendet, quòd multa Principes habeant; sed quòd multum valeant. Ab arbuscula humili (& fragili) præter fructum suo tempore reddendum nihil exigitur: Ab alta verò, speciosa & spaciosa arbore desideratur, vt tum frigentibus ligna, lassis vmbram, poma esurientibus præbeat, tùm aduersus omnem ventorum impetum sese ipsa tueatur: Sic* PRINCIPES *virtute præstantes nihil nisi vmbra debent esse, qua boni omnes recreentur.*

Ad multa nos facienda hortatur Ecclesia, & ad multa cauenda nos extimulat conscientia. At SI DVO *tantùm mihi Principes promittant se facturos, nimirum & fideles se legi* DEI, *quem adorant, futuros; & minimè tyrannicè proximis, quos regunt, imperaturos: iam nunc gloriam illis ac beatitudinem. quam desiderant, (sempiternam) promitto.* SOLVS *enim ille Princeps securus moritur, qui in* CHRISTI *charitate moritur, & in dilectione † proximi vixit. Cùm autem* PRINCIPES *ac megistanes, qui Christiani sinceri haberi cupiunt, vigilantes esse deceat, vt ad* DEI *gloriam, quæ fiunt, vniuersa referantur,* DEO *præuio suscipiantur,* DEO *prosperante progrediantur, sub ope* DEI *finiantur: In hoc cùm vigilantes, inquam, illos esse oporteat; mihi credant, in rebus ad fidem prouehendam pertinentibus ita sibi excubandum animo, vt ad vitam pro fidei defensione profundendam promptos paratosque cognoscant vniuersi. Nam* SI PRINCEPS *in futura vita reposita esse bonis præmia, supplicia malis credit; fieri non potest, quin & vitam agere studeat inculpatam, & * bene Rempublicam gubernet.*

CERTO *(contrà) certius est Principes, qui* DEVM *non timent, neque ipsos felices esse posse, neque ipsorum subditos.* REGNORVM *enim vel felicitas vel miseria non ex Regum subditorumque laboribus; sed ex Regum regnorumq; meritis pendet. (Proinde)* PRÆSENTISSIMO *in periculo regnum versatur, cuius Princeps malus est Christianus.* AT FORTVNATA *& secura est Respublica,* 33
cuius Princeps vir est probatæ conscientiæ. SINCERÆ *quippe conscientiæ vir nihil in Rep. mali agere potest.*

CAPVT

CAPVT XI.

De multis ethnicorum diis, eorumq́; officiis, de vltione deorum aduersus eos, qui voluntati ipsorum non parebant; item, XX. deos selectos, & innumeros communes fuisse.

Hæc neq; scire compendiũ, neq; ignorate detrimentum est vllum. Arnob. lib 3.

Non spero totius maiestatis effectorem, omniumq; rerum patrem vel dominum vno posse, quamuis è multis composito nomine, nuncupari. Apul Asclep.

QVanquam ijs, qui perspicaci sunt ingenio, opera DEI per se ipsa, etiam citra comparationem cum alijs, ingentia sunt; Tamen quoniam ALBVM nigro oppositum meliùs agnoscitur; curiosis vt satisfaciam, catalogum hîc recitabo deorum commenticiorum, quorum ex imbecillitate manifestum fiet, quanti DEVM verum facere (quàm parui illos pendere) Principes debeant.

Nihil verum in his, qui Deum nesciunt præsidem & magistrum veritatis. Tert. de cult. fœmin.

τὰ ἐναντία γνωριμώτατα, καὶ παράλληλα μᾶλλον γνώριμα. Arist. 3. Rhetor. 9.

Ex contrariis contraria aut placent ampliùs, aut displicent. Bernh. epist. 78.

Nulla meglio scopre contrari duo, ch' vn picciol interstitio. Petrar. triumph. fam. can. 2.

*Etsi autem varia deorum genera pagani veteres habebant; præcipui tamen erant, quos Selectos, quasi sursum electos, vocabant, significantes cœlestes, qui (rariùs *, vt illi credebant) huc in terram descendebant. Erant autem illi numero XX. nempe Ianus, Saturnus, Iupiter, Genius, Mercurius, Apollo, Mars, Vulcanus, Neptunus, Sol, Orcus, Liber pater, Tellus, Ceres, Iuno, Minerua, Luna, Diana, Venus, & Vesta; Ex quibus vltimæ octo fœminæ sunt; Primi duodecim mares. Hos XX. deos nulli licebat sibi vindicare, aut eorum quempiam suum priuatim facere; sed omnium in vniuersum commodis, nimirum aut regni integri, aut prouinciæ nobilis, aut ciuitatis illustris seruiebant.*

Dij Selecti. August. 7. ciu. 1. & 2.

Athenienses vel verbo præter illorum legem de diis loquentes ineuitabiliter punierunt. Ioseph. Cont. App. 2.

* *Nonnunquam.*

Selecti nobilitate criminum, non dignitate virtutum. Aug. 7. ciu. 33.

Pudeat te eos colere, quos ipse defendis; pudeat tutelam de iis sperare, quos tu tueris! Cypr. contra Demetr.

Vt animæ nascentibus, ita populis fatales Genii diuiduntur. Sym. relatio.

Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. Ennius. Vide Varron. 1. rust. 1.

Dij ignobiliores.

Scientia veritatis non potest esse in homine, nisi Deo docente percepta. Lactant. 7. cap. 2.

Principiò Deus erat † Cautius nomine, quem votis donisque venerabantur, vt liberos daret ingeniosos & acutos; quod quidem si à vero DEO petijssent, rectè fecissent. TANTA enim cùm sit naturæ humanæ deprauatio; maximis obnoxius est periculis, quem non sagaci prouidentia diuina ornauit ingenio.

† 1. *Catius. August.* 4. *ciu.* 21.

Nihil homini prudentia dulcius. Cic. Tuscul. 1.

ἡ φρόνησις τοῦ θεοῦ μεῖζον ἀθένειν ζητεῖ. Eurip. Supplic.

Deinde deam habebant Lucinam nomine, quam parturientes inuocabant, vt bene parerent. Eius templum erat amplissimum extra vrbem, via Salaria, vbi omnes matronæ Romanæ grauidæ sacra Lucinæ faciebant, & nouẽdiales celebrabant ferias. Id templũ, vt Fronto inquit lib. de veneratione deorum, à Numa Pompilio conditum, & à Rutilio Consule euersum fuit. Cùm enim filiam haberet grauidã, eaq; deuotionis ergò ferias nouendiales celebratura & paritura in ædẽ Lucinæ se contulisset; infelici fato accidit, vt non solùm mortuum illa partum ederet; sed etiam moreretur. Itaq; grauissimo victus dolore Rutilius Consul, clàm ignem templo im-

2. *Lucina.* Augustin. 4. ciu. 21.

Sine lumine lumen nemo videt; vitam sine vita inquirere mors est. Prosper de ingratis.

Iuno Lucina, quòd iuuat, donec mensib. actis produxit lucem. Varro. de lign. L. lib. 4.

Romani cùm in omnibus alijs vitæ officiis, tum in dijs immortalibus animaduertendis cautissimiq́. Gell. 2. cap. 28.

Huius festa dies Kal. Mart. colebatur à matronis. Alex. 6. 11.

Lucinæ munus est meatibus viam dare, quod accelerando partui salutare est. Macrob. 7. Saturn. vlt.

ἐννοοῦμεν, ὅτι τὸ ἔχον ἐξουσίαν τῆς μεγίστης ὠφελείας, θεῖόν ἐστιν. Arian.lib.3.cap.26.

mitti curauit. Legimus enim sæpenumero paganos; si rebus angustis circumuenti deorum implorassent auxilium, idque non statim in aduersis impetrarent; mox aut deorum sacrificia sustulisse, aut templa destruxisse, aut deos mutasse.

3. *Opis.* August.4. ciuit.11.

Quicquid magnam vtilitatem generi afferret humano, id non sine diuina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Cic. 2. nat. deor.

Non potest quisquam, nisi qui toto se perspecto ac despecto, conuersus ad sapientiam Dei, omnem quærendi ratiocinationem transtulerit ad credendi fidem, intelligentiam Dei apprehendere. Oros.6.cap.3.

Errorum antiquitas plenissima mater. Arnob.lib.1.

Nimirum eiusmodi diis etiam cultus consentanei præstandi erant. Nazi.orat.2.

Erat Ethnicis alia Dea, quam Opem vocabant, quæ infanti opem ferebat nascenti, sicut Lucina matris parturientis numen erat. More autem receptum erat, vt totis nouem prægnationis mensibus imagunculam Opis cingulo annexam, aut tunicæ insutam super ventrem mater dependentem gestaret, & cùm partus tempus immineret, obstetrix imagine ne illâ manibus apprehensâ, infantem in partu iam apparentem priùs, quàm sua tangeret manu. Quòd si rectè nascebatur infans; eo die singulari cultu idolum illud pater & agnati afficiebant: Sin in partu suffocaretur; simulacrum Opis profluente mergebant propinqui.

4. *Vagitanus.*

* *Vt in vagitu os aperiret:* Augustin.4. ciu.11.

Vaticanus deus, penes quem essent vocis humanæ initia. Gell.16.17.

οἱ τῶν παίδων κλαυθμοὶ συμφέρουσι πρὸς αὔξησιν. Arist.7. Polit.17.

*Habebant alium deum ethnici, quem Vagitanum vocabant. Huic religiosè sacrificabant, * ne multum plorarent infantes, ideoq; infans Vagitani simulacrum vel sigillum ex collo suspensum gestabat. Inauspicatus enim ethnicis creber infantis ploratus habebatur, cùm dicerent,* CREBRVM *in infantia ploratum aduersæ puero fortunæ esse præsagium.*

5. *Cunina.* Lactant. 1. 20.

Talia sunt idolorum beneficia, vt cùm videntur prodesse, plus noceant. Ambros. Luc. 9.

Herodian.lib.5.

Plerisq; amor est vndiq; gentium preciosa conquirere. Symm. 9. epist. 2.

Et segmentatis dormisset paruula cunis. Iuuenal. Sat. 6.

Infidelitas omnium est mater errorum. Leo serm.18. de passion.

Erat Moesa ditissima, qua promittente militibus, legiones abductæ à Macrino. Capitolin. in Macrino.

† *Phœniciæ.*

* *ex ebore.*

Augustus prætoria sua reb. vetustate ac raritate notabilibus excoluit. Sueton.c 72.

Ipsa errantium turba mutua sibi patrocinia præstat. Minut 381.

*Prætereà deam habebant Cuninam, cui cultum & sacrificia deferebant, vt patronæ instar infantes in cunis tueretur (ac fascinum submoueret.) Ac tenuiores quidem Cuninæ simulacrum supra cunas suspendebant; locupletiores verò magni precij cunas faciendas, in ijsque multas Cuninæ effigies sculpendas curabant. Herodianus & Pollio in vita Seueri referunt, cùm bellum gereret Seuerus Imperator cum Gallis, vxorem eius Iuliam filiam peperisse primogenitam, & Iuliæ sororem Mœsam nomine, Phœnissam mulierem, ab Emesa vrbe † Persiæ, sorori Romam cunabula misisse * è cornu monocerotis & auro purissimo, in quorum ambitu sculpta erant plurima Cuninæ simulacra; quæ cunabula ob precij magnitudinem longo dein tempore in ærario inter κειμήλια rarissima fuerunt asseruata: Quanquam* RES *eiusmodi Romani ambitione potiùs memoriæ, quàm diuitiarum cupiditate asseruabant.*

6. *Rumia* Aug.4.ciu.11. & 21.

Tener horruit hæres & coluit, quicquid sibimet venerabile cani monstrarant atqui. Prudent.cont. Symm. lib.1.

In sacris Ruminæ inferre vinum expiatione dignum fuit. Alex.3.12.

Primæ scelerum causæ mortalibus ægris naturam nescire Deûm. Sil. lib.4.

Colebant gentiles etiam Ruminam, quæ paruulis præerat sugentibus. Huic matronæ Romanæ multa faciebant sacrificia, vt mammas ipsis tueretur, & nutriendis paruulis boni lactis copiam subministraret. Et toto illo, quo lactabant, tempore, deæ simulacrum de collo ad pectus vsque demissum gestabant, singulisq; diebus manè, priùs quàm infanti mammam darent, lactis sui scutellam Ruminæ libandam matres mittebant; cuius si templum ibi non esset, vbi 35

mater

mater habitabat; ipsa mater lacte (suo) sigillum Ruminæ, quod ad manum erat, abluebat.

Huic succedebat alius deus, * *Stellinus nomine, qui præerat pueris primulum stare incipientibus, eumq; multis matronæ donis honorabant, ne filij nani fierent, sed recti ingrederentur, ne claudi vel loripedes euaderent. Adeò namque Romanis contemti claudi & pumiliones erant, vt & muneribus senatorijs, & sacerdotum collegijs arcerentur. Heraclides lib.* III. *de rep. narrat, Corneliam fœminam præstantissimam, matrem Gracchorum, cùm primos duos filios, alterum nanum, alterum claudum peperisset, & Statilinum sibi iratum crederet; ædem illi in regione xij. vicinam campo* † *Gadetano, inter hortos* * *Dethæ extruxisse, quæ ad tempora vsque Rhadagaysi stetit, qui Romam obsidens omnia templa euertit, & hortos, qui in ambitu vrbis erant, excidit.*

Aliam præterea deam habebant, nomine Adeonam, cuius munus erat facere, vt ingredi iam sciens puer matrem adiret & diligeret. Et licèt Cicero lib. 2. de natura deorum huius inter alios deos mentionem faciat; tamen non memini me legere hanc deam Romæ ædem habuisse, vsque ad tempus Mammææ, matris * *Antonini Imperatoris. Hæc fœmina eximia cùm esset vidua, duosq; haberet filios admodum paruulos, cupiens vt & boni euaderent filij, & ipsam, vbi adoleuissent, diligerent, templum extruxit Adeonæ augustum, in* XII. *regione in Vaticano, vicinum hortis Domicij, & iuxtà extruxit aliud ædificium,* † *sacellum Mammææ dictum, vbi diu in secessu solitaria vixit.* ERAT *enim moris, vt viduæ sanctè liberos educare cupientes, mox secederent, & voluptatibus vrbis periculisq; renunciarent.*

Culta fuit ab antiquis etiam dea Mens, huic operi deputata, vt bonum pueris aut malum daret sensum; eiq; veteres, & Græci quidem studiosiùs, quàm Romani, amplissima faciebant sacrificia. Vnde Seneca non ea se mirari inquit, quæ nossent Græci; sed quæ non nossent, quippe qui in gymnasiis deæ Mentis templum haberent. Erat autem lex apud Athenienses, vt pueri studijs imbuendi philosophiæ, priùs triennium in templo illo ministrarent. Verum omissis ijs, quæ de Græcis Seneca dicit, ego multis, qui nunc viuunt, ausim dicere, si mentem ibi loci dari verum est; vt hoc ipso potiùs, quàm sequente anno illuc ad celebrandas nouendiales in illo templo ferias proficiscantur. NIHIL *enim in terris infelicius, quàm mente hominem carere moderata.*

36

Habebant prisci inter deos etiam Volumnum & Volumnam, quibus * *desponsati cordi erant. Idcirco duo erant,*

Ὥστε εἰς ἄπορον ἡλικίαν φέρουσα δόξαν παλαιᾶς ἐστὶ γυναικῶν, δύλογον παραδιδόασι χλευασμόν. Agatharch. de mar. rub.

7. * *Statilinus* Augustin. 4. ciu. 21.

Germani deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt, & quorum opibus apertè iuuantur. Cæsar. 6. bell. Gall.

Augustus pumilios atq; distortos, vt ludibria naturæ maliq; ominis abhorrebat. Sueton 83.

Longa ætas autoritatem religionis facit. Symma relat.

Debet omne quod geritur, causam sui habere perspicuam, nec caliginis alicuius obscuritate contectam. Arnob. lib. 7.

† *Vaticano.*

* *ad Mammæam, hoc est, Diætæ Mammbæ P. Victor region. X. Alex. in pabatio fecit diætas nominis Mammææ. Lamprid.*

Veritati nemo præscribere potest, Tert. de patient.

8. *Adeona.*

Cum ista superstitione in lacte quodammodo matris ebibita, creuit ciuitas. Augustin. lib. 21. ciu. vlt.

* *Alexandri Seueri. Herodian. lib. 5. Lamprid. in Alexand. Capitol. in Mac.*

ἡ παιδοτροφὸς τῇ βασιλείᾳ κόσμος, καὶ τὰς βασιλοτρόφους ἀεὶ μητέρας ὑποτελεῖ. *Basil. Leon. fil.*

Hæc vt autoritatis minus habent, ita aliquid gratæ varietatis afferre possunt. Val. Max. 1. cap. 6.

† *oratorium.*

Respuendæ sunt voluptates; eneruant & effæminant. Sen. ep. 104.

9. *Mens.*

Virtus dea non est, sed donum Dei; ipsa ab illo impetretur, à quo solo dari potest; & omnis falsorum deorum turba vanescit. August. 4. ciu. 20. Cic. 2. de ll. Lactant. 1. 20. Ouid. 6. fast.

Bona possessio mens bona. Ambr. 1. offi. 3.

Nemo malus est, qui bonam habet mentem. August. 7. ciu. 3.

Rarò simul hominibus bona fortuna & bona mens datur. Liu. lib. 30.

Rarissimum est amari bonam mentem. Arbit. Satyr.

Nihil in terra magnũ præter hominem; nihil in homine præter mentem. Fauorin. Morn. ver. rel. cap. 15.

10. *Volumnus & Volumna.*

* *sponsalia. August. 4. ciu. 21.*

Inuitæ nuptiæ solent malos prouentus habere. Ambros. 1. Cor. 7.

οἱ τὰ τοιαῦτα περιδυόμενοι πόρρω τῆς ἀληθείας ἱστάμενοι, οὐκ ἂν ἕτεροις πεῖσαι εἰσαγγεῖλαι κελεύειν ἂν ἀξιόλογοι. Agathar. de mar. rub.

----*Qui amat.* cur odio ipsus est, bis facere stultè duco: Laborem inanem ipsus capit, & illi molestiam affert. Terent. 3. Hecyr. 2.

Cùm deorum fabulas legis, tum risu, tum lacrymis dignas, de eodem frutice spinas caueto, & rosas decerpito. Nazi. ad Seleu.

λεόντων πραότητι ἔθος ἥλιξ καὶ ἡμερότης ἐστὶν ἰσχυρότερον. Nic. Ioan. Comn.

Diis nuptialibus supplicabant, vt bene coniugarentur. Aug. 4. ciu. 21. Plin. 35. 7. Fabric. Rom. cap. 14.

In gentibus mendacium est; in Ecclesia veritas. Ambros. Psal. 118.

* *E Gallica versione insertum.*

ἀλλ' οἱ μὲν ἀλλοίοισιν ἐπώνυμοι ἔπλεθ' ἑλίκων ἔργοις, οἷσιν ἕκαστος ἐπίσκοπον ἔργου τιμῶ. Oppian. ἁλι. ε. 17.

Nunquam remotos ab exactissimo cultu ceremoniarum oculos habuit ciuitas Romana. Val. Max. 1. cap. 1.

Ab ipso audias, ipsique Deo credas, quod verum velis scire de Deo. Oros. 6. cap. 1.

Ethnicorum dii μοιχοὶ δοῦλες, κλέπται εἰδισμένοι, ἀνθρώπων ἀοθενέστεροι, ἔθνους πάλαι ἐκτὸς ἡδεσῶτες. Agath. de mar. rub. 11. *Agrestis.*

Diis agrestibus sacrificabant, vt fructus vberrimos caperent. Aug. 4. ciu. 21.

Deos vobis inducitis fabros, medicos, venatores, pastores, rusticos. Arnob. lib. 3. Cic. Verr. 4. de Cerere Ennensi.

12. *Bellona.*

Bellonæ sacerdotes suo cruore sacrificant. Lact. 1. cap. 21.

Tutò se Martio certamini commissurus non videbatur ceremoniis Martis desertis. Val. Max. 1. c. 1.

Cannæ busto insignes Romani nominis. Plin. 2. 125.

Scientem errare peccatum est: Nam ignorantib. nonnunquam solet ignosci. Optat. 2.

Ad Alliam nec auspicato, nec litato instruitur acies. Liu. lib. 25.

Eorum imperiis resp. amplificata, qui religionibus parueêre. Cic. de nat. 2.

Stultè facit, qui non seipsum, sed aram Deo dicat. Philo de Somn.

† *Supra quam hastam iaciebant, cùm indicebatur Festus in Bellona.*

Hinc solet hasta manu belli prænuncia mitti, in regem & gentes cùm placet arma capi. Ouid. 6. fast.

alter scilicet pro mare, altera pro fœmina: Et moris erat, vt dum desponsati essent, sui vterq; numinis imagines, quas vel argenteas vel aureas esse oportebat, de collo suspensas gestarent; ac die sponsalium sponso Volumnum sponsa, & sponsæ Volumnam sponsus daret. Quo tempore per Consules Resp. regebatur, post exactos Reges, & ante Imperatorum dominationem, paullò ante seditionem à Cornelijs motam, fuit inter alios Consul Balbus, qui primus ædem Volumno & Volumnæ condidisse perhibetur, sitam in regione IX. portæ Corinthiæ vicinam, quæ dicebatur porticus Balbi; alteri contigua ædificio, quod theatrum Balbi nominabatur. Hanc ædem à Balbo conditam, Consules, Senatores & viri illustres sponsalia celebraturi, ingrediebantur: (Ad cuius fortè consuetudinis & ritus imitationem, tum in alijs Galliæ oppidis, tum Lutetiæ & Aurelijs in templis sponsalia celebrantur.) Nec defuit, qui nocte, qua Pompeio Magno Iulij Cæsaris filia desponsa fuit, hæc verba Romæ diceret: Pompeius in deorum Volumni & Volumnæ æde sponsalia celebrare noluit. Itaq; iam nunc vaticinor, matrimonium hoc non fore diuturnum, quemadmodum refert Publius Victor, libr. 3. de nuptijs antiquorum.*

Colebant veteres etiam deum Agrestem, hoc est, agrorum & frugum præsidem, cui non semper, sed bis tantùm quotannis sacrificabant, tempore scilicet sementis & messis, frugibus iam matureſcentibus. Huius numinis veneratores religiosi fuerunt Phryges, qui & Troiani, & Siculi; idque hanc ob causam, quòd vtraq; regio frumenti erat feraciſſima, adeò vt Phrygia Asiæ, & Trinacria (quæ & Sicilia) Europæ granarium horreumve esset.

Aliam præterea deam colebant, Bellonam nomine, in cuius tutela prælio decertantes erant. Nam sicut Christiani anceps commissuri prælium, DEI sui implorant auxilium; ita simili in discrimine constituti veteres ad Bellonam supplices confugiebant. Liuius refert, inter alia, quæ crimini data sunt equitibus, qui cum Annibale ad Cannas conflixerunt, & hoc fuisse, quòd nec Bellonæ, imminente prælio, se commendassent, nec Marti priùs, quàm ad manus veniretur, sacrificassent: Pœnos verò potitos victoriâ, quòd illo die solenne diis suis sacrificium fecissent. Cùm Pyrrhus Rex Epeiri, hoc est, Albaniæ, in Italiam transisset; Romani 37 *illum varia tormentorum genera secum adducere certiores facti, templum Bellonæ ponendum decreuerunt, intra vrbem regione IX. prope portam Carmentalem, eaque ædes Bellonæ nominabatur, ante quam posita erat exquisiti operis columella, † in qua instruendæ aciei modus insculptus erat.*

Erat

Erat alia quoque ethnicis dea, quam Victoriam vocabant. Hanc religiosiùs Romani, quàm aliæ gentes, colebant, vt victoriam Deus ipsis de hostibus daret. Ei multæ & insignes Romæ ædes sacratæ erant; sed maxima & sumptuosissima prope portam † Næuiam in regione XII. in foro, quod vocabant Victoriæ: quod templum forumq́ constitutum fuit anno ab vrbe condita † CCCCLXXVII. ob victoriam, qua potiti sunt Appius Claudius & Q. Fabius in Sicilia, primo bello, quod cum Carthaginensibus populus Romanus, regnante in Sicilia Hierone, gessit: A quo bello victoriaq́ initium immania, diuturna & difficillima bella inter Romanos & Pœnos cœperunt.

Inter alios etiam deum Honorinum prisci coluerunt, cuius munus erat efficere, vt honorarentur ab hospitibus peregrinantes, comiterq́ in regnis ac prouincijs, qua transirent, acciperentur. (Itaque) moris erat Romæ, vt si quis Romanorum iter longinquum institueret, mox illius vxor Honorino sacrificatum iret. Anno XV. aduentus Annibalis in Italiam, inuento carmine in libris Sybillinis: Quandocunque hostis alienigena terræ Italiæ bellum intulisset, eum pelli Italia vinciq́ posse, si Matris Ideæ Pessinunte numen Romam aduectum foret: Legatos Romani in Phrygiam, quæ pars est Asiæ, Troiani regni nomine antiquitus celebrata, ad transportandam Romam deam Berecynthiam miserunt. Et vt legati itinere ex sententia confecto, salui & incolumes redirent, & euntes redeunteśq́ honorificè acciperentur; ædem Honorino intra vrbem extruxerunt, in regione IV. in foro, quod Transitorium dicebatur.

Quicquid humus, pelagus, cœlum mirabile gignunt; id duxêre deos. Prudent. cont. Symm. lib. 1.

13. *Victoria.*

Augustin. 4. ciu. 14. 11.

Deforme sub armis vana superstitio; dea sola in pectore virtus bellantum viget. Sil. lib. 5. Fabr. Rom. cap. 4.

Victoria munus est, non potestas; legionum gratia: nō religionum potentia. Ambros. cont. Symmach. loquens de religione Gentilium.

† 489. *Olympiade.* 129. *Polyb lib.* 1.

Nemo colendam neget, quam profitetur optandam. Sym. relat.

Non in fibris pecudum, sed in viribus bellatorum trophæa victoriæ sunt. Ambr. cont. Sym.

14. *Honorinus.*

Augustin. 4. ciuit. 11.

Hoc erit in consuetudine illicitum, quod ratione constat esse prohibitum. Gregor. discip. p. 576.

An. ab V. C. 546. Marcellus V. Cos. templum Honori consecrauit. Val. Max. 1. cap. 1. Liuius lib. 29.

Qui viam profecturi sunt, Herculi supplicant. Alex. 3. 22.

Placet humanitatis expertes habere diuinitatis auctores? Cic. de diuin. 2.

Εὔηθες τὸ τὰς δυνάμεις τῶν λόγων λίαν ἐξετάζειν. *Aristot. 3. de part. animal. 3.*

Non est credendus Deus, quem homo de sensibus suis componit. Tert. aduers. Marci. lib 1.

Nemo hominum potest dicere, quid veritas est, nisi illuminetur ab eo, qui mentiri non potest. Augustinus Iohan. tract. 14.

CAPVT XII.

De aliis diis magis naturalibus & peculiaribus, quos habuerunt prisci; quæ ideò scribit autor, vt videat Princeps Christianus, quanti sit beneficii, non plus, quàm vnum verum DEVM agnoscere.

38 *Verùm quia nimis longum foret omnes, quos Ethnici habuêre, deos describere, & exponere simul, quibus temporibus, quibusq́ in regnis religiosiùs, quàm alibi culti; quibus denique occasionibus templa ipsis posita fuerint; hanc narrationem concludam, nonnullorum tantùm & nomina referens, & officia, propter quæ fuerunt à gentilibus culti, idq́ vt qui scriptum hoc viderint, perspiciant, quantum DEO debeant, à quo sunt ad fidem Christianam conuersi.*

Iurat Deus per semetipsum, vt vel iuranti Deo credas, alium Deum omnino non esse Tert. aduers. Marci. lib. 2.

Longiore præfatione vel excusare, vel commendare ineptias, ineptissimum est. Plin. 4. 14.

Magna est pietas prodere latebras impiorum, & ipsum in eis, cui seruiunt, diabolum debellare. Leo. serm. 4. de collect.

Portionibus quisque colebat, quo maximè indigebat, placatos deos trepido metu cupiens. Plin. 2. 7.

Singula quosdam inuenta deorum numero addidere. Plin. 25. 1.

Dij habiti, à quibus magna vtilitas ad vitæ humanæ cultum est inuenta. Cic. 1. de nat. Deor.

Nulla res efficaciùs multitudinem regit, quàm superstitio. Curt. lib. 4.

Cauendum, ne quid in Deum aut verbo aut opere aliquando peccemus. Deinde ne quid aduersus homines diuinos. Plato Minoe.

Æsculanus fodinarum metallicarum deus erat, eiq; supplicabant, vt auri argentiq; venas subinde (aperiret ac) patefaceret. Pecunia metallorum erat dea, quam precabantur, vt pecuniosi essent. Fessonia iter facientium numen erat, eamq; rogabant, ne delassari pedibus iter facientes sineret. Diuæ Pelloniæ munus erat hostes terra (arcere &) expellere. Æsculapius ægrotorum deus erat: Qui, si grande esset periculum, Apollinem quoque Æsculapij patrem inuocabant. Spiniensis deus erat, quem venerabantur prisci, vt fruges à carduis spinisq; repurgaret. Rubigo dea munus hoc gerebat, vt vites à brucho, & fruges à locusta defenderet.

Fortuna felicitatis dea erat, cui templum Romæ matronæ temporibus Syllæ & Marij magnificum posuerunt. Diuam Mutam orabant veteres, ne hostes suos loqui sineret; sed eos mutos redderet, quoties malè de se vellent loqui. Agenoriæ deæ munus erat, ne desides eos, qui se ipsi commendabant, esse pateretur. Hanc peculiariter Græci, maximè Philosophi colebant, quando scholas adibant aut ingrediebantur. Dea Stimula expergefaciebat & excitabat negotiantes, ne in negotijs suis cessatores essent. Huius simulacrum Romæ ad fores erat curiæ positum; Eadem litigatorum patrona erat. Murtiam viri iuxta ac fœminæ inuocabant, corpore non macilento tenuiq; esse cupientes; eiq; multa matronæ Romanæ dona offerebant, vt habiliores fierent. Difficiliùs enim Romæ maritum macilentæ, quàm deformes nanciscebantur.

Runcina camporum erat dea, cui sacra faciebant prisci, vt tutelam susciperet herbarum ruri nascentium; eamque Scythæ sanctissimè colebant, qui cum neque oppida, neque domus haberent; sed in campis tantùm viuerent, si armentis suis pabuli copia deesset, perierant. Iugatino montium iuga committebantur, eiq; specus prisci in altis montibus subterraneos faciebant, quò sacra facturi frequentes conueniebant, præcipuè cùm tonaret, aut fulguraret. Vallonia vallibus præficiebatur, eiusq; munus erat refrenare aquæ ductus (& torrentes) ne aquæ de altis ruentes montibus, damnum impetu suo aggeribus aut molendinis, quâ transibant, inferrent.

Dea† Seia religiosè ab omnibus colebatur populis: Erat enim Dea sationis, illique offerre panem de omnibus, quæ spargebant, seminibus solebant. Huius cryptæ aut sacella in campis erant. Sed præter illa Romæ quoque ædem non ita magnam habebat in regione nona, in campo Martio, prope hortos Luculli; & ex hoc templo fons Scipionum (primùm) erupisse

15. *Æsculanus. August.4.ciu.27.*
Mali malorum dæmonum & fictores, & sacerdotes, & cultores. Nazian.orat.38.
16. *Pecunia.*
17. *Fessonia.*
Remouere ficta fatu, DEVS ista præstat vnus. Sidon.9.ep.13.
18. *Pellonia pellendorum hostium dea potens. Arnob. lib.3.*
19. *Æsculapius.*
Σωτὴρ ὄντως ἁπάντων ἐστὶ καὶ γενέτωρ ὁ θεός. *Arist. de mundo.*
20. *Spiniensis.*
21. *Robigus.*
Ouid.4.Fast. Plin.18.29. Varr.de l. Lat. 5.re rust.1.1.

22. *Fortuna.*
Deus vbique non tantùm nobis proximus, sed infusus est. Minut.pag.393.
23. *Muta. Mutio. Alex.4.16.*
Angeronæ sacrificium fit in curia. Varro. de ling.Lat.lib 5.
24. *Agenoria. August.4.ciu.cap.16.*
Περὶ τῶν μυθικῶς σοφιζομένων, οὐκ ἄξιον μετὰ σπουδῆς σκοπεῖν. *Arist. 2. Metaph. 4.*
25. *Stimula.*
Industriæ deas excogitauit prisca sedulitas. Rhodigin.11. cap.2.
26. *Murtia, à murteto declinatum. Varro. ling.Lat.4. Segnium præses.* Arnob.lib.4.
Corpus amant solidum iuuenes, stantesq; papillas Pectore marmoreo. Lucil.29.

27. *Runcina*
August.4.ciuit.cap.8. Iustin.lib.2.
Apud vos quoduis colere ius est, præter verum Deum. Tertul.apolog. 23.
28. *Iugatinus.*
Antiquitas ceremoniis atque fanis tantum sanctitatis tribuere consueuit, quantum astruxerit vetustatis. Minut.pag.357
29. *Vallonia.*
Οἱ θεοὶ οὐδὲν ἧττόν εἰσι κύριοι τῶν ἐν τῇ γεωργίᾳ ἔργων, ἢ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ. *Xenoph.in OEcon.*
Χείμαῤῥοι μικρᾶς ἂν ἐπιλάβονται μόνον εἰσόδου, ὁλόκληρον τὸ ῥεῦμα εἰσάγουσι. Chrysost.orat. Antioch 19.
30. *Seia.*
† *Ceres.*
Sata frumenta, quàm diu sub terra essent, præpositam habere voluerunt deam Seiam. August.4.ciuit.8.
Ἔρχου ἐπ' ἔργον θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. *Pythag.*

39

*erupisse perhibetur. Dea Segetia curam gerebat segetis post factam sementim producendæ. Non memini me legere deam hanc † templum Romæ habuisse. Tutilinæ munus erat obsistere Ioui, * ne grandine segetes (& frumenta, instante iam messe) prosterneret. Eam antiqui sic pingebant, vt Iupiter lapidibus pluere, & ipsa colligere eosdem videretur. Eius fanum erat Romæ in regione decima, ad circum Apollinarem, prope ædem Romuli; & quoties tonabat in eo templo Romani (certatim) multas ad placandam illam faces accendebant, ne grando segetes verberaret. Flora vinearum dea tutelaris cauebat, ne illæ glaciarentur. Huius veneratores religiosissimi fuerunt † Campani, qui primi ante alios vineas in Italia coluisse perhibentur. Maturæ munus erat, vuas perducere ad maturitatem; & in more habebant antiqui, vt quæ primæ maturuissent vuæ, huic deæ, quo loco sedem habebat, offerrentur; & in plerisq; vineis sacellum (& ara) erat, vbi sacra illi fiebant. Ruana præses erat eorum, qui frumenta colligebant, vt ita ea tollerent, ne * fracto culmo grana è spica exciderent. Hanc pingebant veteres cum frumenti manipulo in manu dextra, qui spicas habebat integras (& illæsas.)*

Forculus habebatur (forium) serarum, & pessulorum deus, cui sacrificabant, vt firmiter ianuas clauderet, neque seras effringi (vel clam aperiri) aut claues adulterari sineret. Hunc deum prisci seram catenatam manu tenentem pingebant; eiusq; simulacrum supra portam Trigeminam (& ianuas eorum, qui inimicitias habebant, aut lites) ponebatur.

Limentinus liminibus portarum præerat. Sed nusquam potui inuenire, quæ fuerit huius numinis excogitandi causa. Credo tamen, licet hoc non inuenerim scriptum, eos hunc deum precatos esse, vt (ad ostium fortè accedentes) hostes faceret in limine portæ offensare & collabi, si fortè per incuriam illa aperta mansisset. Portulus deus erat portarum, eumq; geminas manibus portarum valuas tenentem pingebant. Huic deo prisci sacrificabant, ne hostibus portæ, ipsis dormientibus, aperirentur. Huic deo Romani ad omnes vrbis portas sacrificabant, & qui hostes habebant, & in ostio domus eum depingebant.

Carda erat dea cardinis, eiusq; colendæ finis, ne hostes ianuam è cardinibus emouere possent; & hoc si molirentur, vt ex cardinum strepitu, crepituq; dominus ædium hostem in foribus esse persentisceret.

40 *Syluanus vnus ex carissimis & honoratissimis dijs apud veteres maximè Romanos, eiusque munus (ac procuratio) fuit à periculis defendere eos, qui hortos captandæ recreationis*

31. *Segetia. Plinio Segesta, libro 18. capite 2.*

† *In circo max. Fabr. Rom. 10.*

Τὸ ἓν καὶ μόνον ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀγαθὸν εὐσέβεια. *Hermes. Lactan. lib. 2. c 15.*

32. *Tutilina.*

* *Vt frumenta recondita tutò seruarentur. August. 4. ciu 8.*

Οἱ σώφρονες ὑπὲρ ὑγρῶν καὶ ξηρῶν καρπῶν, καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν κτημάτων τοὺς θεοὺς θεραπεύουσιν. *Xenoph. OEcon.*

Tunc flagitat iras in populos Astræa Iouem. Val. Flac. 2.

33. *Flora.*

Vnius procuratio oliueti, alterius hortorum. Varro. rust. 1. 1.

† *Capuani.*

Dijudicatu difficile, vtri potius contemnendi, adorantes an adorata. Nazianzen. orat. 2.

34. *Matura.*

Non degustabant nouas fruges aut vina, antequam sacerdotes primitias libassent. Plin. 18. 2.

35. *Ruana.*

* *Vel culmi frangerentur vel grana.*

Aiunt sana sentientes, contradicere rebus stultis stultitiæ esse maioris. Arnobius lib. 1.

36. *Forculus. Aug. lib. 4. ciu. 8.*

Forculus & Carna à foribus & cardinibus. Tertull. de coron. mil.

Rien ie ne scay, si non que ie scay, que rien ie ne scay, si Dieu ie ne scay. Adag.

Deo vna domus est mundus hic totus. Minut. 393.

37. *Limentinus.*

Limen seruat. August. lib. 4. ciu. 8.

Humana patrocinia dii quærunt, & nisi hominum fuerint assertione protecti, idonei non sunt ipsi, qui defendere suas valeant contumelias. Arnob. lib. 1.

38. *Portulus.*

Θεοὶ κρατέουσι, καὶ ἰθύνουσιν ἕκαστα τηλόθεν ἐγγὺς ἐόντες. *Oppian. ἁλ. β.*

Cuncta Deus replet, Deus est supra, Deus infra. Mantuan. lib. 3. siluar.

39. *Carda, vel Carna. Ouid. 5. Fast.*

Θεὸς συνεργῶν πάντα ποιεῖ ῥᾳδίως. *Prouerb.*

40. *Syluanus.*

Aruorum pecorisq; Deus. Virg. Æneid. 8.

Syluis sua numina tanquam & cœlo attributa credimus. Plin. lib. 12 cap. 1.

Italia consita magis amœnis quàm necessariis fructibus. Liuius lib.22.

Mecœnas mille voluptatibus mentem anxiam fallebat. Sen. Cur. bon. malè. 3.

Δεῖ συνεῖναι θεοῖς ἄρχεσθαι παντὸς ἔργου, ὡς τῶν θεῶν κυρίων ὄντων, ἀδέν ἧττον τῶν εἰρηνικῶν, ἢ τῶν πολεμικῶν. *Xenoph. OEcon.*

41. *Iugatinus.*

Augustin.4.ciuit.11.& 6.9.

De horum fide autor viderit, vt & superiorum.

Omnium mirabilium vincit admirationem, quòd homo diuinam potuit inuenire naturam, eamque efficere. Apul. Asclep. dial.

Quicquid homines sine DEO sapiunt, stultum est. Ambros.1.Cor.3.

Iugus fagutalis ponitur à Victore, in regione V. Exquilina. Sed nihil ad hunc locum.

42. *Bacchus.*

Bacchanalia summâ celebrantur insaniâ. August.6.ciuit.9.

Τὸ παρόλκια ἥντας καταμεθύειν, ἐμικρὸν εἰς βεβαίωσιν τῆς βελτίονος. *Basil. de legend. Græc.*

σὺν οἴνῳ θεὸν ἐξουδένησεν τοῦτον, ὃς ἂν μάνδρας ἀνάγει ἀνθρώπους. *Herod. lib.4.*

† *Numentana. Fabr. Rom.9.*

Quæ quisq; pulcerrima animaduerterat, ea sibi tanquam Deos præstituit. Nazianz. orat.2.

43. *Febris.*

August. 2. ciuit. 14. & 23. Febri fanum in Palatio dicatum. Plin.2.7.

Romani sub Palantino colle febri templum & aram condiderunt. Ælian.12.

44. *Pauor. Liu. lib.1.*

Alios Deos colebant, vt prodessent; alios, ne nocerent. Lact.1.20. Gell.5.12.

Δῶρα διδόασιν οἱ πολλοὶ τούτοις ὃς μίσθοι, ἢ πεῦτα ὅταν μέλῃσι φοβῶνται, μή τι κακὸν ὑπ' αὐτῶν πάθωσι. *Xenoph. Tyran.*

45. *Flora vel Chloris.*

Larentia publicum scortum & prostitutissima Lupa. Tert apol.13 & 24.

Floralia cum omni lasciuia à meretricibus & perditissimis hominibus agebantur. Vide Ouid. 5. Fast.

Horum mentionem habui, non vt fierent, sed vt vitarentur. Fab.5.7.

Inuentor vitii non est Deus. Prudent. Hamartigen.

tionis gratia ingrediebantur; quemadmodum Plinius epistola quadam ad Rutilium scripta meminit. Primus Syluano templum statuit Mecœnas, qui imperante Augusto vixit, & conuiuiorum (comessationum q;) in hortis apparandarum, præ cæteris Romanis, studiosissimus fuit. Erat illud templum in regione vndecima, in area Veneris, prope sacellum Murtiæ, idq; Antonini Pij tempore ingenti terræmotu, qui plurima Romæ prostrauit ædificia, corruit.

Iugatinus coniugum deus, eiusq; munus erat efficere, vt amor, quo se coniuges in iuuenta mutuò complectebantur, ad senium vsque duraret. Spectatu autem mirum erat, quàm religiosè hunc deum fœminæ recens nuptæ colerent, quæq; in templo huius dei dona offerrent. Quòd hic Deus templum habuerit, ex Suetonio Tranquillo patet: Sed à quonam fuerit positum, nusquam reperio, præter quàm quòd Ælius Spartianus author est, Heliogabalum Imperatorem in templo Iugatini ingentem inuenisse pecuniæ vim, quam omnem bello impendit.

Bacchus ebriosorum numen erat, cuius festum Romæ celebrari moris fuit ab hominibus omni sensu orbatis, qui si quem (paullò moderatiorem &) intellectu viderent non plane carentem, è templo mox illum eiiciebant, aliumq; vinolentum eidem substituendum quærebant. Templum Bacchi erat in regione X. in pratis, quæ Bacchanalia dicebantur, extra vrbem, via † Salaria, propè aras deæ Febris. Hoc templum à Gallis, Romam Camilli tempore obsidentibus, fuit extructum.

Dea Febris procurationem habebat febrium, morisque erat Romæ, vt febre correpti mox sacrum deæ Febri curarent fieri. Hæc dea templum non habebat; sed eius simulacrum erat in templo, quod Pantheon quasi omnium deorum vocabatur, ibi sacra illius peragebantur.

Pauor timoris deus erat, eiusq; officium timorem ex animis Romanorum eximere, & fortitudinem illis aduersus hostes ingentem addere. Huius templum Romæ erat in regione sexta, in area Mamuriæ, propè Capitolium vetus. Et quotiescunq; hostes habebant, mox Romani illo loco sacra faciebant, ibiq; Scipionis Africani statua erat ex solido argento, quam Carthagine triumphata dicauit.

Meretrix fœminarum libidinosarum dea fuit, & vt P. Victor refert, XLIV. Romæ vici meretricum, eorumq; in medio templum illud deæ Meretricis fuit. Regnante Anco Martio, quarto inter septem primos Romanorum Reges, fuit Romæ meretrix, patria Larentina, quæ cùm ob formæ præstantiam magnas opes ex arte meretricia quæsiuisset; Pop. Romanum moritura scripsit ex asse hæredem. Itaque

41

Romani

Romani ad tanti beneficii memoriam conseruandam templum condiderunt, omniumque meretricum Deam ipsam fecerunt.

Cloacina cloacarum, & locorum exonerandæ aluo destinatorum dea fuit, cuius opem implorabant, qui colico dolore laborabant, vt purgando ventri opitularetur. Quies deliciarum & recreationis dea fuit, cui magnifica Romani faciebant sacrificia, vt quietem ipsis animique relaxationem daret, maxime illo die, quo Romæ triumphabatur, multaque in illius æde dona offerebant, vt lætitiam illam gloriamq; perpetuam faceret. Huic Numa Pompilius, Rex secundus Romanorum, templum extra vrbem posuit, vt HOMINEM, dum in vita hac manet, quiete frui non posse demonstraret.

Theatricæ theatrorum procuratio fuit, quando ludos Romani celebrabant. Huius deæ inueniendæ caussa fuit, quod aliquoties, cum agendis comœdiis (aut conficiendis bestiis) Romani tam ampla extruerent theatra, vt XX. hominum millia orchestra, & totidem inferior caperet cauea ludos spectantium, accidebat, vt trabibus nimia mole fractis, inferius spectantes opprimerentur, atque ita ludus in luctum conuerteretur, quique ad occidendas venerant bestias, ipsi extincti in theatris iacerent. Itaque Romani, vt erant in omnibus prouidi, sacra deæ Theatricæ facienda decreuerunt, vt à periculis ipsos theatrorum custodiret, eique templum in regione IX. in vico Corneliorum, prope fornicem Fabianum condiderunt, quod Domitianus XII. Romanorum Imperator euertit, quoniam cum ludis interesset, theatri ruina multi perierant. Quoniam ergo Dea Theatrica non custodierat theatrum, templum illius Imperator iussit euerti. Hæc forsitan iis, qui pauca legerunt, (fabulosa &) noua videbuntur: Sed legant Ciceronem in libris de Natura deorum, Iohannem Bocacium de genealogia deorum, † Pollionem de diis antiquis, & D. Augustinum lib. I. XI. & XIIX. de Ciuitate Dei, (& his plura quoq; inuenient.)

Tantum relligio potuit suadere malorum: Lucret. lib. I.

46. *Cloacina.*

Rebus turpissimis & maxime ridiculis colendis seipsos ignominia notarunt, cum eis Deo debitam gloriam tribuerent. Nazi. orat. 2. Aug. 4. ciu. 16.

47. *Quies.*

Fanum Quietis via Lauicana. Alexand. 2. cap. 4.

Requies laborum est condimentum. Plut. de lib. educ.

ἐκ ἐστι πόλιν οἰκεῖν, ἢ ἀνθρώποις ὁμιλεῖν, μὴ λυπεῖσθαι. Socr. Stob. fol. 788.

Veo nunca venir placer sin contraria zozobra en esta triste vida. Celest. 157.

48. *Theatrica.*

Theatrum priuum consistorium impudicitiæ, Ter. 7. de spect.

Ille locus casti damna pudoris habet, Ouid. 1. art.

Fidem theatri ruina L. millia hominum perierunt. Tacit. IV. annal.

Nihil est nobis dictu, visu, auditu, cum insania Circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, cum Xisti vanitate. Tertul. de pallio.

Nostra regio tam plena numinib. vt facilius possis Deum, quam hominem inuenire. Arbit. Satyr.

Literata potius curiositas, quam iusta delectatio. Sym. lib. 4. c. 30.

Simplici mente & anima diuinitatem colere, eiusque facta venerari: agere etiam Dei voluntati gratias, quæ est bonitatis sola plenissima. Hæc est nulla animi importuna curiositate violata Philosophia. Apul. Asclep. dial.

Vnus nostra regat seruetque palatia Christus. Prudent. cont. Sym. 2.

† *Aut* P. *Victorem.*

Vnus verus magister, qui solus non didicit, quod omnes doceret, Ambros. 1. offic.

Aliorum status certior futurus, si mens principis victa non fuerit, Leo serm. anniu. 3.

In mandandis honorib. nobilitas maiorum, claritudo militiæ, illustres domi artes spectandæ. Tacit. 4 annal.

In augenda re, non auaritiæ præda, sed instrumentum bonitati quærendum. Cic. pro C. Rabir.

CAPVT XIII.

Tiberium virum nobilem Imperii gubernatorem creatum, tantum quod vere Christianus erat.

42 *IBERIVS Constantinus quinquagesimus fuit Romanorum Imperator, & * Iustiniano minori successit. Is Iustinianus Princeps fuit pessimus, quem Paulus Diaconus (lib. 18.) fuisse memoria contemtorem pauperum, spoliatorem diuitum, cumulandæ pecuniæ studiosissimum, ab*

* *Iustino.*

Discant qui regnare cupiunt, non rapere, sed mereri imperia. Vopisc. in Tacit.

Iustinus) *titulo Imp. animo pecuniæ miserabile mancipium. Val. Max. 9. cap. 4.*

ἐκ τὸ πλεῖν καλὸν, ἀλλὰ τὸ ἐκ καλῶν πλεῖν. *Stob. fol. 755.*

Iuuenal. Sat. 14.

Auarus tam stultus est, vt sibi prodesse non possit. Fulgent. mythol. 12.

Auaritia liberalitate depellitur; & onera diuitiarum fiunt instrumenta virtutum. Leo. serm. 5. ieiun. 7. mens.

ἐτιμάζοντας ἄνδρας εἶς τὰ σφέτερα τὸν βίον, ὡς βιησόμενοι μᾶλλον τὸν βίαν. *Plut. Stob fol. 758.*

Pelagianus.

Qui facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. I. C.

Qui errat in minimis paulatim ad maiora prolabitur. Saresb. 2. 27.

Apostoli de mortuis suscitabant; Hæretici de viuis mortuos faciunt. Tert. de præscript.

Phreneticus.

In iudiciis Dei nihil vacat à seueritate iusticiæ, nihil à miseratione clementiæ. Leo. de ieiun. x. mens. serm. 1.

Videt hoc, videt ille deum Regnator, & ausis Sera quidem, manet ira tamen. Stat. Theb. 5.

Misericorditer adhibet Deus temporalem seueritatem, ne æternam inferat vltionem, Gregor. discip. pag. 584.

ἀεικὲς δὲν, ἔσωμαι νέσον μεγάλην νοσέων, μηδὲ τὰς φρένας ὑγιαίνειν, *Herod lib. 3.*

Secuta anceps valetudo iram deum affirmauit. Tac. annal. 14.

Morbi ad iram Dei antiquitus relati. Cels. lib. 1. procem.

Ira Dei est principium pœna, atque ideo non potest curari. Oros. 7. c. 28.

Curatorem accipit Tiberium. Cic.

Me dissolutu quidem quispiam se, nisi in eius fidem tradit, cuius sibi virtutes existimat profuturas. Vopiscus in Probo.

Difficilis est cura rerum alienarum. Cic. 1. offic.

Gregi familiari præesse gratius, quam alieno. Naz. Orat. 17.

Sani ægrotant, qui aliena negotia curant. Epictet. altercat.

† *Verba Paulli Diaconi.*

Optemus Principem dulcissima pace gaudentem, pietate religiosum, benignum mente, sanum corpore, moribus castum, conscientia securum. August. 4. ciu. 3.

* *Ac sane feliciter cessit illa Romanorum electio. G.*

Oremus) vt sint imperio digni, quos ad regendi necessitatem vis fatalis adduxerit. Lampr. Hel. ext.

Conscias mali mentes metus implet; quis integer est animus, his omnia tuta videntur. Æne. Syl. hist. Boh. cap. 71.

eadem eroganda alienissimum. NON *dubitat enim auarus, quæ est naturæ prauitate,*

Vt locuples moriatur, egenti viuere fato.

Fuit huic Imperatori tanta cupiditatis rabies, vt arcas (ci staſq;) iuberet ferreas fieri, & in Palatio poni, in quibus ea, quæ rapiebat, auri talenta congregaret: Quod quidem mirum nemini videri debet. Nam secundum Senecam, PRINCIPES *auari non solum suos: sed et seipsos suspectos habent.*

Erat atem illo tempore inquinatissima Ecclesia hæresi Pelagianorum, cuius infelix ille Imper. Iustinus & patronus & caput erat: ita vt sibi diuitias cumularet, & Satanæ animas lucraretur Nam QVI *semel sunt à Deo derelicti, non tantum Satanæ se mancipant: sed Orci etiam censui augendo operam nauant strenuam.*

Cum autem multa (& grauia) sint hominum peccata, & occulta (atque arcana) DEI *iudicia, cumq; sæpenumero vbi misericordia saluare animas vult, etiam iustitia castigare corpora velit: cum appareret, quanto progrederetur vlterius, tanto grauiorem damnationem cumulari: improuiso, cum morbi signum nullum præcessisset, Iustinus amisso rationis intellectu, amens effectus est: qui casus tam subitaneus magno Romanis terrori (ac mœrori) fuit. Nam quia* PRINCEPS *in mentis alienationem inciderat, mutum erat imperium Romanum. Porro tanta fuit Imperatoris insania, vt vnus idemque dies & vitam & ætiam tandem finierit. Nam* MORBOS, *quos principibus* DEVS *immittit, non ex humorum intemperie: sed ex morum prauitate ortos, nec medicus vllus curare, nec medicamentum vllum tollere potest.*

Videntes ergo Romani, iusto Dei iudicio Imperatorem ob peccata in phrenesin incidisse prorsus incurabilem, virũ decreuerunt eligere spectatum, cui gubernacula rei publicæ committerentur. MAIORE *enim & tolerantia & prudentia (diligentiaq;) opus est ad curandas aliorum opes, quam ad regendam domum propriam. Porro virum nobilem, Tiberiũ nomine, sors designauit, † hominem reuera castum, iustum, vtilem, sapientem, strenuum, clementem, eleemosynarium, in iudiciis æquum, in victoriis clarum, & quod his omnibus supereminet, verissimum Christianum.* *NEQVE *sane parui beneficij loco habendum, si Princeps sit verus Christianus.* NVLLA *enim est felicior respublica, quam quæ à sinceræ conscientiæ Principe (aut præfecto administratur &) gubernatur. Ac ne qua virtutum earum quæ in bono Principe requiruntur, careret,* TIMEBATVR *à multis, amabatur ab omnibus: quod quidem haud* 43

parui

parui æstimandum: Cum MAXIMVM sit Principum decus, tum ob morum suauitatem diligi, tum ob æquabilem iusticiæ tenorem metui.

Fuit autem vxor Iustini Imp. Sophia Augusta heroina pulcra & sapiens, & quod ad ipsius attinebat personam, famæ (quo nihil præstabilius) satis secundæ. NIHIL enim in omni vita diligentius cauere fœminæ debent, quam ne sermonum de se sinistrorum caussam præbeant. Veruntamen auaritiæ notam non effugit Augusta, quia nimis & cumulandis fatigabatur, & inspiciendis oblectabatur, pecuniis: in iis vero erogandis duplici (quod auaris euenire solet) cruciatu afficiebatur. AVARI enim vitæ dispendium floccipendunt, dummodo opes crescant.

*Cæterum Tiberius Constantinus vbi Imperij administrationem accepit, Sophiæ Augustæ diuitias immensas videns, (eas illi ademit) & prodesse potius reipubl. quam aceruare sibi thesauros cupiens, hoc vnum agebat, vt monasteria extrueret, Xenodochia instauraret, pupillas dotaret, captiuos redimeret. Nam vt more Christiano loquar, QVICQVID necessitatib. nostris superest, piæ benignitati debet impendi. Deniq; Princeps hic pijssimus ea, quæ Principem Christianum, non tyrannum decent, faciebat (omnia, quod maximam illi gloriam peperit.) TYRANNI enim Principis proprium est thesauros aggregare alienos, eosq; postea propriis impendere *viciis. (at cum eos vni collectos, plurib. distribueret Tiberius:) Sophia Augusta, Iustino insania laborante, nec sese expilare subditos ac spoliare diuites posse, & Tiberium immisericorditer thesauros suos dilapidare animaduertens: partim animo ægro satisfactura, partim tentatura, num quod afferre in posterum remedium posset: quodam die Tiberium ad se vocatum in hanc sententiam, remotis arbitris, allocuta est.*

CAPVT XIV.

Oratio Sophiæ Imperatricis ad Triberium Constantinum, administrandi Imperii socium; quæ huc tota refertur, vt Tiberium tanquam in erogandis imperii thesauris nimis profusum increpet.

44 *Recordari te, Tiberi, credo, dum esses Alexandriæ, nunquam te cogitasse futurum, vt Iustini curator, imperijq; gubernator esse merereris: aut vt maxime id cogitares de consequendo eo te non cogitasse. Es enim vir sapiens. VIR autem SAPIENS, prout magis minusue à fortuna-*

Sine metu ac seueritate administrari ciuitas non potest. Cic. 1. offic.

Tutum est reuerentiam, tutum charitatem mereri. Plin. Paneg.

Non sat tuum officium te fecisse, si non id fama approbat. Terent. Phorm. 4. 5.

Auaritia nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miserrima. Val. Max. 9. cap. 4.

τῶν φιλαργύρων πλοῦτος οὐδένα τῶν ζώντων εὐφραίνει. *Socrat. Stob. fol. 759.*

Aurelianus amicos suos honeste ditauit, & modice, vt miserias paupertatis effugerent, & diuitiarum inuidiam patrimonii moderatione vitarent, Vopisc.

οὐ μόνον πρὸς τὰ ὑπάρχοντα προστιθέντες πλουσιώτεροι γίγνονται, ἀλλὰ καὶ ἀφαιροῦντες τῶν δαπανημάτων. *Arist. Rhet. 1. 4.*

Ne tua priuatis crescant æraria damnis. Claudia 4. Cos. Honor. 499.

Bona Deus non magis possidenda dedit, quam dispensanda commisit. Leo de collect. serm. 5.

βασιλεὺς ἐρασιχρήματος αἰσχίων καπήλου ὁ μὲν γὰρ ἔνδειαν οἴκου προμυθεῖται τῷ δὲ ἀποφάσιστος ἡκακία τῆς γνώμης. *Synes. orat. de regno.*

Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει. *Menan.*

* *deliciis.*

Pessima mala, ac diuersa inter se luxuria, atque auaritia. Sal. con. iur. catil.

Auaritia & luxuria omnia magna imperia euerterunt. Liu. l. 34.

Non expleturas cogit auarus opes. Boet. de consol. 3. 3.

Ad iustitiam Principibus reputatur, cum temperant ab iniuriis & facultas delinquēdi est eis materia meritorum. Sarcib. 4. 10.

Languescet industria, intendetur secordia, si securi omnes aliena subsidia expectabunt, sibi ignaui, Principi graues. Tacit. Annal. 2.

τὸ νικᾶσθαι χρήμασι πᾶσαν καὶ ῥήτορος καὶ πολίτου. καὶ ἰδιώτου καὶ ἄρχοντος ἀρετὴν ἀφανίζει *Thuc. Schol. lib. 2.*

Is amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum peruenit, non qui ascendit per alterius incommodum & calamitatem. Cic. pro S. Rosc. Amer.

Τῇ ἐλπίδι ἐπαιρόμενοι κινδυνεύουσι. Thucyd. lib. 3.

Spes improbissimas complectuntur insperata assecuti. Sen. 1. de clem. 1.

extollitur, ita & sibi & cogitationibus suis habenas vel contrahit vel laxat. At QVI vano sunt ingenio, & nihilominus corporis robore volunt efficere, vt fortuna vtantur prospera; vitam agunt perpetuo insuauem. NIHIL enim vitam magis abbreuiat, quam vana spe animum pascere. Cum ergo talis esses, qualis eras illis temporibus, & in magna apud Iustinum (maritum meum) gratia; populus te postulauit, Senatus elegit, exercitus comprobauit, totumq; imperium electione tua lætatum est; quod non in exiguæ loco felicitatis est ponendum. RARVS enim est voluntatum omnium in vnius electione consensus.

*Mihi quidem non displicuisse, persuadeas tibi, velim, Tiberi, vt propter Imperatoris inualetudinem, tibi gubernacula traderentur Imperij; & si in alia, atque fui, sententia fuissem; pro certo habeto me neque id dicturam, neq; refragaturam (electioni tuæ) fuisse. TAM parum enim fœminæ authoritatis habemus, vt plus in aliorum sententiam (qualemcunque) transeundo, quam * optimam dicendo lucremur. Postquam autem ad tam sublime te fastigium fortuna euexit; etiam te atque etiam rogo, admoneo & exhortor, vt in eo moderate te noris gerere. Nam AD HONOREM consequendum sudor corporis sufficit; ad eundem vero conseruandum sanguineæ cordis lacrymæ opus sunt.*

Non te fugit, IN AVLIS Principum imperandi potestatem, authoritatem, existimationem & opulentiam maiorem non raro ambitioni potius (& importunitati) humanæ, quam meritis personæ concedi; quod quidem SÆPENVMERO permittit DEVS, vt turpiter descendere & ruere videamus eos, quos superbe ascendere & prosperari vidimus. Tu Tiberi vir es; ego fœmina sum: Tibi prudentiam tribuo; mihi longam sumo experientiam: Tibi multa contigisse fateor; sed ego quoque plurima in vita vidi. Cuius rei vt tibi fidem faciam, tui similes viros DVPLICI modo in aulis Principum pessum ire dico; Vno, CVM se multum mereri, sed parum posse rentur. SVPERBAS enim cogitationes animi perturbatio perpetua comitatur. Altero, CVM vnus aliquis tum Imperatori, tum Imperio vult imperare, quo nihil adeptu difficilius: quod vt maxime contigerit alicui: tamen & cum labore parabitur, & cum periculo conseruabitur, & exiguo durabit tempore. Namque FIERI non potest, vt in nimia Principum familiaritate fidem præstet fortuna diuturnam. 45

SIS LICET prudens & sapiens: tamen autor tibi sum, vt consilio semper vtaris alieno, maxime in negotiis gubernationis. MVLTVM enim inter hæc interest, (recte) imperare

Plus ratio, quamuis cæca valere solet. Corn. Gall.

Nihil grauius, quam destitutæ spes torquent. Fab. declam. 12.

Spes anxia mentem extrahit, & longo consumit gaudia voto, Stat. Theb. 1.

L'infinita speranza occide altrui: Petra. Canz. 22.

ὁ εὐδοκιμῶν οὐ μικρὰ τοὺς ἑλομένους ὤνησεν. Onosand. 1.

Suffragia mundi nullus emit. Sidon. Car. 7. 579.

Facilius consentit vnus, quam multi. I. C.

Πάντων ἐστὶ δυχερέστατον τὸ πολλοῖς ἀρέσκειν. *Demosth. Stob. fol.* 523.

Non oportet in vrbe nutrire leonem: sin autem alitus sit: obsequi ei conuenit. Saresb. 8. 14. ex Val Max. 7. 2.

ἐγὼ γυνὴ μὲν εἰμι, νοῦς δ' ἐνεστίμοι αὐτὴ δ' ἐμαυτῆς οὐ κακῶς γνώμης ἔχω. *Aristoph. Lysistrat.*

**Nostram, licet æquiss. & optimam propugnando. G.*

Temerarium est, secundis non esse contentum. Plin. 4. epist. 9.

Fortuna, cui tantum licet, reuerenter habenda. Flor. 2. 12. & Auson. epigr. 8.

Ornamenta ista & beneficia P. R. non minore negotio retinentur, quam comparantur. Cic. Verr. 5.

Sæpius gratiosi, quam digni præualent. Plin. paneg.

Quanto quis altius elatus erat, eo fœdius corruit. Liu. lib. 30.

Pœna superbiæ deiectio. Fulgent. mythol. 3.

Heu nunquam stabilem sortita superbia sedem! Auson. de Capua.

Regum consuetudo flammarum naturæ similis: quæ sicut paullulum à se remota illuminant, ita satis admota sibi comburunt. Sidon. 3. ep. 3.

Χρῆσθαι δεῖ ταῖς δυνατῶν φιλίαις, οὐ καταχρῆσθαι. *Synes. epist.* 63.

Familiares suos regia potestas sæpe incolumis, sæpe lapsa prosternit. Boet cōsol. 3. 5.

Breues & infausti sunt Principum amores. Tacit. annal. 2.

Citius, quam ascendas, decides. Macrob. 2. Saturn 7.

Difficile est scire parere: difficilius scire hominibus imperare. Nazi. orat. 21.

οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξαι μὴ ἀρχθέντα. *Arist.* 3. *polit.* 4

rare nosse, aut obedire nosse. Hoc enim ingenii bonitate contingit: illud autem non nisi longa discitur experientia.

HANC (ergo) regulam perpetuam teneto, ne quod rogando obtinere possis, imperando tentes efficere. Nam IMPERANDO formidabilis, rogando amabilis fies.

HOC in aulis Principum versantes ægerrime ferunt, parum se posse, parum habere, & parum valere (ac proficere.) QVI enim minime se gratiosum videt, animo abiecto obtorpescit. Ex aduerso hoc MAGNIS Principum amicis exitio est, multum posse, & multum valere, atque insuper potentia magis quam sapientia, autoritate quam ratione niti. NEQVE enim diuturna Principis familiaritate frui potest, qui suo cuncta in republica arbitratu administrat.

Hæc eo spectat oratio, vt me tum prudentiam tuam vehementer mirari, tum tolerantiam meã stupere scias, dum video thesauros à Iustino & plurimo cum labore congestos, & magna cura custoditos, tam inconsiderate iam abs te (expendi & dissipari, quod te mirari non decet. NEMO enim quantumuis tolerantissimus, videre sustineat, bona à se (tanto labore) parta, manu prodigi & disperdi aliena.

Scito Tiberi fore propediem, vt nec quas asseruemus, nec quibus alios iuuemus, pecuniæ suppetant: quo nihil in aulis Principum periculosius. FAMA quippe abundantiæ pecuniarum hostes (timidos &) Principi subiectos facit. (Proinde) NECESSE est Principes & virtute eminere, & (diuitiis atque) opulentia. Illa enim suos gubernant: hac vero exteros (refenant &) coercent. Vt autem Principem minime pauperem, ita ipsius etiam Rempublicam opulentam esse necesse est, Nam EX NIMIA subditorum inopia (& egestate) multa nascuntur inter ciues scandala. Vicissim vero, SI OPIBVS firma (& copiis locuples) sit Respublica: non est Principi paupertas valde pertimescenda. Equidem haud inficias eo, BONVM omnino esse pauperib. prospicere, & inopia pressis succurrere: Sed simul etiam dico, NEMINEM necessitate astringi ad pecunias priuatis dilargiendas, quæ publicæ asseruantur saluti. Quippe NIMIA de suo largiendi liberalitas, eo Principem sæpius adigit, vt in capiendo postea tyrannus fiat alieno.*

46 *Crede mihi Tiberi, PAVCOS inuenies Principes, qui non sint aut superbi, aut ambitiosi, aut vitiosi. Siquidem IVVENTVS,† solitudo, libertas & diuitiæ acerrimi vitæ honestæ hostes sunt. Non omnes quidem Principes malos fuisse aio: Veruntamen non multos bonos fuisse, & qui boni vel sint vel fuerint, tanto maiore* obseruantia colendos affirmo. NON enim felicia appellari possunt tempora, nisi quibus Principes virtute præstantes rerum potiti sunt.*

Non sustinet dominus esse, qui non sustinuit esse sub domino Sidon. 2. 13.

Πείσας λάβε, μὴ βιαζόμενος. *Laert. Volater. lib.* 28.

Quisq; pauet, quib. ipse timori est. Lucan. lib. 5.

Vt sit virtus incolumis, à Curialium vita diuertendum est. Saresb. 5. 10.

Qui plus quærit esse, quam licet, minus erit, quam est. Fulgent. mythol. 2.

οἱ παρὰ τοῖς βασιλεῦσι δυνάμενοι ταῖς τῶν ἀριθμητικῶν ψήφοις ὅμοιοι. Solon. Plut. apoph.

Potentia aulica raro sempiterna. Tacit. annal. 3.

Qui regias Principum sequuntur, pro Regis voluntate nunc beati, mox miseri. Polyb. lib. 3.

Τὰς οὐσίας αἱ μικραὶ δαπάναι δαπανῶσι πολλάκις γενόμεναι. Aristot. 5. polit. 8.

Prouidendum, vt ratio quæstuum & erogationum necessitas inter se congruunt. Tac. annal. 13.

Quam arborem conseueris, sub ea legere alium fructum indignum est. Liu. lib. 10.

Principis diuitiæ subditorum securitas ac copia. Dio. lib. 52.

Si exinanitus fuerit Princeps, nihil est, quod membris valeat impartiri. Saresb. 16. 24.

Dissolutio imperii sequitur, si fructus, quibus resp. sustinetur, diminuantur. Tacit. annal 13.

Necessitas temporis, excusat onera iussionis. Cassiod. 4. 21.

Vectigalia imperii patrimonium. Flor. 3. 31.

Populus contritus erigere vires Principis non potest aut non vult Saresb. 5. 6.

Non sibi, sed domino grauis est, quæ seruit egestas. Lucan. lib. 3.

* *Cic. Attico* 8. 11.

Si quantum pauperum est, venire huc & petere pecunias cœperint: singuli nunquam exatiabuntur, resp. deficiet. Tacit. annal. 2.

Sequuntur largitionē rapinæ. Cic. offic. 2.

Non debet discooperiri vnum altare, vt alterum cooperiatur. I. C.

χαρίζεσθαι πολλάκις πολλοῖς οὐ ῥᾴδιον, μὴ ἄλλον ἐφαιρούμενον. Dio. Prus. orat. 6.

In omnibus seculis pauciores viri reperti sunt, qui suas cupiditates, quam qui hostiũ copias vincerent. Cic. 15. ep 4.

† *Inæqualitas.*

Νεότης μετ' ἐξουσίας αὐτοκρατοῦς, ὁρμαῖς ἀκαθέκτοις χρωμένη, κακὸν δύσμαχον γίνεται. *Philo. Stob.* 520.

* *laude dignos.*

Annus bonus de magnis non tam fructibus, quam poteſtatibus exiſtimandus, Sidon.3.epiſt.6.

Penuria pernicioſæ cupiditatis mater. Nazianz.orat.23.

ἀδύνατον ἀποροῦντα καλῶς ἄρχειν καὶ σχολάζειν. *Ariſt.2.Polit.11.*

Πολλοὺς ἡ πενία βιάζεται ἀνάξι, αὐτῶν ἔργα παρὰ φύσιν ποιεῖν. *Menand. Stob.* 775.

Prima & maxima peccantium eſt pœna, peccaſſe. Sen. ep.97.

Dulcedo mellis ſi aſsidue ſumatur, horreſcit.Caſſ.7.epiſt.36.

Voluptatum appetentia plena anxietatis, ſatietas pœnitentiæ, Boet.3. conſol.7.

Tutius eſt vnum, vt omnes defendat, ab omnibus habere, quam non habendo, per vnum omnes deperire. Suger. vita Lud. Groſsi.

Parum tuta maieſtas ſine viribus eſt.Liu, lib.2.

Nemo non prius in ſe, quam in alterum peccat. Auguſt.Proſp.lib.1.

ἀπὸ χρῶσα ἡ πονηρία δίκη τῷ πονηρῷ. *Syneſ epiſt.* 22.

Pernicioſa res eſt in imperante tenuitas. Caſsiod.1.19.

ἡ πενία στάσιν ἐμβοιεῖ, καὶ κακουργίαν. *Ariſt.6.polit.6.*

Nulla reſp. ſine ſumtib. conſtare poteſt. Dio.lib.52.

In re militari maior aſpectus habendus peritiæ, quam morum aut virtutis. Ariſt.5. polit 9.

In eam partem potius peccandum, quæ eſt cautior. Cic.pro S.Roſc.Amer.

In vno annulo boni Principes poſſunt perſcribi, atque depingi. Vopiſc. Aurelian.

Indigentiam iuſte fugimus, quæ ſuadet exceſſus. Caſsiod.1.ep.19.

Non ſunt benefici, qui aliis nocent, vt in alios liberales ſint: Cic.off.1.

Ærarium, ſi ambitione exhauſerimus, per ſcelera ſupplendum erit. Tacit. annal.2.

Regiæ diſciplinam ingens pecuniæ inopia magnopere turbat. Niceph. Greg. 4.12.

Si verus Deus colatur, eique ſacris veracib. & bonis moribus ſeruiatur, vtile eſt, vt boni longe lateque diu regnent, neque hoc tam ipſis, quam illis vtile eſt, quib. regnant. Aug.4. ciu.3.

εὗρε δὲ κεὐθόμενον χρυσοῦ κτέαρ ἦ ῥα δικαίοις ἀνδράσιν εὐσεβίης οὐκ ἀπόλωλε χάρις. *Epigr lib.* 1.

Omnino ſic habeto Tiberi, MVLTOS Principes natura minime malos, & bono præditos ingenio, in tyrannos degeneraſſe, non aliam ob cauſam, quam quod ad paupertatem fuerunt redacti. ANIMVS enim excelſus inopia & egeſtate ſubactus in aleam mittit omnia. Porro hoc etiam, Tiberi, affirmo, SI OB penuriam nimiã Principes in tyrannos degenerant: non minus eoſdem ob nimiam abundantiam in vicia prolabi: Quod ſi fiat: PRINCIPES in ipſis viciis pœnas inueniunt viciorum. Siquidem HOC delitiæ nimiæ incommodi habent, quod nullum ex ſui ſuauitate fructum percipi ſinunt.

Quamobrem ex te nunc quæro: Vtrum ſit melius, vel vt verius loquamur, vtrum malum ſit leuius, Principem pauperem ſimul & tyrannum, an diuitem & ſimul vicioſum eſſe. Me quidem iudice, SATIVS eſt eum diuitem & vicioſum, quam pauperem & tyrannum eſſe. Etenim viciorum damnũ ſi quod eſt, ad nullum magis quam ad ipſum: diuitiarum vero (& opulentiæ) fructus ad populum vniuerſum redundabit. Sin autem pauper (& tyrannus) eſt: tyrannide quidem multis nocebit: paupertati vero nulli proderit. PRINCEPS enim pauper nec diuitibus ſuppeditare, nec egenis ſuccurrere poteſt, Omnino MVLTO & vtilius Reipubicæ, & tolerabilius ſubditis eſt, Principem malum virum, & bonum Principem, quam malum Principem, & virum bonum eſſe. Nam ſecundum Platonem, (vt dicta magis confirmem) Athenienſes recte fecerunt: qui Principes potius (ciuitati) vtiles: quam virtute præſtantes optarunt: Lacedæmonij vero peccarunt, qui Principes virtute præſtantes vtilibus prætulerunt.

Vides ergo Tiberi, AD Securitatem & vtilitatem Reipublicæ plus facere, ſi pecuniis (opibuſq;) abundent Principes, quas inter officiarios diſtribuant: quam ſi ex paupertate rapiendi & exactionibus ſubditos onerandi occaſionem capiant. Siquidem PRINCIPVM indigentia grauium exactionum & tributorum ſeminarium eſt.

CAPVT XV.

Tiberii ad Sophiam Auguſtam reſponſio, qua demonſtrat, Principes vt generoſi ſint 47
non neceſſe eſſe, vt theſauros cumulent: Subiicitur hiſtoria quo pacto DEVS Tiberio, quod ſyncerus eſſet Chriſtianus, theſaurum ingentem in palatio defoſſum reuelarit.

HANC

HANC Tiberius commonefactionem æquissimo accepit animo, & debita cum reuerentia Sophiæ Augustæ in hanc sententiam placide modesteq; respondit: Audiui, Serenissima Princeps Augusta, quæ attulisti, & commonefactiones accipio, gratiasq; tibi pro communicato consilio singulares ago: ac tanto quidem maiores, quanto grandiore & exquisitiore in eo dando orationis genere vsa es. SÆPE enim à cibis abhorrent ægroti, non tam quod parum boni sunt, quam quod minus scite apparati.

Vtinam autem immortali Dei beneficio, quanta tibi dicendi, tanta mihi præstandi ista omnia contingat facultas! quod à me in dubium vocari mirum tibi videri neutiquam debet, cum IN LAVDANDIS actionibus virtutis vehementer feruere: in ijsdem facto præstandis admodum tepere soleamus. Veruntamen, seruata in dicendo ea, quam tali tantæq; heroinæ debeo, obseruantia, ad singula orationis tuæ capita vnico verbo respondebo. ÆQVVM enim est, vt cum ipsa, quid de meis tibi videretur actionibus, declaraueris. & ego quid in verbis tuis assecutus sim, ostendam.

Nunquam me cogitasse, inquis, dum Alexandriæ agerem fore vt Iustini curator, & imperii gubernator constituerer: neque animum mihi vnquam id promerendi, ne dum assequendi fuisse. Ego vero respondeo, si tum temporis rationis imperio obtemperabam, me non debuisse promerendæ tantæ dignitatis, nedum consequendæ tantæ eminentiæ cogitationem suscipere: cum PAVCI profecto sint, qui summum honoris dignitatisq; fastigium virtute mereantur, & multo pauciores, qui illud etiam meriti consequantur. Sin autem sensuum iudicio hac in re stare libet, pro certo tibi, Augusta confirmo, me non solum de promerendo illo cogitasse: sed eiusdem etiam obtinendi spem habuisse, quod mirari minime debes. ITA enim comparatum est, vt QVANTO minus est meritorum, tanto plus adsit præsumtionis.

Quod me virum ais tibi sapientem visum esse, qui pruden-
48 *tiæ freno prauas cupiditates coercerem: Prudentiam meam te cognouisse respondeo, in rebus vel propriis vel alienis: Si in alienis: cum id nullis mihi constaret sumtibus, semper amans fui iustitiæ. NEQVE enim vllus est mortalium adeo peruersus qui sumtibus alienis liberalis sibi nomen parare non gaudeat. Sin in propriis me rebus cognoscebas: vide ne leuiter Augusta fallaris, Sic enim habeto, NON ESSE quenquam adeo vel prudentem, vel veracem, vel iudicio rectum, quem non transuersum proprij emolumenti impetus auferat.*

Viros

Tenere in sua potestate motũ animi, non mediocris est ingenii. Cic. ad Q. fr. 1. ep. 1

Γλώσσης μάλιστα πανταχοῦ πειρῶ κρατεῖν. *Prou.*

Gratias agit pro commonefactione;

Nunquam sine querela ægra tanguntur. Sen. 3 ira. 10.

Propter fastidia plurimorum alimenta condienda sunt. August. 4. doct. Christ. 17.

Plerunq; dictorum virtus perditur, si intempestiue proferantur. Greg. 30. moral. 11.

οὐδεὶς ἰσχύει τὴν ἐξουσίαν τηλικαύτῃ παιδεύειν, εἰ μὴ λογισμὸς οἰκεῖος, *Agapet.*

Ea libertate, quam interrogando Sophia fecerat, vsus; Curt. lib. 8.

Par vertu doiue estre Honneur acquis. Marot. iudic. Mino. 22.

Re succumbere non oportet verbis gloriantem. Cic. Tusc. 2.

Multa esse oportet in eo, qui alterum accusat. Cic. orat. 4.

Licentiam sibi quisque dari vult in alterum, in se non vult alteri. Sen. 2. de ira. 31.

Innocentia eloquentia est. Apul. apolog. 1.

ὅσον ἐστὶ γρήσιμον δεχόμενον εἰδέναι θεῖ τί χρὴ καὶ παριδεῖν. *Basil. de leg. script. Græc.*

Quod animo *sentit, id vultu promtũ habet & lingua:* Cic. pro Cn. Plancio.

Tanta est mortalibus regnandi cupido: nemo se regno indignum putat. Æn. Syl. hist. Boh. c. 6

Locum principem contemnere princeps sapientia est. Nazi. orat. 13.

Nihil conemur, quod mox adepti quoq; successisse miremur. Sen. de ira. 3 cap. 7.

Πρῶτόν τις ἐπινοεῖ, εἶτα ἐλπίζει καὶ εἶθ' οὕτως ἐπιχειρεῖ, ὕστερον δὲ καὶ κτᾶται. *Thucid. Schol. lib. 1.*

Nec abnuendum, si dat imperium Deus, nec appetendum. Sen. Thyest.

Humanus animus insatiabilis eo, quod fortuna spondet, ad altiora & non concessa tendit. Liu. lib. 4.

Imperare maximum imperium est. Sen. epist. 113.

Regnum apud eos, qui spernunt, non qui cupiunt. Sylu. hist. Boh. c. 57.

Facile de alieno largiri. Iusti. lib. 36.

Ea liberalitas est probanda, quæ sine periculo existimationis est. Cic offic. 1.

Suum cuiq; incommodum ferendum potius, quam de alterius commodis detrahendum. Idem. offic. 3.

Nemo debet locupletari cum iactura aliena. I. C.

Laborem non refugit, qui virtutis gloriam concupiscit. Cass. 1. 24.

Fors æqua merentes respicit. Stat. Theb. 1.

Optimi mortalium altissima cupiunt. Tacit. annal. 4.

Iuuat ire periclis ad decus. Sil. lib. 3.

Generosi est animi, optare quod summum est. Cass. 2. ep. 2.

Magnæ indolis signum est sperare semper. Flor. 4. 18.

Emitur sola virtute potestas. Claudian. 3. Cos. Honor. 188.

Nullus vir egregius sine magno animo nascitur. Dio. lib. 52.

Audentes facit homines fiducia sui. Cass. 2. ep. 2.

Male cuncta ministrat impetus. Stat. Thebard. 10.

Sine prudentia non modo resp. non procedit: sed nec minima consistit domus. Saresb. 6. 22.

Sæpè quod auarus summa congessit solicitudine, præcipiti effusione dilapidat hæres luxuriosus. Ambr. 1. offic. 59.

Auaritiæ emolumentum ad successorum iura non peruenit. Idem. 3. offic. 6.

Quod congregauit auaritia, perdit luxuria. Augustin. serm. 50. de temp.

Auarorum filii intemperantes. Plut. de cupidit. diuitiar.

Multi fiunt diuites, inuitissimis, à quibus fiunt. Plin. 8. epist. 18.

Libenter tributa conferunt: qui principē frugaliter viuere, & nihil prodigere vident. Dio. lib. 52.

Maius est, certeque gratius, prodesse omnibus quam opes magnas habere. Cic. 2. de nat. deor.

In contemplatione facile est coarguere ignorantem: in vitæ actionib. neque se quisquam coarguendum exhibet: & eum qui arguit, odimus. Arrian. 1. 26.

Qui potentiam affectant, cætera omnia cupiditati suæ postponunt. Dio. lib. 38.

Δυσχερὲς ἢ πλουτοῦντα σωφρονεῖν ἢ σωφρονοῦντα πλουτεῖν. *Arrian. Epict.*

Oportet diligentius muneri suo consulere, quam facultatibus. Plin. 7. ep. 18.

Πλοῦτος πολὺς γενόμενος, ὑπερόπτας καὶ ἀηδεῖς ποιεῖ. *Arist. 2. magn. moral. 3.*

Populo nihil vtilius est, quam vt Principis necessitas expleatur. Saresb. 4. 1.

Χρὴ τὸν ἄρχοντα δόξαν καλὴν κτήσασθαι μᾶλλον, ἢ πλοῦτον μέγαν συναγαγεῖν. *Isocr. epist. 7.*

Viros ais sublimia cogitantes, & fortuna vtentes humili vitam perpetuo laboriosam agere. Est quidem ita, vt dicis. Veruntamen QVONIAM corporis membra animi instrumenta sunt: me quidem iudice necesse est, cogitationes esse acutas (& altas) ne pigritia obtorpescant homines. NVNQVAM enim Alexander, Pyrrhus, Iulius Cæsar, Scipio & Annibal, nisi ad sublimia aspirassent, in tam (celsos ac) potentes euasissent Principes (ac Reges.) Crede mihi Domina, NEQVE cogitationum sublimitatem, neque mentis generositatem, neque animi vigorem: sed in suscipiendis rebus stulticiam, in peragendis imprudentiam, in persequendis pertinaciam (cum contentionibus litibusque coniunctam) exitio hominibus esse. VIROS enim præstantes, in rebus arduis suscipiendis, non decet in eo vires suas exerere, quod mens generosa subiicit, sed in eo, quod prudentia ratioq́ docet.

Quod mirari te dicis, cum pecunias tanta cura abs te Iustinoque cumulatas, à me tanta incuria videas expendi: minime mirandum respondeo, vnico die pecunias, plurimis annis congestas, expendi. Ad THESAVROS enim in terra defossos antiqua pertinet execratio, his verbis ab Epimenide pronunciata:

Quas hominis congessit opes industria auari,
Hæredis sparget prodiga dextra mali.

Quod, prout sumtus facio, breui futurum ais, vt nec quod aliis impertias, nec quod expendas, nec vnde viuas reliqui aliquid habeas: ad hoc ita respondeo: Si tam solicite subuenire egenis Augusta studuisses, quam sedulo ipsa & Iustinus spoliare diuites contendistis: iustam & tu querendi & ego factum meum improbandi caussam haberemus. Sed hactenus nihil aliud vidimus, quam multos diuites ad inopiam opera vestra redactos, & quod peius est, nullam vos de extruendo, quo se reciperent, Ptochotropheio suscepisse cogitationem.

Multis Principes thesauris indigere inquis, vt hostibus resistant. Ego vero Principes, si superbi, turbulenti, inquieti, & regnorum alienorum cupidi sint, multis sane & numerosis pecuniis, vt cupiditates expleant indomitas, indigere non nego. VNICVS enim hic scopus Principi tyranno propositus est, vt per fas sese nefasque collocupletet. SIN autem quietis virtutisque amans, si tolerans, pacificus, bonorumque alienorum minime cupidus Princeps vel est vel esse cupit: ad quid multis eiusmodi Principi thesauris opus est? Nam vti quod res est dicam, FREQVENTIVS in aulis Principum peccandi ansam opum abundantia præbet, quam indigentia. 49

Non

Non ero colligendis ad respondendum rationibus longior, cùm AGENDO magis, quàm dicendo delecter. Itaque concludo: NVLLVS est Princeps, qui tantum insumat in actiones virtutis, vt plus insumere nequeat: NVLLVS enim Princeps est, qui ad paupertatem redigatur, sumptus solummodò faciens necessarios; sed profundendo & prodigendo pecuniam in res non necessarias. († Sin autem vt pauperes eleemosynam accipiant, & captiui redimantur, liberalitatem Princeps exerceat;) persuasissimum sibi habeat, non ideo se pauperiorem, sed locupletiorem futurum: cùm hanc præscribat religio Christiana regulam: DEVM ministris suis plus vno die daturum, quàm ipsi viginti annis (ad gloriam ipsius) possint expendere.

Cæterùm Iustinus Imperator (vt eò reuertatur, vnde digressa est oratio) cùm regnasset annos XI. in amentia, & in hæresi Pelagiana obstinatus, omnibus in Imperio Romano cupientibus obijt; quippe cuius non minùs mortem optabant, quàm vitam oderant vniuersi. PRINCEPS enim tyrannus, qui viuens multis lacrymarum caussam præbet, risus materiam ijsdem moriens suppeditat.

Mortuo verò Iustino, Tiberius Constantinus sumpsit imperium, cui tanta cum prudentia iustitiaq; præfuit, vt nullus illi, nisi æui illius historiæ nos fallunt, præferendus iure videatur. Nam RARISSIME in Principe ea concurrunt, quæ in ipso eminuerunt, nimirum, iustitiæ æquabilitas, vitæ sanctitas, & conscientiæ puritas. RARI quippe sunt principes, qui non sint aliquibus notati vitijs.

Paullus Diaconus libro XIIX. de gestis Romanorum, rem narrat, quæ huic Imperatori accidit, vt spectatu tum temporis mirabilem, ita nunc memoratu dignam. Erat in vrbe Constantinopoli Imperatorum Romanorum palatium sumptuosissimum, & maiestate atque amplitudine imperij dignum, Constantini (Magni) tempore inchoatum. Deinceps verò, prout Imperatores vel boni vel vitiosi succedebant, ita vel minuebantur vel augebantur ædificia. Nam LAVDATORVM Principum est vitia Rerumpublicarum plurima (extirpare &) abolere, & præclaris patriam ornare ædificijs.

Cæterùm Tiberius ingentem (vt suprà ostendimus) pecuniæ vim redimendis captiuis, extruendis hospitijs publicis, fundandis monasterijs, dotando pupillas expenderat, nimia hac in parte profusione eò fermè redactus, vt sumtus penè mensæ Principali deessent. Quæ quidem felix indigentia fuit. ILLVD enim solum Principes Catholici benè collocatum debent credere, quod pro CHRISTI gloria expenderunt. Verùm tantum aberat, vt egestate ista Imperator

Optimus quisq; facere, quàm dicere mauult. Sallust. Catilin.

Non tam facilè loquor, quàm quòd locutus sum, præsto. Liu.2.

Finiri non potest, vnde in vsus Christi impenditur. Cypr. Serm.1. de Eleemos.

Indigentia naturæ fortunam non timet. Saresb. 8. 15.

† *Paul. Diaconi verba.*

Qui apud Deum diues est, pauper esse nunquam potest. Lactant. lib.6.c.12.

Quem Deus diuitem fecerit, nemo pauperem faciet. Cypr. 2. epist.2.

Euenit facilè, quod Deo cordi est. Liuius lib.1.

Tyrannorum exitium & iudicio viuorum & gaudio comprobatur. Cic.2. de ll.

Il tiranno toglie ad alri la libertà, & à se stesso procaccia la morte. Teatr.266.

Nullum supplicium grauius publico odio. Sen.3. benefic.17.

A quo nobis vis facta, odio habemus. Dion. lib.52.

Adhuc nemo extitit, cuius virtutes nullo vitiorum confinio læderentur. Plinius Paneg.

Beatus, qui de innocentia vitæ, conscientiæ suæ testimonio gaudet. Saresb.5.9.

Vnicuique dedit vitium natura creato. Propert.2.23.

A chi manca vna cosa, à chi vn' altra. Lud. Domen. facet. lib.3.131.

Impossibile est non peccare. Ambros. Roman.5.

CHRISTVM debitorem habere potius est, quàm omnia possidere; qui pro frusto panis regnum largitur. Naz. in tetras.

χρὴ τὸν ἄρχοντα οὐδ' ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων ὀκνεῖν δαπανᾷν εἰς τὸ κοινὸν ἀγαθόν. *Xenoph. in Hieron.*

Nulla est maior victoria, quàm vitia domuisse. Sen.3. nat. quæst. præf.

Nobilissimi ciuis est patriæ suæ augmenta cogitare. Cass.3.10.

Omnes, qui gloria famaq; ducuntur, mirum in modum laus à minoribus etiam profecta delectat. Plin.4. ep.12.

Diuitiarum pulchritudo est non in crumenis; sed in egenorum auxilio. Philo. de Ioseph.

Quod cessat ex reditu, frugalitate suppletur. Plin.2. ep.4.

Tenuitas eò magis elucet, quò magis occultatur. Cic. pro Rosc. Amer.

Negotiatio est aliqua amittere, vt maiora lucreris. Tert. ad Martyr,

Inuidiæ est, insultare malis; rebusque ægrescere lætis. Stat. Theba. 2.

perator erubesceret, vt eam potius glorioſam ſibi duceret; niſi quòd inſultationem moleſtè ferebat Auguſtæ, inopia ſua exultantis. ANIMIS enim moleſtia affectis non tantæ acerbitati eſt proprius dolor, quantæ hoſtis capitalis ex incommodis ſuis lætitia.

Remoto faſtu palatii, contemptibile videtur imperium. Saresb. lib. 2. 21.

Nunquam merito caret etiam in tenui facultate, bonæ voluntatis opulentia. Leo ſerm. 2. de quadrag.

Quicquid Eccleſiis ſpargis, tibi colligis. Sidon. 8. 4.

Neminem vnquam erogaſſe quid DEO pœnituit Nazian. orat. 18.

Gott hat mehr / dann er je vergab. *Prouerb.*

† *Paull. Diaconi verba.*

Sit tibi IESVS ſemper in corde, & nunquam imago crucifixi ab animo tuo recedat. Bernhard. fol. 268.

Deus non quantitatem contemptæ facultatis, ſed qualitatem voluntatis attendit. Fulgent. epiſt. 2.

Ex affectibus piorum benignitatis menſura taxatur. Leo ſerm. 4. de quadrag.

* *circiter millionem coronatorum.*

Quæ ſub viliſſima pauperis forma Chriſto probatur impenſa, detrimentis augetur, ſpargendo ſeruatur; perit, vt maneat; vitam mortua repreſentat. Sedul. op. Paſch. 4. 1.

Acquirit Princeps nobiles theſauros famæ, neglecta vilitate pecuniæ. Caſſ. 1. epiſt. 16.

Fidei cenſus nunquam exhauritur. Ambroſ. Luc. 14.

Deo donare aliquid, accipere eſt. Nazi. orat. 27.

Ψυχὼν ἔχειν δεῖ πλοῦτον. Alex. Stob. fol. 765.

Χρήτει θεῷ σοι χρηστότητα χρηστὸς ὤν. *Nazi. Monoſt.*

Relinquendum rumoribus tempus, quo ſeneſcant; plerunque innocentes recenti inuidiæ impares Tac. Annal. 2.

Ἀμβολὰς ἀ σῶφρον ὅτε λέγω λυσὶς ἐς ἀλλήλυς, ὅτε τὺς ἀκόοντας ἀποδέχοθαι. *Thucyd. lib. 6.*

Verùm DEO, QVI *propter ſe ad paupertatem redactos nunquam deſerit, ita volente,* Tiberius *quodam die per palatium deambulans vidit in pauimento domus tabulam marmoream, in qua crux* CHRISTI *(Seruatoris &) Redemptoris noſtri ſculpta erat. Itaque vocato ex domeſticis quodam; Dicto citius, inquit, ſaxum hoc, in quo Redemptoris mundi Crux ſculpta eſt, aufer. Nam* † CRVCEM, *quæ frontem noſtram, & pectora, vt ab hoſtibus tuti ſimus, munimus, pedibus conculcari indignum eſt. Leuata & erecta tabula, artifices nihil aliud ſub ea latère exiſtimantes, aliam quoque ſub ea tabulam, idem ſignum affabrè ſculptum habentem inueniunt; Quâ amotâ, tertium ſaxum perinde vt priora, crucis effigie inſigne reperiunt, eaq; è profundo educta, ingentem ibi theſaurum defoſſum inueniunt, habentem ſupra * mille auri centenaria. Itaque* Tiberius Conſtantinus *Imperator opt. maximas* DEO *gratias agens, cùm fuiſſet hactenus liberalis, deinceps etiam liberalior fuit. Nam theſauros illos omnes pauperibus & monaſterijs diſtribuit.*

In hoc exemplum tanquam in ſpeculum intueantur Principes & megiſtanes, & pro certo habeant MINIME *verendum, ne eleemoſynas in pauperes conferendo, in pauperem incidant. Nam* NEC *diues vir ſceleratus, nec pauper virtute præſtans quiſquam nominari poteſt.*

CAPVT XVI.

Narſetem ducem clariſſ. celeberrimas ex bellis retuliſſe victorias, tantùm quòd verus eſſet Chriſtianus; de eodem malè à Sophia Auguſta tractato: vbi damnum obiter oſtenditur, quod Principum erga miniſtros ingratitudinem ſequitur.

Iuſtinianus ab auunculo Iuſtino adoptatus, Iuſtinum ex filia nepotem imperij conſortem fecit. Cuſpinian.

Gloriæ fuère bene tolerata paupertas, de in magnæ opes innocenter partæ, & modeſtè habitæ. Tacit. annal. 4.

† *Byzantij.*

* *Perſamenium.*

Procop. lib. 1. de bello Perſ.

ANNO *ab incarnatione Domini* D. XXVIII. *imperante Iuſtiniano Magno, Iuſtini Imperatoris anteceſſoris in imperio ſui, ex ſorore nepote, narrant hiſtorici, inprimis Paullus Diaconus, lib.* XVIII. *de geſtis Romanorum,* 51
fuiſſe † *Romæ virum nobilem, natione* * *Græcum, licet à pueritia eductum in Italia hominem commoda ſtatura, facie ruſa & ſatis in religione Chriſtiana conſtantem; quod illo*

illo æuo haud parui momenti erat, cùm & nobilitatis bona pars & Episcopi prope vniuersi in Italia Ariani essent. Is Narses, hoc enim illi nomen erat, cùm in rebus bellicis & fortißimus esset & felicißimus; vniuersis imperij Romani copijs fuit præfectus. Hoc ENIM Romani singulare habuerunt, vt si quem adiungere sibi ducem strenuum fortemq́ possent, nulli parcerent sumptui, vel si æquali auri pondere comparandus esset.

Porrò tales tantasq́ res geßit, tantas confecit expeditiones, tot Reges vicit, tantasq́ de hostibus victorias reportauit, vt in vno ipso robur Herculis, audaciam Hectoris, generositatem Alexandri, ingenium Pyrrhi, & fortunam Scipionis esse Romani affirmarent. In hac enim è paganis pleriq́ opinione erant, quot sicut corpora in vita facultates distribuerent; ita animæ post mortem dotes suas & munera dilargirentur. Cæterùm Narses Dux erat clementißimus, in fide (Christiana) constantißimus, in pauperes munificus, in extruendis nouis monasterijs, & instaurandis basilicis ruinosis diligentißimus, quod profectò planè insolitum erat. Nam in BELLIS duces non admodum magnis de causis templa (DEI) solent demoliri (& euertere.)

*Sed hoc cætera omnia vincebat, quòd in frequentandis sacris, in visitandis hospitalibus, in precibus cum vberrimis lacrymis deuotè recitandis, cùm quidem solus noctu in basilicis peruigilaret, erat aßiduus; quod † prioribus illis haudquaquam postponendum. BELLI enim tempore duces magis in * compitis aduersarios occidendo, quàm peccata sua (& delicta) in templis deplorando occupantur. In summa, adeo sincerus Christianus orationibusq́ deditus erat, vt magis supplicationibus ad DEVM deuotis, quàm armis bellicis victorias obtinere crederetur. NVNQVAM enim sanguinem hostilem in prælio visus est effundere, nisi (largas) priùs in templo aliquo lacrymas ex oculis effudisset.*

Vt autem videant Principes Christiani, & magnorum duces exercituum, PLVS valere DEVM (vberrimis) lacrymis precibusq́ (pijs) placatum, quàm multis castra militibus pecunijsq́ referta habere; Ex multis ab illo fortiter gestis, pauca recitabo.

Cùm Alexandriæ Iustinianus Imperator ageret; Ita-
52 *liam omnem Totilas Gotthorum Rex multis magnisq́ afficiebat cladibus, vt nec in publicum prodire Romani auderent, nec intra parietes tutò manere possent, cùm interdiu Gotthi campos peruolarent, & noctu vexandis, diripiendisq́ incolis intenti essent. (Quo cognito) Iustinianus Narsetem cum summo imperio contra Gotthos misit. Is in Italiam cùm venisset, mox fœdus inijt cum Longobardis, qui*

Malorum magistrorum mala doctrina est. Naz. orat. 38.

Maius gaudium est, si potentes mundi conuertantur ad Deum: quia quanto inimici graues sunt; tanto magis reconciliati, necessarii. Ambros. Rom. 1.

Roma omni genere mirificorum exemplorum totum orbem terrarum repleuit. Val. Max 2. cap. 2.

Druides credunt non interire animas, sed ab alijs post mortem transire ad alios. Cæsar. lib. 6. bell. Gall.

Ζῆλος τῶν ἀγαθῶν ἐσθλὸς, φαύλων δ' ὑποεργός. *Phocyl.*

Huiusmodi comparationes cum moderamine accipiendæ, non simpliciter. Fascic: temp.

Πᾶσίν ἐστι καθεστηκὸς ἰόντας ἐπὶ τὴν ἀλλήλων ἱερῶν τῶν ἐνόντων ἀπέχεσθαι. *Thucyd. lib. 4.*

Isthic est locus omnibus petendus, omnes quo via ducit ad salutem. Sidon. 2. 10.

Tanto cultu Ecclesiam conuenustas, vt dubitet inspectio, meliusque noua opera consurgant, an vetusta reparentur. Sidon. lib. 6. ep. vlt.

Vltra ius victoriæ in templa, aras & sepulcra ipsa sæuitur. Flor. lib. 2. cap. 7.

Cor hominum de operum ostenditur qualitate, & formas mentium species detegit actionum. Leo serm. 6. de Epiphan.

† *rarissimum in iis, qui idem, quod ille munus gerunt.*

* *Quadriuiis.*

Potentia Dei, non fiducia hominis victor semper extitit. Oros. de Theodos. 7. 35.

Μὴ μόνον διὰ τῶν δεξιῶν ὅπλων τῶν συνάρσεων ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἀριστερῶν τῶν κρατυνομένων ξίφει καὶ θώρακι, τὸν αὐτικαθήμενον πολέμιον μετιών. *Nicet. Isaac. Angel. lib. 1.*

Rerum humanarum maximum momentum est, quàm propitiorem, quàm aduerso agant DEO. Liu. lib. 9.

Adsiduitas furentis incendii aqua potius luminum, quàm fluminum potest restingui. Sidon. l. 7. cap. 1.

Fortiores aduersus hostem preces, quàm ferrum. Flor. mutatum nonnihil. 3. cap. 1.

Insomnem noctem precum continuatione transegit, & testes propemodum lacrymarum lacunas reliquit. Oros. 7. 35.

Totilæ Italiam vastanti.

Bien peu sert vn cœur superbe & haut A l'ennemy, quand la main luy defaut. Ronsard. 8. 228.

Stultitia est sedendo aut votis debellari credere posse. Liu. lib. 22.

Barbaris esse omne ius in viribus consueuit Ammian. lib. 17.

Deus iniustas vlciscitur iras. Cato.

sedes illa tempestate in Pannonia habebant, legatósque ad Alboinum Regem illorum misit, vt sibi cum Gotthis pugnaturo auxilium ministraret; quo facto, visurum ipsum, quàm fidus Narses amicis amicus, quàm sæuus in hostes hostis esset. Alboinus Longobardorum Rex, auditis Narsetis legatis, plurimùm lætatus fuit, & nulla interiecta mora, mox electa à suis manu, classem validam armauit, quæ per maris Adriatici sinum in Italiam venit, atque vno eodemq́ die Narseti & responsum, & pollicita, & auxilia simul attulit. Itaque ambo exercitùs, Longobardorum scilicet & Romanorum, sub vnius Ducis Narsetis vexillo & imperio militabant.

(Quo animaduerso) Totilas Gotthorum Rex, qui neque fortunæ Narsetis (ducis fortissimi) neque virtutis Longobardorum periculum fecerat, ad pugnam ipsos prouocauit: quæ quidem pugna in campis Aquileiæ commissa fuit, & multis vtrinque cæsis, tandem Totilas victus, suis ad internecionem deletis, occubuit. Narses dux optimus victoria potitus, multis & preciosis onerauit Longobardos (vt promissis staret) muneribus; qui diuites victoresq́ in Pannoniam ad Regem Alboinum remearunt. Atque in hoc egregiè Narses suo functus est officio. NON enim potest operæprecium amico dignum persolui, qui vitam pro amico suam in discrimen adducit.

Digressis Longobardis, Narses omnia hostium spolia inter milites suos iussit diuidi, & quicquid sibi obuenerat, pauperibus & monasterijs distribuit: quo quidem opere præclarissimo tria Narses nomina gloriosissima consecutus est, nimirũ magnifici, propter ea, quæ Longobardis dedit; benefici, propter ea, quæ pauperibus & monasterijs donauit; Ducis denique fortissimi, propter victos hostes tam (feroces ac) potentes.

(Non multò post) Theodobertus Francorum in Gallia Transalpina Rex, Princeps iuuenis, animosus & gloriæ cupidissimus, nominis tantùm celebritatem affectans, ipse in Italiam transire constituit, quamuis nullo occupandæ illius iure niteretur. ANIMI enim superbia elati, nullum habent conscientiæ respectum, etiamsi in bello iniqua postulent. Cæterùm eam fortunam expertus est, vt quo die flumen Rubiconem,† qui Gallica certus 53

Limes ab Ausoniis disterminat arua Colonis,

transiit, nuncium de regni vniuersi defectione acceperit: Quod quidem non absque singulari Dei permissione factum. IVSTISSIMVM enim est, vt sola iustitiæ diuinæ vltione regnis suis exuatur Princeps; quicunque stultitiæ tantùm humanæ impulsu regna inuadit aliena. (Quo nuncio allato) Theodo-

Legitq́ precantes auxilio, mensus numerum, qui congruus esset. Nec grauis Italiæ, formidandusque regenti. Claud. bell. Ger. 401.

Ne ita externis credas auxiliis, vt non plus tui roboris tuarumque propriè virium in castris habeas. Liu. lib. 25.

Oppositus Narses Longobardorum auxiliis iuuatur. Paul. Diac.

Quiduis perpeti satius, quàm vt vltrò inuitentur, quibus patriam extorres ipsi ad prædam relinquamus. Oros. 1. cap. 15.

Ἕκαστος τῷ ἁπανταχῶθεν τὸ συμφέρον ἐπιζητῶν, παρ' ὧν αὖ τὰ χρηστότερα προσδοκήσει, τούτοις, ἑαυτὸν προσνέμει. *Themist. ad Valent de Clem.*

Vnum fidei vinculum est, melioribus parere. Liu. lib. 22.

στρατηγὸς εἰρήνης ἐπιθυμῶν, εὐπρεπὴς ἔστω πρὸς πόλεμον. *Mauric. stratag.* 12.

Et Gotthis victis. Procop. de bell. Gotthor. lib. 3.

Ille vincit, qui milites regit. Lampr. de Alex. Seuer.

Pertinax alieni cupiditas, quas aliquoties edidit strages. Ammian. 17.

Longobardos cum muneribus dimittit.

Θεὸν σέβου, καὶ πάντα πράξεις εὐθέτως. *Prouerb.*

Non quàm citò dicitur aliquem pro alio mori voluisse, tam id ex facili etiam fieri potest. Val. Max. lib. 6. cap. 1.

Pourneant un homme au danger met sa vie Pour son Prince seruir, si son Prince l'oublie. Ronf. 7. 77.

Prædâ militibus datâ.

Τοῖς νικῶσι στρατιώταις τὰ τῶν ἡττημένων εἰς προνομὴν μάλα συμφέρον διαδιδόναι. *Onosan.* 34.

Deforme virtutis gloriam magnitudine prædæ minuere. Val. Max. 6. c. 5.

Nihil tam contrarium fortitudini, quàm lucro vinci. Ambros. 1. de offic. 39.

Quemque suæ rapiunt scelerata in prælia causæ. Lucan. lib. 2.

Rubicon olim Gallis cisalpinis Italisq́ veteribus terminus erat. Sidon. 1. ep. 5.

† *Lucan. lib.* 1. *Sueton. Iul.* 31.

Poco saggio si può dir colui, che per de il suo per acquistar l'altrui. Ariost. 38. 52.

Pulerius incolumes seruare, quàm amplificare imperii fines. Dio. lib. 70.

Nulli celeriùs homines incidere debent in malam fortunam, quàm qui alienum concupiscunt. Arbit. Satyr.

Dum aliena affectat, propria amittit. Iustin. lib. 39.

Sic noua prædari cupiens, & parta reponit. Clau. bell. Get. 502.

Theodobertus re cum Principibus, quos in comitatu suo habebat, deliberata, cunctis suadentibus in Galliam reuerti statuit, & conseruandæ existimationis gratia omnes in Italia copias relinquere, ducibus designatis Bucellino & Amingho. PRINCIPEM enim ditiones per iusticiam suas defendere, quàm alienas per vim occupare satius est.

(Cæterùm) Bucellinus cùm & vires haberet ingentes, & vir esset animi excelsi (ac superbi;) Italiam (omnem) direptionibus vastabat, & in primis Campaniam, & quod acerbissimum erat, neque prædam, quam rapuerat, neq; homines, quos ceperat, vlla ratione vel restituebat, vel redimi patiebatur: Sed vt quidq; ceperat, ita ad Regem confestim mittebat: prædandi hoc pacto sese, quàm bellandi auidiorem demonstrans. Cùm autem in Campania Bucellinus cum exercitu vniuerso hyematurus esset in loco, cui nomen Tanetum est; improuiso Narsetis aduentu oppressus, acerrimoq; prælio superatus & interemptus est. Aminghus verò alter Gallorum dux, Bucellino collega extincto, fœdus inijt cum Auindino Gotthorum duce; atque ita coniunctis viribus in Romanos tendebant. Sed Narses de his certior factus, cum ipsis prope Caietam congressus, victoria potitus est, & duces ambos viuos cepit, & Aminghum securi percussit; Auindinum verò captiuum Constantinopolim ad Iustinianum Imperatorem misit.

Aliud prætera certamen habuit Narses aduersus Sindualdum Brentorum Regem, qui cum magno exercitu in Italiam venerat, regni Neapolitani recuperandi prætextu, quod ad se pertinere affirmabat, quia de stirpe Herulorum, priscorum regni illius Regum, remansisset. In hunc Narses fideliter sibi primùm adhærentē multa beneficia contulit. Ipse verò nouissimè superbè Romanis rebellauit, & solus regnare in Italia concupiuit. Vnde atrox in Italia diuturnumq; bellum inter ipsum & Narsetem exarsit, modò huc, modò illuc inclinante victoria. NVLLVS enim dux adeò felix est, vt in bello diuturniore fortunam habeat perpetuò propitiam.

54 *Tandem Sindualdus & Narses vno die summam rerum fortunæ arbitrio decreuerunt permittere; & copijs vtriusque inter Veronam & Tridentum congressis, victus & captus fuit Sindualdus, & eadem nocte sine vlla mora Narsetis iussu celsa de trabe suspensus. Cùm autem non consuesset Narses tanta vti in victos sæuitia, maximè in Reges virosq; nobiles: super trabem, cui fuerat affixus Sindualdus, huius sententiæ titulum iussit apponi: NARES hunc regem suspendi fecit, non vt hostem in bello, sed vt proditorem in pace. Has & alias multas Narses dux felix obtinuit in bellis*

Dum plus volumus, etiam quod minus est, solemus amittere. Ambros. Psal. 118.

Melior est causa suum non tradentis, quā poscentis alienum. Curt. lib. 7.

Naturâ prius est, tua cùm defenderis, aliena ire oppugnatum. Liu. 28.

Ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην. *Prou.*

Toto orbe terrarum pulcerrima Campaniæ plaga est. Flor. lib. 1 c. 16.

Πολλαχοῦ τὸ τάχος μᾶλλον τῆς βίας διαπράττεται τὰ δέοντα. *Xenoph. rerum Græc. l. 6.*

Exercitata paucitas ad victoriam promtior est, quàm rudis & indocta multitudo. Veget. 1. 1. Agath. lib. 2.

Omnia subsidunt meliori peruia causæ. Claud. 4. Cos. Hon.

Μέγα βλάπτει καὶ τὸ πλῆθος τῶν στρατηγῶν καὶ ἡ πολυαρχία. *Thucyd. lib. 6.*

Stultum est maximam fiduciam victoriæ in numero reponere. Vell lib. 2.

Nimium copiosi exercitus magis propria multitudine, quàm hostium virtute depressi. Veget. lib. 1. cap. 1.

Sæpè & contemtus hostis cruentum certamen edidit, & inclyti populi regesq; perleui momento victi sunt. Liu. lib 21.

Θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός. *Prou.*

Fortuna per omnia humana maximè in res bellicas potens. Liu. lib. 9.

Ἀνδρὸς πονηροῦ σπλάχνον οὐ μαλάσσεται. *Prouerb.*

Perfidiam nulla beneficia vincunt. Æn. Syl. hist. Bohem cap. 11.

In bellica negotiatione vix lucrum absq; damno. Mart Bellai histor.

Mars communis & victum sæpe erigit, & affligit victorem Liu lib. 28.

Res belli cæcos habet euentus. Nazar. Paneg

Μὴ ἅμα ἀρχῇ πᾶν τέλος καταφαίνεται. *Herodot. lib. 7.*

Ψεύδορκον στυγεῖ θεὸς ἄβροτος, ὅστις ὀμώσῃ. *Phocyl.*

Χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν ἄνδρ' ἐπίορκον. *Anthol. lib. 1*

Ἀθλιότατοι ὅσοι περὶ τοὺς πιστεύσαντας ἄπιστοι γεγένασιν. *Isocr. Nicocl.*

Periurij pœna diuina exitium; humana dedecus. Cic 2. de ll.

Stat nulla diu deceptis gaudia diuis. Sil. lib. 3.

Δίκαιον ἀπόλλυσθαι τοὺς ἐπιορκοῦντας. *Xenoph. ἀναβ. 2.*

Nulla vis maior pietate vera est. Sen. Thyest.

bellis victorias, non solùm in limitibus Italiæ; sed etiam in Asia, cui multos annos cum imperio præfuit. Cumq; Princeps esset Christiano pectore; CHRISTI præsentiam in omnibus expertus est laboribus.

Confectis autem omnibus istis bellis, Iustinianus minor in imperio Constantinopolitano Narsetem generalem omnium illarum prouinciarum gubernatorem constituit: qui cùm præclarè se in rebus bellicis gessisset; multò etiam præclariùs in gubernanda sese republica gerebat. VIRI enim multis (militiæ) laborib. defuncti, prudentiùs (quàm imperiti alij) & moderatiùs subditos regunt. Quamobrem Narses præ omnibus illius seculi viris mirificè celebrabatur, tum ob fortitudinem, qua tot præliorum victor euaserat; tum ob diuitiarum, quas ex præda lucratus erat, abundantiam; tum deniq; ob eam, quam in reipublicæ administratione habebat, autoritatem & dignitatem.

Verùm enimverò vt gloria ipsius vnà cum opibus crescebat; ita contra ipsum, vt natione Græcum, multorum inuidia gliscebat Romanorum: Siquidem VIRTVS, dignitas & opes in homine tantùm titiones sunt, ad accendendum in plerisq; contra ipsum inuidentiæ ignem. Vnde factum, vt quodam die multi nobiles Romani Iustinianum Imperatorem & Sophiam Augustam adirent, querelam contra Narsetem eiusque in gubernando rationes allaturi; qui in hanc sententiam verba fecerunt: Sic habetote Principes serenissimi, leuius nobis malum videri Gotthis seruire, quàm Græcis: quod propterea dicimus, quoniam Narses nobis imperat & eunuchus & Græcus, nosq; seruitio suo potiùs, quàm tuo (Imperator potentissime) opprimit; & quod pessimum, ea facit, te vel ignorante, vel si nosti, de remedijs non cogitante. Itaque è duobus alterum elige; aut Græcorum nos gubernatione libera, aut patere, vt & ciuitatem & nos ipsos potestati Gotthorum tradamus. Minùs enim turpe est, Regi præcellenti Romanos subditos esse, quàm ademtæ virilitatis Græco & tyranno.

Narses, vbi querimoniam contra se institutam audiuit; respondisse perhibetur: SI malè quicquam feci (Domine) fieri non potest, vt benè mihi quisquam faciat. SIN benè feci, nemo mihi malè facere (& incommodare) poterit. 55

Sophia Augusta longo iam tempore Narsetem oderat, vt quidam perhibent, quòd Eunuchus erat; vt alij, quòd diues; vt alij, quòd maiorem, quàm ipsa, iubendi in Imperio potestatem habebat. Itaque (auditis querimoniis) suam aduersus ipsum indignationem declarandi occasionem tempusq; nacta, hæc in illum verba per summam contumeliam protulit; Narses cùm Eunuchus sis, non vir; non es gerendo vi-

Τὸ δουλεύειν τῷ θεῷ, μέγιστον αὔχημα καὶ πλούτου καὶ ἀρχῆς. *Philo de Cherubin.*

Meritò eius expectetis protectionem, cuius colitis relligionem & veritatem. Leo. ep. 44.

Sat vera superq; bellandi merces sit gloria. Sil. lib. 9.

Per honorem magni nominis merita declarantur seruientis Cass. lib. 1. ep. 4.

καὶ δορὶ καὶ σοφίῃ. *Diodor. Anth. Epigram. lib. 1.*

Consilijs dux, miles manu. Vellei. lib. 2.

Arduum est posse eundem & belli & pacis laudibus clarere. Dio. lib. 43.

Excellentibus ingeniis citiùs defuerit ars, qua ciuem regant, quàm qua hostem superent. Liu. lib. 2.

οὐκ ἔσθ' ὅτῳ ἀνὴρ, ὅτ' ἔσεται, ὅτε γένηται, οἷος ἐκεῖνος ἔην βουλεύεμεν, ἠδὲ μάχεσθαι. *Homer. Odyss. v. & π.*

Ὅταν πλεῖστα τις ἔχῃ, τότε πλεῖστοι καὶ φθονοῦσι, καὶ ἐπιβουλεύουσι, καὶ πολέμιοι γίγνονται. *Xenoph pædi. 7.*

Nunquam eminentia inuidia carent. Vell. lib. 2.

Res egregiè gestæ inuidiam & calumnias conflare solent. Polyb lib. 1.

Virtus inuidiæ noxios non effugit oculos. Apul. lib. 4 Asin.

Calumnia aulas Principum tanquam propriam quandam sedem sibi videtur elegisse. Polyb. lib. 4. extr.

Post gloriam inuidia sequitur, Sallust. Iugurth.

Hoc nouum est, regnare castratum. Curt. lib. 19.

Nunquam vel in æquore puppim vidimus Eunuchi clauo parere magistri. Claud. in Eutrop. 1.

Εἰ μὲν οὐ λανθάνουσιν, ἀδικεῖς· εἰ δὲ λανθάνουσιν, ἀμελεῖς. *Synes. epist. 73.*

Virtutem cuiusq; non patriam existimari & ponderari oportet. Dio. lib. 73

Qui non deliquit, decet audacem esse. Plaut Amphitr Satin. parua.

Quò quis plura strenuè fecit, eò animus eius iniuriã minùs tolerat. Sallust. Iugurth.

Odium ex æmulatione auidissimum est. Plin. lib. 17. c. 1.

Ὀνείδεα κατιόντα ἀνθρώπῳ φιλέει ἐπανάγειν τὸν θυμόν. *Herodot. lib. 7.*

Faueurs de Rois s' en volent comme vent. Ronsard. 8. 268.

Κακορημονεῖν ὅπλον γυναικεῖον. *Nicet. Man. Comn. lib. 4.*

Bella relinque viris. Ou. 12. met.

Πόλεμος δὲ γυναιξὶ μελήσει. *Aristoph. Lysistr.*

do virili muneri (& honori) idoneus: Itaque te in textrinam, vbi puellæ meæ texunt, abire, ibiq; lanum faciendo, panos subministrando, & pensa diuidendo vnà cum texentibus operari iubeo. Quæ quidem verba licèt vehementissimè dolerent Narseti, & erant profectò aculeata animis; animo tamen sedato Sophiæ Augustæ respondens: Mallem, inquit, Augusta, me tanquam domina (& matrona princeps) increpares, non muliebrem verbis (contumeliosis) adfectum proderes. Verùm quoniam, qua tu libertate in imperando vteris, eâdem mihi in obediendo vti licet; EAM telam orditurus discedo, quam ipsa (fortè) dum vixeris, detexere non poteris.

*Et mox in Italiam secedens, Neapolim venit, vetustam Campaniæ vrbem. Inde mox legatos in Pannoniam misit, vbi sedes habebant Longobardi, hortans & persuadens illis, vt relicta terra illa inculta, aspera, frigida & angusta, ad Italiam planam, fertilem, temperatam, amplam & opulentissimam posidendam venirent: cuius obtinendæ si vnquam, nunc daretur occasio luculenta. Neque hoc contentus Narses, vt magis amicorum suorum animos excitaret, & cupiditate inflammaret, multimoda rerum, quarum Italia ferax est, genera misit, nimirum equos veloces, arma affabrè facta, poma suauissima, metalla purissima, omnis generis aromata & vnguenta odorifera, sericas denique & diuersæ formæ * vestes.*

Legati cùm in Pannoniam, quæ nunc Hungaria est, venissent; gratanter fuerunt susceipti. At Longobardi (legatorum oratione audita &) opibus Italiæ tot tantisq; conspectis, Pannonia relicta, ad occupandam & habitandam proficiscì Italiam (regionem tam bonam) decreuerunt, licet tum ea Romanorum (imperio subiecta) tum ipsi horum eo tempore amici (ac confœderati) essent: quorum Longobardos rationem nullam habuisse minimè mirandum est. NVNQVAM enim amicitia perfecta est, vbi † preces imperij vim habent.

56 *Longobardi cùm in Italiam transire decreuissent; Itali cuncti manifestè igneas in cœlo acies acerrimo inter se prælio concurrere viderunt: Quod ostentum magnum vniuersis populis pauorem (ac terrorem) incussit, qui inde augurabantur, fore vt paullò pòst multum sanguinis & sui & hostilis effunderetur. ANTIQVITVS enim obseruatum est, graui clade regnis imminente, eius signa † planetas aut elementa priùs aliqua ostendere.*

Atque ita Iustiniani aduersus Narsetem ducem suum ingratitudo, & contumeliosa in eundem Sophiæ verba caussam dederunt, vt Italiam ingrederentur, & totam vastarent Longobardi: Vnde exemplum Principes præpotentes capere decet,

Eunuchi inter fœminas viri, inter viros fœminæ. Nazian. orat 30.

Iram accendit ignominia in animo ad contumeliam inexperto. Liu. lib. 6.

Bonum ingenium contumeliâ accenditur. Sal. Iugurth.

Παρὰ τοῖσι πέρσῃσι γυναικὸς ἁκούειν ἀνδρῶν, δεινὸν & μέγιστις ἐστι. Herodot. lib 9.

Γυνὴς αὐτῆς δρηκέλεον πεδάγμα τὸ χείλεον. Nicet. Isaac. Ang. & Alex. F.

Non fert magnum & liberum ingenium cum contumelia damnum. Plin. 6. ep. 8.

Liberalitas & humanitas erga inferiores, præclarum ducibus viaticum est ad victorias & triumphos. Nic. Greg. 6. 10.

Cimile odium ad inimicorum perniciem præceps est, ad vtilitatem suæ defensionis incautum. Veget 2 cap 10.

Prosperam rei gerendæ facultatem omittere, maxima dementia est. Val. Max 7. 2.

Omnia posthabenda, dum occasio in manib est. Liu. lib 7.

Qui deserit occasionem deseretur ab occasione Bonauent.

Spes futuri beneficiis præsentibus pigneratur. Apul. lib. 11. Asin.

Merces ab eo, qui iubere potest, vim necessitatis affert. Tacit annal 14.

Precibus mauult, quàm viribus vti. Ouid. 6. met.

* *mercei.*

Ibi fas, vbi maxima merces. Lucan. lib. 10.

Quand oportet vient en la place, il convient que on le face. Adag.

Potestas non solùm si inuitet, sed etiam si supplicet, cogit. Macrob. 2. Satur. 7.

Potentissimum imperandi genus, cùm rogat, qui iubere potest. Auson. Idyll. 13.

† *Soluendæ illius occasio luculenta offertur. I. qui rogant cogere possunt.* Liu. lib. 32.

Δυνάμεις γὰρ ἀνάγκης ἐχυρὸν ναίει. Pythag.

Diuinæ miserationis est, quòd signorum suorum indicio ignorantiam nostram quãdoq; præmunit. Saresb. 2. 13.

Prodigia imminentis ruinæ signa. Flor. 42.

Nunquam denunciata vanescunt. Macrob. 1 Somn. 7.

Solet ira certis numinum ostendi notis. Sen. Oedip.

Heu vani monitus, frustraq; morantia Parcas prodigia! Sil l. 5.

† *Cometas.*

Fidelissimum præcipiendi genus, exemplis doceri. Plin. 8. epist. 14.

Ex paruis sæpe magnarum momenta rerum pendent. Liu. lib. 27.

Leue onus, beneficii gratia. Cic. pro Cn Planc.

decet, vti CAVEANT, ne aduersus officiarios optimè de se meritos ingrati sint. Est enim regula generalis, quòd INGRATITVDO pro ingenti beneficio officiarium ex desperatione ad amentiam adigat, aut ex ministro fideli capitalem faciat hostem. Neque sibi persuadeant Principes, cùm illi & in ditione sua nati, & in aulis suis veterani iam ministri sint, fidelemq; semper operam nauarint; idcircò neq; defecturos, neq; hostes futuros. Hæc enim persuasio vana est. PRINCEPS enim aduersus suos ingratus non diu quenquam (virum bonum) in ministerio suo retinebit.

*Cæterùm Iustinianus Imperator illud in Narsetem commisit, quod Principibus prudentibus (nominatim) vitandum vniuersis: quòd scilicet non solùm hostibus eius aures præbuit, verùm etiam credidit; neque id tantùm; verùm illis etiam præsentibus eum * pudefecit, quæ res ad extremam illum desperationem impulit. NVLLVS enim vir generosus contumeliam, præsentibus hostibus sibi factam æquo animo sustinere potest.*

Sophia quoque Augusta iure reprehendenda fuit, quæ verbis tam contumeliosis Narsetem (ducem præstantiss.) pensa diuidere, aut panos administrare ad telam texendam iussit: Nam GENEROSARVM Principum est (non huiusmodi verba spargere; sed potiùs) maritorum ad iram commotorum indignationem mitigare.

*Porrò Narses à Sophia Augusta territus, regredi vltrà Constantinopolim, vbi ipsa morabatur, non est ausus: Sed Neapoli Romam progressus, proximo ante Longobardorum in Italiam aduentum anno, Romæ diem extremum, vt virum Christianum decebat, clausit, omnibus perceptis Ecclesiæ sacramertis; eiusq; corpus positum in locello † argenteo; multis gemmis ornato, ad sepulturam * Alexandriam est perlatum. Sed haud facile dictu est, maiorne fuerit dolor, quem Asia tota, ex hac luce subtractum videns Narsetem, pertulit; an læticia, quam Sophia Augusta, extinctum portari aspiciens, percepit. Nam ANIMVS iracundia flagrans (maximè in fœminis) non priùs, quàm aduersarium extinctum videat, acquiescit.* 57

CAPVT XVII.

Epistola M. AVRELII ad Regem Siciliæ, qua in memoriam ei reuocat ærumnas, quas in iuuentute ambo exantlarint, eumq; obiurgat, tanquam parum aduersus templa religiosum; inprimis quòd ampliandi palatii gratia fanum quoddam euerterit.

MARCVS

τὴν εἰς ἀτιμίαν ὀλιγωρίαν οἱ φιλότιμοι καὶ οἱ ἐπιεικεῖς τῶν αὐθρώπων φέρουσι βαρέως. *Arist. 5. polit. 11.*

Ne le corti regali la caritade è in tutto estinta, ne si vede amicitia, se non finta. Ariost. 44. 1.

Non habet mundus amicitias veras, & multos facit peruerso amore concordes. Leo serm. 6. natiu.

Vt acerbum est, pro benefactis cùm mali messem metas! Plaut. Epidic. extr.

Facilitas credulitatis vulpecula est callidissima, cuius magnorum neminem comperi satis cauisse versutias. Bernh. 229.

Principes non audiant inuidas mulieres. Fasc. tem. fol. 56.

** contumeliâ passus est affici.*

Solet aspectus eius, cui inuidetur, non paruam inuidię flammam immittere inuidentibus. Theophyl. Ioan. 5.

Non potest generosus animus contumeliam pati Sen. 9. cont. 1.

Muger de cinco sueldos, marido de dos meaias. Adag.

Initium turbandi omnia à fœmina ortum est. Liu lib. 1.

Temperet Lucumonem Tanaquil. & Germanicum suum Agrippina moderetur. Sidon. 5. epist. 7.

Fieri nihil potest dementius, quàm scientem venire in eum locum, vbi parendum alteri & seruiendum sit. Cic. pro C. Rabir.

Naturâ ita comparatum est, vt in quo ad bene merendum viget alacritas, ei ad vlciscendum acerbitas non desit. Heliodor. lib. 7.

† *plumbeo.*

* *Constantinopolim. Paull. Diac.*

Iræ impetus recepta vltione sedatur. Lactant. 7. 10.

Ira semper coniuncta superbiæ desiderat vltionem. Hieron. Eccles. 7.

Proprium humani ingenii odisse, quem læseris. Tacit. Agric. vit.

La vendetta sfoga l' odio assai. Ariost. 9. 45.

Non potest plenè quis intelligere, quid acceperit, nisi meminerit antè quid fuerit. Ambros. Psal 118.

Τὰ καλὰ ἔργα οὐ πρὸς τοῦ ἅπαντος ἀνδρὸς γίνεται, ἀλλὰ πρὸς ψυχῆς τε ἀγαθῆς, καὶ ῥώμης ἀνδρηίης. Herodot. lib. 7.

Post finem malorum gratia relationis incipit. Macrob. 7. Satur. 2.

MARCVS AVRELIVS Imperator Romanorum, in monte Cœlio natus, Tribunus designatus, Coruino Regi Trinacriæ S. & status incrementum.

Cùm Imperatorum Romanorum (superiorum) more, primo imperij mei anno publicas ad totam istam insulam; sequente ad aulam tuam & familiam literas miserim: Nunc priuatim ad te ipsum scribo. PRINCIPES enim licèt multa & ampla regna habeant; veterum tamen amicorum commercio prorsus abstinere non debent.

Postquam calamum ad te scripturus cepi, satis diu suspensam tenui manum; nihil ad te scribere cogitans; non desidiæ quidem, verùm pudoris causa, quo grauiter affectus fui, cùm toti Romæ * offendiculi causam te viderem præbuisse. Scito Princeps eximie, AMORIS erga te sinceri argumentum esse singularem animi mei ex tuis molestijs dolorem. Verè enim dixit Euripides: QVOD ex anima diligitur, ex animo quoq; (perditum) defletur.

Sed antè quàm exponam, quid ad scribendum me impulerit; in memoriam tibi nonnulla iuuentutis nostræ acta reuocabo: Ita enim quales & tum fuerimus, & nunc simus, perspiciemus. NEMO enim verè prosperitate præsenti fruitur, nisi qui præteritas memoria aduersitates repetit.

Præclarè te, Princeps eximie, meminisse decet, Capuæ nos prima literarum rudimenta didicisse, & postea Tarenti literis operam aliquantisper dedisse, atq; inde Rhodum profectos esse, vbi Rhetoricam ego legebam, tu Philosophiam (interim) audiebas. Hinc, elapso decennio, militatum abiuimus in Pannoniam, vbi ego Musicæ studio me dedi. EA QVIPPE est voluntatum in iuuenibus inconstantia, vt singulis diebus diuersa regna cognoscere, vitæq; genus mutare gestiant. In quibus peregrinationibus omnibus, tum robore iuuentæ, tum dulci sodalitio, tum colloquijs literatis,
58 tum vana spe, paupertatem leniebamus molestissimam, quæ tanta erat, vt sæpenumero non id, quo multi abundabant; sed exiguum illud, quod paucis supererat, optaremus.

Meministi proculdubio, cùm per sinum Adriaticum in Hellespontum transituri nauigaremus, nos tempestate iactatos diuturna, in manus incidisse archipiratæ, qui † vt tantò citiùs liberaremur, nouem nos menses in triremi remigandi ministerio mancipauit; vbi HAVD SCIO, vtrùm maior fuerit panis (quo carebamus) inopia, an verberum, (quæ excepimus) copia.

Recordaris procul ambiguo, cùm Rhodi XIV. menses à Prusida Epeiri Rege potentissimo obsideremur, ex illis XIV. decem mensium spacio nullam nos ambos, nisi duarum

Multum in commutandis moribus hominum medius annus valet, in Principum plus. Plin. paneg.

ἀρχὴν λαβὼν μὴ ἐπαίρεο. *Themisti. Stob.* 529.

Eo tempore, quo personam publicam gestas, gratiæ priuatæ memor semper esto. Sidon. 4.14.

Pleriq; elati insperatis honoribus, oderunt eos, quibus humiles antè noti fuerunt. Dio. lib. 65.

Superbia longè discedat, vicium rebus commune secundis virtutumque ingrata comes. Claudian Stilic 2.160.

Vt ad vrendum & secandum medici; sic ad castigandum rari inuitique veniamus. Cic 2 offic.

τοῖς εὖ φρονοῦσι παῤῥησίαν χαρίζου, ἵνα περὶ ὧν ἀγνοεῖς ἔχῃς μεθ' ὧν ἄριστα συμβουλεύσῃ. *Basil. Imp.* 48.

* *inuisum te animaduerterem.*

Dolor testimonium est boni ademti, & boni relicti. August. 19. ciu. 13.

Fides amico etiam afflicto debetur. Sidon. 1. epist. 7.

ἡδύ τοι μόχθων κλύειν. *Eurip. Helen.*

Magna est læticiæ præsentis accessio, miseriæ pristinæ recordatio. Cass.

Bona valetudo iucundior est eis, qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt. Cic. post redit. ad Quir.

Frequens ac mobilis transitus maximum perfecti operis impedimentum. Vell. lib. 1.

Facilius est multa facere, quàm diu. Fab. 1. cap. 19.

οὐ δύναται τὸ νέον ἡσυχάζειν. *Arist. 8. polit. 6.*

Diuturnam immobilitatem humanæ vitæ vegetatio perpeti non potest. Oros. 5. 18.

Sæpe ciues magis amicos peregrinatio facit. Sidon. 1. epist. 11.

αἱ συμφοραὶ τῶν ἀνθρώπων ἄρχουσι, καὶ οὐχὶ οἱ ἄνθρωποι τῶν συμφορέων. *Herodot. lib. 7.*

† *cùm optimè nobiscum ageretur, recreationis loco. G.*

Viuax recordatio calamitatum. Pacat. paneg.

Esurienti quiuis panis suauis. Nic. Greg. 8. 20.

Quid est, quod vesci non cogat fames? August. 15. ciu. 27.

Μεγίστη καὶ κρατίστη ἑλέπολις ἡ τῶν ἐδωδίμων ὑποσπάνισις. *Nicet. Isaac. Angel. lib. 1.*

Rabidi ieiunia ventris insolitis adigunt vesci. Sil. lib. 2.

L' acque parer fa saporite e buone La sete, e il cibo pel digiuno, s' apprezia. Arioſt. 28.31.

Quien vna sola ropatiene, presto la enuejece. Celestin. 147.

Turpe est attonito animo & fronte mæsta lætos adire conuentus. Symm. 9. 103.

Ferè fit, vt vitæ rectitudo & integritas hominem ad paupertatem ducat. Nazianz. Eccles. cap. 6.

Iuuat exhaustos iterare labores. Stat. Theb. 6.

Meminisse iuuat, semperq; vicissim Gaudia præmissi cumulant inopina dolores. Claud. bell. Get. 207.

* *fame nimia.*

Miserabilior ex eruditatibus quàm ex fame macies. Sen. ep. 95.

Multis concoquendis per infirmitatem non sufficit natura. Macrob. 7. Sat. 5.

Semper ad sanitatem proclitius est, quod potest detractione curari. Sen. 9. controu. 2.

Malè cum his agitur, quibus necessitas & belli incumbit & morbi. Veget 3. 2.

† *Terebi fl. ostia in Hispania, & Lotophagitis insula Africæ memorantur à Ptolem.*

Terebinthi insulæ meminit Nicetas, in Alex. Man. Comn. F.

Insulam Gerbim Veteres Lotophagitem appellabant. Facius. lib. 4.

Gaudet patientia duris. Lucan. lib. 9.

Tra gli amici mi guardi Iddio, che da nimici mi guarderò ben' io. Guicc. pag. 25.

Solatium est iram potiùs quàm contemnm pati. Fab. decla 13.

Magorum prædicta fi fatis constant, ignota mortalibus, si naturę debentur, immutabilia. Iustin. lib 12.

Prona humani ingenii voluntas vetita scrutandi. Val. Max. 1. 7.

Inuida fata piis, & sors ingentibus ausis rara comes. Stat. Th. 10.

Procliuior lædendi, quàm commodandi semper est via. Nazar, paneg.

Tunc recentia iucundiùs bona clarescunt, cùm fuerint malis comparata prioribus. Bernh. fol. 78.

Dulcis in bonis miseriarum recordatio est. Pacat. paneg.

Quàm vtile est, ad vsum secundorum per aduersa venisse! Plin. paneg.

Eò maius gaudium, quò prope metum res fuit. Liu. lib. 1.

Sequenti gaudio confert dulcedinẽ, temporis præmissi tristicia. Cassi. 8. 20.

felium carnem comedisse, quarum alteram precio, alteram furto adepti sumus.

Meministi item, cùm Tarenti vterq; ageremus, ab hospitibus nostris ad solenne Dianæ festum nos inuitatos fuisse, cuius ædem ingredi illo die nemini fas erat, nisi vestimentis nouis induto: quo quidem die illuc non accedere constituimus, tu, quia vestem habebas attritam, ego, quia calceos ruptos.

Meministi item, cùm bis Capuæ ægrotaremus, nunquam diætanos curatos fuisse; quia non ex cruditate, sed ex debilitate morbus ortus erat: & Retropus medicus in Academia per iocum subinde nos compellans: Vos quidem, inquiebat, filij ex oppilatione nequaquam moriemini; nihil scilicet à vero alienum locutus. Tanta quippe annonæ ibi caritas, tanta nummorum raritas erat, vt nunquam dum non possemus; sed dum non haberemus amplius, ederemus.*

Recordaberis etiam anni illius, quo Capuam fames grauissima afflixit, qua dè caussa ad bellum Alexandrinum ambo profecti sumus; in quo bello, etiamnum toto corpore contremisco, cùm recordor, quanta in sinu † Terebinthini pericula, quantas in portubus Hesperijs niues, quantas in vallibus vmbrosis paludes, quantas in syluis Lotophoris asperitates, (quantos torrentium impetus,) quàm (aspera &) rigida tota hyeme frigora, quàm molestos in æstate calores, quàm sæuam in castris famem, quàm periculosam in exercitu pestilentiam, & quod grauissimum, quantas ab alienis persecutiones, quantam à nostris ingratitudinem experti simus.

In memoriam item tibi reuocabis, Neapoli Flauiam diuinatricem, quid esset nobis finito studiorum curriculo euenturum, consultam, me Imperatorem, te Regem (aliquando) futurum respondisse; quod responsum ita à nobis acceptum, 59 *vt ludibrium illud, imò contumeliam arbitraremur. Neque eo tempore vtrunque nostrum obstupefactum fuisse miror. MAGIS enim vires suas fortuna liuida in euertendis opulentis, quàm in extollendis egenis exerit.*

Cogita quæsò Princeps eximiè magnitudinem deorum, volubilitatem fortunæ & temporum varietatem. Cùm ego manus myoparonis remo excoriatas haberem; quis imperij Romani clauum in manus meas venturum cogitasset? Cùm cibi penuriâ (Capuæ) ægrotarem; quis cibi abundantia aliquando me laboraturum putasset? Quis vnquam futurum credidisset, cùm felium caro ad placandam famem mihi non suppeteret, ad tantam me rerum copiam peruenturum, vt ciborum delicias fastidirem? Quo tempore tem-

plum

plum ingredi nolui, quòd calceos haberem ruptos; quis putasset fore tempus illud, quo curru triumphali (vrbem) inueherer, & humeris portarer alienis?

Quis cogitasset oculis me visurum Romæ, quod auribus ex muliere fatidica in Campania audieram? Quàm multi, cùm in Asia ambo essemus, Romæ Siciliæq; imperium & principatum sibi despondebant? qui NON solùm dignitate, quam exoptabant, exciderunt; sed etiam morte, quam non timebant, præuenti sunt. Quoniam AMBITIOSIS sæpe accidit, vt cùm florent maximè, & honorum telam feliciter exorsi sunt, puncto temporis & tela ipsa, & vitæ filum abrumpantur.

Si quis illo tempore tyrannum Laodiceum, qui Siciliæ regnum affectabat, itemq; Rufum Caluum Consulem, qui ad imperium Romanum aspirabat, quidnam sperarent, interrogasset; iuraturos illos fuisse iurârim, tam exploratam spem suam esse, quàm erat nostra ambigua. Ita enim comparatum est, vt VENTOSI homines vanis pascantur cogitationibus. Mirum profectò & memorabile est, cùm illi honorem in oculis haberent; nobis verò ne in mentem quidem consequendi illius cogitatio veniret; fortunam adeò vim hac in parte suam declarare voluisse, vt effecerit iusseritq;, vt & desperati sperarent, & bona spe pleni ad desperationem adigerentur; quod summæ illis acerbitati fuisse necesse est. NEMO enim est tam firma tolerantia, qui perferre possit, vt alios citra laborem videat consequi, quod ipse maximo cum labore non potuerit adipisci.

Nescio, an cum vulgo Romanorum loquar, ex arbitrio fati felicis pendere ista affirmans; an cum Philosophis sanioribus omnia Deorum nutu ordinari dicam. NIHIL enim, vt summatim dicam, ibi fatum valet, vbi dij manum admouent. Laborent, quantum volunt, superbi; fatigentur,
60 *quantum valent, ambitiosi: Ego PARVM omnino prodesse statuo & affirmo humanæ industriæ ad consequendam dominationem conatus, si dijs vtamur inimicis. Verùm enimuerò siue id fati aduersi decreto, siue deorum propitiorum permissu fiat, VIDEO sæpenumero humilia cogitantibus sublimem obtingere fortunam; & vicissim sublimia cogitantes humilem (tenuemque) vt plurimum sortiri fortunam. MVLTI enim sæpissimè nescio quæ sibi somniant imperia; qui expergefacti omnium sese mancipia agnoscunt.*

Non memini me legere, vlla in re idem, quod in gloria, vsu venire. Quare singulari, qui cum ea rem habent, circumspectione indigent. Hoc enim est GLORIÆ ingenium; Eum quærit, à quo non cognoscitur; cum eo loqui-

Premio al ben seruire pur viene al fin, se ben tarda a venire. Ariost.28.33.

ὅταν σπεύδῃ τις αὐτὸς, χὠ θεὸς συνάπτει. *Æschyl. Pers.*

Prima dominandi spes in arduo; vbi sis ingressus, adsunt studia & ministri. Tacit. annal.4.

Magnis priuari omnium est; potiri, paucorum. Nazianz.orat.28.

Hos gloria reddit honores, Arb. Satyr.

Nihil desperemus, nulli rei fidamus, cùm videamus tot varietates tam volubili orbe circumagi. Plin.4. epist.24.

Omnibus fermè antè est spei rudimentũ, quàm rei experimentum. Apul. florid.1.

ἀεὶ ἐν πλείονι καθίσταται λόγῳ τὸ παρ' ἐλπίδας. *Themist. Valent. de vict.*

Credula est spes improba. Sen. Thyest.

Quicquid gerimus, fortuna vocatur. Lucan.lib.5.

Efficacior fortuna, quàm virtus. Flor.4.17.

Multa possunt adferre casus. Fab. declam. 5.

Fortuna immoderata, in bono æquè atq; in malo. Macrob.2. Satur.7.

Arioli si quid boni promittunt, pro spisso euenit; id quod mali promittunt, præsentarium est. Plaut. Pœnul. Suspendant omnes.

Nihil grauiùs quàm destitutæ spes torquent. Fab. declam.12.

Omnia quæ significantur, aliis molesta sunt, aliis iucunda. Nic. Greg. 5.13.

Quo fata trahunt, virtus secura sequatur. Lucan.lib.2.

Non rumpitur fati necessitas humanis consiliis. Liu.lib.1.

Nemo mirari debet, humana consilia diuina necessitate esse superata. Cic. pro C. Ligar.

Vbi adiumentum Dei, ibi certum salutis auxilium. Ambros. Psal.118.

Præsente DEI beneuolentia, omnes res hominum in melius cedunt. Dion.lib.2.

Optimum ad sublimitatem iter humilitas. Nazianz.orat 38.

Nil agimus nisi sponte Dei. Lucan. lib. 9.

Τὸ θεῖον ἄλλοτε ἄλλως τὰς ἐξουσίας μεταρμόζει, καὶ μετατίθησι τὰς ἀρχὰς, μηδὲ τὸ λεπτότατον ἐῶν τῆς αὐτοῦ χειρὸς ἔξωθεν. *Nicet. Isaac. Angel.3.*

Gratia atq; honos opportuniora interdum non cupientibus. Liu lib.4.

Gloria fugientes magis ac magis sequitur. Sen.5.benefic.1.

Regum cibus gloria quam non pecunia, sed laboribus Deus vendit. Panorm.1.

Gloriam qui spreuerit, veram habebit. Liu lib. 22.

L' honneur est le seul loyer Du cœur, qui veut aux vertus s' employer. Ronſ 10.35

Sterilis cumulat sibi gloria pœnã. Prosp. de ingrat. lib. 1.

Gloria vana florece y no grana. Adag.

Quisquis meliora sperat, nunquam leuioribus frangitur. Ambros. Psal. 118.

Gloriam non debet sequi virtus; sed ipsa virtutem. August. 5. ciu. 12.

La gloire mondaine & la grandeur est vne chose vaine. Ronſ. 8. 85.

Gloria vmbra est virtutis, etiam inuitos comitatur. Sen. epist. 79.

Mundus domicilium malorũ omnium, quę in orbe homines toto mente noxiã pariunt, & labem machinantur in mutuam. Arnob. lib. 2.

Plus habent ponderis ad ruinam, quę sunt cæteris altiora. Lact. 7 15.

Mundus) immensa vorago aut gurges viciorum turpitudinumque omnium. Cic. Verr. 3.

Quantò quis plùs adeptus, tantò magis in lubrico est. Tacit. annal. 1.

Ad honoris fastigium non voluptatum via, sed virtutis enitendum. Panorm. 1.

ἀνθρωπε ὁ τύχης πώγιον. *Arist. Gnom. Græc.*

Vt prodesse tuis possis, non præesse, publicos honores expeti oportet. Sabell. 7. exem 2.

ἀεικὲς ἀνδρ' ἀγαθὸν γεγαῶτ' ἠκακώτερον αὖτε γενέσθαι ἐκεῖνον. *Apollon. Argon. 3.*

Graue est à deterioribus honore anteiri. Sen. Cur bonis mal. 3.

* *si hallucinetur.*

Χαλεπὸν ἀνεχεσθαι τὸ κείρονος. *Democrit. Stob. 523.*

Hoc bonum habent tristia præcedentia, quòd in locis suis secunda substituunt. Ammian 15.

† *latus. l. & G.*

* *offensant.*

† *alii firmitatem standi in ipso cadendi periculo recipiunt.*

Respice, quantum in nos fortunę regnum sit, quam instabili humana sede consistant! Fab. decl. 9.

Vrgere iacentes, aut præcipitantes impellere inhumanum est. Cic. pro C. Rabir.

Nulla fides vnquam miseros elegit amicos. Lucan. lib. 8.

tur, à quo non auditur; cum eo rem habet, à quo visa non est; eum insequitur, qui ipsam fugit; eum honorat, à quo parui penditur; nolentem vult; non petenti se offert; ignoto se credit. Denique GLORIÆ *hoc est peculiare, quòd eum deserit, à quo magni æstimatur; & cum eo manet, à quo parui penditur.*

Prouidi viatores non qualis sit locus; sed quænam eò via ducat, quærunt. Ad eundem modum VIROS *præstantes & excellentes non decet mox oculos adijcere gloriæ; sed eos in via tantùm virtutis, quæ ad gloriæ arcem ducit, defigere. Alioquin enim* VIDEMVS *quotidie infames reddi multos, tantùm quòd gloriam quærunt; multos verò tantò glorioſiores euadere, quantò magis gloriam fugiunt.*

Non nescis munde immunde, ingenium tuum mihi notum esse. At quale illud agnoscо? Sepulcrum es mortuorum, carcer viuorum, taberna vicioſorum, tortor virtute præstantium; obliuio præteritorum, hostis præsentium; magnorum præcipitium, paruorum fastigium; caupona peregrinorum, forum erronum. In summa OFFEnsaculum *ô munde es bonorum, volutabrum malorum, & commune omnium naufragium. (Proindè)* FIERI *non potest, ne quid mentiar, vt in te, ô munde, vel æquo animo, vel cum dignitate quisquam viuat. Si enim bonis honorem dare vis, dehonestari se putant, & honorem tuum pro ludibrio habent. Sin illi fortè sunt improbi & leues; permittis vt quasi per lusum honores consequantur, vnde seria ipsos sequatur infamia.*

(Itaque) sæpe mecum soleo cogitare, vter maiore commiseratione dignus sit; vir improbus sine vllo merito ad honorem euectus, an probus nulla sua culpa deiectus (& expulsus!) Ac vir quidem benignus commiseratione dignum vtrunque iudicabit. IMPROBO *enim, si viuit, non dubium est, quin cadendum sit: Bonus verò,* *nisi moriatur, *dubium est, an sit resurrecturus. Si omnes lapsus eiusdem* 61
essent generis; vno omnes remedio corrigerentur. Verùm enim verò alij in genua cadunt, alij in † *cubitos euertuntur; alij* * *cespitant quidem, sed non concidunt;* † *alijs ad ruinam iam pronis manum aliquis (vt mox resurgant,) porrigit: Hoc est: Alij dignitate decidunt & præter fortunas nihil amittunt: alij ita cadunt, vt mera tristicia tum bona, tum vitam ipsam amittant; Alij ita prolabuntur, vt cum facultatibus ac vita, existimationem quoque perdant: adeò infestam & crudelem experti fortunam, vt si plura inuenisset, plura ereptura fuerit.*

Vnum est, cui nihil remedij deos afferre miror, quòd scilicet simul atq; fortuna infestare & euertere infelicem aliquem cœpit, eum non solùm omnibus, quæ penes ipsum inuenit, priuat; sed illis etiam † spoliat, quibus opitulandi & voluntas aderat & facultas: adeo vt infelici alienum potius infortunium, quàm proprium sit deplorandum. At enim ingens discrimen est inter bonorum infortunia & euenta improborum. Improbus enim non descendere tantùm dicendus est, sed ruere; Bonus contra non ruere, sed descendere. Siquidem VERA gloria non in dignitate, quam quis habet; sed in vita, quam agit, honesta consistit.

*(Quod cùm ita sit) mirum profectò visu est, quo pacto vani huius seculi homines, cùm rei alicuius parandæ & adipiscendæ spem sibi fingunt, summo manè cubitu surgant, quomodo in multam noctem peruigilent, vt alijs insidientur, vt multis negotium faceſſant, vt omnibus molesti sint & postea cum minimè putaſſent, aliquis ex ijs, qui minimè putabant, animo quieto & absque labore gloriam consequatur; ipsi verò pro magno labore (ac sudore plurimo) & non mediocribus impensis infamiam (& dedecus) auferant. MVLTA enim negotia per desidiam; sed longè plura per * nimiam diligentiam vidi corrumpi.*

Non comincia fortuna mai per poco, quando vn mortal si piglia à scherno e à gioco. Arioſt.7.50.

No tiempla cordura, lo que destiempla veutura.adag.

† *exitium affert.*

Bonus timeat, ne cadat; malus conetur, vt surgat. Fulg. Serm. de S. Stephan.

Si esset cuiq; pro moribus fortuna, nunquam mala bonos sequeretur. Sen. ad Marciam cap.17.

Sanctitas morum non distat ordinibus. Plin.5.ep.3.

Quem proprius attollit honos, vilitas aliena non deprimit. Saresb.lib.8 14.

Per quot pericula venitur ad grandius periculum? Auguſtin.

Plena & infesta variis casibus vita est, à quibus nulli longa pax, vix induciæ sunt. Sen.ad Marci. cap.16.

Tels derniers souuent sont les premiers, En cebel ait, ou la gloire est commune. Ronſ.8.265.

Nonnunquam qui bonus est, per eum, qui melior est, voto suo fraudatur. Polyb. lib.15.

Vnius egregiæ virtutis titulo quisq; magis clarescit, quàm splendidissimæ luxuriæ instrumento, & omni lenocinio vanitatis. Saresb.8.14.

* *Nimia diligentia ager Siculus perit.* Plin. 18.6.

CAPVT XVIII.

Continuat epistolã Imperator suadens Principibus, vt deorum suorum metuentes sint; Recitans item decretum Senatus contra Principem templi euersorem.

QVicquid hactenus dixi, Princeps excellentissime, eò spectat scilicet, vt te arguam, lapsus q; tui fœditatem amplificem. MEDICVS enim prouidus ad tollendam medicamenti purgantis amaritudinem (& ingratum saporem) pomum ægroto dulce gustandum præbet. Nam ad XIII. Cal. Febr. in Senatu hîc fuit exhibita vitæ tuæ satis verbosa expositio, missa à Consule, qui Siciliam inspectum profectus est. 62 *Moris enim, vt nosti, peruetusti est, vt tertio quoque anno omnes imperio Romano subiectæ prouinciæ lustrentur. INIQVISSIMVM enim foret, Principes in colligendis quidem vectigalibus (& tributis) gnauos in cognoscendo verò, ac subditis iustitia administretur, ignauos esse. Summa autem, si rectè memini, eorum, quæ de te vitaque tua relata sunt (à Consule) hæc fuit. Quod cùm in victu sobrius, in*

Οἷον ἡς βάσις εἰς δρετὴν, ἡ τ πονηρῶν ὑπεροπή. κρεῖττον ἐργάσασθαί ἢ χρηστόν. *Manuel.Imp.ad F.*

Αἰτία ῥᾳθ φίλων ἀνδρῶν ἐστὶν ἀμφοτερονόντων: κηδεμονία ἢ ἐχθρῶν ἀδικησάντων. *Thucyd.lib.1.*

Quisquis amici negligit famam, fide lubrica est. Symm.3.52.

Φθύκτὸν δ' ἡ τροπαία παραίνεσις. *Agath. Epigram.lib.5.*

Plus proficit amica correptio, quàm accusatio turbulenta. Amb. Luc. 17.

Plerunque amara haustu ad salutem valent, & succis tristibus affecta refouentur. Symmachus 7.16.

Sic reprehendas, vt reprehensus hilaretur. Macrob.7. Satur.1.

Amicis non temere irasci decet, & si merentur quidem. Cic. Philip.8.

Σπάδιζε μάλιστα τὰς ἀγαθὰς ἀνδρας ἀφθόνως ἀρχοντας, ἵνα αἱ κηλαι αὐτῶν φῶμαι τοὺς ὑφιωντας κόσμῳ. *Basil. Imp. ad F.33.*

Seruandæ iustitiæ causſa videntur olim bene morati Reges constituti. Cicero 2. offic.

ὁ παιδαγωγὸς ῥᾳδίως τὸν θεὸν τὸ ὅλον ἡμπεφορενεῖν, ῥᾴδιον αὖ καὶ βασιλέα ἡμπεφορεῖσθαι. *Theod. hist. Eccl. 5. c. 39.*

ὁ περὶ τὸν θεὸν ἡμῖν ἀμελὴς καὶ ῥᾳθυμῶν, περὶ ἑαυτὸν ἀνόητον ἀπεδείξεν: *Simplic. apud Steuch. de peren. Philos.*

ἡ δυσέβεια ἐστὶν ἀρχὴ καὶ τελευτὴ πασῶν τῶν ἀρετῶν. *Nazi. Stob. 915.*

Grauius est offendere æternam, quàm temporalem maiestatem. I C.

* *vnita proditione omnis labor & cura castelli alicuius custodiæ impensa.*

† *rebus caducis.*

Præses debet purgare prouinciam malis hóminibus, I C.

Deum aut totum honora, aut totum contemne, vt saltem tibi ipsi constes. Dimidiatam istam pietatem improbo. Nazi. orat. 36.

Regibus adscribitur, quicquid eorum exemplo peccatur. Isidor. de prælat.

Dominus solus est, qui infallibiliter exacteque iudicat. Theophyl. 1. Cor. 4.

Omnis hominum vita non humano iudicio examinanda & iudicanda est, sed Dei. q. 1. Beatus.

Plato sapientem dicit esse cultorem Dei. Saresb. 78.

Πολῖται πλείω πεφύκαμεν ἐξαμαρτάνειν, ἢ κατορθοῦν. *Isocrat. orat. ad Philipp.*

Nullus scit, mihi credè, quanta nescit. Sidon. carm. 9.

Nemo est, qui doceri non egeat, dum viuit. Ambros. offic. 1. cap. 1.

Ogn' vn, che vive al mondo, & pecca & erra. Ariost. 24. 30.

Nemo est, qui omnia ad summum absoluerit. Nazian. orat. 30.

Nemo tam prudens, tam circumspectus, vt non aliquando labatur. Lact. 6. 24.

Nulli fuere tales, in quibus nihil ipsa desideraret integritas. Arnob. lib. 2.

Perfectorum iustitia est, vt nunquam præsumant se esse perfectos. Leo sermon. quadrag. 2.

Hic est hominum terminus ad perfectionem ducens, vt quod Deus iubet, hoc faciant. Athanas. 6. tripart. 22.

Tunc profectus adest, si quod agendum est, cum Dei voluntate agatur. Ambrosius Rom. 1.

Nemo tam perfectus & sanctus, vt perfectior esse non possit. Leo Serm. 1. de quadrag.

Omnis perfectus perfectionis est indigus. Fulg. ad Monim. lib. 1.

Laus hominis, seruare Dei est. Prud. hamartig.

Deo proximus habetur, per quem Dei maiestas vindicatur. Iust. l. 8.

Diuinam contumeliam, qui non refutarit, accumulat. Fulgent. ad Thrasim. lib. 1.

* *promptus.*

† *segnis.*

sumptu moderatus, erga viduas misericors, pupillorum pater, erga ministros gratus, mitis in delinquentes, conseruandæ pacis studiosus, in seruandis inducijs fidelis sis; hoc vnum in te reprehensionem mereatur, quòd nimium sis in colendis dijs negligens (ac remissus.)

*Quemadmodum per vnicam portulam, si aperta (hosti) relinquatur, vrbs munita (& obsessa) perit; sicut quinquaginta oua (recentia &) incorrupta, si vnum admisceas putidum & pullascens, corrumpuntur; vt *vnico scelere obsequia pristina quamuis innumera pereunt: Ad eundem modum, Princeps excellentissime, PARVM prodest, si quis summam adhibeat in † vita ciuili moribus & curam (ac solicitudinem;) & virtutes contra heroicas ac diuinas obliuiscatur (& derelinquat.) PRIVS enim portas bonus Princeps vitijs claudat oportet, ne subditos illa inuadant, quàm muros aduersus hostes instauret ac firmet. Qualescunque (ergo) cæteri sint, quicquid dicant, nihil curo; Ad me verò quod attinet, EIVS, qui deos suos non colit, virtutes omnes pro vitijs habendas esse certissimè statuo. Est enim in Philosophia diuina regula hæc generalis: NON agentis respectu; sed si dijs grata acceptaq; sit, actioni virtutis nomen competere.*

An ignoras Princeps excellentissime, NON ESSE quenquam adeo cordatum, quin plus ei desit, quàm adsit prudentiæ? An ignoras, NEMINEM adeo sapientem esse, quin plura nesciat, quàm sciat? An te fugit, NEMINEM adeo prudentem esse, quin in pluribus per ignorantiam hallucinetur, quàm per sagacitatem rectè agat? An nescis NEMINEM esse tam iustum, quin plurimum ad obtinendam veram iustitiam illi desit? In summa NVLLAM virtutem adeo excellentem esse dico, quin multò plus, quàm habet, vt sit omnibus perfecta numeris, desideret. Quamobrem OMNIS nostræ iustitiæ perfectio & absolutio a diuina petenda est iustitia: atque ingens virtutis in nobis defectus perfectionis diuinæ exuperantiâ supplendus est.

*Hanc Romani legem habemus, hoc philosophorum omnium axioma est, hic INTER mortales, ex mortalibus, cum mortalibus nihil esse perfectum; nisi per deos, & in dijs perfectionem assequatur. CVM enim homines fragiles sint; quid aliud possunt, quàm delinquere? Quod cùm ita sit; 63 PRINCIPES cordati ad omnia subditorum errata conniuere & possunt & debent, exceptis ijs, quæ ad deorum pertinent contumeliam, quæ si fieri posset, punienda prius quàm cogitanda essent. NON enim Princeps; sed tyrannus appellandus est, qui in proprijs iniurijs vlciscendis * sollicitus; in persequendis ijs, quæ dijs factæ sunt, † remissus est.*

Quam-

Quamcunque in partem accipiatur, susq; deq; habeo; Mea sic est sententia, quòd QVICVNQVE Princeps ampliandorum regnorum, & augendarum ditionum gratia causſam præbuerit (labefactandi &) imminuendi cultus diuini, non Rex à nobis legitimè imperans; sed tyrannus violenter agens vocandus sit. Quòd si tyrannum dicimus, qui ciuitates desolat, homines occidit, innocentes persequitur, virgines viciat, & regna exhaurit: Quid obstat, quæso, Princeps excellentissime, quin tyrannus sit Princeps, qui templa violat, qui † sacerdotes non reueretur; & quod omnium pessimum, qui deorum cultum floccipendit? NON EST (profectò) maior tyrannis, nec in alium tyranni nomen iustius competit, quàm in Principem aut dynastam, qui aduersus deos suos irreligiosus est. NVLLVM enim flagitium aut facinus tam nefarium est, quod non perpetret, cui deorum reuerentia perijt.*

Lycurgus Lacedæmoniorum Rex clarissimus (quod propositi mei confirmandi gratiâ dictum volo) inter cæteras leges antiquas hanc etiam tulit: NEMINI Lacedæmoniorum beneficia de manibus Principis, qui nulla dijs suis obsequia præstat, accipere fas esto. QVICQVID enim ab hominibus † non à dijs proficiscitur, non solùm minimè bonum; sed etiam perniciosissimum est. O Regem excellentem! ô seculum gloriosum! ô regnum fortunatum! in quo ADEO perfecta in Principibus virtus exigebatur, vt ad distribuendas etiam opes summa in ipsis integritas postularetur. Siquidem MALE collocatum iudicabatur, quicquid ex virorum improborum manu obuenerat.

Rem feciſti Princeps serenissime adeo fœdam (& turpem) vt eam me pudeat exponere; quòd scilicet amplificandi palatij causſa basilicam euertisti vetustissimam; quod nequaquam facere, imo ne cogitare quidem debueras. Etenim LICET saxa templorum parum valeant; dij tamen, quibus dedicata & consecrata sunt, plurimum valent. Tale fuisse factum scito, quod cum bona venia tua, Princeps eximie, dictum velim, vt maximo & mihi stupori, & vrbi vniuersæ offendiculo, & Senatui sacrosancto dolori acerbitatiq;
64 *fuerit, vtq; te virum confidentissimum censeant, & grauissimè puniendum fremant vniuersi: Quod tibi mirum videri neutiquam debet. Habent enim hoc persuasissimum Romani, PRINCIPEM, qui deorum templa ausit euertere, parum de dijs religiosè sentire.*

Equidem cùm Princeps sis generosissimus, & antiqua mihi necessitudine coniunctus, summis viribus, vt cum Senatu in gratiam te restituerem, contendi. Verùm cùm excusatione delicti admissi idonea careas; non ante culpam

hanc

Principes Deus sanctæ fidei, Ecclesiæque protectores esse voluit. c. Boni. 96. distin. c. Principes.

Reges quamuis culmine regni sint præditi, vinculo tamen fidei tenentur adstricti. Isid. de præl.

Μέλει μὲν ὑμῶν τῷ θεῷ· μέλοι δ' ὑμῖν τῷ θεῷ. *Synes. ep. 5.*

Ἕτερον ἡγεμόνα ζητητέον, ὅπως μὴ τὸ σεσυληκότα τὰς κοινὰς τροφὰς ἔχοντες θεομαχῶμεν. *Diodor. 14.*

Non potest homini amicus esse, qui Deo fuerit infidus. Ambros. 3. off. 16.

† *deos.*

Quis homo est tanta confidentia, qui sacerdotem audeat violare? Plaut. Rudent. Proh. Cyrenenses.

* *temerarius.*

Nemo potest recte terrena regere, nisi nouerit diuina tractare. Greg. 4. ep. 76.

Ne beneficia quidem à malis hominibus profecta grata habenda. Dio. lib. 37.

Dona susçipere à sceleſto viro, nec bonum virum decet, nec Deum. Plato Seminar.

Κακῶ παρ' ἀνδρὸς μήποτε χρῆσιν πάνυ. *Naz. Stob. 717.*

† *citra deorum voluntatem.*

Vir nemo bonus se ab improbo donari vult. Cic. 2. de 11.

Δεῖ μὴ μόνον ἀπέχεσθαι τῶν κακῶν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀφορμὰς προαποτέμνεσθαι. *Athanas. Stob. 69.*

Petentes quoque decet, vt iusta & consentanea à regibus postulent. Panorm. de Alfon. lib. 2.

Nec amori in te meo conuenit silere, quòd doleam; nec amicitiæ, incussi doloris transire mensuram. Sym. 1. ep. 10.

Vulnera nisi tacta tractataque sanari non possunt. Liu. lib. 28.

Sic adhibenda est correctio, vt semper salua sit dilectio. Leo. Epist. 84.

Lapsis nec censura desit, quæ increpet; nec medicina, quæ sanet. Cypr. 3. ep. 3.

Οὗτοι τὸ θεῖον μὴ ἐν παρέργῳ σέβουσιν, ἴσοι καὶ ἅπαξ ἀνθρώπους ἄρεσαι αὖ εἶεν. *Lucian. dialog. pro imag.*

Nemo sine vera pietate veram potest habere virtutem. Aug.

Quanto grauior offensa deorum est, tanto nullæ sunt hominum aduersus deos vires. Iustin. 2.

Religiosa loca substructionibus polluuntur profananturque priuatis. Arnob. lib. 7.

Ἡ τελευτὴ χείρους καιρὸν ἔχουσα, καὶ ἐλάσσων ἦ, δυνάμει μείζον ἐγκλημα λύσει. *Thucyd. lib. 1.*

hanc tibi condonare decreuit, quàm manifesta in te emendationis signa videat. Neq; id sanè iniuria. NVLLA enim re † magis exacerbantur tenuiorum animi, quàm vbi se plecti, potentiores ne appellari quidem vident.

*Quamobrem decreuit Senatus, vt sine mora vlla templum priore amplius, sublimius, elegantius, & opulentius restituas, & tantundem de domo tua templo ampliando adijcias, quantum templo ad amplificandam domum ademisti. Hoc postquam perfeceris, vt nunc omnium sermonibus & probris es obnoxius; sic tum felicem * fortunatumque † te censebis, quòd non ipse à dijs; sed dij abs te domus partem sibi sumpserint.*

*Et quoniam te sumptui, quem templi instauratio postulat, ferendo vix esse arbitratus sum: XL. HS. tibi ad structuræ subsidium mitto; quod vt tantò secretius habeatur, per * P. Anicium secretarium meum, cui fidem in omnibus habebis, eam tibi pecuniam mitto. Idem aureum tibi torquem affert, inde vsque à Nilo mihi allatum, qui mihi quidem iusto factus angustior, tibi satis, opinor, aptus erit. Adductæ ad me (superioribus diebus) sunt ex Hispania mulæ aliquot; de quibus duas tibi mitto. Habet & P. Anitius Secretarius mulam optimam, tanto in precio, vt eam neque vendere, neque vtendam dare cuiquam velit. Itaque per mihi gratum feceris, si curâris, vt sine ea, vel precio, vel furto abalienata, Romam reuertatur. Salutat te Faustina mea: Reginam quoque excellentissimam coniugem tuam, cui Faustina Psittacos (quos vides) dono mittit, debita cum obseruantia ambo salutamus. Vale. Marcus Imperator Roman. m. p.*

CAPVT XIX.

Quàm venerabiles fuerint inter ethnicos religiosi Deorum cultores. 65

*VEteres historici Romani principio Romæ septem Reges per annos CCXLIV. regnasse aiunt; Ex quibus secundus fuit Numa Pompilius, qui reliquos è septem gloria præcelluit, tantùm quòd maximus Deorum cultor fuit. ÆQVE enim Principes Romani diligebantur (ac colebantur) quòd deos (sanctè) venerarentur, quàm quòd hostes vincerent. Fuit (autem) is adeo religiosus (& deuotus) vt totam dijs vrbem consecrârit: Sibi verò extra vrbem domum extruxerit. Erat enim LEX veterum, vt domum * inauguratam habitandi caussa incolere nemini fas esset.*

Quintus

Quem pœnitet peccasse, penè est innocens. Senec. Agamemn.

† *citiùs.*

Cic. Offic. 2.

ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ πράσσειν ἐτόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα. *Eurip. Hecub.*

Cuiusuis hominis est errare; nullius nisi insipientis, in errore perseuerare. Cic. Philip. 2.

Pœnitentia delictum abolet, sapientia cauet. Ambros. Luc. 11.

Licet ædes collapsa sit, religio eius occupauit locum. Traia. Plin. 10. ep. 76.

* *honoratumq;.*

† *censebo.*

Vnde orta culpa est, ibi pœna consistat. Liu. lib. 28.

Bonus auxiliator nunquam rogari se poscit, spontanea semper opitulatione subueniens. Arnob. lib. 7.

* *Panucium.*

Marcus etsi frugaliss. erat; tamen nulla in re deerat sumptibus necessariis. Dio. libro 71.

μᾶλλον ἄχθεται ὁ ἐλευθέριος, εἴ τι δέον μὴ αὐάλωσεν, ἢ λυπεῖται, εἰ μὴ δέον τι αὐάλωσεν. *Arist. 4. Ethic. 2.*

Non quanti quæque sint, sed à quali dentur, perspiciendum. Sen. 1. benef. 9.

Accedit precio rei inęstimabile momentum occasionis. Val. Max. 4. cap. 8.

Amicitia non potest sentire officiorum satietatem Symm. 3. 61.

Vbi pecunia melius poni potest, quàm vbi fœnus bonitatis extenditur? Fab. declam. 9.

Δεῖ τὴν ἄρχοντα τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς φαίνεσθαι ἀεὶ σπουδάζοντα διαφερόντως. *Aristot. 5. polit. 11.*

Deum non minoris sceleris est ignorare, quàm lædere. Minut. pag. 397.

Omnium rerum magnarum à diis immortalibus principia ducuntur. Cicero in Vatin.

Πάντῃ δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες. *Arat. phænomen.*

Lactant. 1. 22. Dionys. Halicarnass. lib. 4. extrem.

Omnia post religionem ponenda semper ciuitas nostra duxit. Val. Max. 1. cap. 1.

εὐσεβεῖν δεῖ τὰ πρὸς θεὸν, ὡς τ' ἄλλα πάντα δεύτερ' ἡγεῖται πατὴρ ζεύς. *Suid. fol. 195.*

Numa cultum deorum docuit. Flor. 1. capite 2.

Cic. pro domo & de arusp. respons.

* *consecratam.*

Quintus Rex Romanorum fuit Tarquinius priscus, tam bonus & populo charus, quàm malus (& inuisus) Tarquinius Superbus, Præter cætera verò laudatur ob deorum metum & venerationem, & in frequentandis templis assiduitatem. Idem non contentus iis, quæ condita inuenerat, templis, in area Capitolii famosissimum illud Iouis templum condidit. Neque enim fas erat Principem Romanum domum sibi ædificare, nisi ædem priùs diis ciuitatis posuisset. Porrò tanta illius templi maiestas fuit, vt quemadmodum Iouem Romani omnium Deorum Deum credebant, ita templum illud caput omnium templorum iudicarent.

Vel infimam Deo obsequelam præstitisse prodest. Prud. 2. cont. Symm. extrem.

Dion. lib. 3. & 4. Flor. 1. 1. 5. Liu. lib. 1. Lactant. 1. 20. Alex. lib. 6. cap. 11.

Omnium magnarum rerum & principia Romani exorsi ab diis sunt, & finem eum statuerunt. Liu. lib. 45.

ἀπὸ θεῶν χρὴ πάντα ἀρχόμενον ἀεὶ λέγειν τε καὶ νοεῖν. *Plat. epist.* 8.

Quo tempore bellum Romani cum Faliscis & Capenatibus gerebant, victi fuerunt duo Romanorum duces; quorum alter Cn. Gen[illegible]tius cùm occubuisset, tantus victos inuasit terror, vt multi abiectis armis Romam reuerterentur. VICTORES enim hoc priuilegii habent, quòd licet numero pauci sint, victis semper sunt formidabiles. Itaque Romani vt viri prudentes (ac circumspecti, vti malis mederentur) nouos † duces elegerunt, quod prudenter ab illis factum feliciter cessit. SÆPE enim mutatis belli ducibus, fortuna vel secunda vel aduersa mutatur.

Primis certaminibus aduersam fortunam experti, ad cætera animo sunt demissiore. Dio. lib. 50.

Vt quisq; in fuga postremus, ita periculo princeps est. Cic. Verr. 5.

Victoribus omnia licet agere. Dio. lib. 50.

Omnia prona victoribus atque eadem victis aduersa. Tacit. Vit. Agricol.

Victoribus nihil impeditum, victis nihil tutum. Cæsar. lib. 2. bell. Gall.

† *exercitus quàm celerrimè. G.*

Tanti est exercitus, quanti imperator. Flor. 2. 18.

*Cæterùm dux ei bello præfectus fuit M. Furius Camillus, qui etsi dux erat fortis & strenuus; antè tamen, quàm ad bellum proficisceretur, splendida diis Romæ sacrificia fecit, & si victor reuerteretur, ædem se * conditurum amplissimam vouit. Veteri enim instituto duces Romani, suscepta expeditione (celebri) mox aliquid memorabile Romæ se facturos solebant promittere. Camillus ergo victor reuersus non modo templum (quod vouerat) condidit; sed omnibus etiam,*
66 *quæ de præda & triumpho ipsi obtigerant, opibus illud locupletauit. Cumq; nonnulli obniterentur, duces animum diis consecrare; pecunias verò militibus diuidere oportere dictitantes: Ego, inquit, vt homo vnicum à diis triumphum petii; ipsi verò, vt dii, multos mihi dederunt. Quamobrem IVSTVM mihi videtur, vt si in promittendo parcus fui, in præstandis promissis largus sim, VT ENIM ego gratias illis immortales pro multis, quæ mihi supra votum dederunt, egi: Sic longè ipsis gratissimum erit, quicquid vltra promissum dedi.*

Ὅντινα ἄνθρωποι φιλοῦσι, τούτῳ ταχὺ μὲν ἐπιτάττοντι πείθονται, λέγοντι δὲ οὐκ ἀπιστοῦσιν, κινδυνεύοντι δὲ συναγωνίζονται. *Onosan.* 1.

In hominis vnius virtute plurimum momenti est, Liu. lib. 28.

* *Matutæ matris refectam dedicaturum. Liu.* 5.

Faciliùs in timore benigni, quàm in victoria grati reperimur. Cic. ad Brut. epist. 15.

Ἀγαθὸν τὸ μὴ εὔξασθαι, ἢ εὔξασθαι, καὶ μὴ ἀποδιδοῦναι. *Niet. Isaac. Ang. lib.* 1.

Decimam partem prædæ Apollini vouit. Liu.

Deus gratis etiam ingratis dat. August. 3. ciu. 1.

Erubescat pigritia humana! plus vult Deus dare, quam nos accipere. Idem. discip. 242.

Bona voluntas, quæ ex ingenio venit, non est agitanda calcaribus. Sym. 5. 92.

*Cùm acerrimum esset bellum inter Romanos, & Veientes; Romani † quinquennium continuum Veios circumsederunt, & tandem * cuniculo acto vrbem ceperunt. FREQVENTER enim in bellis vsu venit, vt quod Marte defenditur arte capiatur. M. Furius Dictator, cuius ductu bellum gerebatur, capta vrbe, præcones edicere iussit, vt ab inermi*

Veiorum vtilis magis quàm nobilis victoria. Oros. 2. 19.

† *decennium.*

* *Ex typographi errato ninna pro mina, ortus versionum error.*

Cuniculo & subterraneis dolis peractum vrbis excidium. Flor. lib. 1. *cap.* 11.

Pulcrum est vitam donare minori. Stat. Theb. 8.

Es mayor la vitoria del elemente, pues los animos vence iuntamente. Araucan.

Peritura Troia perdidit primum deos. Arbit. Satyr.

Romanorum tot de diis spolia, quot de gentibus trophæa, Minut. 385.

Nefas existimabant deos habere captiuos. Macrob. 3. Sat. 9.

Solent Romani deos omnes vrbium superatarum partim priuatim per familias spargere, partim publice consecrare. Arnob. lib. 3. August. 1. ciuit. 2. & 3.

De euocatione deorum vide Plin. lib. 28. *cap.* 2.

Romani magnam sibi visi sunt adsequi religionem, quia nullam respuerant falsitatem. Saresb. lib. 8. cap. 7.

† *Crateram.*

Liu. lib. 5. Plut. in Camil.

Nemo apud Deum soluendo non est, cum vltra facultatem non petat: nec opulentior debito est, cum nihil habeat, quod non acceperit Burgens. in Genes.

Matronarum liberalitati triplex honor habitus.

Αὔξειν ἅπαν ἀναίγκη τὸ ἱμώμφρον. *Synes. de prouident.*

* *Coronas.*

Aurum nulla norat, præter vnico digito quem sponsus oppigneraſſet pronubo annulo. Tert. Apolog. 6.

Ἀντέρκης κόσμῳ γυναικὶ ἡ ἀνδρὸς ἀρετή. *Phil. Stob.* 607.

Quo clarius meritum coronati, hoc vberior iustitia coronantis. Ambros. Psal. 118.

Legati Romani capti religionis ergò liberantur.

Εὐχαριστία ξενίων τὸ κάλλιστον ἀνδρὶ νέῳ ἔχουσι. Heliodor. 2.

† *Lib.* 5.

* *Hierò ad dona consilium quoque addit. Liu. lib.* 23.

Plut. Camill Val. Max. 1. 1.

Legatorum infortunium solet imputari his, à quibus missi sunt. Philo. de legat. ad Ca.

Qui ministrum spernit & Principem. Idem de decalogo.

inermi abstineretur: quo intellecto arma omnes abiecere, atq; ita vitam conseruarunt: Quod sane exemplum obseruatu dignissimum. DVCES enim quanto sunt, dum victoriam consequantur, ferociores, tanto in victos clementiores esse decet.

Eiusdem Dictatoris etiam aliud factum superioribus præclarius celebratur, nempe quod non solum templa spoliari, deosque indigne tractari non permisit: sed ipse etiam summa cum veneratione deum dona deosq; ipsos, in primis verò Iunonem reginam accepit, Romamq; deportauit: Quia lex erat antiquis, vt eorum, quæ victi essent, dij victoribus ducibus prædæ non essent: & templum magnificentissimum in monte Auentino Camillus condidit, vbi deos cum omni, quod aduexerat, instrumento sacro collocauit. Nam Romani, quo illustriorem de hostibus triumphum habebant, eo melius deuictorum deos tractabant.

Cæterum Romani multis potiti victoriis decreuere † *coronam auream magni ponderis & precii facere, quæ donum Apollini Delphos portaretur. Cum autem auri esset in ærario penuria; matronæ Romanæ, habito seorsim consilio, mundum omnem suum aureum contulerunt ad donarium faciendum. ROMÆ enim ad deorum cultum, ad reficiendas ædes sacras, & ad redimendos captiuos, nunquam inter ciues pecuniæ deerant. Porrò tam grata eares Senatui fuit, vt honorem ob eam munificentiam matronis triplicem haberet, vt scilicet* * *serta in capitibus gestarent; vt pilento ad publicos ludos vterentur; vt publicè ad deorum festa irent. Tam enim honestæ (priusquam hæc concederentur) erant priscæ Romanæ, vt nec aurum in capite gestarent, & velatæ ad spectacula accederent. Nec verò quisquam hoc veterum Romanorum erga matronas factum miretur. Nam ROMANORVM instituto bene meritis multa & insignia reddebantur præmia (& concedebantur priuilegia.)*

Incidit in idem tempus & aliud quiddam memorabile. 67
Dum enim mississent Romani tres legatos L. Valerium, L. Sergium, A. Manlium, qui donum Apollini Delphos ferrent, vt † *Liuius refert, eumq; inuiserent: Quotannis enim Apollini donum Romani; ipse vicissim* * *consilium Romanis mittebat: Accidit vt legati haud procul freto Siculo à Liparitanis piraticam exercentibus excepti, vna cum thesauro, quem portabant, deueherentur Liparas. Sed incolæ legatorum nomen, donumq; & deum, cui mitteretur, & doni causſam veriti, non tantum eos restitutis omnibus liberarunt; sed cum præsidio etiam nauium Delphos prosecuti Romam inde sospites restituerunt: quod tam gratum Romanis*

manis fuit, vt decernerent, vti nobiles Liparitani (qui Romæ degerent) patricii Romani, reliqui vero (absentes) omnes (amici &) confœderati essent, vtq, in Iouis templo semper duo forent sacerdotes Liparenses : quod priuilegium nullus vnquam peregrinis, præter quam his fuit concessum. Adeò quippe religiosi aduersus deos suos Romani erant, vt nullorum nisi vel ciuium senum, vel virtute præstantium virorum fidei, * templorum curam committerent.

Quo tempore Q. Fabius & P. Decius bellum contra Samnites, Hetruscos & Vmbros parabant; multa Romæ (signa &) prodigia conspecta sunt horrenda ac formidabilia, quæ pauorem non tantum intuentibus, sed etiam audientibus incussерunt. Itaq, Romani, viri fœminæq, dies ac noctes plurimis & maximis deos sacrificijs placabant, dijs Romanis semel placatis, nullam dicitantes in bellis cladem amplius esse metuendam. Forte ita tulit casus, vt cum matronæ frequenter supplicatum irent, in sacellum Pudicitiæ multæ matronæ Patriciæ sacra facturæ venerint : Nam florente republica Romana, fœminæ Romanæ in templis deorum sacrificabant : Ibi Virginiam Auli filiam, patriciam plebeio nuptam Volumnio Consuli matronæ, quod è patribus enupsisset, sacris arcuerunt. Tanta enim Romæ Patriciarum dignatio erat, vt plebeiæ præ ipsis tanquam mancipia contemnerentur.

Virginia fœmina præstantissima tanta se contumelia affectam à matronis videns, ex parte ædium, quod satis esset loci modico sacello, excluſit, aramq, ibi posuit, & Pudicitiæ plebeiæ dedicauit, quæ eodem fermè ritu, quo illa antiquior culta est, vt nulla nisi spectatæ pudicitiæ matrona, & quæ vni
68 viro nupta fuisset, ius sacrificandi haberet. TANTA est enim fortunæ varietas, vt sæpe, qui superbe januæ nos ingressu prohibuerunt, mox vltro domum nostram ad seruiendum nobis humiliter ventitent. Cæterum tanto in honore fuit habita Virginia sacelli illius fundatrix, vt tum inter Romanos, dum viueret, patriciæ dignitatem obtinuerit; tum mortua statuam in Capitolio meruerit, addito titulo literis Græcis scripto in hanc sententiam :

Tecta duis quæ viua dedit, nunc mortua diuûm
Tecta colit, vultus aspice Virginiæ.

Extant, quas exposui, historiæ apud Liuium lib. I. V. & X. fusius quidem explicatæ : Sed ad institutum meum ista sufficiunt. Pauca enim ista gentilium exempla adducere libuit, vt Principes pudefacerem & redarguerem Christianos, dum scilicet, quam fuerint illi circa falsorum numinum cultum feruidi & diligentes, & quam simus nos in (summi & vnici) veri Dei nostri cultu tepidi & remissi, perspiciunt. Turpe enim dictu est, Romanos veteres dijs vanis tam seriò

Ius legatorum cum hominum præsidio munitum, tum etiam diuino iure est vallatum. Cic. de aruſp. respons.

Magnam habet vim reip. disciplina. Idem. 4. de finib.

Μεῖζον δρετῆς μηδεὶς ἡμᾶς πότε πεῖθῃ τῆς δυστεβείας εἶναι τῷ θνητῷ γένει. Plat. in philos.

* *sacrorum.*

Ara Pudicitiæ plebeiæ dedicata à Virginia, Liu. lib. 10.

ὁ περὶς μείζονα πολεμῶν, τύχῃ καλεῖται συμπεργόν. Thucid. Schol. lib. 1.

Malus interpres rerum metus omne trahebat augurium peiore via. Claudian. bell. Get. 262.

Pietas maximum vitæ præsidium. Nazi. orat. 33.

ὅπερ γὰρ ἄνδρες θεὸς μὴ σέβοιντο, τάδε πολεμικὰ ἀσκεῖν, πθαρχεῖν δὲ μελετᾶν, πῶς ἂν εἰκὸς πάντα μεστὰ ἐλπίδων ἀγαθῶν εἶναι; Xenoph. lib. 3. rer. Græc.

Locus ex Liuio correctus.

Natura omnibus nouitatis incrementis aduersa nobilitas, Fab. decl. 3.

Nobilitate generosus es, parentes tuos laudas. Omnes pari sorte nascimur, sola virtute distinguimur. Minut. pag. 400.

Vt patriciarum fastum ulciscereturr.

Proximam virginitati continet palmam, quæ in coniugii fœdere permanet pudica. Sedul. epistol. oper. paschal.

Sæpe qui misereri potuit, misericordiam rogat. Sen. 9. controu. 4.

Fortuna sempre la sua rota gira. Aristot. 45. 4.

Quam sæpe pedibus eius aduolutus est, quem à suis repulit? Sen. 3. ir. 34.

Nemo propter successum insolescat; sed cuncta, quæ hominibus accidere possunt, expectet. Polyb. lib. 8.

Quod in diuinis reb. sumas, sapienti lucro est. Plaut. milit. glor. Cohibete intra.

Κηδέμονοι γὰρ ἀθανάτων αὐτοὶ πλεῖον ἔχουσι βροτοί. Epigram. lib. 1.

Vn petit tombeau n' est par digne d' auoir Celuy, qui l' vniuers remplit de son pouuoir. Ronsard. 9. 31.

Delectatur Deus honore seruorum contemplatu laboris. Macrob. 1. Sat. 10.

Nullum verius sacrificium, quàm animæ DEO caræ pietas. Phil. 3. Vit. Mos.

θεῖα αὐτῶν ἀρχὴ, τέλος, μέσον, ἧς δεῖ ἀντέχεσθαι τὸν μέλλοντα εὐδαιμονήσειν. Iamblich. de Pythagor.

seruiisse, & Christianos maxima ex parte vero Deo per ludum seruire, NVLLVM enim filii huius seculi laborem, nisi ob delicias solummodò corporis volunt suscipere.*

Mirantur sanè multi, quid caussæ fuerit, quòd tanta DEVS illorum gratia fecerit, cum illi ne tantillum quidem DEI caussa fecerint! Sed illis responderi potest. Si verum illi DEVM cognouissent, quæcunque sacrificia multis offerebant, vni DEO obtulissent. Itaq; DEVS cùm sit iustus, in rebus illos temporaneis remunerabatur, non quia scopum attingebant; sed quod ad eum collineare cupiebant. SCIMVS autem Christiani, DEVM non quales simus; sed quales esse cupiamus, attendere.

Mirantur Principes Christiani, quam ob caussam non perinde ipsi, atq; Ethnici olim, à Deo adiuuentur & fortunentur! Quibus responderi potest, ipsos vel bonos esse vel malos. Si boni sunt; magna profecto iniuria illos afficeret DEVS, caduca pro obsequiis fidelibus præmia persoluens. PLVRIS enim † sunt dena millia iuris perpetui in gloria, quam centena millia iuris ad vitam, in hac miseriarum valle. Sin Principes & megistanes improbi (& crudedeles) sunt, parum de gubernatione ditionum solliciti, in tuendis pupillis ac viduis negligentes; Si neq; DEI neq; Ecclesiæ ipsius cura tanguntur, & ante omnia, si DEI colendi (aut quærendi) prorsus immemores sunt, nisi cum periculum aliquod anceps ingruit: Tales, inquam, si sunt: meritò nec audire ipsos DEVS vult, neque adiuuare. OBSEQVIVM enim (sine metu &) voluntariè præstitum, infinities necessitate expresso gratius acceptiusq; (DEO) est.

CAPVT XX.

Propter quinque caussas Principes oportere pietate, & virtutibus, Christiano dignis, subditos suos antecellere. 69

QVinq; mihi videntur esse caussæ (vt institutum prosequar) præcipuæ, quibus Principes ad virtutis cultum studiumq; deuinciuntur. Virtutis autem nomine diuini numinis (amorem ac) timorem complector, cùm VIRTVTE conspicuus is tantum dicendus sit, qui in Ecclesiæ fide, & DEI timore (atq; amore) integerrimus est. Primum ergo Principes timere, venerari & colere par est vnum solum DEVM, quem adorant; quoniam solum illum & præterea neminem, in cœlo terraq; superiorem agnoscunt. NIHIL enim rerum omnium tam potens est, quin diuinæ subiectum

* *non verè, sed simulatè.*

Quis exercitationem vllam corporis suscipit laboriosam, nisi vt aliquid ex ea commodi consequatur? Cic. 1. de finib.

Misericordia Dei his, quæ possumus, contentatur; iustitia omnia quæ valemus, transcendit. Burgens. in Genes. Aug. 5. ciu. 12.

Ex intentione iudicantur opera. IC.

In præmium bonorum desideriorum solet DEVS sua concedere beneficia. Clem. Alex.

Animus ad bonum deditus Deo iudice coronatur. Cypr. Serm. de mortalit.

Τῇ προαιρέσει τὰ παρ' ἡμῶν πρὸς θεὸν κρίνεται. *Manuel. Imp. ad Fil.* 17.

εὐσεβοῦς ἀνθρώπου οὔτε δαίμων, οὔτε εἱμαρμένη κρατεῖ. *Trism. Lactant.* 2. 16.

Deus nec piis auxilium denegat in hoc seculo, nec præmium subtrahet in futuro. Fulgent. epist. 2.

† *est vnicum præmium perpetuum & gloriosum, quam centies mille caduca & momentanea. G.*

Amissuri huius temporis gloriam, illa agant, quæ post finem sine fine possideant. Isidor. de prælat.

Ille metuendus, cuius iram nemo poterit euadere. Cypr. contra Demetrian.

Nisi velle subest, gratia tota perit. Arbit. fragment.

Quod necessitas extorquet, gratiam minuit Saresb. 3. 11.

ἐθελούσια καὶ οὐκ ἀνάγκης τὸ καλόν, *Basil. Stob. fol.* 39.

Quicquid imperio cogitur, exigenti magis, quam præstanti acceptum refertur. Valer. Max. 2. 1.

Nihil magis proficit ad vitam honestam, quam vt credamus eum iudicem futurum, quem & occulta non fallant, & indecora offendant, & honesta delectent. Ambr. 1. off. 26.

Tantum expetitur à te, quantum tibi creditum fuerit: Nemo enim exigit à te, quod ipse non habes. Basil. parænes. Goldast. pag. 197.

Quanto sempiternus ille Rex Regum, & dominus dominātium timore debet suscipi; qui temporales etiam Reges præcipit honorari. Fulgent. 1. ad Thrasimund.

Principes pietate cæteros antecellant;

Fundamentum omne religionis ac fidei de timore proficiscitur. Cypr. de habit. Virgin.

1. *Quia DEI vasalli sunt.*

ὁ μὲν Θεὸς οὐδενὸς δεῖται. ὁ βασιλεὺς δὲ μόνου Θεοῦ. *Phil. Stob* 516.

Quantum est hoc regnum, quod Regib. imperat ipsis? Manil. 4.

Principes potentiorem, sublimibus soliis insidentes sublimiorem timete. Nazi. orat. 43.

ſubiectum ſit potentiæ. Ac ſanè NISI Principis ad rerum gubernacula ſedentis animo Princeps perpetuò ſuperior, cui ratio reddenda eſt, obuerſetur: præſentiſſimum ſaluti animæ ipſius imminet periculum. * *MVLTÆ quippe ſunt Principi, vt vicioſus ſit, occaſiones, cum neminem peccati pœnam à ſe exacturum cogitat.*

Multa & diuerſa perluſtraui autorum monumenta, neq; vllum inueni ex antiquis Principem, cui vnum duntaxat DEVM habere ſatis fuerit, quin multos deos habere voluerit. Nam Iulius Cæſar quinq; deos in tabella depictos geſtabat; Scipio ille magnus ſeptem deos in bulla ſculptos portabat. Quid dicam? quòd multos ſe deos habere non contenti, (ex æquo) ſacrificia ſingulis & cultus exhibebant. Et Principes Chriſtiani, quibus præter vnum ſolum verum (& omnipotentem) DEVM nullus eſt (aut eſſe debet,) non adhibent curam, vt ipſi ſatisfaciant, ac debita præſtent (ſacrificia &) obſequia! Quod ſi (fortè) dixerint Principes: maioris eſſe laboris vni ſoli vero DEO ſeruire, quam omnibus diis commenticiis: Laborioſum (ethnicis) reſpondeo fuiſſe † illis ſeruire; at noſtro DEO ſeruire (leuamen &) recreationem afferre; illis ſeruire (admodum) ſumptuoſum fuiſſe; at DEO ſeruire (ſummè) fructuoſum eſſe. Illi enim deaſtri multa poſcebant & ſumptuoſa ſacrificia: DEVS autem noſter præter mentes puras & ſancta deſideria nihil poſtulat.

Secundò, Principes Chriſtiani dignis virtutibus anteire vniuerſos debent, quia plura habent, quæ poſſint amittere, quàm vniuerſi. Iam qui plura, quæ amittat, habet, (quàm omnes;) magis quam cæterorum quisquam DEO ſeruiat, par eſt. Vt enim SOLVS ipſe bona dare poteſt, ita ſolus ipſe & nemo alius, eadem auferre & reſtituere poteſt (Omnino reſpectu DEI ſunt, quod vaſalli reſpectu Principis.) Si quid clienti perit, aut (per vim) eripitur; reſtitutionem (aut compenſationem) à Principe, cui ſeruit, petit. At ſi Princeps ipſe moleſtia afficiatur, aut ab alio Principe vel tyranno (potentiore) opprimatur, non habet, qui imploretur & opituletur, niſi DEVM ſuum piiſſimum. Siquidem INIVRIAM præpotenti alicui illatam propulſare, niſi præpotens alius,
70 *nemo poteſt. Itaq; conſiderent Principes, quemadmodum qui ſaltu amplum ſuperare ſpacium vult, impetum priùs procul accurrendo colligit: Ad eundem modum PRINCIPI, qui DEVM in neceſſitatibus propitium habere exoptat, dandam operam, vt (animo humili gratisq;) obſequiis DEI ſibi fauorem conciliet. IMPRVDENTER enim illius imploratur auxilium, cui nullum vnquam præſtitimus (cultum aut) obſequium.*

Maxima illecebra eſt peccandi impunitatis ſpes. Cic. pro Milon.

Malos Principes faciunt, nimia licentia, rerum copia, amici improbi, ſatellites deteſtandi. &c. Vopiſc. Aureliano.

* *Vitioſum enim ſe eſſe parui pendit, ſi impune abiturum vicium arbitratur. G.*

Nihil peius eſt, quam peccandi libertatem habere. Iſidor. de prælat.

Humana mediocritas facilius deos fingere ſibi nouit, quam verum ſectari. Tertul. aduerſ. Marc. lib. 1.

Facilius eſt vnum amare, quam multos. Plin. paneg.

Digitis deos geſtant. Plin. 2. 7.

Deus non tam accuratis adorantium precibus, quam innocentia & ſanctitate lætatur. Plin. paneg.

Pietas verus imperii ornatus. Sozom. præfat. Tripart.

Deus eo efficacius, quo ſimplicius placatur. Valer. Max. 2. 1.

Nullum Deo ſacrificium poteſt eſſe acceptius, quam mens ſana, innocens animus, vita proba. Pontan. 5. de obed. prooem.

† *idolis ſuis.*

οὐκ εἰκὸς τοὺς θεοὺς χαίρειν ταῖς δαπάναις τῶν θυομένων, ἀλλὰ ταῖς εὐσεβείαις τῶν θυόντων. *Ariſtot. Rhet. ad Alex. 3.*

Cultus verus in pectore eſt. Arnob. lib. 5.

Litabilis hoſtia eſt bonus animus, & pura mens, & ſincera conſcientia. Minut. 392.

2. *Quia multa habent, quæ perdant;*

Tunc benè geritur poteſtatis inſigne, quando ſubiectis prodeſt, quibus terreno præfertur honore. Iſidor. de prælat.

Magna conſecuti, magnis nominibus obſtricti. Nazi. ep. 72.

Eius eſt nolle, cuius eſt velle, & eius eſt auferre, qui de iure conferre poteſt. Saresb. 4. 3.

Et Deum ſolum, qui reſtituat.

Eſt Princeps magni maxima cura DEI. Sidon. Carmin. 13.

Eo, qui vindicatur, pluris eſt ille, qui vindicat. Cypr. contr. Demetrian.

Τοὺς θεοὺς εἰκὸς εὐνουστέρους εἶναι τοῖς μᾶλλον αὐτοὺς τιμῶσιν. *Ariſt. Rhetor. ad Alex. 3.*

Deus ille præ cæteris colendus creditur, qui ſubuenit in præſenti. Saresb. 3. 14.

In rebus ſecundis habendus honor Deo, vt in aduerſis cum fiducia poſſit inuocari. Plut. De tranq. anim.

Non grata timentum Munera. Claud. Eutrop. 2. 31. 9.

Non facilè in aduerſitate inueniuntur præſidia, quæ non fuerint in pace quæſita. Proſper. ſentent. 92.

3. *Quia ad Principes se formant subditi.*

Vt Principum viciis inficiſolet tota ciuitas; ſic emendari continentia. Cic. 3. de Il.

Non impar erit ſupplicio, cuius errori quisq; par eſt ac vitio. Iſidor. de prælat.

Multitudo ſemper ferme regenti eſt ſimilis. Liu. lib. 5.

Plerunq; ſolent ſubditi ad Principum voluntatem ſe accommodare, obſequiis eorum beneuolentiam redimi ſcientes. Nic. Gregor. 6. 4.

Humanum paucis viuit genus, Lucan. lib. 5.

Sunt caſtra ſimilima Regi. Stat. Thebaid. 4.

Non tam imperio nobis opus eſt, quàm exemplo. Plin. paneg.

Subditi facilius præfectorum vitia, quam virtutes imitantur. Nazianz. orat. 21.

Facile facit inferior, quod fieri viderit à priore. Ambr. Rom. 1.

Prope omnes homines vnius moribus viuimus. Plin. paneg.

Subditi niſi eadem, quæ Reges, faciant, improbare facta illorum videntur. Ioſeph. 8. antiq. 3.

Hoc ipſum grande crimen eſt, quod illorum ſcandalo in aliorum ruinas exempla naſcuntur. Cypr. 1. epiſt. 5.

Non è coſa, che più preſto & efficacemente paſſi in eſſempio, cheli coſtumi della corte. Diſcorſ. polit. pag. 9.

Alieni facti iure iudicem ſuſtinet, qui peccatis præſtat exempla. Caſſiod. 10. 13.

Plus exemplo nocent Principes, quàm peccato. Cic. 3. de legib.

Maiore eſt malo multandus, qui non ſolum facto ſuo, ſed etiam exemplo remp. vulnerauit. Idem.

Vbi quis Dominum irritauit, ludibrio habetur ab his, qui eadem cum ipſo conditione ſeruiunt. Cedren. fol. 97.

In maiori gradu, ſine dubio maior eſt pœna. Iſidor. de cont. mundi.

Non ſolum in propriis erroribus puniendi; ſed eorum, quos exemplo ſuo deperdunt. Ambr. 2. Tim. 3.

Non prohibendo, quod oportuerat prohiberi, crimen facit Princeps proprium. Arnob. l. 2.

De *profectu* gregis gloriatur cura paſtoris. Leo ſerm. 2. anniuerſario.

Viri boni ac præſtantes, nihil pluris facere debent, quam vt necubi officium prætermittatur. Polyb. 4.

4. *Quia DEO ratio reddenda.*

Quemadmodum in donis eſt excellentia, ſic & in pœnis. Theophyl. 1. Cor. 10.

Tertiò debent Principes optimi eſſe Chriſtiani, quod in hoc apparebit, ſi pauperibus ſuccurrant, afflictis patrocinentur, ptochotrophęia viſitent, templa frequentent, & ſacris audiendis intenti ſint: quoniam actionum iſtarum non tantum præmia recipient, quod eas exercent; ſed gloriam etiam inde conſequentur, quod præclaro ipſorum exemplo imitati eadem alii quoque facient. Quod SI PRINCIPES DEI mandatorumq; ipſius parum reuerentes ſunt; eò res redit, vt regna ſubditique illorum mali ſint Chriſtiani. FONS enim ſi amarus ſit, dulces eſſe riui (qui inde manant) non poſſunt. Experientia magiſtra diſcimus, freno equum flecti, trochlea molam circumagi, gubernaculo nauem regi: Ad eundem modum à PRINCIPE ſiue bono, ſiue malo totum regnum velut circumagitur: Si DEVM Principes adorant, cuncti eum adorant, ſi illi DEO (deuotè) ſeruiunt omnes ei ſeruiunt; ſi illi DEVM celebrant, vniuerſi eum celebrant; ſi illi DEVM contumelia afficiunt, omnes eum contumelia afficiunt. FIERI enim non poteſt, vt alios vel fructus vel flores arbor producat, quam qui (naturæ ipſius &) ſucco, radicibus contento, conformes ſint. HANC Principes præcæteris creaturis prærogatiuam habent, quod ſi boni ſunt (Chriſtiani) non vnius operis; ſed multorum remunerationem accepturi ſunt, quoniam cauſſam multis ea faciendi præbuerunt: Et ex aduerſo, non ſolum pœnas luent mali, quod ipſi fecerunt; ſed etiam malorum, quæ prauis ipſorum exemplis impulſi alij commiſerunt.

Quam vellem, Principes, qui hodie viuitis, vos cum aliquo Principum, qui iam mortui ſunt, maximè ex ijs, qui flammis illis æternis ſunt addicti, poſſe colloqui! Eſſetis ſcilicet viſuri & audituri, grauiſſimos, quos ſuſtinent, cruciatus eſſe, non ob ea, quæ fecerunt, ſed ob mala, quæ vti fierent, anſam dederunt. Sæpe enim PRINCIPES & antiſtites grauius aliorum peccata (tolerando ac) diſſimulando, quàm ea committendo peccant. O quanta Principes & monarchas vti vigilantia decet, vt in verbis ſint circumſpectiſſimi; quam exactè ponderandum, quicquid faciunt! quoniam NON TANTVM per ſe ipſi; ſed in cunctis etiam, quæ ſubditi præſtant, DEO ſeruiunt; Et è contrario, NON SOLVM Principes per ſe ipſi DEVM offendunt; ſed etiam in omnibus offendunt & peccant, quibus ipſorum regna (ſubditiq;) offendunt & peccant. GRAVISSIME quippe puniendus eſt paſtor, quando gregem ipſius culpa lupus trucidat (& dilaniat.) 71

Quartò, Principes Chriſtianis cæteris virtute debent antecellere, quia SOLI DEO rationem de principatu ſuo ſunt reddituri. QVANTO ergo certiores ſumus DEVM

iuſtum

*iustum esse, qui rationem à nobis poscet; tanto nos studiosius eniti decet, vt ipsum habeamus propitium, vt si quam inuenerit aut non inuenerit in vita nostra culpam, * caritate illam misericordiaq; corrigat. In hac sane vita homines non nisi cum hominibus rationes putant, quæ seu conueniant, seu secus, æquo inter homines animo ferendum est, quoniam homines sunt. At quid infelicibus fiet Principibus, qui RATIONES non nisi cum DEO conferent, qui neque verbis decipi, neque donis corrumpi, neque minis territari, neque precibus flecti; neq; excusationibus placari potest?*

Constituunt in regnis suis Principes rigidos iusticiæ administros, qui in errata animaduertunt humana, habent in curiis fisci aduocatos, qui culpas in ipsos admissas accusant; alunt in palatijs sycophantas, qui vitam ipsis aliorum suggerunt; habent in aulis ratiocinatores, qui omnium vectigalium rationes conficiunt: Sed inter omnia ista cur non meminisse volunt diei illius tremendi, quo de vita mala rationem reddent exactissimam?

Mihi quidem sic videtur, CVM omnia Principes de manu accipiant DEI; æquum esse, vt rebus diuinis omnia impendant, omnemq; cum Deo laborem suscipiant, nemini scilicet, nisi DEO, vitæ suæ rationem reddituri: Cumq; deorum instar sint, propter eam, quam in rebus temporaneis habent autoritatem (& eminentiam;) virtutibus Deo magis, quàm cæteri assimilentur, (æquissimum est.) MAGIS enim heroica laude excellit Princeps, qui duo vicia debellat, quàm qui decem regna subigit. Sed veniam nunc illis dabimus, imò etiam rogabimus, ne dij sint terreni; sed viri in Republica boni. OMNIS enim Principum laus in hoc consistit, vt sint erga extraneos præpotentes; erga suos verò minimè fastuosi.

Quintò, Principes decet Christianis virtutibus alios antecellere, quoniam vt gratiosi aut inuisi (felices aut ærumnosi) sint, non aliunde, quàm à solo Deo expectandum. Non semel (enim) vidi PRINCIPES, qui omnem fiduciam in auxilio gratiaque aliorum Principum collocarent, tanto magis à Deo fuisse desertos: & ex aduerso, qui non ex hominibus, sed ex Deo penderent, Deum iuxta atque homines & fautores & opitulatores habuisse. SÆPE cum maximè aspirante fauoris humani aurula, prosperitati videntur velificari suæ, arcano Dei iudicio, remora nec opinata nauem cogit consistere, vt quamuis socij & amici Principum opitulari illis & possint & velint; DEVS tamen illos auxilio beneuolentiaq; iuuari nolit; vt scilicet NON in solicitudine humana; sed in prouidentia diuina sita esse remedia videant.

72

Cui plus committitur, ab eo plus exigitur. IC.

Tribunal Dei ideo terribilius, quia iustum. Nazi. orat. 26.

* *benignè misericorditerq; ignoscat & remittat. G.*

Ille à Principibus rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam tradidit. Isidor. de prælat.

εἰ δὲ θεὸν ἀνὴρ τις ἔλπεται ἢ λαθέμεν ἔργων, ἁμαρτάνει. *Pind. Olymp.* 2.

Dei sententiam nemo effugere potest nec defensione, nec gratia. Lact. 6. 18.

Etsi Rex leges in potestate habet, vt impune delinquat; Deo tamen subditus est, qui nulli debet: Imò plus ipse debet, cui plus commissum est. Ambros. Psal. 118.

Σὺν ἐχέτεον νόει τὸν θεὸν ἢ ἀνάπνει. *Maxim.*

Talem erga te iudicem Deum experieris, qualem te erga subditos gesseris. Nazi. orat. 18.

Regna superstat, qui regnare iubet. Sidon. carm. 2.

Quod præstabilius Dei munus, quàm Deo similimus Princeps? Plin. paneg.

Princeps imago Dei est, & imaginem Dei gubernat. Nazi. orat. 18.

Iniquæ legge, mal fa il Re, che può, nè la corregge. Arist. 3. 67.

Optimus ciuitatis status sub Rege iusto est, Sen. 2. benef. 20.

Duo reip. firmamenta; fortitudo aduersum hostes, & mutua inter se concordia. Polyb. lib. 6.

5. *Qui à DEO deserti, ab omnibus deseruntur.*

ἐπὶ θνητὸς ἐδεὶς, ἀδὲ ἔσεται, τῷ κακὸν ἐξ ἀρχῆς γνωμεύω ἁ σωσιμίχθη. τοῖσι δὲ μεγίστοισι ἀώτεων μέγιστα. *Herodot. lib.* 17.

A Deo relinquitur iuste, quem ipse reliquit iniuste. Fulgent. Ad Monim. lib. 1.

Vsu venit, vt à quibus se vel adiutum vel læsum iri quis putat, eos longe alios experiatur. Dio. l. 39.

Hominum fiducia vana est Psal. 146.

Multi, cum obesse vellent, profuerunt, & cum prodesse, obfuerunt. Cic. 3. de nat. deor.

Non potest alium in manum suam recipere, qui ipsi in aliena manu est. Sen. 3. contro. 3.

Rex vnicus esto. Ex Homer.

Cum cæperis Deo seruire. tunc magicis senties fructum tuæ libertatis. Apul. lib. 11. asin. aur.

Prudenter Dei muneribus vtatur, in quem summa Deus contulit Dio. lib. 43.

Cum sint Dei omnia, habenti Dominum nihil deerit, si Deo ipse non desit. Cyprian. Sermon. 6.

Præstare (Deo) quam nobis accipere velocius. Auson. grati. act.

Nihil tam durum, quod non duriori cedat. Bernh.

Quos superna protegunt, felices aduersarios habere non possunt. Cass. 8. epist. 26.

Omne corporum robur, omnis equitatus, armorumque apparatus, Deo non adiuuante, ab agmine formicarum nihil differt. Niceph. Greg. 3. extra.

ἀδεμία φύσις αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν αὐτάρκης, ἐρημωθεῖσα τῆς ἐκ θεοῦ σωτηρίας. *Aristot. de mund.*

Plus valet humanis viribus ira Dei. Ouid. 5. trist. 13.

Cuius opes tantæ esse possunt aut vnquam fuerunt, quæ sine multorū amicorum officiis stare possint? Cic. pro Cn. Planc.

Nemo felicitati suæ credat; Multis illa & fidis manibus continenda est. Sen. 6. benef. 33.

Semper maximas res fortuna pro libidine versat. Polyb. lib. 2.

Principes, aduersus quem valere non possunt, per eum se valere cognoscunt. Tert. Apolog. 30.

Sicut alia sunt officia pacis, alia belli; ita eadem necesse est per alios & alios expediri. Saresb. 6. 1.

Fortitudo infirmitatibus roboratur, & calamitas sæpius disciplina virtutis est. Minut. pag. 39. 8.

ὁι πονοι ὄψον ἐστὶ τοῖς ἀγαθοῖς. *Xenophon. 8. pæd.*

ἐνίοτε δυσπραξίαις μείζων καὶ εὐπραξίας τινὶ αἰτία γίνεται. *Heliodor. lib. 2.*

Plurimum faciunt ad stabiliendum imperium. Maiestas, quæ reuerentiam; grauitas, quæ metum; beneficentia, quæ beneuolentiam parit. Philo de præm. & pœn.

ἢ φιλοσοφητέον, ἢ τιμητέον φιλοσοφίαν, εἴπερ μὴ μέλοιμεν πάντελῶς ἔξω τοῦ καλοῦ σκιπίπτειν. *Nazianzen. Stob.* 703.

NON PATITVR (vt similibus dicta confirmemus) Princeps vnius regni dominus, vt in eo quicquam se inscio fiat. Cùm ergo nō minor sit Dei in cœlo, quā Principum in terra dominatio; vult omnino, cum vniuersi dominus sit, sui rationem in vniuersum haberi; cumq; finis sit rerum omnium, ad se vnum omnium rerum principia referri.

O si intelligeretis Principes, quam PARVI referat homines infensos habere! ô si cognosceretis, quanti vestra interfit, Deum habere fauentem! Futurum, ita me Deus amet! esset, vt ne ioco quidem vnum aduersus homines verbum perderetis, & dies noctesq; Deo supplicare non desineretis. MAIOR enim Dei ad nos iuuandos promtitudo est, quàm nostra in ipso inuocando solicitudo. Postremò QVICQVID præsidii vobis ab hominibus ferri potest, idem infirmari ab hominibus aliis potest: at quod præsidii vobis DEVS attulerit, ei neq; ab hominibus resisti, neq; ab alio Deo contradici potest.

QVI multa adepti sunt, & multa possident, præpotentum sibi studia concilient oportet. Quod cum ita sit; sciant Principes, VNIVERSOS simul homines non tantum posse, quantum solus potest DEVS. MAGIS enim leonis fremitus, quam lupi vlulatus terret. Equidem Principes & megistanes multa aliquando lucrari, obtinere & acquirere posse fateor: Sed ex ipsis quæro, quænam præsidia conseruandis illis habeant! Sæpe quippe videmus BREVI temporis spacio principatus parari amplissimos, qui neque intelligentia humana regi, neque viribus humanis conseruari possunt. Eam enim Romani libertatem, quam annis sexcentis parauerant, intra triennium cum Gotthis belligerantes perdiderunt. Quotidiana docemur experientia, AD GVBERNANDAM domum amicorum quemuis & vicinorum indigere consilio: & tanta regna prouincias q; sua tantùm industriâ gubernari posse Principes & dynastæ autumant!

CAPVT XXI.

Quis fuerit Bias; eius constantia in omnium fortunarum iactura; & oratio qua vsus est ad eos qui in calamitate ipsum consolabantur; leges denique decem, quas Principibus reliquit obseruatu sanè dignissimas. 73

INter omnes nationes & hominum genera, qui de sapientum consortio sibi placuerunt, Græci fuerunt, qui præ reliquis celeberrimos philosophos non solū in scholis docere; sed regnorū etiā gubernationi (ac defensioni) præesse voluerūt. Nam

*Nam secundùm † Platonem illis temporibus & in illis regnis aut Philosophi erant, qui imperabant, aut qui imperabant, philosophabantur, vt Laërtius lib. II. de antiquitatibus Græcorum scribit. Summo sibi honori ducunt Græci, quòd ex omni hominum genere multas habuêre maximè insignes personas; nimirum septem fœminas sapientissimas septem reginas honestissimas, septem Reges virtute præcellentes, septem * duces strenuissimos, septem † vrbes nobilissimas, * septem ædificia sumptuosissima, septem philosophos doctissimos. Philosophi autem fuerunt hi: Thales qui primus vrsæ minoris inuentor fuit, eiusq; stellas in vsum nauigantium notauit; Solon Salaminius, qui primas Atheniensibus leges dedit: Chilon, qui Atheniensium legatus Orientem versus profectus est: Pittacus, qui non solùm Philosophus; verùm etiam Mitylenæorum dux fuit: Cleobulus, ab antiqua Herculis posteritate oriundus: Periander, qui longo tempore Corinthi rerum potitus est: Bias (Prienæus) Prienensium Princeps.*

De hoc Biante, vt ea, quæ ad institutum meum faciunt, afferam, sciendum, quo tempore Romæ Romulus, & in Iudæa Ezechias regnabat, grauissimum inter Mantinæos & Prienenses bellum extitisse. Porrò Prienensium simul & Philosophus, & Princeps & dux Bias erat; qui quòd sapiens esset in schola docebat; quòd fortis (& magnanimus,) belli dux erat; quòd denique prudentissimus, Princeps erat ciuitatis: Quod mirum nemini videri debet: adeo quippe illa tempestate sapientes virtutis erant studio dediti, vt qui vni tantùm rei foret idoneus Philosophus, in ciuitate floccipenderetur.

Cæterùm post varia certamina, acerrimo demum Mantinæi & Prienenses (cruentoq;) prælio dimicarunt, in quo Imperator fuit, victoriamq; obtinuit Bias; idq; primum fuit prælium philosopho duce in Græcia commissum: qua victoria plurimum se Græcia iactitabat, quòd philosophos suos non minùs lanceis felices, quàm linguis suaues videret esse.
74 *Cumq; (peracto prælio) forte fortuna multæ ad ipsum adductæ essent virgines captiuæ, quas (pro more) venderet, preciumq; ad vsum suum conuerteret: (continentiæ suæ memor) non modò illas neque violauit, neque vendidit; sed libertate etiam vestimentisq; donauit, omnisq; immunes iniuriæ in patriam singulas suam remisit. Neque verò exiguæ munificentiæ (& castitatis) opus æstimandum est liberare captiuos, & non violare virgines. Sæpenumero enim victi à victoribus armis superantur; ipsi verò victores de victorum delicijs vitijsq; perierunt.*

† *De Rep. lib. 5. Cic. ad Q. fr. epist. 1.*

Διὰ τὸ θαυμάζειν οἱ ἄνθρωποι ἤρξαντο φιλοσοφεῖν. *Aristot. 1. Metaph. 1.*

ἑπτὰ λοχαγοὶ γὰρ ἐφ' ἑπτὰ πύλαις ταχθέντες. *Sophocl. Antig.*

* *VII. Duces sub Thebarum muris pugnantes ceciderunt. Pausan. Stat.*

† *VII. Vrbes de patria Homeri certant. Gell. 3. 11.*

* *Mausoleum vt esset inter VII. orbis miracula artifices fecere. Plin. 36. 5. Gell. 3. 10.*

Quæ cognita sunt ab omnibus, verborum ornamenta non quærunt. Cic. pro Cluent.

Diog. Laert. lib. 1.

Græci de se cùm alia iactant, tum verò è suis maioribus fuisse sapientes. Pausan. lib. 1. & 10.

Plato in Protagora. Ausonius in 7. sapientibus.

Ozias Rex quo anno mortuus, eodem natus est Romulus. Saresb. lib. 8. cap. 22.

Biantem Plato in Hippia maiore, Republ. abstinuisse ait.

Τίμιος ἀνὴρ καὶ παντὸς ἄξιος, ὃς παιδείαν καὶ στρατείαν, διατετειχισμένας θριγγοῖς μεγάλοις, εἰς ταυτὸν ἤγαγε. *Synes. epist. 142.*

Biantis consilia Cræso & Ionibus data refert Herodotus lib. 1.

Vitæ socia virtus, mortis comes gloria. Cic. pro M. Fonteio.

Biantis, sapientia diuturnior inter homines est, quàm patria fuit. Hic enim etiam nunc spirat; illius extinctæ vestigia tantummodo extant. Val. Max. 7. 3.

Nulla est laus, ibi esse integrum, vbi nemo est, qui aut possit, aut conetur corrumpere. Cic. Verr. 2.

ᾧ πάρεστι τὸ κρατεῖν, τούτῳ καὶ αἱ δωρεαὶ φιλοῦσιν ἐπιξενίζεσθαι, ἵνα μὴ πλεῖον ᾖ τὸ νικᾶν. *Nicet. Man. Comn. lib. 3.*

Magnæ continentiæ est, hoc non contingere, quod prohibitum non est. Ambr. 1. Cor. 5.

Non potest exercitum is continere Imperator, qui seipsum non continet. Cic. pro l. Manil.

Vincendo Romani victi sunt. Plin. 24. 1.

Plurimum faciunt ad stabiliendum imperium Maiestas, quæ reuerentiam; grauitas, quæ metum; beneficentia, quæ beneuolentiam parit. Philo. de præm. & pœnis.

Ignoscentia vtilis rebus humanis. Gell. 7.3.

Habet hoc virtus, vt viros fortes species eius & pulcritudo etiam in hoste posita delectet. Cic. in L. Pisonem.

Benignitate & clementia hostem vincere, quàm armis præstat. Polyb. lib. 4.

Venia vltioni præstat. Pittac. VVolfi. in sent. Epictet. 228.

Officium optimi ducis existimandum est, posse non solum vincendi, verum etiam cedendi tempora perspicere. Polyb. lib. 1.

† *comitate vel benignitate.*

* *fastu & crudelitate.*

Sermo lenis omnem fremitum laxat; asper remissum etiam ad iram concitat. Dio. 55.

Para lo mal de peña, y para lo bueno de cera. Adag.

Laudabilius est, cum potueris perdere, pepercisse; quàm cum parcere potueris, perdidisse. Cic. pro Quinctio.

Dei agi frenis atque obtemperare iustitiæ summa libertas est. Boet. 2. pros. 5.

† *Lib. 1. cap. 2. Cic. parad. 1.*

Seneca Stilponi tribuit. in sap. non ead. iniur. cap. 5.

Πατρίς ἐστι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ. *Aristoph. Pluto.*

Πατρὶς ἔστω τῷ σοφῷ πᾶσα πόλις. *Heliodor. lib. 3. Æthiop.*

Fortuna opes auferre, non animum potest. Sen. Medea.

Virtutem iniuriæ non frangant, sed acuant. Val. Max. 7. 5

In mores fortuna ius non habet. Sen. ep. 3.

Biantis solatia, amissis?

Cum fortuna nimis contumaciter agit, qui accepto vulnere, statim miser esse dissimulat. Sym. lib. 9. ep. 103.

Non est tuum, fortuna quod fecit tuum. Sen. ep. 8.

1. *Patria.*

Magistri iniuriæ suæ, quid pati possent, ipsi prærogatis iniuriis docuerunt. Optat. 3.

Patria est, vbicunque vir fortis sedem sibi elegerit. Curt. lib. 6.

Πατρίδα τὴν ἐλευθερίαν νόμιζε. *Isocrat. Archidam.*

Improbi nisi malo coacti, recte facere nesciunt. Cic.

Sapiens se ornamentis suis ita instructum scit, vt ab iis nulla vi segregetur. Apul. de philosophia.

2. *Coniuge.*

Quantum cuique restet, prima nascentium hora disposuit. Sen. cur bon. mal. 5.

Dulcedo vitæ multa & facere & pati turpiter cogit. Val. Max. lib. 2. cap. 1.

Natura dedit vsuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. Cic. Tuscul. 1.

*Fuit hoc factum tantopere inter Græcos celebratum, tantiq; ab hostibus etiam æstimatum, vt extemplo legatos Mantinæi pacem à Prienensibus petitum miserint; & pax inter vtrosq; perpetua fuerit constituta, hac lege, vt ad æternam rei memoriam statua Bianti poneretur, cuius opera vel potius virtute bellum inter ipsos fuisset sublatum: Idq; meherculè sapienter factum. PLVS enim meretur, qui pacem animos sibi hostium conciliando obtinet, quàm qui victoria sanguinem illorum per campos (crudeliter) effundendo potitur. GENEROSI quippe sunt (& esse debent) fortium virorum animi, & quotidie videmus, NON RARO facilius ab vno multos † bono vinci, quàm vnum à multis * malo superari. Vnde Seuerus Imp. subinde hæc verba vsurpasse perhibetur: BONO me vel capillo alligatum minimus quisque Romæ puer quolibet adducat: malo verò me ne cuncti quidem valentissimi Italiæ poterunt mutare. MEVS enim animus seruus potius bonorum, quàm dominus malorum esse expetit.*

Valerius Maximus † refert, vrbem Prienen aliquando ab hostibus captam direptamq; fuisse, vt Biantis coniuge occisa, liberis in captiuitatem abductis, bonis direptis, patria euersa, ipsius denique domo exusta, Athenas, vita tantùm conseruata, Bias profugeret. Quo in casu tam acerbo philosophus non modò nullum tristitiæ signum dedit; sed hilariter cantans iter fecit, omnibusq; hilaritate illa mirum in modum obstupefactis, hæc verba dixit:

Biantis sermo.

Si qui, quòd patria caream, quòd coniuge, domo, liberis (bonisque omnibus) orbatus sim, aliquid meorum me perdidisse (ideoq; contristari oportere) dicunt; ij neque fortuna quid sit, sciunt, neque rectè de philosophia sentiunt. FILIORVM enim & facultatum amissio iactura dicenda non est, dum vita sana est, & nullam fama labem contraxit. Quod vt verum esse appareat, rem ipsam penitius introspiciamus. Si Dij iusti permisere, vt in (hostium ac) tyrannorum immanium manus hæc vrbs veniret; permissio fuit iustissima. NIHIL enim magis iustitiæ consentaneum, quàm vt asperam tyrannorum animaduersionem experiantur, qui præclara sapientum præcepta non degustant. Si coniugem meam hostes occiderunt; NON absq; deorum id nutu factum esse certus sum, qui nascentibus singulis mox vitæ metas definiunt. Cur ergo eius mortem lamentarer, si hanc illi vitæ periodum dij fixerant? Quòd tanti vitam æstimamus, efficit, vt & mors nobis repentina, & intempestiuè ac præmaturè à morte circumuenta vita videatur. Sed hæc hominum vanorum oratio est, cùm DIIS volentibus mors

75

nos

nos inuisat, & nolentibus hominibus vltrò nobis vita valedicat. Porrò filij mei philosophi sunt, virtute præstantes, & quamuis in tyrannorum potestate sint; non tamen idcirco eos captiuos appellabimus. NON enim qui catenis oneratur; sed qui vitijs obsidetur, captiuus est vocandus.

Adhæc quòd domum ignis meam hauserit; ne id quidem mihi lugendum est: Siquidem illa iam vetus erat; ventis de tecto deturbantibus tegulas, carie tigna infestante, aquis deniq; parietes (ac fundamenta) labefactantibus, vt verendum esset, ne fortè collapsa improuisa me mactaret ruinâ. Nam INVIDIA, improbitas, & domus antiqua non præmonitos solent adoriri. Venit ergo elementum ignis, suamq; tribus modis declarauit præstantiam: Primùm quòd reficiendæ illius curam mihi abstulit: Deinde quòd demoliendæ illius sumtu me liberauit; Postremò quòd lites super illa hæreditarias diremit. SÆPE enim impendijs ob vilis domunculæ hæreditatem factis, domus splendida posset extrui.

Postremò si bona mihi erepta dicantur, quoniam fortunæ bonis, quod res loquitur, careo; ratione, qui ita & sentiunt, & loquuntur, carent. NVNQVAM enim fortuna bona ista temporanea mancipio cuiquam dat, sed apud quos libet, & quàm diu libet, illa deponit. Cum autem videt fortuna eos, quos pro depositarijs habebat, pro hæredibus se gerere: quo maximè tempore stabilem bonorum possessionem sibi pollicentur, ipsis erepta ad alium transfert. Quamobrem non habeo iustam querendi causam, quasi quicquam perdiderim meorum, quoniam alteri bona caduca fortuna tradidit: Sed PATIENTIAM mecum & Philosophiam fero, & alieno exoneratus, nullius iam præterquam mei solius curam gero.

Laertius lib. V. de dictis Græcorum refert Biantem ad ludos Olympicos acceßisse, quò certatim omnes totius orbis
76 nationes conuolabant, ac tale ibi ingenij sui specimen dedisse, vt omnibus, qui aderant, philosophis præferretur, verique philosophi gloriam reportaret. Cum autem in ludis Olympicis moraretur, cæteri philosophi nonnullas ei quæstiones proposuerunt; quæ cùm multæ & de diuersis rebus fuerint; eas tantùm, quæ maximi momenti fuerunt, referam, quæ scilicet sequuntur.

Problemata Bianti proposita.

Interrogatus, quis esset in mundo hoc ærumnoso infelicissimus! INFELICISSIMVM in mundo Bias respondit, qui ferre nequiret infelicitatem. NEQVE enim res aduersæ hominem occidunt; sed quam in ijs habemus, impatientia.

Percontanti, quid inter homines molestißimum iudicatu esset? NIHIL, inquit, iudicatu molestius, quàm litem

3. *Filiis.*

Qui rationi parent; soli digni sunt, qui pro liberis habeantur. Plut. de audition.

Capi virtus nescit. Val. Max. 3. 2.

Libertatem nemo bonus, nisi cum anima simul amittit. Sall. Catil.

4. *Domo.*

Non putat iniuriam, qui dispendium non dolet. Amb. con. Symm.

Quisquis ruinosa opera intermittit, amittit. Symm. 1. 4.

Τοῖς κρατήσασι φθόνος παρακολουθεῖ. Herodian. 4.

Alienis incrementis inimicissima inuidia. Sen. tranquil ani. 2.

Ἀνυσιμώτερον ἀμυντήριον τὸ πῦρ. Nicet. Isaac. Angel. & Alex. F.

Ab homine homini quotidianum periculum. Sen. epist. 103.

Nihil homini pernicioßius homine; nulla vis maior, quàm quæ ab homine proficiscitur. Sab. 6. 5.

Sæpe impensarum onus opprimit rei controuersæ vtilitatem. Scalig. 3. poet. 17.

Man hat leicht mehr verrecht/ denn errecht. Adag.

5. *Fortunis.*

Nullis fortuna infestius irascitur, quàm quos indulgentissimè fouit. Sabel. 7. 8.

Sapiens bonum suum non populari rumore, sed conscientiæ veritate metitur. Boet. 3. consol. 5.

Opulentia vsura est, à fortuna ad breue tempus concessa. Epict. VVolfi. 219.

Τὰ χρήματα τοῖς πλουσίοις ἡ τύχη δέδωκεν, ἀλλὰ δεδάνεικε. Bion. Stob. 833.

Virtutis ferè magnitudo calamitatibus approbatur. Flor. 2. 2.

Crescit in aduersis virtus. Luc. 3.

Bellum inter spolia virtutem non abducit. Plut. de lib. educ.

ὀρῶ τὴν ὀλυμπιάσι πανήγυριν τῶν πάντων ἀγαπωμένην καὶ θαυμαζομένην, καὶ τοὺς ἕλληνας ἐπιδείξεις ἐν αὐτῇ ποιουμένους πλείστας, καὶ ῥώμης καὶ παιδεύσεως. Isocrat. Orat. 3. de bigis.

Multa sanè habet Græcia, quæ vel spectentur vel audiantur; sed omnium accuratißimè Olympici ludi celebrantur. Pausan. lib. 5. Alex. 5. 8. Rhodigin. 13. 17. Laert. 1.

Τὸ φιλοσοφεῖν, τὸ ζητεῖν, τὸ θαυμάζειν & ἀπορεῖν. Plut. de ei in Delph.

Laert. lib. 1.

1. *Quis infelicissimus?*

Superanda omnis fortuna ferendo est. Virgil. Æn. 5.

Lues tanto grauius accenditur, quanto impatientius toleratur. Oros. 6. 12.

2. *Quid iudicatu molestum?*

Μηδέποτε πρὸς δύο φίλων εἶναι κριτής. Prouerb.

Duos dissentientes vtrosque vt amicos habeas, vt inimicos caueas. Panorm. de Alphonso.

inter duos amicos discernere: Quippe ex duobus inimicis iudicanti alterum amicum futurum; at ex duobus amicis alterum futurum prorsus inimicum.

3. *Quid mensuratu difficillimum?*

Vitæ tempus ita metiendum, quasi & diu & parum victuri simus. Laertius lib. 1. Stob. fol. 807.

Omne tempus nobis impensum, à nobis exigetur, qualiter sit expensum. Bernard. discip. 208.

Quærenti, quid difficillimum esset mensuratu? NIHIL *inquit rerum omnium esse, quod tam accuratam desideret, quàm tempus, in metiendo diligentiam.* ADEO *quippe exactè metiendum tempus, vt neque rationi quicquam ad benè agendum desit, neque libidini quicquam ad malè agendum supersit.*

4. *Quid sine exceptione præstandum?*

Non sunt seruanda promissa, quæ sint iis, quibus promiseris, inutilia. Cicer. 1. offic.

Ipso iure cautum est, vt nulla promissio, quæ turpem aut tristem habeat exitum, impleatur. Saresb. 3. 11.

Sciscitanti, quid esset, in quo præstando nihil loci foret excusationi, quo minus præstaretur? PROMISSVM, *inquit:* VBI *enim & animi sunt generosi, & vultus verecundi, quicquid (voluntariè) promissum est, necessariò præstandum: quod nisi fieret, plus damni facere, qui fidem in verbis perderet, quàm qui promissi iacturam faceret.*

5. *Quid summa cura quærendum?*

Metire, quod audes. Stat. Theb. lib. 11.

Prudentiam sequitur considerata actio. Cic. off. 1. extrem.

Hab Rath vor der That. Adag.

Rogatus, quid esset, de quo bonos iuxta ac malos maximè sollicitos esse oporteret? NVLLA *inquit de re æquè sollicitos esse mortales oportere, quàm de quærendis consilijs & consultoribus. Nam* NEQVE *res secundas conseruari, neque (in aduersis) resisti inimicis pluribus, nisi cum maturis & viris & consilijs posse.*

6. *Qua in re laudanda tarditas?*

Est consuetudinis meæ, vt eligam ante, post diligam. Sidon. 5. 11.

Post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum. Sen. ep. 3.

Interrogatus, quid esset, in quo cunctatio hominibus laudi daretur? VNA *inquit solummodò in re licere hominibus tardis esse, nempe in electione amicorum:* TARDISSIME *enim eligendum amicum, & nunquam omnino deserendum.*

7. *Quid optandum calamitoso, metuendum felici?*

Magnum subsidium calamitosis spes mutationis. Nazian. orat. 8.

Rara est fortuitis manendi fides. Boet. 2. consol. 2.

Sperandum miseris, metuendum felicibus. Petrar. 6. Senil. 4.

Postremò roganti, quid esset, quod maximè expeteret ærumnosus? Mutationem, ait, fortunæ: & quid esset, quod maximè fortunatus horreret? Cogitare, ait, de fortunæ mutabilitate. ÆRVMNOSVS *enim si mutetur subinde fortuna, aliqua illius parte se potiturum sperat:* FORTVNATVS *verò ne vnica fortunæ mutatione (corruet &) sedibus mox proprijs eijciatur, veretur.*

Prienæi à Biante morituro leges petunt.

ἐπὶ πταίσμασι μεγάλοις φιλεῖ προαιρεῖσθαι τὴν ὑγεμόνα ὁ δαίμων. *Pausan. lib. 3.*

Lex iubeat, non disputet. Sen. ep. 94.

Perfecta obedientia non disputat, sed simpliciter obedit. IC.

Securius intrat, durat, & exit, qui voce populi satis prouidi vocatur ad regnum. Olaus Epitom. lib. 8.

In Principe requiruntur,

De his & interrogatus fuit & respondit Bias in ludis 77
Olympiacis, Olympiade LX. Vixit autem Bias annos XCV. qui cùm morti propinquaret, à Prienæis tanti viri iacturam acerbissimo sibi dolori fore ostendentibus, vt leges nonnullas conderet, magnopere rogatus fuit, ad quarum præscriptum ducem & Principem ipsi successurum eligerent. Qua re intellecta (& comprobata) Bias sequentes ipsis leges, paucis verbis comprehensas tulit, quarum, vt & autoris, Plato in lib. de legibus meminit, itemq; Aristoteles in Oeconomico.

1. *Ætas idonea;*

αἱ νεότητες ἄφρονες· αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες. *Posidip. anthol. lib. 1.*

Leges à Biante Prienæis datæ.

NEMINEM *vniuersi populi Principem (ac gubernatorem) legi fas esto, nisi quadraginta vt minimum annos habeat.*

habeat. HAC enim ætate populi gubernatores (ac Principes) esse debent, vt neq; ætas & experientia minor peccandi in negotijs causſam ipſis præbeat; neq; ætas grandior & imbecillitas in ſuſtinendis eos laboribus impediat.

NEMO populi gubernator conſtituitor, niſi cunctis populi totius ſuffragijs tanquam vir bonus fuerit approbatus. NVNQVAM enim rectè illi parebitur, qui improbus ab vniuerſis habetur.

NEMO Prienenſium gubernator legitor, niſi præclarè ſit literis Græcorum eruditus. NVLLA enim maior eſt reipublicæ peſtis, quàm ſapientia prudentiaq; gubernatorem deſtitui.

NEMO Prienenſium gubernator eligitor, niſi decem vt minimum annos militiæ egerit. SOLVS enim ille pacem exoptatam conſeruare nouit, qui propria edoctus experientia, quid ſint labores militares, didicit.

NEMO crudelitatis notoriæ particeps populi gubernator eligitor. FIERI enim aliter non potèſt, quàm vt is, qui crudelitate delectatur, in tyrannum euadat.

Prienenſium gubernator tres populi leges antiquas violare auſus, tum magiſtratu abdicator; tum ciuitate eijcitor. NIHIL enim magis reipublicæ exitio eſt, quàm legum nouarum inuentio, veterumque conſuetudinum bonarum violatio.

TRIBVTA Principi ſeu gubernatori Prienenſium ritè ſoluuntor. Quòd SI FORTE domi gubernatoris ſumtus tributa ſuperet, mox à reipubl. gubernaculis remouetor. PRINCEPS enim pauca poſsidens, & multa expendens, aut regnum perdat, aut in tyrannum degeneret neceſſe eſt.

Qui Prienenſium Princeps futurus eſt, religioſus eſto deo-
78 *rum immortalium cultor, & ædium ſacrarum patronus ſummus. Alioquin enim SI DEOS Princeps parum reuerenter habet; non eſt quòd homines iuſticiam ab illo ſeſe impetraturos ſperent.*

Princeps Prienenſium ditione à maioribus relicta contentus eſto, neque bellum regna aliena occupaturus moueto: quod ſi fortè conatus fuerit, nemo neq; pecunijs, neque corpore illum iuuare aut comitari tenetor. Apollinis quippe oraculo didici, QVICVNQVE aliena raperet, ei propria deos adimere.

Prienenſium gubernator bis ſingulis ſeptimanis ſupplicatum dijs ito, & templa viſitato: qui contrà fecerit, non ſolùm (magiſtratu) abdicator; ſed etiam vita defunctus ſepultura careto. PRINCIPIS enim, qui dum viuit, deos non honorat, exuuias, vbi ſepultus fuerit, honorari (laudesq; celebrari) abſurdum eſt.

οὐ ξωνομόμῳ τῷ σώματι σιωσωξόντων ἢ οὐ φερόντες. γνῶσκουσι ἢ συγχεόσκυζιν. Herodot. lib. 3.

ὁ νέος μὲν ἄπις ὁ, ὁ ἢ πρεσβύτερος ἀσθενής. Onoſand. 1.

2. *Vita proba.*

Neceſſe eſt primùm ipſam regulam rectam ac firmã eſſe. Plut. ad Princ. inerudit.

ὅτι ἔνεστιν ἄρχειν καλῶς, ὅταν καλῶς οἱ ἄρχοντες ἄρχωσιν. Ariſtid. orat. in Romam.

3. *Doctrina.*

Quis melius quàm literatus imperat? Vopiſ. in Tacit.

Hoc lectione ſemper quærendum eſt, vt homo ſeipſo melior iugiter fiat. Saresb. 7. 10.

4. *Vſus rei militaris.*

Inexpertis dulcis eſt pugna. Veget. 3. 12.

Mas vale vaca en paz, que pollos con agraz. Adag.

5. *Humanitas.*

Peſtifera vis eſt valere ad nocendum Sen. 1. clement 3.

6. *Legum obſeruantia.*

In minimis quoq; rebus omnia antiquæ conſuetudinis momenta ſeruanda. Val. Max. 2. 1.

ἀσφαλίστατα ἔστι οἰκοῦσιν, οἷς παρεῖναι ἔξεστι καὶ νόμοις ἴσοις διαφόρως πολιτεύονται. Thucyd. 6.

7. *Moderata tributorum diſpenſatio.*

Concuſſio populorum, armorum colliſio, clades hominum, & plaga terribilis, luxuriam ſemper comitatur aut ſequitur. Saresb 6. 6.

Diuitiæ magnæ nõ tam multa accipiendo, quàm non multos ſumtus faciendo, colliguntur. Dio. lib. 52.

8. *Cura religionis.*

σιωθεῖν πρεσπομόμων εἰκὸς καὶ τοὺς πρώξεις ἀφεῖναι ἐπὶ τὸ λῷον ἀεὶ τῇ πόλει. Xenoph. de vectigalib.

Sis pius in primis. Claudian. 4. Coſ. Hon.

9. *Animus ſua ſorte contentus.*

Rex cum iuſticia ſuum tenere malit, quã per iniuriam maiora acquirere. Iſocr. Nicocl.

Quid conferret creatura illi, quem deſerit Deus? Saresb. 2. 27.

10. *Pietas.*

σιωθεῖς πάρεσιν ἡμῖν ἀγαθά. Xenoph.

Omnium ornamentorum præſtantiſsimum pietas. Nazian. orat. 43.

Vita animæ Deus eſt; hæc corporis; hac fugiente ſoluitur hoc; perit hæc deſtituente Deo. Saresb. 3. 1.

Mens ratione duce illustrata, in medio virtutum, quibus genuino fauore, quamuis viciis inclinetur, adsurgit, scientiam Dei quasi arcem prospicit. Oros. 6. 1.

Eo consilio tanta immanitas pœnę denunciata est, ne ad eam vnquam perueniretur. Gell. 20. 1.

Non ideò credas Deum ista negligere, quia permittit, quod nemo impunè committit. August. 1. ciuit. 28.

Deus sicut vltor culpæ, ita moderator est pœnæ. Ambr. Psal. 118. serm. 18.

Et bonis piisq; præmia certissima, & sontibus ex deorum ira supplicia sunt proposita. Pausan. lib. 8.

Sicut respici debet diuina clementia, sic respici debet & diuina censura. Cyprian. 2. ep. 7.

Destinati pœnis, tanquam ligna arida, gehennæ ignis reseruantur. Optat. lib. 1.

† *commonefacit.*

* *malos redarguat.*

Diuina bonitas irascitur in hoc seculo, ne irascatur in futuro. August. Sent. Prosp. 5.

Ideò denunciatur seueritas, vt misericordia quæratur. Leo serm. 3. de collect.

Adam serpentis astutia deprauatus, sponte diuinæ legis præuaricator effectus, iusto DEI iudicio mortis pœna damnatur. Fulgent. de incarnat. cap. 6.

Peccati sæua satelles pœna. Prudent. apotheos.

Vsque adeò contermina pœnæ culpa suæ est. Victor. Genes.

† *supplicio affecti.*

Ex hoc nullus est hominum, qui non huius peccati vinculo nascatur astrictus. Fulgent. de incarn. cap. 6.

* *Ierem. 31. vers. 29.*

Adam & Eua primi nostri vt generis, ita erroris parentes. Ambros. Luc. 12.

ὀξὺς θεοῦ δ' ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πάνθ' ὁρᾷν. *Prouer.*

Deus si non blandiretur, nulla esset exhortatio; si non minaretur, nulla esset correctio. August. Prosp. sent. 72.

Pondera operum charitatis lance pensantur. Leo. serm 4. de collect.

Benè expectat promissionem Dei, qui mandatum eius exequitur. Prosp. sent. 37.

Christianis aut æternæ vitæ requies, in tuto, aut etiam huius in lucro est. Oros. 7. 3.

Mens dura & ingrata iam sibi ipsa supplicium est, & in conscientia sua patitur, quicquid Dei bonitate differtur. Leo. serm. 5. Epiphan.

Mala mens nunquam gaudia pacis habet. Prosp. sent. 68.

Per orbis multiformes ruinas tam delictorum pœna est varia, quàm delinquentium multitudo numerosa. Cypr. Serm. 5.

CAPVT XXII.

DEVM inde ab exordio mundi semper sceleratorum fuisse vltorem, in primis Principum Ecclesiam suam oppugnantium: omnesq; Christianos improbos nihil aliud esse quàm tribules inferorum.

*QVando opifex ille æternus, qui vniuersa omnipotentiâ sua metitur, sapientiaq; ponderat, vt reipsa existerent, res vniuersas tam cœlestes, quàm terrenas, visibiles & inuisibiles, corporeas iuxta atq; incorporeas condidit; non solùm bonis sibi seruientibus præmia promisit; sed simul etiam pœnas contumacibus (grauissimas & rigidissimas) minatus est. Semper enim IVSTICIA & misericordia DEI pari passu incedunt, & nunquam illa bonos † inuitat, quin hæc * malis comminetur. Idq; verissimum esse manifestum est. Cùm enim vnicus esset DEVS, isq; vnicum condidisset mundum; & in toto mundo vnicus hortus, & in eo fons vnicus, & apud hunc vnicus vir, & cum viro vnica duntaxat fœmina, cum eaque vnicus serpens, & prope serpentem sola arbor vetita esset; mirum profectò dictu est, nec minùs horrendum visu fuit, quòd eo ipso die, quo mundi creatio absoluta est, in Paradiso DEus terreno & gabalum & gladium posuit. Gabalus fuit arbor vetita, de qua comederunt, & propterea † condemnati fuerunt primi parentes. Gladius fuit pœna, qua nos miseri illorum filij in hodiernum vsque diem plectimur. Reuera enim ILLI * vuam immaturam culpæ comederunt, & nos stuporem dentium in pœna sentimus.*

Non iam dicam, quo pacto DEVS potentia sua, quod prostratum est, erigit; sapientia sua, quod seductum est, in 79
viam reducit; pro voluntate sua peccata multa dissimulat; pro sua clementia in se delinquentibus ignoscit; luce sua, quod obscurum est, illustrat; rectitudine sua, quod fractum est, dirigit; pro sua largitate supra meritum remunerat: Sed tantùm hîc dicam & paulò fusiùs declarabo, quomodo Deus ille supremus cunctos, qui in gratia cum ipso non sunt, iusticia sua puniat. O quàm securos decet esse fideles seruos tuos, Domine, quòd pro paucis obsequijs præmia sint abs te accepturi & plurima & vberrima! At ô quàm anxios semper oportet viuere sceleratos, quòd multorum malefactorum acres tibi & horrendas pœnas sint persoluturi!

Cùm autem DEus neque pro bonitate sua obsequium vllum irremuneratum relinquat, neque pro iusticia crimen vllum impunitum dimittat: Sciendum tamen, quòd SV-

PER

PER omnia & præter omnia grauiter animaduertat in peccatum, quod ad ignominiam pertinet sanctæ fidei catholicæ. ÆQVE enim Christus iniuria se affectum ab ijs censet, qui Ecclesiam suam persequuntur, atq; ab ijs, qui corpori suo manus attulerunt.

Priscis illis temporibus à Deo Principes præcellentes, virosq; illustres pœnis affectos, & multis & maximè memorabilibus legimus. At NVLLA in re tanto pondere ingrauata est Dei punientis manus, vt in pœnis eorum qui idola abominanda adorarunt, & sacra templa violarunt. GRAVISSIMVM quippe aduersus Deum scelus est, in vita à sacrosancta fide catholica deficere, & in morte de misericordia diuina desperare. VTINAM ita nos, diuina aspirante gratia, peccata nostra agnosceremus, quemadmodum Deus pœnam illorum nobis irrogandi caussam habet! Ita enim futurum esset, vt emendationem in posterum institueremus; & plenam omnium præteritorum Deus veniam (& in futurum gratiam) nobis daret.

*Vnum video, in quo * me neutiquam falli arbitror; quòd scilicet IN DELICTIS & criminibus committendis pro ciuibus (vt ita loquar) nos gerimus, (natura nos ad ea perpetranda induci & impelli dictitantes:) at in expiandis corrigendisq; ijsdem peregrinos nos dictitamus; culpam scilicet admittentes (ac probantes,) & pœnam illi debitam condemnantes (ac detestantes.) Arcanis sanè Dei iudicijs permittentibus, ipsorumq; peccatis id merentibus, non nego facultatem posse dari improbis, vita hac ad arbitrium libidinemq; suam vtendi & fruendi. Sed credant futurum, vt cùm minimè cogitarint, contra voluntatem illam amittant. ADEO quippe instabiles sunt vitæ deliciæ, vt vix gustare illas incipiamus, quando ex oculis nostris euanescunt.*

80 *Regula est minimè fallax, bonorũ iuxtà & malorum experientia comprobata; OMNES naturæ instinctu abundantiam potiùs, quàm penuriam expetere; quicquid autem vehementer expetitur, id diligentissimè quæri: quod verò diligenter quæritur, laboriosè obtineri; & quod laboriosè obtinetur, iucundè possideri; quod iucundè possidetur, dolenter amitti; quod dolenter amittitur, indesinenter deplorari: Siquidem negare nullo modo possumus CORDIVM afflictorum præcones esse oculos lacrimis manantes. Ingenijs † feruidis animisq; pauidis angor est semper excrucians, supplicium nunquam cessans, vermis assiduò mordens, cogitatio de amittenda aliquando vita iucundissima, qua nihil amabilius, & de gustanda morte horrenda, qua nihil odiosius (& horribilius.)*

Consolatio sit nobis, quòd hæc Dei sit iniuria. Theophyl. Luc. 10.

Nemo grauior hostis omnium, quàm qui omnium lædit autorem. Ambros. Psal 118. serm. 18.

Labi hominis, seruare Dei est. Prudent. Hamartig.

Non niega il cielo tardi o per tempo CHRISTO, à chi gli el chiede. Ariost. 44. 55.

Damnationi sit obnoxius, qui ab hoc declinat, quod rectè fecerat. Ambros. 1. Timoth. 5.

Magnam iniuriam Deo facit, qui de eius misericordia diffidit. Augustin.

Non perit, qui agnoscit errorem. Ambros. Psal. 118. serm. 22.

Nec pœnitentia sperantem, nec spes deserat pœnitentem. Fulgent. epist. 7.

Dilatio vindictæ dat locum pœnitentiæ. Leo. serm. 5. Epiphan.

* *inconstantiam & leuitatem nostram mirari satis non possum*; G.

Grauis in eum pœna decernitur, cui etiam ipsa correctio denegatur. August. Sent. Pros. 80.

Αἱ τιμωρίαι Θεοῦ μέγιστον εὐεργεσίας μέρος εἰσίν. *Chrysost. Stob.* 400.

Differt pœnam Deus, dum expectat pœnitentiam. Amb.

De pœna tua peccatum tuum accusa, non iudicem. August. Ioan. tract. 1.

Habet omnis hoc voluptas,
Stimulis agit fruentes,
Apiumq; par volantum,
Vbi grata mella fudit,
Fugit, & nimis tenaci
Ferit icta corda morsu. Boëth 3. 7.

Quod desiderium nostrum fugit, cupiditatem exercet Nazianz. orat. 27.

Non aliud, qui se diligit, esse vult, quàm beatus. August. 10. ciu. 4.

Nihil æquè amorem incitat & accendit, quàm carendi metus. Plin 5 ep. 19.

Boni vsum & suauitatem desiderando sentimus. Cic. 16. ep. 8.

Difficile est tacere, cùm doleas, Idem pro P. Sylla.

† *sagacibus.*

Φεύγουσι χ' οἱ θρασεῖς, ὅταν πέλας ἤδη τὴν ἄδην εἰσορῶσι τοῦ βίου. *Sophocl. Antigon.*

Maximo pectoribus humanis lux amori, interitus horrori est. Pacat. panegyr.

Sed

Sed vt accedam ad id, quod probandum hac in parte suscepi, par est, vt discant Principes, si nesciunt, vniuersi, quòd SICVT diuina prouidentia ad sublimem ipsos locum, nulla in ipsis merita animaduertens extulit; ita rigida ipsos iusticia, si pro beneficijs ingrati fuerint, deturbabit. INGRATITVDO enim pro beneficijs acceptis hominem accipiendis indignum reddit. QVO (verò) quis pluribus fuerit præ cæteris cumulatus beneficijs; eò grauiùs, si malè illa collocauerit, punietur.

Omnes viri prudentes, si in hoc cogitando mente animoq́; insistant, SÆPE DEVM ab ijs peccatis pœnarum telam ordiri deprehendent, quorum nos maximè cepit obliuio. Nam AD TRIBVNAL diuinæ iusticiæ semper ceu sanguine manantes arcanæ (& obliuioni iam datæ) culpæ nostræ, publicè in nos animaduerti flagitant. Hac verò in parte, vt illud etiã addam, NON MAGIS immunem esse Principem video, in felicitatis humanæ fastigio constitutum, quàm rusticulum inopem, qui (tenuiter in) pusilla sordidaq́; viuit villula. Imò sæpissimè, quod experientia testatur, repentina & horrifica fulmina, intactis ædificijs humilibus, puncto temporis turres superbas prosternunt. Hoc nimirum DEus & vult, & immutabili statuit decreto, vt quò celsiùs aliquem supra cæteros euehit, hoc magis quàm cæteri dominum ipsum (moderatoremq́;) agnoscat. NON enim idcircò sublimes DEus principatus ac potentatus instituit, vt enormia committant delicta (maioribusq́; fruantur delicijs:) sed vt occasionem habeant Principes tanto plurib. plenioribusq́; ipsum colendi obsequijs.

QVICVNQVE ergo Princeps non fuerit sincerus Christianus, & feruidus sanctæ fidei Catholicæ amator: qui ædium sacrarum fuerit violator, & de cultu diuino parum solicitus; persuasissimũ habeat futurum, vt neq; in hac vita infamiam effugiat, & in futura in discrimen animæ salutem adducat. Omnes enim MALI Christiani quid aliud sunt, quàm † inferorum curiales? 8.

CAPVT XXIII.

Duodecim exemplis probat autor, quàm grauiter, Principes templorum violatores sint puniti.

1. De pœna filiorum Aaronis.

RES postulat, vt ad persuadendum aptis rationibus verbisq́; omissis, quæ hactenus diximus, multis illustribusq́; probemus historijs. MAGIS enim paucis mentes humanæ exemplis, quàm verbis mouentur plurimis.

In

Φιλέει ὁ θεὸς ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. *Herodot. lib.7.*

ἦ μερόπων ἀχάριτον ἀεὶ γένος. *Iulian. Antholog.lib.4.*

Ingratus animus affinis est superbiæ. Philo.de charitate.

Accipiendis indignus est, qui fuerit de acceptis ingratus. Bernh.discip.pag.577.

οὐ δεῖ ἀχαριστεῖν πρὸς τὸ κρεῖττον. *Heliodor. lib.8.*

Maioris condemnationis causa erit dignitatis magnitudo. Theophyl.Luc.12.48.

Pœnæ maleficiis aliquando seræ, nunquam irritæ sunt. Plin.2.cap.7.

Apertis pœnis propter occulta criminum plectimur. Sidon.3. ep.4.

Cogita varios casus, & in sublimi maximè lubricos. Sen. ep. 94.

Cui plus committitur, plus ab eo exigitur etiam cum vsura pœnarum. Isidor. de prælat.

Miseri in hoc altiùs tolluntur, vt decidant altiùs. Minut. p. 399.

Cuncta mortalium incerta, quantoq́; plus adeptus, tantò magis in lubrico es. Tacit. annal.1.

Super Imperatorem non est nisi solus DEVS, qui fecit Imperatorem. Optat.lib.3.

Imperator sic omnibus maior est, dum solo Deo minor est. Tert.ad Scapul.

Quanto quisque in superiori constitutus est loco, tanto in maiori versatur periculo. Isidor. de prælat.

Qui sunt in seculi culmine constituti, aut plurimos secum perdunt, aut multos in via salutis acquirunt. Fulgent.epist.6.

Acer sui numinis vindex Deus. Valer. Max.1.2.

Tanta damna DEO fecistis, quanta lucra diabolo procurastis. Optat.lib.6.

Non parum obest, Deum confiteri Dominum, & actibus diabolo famulari. Ambros. Rom.6.

† *candidati diaboli. Tertull. de coron. mil.*

Aaronis super Ithamar & Eleazaro felicitatem. Nadab & Abiu fulminibus afflati decolorauêre; quorum quamlibet interemtorum credamus absoluendas animas; punitas tamen scimus esse personas. Sidon. 9.ep.14.

Longum iter est per præcepta: breue & efficax per exempla. Senec.ep.6.

Cui verba satis non faciunt, solent exempla suadere. Ambros.1.Cor.10.

Ad exempla viuimus, nec ratione componimur, sed consuetudine abducimur. Sen.ep.123.

In libro, quem Hebræi Vaiecra, nos Leuiticum dicimus, capite X. narratur, quo tempore penes Mosen, Iethronis sacerdotis Madianitarum generum, summus omnium Semi posterorum principatus erat, simul cum ipso summo sacerdotio functum esse Aaronem, ipsius & Mariæ leprosæ fratrem. IN OMNIBVS enim legibus, autore Deo latis, semper cautum fuit, vt alius rerum ciuilium, alius sacrarum diuinarumq; administrationi præesset. Erant autem summo sacerdoti filij duo, Nadabus & Abius, iuuenes ambo sapientes, fortes & pulcri, qui inde ab adolescentia patrem in peragendis sacrificijs solennibus iuuabant. Veteri enim lege illa permissum erat, vt tum vxores liberosq; haberent sacerdotes, tum in functione illis filij succederent, & sacerdotiorum hæredes essent.

Interuenit autem calamitas quædam, quòd cùm ambo iuuenes stolis candidis amicti corpora, renes balteis cincti, capitibus tiara coopertis, altera manu thuribulum, altera suffimina tenentes, quòd accendere nouum ignem, quemadmodum lege sancitum fuerat, pigrarentur, prunas ex igni sibi interdicto cepissent: horrendum visu, vniuerso populo spectante, & nemine mali quicquam suspicante, ignis repentè erupit, qui & iuuenes exanimes humi prostrauit, & tristem sacrificio finem imposuit. Sententia profectò rigidissima, sed iustissima: quia iure vitam merebantur amittere, qui libare ignem ausi erant alienum. Non ierim inficias, ambos sacerdotes illos graue commisisse piaculum, cùm tam seuera fuerit animaduersio: Veruntamen ausim dicere, GRAVIVS peccare, qui animo peccatis inquinato aut communicant, aut consecrant, quàm qui ignem alienum obtulerunt; quod verum esse manifestum est. Nam iuuenes illi, (subitanea morte à Deo sublati,) saluata anima, corpore pœnas persoluerunt. At infelicibus istis vitæ DEVS securitatem indulget, quia perpetuus illos animæ interitus manet.

Sacerdotis pater, pontificisque filius, nisi sanctus est, rubo similis efficitur, quem de rosis natum, rosasq; parientem, dumorum vallat asperitas. Sidon. 4. 13.

Non conuenit vnum duplicem professionem habere. Ambros. 2. Tim. 2.

Qui rerum potiebantur, iidem auguria tenebant. Vt enim sapere, sic diuinare regale ducebant. Cic. 1. diuin.

Quanto Deus antestat homini, tanto pontificatus regno excellentior. Philo de legation.

ὁ πάλαι χρόν@ ἰῶ:γκε τὲς αὐτὲς ἱερέας τε καὶ κρίτας. *Synes. epist.* 57.

Meritò Deus vel ingratos, vel incredulos, vel etiam contumaces, variis correptionibus arguit. Oros. 6. 4.

Negatum & subtractum est pœnitentiæ tempus, quia non talis erat culpa, quæ veniam mereretur. Optat. lib. 1.

In vnius exitio quisq; imaginem sui periculi considerans, documento recenti similia formidat. Ammian. lib. 14.

Non sit inclementior vindicta, quàm culpa. Ambr. contr. Symm.

Conuenit sacris pura simplicitas. Philo. de vita contemplat.

ἐ μικρὸν, ἐπισκοπῆς ἀξιωθῶσι θεῦ, κὴ καθηράθη. Δικὴ δίκης τὸ ἁμαρτάνειν. *Synes. epist.* 57.

Magna ira est, Deum peccatoribus non irasci. Hieron. Dux. pecc.

Nihil infelicius malè agendi felicitate. Isidor. de præl.

In impijs Deus iudicium suum desertione inchoat, cruciatione consummat. Fulgent. lib. 1. ad Monim.

2. De pœna Azotiorum.

62 *Quo tempore regnum Palæstinæ sine rege erat, senex quidam venerandus regimen tenebat, pater duorum filiorum haud ignobilium, Hophnis & Phineæ. Illis enim temporibus non à Regibus Israëlitæ, qui ipsos affligerent; sed à sapientibus fortibusq; viris regebantur, qui iusticiam ipsis administrabant. Cùm autem bellum Hebræis facerent Azotij, gens Arabica bellicosissima; Israëlitæ vel Hebræi arcam fœderis in medium adduxerunt prælium, quod perinde erat, ac si quis hodie venerabilem Eucharistiam ad dirimendum deportaret conflictum. Sed adeò cessit infeliciter, vt non tantùm victi fuerint Hebræi; sed arcam etiam, reliquiarum*

Placitum Dei necessitas sequitur; voluntatem comitatur effectus. Apul. Asclep.

Germani effigies & signa detracta lucis in prælium ferunt. Tacit. de morib. Germ.

Herculis simulacrum agmini præfertur in Pori pugna. Curt. lib. 8.

Τῆς θεομήτορ@ εἰκόνα οἱ βασιλεῖς Ρωμαίων ποιῆντει συμμάτηγον. *Nicet. Marchus.*

Moris erat apud Christianam militiam semper crucem præferri in negotiis præliorum. Suger. histor. Gall. fol 150.

Iustè à Deo deseritur, qui deserit Deum. Fulgent. lib. 1. ad Monim.

illud (vt sic loquar) precioſiſſimum, amiſerint. Deſideratis ergo * quatuor millibus Iſraëlitarum, caſtriſq; ſpoliatis, arcam Azotij diuinam, reliquijs ſacris plenam, in templum vrbis Azoti portarunt, & apud ipſum † Dagonem, quod execrandum illorum idolum erat, collocarunt.

At verus DEVS, qui non vult aut ſibi, aut rei ſeſe repræſentanti vllum numen commenticium æquiparari, fecit, vt mox illa nocte ſtatua Dagonis, nemine eam ſubruente, deturbaretur, & in fruſta, nemine eam tangente, comminueretur. ADEO quippe potens eſt Deus, vt ad iuſticiæ ſuæ executionem humana neutiquam indigeat induſtria. Porrò Deus idolo à ſe deturbato confractoq; non contentus, cultores etiam illius punire voluit. Vnde omnes Azotij, Aſcalonitæ, Gethæi, Accaronitæ & Gazæi, quæ erant quinque ciuitates antiquiſſimæ & nobiliſſimæ, viri ſimul ac mulieres afflicti fuerunt, in * ſecretioribus ani, condylomatis, vt neq; ſedentes cibum capere, neque equitantes iter facere poſſent. Vtq; peccati atrocitatem ex pœnæ, quam illius ergò perſoluebant, aſperitate cognoſcerent vniuerſi; diuinæ iuſticiæ decreto mandatoq; factum eſt, vt omnes domus, omnes plateæ, omnes horti, omnes ſegetes, omnia † ſepta, omnes deniq; campi muribus * complerentur.

Peccârant illi idola adorando commenticia, Deumq; verum deſerendo. Quare duplici illos malo vlciſci Deus voluit; vt nimirum & condylomatis hominum corpora excruciarentur, & à muribus opes conſumerentur. QVI enim animam dæmoni ſuam ſponte dicauit, huic Deum opes inuito adimere parum eſt.

Quod cùm ita ſit, quæro iam, vtrùm ſit grauius peccatum Azotiorum, qui arcam in templo, loco ſcilicet ipſorum opinione ſanctiſſimo & honoratiſſimo poſuerunt; an Chriſtianorum, qui DEI timore abiecto, Eccleſiæ opes rapiunt, & ad vſus profanos accommodant? Profectò QVANTVM ſuperſtitio Azotiorum à religione differt Chriſtianorum; tantum peccati illorum atrocitas, ab horum peccati atrocitate diſtat. ILLI enim peccarunt non credentes arcam veri Dei typum eſſe: Nos autem verum Deum eſſe & credentes & confitentes, nullo pudore (tot) ipſum peccatis offendimus. Ex hoc ergo pœnæ genere, tam nouo manifeſtum eſt, quòd PRINCIPES & megiſtanes non modò Deum tanquam Dominum agnoſcere; ſed etiam cuncta ipſi conſecrata reuerenter tractare debeant. LEGES enim humanæ, quæ de reuerentia Principi debita loquuntur, non minus capitis damnant eum, qui domum ipſius (& regiam) oppugnat aut ſpoliat, quam qui (violentas) corpori manus aſſert.

3. De

* *triginta.* 1. *Reg.* 4. 10.

Sic humana conſilia caſtigantur, cùm ſe cœleſtibus præferunt. Val. Max. 1. 6. 1. Reg 5. 2.

† *Apud Syros Venus piſcis figura colebatur, nomine Dagon & Dereeto. Ioſ. Scal. ad Maml. lib 4. pag. 98.*

Prouidentia Dei nihil impunitum nocentibus permittit. Apul. lib. 3. aſin.

Θεὸς κρύπτ' ἀσυφέλικτον. *Callimach.*

DEVS nec fuga vitari, nec bello ſuſtineri poteſt. Nazi. orat. 21.

Quicquid Deus vult, poteſt: quia quantum vult, tantum poteſt. Fulg. lib. 1. ad Monim.

Deo facilia ſunt, quæ nos efficere non poſſumus. Phil. de merc. meretric.

Nihil eſt, quod Deus efficere non poſsit, & quidem ſine labore. Cic. nat. deor. 3.

* *Prodidit obſcœnum turgenti podice morbum. Sidon. Carm. 16.*

Quantitatem offenſionis qualitas vltionis oſtendit. Oroſ. 7. 3.

† *penetralia.*

* *infeſtarentur.*

Illos Dominus grauiùs damnat; quos hîc diù longanimiter portat. Gregor. Diſcip. de temp.

Noxiæ pœna par eſto. Cic. 3. de ll.

Animaduerſiones, quò notiores ſunt, plus ad exemplum emendationemque proficiunt. Sen. 3. ir. 19.

Peccantes plus ſubiiciendi tormẽtis, quibus peccantium pœnæ ad hoc relatæ ſunt, ne peccarent. Ambroſ. 1. Corinth. 10.

Maioris cuiuſq; mandati tranſgreſsio damnabilior. Bernh.

Cuius peccatum quiſq; ſequitur, neceſſe eſt, vt eius pœnam conſequatur. Iſidor. de præl.

ἡ εἰς τὰς ἱερέας ὕβρις, εἰς τὸν θεὸν ὅλων δεσπότην ἁμαρτάνεται. *Chryſoſt Stob.* 944.

Res eſt Dei, vbi Deo aliquid à quocunq; oblatum eſt. Optat. lib. 6.

Imprudentium pœna prouidentibus conferat ſanitatem. Cypr. ſerm. 2.

Seruis ſuis vetant domini, quicquam rei cum alienis hominibus eſſe. Liu. lib. 5.

ἄξιος ἐστι παντὸς κακοῦ βασιλῆος οἶκον κακώσας, *Herodot. lib.* 9.

Qui ſtatuam contemſerit Imperatoris, Imperatori feciſſe videtur iniuriam. Ambroſ. 1. Cor. 10.

3. De pœna Ozæ.

In libro, quem Elcanæ filius scripsit, hoc est, II. Reg. VI. dicitur, cùm reliquiarium Israëlis, cum sacris reliquijs, quæ erant paullulum mannæ, virga Aaronis, & duæ tabulæ lapideæ, essent in ædibus Abinadabi, ciuis Gabaënsis; statuisse filium Isai, qui tum vnicus erat Rex Israëlitarum, reliquias inde ablatas in sua ciuitate domoq́ collocare: quippe cui videbatur INDIGNISSIMVM, sibi vt Principi mortali domum ad delicias vsq́ esse; at Deum, monarcham illum immortalem, templo ad reliquias illas carere. Præfinito ergò translationis die, quo Gabaa Bethlehemam reliquiæ traducerentur, ex populo XXX. millia Israëlitarum, omnesq́ regni proceres Regi se coniunxêre; vt & maior esset phylacterij reliquiarum gloria, & numerosior Regis comitatus. Accesserant eôdem præterea multi etiam alienigenæ. IN huiusmodi enim spectaculis maior solet esse vltroneorum, quàm euocatorum numerus.

Accidit autem, cùm pedibus incederent cuncti seniores, populusq́ vniuersus psalleret, & Rex ipse saltaret (ac tripudiaret;) vt rota vehiculi nonnihil nutaret, & fortè Oza manu illam tangeret, humerumq́ rotæ, ne vehiculum euerteretur, admoueret, & subitò in conspectu omnium exanimis concideret: quod supplicij genus, maximè profectò horrendum, diligenter notetur. SI enim idcircò tantùm, quòd manum vehiculo, ne euerteretur, admouit, morte illa affectus fuit; NVLLI Principi, qui sacrarum ædium ruinam
84 *adiuuat, vitæ prorogatio à DEO speranda est. Cùm ergò tanta vsus diligentia vitam Oza perdiderit: quid vos, quæso, Principes & antistites speratis, qui tanta negligentia Ecclesiam sinitis collabi? Denuò vos ô Principes & summates compello: si pœnam Oza tantam meruit, quòd sine reuerentia arcam tenuit labantem; quæ vos pœna manet, qui per malitiam potiùs, quàm per ignorantiam, ruinam (conceditis &) adiuuatis Ecclesiæ?*

4. De pœna Balsasaris Regis.

*Cùm Darius Persarum & Medorum Rex Babylonem vetustissimam Chaldæorum vrbem obsideret; habebat ibi sedem imperij Balsasar, magni illius Nabuchodonosoris filius, adeò degener, vt patrem vita defunctum in trecenta frusta secari, totidemq́ * falconibus deuorandum obijci iusserit, ne ab ipso resuscitato & in vitam reuocato, regno rursus priuaretur. HAVD scio, cur adeò demens sit vllus pater, vt laborem ob delicias filio relinquendas capiat, cùm auium, quibus in venatione filius vtebatur, viscera dira fuerint patris deuorati sepulcra.*

Ad exempla vitæ pertinet, non celari, quicquid insigniter præeminet, & in benefactis, & in maleficiis. Philo. vit. Mos. 3.

Δίκαιον εὖ πράττοντα μεμνῆσθαι θεοῦ. *Prouerb.*

Primaria ornamenta Deo debentur, cuius virtus summa princeps est, omniumque Principum decus & gloria. Sabell. 8. 7.

Μνημονευτέον Θεοῦ μᾶλλον, ἢ ἀνατνευστέον. *Nazi. orat.* 1.

Licèt multis priuilegiis gaudeat Princeps, nec militiæ prætextu legem Domini permittitur ignorare. Saresb. 46.

Deum nullus continet locus, Deo nullus caret locus. Fulgent. lib. 3. ad Trasim.

Firmius & incorruptius templum est pectus humanum. Hoc ornetur, hoc veris numinibus impleatur. Lactant. lib. 1. cap. 20.

Promti hominum animi ad noua & mira. Tacit. annal. 5.

Iustè est subsecuta sęueritas iudicis, vbi pręcessit iniquitas peccatoris. Fulgent. lib. 1. ad Monim.

Tutius apud maiestatē timiditate, quam temeritate periclitari. Bernh. fol. 216.

Deus in singulis rebus exemplorum posuit formam, vt sit, quod imputet imitantibus. Optat. lib. 1.

Feliciter is sapit, qui alieno periculo sapit. Plaut. Mercur. Erasm. Adag. 1. 1. 30.

Maior noticia legis plus facit reum. Ambros. 1. Cor. 10.

Leuitis non concessum erat, nisi per vectes portare arcam. Exod. 25. Munster.

Nihil discrepat fructus operum, vbi idem est effectus operantium. Leo quadrag. sermon. 2.

Τοῖς λίαν ὑβριστικῶς πρὸς τὰ θεῖα διακειμένοις οὐκ εἰς τοὺς παῖδας ἀποτίθενται τὰς τιμωρίας, ἀλλ' αὐτοὺς κακῶς ἀπολλύουσι. *Athen. lib.* 12.

Artaxerxes Ochus à Begoæ interemtus, felib. proiectus fuit, & ex eius femoribus manubria gladiorum facta. Ælian. lib. 6.

* *vulturibus: ne de mortuis resurgeret, qui à bestiis redierat in hominem. Fascic. temp.*

Quis non patri suo diem supremū optat, expectat, cogitat? Sen. 5. benef. 17.

Absurdum est aliorum labores prodesse aliis. Philo. de charit.

I padri l'opre e le fatiche de i figliuoli fan quasi sempre, & raro per se soli. Ariost. app. 2. 1.

*Cùm ergo ita circumsideretur Balsasar; splendidum quadam nocte conuiuium omnibus sui regni satrapis & regulis, qui ipsi subsidio venerant, clarissmisq; copiarum præfefectis parare decreuit: quod singularis fuit * calliditatis, vt scilicet Persæ Medique, à quibus circumsidebatur, viderent, quàm parui arctam illam obsidionem penderet.* SOLENT *enim viri nobiles & celsi animi multis circumuenti molestijs occasiones vestigare excogitandi oblectamenta, vt & suorum animi confirmentur, & hostes metu perculsi animum abijciant.*

Pyrrhus magnus ille Epeirotarum Rex cùm Tarenti obsessus, & à Curio Dentato Romanorum Duce arctissimè inclusus teneretur; tribunis suis dixisse perhibetur: Nolite animum despondere commilitones, quos nunquam pusillanimes vidi. Nam SI *corpora nostra Romani circumsident, nos animos illorum obsidemus. Sic enim habetote,* EO ME *esse ingenio, vt quò maiores in angustias ab hominibus redigor; eò liberiùs latiusq; animus meus euagetur. Imò & hoc addo:* SI *muros Romani euerterunt animos tamen nobis integros esse scio: & quamuis muros iam, quos illis opponamus, nullos habeamus; tamen Romanis, difficilius esse animos Græcorum vincere, quàm saxa Tarentinorum diruere (ac disijcere) ostendemus.*

Cæterùm finita iam cœna, & in multam noctem producta, cùm totum se lætitiæ dedisset Rex Balsasar, quòd ex animi sententia apparatum fuisset conuiuium, vinoq; liberaliùs hausto non admodum esset sobrius; scyphos argenteos, paterasq; aureas, de thesauris suis prolatas in mensa iussit statui, vt in ijs tum concubinæ, tum conuiuæ cæteri potarent. Quòd eo consilio felit Balsasar, vt maiore Satrapæ ducesq; alacritate obsidionem tolerarent, Regemq; defenderent, qui tantos ad remunerandum ipsorum laborem thesauros possideret. NIHIL *enim, vt verum fatear, plus in laboribus virium addit, quàm præmij ante oculos positi aspectus.* 85

Cùm ergo singulari cum iucunditate conuiuæ vniuersi in vasis illis, quæ Nabuchodonosor è templo Hierosolymitano, Deo permittente & peccatis populi commerentibus, rapuerat, potarent: repentè manus in pariete, sine corpore brachioq; apparens, hæc verba digito exarauit; MENE, THECEL, PHARES, *quorum hæc est sententia: Vitæ tuæ tabulas, ô Rex Balsasar, Deus inspexit; & completam esse malitiam tuam inuenit, teq; & vniuersum regnum tuum ponderari in trutina iussit, multumq; vobis ad iustum pondus deesse deprehendit. Itaque vt & vita tibi propter peccata adimatur, & regnum tuum Medis & Persis hostibus tuis tradatur, iubet. Neque verò vanum fuit visum; sed illa*

Dissoluti est pectoris, in rebus seriis quærere voluptatem. Arnob. lib. 1.

Magnanimi hilarisq; Ducis confidentiores copiæ sunt, quasi nihil sit periculi. Onosand. cap. 13.

* *magnanimitatis.*

Magni duces rebus afflictis hilaritatem de industria simulant, & aduersas res adumbrata læticia abscondunt. Sen. Polyb. 24.

Ad Imperatoris aspectum, quasi ad exemplum, cæterorum animi conformantur. Onosand. 13.

Στρατηλάτου χρηστοῦ, τὰ κρείσσω, μὴ δὲ πάνδεα λέγειν. *Sophoc. Oedip. Colon.*

Tristissima rerum castiganda duci, vultuque premenda sereno. Val. Flacc. lib. 3.

Audendo magnus tegitur timor. Lucan. lib 4.

Animos extra mœnia; corpora necessitati seruientes, intra muros habent. Vell. lib. 2.

Quanta Imperatoris inter suos est autoritas, tanta bene gerendæ rei vbiq; spes adest. Sabell. 7. 8.

Ibi Sparta muros habet, vbi muros non habet. Sen. Suasor. 2.

Ab inquieto sæpe simulatur quies. Sen. Oedip.

Si vinum auidiùs sumseris, quid facias nescis, quid loquaris, ignoras. Arnob. lib. 7.

Aula choris epulisq; vacat, nec perdita curant, Dum superest aliquid. Claudian. Eutrop. 2. 584.

Felicior parca temperantia, quàm profusa luxuria. Leo. serm. 8. de ieiun. 7 mens.

Ferrum mortemq; timere auri nescit amor. Lucan. lib 3.

ὡς κοινὸν ἀργύριον ἐμπορευόμενοι, ὡς εἴπερ τῶν ναῶν ἀφῃρημένα καὶ τὸ εἶναι θεοῦ ἀπεβάλλοντο *Nicet de reb. post expugn. vrb.*

Eò impenditur labor ac periculum, vnde emolumentum atque honos speratur. Liu lib. 4.

Præmia ad virtutem incitamenta. Onosand. 34.

Nulla verior miseria, quàm falsa læticia. Bernh. de lib. arbit. fol. 226.

Vinum homines, perinde ac aues pinnulæ, incitat ac subleuat. Pausan. 3.

Vitro similis læticia fragiliter splendida Augustin. 4. ciu. 3.

Impietas flagella quidem excruciata sentit; sed à quo flagellatur, obdurata non sentit. Oros. 7. 22.

Τόγε μόρσιμον οὐ πάρφυκτον. *Pindar. Pyth.* 12.

Chi mal' opra, male al fin aspetta. Ariost. 37. 106.

Vbi non adest iustificandi largitas, non deest iudicandi seueritas. Fulgent. lib. 2. ad Trasim.

illa ipsa nocte, non prorogata sententiæ executione, captaq́ ab hostibus vrbe, Rex Balsasar interfectus, regnum amissum, thesauri direpti, concubinæ decollatæ, viri (principes &) illustres capti, & Chaldæi vniuersi seruitute oppressi fuerunt.

Quæro iam; cùm Balsasar tam asperè fuerit punitus, quòd (tantùm) concubinas suas (& amicos) è vasis sacris bibere voluit: qua pœna digni sunt Principes & antistites, qui Ecclesiæ spolia ad res profanas accommodant? Vt vt malus fuerit Balsasar; thesauros tamen illos è templo Synagogæ, neque permutauit, neque alijs dono dedit, neq; vendidit, neque oppignorauit. At QVID de Flaminibus & magnatibus dicemus, qui absque vllo pudore Ecclesiæ bona consumunt, permutant, (vendunt,) alienant? MVLTO mihi leuius peccatum videtur, calicem sacrum concubinæ, vt ex eo bibat, propinare, quod Balsasar fecit; quàm per Simoniam, quod multi hodie factitant, in Ecclesiam ingredi. Fuit (enim) tyrannus ille stultitia potius, quàm auaritia victus: Isti verò (de quibus loquimur) & stultitia, & auaritia & simonia simul† vincuntur.

Quòd si dicat aliquis, cùm vasa sacra Nabuchodonosor Hierosolymis asportauerit; cur Balsasar eius filius pœnas
86 *luit? Cùm NEC consentaneum rationi, nec iustum humana lege videatur, vt patre furtum faciente, septuplum filius persoluat; Et respondetur, SI BONVS esse filius velit, teneri ipsum ad restituendum, quicquid ipsi pater malè partum reliquit. NON MINVS enim pœnam meretur, qui furto fruitur, quàm qui furtum ipsum commisit. In summa fures ambo sunt, & crucis supplicio, *DEO iudice & vltore, digni.*

5. De pœna Achabi Regis.

In primo libro Malachim, hoc est, III. Reg. XVI. narratur, cùm Azarias Hierosolymis Propheta, & Iudææ Rex Asa esset, fuisse ijsdem temporibus Regem Israëlis Ambrim; cui mortuo successit filius Achabus, regnauitq́ Samariæ annos (tantùm natus) duos & viginti. Fuit hic vt ætate admodum iuuenis; sic vita nequissimus, vt non inter malos; sed inter pessimos numeretur. Hic enim Scripturæ mos est, vt quorum vita extremè fuit scelerata, ijs nomina attribuat extremæ infamiæ. Porrò cùm multa fuerint Achabi scelera, pauca hic subijciam.

Primùm in omnibus & per omnia Ieroboami, qui primus Idololatriæ Israëlitis autor fuit, vestigia sectatus est, quod summæ illi fuit infamiæ. BONOS enim non imitando Principes errant; at malorum vestigia sequendo peccant.

Et cosa certa y prometida, la muerte triste tras la alegre viola. Auracan. pag. 294.

De tantula lætitia quanta tristitia! Bern. Meditat. 3.

Capta vrbe nihil reliqui fit victis. Salust. Catilin.

Vbi rerum gestarum exempla sunt, nemo audet queri, nec aliquam excusationem obtendere. Ambros. Rom. 9.

Aliorum mors proficiat ad nostram salutem. Cypr. serm. 2.

Pessimus animis cibus est, velle quod non licet. Leo 9. ieiun. 7 mens.

Non erit impunitus, si quis munus Deo voluntaria deuotione oblatum, illicito crediderit opere temerandum. Fulg. ep. 1.

In vtroque genere secularem Ecclesiasticus antecedit. Saresb. 8. 23.

Τὰ μὲν ἀκούσια ἁμαρτήματα καὶ νόμος συγχωρεῖ, καὶ Θεὸς παρορᾷ. *Didym. Stob. f.* 40.

In omni gente & populo manifesta est nequitia tyrannorum & euidens pœna. Saresb. 8. 21.

† *excæcantur.*

Acerbum est parentum scelera filiorum pœnis lui. Cic. ad Brut. epist. 12.

Nulla parentum delicta liberi suo supplicio luant. Dio. lib. 6.

Non debet particeps esse supplicii, qui consors non docetur fuisse commissi. Leo epist. 89.

Diuina censura non solùm duces facinoris, sed etiam participes, pœnis destinantur. Cyprian. lib. 1. ep. 6.

Ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας. *Phocyl.*

Scienter receptans rem furtiuam, tenetur furti. I C.

* *in foro iustitiæ diuinæ G.*

Socij putandi sunt, quos inter res communicata est. Cic. Verr. 3.

Μεγίστου ὄντος ἀγαθοῦ τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν, δεύτερον ἀγαθὸν τὸ δικαιοθῆναι. *Synes. ep.* 57.

Ἄρχοντος μηδὲν τοὺς ἀρχομένους ὠφελοῦντος, οὐδὲν ἀθλιώτερον. *Chrys. Stob.* 948.

Ideo differtur vltio; vt tempus possit habere correctio. Leo serm. 12. de quadrag.

Multis modis qui reus conuincitur excusari non potest. Ambros. Rom. 1.

Achabus.

1. *Ieroboamum imitatur.*

Ea quæ bene inuenta sunt, vtile sequi. Fab. 10. cap. 2.

Honestissimum est maiorum vestigia sequi, si modò recto itinere præcesserint. Plinius 5. ep 8.

2. *Gentilem ducit vxorem.*

† *Sidoniorum.*

Nunquam diuersitas morum ad firmam poteſt peruenire concordiam. Leo 6. natiu.

Ab vnius Dei religione, ceu fonte indiſ ſolubilis naſcitur amicitia. Philo de fortitud.

Ἅπαντες τῆς δεισιδαιμονίας ἀρχηγὰς εἶναι τὰς γυναῖκας. *Strab.* 7.

3. *Hierichuntem inſtaurat.*

* *Imò Hiel Bethelenſis.* 3. *Reg. cap.* 16. *Ioſ.* 6.

Prouocat pœnam ſuam obliuioſa malitia. Oroſ. 7. 22.

4. *Baali templum & lucum dicat.*

Iam deprauati proficiunt in peius. Amb Rom. 3.

Fœnore quodam nocendi, quàm fuerit amplior ſumma dignitatis, & bonorum, tam maiorum exigitur & vſura pœnarum. Cypr. 2. ep. 2.

Pœna quæ debebatur Achab, quia pœnitentiam egit, differtur in poſteros. Saresb. 2. 25.

5. *Sagitta ictus perit.*

Εἰς ἐμὲ ἓς ὀρέων, δύσεβὴς ἔσω. *Herodot. lib.* 2.

Iuſtitia Dei aliud iudicare non poteſt, niſi quod merentur opera noſtra. Bernhard. Meditat. 3.

Nihil eſt, quod tam miſeros faciat, quàm impietas & ſcelus. Cic. fin. 4.

Quanto quiſque ſplendoris honore excelſior, tanto, ſi delinquat, peccator eſt maior. Iſidor. de prælat.

Οὗς χρόνον πολὺν ἀδικῶν ἀκόλαστος μένει, τοῦτον δεῖ νομίζειν τὸν ἀτυχέστατον, ὃ μήτε θεὸς, μήτε ἄνθρωπος κήδεται. *Syneſ. epiſt.* 44.

Τῶν ἀξιολόγων ἁμαρτημάτων μεγάλαι κολάσεις. *Ariſtot Problem.* 29. 13.

4. Reg. 21.

Τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τῶν θεῶν. *Herodot. lib.* 2.

Deum qui contemnit, haud dubiè nihil aliud quoque magnificiet. Dio. lib. 52.

Facilè Sathan in omnia flagitia impellit, quos in religione decepit. Leo ſerm. 4. de collect.

† *Per ignem traijceret*

Reges vitam ſubditorum facilè exemplis ſuis vel ædificant, vel ſubuertunt. Iſidor. de prælat.

Ad omnes metus, ad paucos pœna peruenit. Cic. pro A. Cluent.

* *Hieroſolymæ.*

Iuſtorum ſanguis ad Deum clamans, in eadem ſeſe terra, vbi fuſus eſt, vindicari rogat. Oroſ. lib. 7. cap. 21.

Deinde Achabus vxorem duxit filiam Regis † Idumæorum, IeZabelem, ex ſtirpe gentilium, cùm ipſe Rex foret Hebræorum: quod quidem admodum monſtroſum fuit matrimonium. Nam PRINCIPES *ſapientes eiuſdem & religionis & conditionis vxores, ne ipſos deinde pœniteat, decet ducere. Præterea vrbem Hierichuntem * inſtaurauit, euerſam Dei iuſſu, grauiſſima denunciata pœna, ſi quis inſtaurare illam aggreſſus eſſet.* TANTA *enim fuerunt illius peccata, vt non ſolùm vita priuari incolæ meriti ſint; ſed vt in ipſa etiam vrbe nullus lapis ſuper lapide relinqueretur. Denique Achabus in vrbe Samaria templum Baali ſumtuoſiſſimum extruxit, & lucum ei fecit, quem habebat amœniſſimum, ſtatuamq; illius in templo ex auro puriſſimo factam poſuit; ita execrandi illius Regis æuo tanto in honore profanum Baalis idolum fuit, vt (ſubditis illi ſacrificantibus) palam verus Deus haberetur ludibrio.*

Tandem verò cùm quodam die deſcendiſſet Achabus ad- 87
uerſus Syriæ Regem, Ramotha Galaaditidis ciuitatem ei erepturus, prælium q; inijſſet; ſagitta inter pulmones & ſtomachum ictus, ex eo vulnere non ſolùm vitam amiſit; ſed cruorem etiam ipſius humi effuſum canes linxerunt. Si meo Principes & megiſtanes conſilio paretis, nulla de re magis vobis placeatis, quàm ſi boni ſitis Chriſtiani; cùm videatis hunc Regem, quia corde deaſtris ſeruierat, meruiſſe, vti ſanguis ipſius canum ſepeliretur viſceribus.

6. De pœna Manaſſis Regis.

Manaſſes filius fuit EZechiæ, *Amonis pater, qui Reges fuêre omnes; ſed moribus adeo inter ſe diſſimilibus, vt difficile iudicatu ſit, vtrum maiora fuerint fortia facta & virtutes patris, an inſolentia & flagitia filij. Fuit Manaſſes Princeps planè peſſimus, qui de integro templa Baali ſtatuit, & oppidatim ſacella extruxit idolis, & in montibus omnia dæmonijs dicata refecit altaria; multos idolis lucos (& nemora) conſecrauit; diuinum ſtellis, planetis, elementis cultum exhibuit.* NVLLVM *enim eſt perfidiæ & infidelitatis genus, quod à Deo deſertus homo non committat. Caterùm adeò creuit illius obſtinatio, vt in aula regia ariolos, aruſpices, pythones haberet, ſingulisque diebus filium ſuum † igne ex ara idolorum ſuffumigandum curaret: adeo vt & miniſtri omnes (magi &) venefici eſſent, & ipſe diſcendis artibus magicis vnicè delectaretur.*

*Ac ne quod deeſſet flagitium, quoniam omnes deerant virtutes; adeo fuit immanis, tantumque fudit * in regno ſanguinis innocentis, vt ſi tantundem aquæ vno in loco, quantum ſanguinis effudit, ſimul fuiſſet, tum mortui omnes illo operiri, tum viui ſubmergi potuiſſe videantur. Neque his,*

quæ

quæ diximus, contentus, † idolum in templo Domini posuit antiquum, in luco quodam collapsum. Cuius sceleris puniendi gratia permisit Deus, vt ipsiusmet ministri filium primogenitum per coniurationem interficerent. Porrò cùm pro iustitia DEVS sua tanta malitiæ humanæ scelera pati diutius nollet; præconium in vrbe Hierosolyma fieri iussit huius sententiæ: Quoniam Manasses Rex (me contemnere &) solus omnium peccata perpetrare ausus est; vni ipsi pœnas, quas irrogare omnibus consueui, irrogabo. Vnde NOTANDVM Principibus, non latiùs vltionem diuinam, quàm culpam nostram patêre; vt si exiguum sit nostrum peccatum, mode-
88 *ratissima Dei sit animaduersio. At SI OBSTINATVS in sceleribus perseuerauerit Princeps; se verissimam fore animaduersionem persuasissimum sibi habeat.*

De pœnis 7. Iulii, 8. Pompeii, 9. Xerxis, 10. Catilinæ, 11. Germanici, & 12. Brenni.

*Cùm Pompeius Magnus in Orientem cum maximo populi Romani exercitu transiisset, omnemq; iam Syriam, Mesopotamiam, Damascum & Arabiam subiugasset; in Palæstinam progressus est, quæ alio nomine Iudæa dicebatur; in quo regno multas Pompeius maximasq; clades, quibus multi occubuêre Hebræi iuxta ac Romani, & intulit, & accepit; tandemq; munitissimam vrbem Hierosolymam, quam Plinius longè clarissimam * totius Asiæ fuisse dicit, vi expugnatam cepit. Strabo de situ orbis refert, Italiæ caput fuisse Romam, Africæ Carthaginem, Hispaniæ Numantiam, Germaniæ Argentinam, Chaldææ Babylonem, Ægypti Thebas, Athenas Græciæ, Phœniciæ Tyrum, Cappadociæ Cæsaream, Thraciæ Bizantium, & Palæstinæ Hierosolymam. Porrò non contentus Pompeius in eo bello occidere omnes senes, captiuos abducere omnes iuuenes, decollare patres, violare matres, dilaniare filios, euertere † domos, pecuniasq; omnes rapere; scelus scelere cumulans, * toto populo deleto, Dei templum in † equile conuertit: Quod factum adeo Deus abominatus est, vt cùm fuisset eatenus Pompeius victor, & de Regibus XXII. triumphasset; deinceps infelicissimus, & omnibus prælijs victus fuerit.*

Catilinam tyrannum famosissimum, nunquam permisissent dij, quemadmodum Sallustius refert vinci, nisi templum ipsis consecratum spoliasset. M. Marcellus ille nobilis, cuius virtutes vix vllus æquabit Romanorum, eo ipso die, quo Februæ templum cremauit, in pugna cæsus fuit. Amor hominum Drusus Germanicus, clarissimus Romanorum Dux, quia bouem, quem pro deo Chaldæi habebant, suis comedendum, quod lege vetabatur, dedit; intra mensis spacium

† *Simulacrum luci à se facti.*

Illius rei Deus vltor est, cuius autor non est. Fulgent. ad Monim. lib. 1.

Quale est cuiusque opus, talis est quæstus. Leo. 7. ieiun. 7. mens.

Pœna morientis proficit ad salutem viuentis. Ambros. Rom. 9.

Plectuntur interim quidam, quò cæteri dirigantur. Cypr. Serm. 5.

Quantum admisit reus, tantum vindicandum. Plin. lib. 2. ep. 11.

Solus habet scelerum, quicquid possedimus omnes. Claud. Ruf. lib. 1. III.

Bonum factum Deum habet debitorem, sicut & malum. Tertul. de pœnitent.

Timere plus debet, quem sibi Dei iudicis censura seruauit. Cypr. serm. 5.

In paruis rebus negligens vltor, grauem se ad maiora vindicem seruat. Liu. lib. 1.

Consueuit Deus facta cuiusque remunerari, vt defunctorum casibus superstites erudiantur. Nicephor. Greg. 6. 5. Ioseph. 14. antiq. 5. &c. Appian. in Mithrid.

Pompeius cum XXII. Regibus bellum Orientis gessit. Oros. lib. 6 cap. 6.

Religionis sanctitas graui semper vltione defensa, aut insigni hominum clade vindicata. Sabel. 4. exemp. 3.

Hominum interest talia cognoscere, quo magis ea caueant, quibus iratus Deus ad infligendas pœnas commoueri solet. Ioseph. 2. antiq. 5.

* *vrbium Orientis, lib. 5. cap. 14.*

Romani tres solùm vrbes in terris omnibus Carth. Corinth. Capuam statuerunt posse imperij grauitatem ac nomen sustinere. Cic. contra Rull. Flor. 1. 16.

† *templa. Ioseph. 5. antiq 8.*

* *tota vrbe excisa. Dio. lib. 37. & 42.*

Τὰ ἐπὶ νεὼ τοῦ μεγίστου ἠσιβημένα οὐδὲ ἀκραῖς εἰσιν εὐπαράδεκτα. *Nicet. Alex. Duc. Murz.*

Lybico iacet æquore Magnus, Iulius ingratam perfudit sanguine Romam. Arbit. Satyr.

Longa vita Magnum Pompeium vertenti præbuit fortunæ. Liu 9.

Pompeij interitus argumentum incertorum casuum humanæ sortis. Dio. lib. 42.

Sacrilegi Catilinæ proximi. Sallust. Catil.

Æquè magnum dolorem ac detrimentum patriæ Marcellus interitu suo attulit. Val. Max 1. 6. Liu. lib. 27.

Sic deorum spreti monitus excandescunt. Val. Max. 1. 6.

Τοὺς σώφρονας θεοὶ φιλοῦσι, καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς. *Sophoc. Aiac.*

Vide Tacit. 2. an.

Quorum mentem Deus à rectis consiliis auertit, religioni quæstum anteponunt. Pausan. 10.

Cæsar ne quidem donariis Herculi Gadibus consecratis abstinuit. Dio. lib. 43.

Πολλάκις ἐπεφοίτησεν ὄναρ αὐτῇ καὶ ὕπαρ, τὸν ἑπόμενον θάνατον προμηνύον. *Zosin. 3. de Serena.*

Scelerati conscientia obstrepente condormire non possunt. Curt. lib. 6.

Quàm malè est extra legem viuentibus! Quicquid meruerunt, semper expectant. Arbit. Satyr.

Herodot. lib. 8. Iustin. lib. 2. Diodor. lib. 11.

Sed caret euentu nimius furor, improba nunquam spes lætata diu. Claud. bell. Get. 72.

Θεοὶ γὰρ εὖ μὲν, ὀψέ δ' εἰσορῶσ', ὅταν τὰ θεῖ ἀφεῖς τις εἰς τὸ μαίνεσθαι τραπῇ. *Sophocl. Oedip. Col.*

Ἰσχυρότερον ἀνθρώπου θεός. *Synes. ep. 44.*

Brennus prædam religioni, aurum offensæ deorum immortalium præferens punitur. Iust. 24. Paus. 10.

Dum vnus punitur, plurimi corriguntur. Ambr. Psal. 118.

Dionysius per quàm stultum esse dicebat, à quibus bona precamur, ab his porrigentibus nolle sumere. Val. Max. 12.

Malè-tuta humana vis, quæ irato numini obiicitur. Sabel. lib. 4 exempl. cap. 3.

Nunquam sequitur vindicta, quin eius antecesserit caussa. Opt. lib. 3. Appian. 5. ciuil.

Nihil est tam sanctum, quod non aliquando violet audacia. Cicer. pro Rosc. Amer.

Quot capita, quæ horruere gentes, funesti carnifices absciderunt? Ammian. 15. extrem.

ὑπέσχε τῇ ἀγχόνῃ τὸν τράχηλον, ᾧ τὸν τῆς θεοῦ κόσμον ἔτυχε περιθεῖσα. *Zos. 5. de Sere.*

Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur. Luc. 10. Dio. 49.

Armato nullus diuum pudor. Sil lib. 1.

Destruere templa rabiosi hominis est, ac plane furentis. Polyb. 5.

Honestius est alienis iniuriis, quàm re sua commoueri. Cic. Verr. 8.

Sit sanè lentus in suo dolore Princeps; reip. iniurias ne largiatur. Tacit. Annal. 3.

Τὴν βασιλέως φιλίαν μέγα μὲν ἡγοῦμαι μετ' εὐσεβείας, ἄνευ δὲ ταύτης, ὀλεθρίαν ἀποκαλῶ. *Theodor. lib. 4. cap. 19.*

οὐχ ἡ μετάθεσις τοῦ κακοῦ τὸ αἰσχρὸν ἔχει· ἀλλ' ἡ τούτου τήρησις τὴν ἀπώλειαν. *Naz. Stob. 959.*

cium vitam ingenti Romanorum luctu perdidit. Iulium Cæsarem Suetonius (cap. LIV.) refert ab eo tempore, quo fana ac templa Deûm donis referta in Gallia expilauit, noctu semper à dijs perterrefactum. Xerxes Darij filius Græciæ bellum illaturus, ante omnia quatuor equitum, & totidem peditum millia Delphos, vt templum Apollinis, quod ibi erat, euerterent, præmisit. Tanta quippe erat Xerxis insolentia, non solùm vt homines sub iugum mittere; sed deos etiam in potestatem ditionemq; suam redigere satageret. Cùm autem iam subeuntes barbari templum Apollinis, 89
quod euersum ibant, in conspectu haberent; tam atrox subitò tempestas illos oppreßit, vt grandine & fulminibus in campis illis exanimarentur vniuersi.

Brennus vnus è clarißimis Gallorum ducibus, cùm Græcos vicisset, omnes templorum thesauros diripere decreuit, locupletes deos largiri hominibus oportere inquiens, non homines dijs; magnoq; dijs honori esse, si suorum opibus templorum homines collocupletarent. Eius ergo rei periculum facturi, cùm primum templum spoliarent, tantis sagittarum imbribus fuerunt obruti, vt & Brennus dux occumberet, & ex tanto exercitu nemo vel nuncius ad memoriam tantæ cladis superesset.

Sex. Pompeius prælio nauali ad Siciliam ab Octauio Augusto victus, ad arces fugit Lacinias, vbi templum erat vetustißimum Iunoni sacrum, multis & preciosißimis dotatum donarijs. Cùm autem stipendia quodam die milites flagitarent, nec haberet vnde illis satisfaceret; iußit, vt templo Iunonis euerso thesaurisq; diuisis, ipsi sibi facerent satis.

Verùm narrant historici, non longo post tempore, quàm sacrilegium illud commiserat; Sex. Pompeium ab equitibus M. Antonij captum, & ad Titium copiarum illius præfectum deductum fuisse; qui his illum verbis compellauit: Non te, mihi crede, occidi, Sex. Pompei, iubeo, propter illatas M. Antonio domino meo iniurias: sed quòd templum euertisti & spoliasti Iunonis: cùm te non fugiat, BONOS duces inimicitias obliuisci aduersariorum (vtpote hominum) & iniurias primùm persequi Deorum offensorum debere.

CAPVT XXIV.

Quo pacto Valens Imperator, quòd malus esset Christianus, vno eodemq; die & vitam & imperium perdiderit, viuusq; in agresti casa fuerit à Gotthis concrematus.

IVLIA-

IVLIANVS *Apostata, Imperator detestabilis, dum rerum potiretur, bellum Pannoniæ, quæ nunc Hungaria dicitur, non aliam ob causſam moueri voluit, quàm vt regnum illud occupatum in prouinciæ formam redigeret.* PRINCIPES *enim Tyranni omnes vires in occupandis exerunt multis prouinciis; an verò iusto illæ titulo occupentur, ſusque deq; habent. Cæterum præter ingentes imperii Romani copias Iulianus, vt erat ambitioſus, expeditione illa validum atque numeroſum habuit exercitum, qui maximas longè lateque ſtrages dedit.* FRVCTVS *enim belli eſt hoſtes vita, & inſontes bonis exuere.*

Cùm autem caſu quodam die prædatum, more in bellis recepto, exiiſſent quinque milites; in iuuenem, qui funem portabat venalitium, inciderunt, quem cum adimere ipſi ad ligandos mittendosque in paſcua equos vellent, ſummisque cuncti viribus eum extorquere illi contenderent; non fuit vecors in eodem retinendo iuuenis, tandemque ſolus illis præualuit, Obſtupefacti equites Romani, quod iuuenem & ſe & funem contra vim illatam viderent defendiſſe, inſtantiſſime rogarunt, ne in caſtra ſecum Romanorum proficiſci grauaretur; ibi ſe curaturos, vt ampliſſimum acciperet ſtipendium. EA *quippe erat Romanorum munificentia, vt nulli parcerent in parandis rebus eximiis ſumtui.*

Nomen erat ei iuueni Gratiano, è Pannonia, vt diximus, Cibalienſi edito, genere neque inter plebeios infimo, neque inter ciues nobiliſſimo; ſed parentibus, qui de ſudore vultus victitabant, & honeſto in ciuitate loco erant. Nec ſanè exigui beneficij loco habendum, quòd illum Deus mediocri ſtirpe voluit naſci. ORTVM *enim nimis humilem contemtus ſequitur; at natales nimis ſplendidos (faſtus &) ſuperbia comitatur. Deducto ergo in caſtra Romanorum iuuene, mox fama percrebuit, ab vno ipſo quinque milites fuiſſe ſuperatos; tantum q; Gratiani promeruit fortitudo, vt non longo poſt tempore ad præfecturæ prætorianæ conſcenderit potentiam,* NON *enim gratiæ Romani; ſed habilitatis (ac dexteritatis) perſonarum habita ratione, (honores &) munia diſtribuebant militaria.*

Cæterùm vt variæ ſunt rerum vices, cùm multi, quemadmodum fieri ſolet, dignitatum ſuarum † Eclipſin (ſi ita loqui fas eſt) paſsi eſſent, & Gratianus ad præfecturæ prætorianæ dignitatem euectus, egregiam in bellis nauaſſet operam: FORTVNA, *quæ paucis ſæpenumero diebus perficit, quod ne multis quidem annis humana perficeret malicia, huc breuiſſimo temporis ſpacio Gratianum prouexit,*

90

Ζήλῳ μὴ τὰς μεγίστας ἀρχὰς κτησαμένους, ἀλλὰ τὰς ἀρίστας τοῖς παροῦσι χρησαμένους. *Iſoc. Nicocl.*

Principatus, quem ſeditio extorſit, aut ambitus occupauit, etiamſi moribus atque actibus non offendit, ipſius tamen initii ſui eſt pernitioſus exemplo. Leo. Epiſt. 87.

Maximam gloriam in maximo imperio putant (tyranni) Sall. Catil.

A tuerto o à de recho noſtra caſa haſta el techo. Adag.

Tyranni ſine iniuria potentiam leuem atque inopem eſſe arbitrantur. Cic. pro P. Quintio.

Qui ferro non poſſunt in homine, in ædificia igne graſſantur. Iuſtin. 2.

Δωροδόκῳ καὶ ἁλώσιμος τὴν δύναμις χρώμενος. *Syn. ep.* 11.

In pugna vſus amplius poteſt, quàm vires. Veget. 2.23.

DEO ſalus bonorum virorum ſemper cordi eſt. Philo. de decal.

Vict. in Valentiniano.

Militaris ætatis certiſſima menſura eſt, poſſe fortiter facere. Fabian. declam. 3.

Omnes ſatis honeſti generoſique, quibus arma ſua ſignaq; populus Rom. commiſit. Liu. lib. 23.

Homines cum lædere cupiunt, beneficia frequenter impertiunt. Caſſiod. 48. 3.

Magno vbique precio virtus æſtimatur. Val. Max. 5. 4.

Romani ſemper appetentes gloriæ, præter cæteras gentes, atque auidi laudis fuere. Cic. pro. l. Manil.

Τὰ μὲν ἄκρα πέφυκε κινδύνους ἐπάγειν, ἔχειν δ' ὕβριν ἴσχει. *Pallad. Stob.* 404.

DEO facile eſt etiam vulgares homines ad ampliſſimam dignitatem perducere. Ioſeph. 5. 11.

Nobilitas virtuti potius tribuenda, quam illuſtri generi. Philo. de nobilit.

Romani ciues vndiq; fortes viros aſciuerunt, & hominum ignobilium virtutem, perſæpe nobilitatis inertiæ prætulerunt. Cic. pro L. Cornel. Balb.

Honeſtas idoneum militem reddit. Veget. 1. 7.

Dum nullum faſtiditur genus, in quo virtus eniteret, creuit imperium Rom. Liu. lib. 4.

M. Aurelius ſuffragatoribus non citò credidit; ſed ſemper diu quæſiuit, quod erat verum. Capit.

Gratianus præfectura prætorii ornatur:

† *Sola mori* neſcit Eclipſis neſcia Virtus. Tobia.

Sors ſumma in imum vertit, ac verſa erigit. Auſon. Epig. 1.35.

Fortes fortuna iuuat. Liu. lib. 8.

Fors æqua merentes reſpicit. Stat. Theb. lib. 2.

Nihil arduum fatis. Tacit. histor. lib. 2.

Præualent fata consiliis. Vell. lib. 2.

Quid non fata queant? Stat. lib. 9.

Felix in Filiis.

Filio comparatus pater inde felicior incipit esse, quia vincitur. Sidon. 7. epist. 9.

Nunca del Leon nacio la oueia. Araucan. part. 2. pag. 123.

Τέκνοις ἀῤῥέπιμον κάυχημα, πατρὸς ὕπαρ ☉. *Synes. Stob.* 687.

σὺν ἔτι μείζων ἡδονὴ τούτῳ πατρὶ, ἢ στυφροῦντα τὸ φρονεῖν ἰδεῖν ἕνα τῶν ἐξ ἐαυτοῦ. *Menand. Stob.* 668.

Πλοῦτ☉ ὁ λαχὼν ποιμβρία ἐπακλὸν ἀλλότριαν, ἢ νάσκοντα συγεροῖσι ☉. *Pind. Olymp.* 11.

Quorum † *minor Valens, Imp. parum probatus & Arianus.*

* *XIV. annos. Oros.* 7. 33.

Neque summa mala diu inulta manent, & vltorem mali sæpe malum cernere licet. Æn. Syl. histor. Bohem. cap. 41.

ὧν δ' ἑὸς δέχεται κάλυπτε χῦ Ἀβελ ὕπεῖσαν. *Nazian. poëmat.*

Magnum periculum est quocunq; modo à vera sententia aberrare. Pachym. lib. 5.

Quidam magis peccari nolunt, quam satis animi ad vindicanda peccata habent. Liu. lib. 29.

Quo maior spes in iuuene elúxit tuendæ pietatis; eo molestius in sene desiderium fuit neglectæ. Sabell. 8. 8.

Ibi male credentibus ruinam perfidia generat, vbi recta credulitas fideles exaltat. Fulgent. ad Thrasim. lib. 1.

Hæretici veritatis exules. Optat. lib. 1.

Christiani esse desierunt, qui Christi nomine amisso, humana & externa vocabula induerunt. Lact. lib. 4. extrem.

Non potest homini amicus esse, qui Deo fuerit infidus. Ambr. 3. Offic. 16.

Desiit esse miles seculi, qui factus est miles Christi. IC.

† *monachorum.*

Diabolus semper de fratrum pace torquetur. Optat. 2.

Monachi ad vnum fidei opus dimissa secularium rerum multimoda actione, se redigunt. Oros. lib. 3. cap. 33.

Singuli quique cœtus hæreticorum, se potissimum Christianos, & suam esse Catholicam Ecclesiam putant. Lactant. 4. extrem.

vt imperii Romani gubernaculis adhiberetur. PLVS enim vnica fauentis fati hora, quam vniuersa mundi valet gratia.

Nec verò Gratianus robore tantum singulari excelluit, & strenuus in præliis, ac prosper in officijs; sed etiam in filiis fortunatus fuit. Duos enim cum haberet; vterq; fuit Imperator, Valens scilicet & Valentinianus. Cum autem gloriari filij possint, patrem sibi fuisse fortissimum; maiori tamen patri gloriæ est filios habuisse tam præstantes (& fortunatos.) NVLLA enim maior in terris felicitas; quam honoribus opibusq; in vita florere, & filios habere bonos (ac prudentes,) quibus illa in morte relinquantur. 91

Porrò † *maior è duobus fratribus fuit Valens, qui in Oriente imperauit* * *quadriennium, inter Imperatores Romanos trigesimus nonus, cœpta à Iulio Cæsare serie, quam tamen ab Octauio sunt, qui malint inchoare, eum virtute excelluisse dictitantes, Iuliumq; Cæsarem excludentes, qui tyranni instar imperium vsurpauit. Fuit autem Valens multis insignitus dotibus; sed admodum à virtutibus pauper, adeò vt magis formæ, quam virtute; fortitudine, quam pietate; diuitijs, quàm beneficentia; animi celsitate, quam iustitiæ amore excelluerit. MVLTOS enim inuenias Principes in constituendis reipublicæ (negotijs ac) legibus (gnauos &) industrios; at in ijsdem exequendis (lentos &) socordes.*

Cum autem magna illis temporibus incrementa fecisset secta Arij, hæretici detestabilis; Valens Imperator vehementer illa infectus, non solum Arianis patrocinabatur; sed Christianos etiam orthodoxos (summis viribus) persequebatur, adeo vt multos hanc ob caussam laicos interficeret, multos clericos carceri manciparet, multos exilio damnaret Episcopos, multa euerteret templa, multos facultatibus Christianos spoliaret. Nam QVI hæresi sese alligat Princeps, & Ecclesiæ reuerentiam exuit, nullum dubitat facinus flagitiumq; perpetrare.

Vastas tunc Ægypti solitudines, Armeniæ montes, & ciuitatem Alexandrinam ingens † *monialium ac religiosorum multitudo compleuerat, inter quos erant viri doctrina illustres, vitæ sanctitate spectati, & in Ecclesiæ defensione (ac propugnatione) constantes. Is enim VERE religiosus est, qui in pace charitatem ignorantes docendo, & in persecutione constantiam hæreticis resistendo declarat. Porro cum Valens non modo patronus Arianorum & Christianorum hostis; sed etiam monachorum ac religiosorum persecutor esset; in toto imperio edixit, vt monachi ætate iuuenes, corpore validi, animo strenui confestim, abiecto habitu*

bitu religioso, arma caperent, & relicto quisq; monasterio ad militiam nomina darent. Non aliam enim ob caussam inuenta monasteria dictitabat, quam vt essent deformium, cæcorum, claudorum & mutilorum receptacula. Huius edicti occasione multa crudeliter facta sunt, desolata monasteria, euersa nobilissima cœnobia, martyrio affecti multi eremitæ, fustuarium passi multi monachi, relegati multi viri illustres. VIRI enim egregii monasterii rigorem & asperitatem mundi libertati deliciisq; anteponunt.

Neq; his contentus (Imperator execrabilis flagitiis,)
92 *cum * die quodam (Seuera) vxor ipsius (fortuito sermone) Romanæ cuiusdam, cui nomen erat Iustinæ, formam laudasset; hac sola occasione vxorem illam duxit, non dimissa priore coniuge, legemq; mox tulit generalem, † vt impune cuiq; Christiano volenti liceret, duas vxores habere legitimas, easq; matrimonij sibi fide sociare; (vt scilicet communi facto crimen legis leuaretur) TYRANNI enim Principes ad tegenda vitia sua leges ferunt de vitiis. Magna fuit Valentis, geminum, contra Ecclesiæ sanctionem, contrahentis matrimonium impudentia; sed longe GRAVIVS fuit crimen, quod facto perpetrarat, id pro lege in toto sancire imperio. VICIVM enim singulare vnum tantum inquinat; at lex generalis omnes viciat.*

Erant illa tempestate in partibus Orientalibus potentissimi Gotthi, qui in rebus quidem militaribus strenui & industrii; at in rebus ad fidem Christianam pertinentibus male omnino instructi erant, licet omnes aut pleriq; certè baptizati essent. Illo enim æuo magno erat in Ecclesia antistitum penuria; quamuis, si qui erant, optimi essent (& vitæ sanctissimæ. Cum autem (vt caussam prauæ in fide Christiana institutionis ostendam) Baptismo initiati Gotthi nonnihil à bellicis quiescerent tumultibus; missis ad Valentem legatis, vehementer rogarunt, vt exemplo episcopos ad se mitteret catholicos & sanctos, à quibus fidei Christianæ regulam (plenius) discerent: NON posse rati Imperatores Romanos in aulis suis episcopos (& præsules) nisi virtute (ximia) insignes habere. Verum Imperator exitiabili prauitate, cum & hæresi (Ariana) infectus esset, & morem bonos penes se habendi episcopos peruertisset, (non alios enim, quam seipso deteriores præsules circa se habebat: Gotthorum postulatis satisfacturus) episcopum illis, (à quo erudirentur) misit Eudoxium nomine, Arianismo penitus infectum, qui alios secum episcopos adduxit (itidem) hæreticos: vnde factum, vt Gotthorum Reges ac Principes supra ducentos annos Ariani fuerint. Nimirum (hoc monitos exemplo) VIGILANTISSIMOS decet esse Principes

Δεῖ κενὴν εἶναι παθῶν τὴν ψυχὴν, τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι δοχεῖον θεοῦ. *Synes. epist. 57.*

Nihil animorum meditationi tam aptũ, quàm solitudo. Sabel. 2.2.

Πολλὴ ἐν τοῖς ὄχλοις ἡ ταραχή. *Iustin. Stob. fol. 54.*

Quale potest esse ædificium, quod de ruina construitur? Optat. lib. 3.

Hieron. in Chronic.

Monachus vel se vel mundum lugeat, & domini pauidus præstoletur aduentum. Sum. ang.

* *Socrates 8. Tripart. 11. & Iornandes lib. 1. hæc de Valentiniano binubo referunt.*

Iudices alienis peccatis concedunt, quò facilius ipsos peccare liceat. Cic. Verrin. 3.

Imago est innocentiæ inter multos nefas admissum. Optat. lib. 1.

† *vt omnes viri, qui voluissent, impune bina matrimonia susciperent. Iornand.*

Nimis peruerse seipsum amat, qui & alios vult errare, vt error suus lateat. August. ad Marcellin. epist. 7.

Perniciosissimus est malæ rei maximus quisque autor. Fab. declam. 3.

Priuatam ignominiam publico scelere obtexit. Oros. 1. 3.

Nequitia facile imitatores inuenit. Philo. de special.

Gotthi episcopos petentes.

Cum de Deo res agitur, non leuis reatus est, si quod ad salutem pertinet, taceatur. Fulgent. ad Trasim. lib. 1.

Minoris excessus est veritatem non agnoscere, quam in ea agnita non manere. Gregor. discip. 280.

Qui summam veritatis amisit, semper erret, necesse est. Lact. de ira Dei cap. 6.

Ibi viciorum illecebræ sunt, vbi tegmen putabatur esse virtutum. Hieron. Ecclesiast. 10.

λοιδορῆσαι τοὺς πονηροὺς οὐδὲν ἐστ' ἐπίφθονον. *Aristoph. Equit.*

Licet potentes. ratione sui status sint præ aliis minoribus honorandi in communibus; non tamen in his, per quæ iustitia læderetur. Lyra Leuit. 19.

Arianos à valente accipiunt;

Deus nulla alia re contra homines concitatur, quam ab initio recepti cultus mutatione. Pach. l. 6.

Hæretici humiliter irrepunt, blande capiunt, molliter ligant, latenter occidunt. Leo. de ieiun. x. mens. sermon. 5.

ἀπόδος ταῖς ποίμναις τοὺς ἀρίστους νομέας, καὶ λήψῃ τὴν νίκην ἀπονητί. Theodor. 4. 34.

Ea putatur gloria vanitatis, nullis cedere viribus veritatis. Aug. 5. ciu. 27.

Melius putatis non vinci, quam confessæ cedere atque annuere veritati. Arnob. lib. 6.

Viue pius, moriere pius. Politian.

Bona malaq; potestas à Deo ordinatur, sed bona propitio, mala irato. Isidor. de prælat.

Ab Hunnis pulsi in Thraciam transeunt;

Car volontiers par vn commun accord
La belle vie engendre belle mort. Ronsard. tom. 9. pag. 52.

Oros. 7. 33. Paul. Diac. lib. 11.

Magna stultitia tale præsidium inducere, quod viribus aut multitudine ciues superet. Polyb. lib. 2.

Dum sibi quisq; contra æmulos subsidium vocant; accitus in partem aduersus omnes valescit. Tacit. annal. 6.

Fame & iniuriis adacti in arma surgunt.

Aditus q; sequendos Barbarico Romana dedit discordia bello. Claudian. bell. Get. 287.

Acetum vini filius. Prouerb.

εἰ ὧν φίλων εἰς φίλους γενόμθρον λύπη, δυσιερώτατον δῆλον. *Liban. Stob. fol. 722.*

Ira de hermanos, ira de diablos. Adag.

Strenui ignauiq́ue in victoria idem audent. Tacit. Histor. lib. 2.

Omnia sequuntur armatos. Curt. lib. 5.

Quid nostra, quales fuerint operarii? dummodo quod operatum est, bonum esse constet. Optat. 3.

Quodcunq; libuit, facere victori licet. Sen. Troad.

ἐρῳδὸς τὸ θυσμάχανον μειλίξασθαι λιταῖς, τὸ δύνουν θέλος τὸ βάρβαρον. *Nicet. Alex. Duc. Murz.*

Victoriæ ratio non redditur. Tacit. Histor. lib. 4.

Sunt quædam belli iura, quæ vt facere, ita pati fas est. Liu lib. 31.

Quæ fortuna coëgit ita fieri, eadem cogit tueri factum. Idem. lib. 31.

Nunquam temeritas cum sapientia commiscetur. Cic. pro M. Marcel.

Ce grand Dieu bien souvent des Princes
I' appareil Tranche au milieu de l' œuure
& leur rompt le conseil. Ronsard. 7. 71.

ὁ στρατηγὸς σωτὴρ & στρατοπέδου. *Arist. Rhetor. Alex. 1.*

Ducis vnius spiritu omnes viuunt. Curt. lib. 9.

Μὴ ἀφθόνει τὸν στρατηγὸν ἀλλ' ἐκεῖνον πολεμεῖν. *Onos. 35.*

Quia fecit, quod non debuit, passus est, quod meruit. Fasc. temp.

catholicos, ne suis temporibus hæreticorum contagio regna subditique ipsorum contaminentur. SERO quippe pestis hæreticorum & hæreseon è terra, vbi semel inualuit, excedit.

Diximus, quàm exigua fuerit hic Imperator erga CHRISTVM fide, quantum damni dederit Ecclesiæ (Christianæ.) Videamus (iam) quem habuerit vitæ exitum. RARO enim malæ vitæ homo mortem sortitur bonam. Cùm essent Gotthi ab Hunnis Pannonia expulsi, in Thraciam statim venerunt, Romanorum imperio subditam; & Valens Imperator sine vlla fœderis pactione in partes eos suas suscepit; quod dementiæ potius, quam prudentiæ fuit tributum. Est enim regula generalis, GENTEM bellicosam & peregrinam (damno &) exitio semper esse regno terræq́;, in qua moratur. Manserunt (autem) Gotthi annos aliquot in Thracia; vt nullæ inter ipsos Romanosq́; orirentur turbæ. Deinde vero propter intolerabilem auaritiam Maximi ducis Romanorum, Gotthis annonam denegantis, qui tanti Romanorum amici fuerant; tam atrox inter illos bellum fuit coortum, vt caussam exitij Romæ Italiæq́; præbuerit. Verissimè enim NVLLÆ inimicitiæ (capitaliores vel) pernicioſiores sunt, quàm vbi ex amicis hostes fiunt. 93

Inflammato igitur bello, Gotthi (vniuersa populantes) per Thracias sese infudere, dum nullam relinquerent arcem, quam non euerterent; nullam occuparent vrbem, quam non diriperent; nullum deprehenderent hominem, quem non occiderent; nullam caperent fœminam, quam non stuprarent; nullam intrarent domum, quam non spoliarent. In summa (breui spacio) satis superq́; factis Gotthi, quam infesto essent in Romanos animo, declararunt. Neque mirum vlli videatur, tantum damni barbaros intulisse, cum propter peccata nostra PARIA vel grauiora etiam inferant hodie Christiani. Est enim MILITVM proprium, vt quæ in bello rapiunt, ad ea in pace restituenda neminem obligatum esse dictitent.

Agebat interim, dum hæc gerebantur, Valens Antiochiæ cumque validissimum ibi coegisset exercitum, maximaque ab Italia accepisset auxilia; ipse in castra Romanorum proficisci, prælioq́; cum Gotthis decernere statuit, qua in re animosiorem se, quam prudentiorem præbuit. PRINCEPS enim in conflictu non plus, quam vnius viri vicem, implere pugnando potest: at si occumbat, vt pereundum sit omnibus, facit.

Cum ergo validissimi vtriq́; exercitus Gotthorum & Romanorum commissi essent; longo acerrimoq; inter se certarunt

tarunt prælio, vbi primo ſtatim Gotthorum impetu perturbatæ Romanorum equitum turmæ nuda peditum deſeruere præſidia: qui mox vndique equitatu hoſtium cincti, funditus cæſi gladiis inſequentum contisq; perierunt. Iurauerant enim barbari, eo die Gotthos vel morituros vniuerſos, vel in perpetuum Romanorum nomen deleturos. (In hoc autem conflictu) Imperator lethaliter vulneratus, cum prælio ſe victum cerneret; fuga ſaluti conſulere ſtatuit. Sed FORTVNA quem ſemel perſequi cœpit, non ante conſiſtere patitur, quam aut extinctum aut peſſundatum videat. Cum ergo infelix Imperator in caſulam ſe paſtorum abdidiſſet, ab inſequentibus hoſtibus deprehenſus, igne hinc inde iniecto, viuus ſauciusq; concrematus eſt; atque ita vno die (& animam) & vitam, & dignitatem, & imperium perdidit.

ÆQVVM ergo eſt, vt oculos aperiant legentes iſta Principes ac megiſtanes, ne offendere Eccleſias, dehoneſtare ſacerdotes, & tolerare (ac fouere) hæreticos (malosq; Chriſtianos) audeant. Cum enim Valens Imperator pœnas dederit; non eſt quod impunitatem ſperent; cum regula ſit minimè fallax, PRINCIPES, qui mali fuerint Chriſtiani, in hoſtium (vt plurimum) ſuorum manus incidere.

94

Vt in periculis virtutem impigram eſſe conuenit, & audacem; ita cum res poſtulat, regibilem & conſultam. Ammian. 16.

Non decet, quem manus armauit, ab inermibus pedibus auxilium petere. Salluſt. Iugurth.

Si ſemel hoſtes præuenerint occupatos; metu vniuerſa turbantur. Veget. 3.3.

Hic ſolet euentus facta nefanda ſequi. Ouid. Heroid. 14.

Fermè fugiendo in media fata ruitur. Liu. lib. 8.

Iuſto Dei iudicio viuum incenderunt, qui propter eum etiam mortui vitio erroris arſuri ſunt. Oroſ. 7. 33

Merito malus punitur affectus, etiam cui non ſuccedit effectus. Auguſt. 16. ciu. 4.

Exemplo diſce timere meo. Propert. 3. eleg. 11.

Magna ducum vereare priorum funera. Stat. Theb. 11.

Pene id eſt fidem nolle aſſerere quod negare. Fulgent. ad Thraſim. lib. 1.

Chi fa quel che non debbe, Gl' auuien quel che non crede. Guic. pag. 49.

Error viæ termini parit errorem. Petrar. 8. epiſt. 2.

Omnia proſpere eueniunt ſequentibus Deum, aduerſaſpernentibus. Liu. lib. 5.

CAPVT. XXV.

De Valentiniano Imperatore, eiusque filio Gratiano, qui D. Ambroſii tempore imperarunt, & quod ſinceri eſſent Chriſtiani, Principes fuere & potentiſſimi & fortunati. Item, quod ſæpe victorias DEVS Principibus magis propter lacrimas precantium, quam per arma pugnantium largiatur.

*VAlentinianus & Valens fratres fuere. Sed Valentinianus natu maior in munere patri ſucceſſit, vt eſſet ſcilicet * Præfectus prætorii. Erat enim LEX Romanis vſitatiſſima, vt patri, qui ad mortem vſq; apud Populum Romanum gratioſus fuiſſet, defuncto, iure hæreditario, filius (in honore & munere) etiam citra petitionem, ſuccederet. Erat Valentinianus iuuenis venuſtiſſimus, facie candida & rubicunda, corpore exacto & valente, & quod caput eſt, Chriſtianus ſincerus, omnibusq; in vniuerſum propter iucundam conuerſationem cariſſimus. NVLLA enim in viro nobili virtus affabilitate (& comitate) amabilior.*

Vbi de religione, ibi de vita quoque agitur. Philo. in Flacc.

Summa ingenuitas eſt, in qua ſeruitus Chriſti comprobatur. Vincent.

Nullius iniuria eſt, cui Deus omnipotens antefertur. Ambroſ. ad Valentinian.

Generoſiſſimus, non qui claritate naſcendi, ſed qui virtute maximè excellet. Fab. lib. cap. 11.

Reſpuenda eſt vtilitas noſtra, vbi diuinitatis eſt iniuria. Ambroſ. Luc. 18.

Nihil eſt, quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in Principe. IC.

* *Tribunus ſcutariorum, P. Diac.*

Ipſi animi, magni refert, quali in corpore locati ſint. Cic. Tuſcul. 1.

Ille vere credit, qui exercet operando, quod credit. Gregor. hom. 26.

Conciliat animos hominum comitas affabilitasq; ſermonis. Cic. offic. 2.

Quanto magis honoris celſitudine clares, tanto temetipſum mente humilies. Iſidor. de prælat.

Censuit iustius fieri, si inter perfectos CHRISTI, quam si inter præfectos (Cæsaris) constitueretur. Sidon. 7. 12.

Fidem constantia probat. Cass. 3. ep. 24.

Non quod Rex iussit, sed quod DEVS imperat, audi. Victorin. de fratrib. Machab.

Deo timor, honor Regibus exhibendus. Fulgent. ad Trasim. l. 1.

* *Quia nobilior in fide, quam in honoribus esse cupiebat. Ruffin. 11. cap. 16.*

† *Fideliter sciens, & grauiora Dei esse iudicia, & meliora promissa. Oros. 7. 32.*

L' arbor ch' al temporio foglia non perde, mostra, ch' à prima vera era ancor verde. Ariost. 41. 2.

Sub CHRISTI nomine probra placent. Paulin.

Nulla regni fortuna est tranquillitati eremi præferenda. Æn. Sylu. Hist. Bohem. 13.

Sic misericors Deus impia consilia impii morte dissoluit. Oros. 2. cap. 28.

Ammian. lib. 25.

Tolle iactantiam, & omnes homines quid sunt, nisi homines? Augustin. 5. ciuit. 17.

Οὐαλεντινιανὸς μισθὸν τῆς ὁμολογίας τὴν βασιλείαν ἐδέξατο. Theodoret. lib. 3. cap. 16.

Qui pro CHRISTI nomine amiserat tribunatum, retribuente CHRISTO, in locum persecutoris sui accepit imperium. Oros. 7. cap. 32.

Qui apud Deum diues est, pauper esse nunquam potest. Lact. 6. cap. 12.

Lucrum est pietatis nomine facere damnum. Tertul. apol. 39.

Paul. Diac. 11.

Dira miseram vrbem terruere prodigia; miseram vtiq; quæ hinc fremitu hostium, inde nequitia dæmonum terrebatur. Oros. 4. 13.

* *neq; gregibus pascentibus pepercit.*

Ammian. 26. fin. Oros. 7. 32. Zonar. tom. 3. Zosim. lib. 4.

Terræ motus turbarum ecclesiasticarum indicium. Socrat. hist. Eccl. lib. 7.

Ἀρχὴς πεπειχώς, ἴδιε πάντης ἄξιος. *Prouerb.*

Ita sit in Principe virtus humilitatis, ne dissoluatur vita subditorum in vitiis. Isidor. 3. etym. 42.

*Quo tempore Iulianus Christianos acerrime persequebatur, Valentinianus scutariorum tribunus erat: quem cum Christianum esse (constantem) Iulianus sciret; misit qui imperarent, vt aut Imperatorum Romanorũ diis immolaret, aut militia discederet. Maluisset sane Valentinianum interficere Iulianus; sed non ausus est propter LEGEM Romanorum inuiolabilem, qua cautum erat, ne quis ciuis Romanus, nisi Senatus sententia damnatus, occideretur. Valentinianus ergo mandato Imperatoris, cognito, vt scilicet aut tribunatum amitteret, aut à fide Christiana deficeret; non * solum honorem, quem gerebat, reliquit; † Verum etiam pecunias stipendij nomine sibi debitas remisit; vtque tanto melius Christianæ vacaret religioni, (vrbe relicta) in cœnobium se contulit exulatum, duosq; ibi annos & dimidium inclusus præclarum animi pij specimen dedit. MAGNVM enim hominis verè Christiani argumentum est, si quis sponte omnibus rebus mundanis nuncium remittit.*

Cæterum Iulianus expeditione in Persas suscepta, ex improuiso in prælio vulneratus, repente exanimus concidit. ADVERSIS enim fortunæ casibus æque Imperator cum vniuersa dignitate deliciisq; suis obnoxius est; atque pauperrimus quisque (baiulus,) cui (frigida) singulis noctibus terra pro cubili est. Porro Iuliani morte Romæ nunciata, 95 *vnanimi omnium consensu Valentinianus Imperator fuit electus; & qui pro nomine CHRISTI exilium passus fuerat, ei iustissime corona data est Imperij. PARVI ergo quisque pendat, quæ pœnitet perdere; parui æstimet pro Christi gloria abijci. Etenim MILLE annis non tantum nos possunt homines deprimere, quantum vna Christus hora nos potest extollere.*

*(Circa idem tempus, nempe) anno ab Vrbe Condita M. CXIX. apud Atrebates multa & veralana, eaque purissima de nubibus pluuiæ mixta defluxit, vt ea tum vteretur, tum locupletaretur tota regio. Grando item eodem anno Constantinopoli miræ magnitudinis decidens nonnullos homines extinxit, * nullosq; in agris greges reliquit. Per eadem tempora terræ motus per totam Italiam factus est, & in Siciliam vsque se extendit, quo multa ædificia, & innumerabiles ferme mortales ruinis oppressi, & super omnia mare littora egressum multas submersit vrbes maritimas.*

(Sed vt ad nouum Imperatorem Valentinianum redeamus) narrat Paulus Diaconus libro XI. de gestis Romanorum, Valentinianum Imperatorem solerti fuisse ingenio, vultu decentem, animo grauem, sermone cultissimum, quanquam esset in loquendo parcus; in puniendis sceleribus

seuerum

*seuerum & vehementem; in negotiis industrium, in aduersitatibus tolerantem, sceleratis infestissimum, in cibo * potuq; temperantem; virtute præstantibus & religiosis amicissimum, vt omnium iudicio moribus Aureliano Imperatori simillimus diceretur.*

Ab obitu (quippe) M. Aurelii Imperatoris, cum quo finem habuit Romani imperii felicitas, mos fuit Romanis, vt cunctos nouos Principes cum aliquo semper veterum compararent, vt si animosus esset, Iulij Cæsaris similem dicerent; si virtute præstaret, alterum Octauium vocarent; si esset infelix, Tiberio; si (arrogans &) confidens, Caligulæ; si crudelis, Neroni; si verax, Traiano; si pulcer, Tito; si ociosus, Domitiano; si tolerans, Vespasiano; si temperans, Adriano; si clemens, Antonino Pio; si religiosus deorum cultor, Aureliano æquipararent; si denique sapientia & virtute excelleret, optimi Marci Aurelij similem dicerent.

Cum autem Valentinianus & Christianus sincerus, & dignis Imperatore moribus ornatissimus fuerit; vnum in eo, nec immerito, notatum fuit, quod scilicet nimis se dedit & credidit officiariis & ministris, vnde (illis gratia Principis abutentibus, & idcirco) male administrata republica, multæ inter subditos dissensiones ortæ. Seneca Neroni quondam
96 *dixisse perhibetur; Scito Domine, NVLLAM esse tolerantiam, quæ perferre valeat, vt duo vel tres absolutum habeant in cunctos imperium, non quia virtute præstantiores, sed quia Principi familiariores sunt. Si vestro, Principes & megistanes, loco essem; quid facturus essem nescio: Veruntamen vestro loco si essem, TALEM me erga eos, qui domi meæ versarentur, præberem, vti se inter familiares alectos cogitarent, vt mihi obtemperarent, non vt familiaritate freti mihi imperare conarentur. NEQVE enim est cordati Principis, paucis vt placeat, multis displicere velle.*

(Sed vt institutum persequar) obijt Valentinianus ætatis anno LV. imperij vndecimo, ex morbo diuturno, venis ardentissima febri ita perustis, vt ne guttula quidem sanguinis potuerit elici; & in funere illius orationem habuit D. Ambrosius longissimam iuxta ac facundissimam (qua defuncti desiderium luctumq; vehementer auxit.) Illis enim temporibus, si quis moriebatur, qui propensus fuerat Ecclesiæ fautor, ad exequias omnes concurrebant episcopi.

Cæterum Valentinianus cum Valente fratre imperans, hortatu socrus, nepoti vehementer fauentis, & rogatu coniugis, filium honoratum videre cupientis, Augustum creauit

Nullus bonus sibi soli est bonus. Leo. serm. de Laurent.

Virtus libenter prodest publice omnibus. Philo. quod om. prob. liber.

* *vini aliquanto auidiorem. G.*

Super omnia præclara, quæ regnum habet, cultus diuini corona Regem exornat Agapet.

Eutropius ad suam ætatem in senatu Principibus acclamari solitum scribit, Augusto felicior, Traiano melior. lib. 8.

Nomina insignia onerosa sunt. Lamprid. Alexan.

In Antonino pietas, in Vero bonitas, in Marco sapientia consecrata Lamprid. Diadum.

Sua cuiq; virtus adeò insigniter adfuit, vt vnus omnium in suo genere sempiternũ sit nomen adeptus. Sabell. 7. 4.

Non augeri dignitate, quam æquari bonis gratius, Plin. 4. ep. 15.

Fuit tam amabile nomen Antoninorum vt qui eo nomine non niteretur, merito non videretur imperium. Lamprid. Diadum.

Magis aulici potentes, quam ipsi Impp. ferè sunt obseruandi. Dio. lib 58.

Paull. Diac.

Non multum fiduciæ in corona ponendum, cùm supra caput calceos cernas. Plut. de gerend. rep.

Μὴ δόκλοις σοῖς δόκλοις ἄναξ. *Eurip. Helen.*

Nil salutare agi potest, vbi qui parere debebant, imperare volunt. Dio. lib. 41.

Qui regendus est. Rex vocari non potest. Sylu. hist. Boh. cap. 57.

Præcipuum indicium non magni Principis, magni liberti. Plin. paneg.

Non ad vnum omnia deferenda, plures facilius munia reip. sociatis laboribus exequuntur. Tacit. annal. 1.

Qui alium extollit, & sibi & cæteris molestum efficit. Dio lib. 37.

Non è la via di dominar se vnoi por l'arme in mano à chi può piu di noi. Ariost. 26. 52.

Ammian. lib. 39. Baron. 4. 316.

Valentiniani facta & nomen cum laude & bonis recordationibus prosequuntur Episcopi.

προσήκει δὲ ὅσῳ ἀγαθῶν ἔργῳ φαινομένων, ἔργῳ καὶ δόκλῳ θαπτειν τοὺς ἁμαρτάνοντας Thucyd.

Decet eos laudare defunctos, qui res arduas præclarasque gessêrint, & legibus libenter paruerint. Plat. 7. de legib.

Valentinianum morbo liberatum proceres, successorem vt designaret imperii cum essent cohortati, Gratianum f. principatus consortem dixit. Zosim. lib. 42.

Lætum est hominibus & glorioſum conſimiles habere filios. Cypr. ſermon. 2.

Viri boni ægre ferunt ſe maiorum dignitatibus ſpoliari. Dion. lib. 11.

M. Aurelius Commodum, Macrinus Diadumenum filium imperii conſortem habuit. Lamprid.

Natalibus ſeruanda reuerentia. Sidon. 7. epiſt. 9.

Ad honorem præſentium accedat dignitas antiquorum, & laus patrum filiorũ redundet ad gloriã. Pct. Chryſolog. ſerm. 85.

Dantur multa nominibus. Auſon. Gratiar. act.

Virtutis eſt, quam ætatis curſus celerior. Cic. Phil. 5.

A ceſpite ſuo virgulta non diſcrepant. Caſsiod. 2. 14.

τί πατρὸς ἥδιον τέκνοις ἄγαλμα μεῖζον, ἢ τί παῖδες πατρί; Sophocl. Antigon.

Initia regni ſui rerum omnium Domino dedicat Gratianus. Theodor. lib. 5. c. 1. & 2.

Sæpe per regnum terrenum cœleſte regnum proficit, Iſidor. de prælat.

Conuerſio potentium ſeculi multum militat acquiſitionibus CHRISTI. Fulgent. epiſt. 6.

Æquum eſt, eſſe eos chariſſimos bono Principi, qui inuiſi malo fuerunt. Plin. paneg.

Cum impiorum caſtigatione bonorum reſtitutio iuncta eſt. Nicet. Alex. Duc. Murzuf. extrem.

In omni conflictu, non tam prodeſt multitudo, quam virtus. Veget. 1. 8.

Ammian. lib. 31.

Curſus ætatis non expectandus in feſtinatione virtutis. Plin. pan.

Dabit virtutem, qui contulit dignitatem. Leo. ſerm. anniu. 1.

τὸ ἔμπειρον ἐν τῷ μηδέπω γεγηρακότι, τὸ φρόνιμον ἐν τῷ μὴ πάνυ νεάζοντι. Onoſand. 1.

Θεῶν δ' ἵλεω ὄντων τροπαῖα ἱσάμεθα. Xenoph. 7. expedit. Cyr.

Lacrimæ, quæ ex compunctione cordis veniunt, & inimicum vincunt, & nobis donum lætitiæ triumphalis acquirunt. Fulgent. epiſt. 3.

Contra hoſtes magis orando quam feriendo pugnat Theodoſius. Auguſtin. 5. ciuit. 26.

* *Principes.*

† *reducendis præſulibus piis.* C.

creauit Gratianum filium admodum adoleſcentulum, nec plenos pubertatis annos ingreſſum. Neque ſane nouationem illam probaſſet Senatus; niſi & patrem virtute excellentem, & moderatum (optimeq; educatum) eſſe adoleſcentem perſpexiſſet. Sed tum hoc, tum plura etiam, quam fecerat Senatus, de populo Romano Valentinianus promeruerat: Eſt enim ÆQVISSIMVM in honoribus aſſignandis, Principes paternorum potius rationem habere meritorum, quàm ætatis teneræ filiorum. Cæterum adeo per ſe moderatus Gratianus, tantusq; euaſit Chriſtianæ religionis aſſertor, vt NON MINORI Populo Romano, à quo fuit electus, iucunditati, quam patri, dum vixit, lætitiæ fuerit: qui quidem immortalem in eo ſui memoriam poſt obitum reliquit: IN FILIO namque virtute præſtanti ſemper viuit patris defuncti memoria.

Anno autem ab V. C. M. C. XXXII. cum iamdudum Auguſtus fuiſſet creatus; ex aſſe hæres & vnicus Romanorum Imperator, Gratianus, de quo dicebamus, à toto Populo Romano fuit declaratus, mortuo Valente patruo, & Valentiniano patre: Qui cum iam imperij gubernacula ſuſcepiſſet, & multi epiſcopi catholici, inde à tempore Valentis patrui exularent; mox Gratianus Princeps optimus omnes epiſcopos Arianos in exilium ire; Orthodoxos vero reuerti ad Eccleſias quemlibet ſuas iuſſit; magnumque in eo veri (ac religioſi) Principis ſpecimen dedit. NVLLVM enim 97 *iuſtitiæ conuenientius opus, quàm ad retundendam improborum malitiam, dignitati priſtinæ bonos reſtituere.*

At primo imperij Gratiani anno, Germani Gallique ab Imperio Romano defecerunt, non ſolum parere illi detrectantes; ſed ad ſubiugandum etiam illud ingentes formidabilesque cogentes copias, Gratiano tanquam iuueni & animum, & vires ad defenſionem illius defore cogitantes. Nam SVB PRINCIPIBVS nimis adoleſcentibus ingentes ſemper calamitates perpeti regna ſolent.

*Cæterum defectionis Galliæ Germaniæque fama Romæ cum increbuiſſet; ad omnes Imperator Epiſcopos orthodoxos ſcripſit, vt huius periculi gratia deuotas in Eccleſiis ſuis inſtituerent precationes; nec non ſolennes tota vrbe ſupplicationes fieri curauit, vt à populo ſuo DEVS iram iuſtam auerteret. PRIVS enim precibus DEVM placare * veri Chriſtiani, quam hoſtes armis propulſare debent. Neque vero minus in hoc, quam in † cæteris Principis Chriſtiani officio functus eſt Gratianus. SÆPE enim DEVS victorias Principibus propter orantium magis lacrymas, quam per arma concedit pugnantium.*

His

His autem ita constitutis & euentu Deo commendato, Gratianus bello se parare, atque ipsemet pugnæ interesse statuit: atque ita cùm in priore illo Principis Christiani munus expleuerit; in hoc Imperatoris fortissimi functus est officio. INGENS enim dedecus foret Principibus, si quod antecessores virtute industriaq́; pepererunt, per socordiam ipsi desidiamq́; amitterent.

Cùm autem multis partibus numerosior esset hostium exercitus, quàm Romanorum, & castra iam vtrique apud † Argentuariam (Galliarum oppidum) contulissent: Romanos vtpote numero paucos ingens incessit pauor; (nec sanè iniuria.) IN BELLO enim virium exuperantia dubiam exoptatæ spem victoriæ reddit. Hoc animaduerso, Imperatorem adierunt Romani, & ne prælio decertaret, (instantissimè) obsecrarunt, quoniam numero forent hostibus impares. Neque omnino malè consulebant. NEQVE enim Principem cordatum decet vitam dignitatemque in aleam temere mittere. At Gratianus, vultu nihil mutato, neque in verbis quicquam hæsitans, circumstante frequentissima equitum corona, in hanc sententiam respondit.

Facilè est momento, quo quis velit, cedere possessione magnæ fortunæ; facere & parare eam difficile atque arduum est. Liuius 24.

Parum est adipisci aliquid potuisse; plus est quod adeptum est, posse seruare. Cypr. 1. ep. 22.

Maius dedecus est parta amittere, quàm omnino non parasse. Sall. Iugurth.

Ἅπαντες νομίζουσιν ἐν τοῖς πολέμοις τὸ πλῆθος οὐ μετρίαν ῥοπὴν ἔχειν πρὸς τὴν νίκην. *Arist. Rhet. ad Alex. 9.*

† *Colmariæ vicinam.*

Χειρῶν δεῖ τῷ πολέμῳ, καὶ οὐκ ὀνομάτων πολλῶν. *Synes. epist. 78.*

Bellum robore, non numero confici solet. Oros. 2. 16.

A discriminibus ducem abesse oportet, ne cum eo vniuersa rerum summa periclitetur. Polyb. lib. 10.

Τὴν κεφαλὴν πεφύλαξο, κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει. *Herod. lib. 7.*

Tu cuius ex vita omnium fata pendent, ad vllum discrimen accedas? Pacat. panegyr.

CAPVT XXVI.

98 Oratio Christianissima, Gratiani Imperatoris prælio certaturi.

AGnosco singulare vestrum, equites, & commilitiones, in me beneficium, quòd venditis fortunis vestris, ipsimet socij voluistis esse huius expeditionis; qua in re vestro fungimini officio. FORTVNAS enim suas postponere, vitamq́; periculo obijcere, defendendæ tantummodò patriæ gratiâ decet. Cùm autem vobis gratias agam pro societate singulares; longè maiores habeo pro consilio, quod in præsentiarum mihi datis, fidelissimo. IN MAGNIS enim conflictibus rarò simul inueniuntur consilium sanum, & animus fortis. Sanè si humana fretus potentia bellum hoc suscepissem; iure pugnam propter hostium multitudinem, & nostrorum paucitatem dissuaderetis: quoniam, vt dixistis, DIGNITATIS arbitrium non temere fortunæ suspectæ (& infidæ) committendum est. Ego verò BELLVM hoc tam formidabile, tam periculosum suscepi, certissimè persuasum habens à nobis stare iustitiam: Et QVONIAM Deus ipsamet iustitia est; victorem me illius beneficio fore confido. In BELLIS enim asperis plus iustitia Principibus, quam tuentur, quàm multitudo, quam ducunt, armata prodest.

Necessaria, nec prorsus voluntaria eligentes pericula Deus semper adiuuat. Procop.

Por razon oculta à vezes veo, que sa le vencedor el que fue reo. Araucan. pag. 319.

Deo vel priuatus vel militans seruit, qui fideliter eum diligit, qui Deo regnat autore. Veget. lib. 2. cap. 5.

Nulla cognatio propior, quàm patriæ. Cic. Philipp. 5.

Prudens & tuta eorum, quæ supersunt, custodia incerto euentui & periculo præstat. Niceph. Greg. lib. 5. cap. 7.

Præcipitat consilium periculi præsentia. Apul. lib. 9.

Turbida sunt eorum consilia, qui sibi suadent. Curt. lib. 7.

Non est consiliis iuxta metum locus. Dio. lib. 42.

Se sei contra dodici saranno, ch' altro si può sperar, che biasmo e danno? Ariost. 38. 59.

προσήκει μὴ πάντως δυνάμει καὶ χρήμασι πεποιθότας αὐτέχεσθαι τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἐμπειρίᾳ καὶ συνέσει. *Diod. lib. 19.*

Deus virtutem non iniuriarum autoribus, sed contra eas se defendentibus impertit. Polyb. lib. 15.

τῷ θεῷ ἡ νίκη ἕπεται, καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ θεοῦ στρατηγουμένοις προσγίνεται. *Theodor. δ. λγ.*

Plus fiduciæ in belli causa, quàm in apparatus robore ponendum. Dio. lib. 50.

γένοιτομέν τ' ἂν πᾶν θεοῦ τεχνωμένου. *Sophocl. Aiac.*

Cùm igitur iustissimam me caussam tueri sciam, illiusq; iudicem solum DEVM sumserim: SI TIMORE humano perculsus prælium detrectarem; mihi ipse videor infamiam (maximam) conciliaturus, quasi Princeps sim exiguæ fidei; & DEVM insimulaturus, quasi iudex sit parum iustus. SÆPE enim ibi Deus potentiam maximè exerit suam, vbi maximè imbecillitas diffidit humana. Cùm ergo & à me geratur, & propter me ortum sit bellum, & propter me militiam susceperitis; prælium inire omnino decreui: In quo SI OCCVBVERO, in defensione me iustitiæ meæ mori certus sum; quod & mihi gloriosum & animæ meæ salutare erit. MORI enim pro iustitia non est mori; sed morte vitam permutare & comparare.

Quòd si hæc faciendo vitam perdidero: gloriam tamen non perdo; & simul quod Reipubl. debeo, persoluo: Cùm PRINCIPI bellum, quod ad ipsum propriè pertinet, (plagarum formidine) alieno gerere sanguine turpissimum sit. Experiar scilicet hodierno prælio, sitne à voluntate diuina profecta electio mea: Quòd SI in eo Deus fortè me occidit; signum est, quòd meliorem me reipublicæ (bono) Imperatorem reseruârit: SIN vitam mihi pro sua conseruat misericordia; signum est, quòd alijs me rebus melioribus reseruet. Omnino enim HOSTILIS gladius nihil aliud est, quàm proprij peccati castigator. 99

Equidem non ante tertium diem prælium committendum esse censeo; sed omnes hac nocte confitebimur, & cras ad sacrosanctam Synaxin accedemus, condonantes simul inter nos fratri quisque suo, si qua sumus affecti iniuriâ. SÆPE enim etsi iustè indictum (& susceptum) bellum sit; tamen propter peccata illud administrantium aduersa in eo plurima eueniunt. Triduum vbi præterierit, nosq; & confessi fuerimus, & Eucharistiam perceperimus, & alter alteri ignouerimus; FACIAT DEVS, quod ipsius tulerit voluntas. Equidem prælio interesse decreui, de quo vos dubitare commilitiones nolo. MIHI enim hodie vel viuendum, vel moriendum: Si vinco; quod volo, assequor: sin morior; quod debeo, præsto.

Nihil addam amplius, nisi vt VIDEAT quisque & faciat, quod muneris sui ratio postulat, militem se esse Romanum cogitans, & pro populi sui libertate pugnare, cùm EO IAM redacti simus, vt plus nobis opera pauca, quàm multa verba prosint. PACIS enim conseruandæ lingua interpres est; bello verò patrando lancea seruit.

His dictis, & triduo elapso, prælium Gratianus, cui ipse interfuit, commisit; quod vtrique asperum & cruentum fuit. Sed ad extremum victoriam Gratianus ex hoste consecutus

Hoc est proprium Dei, inexorata beneficia præbere fessis atque inualidis rebus & multiformi semper asperitate vallatis. Arnob.lib.4.

Quidquid humana ope maius, Deo permitte curandum. Symm.lib.2.ep.8.

Re in arcto posita, non differt Deus beneficium. Cypr.de Cœn.

ὑπὲρ τῶν δικαίων κινδυνεύοντας δεῖ ἐλπίζειν ἄμεινον ἀγωνιεῖσθαι τῶν ἐχθρῶν. *Isocrat. Archidam.*

Cum iustitia spes bona de armorum potentia proposita est. Dio.lib.41.

O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimum reddita! Cicer. Philip.14.

Prælium ineundum ea mente, vt victoriam speres, mortem non recuses. Curt. libro 5.

Cui me mallem componere, quàm qui & victus dabit & victor per secula nomen? Sil.lib.10.

Proposito prælio certam sibi spondere fortunam, non tam est fiducia militum, quàm felicitas imperatorum. Mamert. paneg.

Honestam mortem fortes viri voto quoq; expetunt. Curt.lib.7.

Ben morendo honor s' acquista. Petrar. 1. Can. 14.

Πιστεύομεν τῇ τύχῃ ἐκ τοῦ θείου μὴ ἐλασσώσεσθαι, ὅτι ὅσιοι πρὸς οὐ δικαίους ἱστάμεθα. *Thucyd. lib. 5.*

Δεῖ καθαρὰς τὰς δυνάμεις ἐξ ἁμαρτημάτων εἶναι καὶ οὕτως μετὰ θάρσους ἀποκινῆσαι. *Leo.* Διατάξ. κ'.

Μᾶλλον πεφόβημαι τὰς οἰκείας ἡμῶν ἁμαρτίας, ἢ τὰς τῶν ἐναντίων διανοίας. *Thucyd.lib. 1.*

Nostris viribus, cùm à deterioribus superamur, agnitis, magnorum atque admirabilium successuum causas vni Deo acceptas referamus. Nic. Greg.4.6.

Si iam adest vitæ meæ finis, in quo tandem opere melius extinguar? Curt. lib. 7.

Hanc ego vel regno victor, vel morte tenebo Victus humum. Claudian.bell. Getic. 530.

Præclaræ mortes sunt imperatoriæ. Cic. 2. de fin.

Virtus non numerum pensat, seu corda virorum. Guill.fol.288.

Plus in negotiis gerendis res, quàm verba prosunt. Cic.

Facta mea, non dicta vos milites sequi volo. Liu. lib. 7.

Bella manu constant; at consultatio dictis. Homer. Iliad.3.

Sibi benè conscio ipsa quodammodo elementa famulantur. Sidon. 1.7.

secutus est, & supra XXX. millia Gallorum & Germanorum ceciderunt, cùm haud plus quàm quinque millia Romanorum prælio interfuissent. SOLVS enim ille exercitus incolumis est, qui voluntati diuinæ gratus acceptusq; est.

*Capiant ergo exemplum ab hoc Principe omnes Principes, QVANTI sua intersit cogitantes, si boni sint Christiani, & quàm parui in asperis prælijs bellisq; referat * ingentes habere copias; quanti contrà faciendum sit Deum habere propitium. MAGIS enim animum peccata operta, quàm hostes aperti debilitant.*

CAPVT XXVII.

100 De Comitis Theodosii, qui Theodosii Magni Imp. pater fuit, obitu verè Christiano; De Ismaro Rege & Syluano Episcopo, sinceris Christianis; de Concilio Hippone celebrato, & Canonibus ibi sancitis.

VAlentiniano & Valente fratribus imperantibus, in partibus Africæ excitatis Maurorum gentibus, tyrannus quidam, Phirmus nomine, Regem se contra dominationem Romanorum constituit, vir laborum tolerantissimus, & in periculis audacissimus. ANIMO quippe nimis confidentes in tyrannos plerunque euadunt nobiles. Phirmus autem cùm per fas nefasq; totum illud regnum occupasset; Mauritaniæ dominatu non contentus, maximam Africæ partem subiugauit; Imò Annibalis exemplo in Italiam quoq; parabat transire, Imperatoris Romani titulum vel vitæ impendio acquirere destinans. Is enim TYRANNVS & summus & famosissimus est, qui nihil aliud, quàm aliena inuadere & occupare conatur.

Romani (verò) vt omnibus in rebus erant (cauti) & cordati, & tyrannorum violentiæ non ignari, ingentem extemplò cogi exercitum iusserunt, qui in Africam transiens regnum illud pacaret, tyrannumq; opprimeret, cum hoc decreto & mandato Senatus, vt nullo neque pacto, neque conditione vita tyranno concederetur, quod mandatum iustissimum profectò fuit. IN REIPVBLICÆ quippe turbatorem leuissimum est supplicium vitæ amissio.

Erat (autem) illa tempestate Romæ vir nobilis, natione Hispanus, nomine Theodosius, magno natu, & rei militaris apprimè peritus; bonis tamen fortunæ non valde cumulatus: Isque, & verè quidem, ad magnum illum Traianum Imperatorem generis sui referebat originem, quam

Ducis præsentia plurimum militibus indit alacritatis. Polyb. lib. 10.

Τόλμῃ δικαίᾳ καὶ θεὸς συλλαμβάνει. *Menand.*

Hinc secula discant Indomitum nihil esse pio, tutumve nocenti. Claud. 4. Cos. Honor. 99.

* *paruas.*

Dei tam potentia sunt adiutoria, quàm vera promissa. Leo epist. 92.

Φανερῶς (τὸ θεῖον) ἀντιπράττει τοῖς τὸν ἀσεβέστατον προχειριζομένοις ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν. *Diodor.* 14.

Quanto magis quis Deo seruire desiderat, tanto magis in se excitat aduersarios. Ambr. Psal. 118.

Pro veritate certandum non armata potentia, sed potentiore patientia. August. 18. ciuit. 54.

Imperium cupientibus nihil medium inter summa aut præcipitia. Tacit. histor. 2. Oros. 7. 33. & Ammian. lib. 29.

Natura mortalium auida imperii, & præceps ad explendam animi cupiditatem. Sallust. Iug.

Regna cum scelere omnibus exiliis grauiora. Sen. Theba. 4.

Insatiabilis animus humanus eo, quod fortuna spondet, ad altiora & non concessa tendit. Liu. lib. 4.

Quid est dignitas in indigno, nisi ornamentum in luto? Saluian. lib. 4.

Tyrannorum cupiditates sunt infinitæ. Dion. lib. 2.

ἐστὶ στρατηγείας μὲν ἔπαινος ἡ τῶν πολεμίων καταστροφή. βασιλείας δὲ ἡ τῶν ὑπηκόων ἐνδαιμονία. *Themist. ad Valent. de pac.*

Αἰεὶ δ' ἀμβολιέρτος ἀνὴρ ἄτασι παλαίει. *Hesiod.*

Facillimum cuilibet rei in ipso introitu obsistere. Polyb. lib. 3.

Qui ius æquum pati non potest, in eum vis haud iniusta est. Liu. lib. 38.

Non nisi duce interfecto requies belli est. Tacit. Annal. 4.

Ipsi flagello paratur incendium, cùm in correctionem filiorum eo fuerit vsus pater. Saresb. 8. 21.

Accenditur iuuentus, erigitque animos ad æmulandum, quod laudari videt. Plin. paneg.

Ducum Romanorum soboles ac nepotes omnium facile ad hæc vsque tempora bellica virtute principes. Onosan. procem.

Τῇ τῶν πολέμων σφοδρότητι τὴν τῶν στρατηγῶν ἀντιτάσσει ἀρετὴν τῶν ὅλων ὁ πρίτανις. *Theodorit.* 4. 30.

Omnes boni semper nobilitati fauent, quia vtile est reipubl. nobiles homines esse dignos maioribus suis. Cic. pro P. Sext.

Belli duces non sorte & ambitione, sed virtutis ergò eligantur. Dio. lib. 52.

Οὐδενα φιλοῦσιν ἄνθρωποι, τοσοῦτον ἰσχὺν μὴ ἐπιτιθέντα πείθοντας, λέγοντα δὲ σὺν ἀπιστοῦσιν, κινδυνεύοντα δὲ ζωγρεῖν. *Onosand. cap. 1.*

Omnis omnium spes à ducibus pendet. Polyb. lib. 10.

Nihil ad felicem victoriam æquè opus atque boni duces. Dion. lib. 6.

† *Quæ alio nomine Hippon. Ortel. Theatr.*

Compendium est de vincendorum hostium duces sustulisse. Mamertin. Paneg.

Fortuna belli semper ancipiti in loco est. Sen. Thebaid.

Plurima errata per Imperatorum ignorantiam & socordiam committuntur. Polyb. lib. 8.

Non habent duces belli Deum aliquem sponsorem vitæ eorum omnium, qui sunt pugnaturi. Dion. lib. 9.

Ἡ τύχη σφαλερὰ τοῖς ἀπερημένοις ἐλαπίζουσιν ἐπεισάγεσθαι, τοὺς ὑπερέχοντας ἴσον ἐπαπειλοῦσι τοῖς ἠπημένοις. *Diodor. lib. 20.*

* *Ad Isaflensium populum confugisse dicit Ammian. lib. 29.*

Firmus viuendi cupiditatem voluntaria morte calcat. *ibid.*

Pax seruientibus grauior, quàm liberis bellum. Liu. lib. 10.

Cùm à malo Principe tanquam successor timeatur, quisquis est dignior; cùm sit nemo non dignior; omnes timentur. Plin. paneg.

Illius quisque animatur, & armatur in necem, cuius ambit successionem. Saresb. 7. 17.

Sozom. 6. 35.

Successor, etiamsi nolis, habendus est. Plin. Paneg.

Non potria ne gli huomini il destino, se de futuro ogn' vn fusse indouino. Ariost. 18. 177.

Virtus subiectorum ingrata imperantibus. Tacit. vit. Agric.

Τυραννικὸν τὸ μάλιστα ἀπιστεῖν τοῖς φίλοις. *Aristot. 5. Polit. 11.*

Semper tyrannis aliena virtus formidolosa est. Sall. Catilin.

Licet quàm plurimos occidas, tamen non potes successorem tuum tollere. Dio. lib. 61.

Tyranni opus, malè faciendo suis cum terrore inuitis imperare, & in mutuo semper odio cum subditis versari. Polyb. lib. 5.

ob causſam magno Romæ in honore precioq; habebatur. Adeò quippe GRATI (& beneuoli) erant aduersus Principes suos Romani, vt omnes à spectatæ virtutis (& probitatis) Imperatoribus orti, semper haberentur in ciuitate honoratissimi. Cùm ergo esset Theodosius & ætate prouectior, & canicie venerandus, & sanguine nobilis, & armorum peritissimus; ad bellum Africanum ab Imperatore Valentiniano (populoq;) & toto senatu vnanimiter fuit electus, quam electionem & ipse gratam, & vniuersus populus Romanus ratam habuit: cuius rei iustæ erant vtrinque causſæ. Lætabatur enim Theodosius se contra tyrannum mitti; populus verò talem se habere copiarum ducem gaudebat.

Porrò Theodosius Roma digressus post paucos dies † *Bonam venit, quæ populosa vrbs erat & portus maris in Africa; cumq; in terram milites exposuisset, mox Phirmus copijs eductis obuiam processit; cumq; castra inter se, alteri offendendi, alteri offendendi simul & defendendi gratia contulissent; crebra fuerunt inter exercitus certamina, & multa vtrinque damna illata & accepta; dum qui iam victi fuerant, mox essent victores, & qui modò vicerant, nunc vincerentur.* Ita *quippe vsu venire solet, vt in diuturniore bello variæ sint fortunæ vices. Erat in Mauritania vrbs munitissima Obelisca: cumq; Theodosius vt viribus superior campo potiretur; Phirmus in vrbem* * *Obeliscam se recepit; quæ cùm à Theodosio oppugnata acerrimè, & prope iam capta esset; Phirmus ne in hostium potestatem veniret, ipse manus sibi intulit. ANIMI enim superbi mori in libertate malunt, quàm in captiuitate viuere.* 101

Cùm autem illo tempore Valens Imperator arte magica curiosè, quem esset habiturus in imperio successorem, scrutaretur, & fortè diuinatrix quædam dæmonis instinctu respondisset, in imperio ipsi successurum, quicunque in capite sui nominis literas T. H. E. O. D. *prætulisset: Accuratissima Valens diligentia iussit inquiri nomina, quorum initia literis illis scriberentur; inuentisq; Theodotis, Theodoris, & Theodosiis, quotquot ijs erant nominibus appellati, gladio feriri iussit: cuius cædis causa erat, quòd cùm sceleratus esset Valens, ne viuens imperio deijceretur, verebatur. PRINCEPS enim tyrannicus suspicionibus semper indulget.*

Cæterùm Theodosius dux clarissimus, extincto iam (vt diximus) Phirmo tyranno, & vniuersa Africâ Romano restituta imperio, clàm Imperatori insidias struere, & imperium affectare insimulatus fuit. Quamobrem Valens capitis eum damnauit, vt securi feriretur, nonauditus, imo neq; accusatus, (nedum conuictus.) Nam PRINCIPES, qui merum

merum habent imperium, in negotijs iusticiæ nulla se lege teneri putant. Ac Theodosius cum se capitis damnatum resciuisset; Episcopum Carthagine accersiuit, & lauacrum ab eo sancti Baptismi petijt, atque ita baptizatus & fide Christi imbutus, percussori iugulum vltrò præbuit. Quem tam grauem (& indignum) casum Theodosio innocenti contigisse, & Imperatorem (iniqui) tyranni more iudicare, (sententiamq; ferre) creditum fuit ab vniuersis. BONI enim viri innocentia stimulus est in oculo viri mali.

Cæterùm Baptismum suscepturus Theodosius, quemadmodum in Chronicis dicit Prosper, Episcopo Baptismum administranti, Per Creatorem te, inquit, S. Episcope Rogeri, qui nos creauit, obtestor, & per IESVM crucifixum obsecro,
102 *vt aquam mihi Baptismi impertias. Christianum enim me fore, si victoriam mihi CHRISTVS de tyranno hoste meo concederet, promisi. Cùm igitur victoriam mihi dederit; promissa præstabo. Nam QVÆ NECESSITATE sola coacti promittimus, sola adducti voluntate debemus præstare. Ex animo mihi dolet, vt Christianus sim, exiguum mihi vitæ spacium dari: Sed cùm ita res ferat, propter CHRISTVM vitam profundo, & in manus ipsius misericordes animam commendo meam.*

Filium relinquo † vnicum Theodosium, & nisi amor me patrius fallit, iuuenem eum fortem, ac virum cordatum fore confido, & cùm abs te fuerit baptizatus, rogo te, sancte Episcope, vt pro tua prudentia diligenter eum (Christianæ) capitibus fidei erudias. Si enim sincerus Christianus est; Deo propitiante, virum in imperio magnum illum fore confido. Hic Theodosius pater fuit Theodosij Magni Imperatoris; atq; vt pater Christianus, ita filius Christianissimus fuit. Non multis pòst annis, quàm Valens occidi Theodosium, patrem Theodosij Imperatoris, iusserat, ipsemet Valens à Gotthis fuit interfectus, iustissimo sanè DEI iudicio. IVSTE enim vita priuatur, qui iniustam alteri machinatur mortem.

Ruffinus lib. II. historiarum refert, postquam Theodosius dux Phirmum tyrannum ad mortem adegit, & Valens Imperator Theodosium sustulit, & manibus ipse Gotthorum interemtus fuit; Romanos Regem Africæ creasse Ismarum, virum Christianissimum. Erat illo tempore, qui fuit annus æræ Christianæ CCCLXXVII. in magna vrbe Carthagine Episcopus vir sanctus, nomine Syluanus, literis diuinis iuxtà & humanis insigniter eruditus. Cumq; & Rex tam iustus, & Episcopus tam sanctus esset; tum Ecclesia florentissima, tum respubl. emendatissima, tum Africa tota pacatissima erat. SÆPIVS enim ciuilia cooriuntur

Difficile regibus spicas eminentes nõ decutere. Nicet. Alex. Comn. lib 3. extrem.

Theodosius, Theodosii Imperatoris postea pater, multiq; nobilium occisi sunt Valentis insania. Iornand. lib. 1.

De Theodosii Imper. baptismo vide Socrat. 9. tripart. 6.

Christiani dum mori post mortẽ timent, interim mori non timent. Minut. pag. 360.

Nolunt ferè Principes quenquam ipsis præstantiorem haberi. Dio. lib. 49.

Theodosius post gloriosam seculi vitam, etiam de vitæ æternitate securus percussori iugulum vltro præbuit. Oros 7. 33.

Qui regenerationis non adepti sunt sacramentum, ad beatorum non pertinent consortium. Ambr. de vocat. gent. 8.

Melius est non promittere, quàm promissa non facere. Hieron. Ecclesiast.

Nemo vnquam innocens malè interemtus infamis est; nec turpitudinis alicuius commaculatur nota, qui non suo merito pœnas graues, sed cruciatus perpetitur sæuitatem. Arnob. lib. 1.

† *mihi cognominem.*

Testamenta hominum speculũ sunt morum. Plin. 8. epist. 18.

Theodosius Ecclesiæ se membrum esse magis, quàm in terris regnare gaudebat. August. 5. ciu. 26.

Εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λώϊα, δυσσεβέων δ' ὄυ. *Theoc.* λγ.

Deus vltionem sceleribus, quæ in proximos patrantur, dignam infert. Polyb. 1.

ἐστὶ τὸ θεῖον τοῦ ἀνδρώπου συνατώτερον. *Nicet. Andron. Comn. lib. 2.*

Non perpetuò vindicta diuina stertit, sed seris gaudens mutationibus & celeriter ingruens tacito pede facinorosos consectatur Nicet. Alex. Comn. lib. 3.

Cui dà morte altrui, debb' esser morto, Ariost. 36. 33.

Οὐχρὴ τὸ μὲν τῶν ἱερέων ἀπολαβεῖν τιμῆς, τὴν δὲ τῶν ἀλυθῶν ἱερέων μὴ ζηλοῦν βιοτήν. *Theodor.* ε κη.

Ecclesiæ gloria præpositi gloria est. Cypr. 1. epist. 5.

Sacerdotum est errantes corrigere, & bonos exemplo suo ad meliora prouocare. Glab. histor. Gall. fol. 71.

Remissiùs imperanti meliùs paretur, Sen. 1. clement. 24.

Αἰδοῖ μᾶλλον δεῖ καὶ εὐνοίᾳ πλέον, ἢ φόβῳ κατέχει τοὺς ὑπηκόους. *Themist. ad Theod.*

Obedientia mollit imperium. Leo. serm. 4. de ieiun. 7. mens.

Episcopus catholicæ regulam disciplinæ factis potiùs edoceat, quàm sermone monstret. Sedul. præfat.

Regia potestas non solùm ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium Principibus est collata. Leo. ep. 75.

Optimè consultant, qui rerum futurarũ exempla ex præteritis sumunt. Dion. lib. 10.

Ἡ ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν ἀρχόντων παρουσία μάλιστα ἐμποιεῖ τὴν ἀληθινὴν αἰδῶ, καὶ τὸν τῶν ἐλευθέρων φόβον. *Arist. 7. Polit. 12.*

Τὰ ἐκκλησιαστικὰ μετὰ πολλῆς δικαιοκρισίας γίνεσθαι ὀφείλει. *Theodor. libr. 2. cap. 16.*

Non dubitant sacris imperia seruire. Val. Max. 1. 1.

Aliter Rex Deo seruit, quia homo est; aliter, quia Rex est. Augustin. lib. 1. de consens. Euangelist.

1. *Synodi celebrantor.*

Bini conuentus per annos singulos habeantur Leo. ep 84. c. 7.

Citò lutum colligit amnis inundans. Ambr. off. 3.

Tenuitas victus, vilitas indumentorum & supercilia humum spectantia commẽdant antistites. Ammian. 27.

2. *Rex certior antè redditor.*

3. *Principes intersunto.*

Μικρὸν ῥῆτμα γενόμενον, καὶ μὴ ῥαφὲν πολὺ τὸ σχίσμα ποιεῖ. *Chrysost. Antiochen.* 19.

Memento cuius capitis, & cuius corporis sis membrum. Leo. serm. 1. de natiu. Dom.

4. *Vel excommunicantor.*

Est homo velut infrenis equus sine religione; eoq; deterior, quo natura contumacior, & in vicium propensior. Sabell. 5. 4.

Religio esse non potest, vbi metus nullus est. Lact. de ira. 11.

Rex in semetipso nominis sui dignitatem custodire debet. August. abusib. grad. 9.

Satis tibi sit dignitatis, quòd Imper. es; Antistites Ecclesię vexare noli. Cedren Zonar. 3.

5. *Symbolum Nicenum recitator.*

Cognoscant Principes seculi, Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam à CHRISTO tuendam suscipiunt. Isidor. de prælat.

bella ex superiorum superbia, quàm ex inferiorum inobedientia. Cumq; & sanctus Episcopus & Rex ille Christianissimus tùm æuo suo subditis laudabili præire exemplo, tum salutaria seculis futuris relinquere præcepta cuperent: Hippone regio omnium Africæ Episcoporum concilium celebrarunt, cui Rex ipse (cum regni proceribus) interfuit. PRISCIS *enim concilijs non modò regnorum illorum Reges; sed omnes etiam reguli proceresq; intererant. Ex multis autem rebus, quas Ruffinus ibi constitutas refert optimas, nonnullæ mihi hîc videntur exponendæ, vt Principes præsentes, Christianissimos fuisse Principes præteritos videant.*

Decreta concilii Hipponensis.

In sacro concilio Hipponensi, cui Rex apprimè catholicus Ismarus interfuit, & Syluanus Episcopus religiosissimus præsedit, hæc fuerunt constituta: In ijs autem quæ constituuntur, orationis partem Regi, partem concilio tribui voluimus. Nam in huiusmodi actibus ÆQVISSIMVM *est & regalem honorari præeminentiam, & Ecclesiæ non perire autoritatem.* 103

Sancimus, vt tertio quoq; anno omnes Episcopi, abbates & antistites regni nostri ad celebrandum prouinciale concilium conueniant, in eoque NON *de damnorum temporalium; sed de mala Ecclesiarum gubernatione agatur.* NON *enim pecuniæ; sed opum abundantia perniciem adfert Ecclesiæ Dei.*

Statuimus & omnes prælatos, qui vel sunt vel erunt, rogatos volumus, vt concilium in regno nostro celebraturi, antequam id cogant, certiores nos faciant; NE SANCTI *concilij prætextu suspecta ineatur conspiratio.*

Ordinamus, vt in posterum Principes ac dynastæ obligati sint, vt sacris concilijs vnà cum sanctis intersint Episcopis. IVSTIVS *enim est eos extirpantibus hæreticos, quo animas lucrentur, quàm contra hostes pugnantibus, vbi vitæ fit iactura, adesse.*

Constituimus, vt Princeps, qui ad concilium non venerit, & per ignauiam id neglexerit, vsque ad futurum concilium communione sanctæ Eucharistiæ arceatur. Sin autem venire non per desidiam, sed per malitiam neglexerit; contra illum, vt suspectum circa sanctam fidem Catholicam, procedi volumus. CHRISTIANVM *enim, qui mera peccat malitia, rectè de sancta fide sentire verisimile neutiquam est.*

Placet, vt priusquam in concilio quicquam aliud fiat, præsules, postquam conuenerint, primùm coniunctim, deinde sigillatim pro se quisque symbolum Nicenum alta voce cantent, quo peracto, flexis genibus Rex idem (clara voce deuotè)

deuotè) recitet. SI enim CIRCA sanctam fidem catholicam Princeps suspectus est; fieri non potest, vt subditi catholici & Christiani sint.

Ordinamus, vt in concilio libertatem habeant prælati, Regem de suo commonendi officio; & libertatem Rex habeat dicendi concilio, quod visum fuerit; vt & ANTISTITES liberè arguant Regis in extirpandis (ex ditione sua) hæresibus incuriam, & REX liberè arguat prælatorum in ouium suarum custodia desidiam. NON enim ALIVS debet esse conciliorum finis, quàm delictorum præteritorum castigatio, & damnorum futurorum remedium.

104 *Statuimus, vt omnes Africæ Principes primo manè, priusquam aliud aggrediantur negotium publicum, attentè missam recitari audiant, cui missæ omnes ipsorum familiares & consiliarios, quos Principalis consilij decet esse participes, interesse volumus. NON enim POTEST bonum dare consilium creatura, quæ non antè implorauit & in consilium adhibuit Creatorem.*

Sancimus, vt archiepiscopi, episcopi & abbates, tempore durantis concilij quotidie confiteantur, & missam in publico dicant, eorumq; vnus verbum diuinum populo proponat. SI enim prælatorum quemq; bonum dare (populò) exemplum decet, dum solus est; quanto magis id faciendum, dum vnà sunt vniuersi?

Constituimus, vt pro virili Principes bono subditis exemplo præeant; In primis verò vt singulis diebus festis confiteantur & communicent, & diuina (deuotè) audiant officia. MAGNO enim foret scandalo, si Principem, cuius est aliorum reprehendere vicia, nemo vel confiteri vnquam, vel (diuina) sacramenta percipere videret.

Placet, vt in tribus festis solennioribus Ecclesias metropolitanas adeant Principes, & nisi aliquod obstiterit impedimentum, missam dicat diœcesanus, lectoq; ab illo Euangelio, Princeps alta voce Symbolum Nicenum recitare teneatur. BONORVM enim est Principum non solùm corde tenere fidem CHRISTI; sed ore etiam coram suis illam subditis confiteri.

Constituimus, ne Principi plures in aula, quàm duos Episcopos habere fas sit, vnum qui confitentem audiat; alterum, qui verbi diuini præconium faciat: eosq; in concilio designari, obligatumq; esse concilium volumus, ad designandos duos viros è natu maioribus & virtute præstantioribus, quibus in aula Principis non vltra biennium commoratis alij surrogentur. NIHIL enim monstrosius, quàm Ecclesiam antistite longo tempore carere.

Nolle confiteri, negare est. Tert. de fuga.

Exempla ex aula promanantia, extremos terrarum fines peruagantur. Nicet. Alexan. Comn. lib. 3.

6. *Libera esto dicendi potestas.*

Τοὺς τοῖς ἐσφαλμένοις ἐπιτιμῶντας εὐνουστέρους καὶ σωφρονεστέρους νόμιζε τῶν ἄλλων. *Basil Imp. fil.* 48.

Nemo prudens punit solum, quia peccatũ est, sed ne peccetur. Plato. Lactant de ira. 18.

Facilius est, de alienis iudicare, quàm de suis. Lact. 2. 3.

In Synodis corrigenda, quæ contristant singulos, & de quibus alius alium culpat. Sozom. tripart. lib 2.

7. *Principes & officiales sacra quotidie adeunto.*

Inuocandus rerum omnium pater, quo prætermisso, nullũ ritè fundatur exordium. Boet. 3 9.

A DEO sunt nobis agendi capienda principia. Cic. 2. de ll.

In minimis quoq; rebus diuinum præsidium debet implorari. Boet. consol. 3. 9.

8. *Antistites munere suo funguntor.*

Episcopos & ornamento oportet esse cæteris, & exemplo Cypr. serm. 5.

Clerici debent esse exemplum omnibus laicis. IC.

9 *Principes religioso subditis præeunto exemplo.*

Qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores, si iniqui sint, non corrigit? August. abus. grad. 9.

Purpura nõ sequetur Imperatorem post mortem; sed sola eum comitabitur pietas ac virtutum habitus. Cedren. Zonar. tom. 3.

10. *Festa solennia deuotè celebranto.*

Dei qui non memorat magnificentiam, auget iniuriam. Fulgent. ad Trasim. lib. 1.

Diuinas leges timere, maxima est securitas, quicunq; terror obiiciatur. Pachym. lib. 3.

11. *Duos in aulis episcopos habento.*

Non est episcopus, qui præesse dilexerit, non prodesse. August. 19. ciu. 19.

Gregi familiari gratius præesse, quàm peregrino & alieno. Nazi. orat. 17.

Gregibus Domini non diu desit cura pastorum. Leo. ep. 84. cap. 6.

Oportet præfectos semper iis, quos regendos habent, adesse. Dio. l. 52.

CAPVT

CAPVT XXVIII.

Ῥᾷόν ἐστιν ἑνὸς ἀνδρὸς γνώμην ἀσφαλῆ τῶν μᾶλλον, ἢ πολλοῖς διανοίαις τὴν πανωδυπῶς ζητεῖν δρέσιν. *Isocrat. Nicocl.*

Vno diademate duo capita tegere, & imperium pluribus partiri, graue est, & perturbatione plenum. Pachymer. 3.

Optimum esse rempublicam non à pluribus, quàm vno Principe regi. Non enim capitalior hostis est reipublicæ, quàm qui multorum in ea dominationis autor est.

* *Sapient. cap.* 11.

Nec consilio prudenti, nec remedio sagaci diuinæ prouidentiæ fatalis dispositio subuerti vel reformari potest. Apul. lib. 9. Asin.

Nemo altero nobilior; eadem omnibus principia. Sen. 3. benef. cap. 28.

Publica omnium mortalium sub vno parente naturæ cognatio est. Fab. Declam. 19.

De ijsdem seminibus sumus. Macrob. 7. Saturn. 3.

Τὰ αὐόμια στασιάζει. *Hippoc. lib. de flatibus.*

Πᾶσι διαφορὴ ποιεῖ διάστασιν. *Aristot. polit. 5.*

Omnes ex eodem puluere sumus, vtut alius alio larua honestiore regatur. Nazianz. orat. 19.

ὅσοι λῷ αὖ αὐθρώποισιν ἐν βίῳ φθόνῳ, εἰ πάντες ἡμῦ ἐξ ἴσῳ πεφυκότες. *Agath. Stob.* 409.

Insitum mortalibus aliorum felicitatem ægris oculis introspicere. Tacit. Histor. 2.

Κρύψῃ σὸν ἐπίοικος ἦτοι ἕρμα βροτοῖσι πάντα ἢ ἰσορρωῶα τὴν ἀιδέα. *Bion. Rittershus. Oppian.* 172.

† *Gen.* 25 & 27. *Malach.* 1. *Rom.* 9.

Vbi inuestigari non potest, quare ita iudicet; sufficiet scire, quis iudicet. Ambros. De vocat. gent 8.

Inferiora superioris sensum scire non possunt. Ambros. Rom. 12.

Imperuestigabile Dei iudicium, & humanis rationibus inaccessum. Nicet. Manc. Comn. lib. 3.

ὅ, τι δεῖ γενέσθαι ὑπὸ θεοῦ ἀμήχανον ἀνθρώπῳ. *Herodot. lib.* 7.

Quid calumniamur iusticiæ occultæ, qui gratias debemus misericordiæ manifestæ? Ambros. de vocat. gent. 1. 5.

Ordina l' huo mo, o Dio dispone. Ariost. 46. 35.

Lubrica hominum cogitationes; Dei propositum nec irritum nec mutabile. Nicet. Man. Comn. lib. 2.

Non aliud potest euenire, quàm nouit Deus futurum. Ambr. Rom. 9.

ἀνθρώπων ὁ σοφώτατος θεὸς ἦν πίθηκος φανεῖται. *Plat. Hipp maior.*

SÆpe cum animo instituì cogitare meo, cùm diuina prouidentia * omnia in (numero) pondere mensuráq; faciat (& ordinet,) ab eaque & non ab alio creaturæ omnes regantur ac gubernentur: cumq; ante omnia non sit apud 105
Deum personarum respectus; Cur alios diuites, alios pauperes; hos sapientes, illos rudes; hos sanos, illos ægrotos; hos felices, illos calamitosos; hos seruos, illos dominos faciat; quod me mirari nemo miretur; cùm ORDINVM diuersitas dissensionum inter homines fons sit. Mihi quidem humano more iudicanti melius videretur, si omnes & vestitu similes, & potestate æquales essent; si nemo plus altero possideret, omnesq; eodem victu contenti forent, imperandi ac parendi verbis omnino sublatis. E MEDIO quippe sublata aliorum miseria, & aliorum prosperitate, nihil inuidiæ loci deinceps in mundo relictum iri testor.

Sed valere iusso ARBITRIO humano, quod cum diuina (iudicio) conferendum non est, quæro nunc: Quæ ratio cogitando potest assequi, cur de duobus fratribus, † Iacobo scilicet & Esauo, sanctißimorum parentum filijs, diuina voluerit prouidentia alterum eligere, alterum odio habere; alterum imperare, alterum obedire; alterum licèt natu maiorem abdicari, alterum licèt natu minorem hæredem esse primogenituræ! Quod autem Iacobo & Esauo contigit, idem in filijs Iacobi cæteris & Iosepho accidit; qui cùm omnes eiusdem patris filij, omnes & fratres, & patriarchæ, & inter se pares & electi essent; prouidit & ordinauit Deus, vt Iosepho, qui minor erat, reliqui vndecim fratres seruirent & obedirent: quod quidem inuitis vndecim fratribus factum: Sed nihil illis suæ profuerunt cogitationes. NEQVE enim fieri potest, vt humana euertat malitia, quod diuina decreuit prouidentia. Quid aliud quotidiuna docet experientia, quàm QVOD humanum constituit arbitrium, puncto temporis diuino profligari iudicio? Idq; reuera non malè statutum, sed optimè potiùs decretum est. Omnino enim HOMO, cùm homo sit, paucis in rebus ad scopum collineare potest: DEVS verò cùm DEVS sit, fieri nequit, vt vlla in re aberret.

INGENS

INGENS creatoris beneficium est, velle emendare & corrigere opera creaturarum. SI enim nostro nos Deus plane relinqueret arbitrio; in vniuersum essemus ipsius arbitrio contrarij. Non sine magno ordinauit Deus mysterio, vt in vna familia vnicus sit paterfamilias: vt populo nobili vnus imperet ciuis; vt vnicum prouincia præsidem habeat; vt ab vnico Rege regnum gubernetur amplissimum; vt validissimus exercitus vni pareat duci, & quod omnium est maximum, vt vnicus Imperator monarcha sit & dominus mundi.

Μακάριοι δῆμοι, οἱσι ἵστασι τὰς ἀγαθὰς αὐδρας ἔρμαῖα αὐτῶν, καὶ ἃ τὰς πύργους, ἀδὲ τὰ τείχεα ἀλλὰ σοφῶν αὐδρῶν σοφὰς γνώμας. Hippoc. Rittershus Oppian. 315.

DEVS agit Principis manu vsus. Plut.

Sine magistratuum prudentia ac diligentia esse ciuitas non potest. Cic. Catil. 2.

106 *Hæc profectò sunt eiusmodi, vt in oculos incurrant, neq; cognoscantur; vt auribus percipiantur, neq; comprehendantur; linguis proferantur, neq; intelligantur. TANTA quippe est intelligentiæ humanæ paruitas, vt infinitis partibus plura sint, quæ nescit, quàm quæ nouit.*

Immensum imperii corpus stare ac librari sine rectore non potest. Tacit. histor. 1.

Non me pudet fateri nescire, quod nescio am. Cic. Tuscul 1.

Magna scientiæ pars, quod sciamus nos nihil scire. Hieron.

Rem satis est scire, nesciri caussa sinatur. Guiller. fol. 303.

Apollonius Tyaneus cùm maximam partem Asiæ, Africæ & Europæ peragrasset, inde scilicet à fontibus Nili, vbi Alexander fuit, vsq; Gades, vbi columnæ erant Herculis; cùm esset quodam die Ephesi in templo Dianæ, interrogatus à sacerdotibus Dianæ fuit, quidnam maximè omnium in terris admiratus esset? Ita enim VSV venire solet, vt qui multa viderunt, aliud alio diligentiùs semper notent. Etsi autem Apollonius MAIORI sibi laudi ducebat audere, quàm dicere; tamen ijs, à quibus erat quæstio proposita, sic confestim respondit: Sic habetote sacerdotes Dianæ, me peragrasse regna Gallorum, Britannorum, Hispanorum, Germanorum, Italorum, Lydorum, Hebræorum, Græcorum, Parthorum, Medorum, Phrygum, Corinthiorum, Persarum, & super omnia immensum regnum Indorum, quod regnum omnium regnorum appello: Solum enim illud omnibus simul regnis potentius est.

Qui proficere studet, semper inuenit, quo crescat. Bernh. fol. 265.

Gaudet, quisquis prouocatur ad doctrinam suam in medium proferendam. Macrob. 7. Saturn. 2.

ἀξιοτεκμαρτέρεον δὲ λόγῳ τὸ ἔργον. Xenoph. Memorab. 4.

Satius est moribus antiquorum prudentum viuere; quàm eorum tantùm lingua & arte loqui. Auson. Scal. lib. 2. cap. 33.

Hæc verò regna, mihi credite, plurimis rebus, nempe linguis, hominibus, animalibus, metallis, aquis, carnibus, moribus, legibus, terris, ædificijs, vestimentis, victu, & super omnia dijs templisq; differunt. Non enim tantum inter linguas, quantum inter deos ac templa Europæ, Asiæq; discrimen est.

Nulla est sermonis vtilitas, si ab hoc discrepent opera. Philo. Vita Mos. lib. 3.

Dissimilitudo ciuitatum varietatem iuris habeat necesse est. Cic. pro Corn. Balb.

Veruntamen ex omnibus, quas plurimas vidi, rebus, duas tantùm miratus sum; primùm, quòd in omnibus, quas peragraui, terris vidi pacifico imperari à turbulento, humili à superbo, iusto à tyranno, miti à crudeli, animoso à vecorde, prudenti ab imperito; Et super omnia A MAIORIBVS furibus minutorum furtorum reos in crucem agi vidi. Deinde miratus sum, quòd toto illo, quod peragraui, spacio NVLLVM potui reperire hominẽ perpetuũ; sed omnes sunt mortales, & PRIMI iuxtà atq; imi (summates atq; infimates)

Quicquid aptam moderationem supergraditur, oneri potiùs, quàm vsui exuberat. Apul. apolog. 1.

Sua cuiq; ciuitati religio est, nostra nobis. Cic. pro Flacc.

βέλτιστόν τε κοινὸν ἡ φρονήμων ἡ τῶν ἱερῶν ἐρᾴζεται. Theodor. 5. λζ.

Χαλεπωτάτη ἀδικία ἔχουσι ὅπλα. Aristot. 1. polit. 2.

Fures priuatorum furtorum in neruo atque in compedibus ætatem agunt; fures publici in auro atq; in purpura. Gell. 11. 18.

ἀεὶ ζητοῦσι τὸ ἴσον καὶ τὸ δίκαιον οἱ ἥττους· οἱ δὲ κρείττους οὐδὲν φροντίζουσιν. Aristot. 6. polit. 3.

Sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur. Sen. epist. 87.

Tam incerta est humanæ vitæ conditio, tam prona in lapsum vt tum maximè concidat, cùm se stare putat. Sabell. 88.

* *ingruente nocte sunt conditi.*

Dum nesciunt homines, eis aut angustiæ veniunt, aut interitus. Hieron. Ecclesiast.

† *iucundum*
* *quàm mirificè.*

Prima seruitutis causa peccatum est. August. 19. ciu. 15.

Laudemus. & veneremur, quod agitur; quia tutum est nescire, quòd tegitur. Ambros. de bono mortis.

Nihil rerum nostrarum apud summam rationem expers rationis est, tametsi nobis videatur. Nazian.

Hominem sicut piè gubernari egenum opis oportet; ita iustè corripi immoderatum libertatis necesse est. Oros. 1 2.

Seruitutis nomen culpa meruit, non natura. August. 19. ciu. 15.

Δεδιδόεικ παίδεσι χαλεπώτερον ἢ τυραύνοις. *Pythagor. Stob.* 131.

Misera seruitus, cui vagum ius est. Ambros. Luc. 19.

Bonus etiamsi seruiat, liber est; malus etiamsi regnet, seruus est tot dominorum, quot viciorum. August Prosp. sentent. 52.

Pœna inde cœpit, vnde cœpit & crimen. Cypr. serm. 5.

Liber est existimandus, qui nulli turpitudini seruit. Cic. ad Heren. 4.

Serui non natura vilis, sed fortuna dominum dedit. Fab. declamat. 13.

Vbi proprium est, ibi commune perit. Plut. 2. Sympos. 10.

Non est societas affectionum, vbi dissidet diuersitas potestatum. Oros. 5. 1.

† *Demosthenes. I.*

Inter dominum & seruum nulla est amicitia. Curt. lib. 7.

Quibusdam præter naturam videtur esse dominatio, ac lege tantum inducta. Arist. 1. Polit. 3.

* *vrbibus.*

Disparibus non vlla datur concordia. Manil lib. 2.

ὁ δὲ Ζεὺς νόμῳ κρώπτῳ ἐστὶ τὸ δικαιοῦσθαι, χρεῶν ἀεὶ ἀσχινέσθω δ' χείρων. *Arrian.* 1. 29.

Aristotelis rationes, de seruitute naturali:

Τὸ ἀνθρωπίνοις χρείασιν ἀφελιμώτερον. *Nili. Stob.* 450.

1. *A mixtis corporibus.*

ἀεὶ χρεῶν δ' βελτίονός ἐστιν ἕνεκεν. *Aristot. 7. Polit. 14.*

finem habent vniuersi. MVLTI enim *in sepulcro* * *pernoctescunt, qui diem illum securissimè se cogitabant agere. Sed vt nihil de iudicio diuino dicamus, subtiliter profectò ea, quæ locutus est, philosophus dixit.* † *Ridiculum enim contemplatu est,* * *quo pacto mundum homines gubernent.*

Iam verò vt ad rem ipsam accedam, causam sciamus oportet huius tam antiquæ nouationis, quòd VVLT *Deus vnum imperare omnibus, & omnes vni parere.* NIHIL *est* 107
enim omnium, quæ DEVS *facit, cuius licèt nobis ignota causa sit, rationem tamen æterna ipsius nesciat sapientia. Equidem hac in parte Christiano more loquens aio, si Adamus parens noster, vnico præcepto, quod* DEVS *illi in paradiso dedit, obedire voluisset; & liberi & domini fuissemus mundi. Verùm quoniam vni præcepto obedire noluit; vt multis iam præceptis parendum sit, facit; & vt vno verbo dicam,* PROPTER *obedientiam vni domino negatam, tot iam dominorum mancipia sumus.*

O detestabile peccatum! cuius solius causa seruitus fuit in mundum introducta. Non absq; lacrimis dico, quod dicturus sum, quòd DVM *serui peccati facti sunt primi parentes; nos dominium (& imperium) amisimus mundi.* DVM *enim animus à peccato captiuus tenetur, parum omnino prodest libertas corporis.*

Ingens fuit contentio inter scholas Pythagoræ & Socratis. SOCRATICI *enim optimum esse dicebant, si omnia communia, cunctiq; homines æquales essent.* PYTHAGORICI *contrà optimam dicebant esse rempublicam, vbi suum quisque haberet, & vni omnes obedirent: Ita alteri nomen seruorum admittebant; alteri nomen dominorum auersabantur.* † *Democritus, quemadmodum Laërtius lib.* IX. *de vita philosophorum refert, Pythagoræorum imitator fuit. Veruntamen censuit, vt benè regerentur populi, tollenda esse dominorum & clientum nomina; quoniam illi superbè imperare cupientes, hi tyrannicè sibi imperari nolentes, sanguinem effundunt innoxium, vim afferunt tenuioribus, nobilibus exitio sunt* * *populis, (philosophos è medio tollunt) animum addunt improbis tyrannis (vt omnia rapiant:) quæ omnia vitarentur, si neq; (principatus, neq;) dominatio, neq; seruitus in mundo foret.*

Sed his non obstantibus, secundùm philosophum in I. politicorum, (cap. V.) quatuor rationibus ex natura promtis demonstrari potest, maximè inter homines necessarium esse imperare & parere. Prima ratio sumitur ab elementis simplicibus & mixtis. Testatur enim experientia, vt inter sese elementa coalescant, & coagmententur corpora mista, necessarium esse, vt penes vnum elementum imperium

rium sit in cætera: atq; ita apparet, teste experientia, in corporibus grauibus elementa aquæ, ignis & aëris parêre; elementum verò terræ imperare, illaq; contra naturam suam deorsum trahere. CVM ergo pareant elementa nobiliora ignobiliori, ad formandum solummodò corpus mistum: multo æquius est cunctos viro virtute præstanti parere, vt benè gubernetur ciuitas.

Et in expertibus vitæ est quoddam imperium instar harmoniæ. Idem. 1. polit 3.

Bonus quisq; naturâ & industriâ iu honoribus & officiis præferatur. Apul. de philosoph.

Φύσει ἀρχικὸν πατὴρ υἱῶν, καὶ πρόγονοι ἐκγόνων, καὶ βασιλεὺς βασιλευομένων. *Aristot.* 8. *Ethic.* 13.

108 *Secunda ratio sumitur ab anima & corpore, dum in horum naturali inter se competentia dominæ instar imperat anima, & corpus serui instar paret. Corpus enim neq; audit, neque sentit, neque intelligit absq; anima: ipsa verò sine corpore audit, sentit, intelligit. Vnde ratiocinatur philosophus, SAPIENTES natura duce cæteris omnibus debere dominari. NIHIL enim monstrosius, quàm imperitos in ciuitate imperare.*

2. *Ab homine.*

In homine, cogitando dominatur animus; operando seruitium exhibet corpus. Fulgent. ad Monim. lib. 3.

Cic. 1. diuinat.

Pernitiosum animum seruire, quem decuerat imperare. Leo. de quadrages. serm. 1.

Qui plebem dementem imperare volunt, animum corpori subiiciunt. Dion. lib. 5.

Tertia ratio sumitur ab animantibus. Docet (enim) experientia multas bestias sola hominum (solertiâ &) intelligentiâ regi. Itaq; ÆQVISSIMVM est, vt multi homines, qui magis bestiæ sunt, quàm ipsæ bestiæ, à sapientibus (& gnaris) sese regi patiantur. Siquidem VTILIVS est ciuitati iumentum, quàm homo sensus expers.

3. *A bestiis.*

Greges non possunt præesse opilionibus. Philo. quòd omn. prob. lib.

Φύσει τὸ ἄρχειν οἰκήϊον τῷ κρέσσονι. *Democr. Rittersh. ad Oppi.* 315.

Naturæ mos est ingentium rerum documenta minima agere. Sen. 1. clement. 19.

Quarta ratio sumitur à fœminis; quæ licèt ad imaginem (& similitudinem) Dei sint conditæ; tamen iussu Dei, viris subiectæ (& morigeræ) sunt; quòd nimirum minùs quàm viri sapiant; (vnde æquum, vt viro seruiant & obediant, & planè viro inferiores sint.) Quod cùm ita sit; cur non multi viri, qui longè minùs quàm fœminæ sapiunt, in magna felicitatis parte ponant, imperari sibi ab vno, dummodò virtute excellat?

4. *A sexu muliebri.*

Vxores à viris defendi debent, non contra. IC.

Τὸ ἄῤῥεν φύσει τοῦ θήλεος ἡγεμονικώτερον. *Aristot.* 1. *polit.* 8.

ἀεὶ καθεστὸς τὸ ἥσσω ὑπὸ τοῦ δυνατωτέρου κατείργεσθαι. *Xenoph.*

*Cùm autem (naturâ) homo animal sociale sit, hoc est, ad societatem ciuilem natus; societas verò inuidiam generet, inuidia discordiam gignat, discordia bellum pariat, bellum producat tyrannidem, tyrannis rempublicam dissipet; & perdita republica, omnium periclitetur vita: maximè profectò necessarium est, in omni congregatione ab vno multos regi. NVLLA enim omnino respublica benè regitur, nisi ab vno tantùm bono (& sapiente) gubernetur. Multa incommoda (& detrimenta) quæ veteribus olim obtigerunt, eò tandem illos deduxêre, vt vni in republica parêrent vniuersi. In exercitu enim vni omnes Imperatori; in *naui omnes vni gubernatori; in monasterio vni cœnobiarchæ; in Ecclesia vni Episcopo omnes; in alueari omnes † apes vni regi obedire videmus. Cum ergo apes non sint absque rege in alueari; non æquum est homines absq; Rege esse in republica: alioquin in apum aleuari quidem mellis; in hominum verò republica fellis abunde erit. QVICVN-*

Inuidiam quod habet, non solet esse diu. Propert. 2. 7.

Arist. 3. *pol.* 4.

Semper erit paribus bellum, quia viribus æquant Manil. lib. 1.

Priuatim nemo potest ita lętis rebus vti, vt non idem rep. corruente pereat. Dio. lib. 38.

εἷς βασιλεὺς ἀγέληφι τυραννεύων, ὄχ' ἄριστος. *Oppian.* 2. *Venat.* 46.

Ἀναρχία γὰρ ἐστὶν ἡ πλεισταρχία. *Nazianz. de vita sua.*

* *Lactant. de ira Dei.* 11.

Nusquam vita ciuilis tibi rectiùs & elegantiùs occurret, quàm in apibus Virgilii. Saresb. 6. 21.

† *Arist. hist. an.* 9. 40.

Plin. 11. 17. *Virgil.* 4. *Georg.*

Apes habent regem & iudicem, & ei fidem seruant. Cypr. 4. ep. 9.

Maiestas imperii salutis est tutela. Curt. lib. 8.

Πολυαρχία ἀναρχίας μητήρ. Nicet. Alex. Man. Comn. fil.

Saluberrimum in administratione rerum magnarum est, summam imperii penes vnum esse. Liu. lib. 3. extrem.

Omnem potestatem ad vnum conferri, pacis interest. Tacit. histor. 1.

Duorum principum electio ciuilium bellorum causa. Pachymer. lib. 2.

Non capit regnum duos. Sen. Thyest. 3.

Neq; mundus duobus Solibus regi, neque orbis summa duo regna, saluo statu terrarum, habere potest. Iustin. lib. 12.

Obsequio mitigantur imperia. Curt. lib. 8.

Libertatis extremæ licentia extremæ seruitutis est principium. Plat. 8. de rep.

Imperij vis omnis in consensu obedientium est. Liu. lib. 2.

Pereunte obsequio etiam imperium intercidit. Tacit. histor. 1.

Quid terrisque poloq; parendi sine lege manet? Stat. Sylu. 3.

* *hanc viam calcauerit. G.*

Vt serui volunt esse herum, ita solet esse. Plaut. Most. Serui qui cum.

Multum quotidie vigiliarum, multum laboris adiicit Principi effrenata subditorũ petulantia. Plin. 4. ep. 25.

Regum clementia non in ipsorum modò, sed in illorum, qui parent, ingeniis sita. Curt. lib. 8.

Nullum vicium ita contra naturam est, vt deleat naturæ etiam extrema vestigia. Aug. 19. ciu. 12.

† *mansuetus, animo leni natus.*

* *peruersus.*

Mali dominandi potestas non datur, nisi summi Dei prouidentiâ, quando res humanas iudicat talibus dominis dignas. August. 5. ciuit. 19.

Sæpè sceptrum gerit ne ouibus quidem pascendis aptus. Nicet. Andron. Comn. 2.

Deus malos tolerat, vt exerceat bonos. Rigord. fol. 223.

Nomen sine actu atq; officio suo nihil est. Saluian. lib. 4.

† *autores bonorum morum.*

QVE (ergo) Regem in republ. ferre nolunt, nihil à fucis differunt, qui absque labore mel in aluearibus consumunt. Quamobrem QVICVNQVE (vnius) imperium detrectat, tanquam boni communis hostis è cœtu (hominum) mihi (publicè) videtur expellendus. NVLLVS enim capitalior hostis est reipublicæ, quàm qui autor est, vt multi in illa imperent.

Etenim IN REPVB. vno (bono) curam pro cunctis gerente, cunctisq; vnius (boni) obtemperantibus imperio, DEVS colitur, populus incrementa capit, boni in honore (precioq;) sunt, improbi coërcentur, & tyranni opprimuntur. NVNQVAM enim multorum cœtus sociatur, nisi paucorum illi sese vel vnius permittant arbitrio. Quot populi & regna, quia iustis Principum (& superiorum) imperijs parere noluerunt, violenta deinde sæuorum pertulerunt tyrannorum imperia (& iniurias atrociſſimas?) ÆQVISSIMVM enim est, vt qui mitium sceptra (potentiamq;) Principum contemsêre, crudelium (& immanium) experiantur flagella tyrannorum. 109

SEMPER ita fuit, semper est, semperq; futurum est, vt habeat mundus, qui imperet, & cui imperetur; qui regat, & qui regatur; qui gubernet, & qui gubernetur. Neque hic immunem sese esse quisquam dicat. Nam IN HODIERNVM diem neq; Princeps, neq; nobilis vllus visus est, qui non * huic iugo subditus arauerit.

Quamobrem omnes virtutis amantes homines moneo, rogo atque obsecro, vt FIDELES serui esse non grauentur, vt dominos cuncti benignos habere mereamur. Ita enim comparatum est, vt REBELLEM malus Princeps vasallum, & dominum seruus rebellis tyrannum reddat. (Ac proinde) IN MANV magna ex parte subditorum est, vt boni malíve sint præsides. NVLLVS enim Princeps est adeò † remissus, vt (subditi) malum perpetuò dissimulet: NVLLVS præses adeò * tyrannus, quin bonum (sibi præstandum) aliquando agnoscat.

SÆPE DEVS monarchas imperijs, Reges regnis, præsides prouincijs, dominos terris, antistites Ecclesiis, non quales bona subditorum gubernatio postulat; sed quales peccatorum multitudo meretur, concedit. MVLTOS enim hodie curam in Ecclesia gerere animarum videmus, qui ne oues quidem in montibus pascere merebantur; quod ita esse res ipsa loquitur. Eiusmodi enim non gubernant, sed perturbant; non protegunt, sed lædunt, non resistunt hostibus, sed innocentes illis produnt; non iudices, sed tyranni; non clementes, sed carnifices; non † amplificatores reipub. sed euersores iusticiæ; non conseruatores legum, sed inuen-

tores

tores tributorum; non excitatores probitatis, sed omnis machinatores nequitiæ sunt. In summa MALOS Deus præsules & magistratus, non vt legum suarum administros; sed vt scelerum nostrorum (vltores &) carnifices statuit.

Sæpè ad principatum sors euehit, quos vir bonus non ferret in subditorum numero. Philo. de creatione Princip.

Non potestas mala est, sed is, qui malê vtitur potestate. Ambr. Luc. cap. 4.

CAPVT XXIX.

110 Nihil magis esse exitio Reipublicæ, quàm si crebras in ea Principes mutationes ferãt: Item seruorum statum securiorem esse, quàm Principum & summatum.

*LIBRO I. Regum capit. VIII. inquit sacra Scriptura Samuelem Prophetam, cùm iam consenuisset, rectores populo filios suos, Ioëlem & Abiam imposuisse. Naturaliter enim PARENTIBVS in honore (& dignitate) filios relinquere * lætitiæ est. Cùm autem domicilium haberent & ius dicerent filij Samuelis Bersabæ, in extremo Iudææ angulo, & senex Ramatham habitandi gratia se contulisset: omnes proceres seniores q; populi Israëlitici (regiminis illius pertæsi) conuenerunt, & legationem ad Samuelem decreuerunt, quam Synagogæ seniores obirent. Ea quippe tum VETERVM erat circumspectio, vt nunquam in negotijs publicis iuuenum vterentur operâ.*

Seniores autem Ramatham cùm venissent; ita Samuelem allocuti sunt: Cùm senueris Samuel, & regere per ætatem (ac debilitatem) populum nequeas; pij patris affectu filijs populi regimen commisisti. Sed scire te volumus, ad auaritiam omnino declinasse filios tuos, & tum munera accipere à litigantibus; tum multa iniustè in tenuiores perpetrare. Itaque Regem nobis dato, qui nos regat, qui bella nostra gerat. Non enim iudices iam expetimus, qui ius nobis dicant; sed Reges, qui nos tueantur.

Samuel audita legatione, seniorum Iudææ dictis vehementer conturbatus est, tum quòd improbi essent filij, tum quòd abrogare illis magistratum vellent. Ac sanè iustam super hoc casu Samuel pudoris tristitiæque caussam habebat. Nam FILIORVM (iuuenum) vitia flagitiaq; gladij sunt, qui corda parentum senum penetrant. Videns autem planè decreuisse Hebræos vniuersos, populi gubernatione filios abdicare (& qui perpetuo hactenus honore floruerant, in perenni relinquere ignominia;) nihil habuit antiquius, quàm vt de accepta apud Deum quereretur iniuria.

At DEVS, audita illius querimonia, huiusmodi verbis illi respondit: Nolito dolere Samuel (de iniuria tibi à popu-

Nihil diu placet homini: Pium iustumque principem desiderant populi magis, quàm ferunt. Æn. Sylu. hist. Bon. cap. 6.

Ἐ ἀτέον ἐνίας ἁμαρτίας καὶ τῶν νομοθετῶν καὶ τῶν ἀρχόντων, οὐ γὰρ τοσοῦτον ὠφελήσεται κινήσας, ὅσον βλαβήσεται τοῖς ἄρχουσιν ἀπειθεῖν ἐθισθείς. *Aristot.* 2. *polit.* 8.

Patrij affectus potentissimi. Valer. Max. 4. 1.

Ptolemæus omni regno pulchrius Regis esse patrem dicebat. Iustin. lib. 16.

* *exoptabile.*

Nihil magis desiderant homines, quàm filios successores, vt morti obnoxii in propagine carnis suæ perpetuent vitam. Saresb. 4. 11.

Ἔργα μὲν νεωτέρων, βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος. *Democrit. Stob.* 856.

Nemo iuuenes eligit duces, quia non constat eos esse prudentes. Ex Aristotel. Garzon discors. 1.

Διαφέρει οὐθὲν νέος τὴν ἡλικίαν, ἢ τὸ ἦθος νεαρός. *Aristot.* 1. *Ethic.* 1.

Τὸ παρὸν ἀεὶ βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις. *Thucyd. lib.* 1.

Non est in Republ. benè constituta plebi concedenda quiduis temere & impudenter audendi licentia. Zonar. annal. 3.

Munera excæcant oculos, officiunt iustitiæ, mentem à recta via cogunt discedere. Philo de iudice.

Omnes antiquæ gentes regibus quondam paruerunt. Cic. in Catil. 2.

Βασιλῆες ὀλύμπια τείχεα γαίης. *Oppian.* ἁλι. ε. 330.

Magis filium pater diligit, quàm filius patrem. Aristot. Difett. de gl' huom. 297.

Πάντες οἱ γονεῖς εὐνοοῦσι τοῖς ἑαυτῶν παισί. *Muson. Stob.* 678.

Ἐνεσεμήνατο πῶς ἡμῖν ἡ φύσις καὶ ἐμφύτευσε πρὸς τὰ οἰκεῖα συμπάθειαν. *Nicet. Isaac. Angel.* 3.

Si iniuriam deposueris penes Deum, vltor est. Tert. de patient.

Hic est peculiaris affectus Deo cari animi, aduersari propalam nefariis conatibus. Phil. vit. Mos. 3.

Διὰ τῆς εἰς ἱερέας ἀθετήσεως καὶ τιμῆς ὁ θεὸς ἀθετεῖται δὴ καὶ τιμᾶται. *Synes. epist.* 67.

Vulgo præsentia fastidio, insueta desiderio sunt. Sulpit.Seuer.lib.1.

† *sapientiam.*

Contemptus sacerdos de superbo populo diuina vltione vindicatur. Cypr.3.ep.9.

Sicut rectè faciendo regium nomen obtinetur; ita peccando amittitur. Isidor. de prælat.

Tributum quod priscis erat debita pensio seruitutis, nobis est libera collatio defensionis. Oros.lib.5.c.1

Subiectionis probatio est, cùm alicui tributa penduntur. Ambr.Rom.13.

Subditorum regi tradita non seruitus sed tutela. Sen.1.clem.18.

Regum crudelitas indemnatos necandi, cupiditas priuata rapiendi, libido honesta fœdandi ius atq; impunitatem requirunt. Pacat. paneg.

Nusquam libertas gratior extat, quàm sub Rege pio. Claud.Stilic.3.114.

† *& coquas ac pistrices suas.*

Reges pascuntur magis, quàm pascunt. Philo.quod omn.prob.lib.

Nimia libertas nimiam in seruitutem conuerti solet & priuatim & publicè. Plat. 8. de rep. & epist.8.

Multi odio præsentium & cupidine mutationis suis quoq; periculis lætantur. Tacit.annal.3.

Adonde falta el Rey, sobran agrauios. Arauc.pag.35.

Minus cupiditatibus suis plerique imperant inter obsequia fortunæ. Curt. 8.

Tolle iura Imperatorum; quis audet dicere; hęc villa est mea, meus est iste seruus? Augustin. Ioh. tract.6.

Bonus Princeps) ius summum facultate & copia commodandi, non securitate peccandi experitur. Pacat.Pane.

Ad Reges potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas. Sen.7.benef.4.

Deus, cùm aliquid malè poscitur, dando irascitur, & non dando miseretur. Prosper. sen. 97.

Potestas interdum vtenti, aut patienti mala est, licet quo ad vniuersitatem sit bona, illo faciente, qui bene vtitur malis nostris. Saresb.8.18.

Θεοὶ σφᾶς τεκμαίρονται, ἡμεῖς δ' ἀνθρωμέοισι νοήμασι μέτρα φέρωμεν. Oppian. pisc. lib.1.93.

Veritas nec fallit, nec fallitur. Fulg.lib.1. ad Monim.

Dei iudicia occulta sunt multa, iniusta nulla. Aug.18.ciu.16.

Quid seruo potest grauius obuenire, quã inimicus & infensus dominus? Philo. legat.ad Cai.

Fallimur putantes prodesse, quæ poscimus, cum non sint. Ambr.Rom.8.

lo meo illata:) *Dum enim Regem petunt, non te aspernantur; sed meam contemnunt* † *prouidentiam. Neque eos mireris filios tuos derelinquere, quoniam (iniqui &) peruersi sunt; cùm me Deum suum dereliquerint, & idolis seruiant commentitijs.*

Cùm omnino Regem petant; Regem illis dare constitui. Sed prius illis iura Regis demonstrato, hæc scilicet: Rex, quem vobis daturus sum, filios vestros vnà cum curribus & iumentis auferet, & sarcinarum ac supellectilis baiulos faciet; neque eo contentus, filios vestros esse iubebit cursores in itineribus, tribunos & centuriones in prælijs; his aratoribus & hortorum cultoribus, his messoribus frumentorum & bellici instrumenti fabricatoribus vtetur. Filias habebitis bellas (& teneras;) sed fructum ex ijs malè-gratum percipietis. Rex enim, quem vobis dabo, faciet eas vnguentarias, ad curanda sauciorum in bellis vulnera, † *curamq; eis culinæ regiæ & cellæ penariæ delegabit.* III

Quòd si malè Rex, quem vobis dabo, filios filiasq; vestras tractauerit; multò peius vestras (idem) tractabit facultates. Optima enim, quæ habetis, prata greges ipsius depascent; optimas in vineis vestris decerpet vnas; ex oliuetis optimum oleum oliuasq; deliget, & siquid præterea fructuum in agris manserit, non à vobis; sed à stipatoribus (ac satellitibus) suis volet colligi; (atque ita alienissimi fructum laboris vestri capient.) Præterea Rex, quem vobis dabo, à vobis decimum quemque tritici, quod habetis, modium, decimam quamque armenti vestri vaccam, decimam quamque gregis vestri ouem exiget. Omnium denique fructuum decimam partem quantumuis inuiti Regi vestro pendere cogemini.

Seruorum (itidem) atque ancillarum vestrarum ministerio magis vtetur Rex, quàm vos ipsi. Omnes operarios stipendio vestro conductos, omnes boues, qui fundos vestros arant, & colunt, auferet, iisque ad excolenda nemora & pomaria sua vtetur, vobis mercedem quidem soluentibus; at opera illorum regi seruiente. Hæc, quæ dixi, omnia faciet Rex, quem vobis daturus sum.

Hæc, quam exposui, historia non est (profectò) fabula Ouidiana, neque Ecloga Virgiliana, neque figmentum Homericum; sed sententia & oratio DEI VIVI, & veri, qui neque fallere, neque mentiri potest. O abscondita Dei iudicia! ô ignorantiam mortalium! quòd ORAMVS, nec quid, ad quid, à quo, vbi, aut quando petamus, nouimus, quæ vnica nobis multorum malorum caussa est. VT enim IN eligendo non errent, & petendo scopum (vt sic loquar) attingant, paucissimis contingit mortalium.

Petunt

Petunt Hebræi remedia; & plura illis damna Deus offert: petunt, à quo regantur; & dat illis Deus, à quo destruantur: petunt Regem, & offert illis tyrannum: petunt, qui iustitiam ipsis administret; & minatur ipsis tyrannidem: petunt,
112 *à quo non † expilentur; & dat illis, à quo spolientur: petunt, qui filios suos liberet; & dat, qui pro mancipijs illos habeat. Denique Hebræis, se à iudicibus, qui dona vltrò oblata capiebant, liberos fore cogitantibus. Regem Deus dedit, qui per vim illa auferret.* O quoties *& quàm diligenter rogandus est Deus, vt Reipublicæ Principes, & Ecclesiæ antistites non ad culpæ nostræ pondus; sed ad clementiæ suæ mensuram largiatur!*

Plato lib. I. de legibus, ex Sicyoniorum institutis, quæ in Republica habuerunt præclarissima, diligentissimè inquit in ciuitatibus obseruatum, ne qua fieret in illarum gubernatione mutatio: quod quidem institutum, & prudenter à barbaris illis obseruatum, & sapienter à Platone fuit commendatum. Nulla *enim maior est Reipublicæ pestis, quàm quotidianæ nouationes; Quod verissimum esse Hebræorum exemplum docet, qui animo inquieto diuersis vsi sunt gubernandi formis. Primùm enim gubernati sunt à Patriarchis, qualis fuit Abraham; deinde à Prophetis, qualis fuit Moses; mox à Ducibus, qualis fuit Iosua; porro à Iudicibus, qualis fuit Gedeon: deinceps à Regibus, qualis fuit Dauid: postea à Pontificibus, qualis fuit* * *Abdias: Postremò, cum omnes illi Hebræis displicerent: Dei permissu in manus tyrannorum Antiochi, Ptolomæi & Herodis inciderunt: quæ satisfactio pro ratione culpæ recte illis à DEO fuit iuncta. Æquissimum enim fuit, vt qui Iudææ libertate frui nescierunt, asperam Babyloniæ gustarent seruitutem (& captiuitatem.)*

Porro quæ fuit inquietorum Hebræorum, eadem fuit superborum Romanorum in gubernatione ratio: qui imperij initio rectores habuerunt primùm Reges, deinde decemuiros, postea Consules, hinc Dictatores, porro Censores, deinceps tribunos, demum Senatores: tandem sub ditionem venere Imperatorum tyrannorum. Omnes istas vices formasq; gubernationis inuenit imperium Romanum, non aliam ob causam, quàm vt experiretur, an liberari (seruitute &) dominatu posset alieno. Adeo namque Superbi *hac in parte Romani erant, vt mortem cum libertate coniunctam amarent, odioq; vitam cum seruitute haberent. At postquam DEO sic statuente, fatisq; aduersis id decernentibus, finem Romani fecerant omnes toto orbe Reges & regna euertendi: seruitutem Romæ tyrannicam degustare cœperunt.*

(*Quare*)

Deus scit, quid vnicuique sit vtile; nos plerunque id votis expetimus, quod non impetrasse melius foret. Val.Max.7.2.

Hoc vtiq; non iniquum, quia occultum; sed ideo æquum, quia iudicium Dei esse non dubium est. Ambr.de vocat.gent.5.

† *onerentur.*

Frequenter Deus ideo non concedit oratus, quòd inutilia iudicet, quæ nos profutura credimus. Ambr. Luc.11.

Diuina prouidentia sicut bona, ita pia & iusta est. Oros.l.c.1.

Bonos Imperatores voto expetamus, qualescunque toleremus. Tac.histor.4.

Pro meritis subditorum disponitur à Deo vita rectorum. Euarist. Tolos. de rep. pag. 1531.

Νόμοις ἕπεσθαι τοῖς ἐγχωρίοις, καλόν. *Eupol. Stob.* 410.

Ῥᾴδιον πόλιν σῶσαι καὶ φαυροτέροις. *Pindar. Olymp.*4.

Terrena omnia mutationes, & conuersiones, postremò interitus habent. Apul. de mundo.

Δεῖ πατρίους νόμους μὴ λύειν ἔχοντας εὖ· κρεῖσσον ἄμεινον. *Herodot.lib.*3.

Mutationem omnibus in rebus prætet quàm in malis esse periculosissimam in omnibus inuenimus temporibus. Plat. 7. de legibus.

Πᾶσαι μεταβολαὶ πολιτειῶν θανατηφόροι. *Xenoph. rer. Græc. lib.* 2.

Non parcit populis regnum breue. Stat. 2.Theb.

* *Onias.*

Ferendâ Regum ingenia, neque vsui crebræ mutationes. Tacit. annal.12.

Populus qui tyrannidem genuit, ipsum amicosque eius nutriat. Plato 8. de Republica.

Equus tenax frenis asperioribus castigandus est. Liu. lib. 39.

Etiam tyranni gentium ministri DEI sunt, eiusque implent voluntatem. Saresb. 8.18.

Quisquis præsentem ciuitatis statum commutari non voler, & ciuis & vir bonus est. Macrob.2. Satur.4.

Seruitus ac libertas, si modum excedat, vtraque mala est; si modum obseruet, vtraque bona. Plat.ep 8.

Ne vertantur sapienter reperta & semper placita. Tacit.annal.3.

Potior esse debet probis dignitas sine vita, quàm vita sine dignitate. Valer. Max. 3.2

Honesta mors turpi vita potior, & incolumitas ac decus, eodem loco sita sunt. Tacit. vit. Agric.

Seruitus malorum postremum, nō modò bello, sed morte etiam repellendum. Cic. Philipp.2.

ἐλεύθεροι ἐόντες, ἐ πάντα ἐλεύθεροί εἰσιν. ἔστι γὰρ σφι δεσπότης νόμος. Herodot. lib. 7.

Liber sub imperio nullus habetur. Aurel. Victor in Nerone.

Nemo alteri volens imperium concedit. Sallust. de rep. ordin.

Omne sub regno grauiore regnum est. Sen. Thyest.

Lex diuina regulas iuris non fortunæ, sed naturæ accommodat. Philo. de special. leg.

ἐλεύθερον εἶναι ἐγὼ μὲν οἶμαι αὐτάξιον εἶναι τῶν πάντων χρημάτων. Xenophon. rer. Græc. lib. 4.

Quid solutis est beatius curis? Catull. ad Sirmion.

Quid miserius, quàm ne sui quidem esse compotem? Philo. omn. prob. liber.

* *pondus minuitur.*

Regnum nobilis est seruitus. Ælian. lib. 2.

Asini comedentibus domini parcunt; regibus nemo. Panor. de Alfons. 1.

Exigit pœnas pariter de potentiore sublimitas Cypr. 2. ep. 2.

Vtilis seruus habet regni bona. Arbit. Sat.

Turpe ac potius impossibile, eum qui semel imperii onus subiit, inde liberari. Dio. lib. 52.

Corpore solutus, vinctus animo, seruus est. Contra, solutus animo, vinctus corpore, liber. Epictet. V Vol. f. 223.

† *viridaria.*

Nunquam magna imperia otiosa sunt. Sen. Suasor. 5.

Ex quo se Cæsar orbi terrarum dicauit, sibi eripuit. Idem ad Polyb. 26.

Somnus solicitas deficit ante domos. Tibul. 3. eleg. 4.

Non venit ad duros pallida cura toros. Martial. 14. 162.

Non perpetua Principi fama, quæ inuitum manet; sed bona concupiscenda est. Plin. paneg.

* *miseria.*

Multò acrior improborum interdum memoria est, quàm bonorum. Cic.

Satius multo parere quietum, quàm regere imperio res velle & regna tenere. Lucret. lib. 5.

Omnes Reges ex seruis orti, omnes serui ex Regibus. Plat. Æn. Sylu. histor. Boh. cap. 2.

(Quare) huc & illuc se versent licet filij vanitatis, quantumuis lima serui compedes atterant, fidem subditi frangant publicam, obedientiam abijciant vasalli, bella moueant subditi, regna acquirant Reges, imperia subigant Imperatores: VELINT nolint; primi & imi, magni paruiq; seruos se fateantur oportet vniuersi. Est enim lex immutabilis, DVM vitam agimus mortalem, prorsus nunquam vti seruitutis iugum valeamus excutere.

*Neque verò Principes (& viri illustres,) ob principatus amplitudinem, à seruitute vos immunes arbitremini. Multis enim partibus INTOLERABILIVS est animum curis (ac solicitudinibus) oneratum, quàm pedes ac colla ferro vincta habere. SERVO, si bonus sit, catenæ * laxantur: At vos PRINCIPES (ac dynastæ) quo maiores estis, eò grauioribus obruimini curis. PRINCIPIS enim, cui verè cordi est salus Reipublicæ, ne punctum quidem temporis quietus est animus. SERVVS dum viuit, se manumissum iri sperat: At vobis nulla ad mortem vsque libertas sperandæ est. SERVO compedes certo pondere impinguntur: at vobis sine mensura curæ cumulantur. GRAVIOR enim animo tristi est vna curarum vncia, quàm decem ferri centipondia corpori.* 113

*SERVVS solitudinem nactus catenas frangit aut lima proterit: at in vobis solitudo mille animum curis diuexat. LOCA quippe solitaria † xysti sunt mentium afflictarum. SERVVS vbi opera sua vni satisfecit, omnibus satisfecit: At vos Principes cunctis satisfacere necesse est. BONI enim Principis est solum tempus suum ducere & sibi impendere; cætera quæ habet, omnium habere bono. Scitum est illud Platonis, MINIMAM Principis partem ipsius debere esse Principis. VT enim Princeps totus sit suus, nullam sui ipsius partem habeat, oportet. SERVVS si interdiu laborat, sine cura (& solicitudine) noctu quiescit & dormit; At Principes diem interpellationes audiendo, noctem verò indigesta edendo suspiria transigunt. Postremò SEV BONVS seu malus sit seruus, vitâ ipsius finita, * pœna finitur, nulla manente illius memoria: Sed quid de misero fiet Principe, quando moritur? Nam SI PROBVS fuit; breuis manet probitatis ipsius memoria: Sin improbus; nunquam illius occidit infamia. Hæc dixi, vt SVMMI atque infimi, serui dominiq; in eo solo dominationem agnoscant, qui solummodò vt nos dominos faceret, vt seruus esset, in hunc mundum venit.*

CAPVT

CAPVT XXX.

Quod habuerit initium tyrannorum potentia; quando & quare homines imperare & parere hominibus cœperint, & quod Principis in subditos dominatio (ac potestas) ex mandato pendeat diuino.

114 *VT historias poeticas, & figmenta vetusta nunc omittamus; si veritatem iuxta sacras referre historias volumus; primus mundi amator fuit parens noster Adam, qui malum vetitum comedit, idque non tam vt præceptum transgrederetur diuinum; quam ne Euam coniugem contristaret: quem MVLTI hodie imitantes, longo tempore conscientiam habere sauciam sustinent, ne vnico die tristem videant vxorem. Primus item in mundo homicida fuit Cain, & primus in mundo interemtus fuit Abel; primus in mundo digamus fuit Lamechus; * prima in mundo vrbs fuit Henochia, condita in campis Eden. Primus in mundo musicus fuit Tubalcain; primus in mundo nauta Noa; Primus in mundo Tyrannus Nembrodus, primus in mundo Sacerdos Melchisedechus; primus in mundo Rex Amraphel; primus dux Moses; primus in mundo Imperator appellatus est Iulius Cæsar: nam ad id temporis, qui (rempub.) gubernabant, Consules, Censores, Dictatores dicebantur: à Iulio verò Cæsare hucusque Imperatores nominantur.*

Prima pugna, quam in mundo commissam legimus, decreta fuit in valle syluestri, quod nunc est mare salis. Maxima enim planicies, quæ tum terra viua erat, nunc est mare mortuum. Non potest nos fallere SACRA Scriptura, quæ omnis veritatis plena est. Ex ea verò mille & octingentos annos inde à mundi principio effluxisse manifestum est, quibus nunquam congressi sunt, vt prælio decertarent, populi. QVAMDIV quippe ambitione & cupiditate mundus caruit, tam diu, quidnam esset bellum, ignorauit. Itaq; operæ precium fuerit, si hoc loco caussam exponamus, committendi primum in mundo prælium, vt & Principes commonefiant, & curiosis satisfiat. Res autem ita gesta est.

Cum Bara rex Sodomæ, Bersa rex Gomorrhæ, Saneabus rex Adamæ, Semeber rex Seboimorum, & Bala rex Sigoris, hi quinque Reges, inquam, cum tributarij essent Chodorlaomoris, regis Elamitarum; omnes ab eo defecerunt, tributum pendere recusantes, & iusta facere clientelaria detrectantes, quod mirandum non est. REGNA

Qui vera pietate præditi bene viuunt, si scientiam regendi pupulos consectati sunt; nihil est felicius rebus humanis, quam si Deo miserante habeant potestatem. August 5. ciuit. 19.

Νόμος τῆς φύσεως καὶ τοῦ θεοῦ τοῦτος, τὸ κρεῖσσον ἀεὶ περιγενέσθω τοῦ χείρονος, ἐν ᾧ κρεῖσσόν ἐστιν. *Arian.* 1. 29.

A primo homine peccatum, punitioque peccati cœpit. Oros. lib 1. cap. 1.

Merito patitur (anima carnem) famulam rebellantem, quæ non reddit Domino debitam seruitutem. Leo. 8. ieiun. 10. mens.

Fœmina prima præceptum soluens, culpa nos perpete vinxit. Sidon. carm. 16.

οὐχ ἅπαντα πρὸς παραδείγματα γίνεται καὶ τῶν γενομένων ἕκαστον ἀρχὴν ἔσχε, καὶ πρὶν γενέσθαι, μήπω γενόμενον ἦν. *Synes. epist.* 57. *extrem.*

Corrumpuntur sæpe prauitatibus vxorum mariti. Tacit. annal. 3.

No es mucho, que pierdas tu detecho no sabiendo hazer tu hecho. Adag.

* *Primus vrbis conditor fuit Enoch, qui vrbem condit in G.*

Gen. 4. Pol. Virg. 3 9.

Magna laus est superiores consilio vincere, posterioribus exemplum atque autoritatem relinquere. Cic. Verrin. 3.

Dominationis & crudelitatis libido, honesti præcipuique nominis reuerentia & armabatur & velabatur. Oros. 5. 21.

Libera rep. Impp. dicti, qui rem suis auspiciis bene gessissent, Lips. ad Tacit. annal 4.

Regioni bonis malè vtenti abundantia rerum caussa malorum fuit. Oros. 1. 5.

Absit, vt falsum sit, quod veritas dixit! August. 1. ciuit 12.

Firmissime credendum, in diuinis libris nullum esse mendacium. Leo serm. 13. de passion.

Non potentis est, cum vult, sæuire in subditos; sed diuinæ dispensationis, pro beneplacito punire vel exercere subiectos. Saresb. lib. 4. cap. 1.

Principio rerum fines imperii tueri magis, quam proferre mos erat. Iustin. lib. 1.

Odit superbia cum sociis æqualitatem sub Deo; sed imponere vult sociis dominationem suam pro illo. Augustin. lib. 19. ciu. 12.

πλήρης ξύμπασα ἱστορία πολέμων καὶ παρατάξεων, καὶ οὐκ ἂν ἄλλο τι εὕροις ἐν αὐτῇ κατὰ τὸ μᾶλλον ἀναγεγραμμένον. *Agathias lib.* 1. *init.*

Ambitio & auaritia comites omnis potentiæ & pestes. Senec. ad Helu. cap. 17.

Metu magis quàm beneuolentia subiecti, repertis autoribus animos tollunt. Tacit. annal. 6.

Iustum bellum est, quod ex edicto geritur, de rebus repetendis, aut propulsandorum hostium caussa. Isidor. Mag. Sentent. lib. 4. dist. 15. quæst. 4.

Sæpe à paucis strenuis aduersus multitudinem bene pugnatum. Sal. Iugurt.

Pluribus casibus subiacet amplior multitudo. Veget. 3. cap. 1.

ἐκ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ θεὸς, ἢ ἑωυτόν. Herodot. lib. 2.

Iniurias imminentes præcauisse iustum est magis, quam expectauisse. Gell. 7. cap. 3.

Tributa dependimus, ne bella patiamur. Oros. 5. cap. 1.

* *quos illi antecessores reliquerant.* G.

† *Vicinos reges.*

Spoliatis arma supersunt. Iuuen. Sat. 8.

Populos sibi non molestos sola regnandi cupiditate conterere & subdere, grande latrocinium est. August. 4. ciu. 6.

* *inter populares.*

Continuo iniustam licentiam punitio iusta consecuta est. Oros. 3. cap. 8.

Nomen & conditionem seruitutis culpa genuit, non natura; & prima huius subiectionis caussa est peccatum. Augustin. de ver. innoc. cap. 164.

Nondum quisquam seruitio vel libertate discriminabatur. Macrob. 1. Saturn. 7.

Nemo natus liber, nemo seruus: Hæc postea nomina singulis imposuit fortuna. Sen. 7. contr. 6.

Patiare potius ipse, quam facias seelus. Sen. Theb.

Cum innocentibus nocentes iniuriam faciunt, illi patiuntur iniuriam, qui facere se credunt. Cyprian. 1. ep. 7.

Plus in ipsa iniuria detrimenti est, quam in iis rebus emolumenti, quæ iniuria pariuntur. Cic. lib. 1. de fin.

† *Fortem venatorem coram Domino.* Gen. 10. 9.

Viri probi iniuriam facilius accipiunt, quàm alteri tradunt. Gell. 12. 9.

Vtinam mortalibus moderatio & abstinentia alieni foret! Profecto non bellorum tantum per omnia secula terris omnibus continuaretur, Iustin. lib. 1.

enim tributaria semper fuere seditiosa. Incidit ea defectio in decimum tertium annum regni Chodorlaomoris, & mox sequente anno Amraphel rex Sennaar, & Ariochus rex Ponti, & Thadal rex gentium, cum Chodorlaomore se coniunxerunt, omnesq; simul & bellum facere, & agrum populari hostilem cœpere. VETVS enim belli malum est, vt qui hostibus nocere sontibus nequit, populos despoliet & diuexet innocentes.

Cum ergo alteri offendendi, alteri defendendi gratia castra contulissent; prælio inter se animo hostili conflixerunt, pluresque à paucioribus victi sunt, & pauciores plurium euasere victores: quod DEO permittente in prima illa in terris pugna euenit, vt EXEMPLO illo docerentur Principes, 115 *euentus in bello aduersos non aliunde, quam ex non seruata in bello (mouendo) existere iustitia. Si (enim) Chodorlaomor suis fuisset finibus contentus, * quod maiores fecerant, neq; † clientum suorum regna inuasisset, eosq; tributarios sibi fecisset: neque illi verecundiam ipsius deposuissent, neq; ipse prælio cum illis decernere necesse habuisset. Nam EX ALTERORVM ambitione, & alterorum cupiditate inimicitiæ nascuntur * in populis.*

Cum ergo de ijs dixerimus, qui primi de dominatione dimicarunt; videamus nunc, quæ prima fuerit seruitutis origo, & nomina ipsa seruorum ac dominorum fuerintne seculis priscis; Vtrum fuerit introducta in mundum seruitus virorum virtute præstantium decreto; an vero per ambitionem tyrannorum inuenta. Nam vt alter imperet, alter pareat, nouum quiddam in mundo est. Igitur primæ in mundo seruitutis initium fuit ab eo, qui primus in mundo venator fuit, quemadmodum diuina refert Scriptura; quod hoc modo accidit.

Noa Patriarcha tres habuit filios, Semum, Chamum & Iaphetum: quorum medius Chamus genuit Chusum, patrem Nembrodi. Hic Nembrodus (magnus) venator factus est ferarum siluestrium, primusq; tyrannice populis cœpit imperare, & vim afferens corporibus, & violente rapiens facultates, vnde † hominum oppressorem illum Scriptura nominat, qui homines exagitat & diuexat. MALÆ enim vitæ viri semper molesti & onerosi sunt reipublicæ. Idem Chaldæos ignem adorare docuit; idem merum primus inuenit dominium, cuius se clientes agnoscerent vniuersi. Idem tyrannus execrabilis finem imposuit ætati aureæ, in qua nihil erat cuiusquam priuatum. Nam VETERES vitam quidem habebant propriam; voluntates vero & facultates omnes communes.

Ingens MALVM est esse tyrannum per se improbum; Sed GRAVIVS malum est esse eum suæ reipublicæ perturbatorem: & longè ETIAMNVM grauius, esse eum bonarum patriæ legum euersorem. Sed omnium INIQVISISSIMVM est, malam consuetudinem semel introductam in republica relinquere. DIGNISSIMVS enim est, qui perpetua notetur infamia, qui non solum malus fuit inter suos; verum etiam enisus est, vt venturis seculis imitatores haberet.

Nec vulgi cura tyranno, dum sua sit modo tuta salus. Val. Flac. l. 5.

ὃς ἂν φαίνηται πονηρότατος, ἀθλιώτατος φανήσεται. *Plato. de rep. 9.*

Vnum exemplum multum mali facit. Sen. epist. 7.

Malus bonum malum vult esse, vt sui sit similis. Plaut. Trinum. Quo illic.

Perditi transitus suos consolari cupientes, cæteros, vt similiter labantur, inuitant. Optat. lib. 6.

Innuere videtur Eusebius Nembrodum, regno ipsius pesti-
116 *lentia vastato, cum octo filijs, viris egregijs, in Italiam venisse, & vrbem Camesam condidisse, quæ postea Saturni æuo Valentia appellata, Romuli demum tempore dicta est, & nunc quoque dicitur Roma. Quod si ita est; minime mirandum, temporibus præteritis Romam à tyrannis & * obsessam & oppugnatam fuisse, cum conditores habuerit tyrannos tam famosos. Vt enim HIEROSOLYMA filia fuit Regum pacificorum in Asia; ita ROMA Principum in Europa superborum mater fuit.*

Ianus cum Camese Italiam participata potentia possedit. Macrob. 1. Satur. 7.

Vide Solin. cap. 2. & Sext. Pomp. Fest.

* *possessam & concupitam.*

Romæ nomen alterum dicere nefas, Plin. 3. 5. In cuius Dei tutela esset, occultatum, ne is euocari ab hostibus posset. Idem 28. 2.

Sub potestate vrbis orbis mansit imperium. Oros. 1. cap. 3.

*(At) historiæ gentilium, qui sacris caruere literis, aliam referunt introductæ in mundum dominationis seruitutisq; rationem. † Nam Idololatræ non solum mundi creatorem non cognouerunt; sed multarum etiam in mundo rerum initia ignorarunt. Dicunt ergo Nembrodo tyranno inter cæteros filium fuisse nomine Belum, eumque primum in Syria regnasse, & bellorum in terris autorem fuisse primæque inter Assyrios monarchiæ conditorem, & tandem mortuum, cum LXV. annos in Asia regnasset, magnisq; omnem terram bellis intricatam reliquisset. Prima ergo in terris monarchia fuit Assyriorum, quæ annos * M. CCC. II. durauit, primusq; Rex fuit Belus, & vltimus, in quo finem habuit, Sardanapalus, qui cum interficeretur, inter scortorum greges purpuram colo nens (muliebri habitu) deprehensus est, dignissimus sanè morte tam ignominiosa. NON enim colo Principem, quæ gladio maiores peperere, decet tueri. Nembrodo, quemadmodum dicebamus, genitus fuit Belus, qui coniugem habuit Semiramidem, Nini matrem, qui in tyrannide & imperio patri successit. At mater & filius, quasi parum esset tyrannidem exercere, statuas inuenerunt deorum nouorum. CITIVS enim malum prauitas humana à malis cœptum; quam bonum à bonis inchoatum prosequitur.*

Populus Rom. luporum habet animos inexplebiles. Iust. lib. 36.

Quid interest, sub cuius imperio viuat homo moriturus, si illi qui imperant, ad impia & iniqua non cogant? Augustin. 5. ciu. 17.

† *Verum enim vero.*

Belus Saturno æqualis fuit, & vterque vno tempore adoleuit. Lact. 1. 25.

Omnium malorum initium superbia est, inde exarserunt bella ciuilia. Oros. 6. 17.

Τὸ μὴ ἀδικεῖν τοὺς ὁμοίους, ἰσχυρωτέρα θύναμις. *Thucyd. lib. 1.*

* 1240. *Euseb.* 1360. *Diodor.* 1330. *Iustin.*

Indignum tractanti lanam, ferrum & arma portantes parere. August. 4. ciu. 6.

Viris vita carere, quam tam delicato imperio obtemperare satius. Val. Max. 9. 1.

Diutius durant exempla, quam mores. Tacit. Histor. 4.

Exempla fiunt, quæ iam facinora esse destiterunt. Cypr. 2. epist. 2.

Τῶν ἀδικημάτων ἑκουσίων τὰ πλεῖστα συμβαίνει χεδὸν διὰ φιλοτιμίαν καὶ διὰ φιλοχρημάτιαν τοῖς ἀνθρώποις. *Aristot. 2. polit. 9.*

Ostendere voluimus auum, patrem, matrem & nepotem, continuata serie, idololatras & † bellicosos fuisse: vt imperia sua Principes ac megistanes non à pacis virtutisque amantibus; sed à viris ambitiosis & turbulentis initium

Tyrannidis fastigium alium non inuenit autorem, quam qui non expectauit, vt acciperet à Domino potestatem. Saresb. 1. 4.

† *tyrannos.*

Vnus est arbiter seculorum, regnorum locorumque omnium Deus. Oros. 7. cap. 2.

habuisse intelligant. Age verò, sit sane Nembrodus primus tyrannidis conditor; sit Belus eius filius primus bellorum inuentor; sit Chodorlaomor primus præliorum autor, sint alij, quos non commemorant Scripturæ; Siue singulos per se, siue omnes simul sumamus: plurimorum illi in mundo scandalorum causſam præbuerunt. Quod cum ita sit; magnopere vituperanda est nostra prauitas. Nam QVORVM ad malum valeat autoritas, multi sunt; at quibus ad bonum potentia adsit, pauci.

Sic per populos atque regiones varia sacra susceptа sunt, dum grati homines esse in suos principes cupiunt, & quos alios honores vita carentibus deferant, non inueniunt. Lact. 1. cap. 15.

Orta licentia à paucis, in omnes se vulgat. Curt. lib. 8.

Ὁ πλεῖστοι ἐξαπατήσεις ψευμάζεται *Hippocrat. lib. 1. de dieta.*

CAPVT XXXI.

Agit autor de aureo seculo, & de miseria humana, qua iam conflictamur. 117

IN prima illa ætate, seculoque aureo, pacate omnes viuebant, suos quisq; agros colebat, sua plantabat olineta, suos colligebat fructus, suas vindemiabat vineas, sua metebat frumenta, suosq; educabat liberos. Deniq; cum proprio singuli sudore victum pararent, citra noxam viuebant alienam. O malitiam humanam! O mundum perfidum & execrandum! qui nunquam res in eodem manere loco patitur: quem perfidum à me appellari mirandum non est. QVO enim tempore maxime propitiam se nobis fortuna præbet, vitæ nostræ filum immisericorditer abrumpit. Non absq; lacrimis dico, quod dicturus sum, quod cum ita bis mille anni elapsi essent, vt quid * mundus esset, nesciretur; Deo permittente, nequitiaque humana excogitante, ARATRA conuersa sunt in arma, boues in equos, stimuli in lanceas, vomeres in sagittas, tunicæ in loricas, fundæ in balistas, simplicitas in malitiam, labor in ignauiam, quies in tumultum, pax in bellum, amor in odium, caritas in crudelitatem, iustitia in violentiam, vtilitas in damnum, eleemosyna in furtum, & super omnia religio in idololatriam. In summa PRO SVDORE, qui ad augendas effundebatur opes, peruentum est ad effundendum in perniciem reipublicæ sanguinem.

Mundus sane hac in parte vere mundus est, & antiquum semper obtinet improbitas humana, quod ægrotare hunc iuuat, vt ille moriatur; cespitare hunc delectat, vt ille cadat; pauper hic esse gaudet, dum ille non sit diues; odio sese haberi hic lætatur, vt ille non sit † inter familiares: tristem esse huic placet, vt ille non sit lætus; in summa, TAM nequiter improbi sumus, vt bonum è nostris extrudamus ædibus, tantum vt malum fores intret alienas.

Quando

Etiam qui imperant, seruiunt eis, quibus videntur imperare. Neque enim dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi; nec principandi superbia, sed prouidendi misericordia. August. 19. ciu. 14.

Homo abusus bonitate creatoris, libertatem indulgentis in contumacem vertit licentiam. Oros. 7. cap. 1.

Meliora mundus nondum effœtus edidit. Sen. epist. 90.

Aliter tunc orbe nouo cœloq; recenti viuebant homines. Iuuenal. Sat. 6.

Alienum est à iustitia, detrahere quid de alio, quod sibi assumat. Cic. 3. de fin.

Maximæ cuiq; fortunæ minime credendum. Liu. lib. 30.

Mors propter incertos casus quotidie imminet. Cic. Tuscul. 1.

οἱ πάλαιοὶ κρείττονες ἡμῶν, καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες. *Plato. in Philebo.*

* *bellum.*

Decrescit innocentia in foro, iustitia in iudicio, in amicitiis concordia, in artibus peritia, in moribus disciplina. Cypr. tract. 1.

Fugêre pudor verumq; fidesq;. In quorum subiere locum fraudesque dolique. Ouid. Metam. 1.

Mundo senescente, rerum atque hominum decrementa sunt. Gell. 3. 10.

ὅτι πολέμων μάλιστα τοῖς πόλεσι καὶ ἰδία καὶ δημόσια κακὰ γίγνεται, εἰρήνη γίγνεται. *Plat. polit. 2.*

Auaritia atque luxuria dissociarunt mortales. Sen. epist. 90.

Diuitum nemo tam lætus est suo, quam tristis alieno. Idem. epist. 92.

Perdendi simul & pereundi ardebat amore. Sil. lib. 7.

† *gratiosus, honoratus.*

Perire ipsi, quam non perdere alios, præoptant. Iustin. lib. 8.

Perdere prius, quam perire optant. Liu. lib. 9.

*Quando machinam hanc & vniuersitatis orbem Creator condidit; suum cuiq; rei locum domiciliumq; attribuit. Cœlum enim empyreum intelligentijs dedit, stellis firmamentum, planetis orbes, elementis mundum, auibus aërem, * terræ centrum, piscibus aquas, serpentibus cauernas, feris montes; ita vt NVLLI non creato locum DEVS, in quo acquiesceret, assignarit. Itaque PRINCIPES & dynastæ vana haud tumescant gloria, quòd terræ domini dicantur: Siquidem OMNIVM rerum conditarum solus DEVS Dominus verus est, & præter vsumfructum*
118 *nihil misero relinquitur homini. Itaque SI IVSTVM nobis videtur, commodis frui creaturæ; multo iustius est DEVM à nobis, vt supremum illius dominum agnosci.*

Tantum quidem abest, vt negem, vt vltro fatear OMNIA fuisse à Deo condita, vt homini seruirent, hac lege, vt homo Deo seruiret, Verum simulatque à Deo defecit homo; creaturæ quoque homini rebellarunt. MERITO enim omnis ei negatur obedientia, qui vnico noluit obedire præcepto. In quantas, proh dolor! incidit creatura miserias, vnicam ob caussam, quod inobediens creatori fuit! Si enim diuinum homo seruasset in paradiso (terreno) præceptum; ipsius in mundo DEVS conseruasset principatum. Verum creaturæ, quas ad suum condidit obsequium, maioris ipsi indignationis caussa sunt. NIHIL enim animo prudentis ingratitudine pro accepto beneficio est acerbius.

Miserabile (& acerbum) est videre, quis in paradiso fuerit homo, & qualis in cœlo esse potuisset: Videre item, quis iam sit in mundo, & quod omnia superat, quis postea sit in tumulo futurus. Nam in paradiso terreno fuit innocens; in cœlo fuisset beatus; ac in mundo nunc curis obsidetur, & in tumulo deniq; à vermibus corrodetur (ac deuorabitur.) Videmus ergo, quos inobedientiæ aduersus mandatum diuinum fructus in mundo perceperimus. NIMIS enim amens est, qui vitium aliquod audet committere, nullam inde sperans & corporis oblectationem. Me quidem iudice, ex peccato à primis in paradiso parentibus perpetrato, hæc in nos ipsorum filios in mundo seruitus propagata est, quod FLVMEN si ingredior, submergor; ignem si tango, vror; ad canem si accedo, mordeor; equo si minor, calce ferior; si vento reluctor, prosternor; si serpentem persequor, veneno inficior; vrsum si irrito, interficior. Postremo, QVI homines, dum viueret, vorare immaniter volebat, eius in tumulo viscera vermes rodunt.

Ad suum locum quæq; natura duce properant. Apul. de mundo.

Semper pondera in imum natura deducit.

Nihil vnquam potest ruere sursum. Macrob. Som. 1. 22. & 2. 5.

* *terram (quam centrum vniuersi fecit) bestiis. G.*

Vbi quidq; sponte non coactum sistit quiescitque, ibi habet locum proprium. Philo quod mund. incorrupt.

Sumus serui: Dominum enim habemus Deum. Tertull. aduers. Marc 4.

ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός. *Æschyl. Prometh.*

Congruum est creaturæ credere, & venerari suum creatorem. Ambros. Rom. 5.

Quia plus dileximus creaturam, quam Creatorem, facti sumus serui diaboli. Augustin.

Propter hominem omnia; Homo propter Deum. Lact. epit. 7.

Viciorum omnium humanorum caussa superbia est. Fulgent. lib. 1. ad Monim.

Initium miseriæ hominum ab initio peccantis hominis. Oros. lib. 1. cap. 1.

ἀκοὴ ζωὴ, καὶ θάναντος ἡ παρακοή. *Synes. Epist. 67.*

Non est mirandum, si seruus seditiosus eo domino sit superior, qui suum Dominum repudiat. Zonar. tom. 3.

Pereunt iam omnes, qui Paradisi nullum cespitem norunt. Tertul. Aduers. Marcion. 1.

ἀχαριστία μεγίστη ἐπὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἡγεμών. *Xenoph. pæd. 1.*

Deus hominem peccantem nec impunitum esse permisit, nec sine misericordia dereliquit. August. 5. ciu. 11.

Qui plus quærit esse, quam licet, minus erit, quam est. Fulg. Mytholog. lib. 2.

Nemo omnium gratuito malus est. Sal. de rep. ordin.

Superbia initium transgressionis & origo peccati. Leo. epist. 53.

O stultissima fœminarum, quæ te futuram deam per pomulum sperasti! Augustin.

Vbi semel legem natura vicit, nemini ea curæ est. Dio. 57.

Auaritia multa concupiscendo omnia amisit. Sen. epist. 90.

Deus prima peccata ad exemplum præsens pœna compressit; secunda iudicio reseruabit. Optat. 1.

Non minus se hominem, quam hominibus præesse meminerit Princeps. Plin. Paneg.

Quicquid est opere & manu factum labi & consumi vetustate potest. Oros. 2. cap. 6.

Deus approbat, quæ viribus nostris respondentia, secundum ius & æquum suscipiuntur. Zosim. lib. 1.

Nemo à multis metuitur, quin ad eum ex multis formido recidat. Sallust. de ordin. rep.

Nemo altero fragilior est; nemo in crastinum sui certior. Sen. epist. 91.

Τοὺς ἐν τιμαῖς ἧσσον ζηλῶ. *Eurip. Iphig. Aulid.*

Versatur celeri sors leuis orbe rotæ. Tibul. 1. eleg. 5.

La seule heure derniere Parfait nostre bon-heur oubien nostre misere. Ronsard. 8. 212.

Mors propter breuitatem vitæ nunquam longe potest abesse. Cic. Tuscul. 1.

Incertum est, quo te loco mors expectet: Itaq; tu illam omni loco expecta. Sen. epist. 26.

Eheu, quàm breuib. pereunt ingentia caussis! Claud. Ruf. 2. 49.

Ταυτὸν ἐστὶ, ἐπὶ εὐτυχίᾳ μέγα φρονεῖν, καὶ ἐπὶ ὀλισθηρᾶς ὁδοῦ σταδιοδρομεῖν. *Socrat. Stob.* 806.

Mors sola fatetur, quantula sint hominum corpuscula. Iuu. Sat. 6.

Licet diuersa sit dignitas, tamen eadem nascendi moriendiq; conditio est. Anton. apud Athanas.

Θνητὸς πεφυκὼς τὰ ὀπίσω πειρῶ βλέπειν. *Isidor. Stob.* 806.

Nunquam in solido stetit superba felicitas. Sen. Suasor. 2.

Dum mundi Reges sublimiores se cæteris sentiunt, mortales tamen se esse agnoscant. Isidor. ad prælat.

* *Res incertissimæ venti & tempestates. Cic. Verr. 3. extr.*

οὐ ζωῆς μῆκος διωκτέον τῷ βασιλεῖ. ἀλλ' ὑπεροχὴν ἀρετῆς. *Themist. Theodos.*

In promtu habeamus, quæ in incertum diem data sunt, & appellati sine querela reddamus. Sen. ad Marciam. 10.

διζημένοισι τἀγαθὰ μόλις παραγίνεται. τὰ δὲ κακὰ καὶ μὴ διζημένοισι. *Democr. Stob.* 813.

Non præbent fiduciam possidentibus stabilem, quæ possessionis non habent veritatem. Cypr. 2. ep. 2.

ἀναρχίας μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν. *Sophocl. Antigon.*

Dominium à Deo permissum ad punitionem malorum, prouisum ad pacem & concordiam bonorum. Alphar. citat Mag. sentent.

Natura omnes æquales genuit; inæqualitas, quæ accessit ex vicio, est ordinata ex Dei iudicio, vnde nos oportet obedire hominibus. Aug. serm. 1. ad Fr. in erem.

Quamobrem onerate vos Principes & megistanes vestibus Attalicis, ingentes aceruate thesauros, numerosos cogite exercitus, varia excogitate certaminum ludicrorum genera, exquisita captate oblectamenta, hostes vlciscimini, clientum vtimini obsequiis, in amplissima regna nuptũ date liberos, formidabiles estote omnibus (hostibus &) tyrannis, multis corpora explete delitiis, multa hæredibus regna relinquite, superba ad parandam memoriam excitate ædificia: Ego vero, ita ille me amet, qui me iudicaturus est! TANTVM abest, vt vitam vobis inuideam delicatam; vt animarum me vestrarum, peccato obnoxiarum, valde misereat. Nam PAVLLO post vestra desinent oblectamenta, & paullò post vermibus trademini famelicis.

Vtinam cogitent Principes, etiamsi nascantur Principes, & amplissimis innutriantur potentatibus, MOX ab ipsa hora natalitia, maternoq; vtero pone subire mortem, vitæq; ipsorum insidiari, quæ hinc inde modo sanos, modo ægros carpit, & iam cadentes iam surgentes ne punctum quidem temporis deserit, donec tumulo ipsos angusto includat! 119

Cum ergo quod in hac vita Principes possident, exiguum; quod autem in futura expectant, permultum esse vero verius sit: MIROR profecto, imo indignor, Principes, quos tam angusta manent sepulcra, tantam hic fastus sui pompam explicare. NON enim DECET homines, quod opulenti, quod honorati, quod potentes sint, efferri superbia, cum quam fragilis sit hominum conditio, perspiciant.

*Omnino enim VITAM tanquam * portorium conductitium; mortem vero tanquam ius perpetuum habemus: MORS patrimonium est, quod à maioribus hæredes accipiunt; VITA vero ius quoad quis viuit concessum, quod quotidie expirat ADEO quippe mors pro suis nos habet, vt sæpe non præmonitos inuisat: vita verò adeo nos pro alienis habet, vt sæpe non data missione à nobis discedat. Quod si verum est, quemadmodum profecto est; cur adeo Principes & megistanes sunt confidentes, vt perinde domi alienæ, quæ est hæc vita, ac domi suæ, quæ est sepultura, imperare velint?*

Sed omissis opinionibus, quas recensui, PER SOLVM peccatum seruitutem (quasi tabernaculum inter nos fixisse, &) intrasse in mundum affirmo. SI enim nulli fuissent peccatores, nullos futuros neq; dominos, neq; seruos credibile est. Sed quamuis seruitus generaliter in mundum intrauerit per peccatum: dominationem tamen Principum diuini mandati esse aio. Sic enim dixit: (Prouerbio. 8. vers. 15.)

PER

PER me regnat Rex, & per me Princeps iustitiam administrat,

Sit ergo hæc præsentis disputationis summa: Cum ab ipso DEO Principes ad rerum gubernacula positos esse constet; nostrum esse in omnibus & per omnia illis parere. NVLLA enim capitalior reipublicæ pestis est, quam † obedientiam Principi debitam negare.

CAPVT XXXII.

120 De Alexandri Magni post victum in Asia Darium expeditione Indica, & quid apud * Garamantas illi contigerit; & quod maiorem vim habeat vitæ integritas quam vlli apparatus bellici.



*ANNO † ab orbe condito † quater millesimo, ætate mundi quinta, summo Hierosolymis Pontifice * Iaddo, & Romæ † Decio & Manlio Coss. anno tertio monarchiæ Græcorum, Alexander Magnus, Philippi Macedoniæ Regis filius, vltimo cum Dario Persarum Rege decertauit prælio, in quo Alexander vulneratus & Darius interfectus fuit, imperiumq; Persarum ad Græcos transiit. PRINCIPES enim infelices non solum vitam nascendo acceptam; sed etiam regna, quorum hæredes fuere, perdunt. Extincto ergo Dario, & Alexandro victoria potito; Persisq; ac Medis iugo seruitutis à Græcis imposito; etsi multi Reges reguliq; acerrimis illis occubuêre præliis: Tamen Alexander Asiæ regnis minimè contentus, ipse in expeditionem Indicam educere exercitum decreuit. ANIMI quippe superbi (tumidiq;) quod auide expetebant, adepti mox parui illud pendere incipiunt.*

Refectis ergo copiis, & constitutis in omnibus Asiæ prouincijs (vsque ad Persiæ fines) præsidibus; ad subiugandam Alexander profectus est Indiam, cumque iurasset, & Deos testes fecisset, totum terrarum orbem vnum duntaxat habiturum imperium, idq; suum futurum esse; neque se pedes vnquam in aliena ditione positurum, quin suam in potestatem illam redigeret: quotquot terras Alexander transibat, cum optime cadebat, aut vastabantur, aut † subiugabantur: Siquidem ANIMI tyrannici, dummodo voti reddantur improbi compotes, nullam habent damni alieni rationem.

Prosequenti ergo iter suum Alexandro, & regna occupanti, prouinciasque populanti forte indicatum fuit, ex al-

Si potestates à Deo sunt, quanto magis regna, à quibus reliquæ potestates progrediuntur! Oros. 2.1.

Quemcunq; sacra corona coronatum videris etiamsi bos fuerit, adorato. Bonfin. Toloz. rep. 1531.

Hoc ipsum est libertas ac regnum recte dominium agnoscere. Nazi. orat. 9.

† per inobedientiam suo Principi rebellem esse. G.

† perduellionis aduersus principem sese alligare.

Alexander Magnus, magnus vere gurges miseriarum, atque atrocissimus turbo totius Orientis. Oros. 3.7.

** Gymnosophistas.*

Sen. suasor. 1.

Dum abest, quod auemus, id exuperare videtur cætera; post aliud, cum contigit illud, auemus, Lucr. lib. 3. extrem.

† ab V. C. 427. I. † 3631.

Quanto maior est excellentia, tanto grauior est ruina. Innocent. 3. 4. psal. pœnit.

** Ioseph.* 11. 4.

Alexander cœpit regnare primo an. Olymp. 111. *obiit primo an. Olymp* 114.

† Horum Consulatus refertur ad an. 3. *Olymp.* 110.

Opes victi ad victorem transfert fortuna. Curt. lib. 5.

Quanto potentiorem quis deiecit, tanto altius ad fastigium extollitur. Dio. lib. 41.

Curt. lib. 4.

Diues hostis quamuis pauperis victoris præmium est. Liu. lib. 8.

ὀυχ ὅμοια Διάνοια τῶν ἀνθρώπων δεομένων, καὶ ἀποπληρωθέντων ὅταν ἂν δεηθῶσιν. Dion. lib. 5.

Proxima quæque victoria instrumentum sequentis. Iustin. lib. 1.

Nihil æque gratum est adeptis, quam concupiscentibus. Plin. 3. epist. 15.

Alexander victor Indiam petit.

Ex omnibus quæ in vniuersum sunt homini grata, post vitam ipsam nihil est illi libertate gratius. Sabell. 8. 9.

Nullam Alexander gentem adiit, quam non calcauerit. Iust. l. 12.

Quod vi cogitur, oblata occasione, ad libertatem redire consueuit, Nazi. Orat. 17.

† omni clade perdomabantur. Curt. lib. 8.

Docebo, nos non auri aut argenti cupidos; sed orbem terrarum subacturos venire. Curt. 8.

Gymnosophistarum fama excitatus.

Garamantes Africæ gens indomita, & inter accolas latrociniis fœcunda. Tacit. Histor. 4.

ex altero montium Riphæorum latere, qua Indiam versus porriguntur, gentem habitare barbaram Garamantum, qui neque à Persis, neque à Medis, neque à Romanis, neque à Græcis vnquam fuissent subacti; quoniam NVLLA inde triumphi, quod nihil bellicæ armaturæ haberent; neque emolumenti spes affulgeret, quod pecunias nullas possiderent.

μικροῖς δεδόμοι, μικρᾷ καὶ πενθοῦσι: τὸ μὲν ἀρκοῦν κτώμενοι, τὸ δὲ πλέον ἐ ζητοῦντες. *Agatharch. mar. rub.*

Agreste & horridum genus, quos sapientes vocant. Curt. lib. 8.

Inops audacia tuta est. Arbit. *Herodot. 4.*

Quoniam vita ipsa, qua fruimur, breuis est, memoriam nostri quam maxime longam efficere studeamus. Sal. Catil.

Natura homo desiderat cæteris omnibus in suo ordine præstare. Sabell. 10. 8.

* *aris XII. Curt. 9. Plutarch. in Alexand. Plin. 6. 16. Iustin. 12.*

*Alexander vt (auide atque) animose (Reges &) regna superba aggredi, & cupide res nouas visere gestiebat; non solum mittere, qui regionem perlustrarent; sed ipsemet interesse expeditioni, æternumq; ibi sui monimentum relinquere statuit; idq; reipsa præstitit, condita ibi * ara, quem- 121*
admodum Hercules Gadibus columnas reliquit. TANTA quippe est animi humani superbia, vt non solum multos æquare annitatur; sed omnes etiam post se relinquere contendat.

Vt quisq; animi magnitudine maxime excellit; ita maxime vult princeps omnium esse, vel potius solus esse. Cic. offic. 1.

Confessio seruitutis est iussa facere. Sen. suasor. 5.

Qui armis præualet, eius legibus omnes necessario obtemperant. Dio. lib. 37.

Nulla minantis autoritas apud liberos est, Brut. 11. ep. fam. 3.

† *hastam, telum.*

ὡσὺς ἑκάτερον δεῖ τὸν στρατηγὸν ἡμιόλως καὶ εἰδέναι ποτὲ δεῖ ὠὶ παῦναι καὶ λόγῳ καὶ χήμιμῶ ποιεῖν, καὶ πότ' ἂν ὠὶ δεινὰ καὶ φοβερώτερα. *Onosan. 14.*

Τὸ μὴ ποιεῖν τὸ ὠοστατόρμον, σημεῖον ἀλδυθερίας ἐστὶν. *Isoc. Archidam.*

Quo timoris minus est, eo minus ferme periculi est. Liu. lib. 22.

Præstat libera paupertas opibus, quæ in seruitute possidentur. Dio. lib. 62.

Plus valet, quod violentia cogit, quam quod suadet & præcipit verecundia. Val. Max. 3. 8.

* *facere aliquid iam destinarunt.*

ἔκ ἔστιν, ὅτε ἐστὶν ὁ σοφὸς ἀνδρὸς, ἀλλ' ὑπερξιν ἔχει τῶν βελησιν, ὁσπερ καμβάνων πρὸ τῶν κρειττόνων, ὁσπερ καὶ αὐτῶν οἶδε καλὸν. *Heliodor. lib. 5.*

φέρεσι ἀλύπως ἅπαξ αὐτοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἡ τύχη παρεδέδωκεν. *Anacharf. de mar. rubr.*

Hoc illis natura dedit, quod Græci Philosophorum præceptis consequi nequeunt. Iust. lib. 2.

*Autor est L. Boscus, libro III. de antiquitatibus Græcorum, vnde hæc historia desumta est, barbaros, postquam hæc renunciarunt legati Alexandri, neque perturbatos nuncio fuisse, neque fugæ se dedisse, neque bellum parasse, neque arma arripuisse, neque de resistendo cogitasse; imo ne ex opido quidem, vbi habitabant, decessisse, neque pedem domo quenquam extulisse; postremo neque verbum vlli legatorum Alexandri dixisse, neque responsum dedisse: Quod profecto prudenter barbari isti fecerunt. SVPERVACANEVS enim est apud eos, qui * operi iam accincti sunt, persuadendi labor.*

Porro mirifica de Garamantibus referunt historici: æquales scilicet omnium domos fuisse; eodem vestitu viros omnes vsos; neminem plura, quam cæteros, possedisse; in victu fuisse minime voraces; in bibendo vino temperantissimos; litium & contentionum prorsus expertes; ociosos in cœtu suo nullos toleraſſe; arma nulla habuisse, quippe qui nullos haberent inimicos: denique IN VERBIS parcissimos, & in ijs, quæ loquebantur, veracissimos fuisse.

Cæterùm

*Cæterùm Alexander certior de Garamantibus eorumq́; vita factus, & quòd neque præfectis suis resisterent, neque alloquio legatos dignarentur: illos accersere (& alloqui) statuit; vehementer petens, vt qui inter ipsos essent eruditi ac sapientes, ad se venirent, & vel scriptis vel viua voce secum colloquerentur. Adeo quippe fauebat † eruditis Alexander, vt quæcunque capiebat regna, mox restitueret, præter * eruditos, quos excipiebat, & sibi retinebat. Refert Q. Curtius sæpe dixisse Alexandrum, OPTIME operam collocare Principem, si opes omnes acquirendo regno impenderet, vt vnius tantùm sapientis doctiq́; familiaritatem sibi conciliaret &*
122 *compararet. Digna profectò Alexandro oratio! SATIVS enim est Principes, dum viuunt, sapientibus stipatos esse, quàm ingentes, cùm moriuntur, hæredibus thesauros relinquere. Cùm ergo venissent in conspectum Alexandri nonnulli Garamantum; vnus eorum, natu, vt videbatur, maximus, omniumq́; reipsa sapientissimus, solus cæteris tacentibus locutus, huiusmodi omnium nomine habuit orationem.*

Apulei. Flor. 1.

Γαράμαντες πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι, καὶ παντὸς ὁμιλίην. *Herodot. lib. 4.*

Alexandri vt infinitam gloriam bellica virtus, ita præcipuum amorem clementia meruit. Val. Max. 5. 1.

† *sapientibus.*

Præcipua prudentia alios prudentiores arbitrari; præcipua eruditio, discere velle. Plin. lib. 8. ep. 23.

* *sapientes.*

Haud facilè libertas & domini miscentur. Tacit. histor. 4.

Melioribus inhæret commodis, qui veritatem desiderat nosse, quàm qui subactis gentibus temporalis fines regni cupit latius propagare. Fulg. lib. 1. ad Trasim.

Ταῖς ψυχαῖς ταῖς νοσούσαις καὶ γεμούσαις πονηρῶν ἐπιθυμιῶν, οὐδέν ἐστιν ἄλλο φάρμακον, πλὴν λόγος ὁ τολμῶν τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιπλήττειν. *Isocrat. de pace.*

Libertas verba nutrit; metus copiam intercipit. Cass. 5. ep. 22.

Metus exercitam quoque eloquentiam debilitat. Tacit. annal. 3.

CAPVT XXXIII.

Oratio sapientis Garamantum ad Alexandrum Magnum, qua probat, plus sese valere, moderatè de se sentientes, & pauca possidentes, quàm ipsum multa possidentem, & arroganter de se sentientem; summæq́ue esse dementiæ, longè lateq́ue imperare velle, qui breue habeat vitæ curriculum.

MORIS est, Alexander, inter Garamantas, vt rarò alter cum altero, & propè nunquam cum peregrinis loquantur, inprimis si tumultuum illi & vitiorum autores sint. Hominis enim IMPROBI lingua nihil aliud, quàm cordis malè affecti (& indignantis) præco est.

Cùm allatum ad nos esset, te in hanc terram venire; mox neque obuiam tibi honoris gratia proficisci, neque defensionem parare, neque oculos ad te contemplandum tollere, neque os colloquendi gratia aperire, neque manus irritandi tui causa mouere, neque bellum tui lædendi causa suscipere decreuimus. Multò enim MAIOR est in nobis honorum & diuitiarum, quæ tu amas, contemtus; quàm in te gloriæ & opum, quas nos contemnimus, amor.

Cùm tibi placuerit, vt te videmus, cùm te videre noluerimus; vt tibi seruiamus, cùm seruire tibi nolimus; vt te al-

Angustissimos senectutis ac vitæ suæ terminos non aspicientes, angustos esse imperio suo totius mundi terminos arbitrantur. Oros. 3. 21.

Orator non aliter, nisi orando; philosophus non minus tacendo pro tempore, quàm loquendo probatur. Macrob. 7. Saturn. 1.

Cùm locus superior imperatur, is qui obedit, virtutem obedientiæ sibi euacuat, si ad eum proprio desiderio anhelat. Aug. serm. 5. ad fr. in erem.

Quieta & à negotiis semota vitæ ratio actuosæ vitæ splendore præstantior est. Nazi. ep. 76.

Loqui ignorabit, qui tacere nesciet. Auson. senten. VII. sapien. Arrian. initio lib. 7.

Τὰ ἐν τῇ φωνῇ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα. *Aristot. de interpret.*

Facilius vtrem inflatum mergere, quàm virum probum inuitum ad aliquid agendum cogere. Philo. quòd omn. prob. liber.

Pluris nostram libertatem, quàm tuam amicitiam æstimamus. Brut. 11. epist. fam. 3.

Nec seruire vlli possumus, nec imperare desideramus. Curt. lib. 7.

Aurum & argentum perinde aspernamur, ac reliqui mortales appetunt. Iustin. lib. 2.

Ἢ δεῖ σιωπᾶν, ἢ λέγειν ἀμείνονα. *Prouerb.*

Quidquid iure possidetur, iniuria aufertur. Fab. declam. 13.

† *à subiuganda.*

Hoc interest inter bonos & malos Principes, quòd boni libertatem amant, seruitutem improbi. Ambr.ep.29.

Opulenti populi dux stolide aduersus inopes occupat bellum. Iustin.lib.2.

Cuncta vel bona, vel mala, quæ foris geruntur, internis sunt radicata, & emissa principiis. Oros.lib 2.17.

ἐλάθου ἓξ αὐδρὸς τ' ἀληθῆ λέγειν. *Prouerb.*

Sceptri sic omnibus vna cupido. Val. Flac. lib. 5.

Formica sane es, rugias licet vt leo. Nazi. orat.30. comment.

Post Darium & Indos pauper est Alexander. Sen.ep.119.

Κακὸν τὸ πολλῶν ἐπιθυμεῖν. *Herodot. lib.* 7.

Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis. Iuuenal.Sat.10.

Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. Cic.off.1.

Liberè dicta frequentius aliena venia, quàm sua prouidentia tuta. Valer. Maxim. 6, 2.

Nullis magis, quàm audientibus insidiantur susurri. Plinius paneg.

Μὴ ὦ τραπεζοκόρυς κόλακας ποιεῦ ἰατῆρας. *Phocyl.*

Tibi credis impendi famulatum! extremæ & miserrimæ subiiceris seruituti. Senes b. 4.6.

Rari sunt, qui verum audire sustineant. Arrian.lib.3. Epict.

Il tempo è breue, e più de l' opra, che del giorno auanza. Petrar.trionf.1.

Nouitates rerum actu audituq; prurientibus etiam ipsa vita fastidio est. Oros.3.2.

εἰ ἀνηρ ἐὼν δίκαιος, ἵνα τί ὦν ἐπεθύμυσε χώρης ἄλλης ἢ τῆς ἑαυτῦ: ἵνα τί αὖ εἰ δίκαιος ἐὼν ἀνδρώπους ἤγε, ὑπ' ὧν μηδὲν ἠδικέο. *Herodot. lib.* 3.

† *amicorum fictorum blanditijs.*

* *decipi. G.*

Quid miserius, quàm exemtum honoribus labore & molestia non carere? Plin.1. ep.12.

Auaritia gloriæ & insatiabilis cupido famæ, nihil inuium videri sinit. Curt.lib.9.

Inanium cupiditatum nec modus vllus, nec finis inueniri potest. Cic. de fin.1.

Dei patientia supplicium differt, non aufert. Nicet. Choniat.

loquamur, cum te alloqui nolimus: Non pigebit nos hoc facere; sed ea lege, vt patienter nos auscultes. Quod enim tibi dixerimus, magis tibi proderit, vt vitam corrigas tuam, quàm vt † ab oppugnanda patria nostra desistas. ÆQVISSIMVM enim est cognoscere seculis futuris Principes, & parui nos pendere, quæ nostra esse luce clarius est; & te defatigari atque immori occupandis ijs, quæ aliena esse manifestum est.

Vnum ex te quæro, Alexander, ad quod an respondere valeas, haud scio, cùm homines SVPERBI ingenio soleant esse obfuscato. Dic mihi, quæso, quò pergis? vnde venis? quid vis? quid cogitas? quid expetis? quid moliris? ad quænam vsq; regna ac prouincias indomitæ euagantur animi tui cupiditates? Non frustra hoc ex te quæro, quidnam sit, quod vis; quid sit, quod postulas; quid sit, quod quæris? Neque enim te, quid quæras, intelligere arbitror. Nam SVPERBVS & ambitiosus animus ne ipse quidem, quid satisfacere sibi possit, intelligit. Quoniam ambitiosus es, gloria te frustratur; quia prodigus es, libido habendi te decipit; quoniam iuuenis es, falleris ignorantia; quia superbus es, imponit tibi mundus, vt vulgum scilicet secteris, & non sequare rationem; opinionem amplectaris propriam, & consilium repudies alienum; ames assentatores & abs te segreges sapientes (ac virtuosos.) PRINCIPES enim & sublimes viri potius falso laudari, quàm verè corripi malunt. 123

Equidem vestri, ô Principes, erroris (& abusus) causam non intelligo, quòd in aulis regalibus, (in regnis prouincijs q;) scurras & adulatores (ac moriones plures, quàm viros prudentes) alitis. Nam DOMI Principum si vnus sit præclarè factorum buccinator; sexcenti contra sunt violentiæ vituperatores. Equidem iam nunc prospicio, Alexander, fore vt CITIVS dij finem tibi vitæ statuant, quàm tu bello finem statuas. VIRO enim turbis (ac contentionibus) innutrito, ipsa pro quiete inquietudo est.

*Video te militibus stipari, & tyrannis circumsideri; video templa spoliare, & pecunias inutiliter profundere; video mactare innoxios, & inquietare pacificos; video te omnibus esse inimicum, & † amicis, quod malorum extremum, * carere. At verò tam immanes labores, quales isti sunt, fieri non potest, vt sustineas; nisi aut stultus es, aut hoc tibi supplicij diuinitus est impositum. SÆPE enim deorum permissu homines tranquillo fruentes otio & quiete, molestis, onerosisq; implicantur negotijs; non vt ex præsentibus adipiscantur honorem; sed vt præteritorum pœnas persoluant. ADEO quippe iusti sunt dij, vt seu serius seu citius nullum malum impunitum relinquant.*

Dic

Dic mihi, quæso, an non dementia summa est, multos reddere pauperes, vt te solum collocupletes? nonne extrema stultitia est, vt tyranni instar ipse imperes, omnes dominij sui possessione spoliare velle? Nonne vesania maxima est, quòd cum vitæ nostræ iactura monimenta vis in terris multa statuere? Nonne insipientia summa est velle, vt indomitas cupiditates tuas dij probent, & mundi vniuersi voluntatem sententiamque condemnent? Nonne extremæ est amentiæ, cum pauperum viduarumque lacrymis tam (difficiles &) cruentas velle consequi victorias? Nonne vesania est insignis, innocentum sanguine terram inundare, vt famam inter homines futilem parias? Nonne tibi videtur summa fatuitas, cùm partiti inter tam multos mundum sint dij, velle te soli tibi illum vendicare & rapere?

124 *Non sunt, Alexander, ista creaturæ inter homines mortales natæ; sed furiæ inter Eumenidas tartareas generatæ & educatæ opera. NON enim æstimandi sunt homines ex indolis, quam habent, bonitate; sed ex operum, quæ faciunt vel præstantia vel prauitate. MALEDICTVS est, nisi iam fuit, & maledictus erit, nisi iam est, qui vitam, quam viuit, in perniciem conuertit omnium, hanc vnam ob causam, vt seculis futuris viri fortis (ac magnanimi laudem &) gloriam consequatur. RARISSIME enim permittunt dij, vt in pace quis eo (suauiter) fruatur, quod bello iniusto partum est.*

*Volo ex te scire, quænam ista sit insolentia, qua impulsus Dario Regi, domino tuo, rebellasti? quo defuncto, totum subiugare orbem conatus es, idq; non tanquam Rex hæreditarius; sed tanquam tyrannus aduentitius. Propriè quippe TYRANNVS dicitur, qui præter fas & æquum bona occupat aliena. Si te vel iustitiam, vel pacem, vel diuitias, vel gloriam, vel quietem, vel † vtilitatem amicorum, vel vindictam de hostibus quærere dicas; Nihil horum, ita me dij ament! hac, quam cœpisti, inuenies via. * FAVI enim dulces inter fel amarum non nascuntur.*

Nam quomodo iustitiam te credemus quærere; cùm contra rationem & æquitatem, vniuersam tyrannide terram opprimas? Quomodo pacem; cum quotquot te suscipiunt, tributarios facias, & tibi resistentes hostiliter tractes? Quomodo quietem; cùm turbarum toto mundo sementem facias? Quomodo clementiam; cùm fragilitatis humanæ carnifex sis? Quomodo diuitias; cùm tibi neque opes propriæ, nec ea, quæ à victis accipis, nec quæ à victoribus offeruntur, sufficiant? Quomodo (cognatorum aut) amicorum te credemus quærere commoda; cùm ex amicis veteri-

Quid erit huiusmodi satis, cui totus non sufficit orbis? Saresb. lib. 4. cap. 11.

Principis desiderium nulli existere debet onerosum. Cass. lib. 5. ep. 16.

Quanto benignior tibi fortuna, tanto minus ea abutaris. Dio. lib. 42.

Ita guberna Remp. vt natum esse te ciues tui gaudeant. Cic. Philipp. 1.

Quanto maior eris, tanto moderatior esto. Poet. vet.

Fortitudo sine iustitia iniquitatis materia est. Ambros. off. 1.

Multò multoque seipsum quàm hostem superare operosius est. Val. Max. 4. 1.

Temere cœpta corrigi spatio solent. Ruf. 10. hist. Eccl. 30.

Aliquid est alium vincere; sed seipsum superare, vera indubitataque virtus est. Sabel. 9. 1.

Πολλάκις τὸ τολμᾶν πέριττον εἰς ἄνοιαν καὶ εἰς τὸ μηδὲν καταντᾶν εἴωθεν. *Polyb. l. 4.*

Alexander orbi magnus est; Alexandro orbis angustus est. Sen. ep. 119.

Fortuna quos vna sibi credere coegit, magna ex parte auidos gloriæ magis, quàm capaces facit. Curt. lib. 4.

Malè parta malè dilabuntur. Cic. Philipp. 2.

Τὰ κακῶς οἴκους εἰσελθόντ' οὐκ ἔχει σωτηρίαν. *Stob. orat. 94.*

Lo bien ganado se pierde, y lo mal, ello y su amo. Adag.

Τυραννὶς χρῆμα σφαλερόν. *Herodot. lib. 3.*

Se di cera noi fossimo ò di paglia, è di foco egli, assai fora quel grido. Ariost. 23. 58.

Principes subditis, tyranni subditos metuunt. Plut. ad Princip. indoct.

Tyrannis est à Deo concessæ homini potestatis abusus. Saresb. 8. 18.

† *fauorem.*

Οἷς μὲν αἵρεσις γεγένηται τἆλλα εὐτυχοῦσι, πολλὴ ἄνοια πολεμῆσαι. *Thucyd. lib. 2.*

* *Saccarum dulce ex amaro felle haud nascitur. G.*

Quid regna sine vsu? Ouid. 3. amor. 6.

Tyrannus est, qui violenta dominatione populum premit: qui legibus regit, Princeps est. Saresb. 8. 17.

Quicquid cum natura pugnat, & iustos limites excedit, nihil hilaritatis & voluptatis habet. Nic. Greg. 9. 4.

Quid tibi diuitiis opus est, quæ te esurire cogunt? Curt. lib. 7.

Meliori parendum, inferiori persuadendum, pari assentiendum. Epict. VVolf. pag. 222.

veteribus hostes effeceris nouos? Scito Alexander, Maioris esse minorem docere, & minoris maiori obedire: INTER *(pares &) æquales tantùm esse amicitiam. Cùm ergo nullum feras in terris (parem &) æqualem; non est quod vllum in mundo amicum speres.* SÆPE *enim Principes per ingratitudinem fidelissimos perdunt amicos, & capitales per ambitionem parant hostes.*

At quomodo te credemus vltum ire inimicos; cùm acerbiùs te ipse liber vlciscaris, quàm te vlciscerentur hostes captiuum? Quòd si fortè malè olim de patre tuo Philippo meriti, aut tibi nunc ipsius filio inobedientes fuissent: An non foret consultius, illorum conciliare amicitiam, quàm inimicitias confirmare? ANIMO *enim misericordi & generoso quolibet supplicio grauius est alios vlcisci.* 125

Nec verò labores tuos, ad consequendam solidam gloriam, rectè collocari verè possumus dicere; cùm conuersatione & vita tam peruersa (& à virtute aliena) vtaris. VERA *enim gloria non in adulatorum sermone; sed in Principum actione consistit.* NON *paratur improborum gloria commercio; sed bonorum consuetudine.* NIMIA *quippe cum improbo familiaritas suspectam admodum reddit probi vitam.* NON *paratur gloria pecunias † ad mortem comparcendo; sed easdem bene in vita dispensando. Est enim regula certissima, quòd* QVI *famam suam magni æstimat, ei pecunia parui æstimanda sit; &* QVI *parui pecuniam pendit, argumento est eum famam suam magnifacere.* NON *paratur gloria innocentes occidendo; sed tyrannos delendo.* TOTA *enim harmonia bonæ gubernationis Principum in puniendis malis, & remunerandis bonis sita est. Non paratur gloria aliena (auferendo &) rapiendo; sed propria dilargiendo.* NIHIL *enim magis Principis maiestatem decorat, quàm si in tribuendis beneficijs, (& præmijs) suam declaret munificentiam, & in recipiendis obsequijs (ac muneribus) nullam præ se ferat cupiditatem. Disce ergo,* QVISNAM *sit, qui gloriam in hac vita & comparet, & habeat; nimirum, non qui in bello vitam transigit; sed quem in pace mors aufert.*

Iuuenem te, Alexander, magnæq; gloriæ cupidum esse animaduerto. Itaq; scire te velim, NIHIL *esse, quo magis * pericliteris de gloria, quàm immodicè illam expetendo & affectando. Homines enim* AMBITIOSI *si voto non potiuntur, ignominiam reportant; & vt maximè voti reddantur compotes, nihilo sunt honoratiores. Crede mihi Alexander* AD VERAM *solidamq; gloriam bene de multis merendo nitendum, non malis artibus contendendum est.* GLORIÆ *quippe per violentiam partæ finis tandem est infamia.*

Me

οὐκ ἐστὶν βασιλεύειν κακῶς, οὐ μᾶλλον ἢ κακῶς ἀγαθὸν εἶναι. *Dio. Chrysost. colloq. Alex. & Diog.*

Nulla vi possunt coire, quæ naturali diuortio dissident. Nazar. paneg.

Gratitudo) mater virtutum omnium reliquarum. Cic. pro Cn. Plancio.

Generosa mens aut non commouetur in iuriis, aut acceptarum vel inulta obliuiscitur. Politiano B. Scala. epist. lib. 5.

Securitati ante quàm vindictæ consulendum. Tacit. annal. 11.

Χαλεπωτάτη ἀδικία ἔχουσα ὅπλα. *Arist. 1. Polit. 2.*

Fax mentis honestæ gloria. Sil. lib. 6.

Ille verè erit magnus, qui fuerit totius ambitionis alienus. Leo. epist. 10.

Nullum theatrum virtuti conscientia maius est. Cic. Tusc. 2.

Adulator vitia cuiusque dealbat. Saresb. 3. 4.

Extrema reliquorum affectuum tunica, gloriæ cupiditas. Simplic. in Epictet. cap. 48.

† *in morte dilargiendo. G.*

Ὁ δ' ὄλβιος, ὃν φᾶμαι κατέχοντ' ἀγαθαί. *Pind. Olymp. 11.*

Bono viro & pecunia leuissima, & existimatio sanctissima est semper. Cic. pro Ros. Comœd.

Quod sit ambitu lucri, causa videtur dispendii. Cass. 4. 32.

Non de patientia ciuium Princeps triumphum, sed de superbia (tyrannorum) agat. Plin. paneg.

Παράνομον ἐφήμερόν τε καὶ εὐδιάλυτον ἐξ ἑαυτοῦ. *Philo de temulent.*

Nihil est in vita magnopere expetendum, nisi laus atque honestas. Cicer. pro Archia.

Præmia bonorum malorumque bonos ac malos faciunt. Plin. paneg.

Qui veram gloriam adipisci vult, iustitiæ fungatur officiis. Cic. off. 3.

Τιμώμενοι γὰρ τάντες ἥδονται βροτοί. *Trouerb.*

Sequi gloria, non appeti debet. Plin. 1. ep. 8.

* *in gloriæ curriculo impediaris. G.*

Multis optata consecutis sæpenumero exitio turpitudinique fuerunt. Sylu. hist. Boh. 66.

Gloria frequenter nocuit immoderatius appetita; semper autem vsurpata. Ambr. off. 2.

Me quidem tui miseret, Alexander, cùm video te carere iusticia, quia tyrannidem amas; video te carêre pace, quia bello gaudes: video te non esse diuitem, quoniam mundum reddidisti pauperem; video te carere quiete, quoniam laborem (turbasque) sectaris; video te gloriam non habere, quoniam infamiæ viâ ad eam grassaris; video te amicis destitui, quoniam illos tibi reddidisti hostes: Denique video te non vlcisci hostes; quoniam ipse in te carnificis, quod illi exoptant, occupas ministerium. Quod cùm ità sit; VT QVID in vita manes, ijs destitutus bonis, propter quæ exoptanda vita est? Etenim QVI SINE commodo suo, & cum detrimento vitam ducit alieno; dignus est, qui capitis
126 *condemnatus vita priuetur. NIHIL enim est, quod citiùs euertat ciuitatem, quàm viros in ea (perferri ac) tolerari inutiles.*

Vt igitur vera loquar, à quibus admodum pauperes estis Principes (ac dynastæ,) ideò terrarum imperium abs te affectari credo, ne quem in mundo dominum agnoscas; teque simul vita spoliare tam multos cupere, vt immortalem illorum morte famam consequare. SI Principes bellatores & crudeles, qualis ipse es, eorum, quos occidunt, vitæ hæredes essent, ad prorogandum scilicet vitæ suæ spacium, quemadmodum facultatum accessione suas collocupletant domos; etiamsi iustum non esset, foret tamen bellum tolerabile. Sed QVID prodest hodie seruum vita priuari, si in crastinum domino (herove) capitis diem mors dicat? NIMIETATI nimirum amentiæ tribuendum; Alexander, aut prudentiæ defectui, velle aliquem diu imperare, cùm breue (& vix diurnum) habeat viuendi spacium. Homines arrogantes & ambitiosos, qui opera sua non dierum, quibus victuri sunt, paucitate; sed cogitationum, quas de imperio concipiunt, amplitudine metiuntur; & vita laboriosa manet & mors periculosa: cuius remedium est, vt VIR SAPIENS & cordatus, si non consequitur, quod vult; eo sit contentus, quod potest.

Scire te velim, Alexander, non esse homines perfectos, qui multa vident, multa audiunt, multa cognoscunt, multa possident, multum possunt, multis imperant; Sed (qui voluntati parent nutuiq; Deorum. Omninò) eum PERFECTVM esse affirmo, qui, quod habet, iudicio non meretur proprio; & multo amplius eo, quod habet, iudicio meretur alieno. Nos INDIGNVM censemus gloria, qui se illa dignum autumat; atq; idcirco mereris Alexander, qui mancipium sis omnium, quòd te dominium mereri in omnes cogitas. Ita me dij ament immortales! vt nescio, cur tibi

Σκοπέειν χρὴ πάντος χρήματος τὴν τελευτὴν, κῆ ἀποβήσεται. *Herodot. lib. 1.*

Vt hominibus Reges, ita Regibus dominandi desideria dominantur. Sidon. 2. ep. 13.

Quies populi præconium regnantium. Cassiod. 4. ep. 29.

Exercent rabidam truculenta insomnia mentem Sil. lib. 1.

Si quis est reip. infelix, felix esse non potest. Cic. Philip 2.

Qui sciunt, quæ in vita fieri dicique conuenit, eos in vita manere æquum est. Ælia. lib. 11.

οὐδὲν ἐστιν ὄφελος πόλεως, ἥτης μὴ νεῦρα ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας ἔχει. *Demosth. de fals. legat.*

Regium est ita viuere, vt non modo homini nemini, sed ne cupiditati quidem vlli seruias. Cic pro P. Syl.

Virtutis fructum sapiens in conscientia ponit; minùs perfectus in gloria. Macrob. 2. som. 10.

Cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior. Tac annal. 15.

Κακὸν, διδάσκειν τὴν ψυχὴν πλέον τι δίζεσθαι αἰεὶ ἔχειν τοῦ παρεόντος. *Herodot. lib. 7.*

Non est breuis vita caducis laboribus fatiganda. Plin. 9. ep. 3.

Τοὺς σώφρονας Θεοὶ φιλοῦσι, καὶ στυγοῦσι τοὺς κακοῦς. *Sophocl. Aiac*

Cupias, quodcunque necesse est. Lucan. lib. 4.

Nihil est, quod credere de se non possit, cùm laudatur diis æqua potestas. Iuuena. 4.

Mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ. Cic. pro Rabir.

In præstantibus rebus magna sunt ea, quæ sunt optimis proxima. Idem in oratore.

Hic est probatæ conscientiæ gratissimus fructus, vt quamuis summa potuerit adipisci; iudicetur tamen ab omnibus plus mereri. Cass. 1. ep. 4.

Ea demum vera felicitas, felicitate dignũ videri. Plin. paneg.

Citò ignominia fit, superbi gloria. Mim.

Contentus conscientiæ præmio gloriam non requirit. Macrob. 2. Somn. 10.

Desipientis est, ab his laudem sperare, quę veniam rectiùs merentur, quàm gloriam, si tamen moderationis bono fuerint temperata. Saresb. 8. 11.

† *Cur euertendi & occidendi illius voluntatem susceperis, quò mundi totius imperium tibi parares & vendicares.G.*

Νηὺς ὀλίγη, βαιός τε πόρος, καὶ κέρδος ἐλαφρόν. *Nazian.in poem.*

displicuerit, amicum esse & beneficiarium Darij; vt nescio, † *quid inde emolumenti capias, quòd dominatum mundi expetis. Longè enim reuera* POTIOR *est seruitus in pace, quàm dominatio in bello: & si quis ijs, quæ dixi, contradixerit; eum (veritatis) gustum perdidisse (& malè sanum esse) aio.*

CAPVT XXXIV.

Sapiens Garamantum suum prosecutus institutum, non posse vitæ perpetuitatem diuitiarum copia parari ostendit: (Septem item leges barbarorum recitat, & regna, quæ Principes habent vel comparant, finita; curas verò, quas sibi accersunt, infinitas esse affirmat.)



ON inficias ibis Alexander, rectiùs te valuisse, dum Rex esses Macedoniæ, quàm nunc, dum terræ vniuersæ dominus es. LABORES *enim immoderati homines minimè sibi constare patiuntur. Non negabis Alexander, quò plura adipisceris & habes, eò magis adipiscendi habendiq; libidinem augeri:* ANIMVS *enim cupiditatum flammis (accensus &) ardens, non (sarmentis) aut lignis opum obruendus; sed sepulcri terra (opprimendus atq;) suffocandus est.* 127

Non negabis Alexander, tuum, quod sanè multum est, parum; alienum verò, quod exiguum est, magnum tibi videri. HANC *enim dij pœnam animo ambitioso cupidoq; statuerunt, vt neq; paruo neq; magno (quod habet) contentus sit. Non inficiaberis Alexander, si multas parasti pecunias; multos & fideles te perdidisse amicos. Est enim quasi* FATALE *diuitibus, vt ipsorum amemus opes, & oderimus personas.*

Non negabis Alexander, si seriò complicatam animi tui cupidi notionem euoluas, deprehensurum te, quòd citiùs finem habitura sit vita illa delicata, quàm detestanda cupiditas. Nam SI ALTIVS *radices in corde agant vicia; non nisi morte euelli possunt. Non inficiaberis Alexander, cùm plus habeas, quàm cuncti; minùs te illo, quàm quenquam, frui.* PRINCEPS *enim multa habens, vt totus sit in illis conseruandis occupatus necesse, est. At* QVI *pauca habet, multò, quo illis fruatur, abundat tempore. Non ibis inficias Alexander, quidquid sanè lucrifacias, ex eo, cùm dominus sis, nihil nisi nomen te auferre: at reliquos, cùm tui sint (subditi &) beneficiarij, fructum omnem percipere.* ANIMIS *enim cupiditatis veneno infectis lucrari*

Ocium sanctum quærit caritas veritatis; negocium iustum suscipit necessitas caritatis. August. 19. ciu. 19.

Rex es; tam times, quàm timeris; & quamlibet sis multo comitatu stipatus; ad periculum tamen solus es. Minut. pag. 399.

L' homme qui tousiours demande, Quand il feroir vn dieu, est mal-heu reux autant, Que tousiours il de sire & n' est iamais contant. Ronsard. 8. 210.

Principatus incommoda:

Arduum & subiectum fortunæ cuncta regendi onus. Tacit. annal. 1.

1. *Valetudinis damna.*

Diadema nobili magis, quàm felix pannus. Val. Max. 7. c. 2.

Natura mortalium auida imperii, & præceps ad explendam animi cupiditatem. Sall. Catil.

2. *Habendi plura libido.*

Foco per foco non mai si spense. Petrar. 5. 40.

Il vaut mieux se contenter dusien, que d' estre ambitieux sur les sceptres d' autruy. Ronsar. 8. 210.

3. *Animus suo non contentus.*

Semper inops, quicunque cupit. Claud. Ruf 1

Locupletem facit non multa possidere, sed modica desiderare Val Max. 4. 3.

4. *Amicorum alienatio.*

Quos viceris, amicos tibi esse caue credas. Curt. 7.

5. *Cupiditates insatiabiles.*

Cic. de fin 1.

Ἐγ' χρονίζον ἦθος, φύσεως κρατεῖ τερόν ἐστι. *Philo. Stob.* 453

Difficile est Principem regredi ad melius, si fuerit viciis implicatus. Isidor. de prælat.

6. *Curæ perpetuæ.*

Omne quod supereminet, plus mœrorib' afficitur, quã honorib. gaudet Greg. moral.

Magnitudinem potentiæ occupationes multæ & magnas diuitias impensæ ingentes necessatio sequuntur Dio. lib. 52.

7. *Rarus ex opibus fructus.*

Auaritia ieiuna fruendi vsu, sola visionis imagine pascitur. Fulgent. Mythol. lib. 3.

Alfonsus turpe esse dicebat, eum aliis imperare, qui sibimet dominari nesciret. Panorm. 2.

lucrari quidem & colligere delectationi; at erogare & frui partis morti est.

Postremò non negabis Alexander, quod tam diuturna acquisiuisti expeditione, parùm; & quod de tua perdidisti sapientia & tranquillitate, multum esse. Regna enim quæ (acquisiuisti &) subegisti, numero pauca; at solicitudines, quibus cor tuum obruisti, innumeræ sunt. Omnino velim sic tibi persuadeas, PAVPERIORES esse vos dominos opulentos, quàm clientes tenuissimos. NON enim ditior est, qui plus habet, quàm meretur; sed qui illo etiam, quod habet, minus cupit. Itaque nihil omninò vos Principes habetis: Nam etsi pecunijs referti estis; bonis tamen vacui estis desiderijs.

Age calculum ponamus, Alexander, & quis sit expeditionis tuæ finis, videamus. Aut homo es, aut DEVS. Si quis es deorum; fac, vt simus immortales, idq; vbi feceris, & nos & nostra habeto: VITÆ enim perpetuitas nullis potest diuitijs emi. Sic tibi persuadeas, Alexander, ideò nos bello tibi faciendo supersedere, quoniam & tibi & nobis propinquum imminere vitæ finem videmus. Quid enim aliud, quàm STVLTITIAM sapit, domi alienæ sedem sibi domiciliumq; collocare?

128

Si numinis alicuius instar vitam nobis Alexander dares perpetuam; de suæ quisque domus defensione laboraret. Sed CVM propediem nos viuere desituros sciamus; parum nostra refert, tibi an alteri nostræ relinquantur reculæ. Si enim AMENTIA est, domi alienæ (perinde ac domi suæ) tabernaculum sibi vitæ statuere: longè maior est vesania, eum, qui vitam amittit, ex fortunarum iactura (molestiam ac) dolorem capere.

Quòd si hominem te, Alexander, non deum esse constat: viuas, per deos te quæso (& obsecro) immortales! vt homo; incedas, vt homo, loquaris, vt homo; pro homine te geras; contentus sis, vt homo; non plus quàm homo velis, expetas, affectes. Futurum enim tandem est, vt tanquam homo moriaris ac sepeliaris, & tumulo conditus breuem tui relinquas memoriam.

Dixi suprà dolori mihi fuisse, quòd te (strenuum) animosum, venustum, & iuuenem viderem: nunc me piget, quòd adeò te video à mundo fascinatum, atq; ita de te statuo, fore scilicet, vt tum deniq; tuum agnoscas morbum, quando nullum iam morbus (daminumq;) admittet remedium. IVVENIS enim superbus antequam ictum sentiat, iam corde venenum hausit.

Vos Græci nos horum montium incolas Barbaros appellatis. Nos verò, mihi crede, linguis barbaros, & factis

Græcos

Cùm multa quęsieris, poterisne omnibus frui? Sen. 2. controu. 1.

8. *Solicitudines innumeræ.*

Fædaq; auaritiæ complexæ pectora matris, Insomnes longo veniunt examine curæ. Claudian. Ruf. 1. 37.

Iustitia requiem habet, iniquitas laborem. Hieron. Ecclesiast.

Magis desideres animæ spacia dilatare, quàm regni. Fulgent. lib. 1. ad Trasim.

Nunquam placidam sceptra quietem, certumve sui tenuêre diem. Sen. Agamemn.

Licèt priuato suis possessionibus paupere, fines vsque & vsque proterminaueris, habiturus es tamen vicinum aliquem. Apulei. lib. 9.

Æterna æternus tribuit, mortalia confert Mortalis; diuina Deus, peritura caducus. Prudent. Cont. Symm. lib. 2.

Imperator quod non habet, non dat: non potest propagare vitam; potest honestare militiam. Minut. pag 398.

Qui præstare id aliis, quod ipse es, valeas, cùm alienum id habeas, & maioris potentiæ commodatum? Arnob. lib. 2.

Nemo nostrum cogitat quandoq; sibi ex domicilio exeundum. Sen. ep. 70.

Non potest munus ab homine dari, quod diuinum est. Opt. lib. 5.

Immortalitatem homo consequi nemo potest. Dio. lib. 53.

Cùm à figulo munitam intraueris vrbem, Sarcophago contentus eris. Iuuen. Sat. 10.

Si homo es; id quod es, semper esse te cogita. Curt. lib. 7.

En sum, quod digitis quinque leuatur onus. Propert. 4. eleg. 12.

Nihil prodest ora concludere, & vitam retinere fugientem, Hieron. Eccles. 8.

Vnum omnibus finem natura vel ferro septis statuit. Sall. de rep. ordin.

Plerunq; non futura, sed transacta perpendimus. Curt. lib. 8.

Sera pœnitentia redundant. Fab. declam. 12.

Dum quærimus æuum, perdimus. Manil. lib. 4.

Inanis gloriæ vicium ortum habet nobilem, suiq; dispendii processum nescit, antequam à fastigio corruat, quod optauit. Sa res. b. 8. 1.

Operum consuetudine facilius ad virtutẽ, quàm doctrina adducimur. Dion. lib. 2.

Græcos esse iuuat, vestri dissimiles, qui linguas sanè Græcorum; at opera habetis barbarorum. NON *enim barbarus est, qui bene agit & malè loquitur; sed qui lingua quidem argutus; vita verò improbus est.*

Quoniam autem cœpi dicere, ne quid præteream, qualis sit & lex & vita nostra exponam. Neque verò magni æstimes, quòd illa me dicentem audias; sed quòd eadem seruari (ac præstari à nobis) videas, magni pendas. ACTIONES *enim virtutis, innumeri sunt, qui deprædicent; eas verò qui (suscipiant &) præstent, paucissimi. Scito Alexander, vitam nobis esse breuem, gentem exiguam, fines angustos, tenues fortunulas, cupidinem sedatum, paucas leges, raras domos, paucos amicos, & super omnia carere nos inimicis.* DECET *enim virum cordatum esse amicum vnius, & nullius inimicum. Simul autem & fraternè, & pacificè, & amanter, & tranquillè nos viuere, & super omnia suâ singulos esse sorte contentos.* POTIOR *enim est quies sepultorum, quàm animi sorte sua non contenti vita.*

Leges nostræ & paucæ sunt, & nostro iudicio bonæ, quæ sex capitibus comprehenduntur: 129

FILII *nostri plures leges, præter eas, quas à parentibus accepimus, non ferunto.* LEGES *enim nouæ laudabiles consuetudines vetustas obliterant.*

Posteri nostri plures deos, quàm duos, quorum alter vitæ, alter mortis curam gerat, ne habento. SATIVS *enim est vnum Deum seriò, quàm per ludibrium multos colere.*

Omnes vno vestiuntor panno, calceos habento vniusmodi, neq; plura quisquam vestimenta, quàm cæteri, gestato. Nam EX VESTIMENTORVM *varietate stultitia nascitur in populis.*

Nulla mulier plures annos viro maritata esto, quàm dum tres filios pepererit. LIBERORVM *enim multitudo auaritiæ in parentibus incentiuum est: quòd si plures vlla filios enixa fuerit; ante ipsius oculos dijs immolantor.*

Vniuersi, viri fœminæq; ante omnia veritatem amplectuntor, & si quis in mendacio deprehendatur, etiamsi cætera viuat inculpatus, quia mendacium dixit, (extemplò) moritor. VNICVS *enim mendax ad perdendum sufficit populum.*

Mulieri vltra quadragesimum, viro vltra quinquagesimum annum viuere nefas esto. Quòd si tum non fuerint mortui; dijs immolantor. MAGNVM *enim viciorum incentiuum, de vita in multos annos proroganda cogitatio.*

No es villano el de la villa, sino el que haze villania. Adag.

Μισῶ πονηρὸν, χρηφὸν ὅταν εἴπῃ λόγον. *Menan. Stob. fol. 56.*

ἔργοις φιλόπονος ἴσθι, μὴ λόγοις μόνον, *Prouerb.*

Tanto priuatis hominibus reges meliores esse par est, quanto honoribus & dignitate antecellunt. Panorm. 4.

Res ante verba sunt. Ambr. 1. Cor. 2.

εἰ νικήσεις, τὰ σφέας ἀπαιρήσεται, τοῖσι ἐστὶ μηδέν. *Herodot. lib. 4.*

Bonus vir nulli implacabilis sit; ipsi nemo placandus. Sen. 2. benef. 29.

Δεῖ μήτ' ἄφιλον εἶναι, μήτ' αὖ πολύφιλον. *Arist. 9. ethic. 10.*

In quocunq; hominum cœtu nec inopia nec diuitiæ sunt, huic iustissimi mores aderunt. Plat. 3. de legib.

Morte mori melius, quàm vitam ducere mortis. Guill. hist. Gall. fol. 183.

Gymnosophistarum leges:

ὀλίγων οἱ ἀγαθοὶ νόμων δέονται. *Theophr. Stob. 398.*

1. *Leges veteres manento.*

οὐδὲν κρεῖσσον, ἢ νόμοι πόλει καλῶς τεθέντες. *Menan. Stob. 454.*

2. *Dij duo coluntor.*

Impietas malum est infinitum, quod semel accensum, nunquam extingui potest. Philo de profug.

3. *Vestitus idem esto.*

Δολερῶν ἀνθρώπων διλερὰ τὰ εἵματα *Herodot. lib. 3.*

Vani est) affectare de vestium discretione superbiam, nitore pompam, squalore iactantiam. Sidon. 9. 9.

4. *Liberorum modus tenetor.*

In duobus furor auaritiæ consistit, quòd immoderatiùs appetit aliena, & sua tenaciùs seruat. Saresb. 7. 16.

Φροντίδες οἱ παῖδες. *Stob. fol. 671.*

5. *Mentiri capitale esto.*

Τὸ ψευδόμενον φαίνεσθαι εὐμισητότατον. *Xenoph. pædi. 3.*

Agnitio veritatis cultusq; virtutis, publica singulorum & omnium, & rationalis naturæ vtilis incolumitas est. Saresb. 3. 1.

6. *Expectata mors pro decore habetor. Curt. lib. 8.*

Idem viuendi & honestè viuendi finis faciendus. Plut an seni ger. resp.

Morte al tempo è non duol, ma refugio; e chi ben può morir, non cerchi indugio. Petrar. Can. 45.

CAPVT XXXV.

Dandam Principibus operam, vt muneris sui finem intelligant; Item cuias fuerit Thales, & de XII. quæstionibus illi propositis, & quid ad singulas responderit.

Scire debet quid petat ille, qui sagittam vult mittere, & tunc dirigere, & moderari manu telum. Sen. ep. 71.

Voluntas vel bona vel noxia non ex officio, sed ex fine rei est cuiusque pensanda. Fulg. ep. 5.

VVlgare & vetus dictum, & ab ethnico Aristotele sæpe repetitum est; OMNIA fieri propter finem aliquem. NVLLVM enim opus, seu bonum seu malum est, cuius non finem spectet is, à quo suscipitur. Si olitorem interroges, qiud spectet tam sedulò plantas rigans, respondebit; vt aliquid ex oleribus pecuniæ colligat. Si fluuium interroges, cur ita rapidus & festinus currat; finem suum esse respondebit, redire in mare, vnde principium habuit. Si arbores interroges, cur flores in vere producant; respondebunt, eo fine, vt in autumno poma afferant.

Opera singulorum ex euentu & proposito colorantur, res quippe decora est, si honesta causa præcesserit. Saresb. 1. 4.

Τινὸς ἕνεκα ἕκαστον. *Aristot. 2. Phys. 2.*

Nihil est, quod sit propter seipsum factum: Sed quicquid omnino fit, ad vsum aliquem fieri necesse est. Lactant. 7. 4.

Τὸ μὴ συντετάχθαι τὸν βίον πρός τι τέλος, ἀφροσύνης πολλῆς σημεῖόν ἐστι, *Arist. 1. Eudem. 2.*

Nemo artes illarum causa sectatur; sed omnes ad eas mouemur ob id, quod sequi exinde cernimus iucundum, vtile, honestum. Polyb. 3.

130 *Si viatorem portus in niue, flumina cum periculo, syluas cum metu transeuntem, & vesperi in æstate, propter æstum, iter ingredientem, æstatisq; calores & hyemis inundationes iter faciendo sustinentem videremus; isq; de itineris fine interrogatus, cuius gratia tam intolerabiles subiret molestias; se finem eius non magis, quàm nos, intelligere, & cur laborem eum sustineret, ignorare responderet: Quid quæso, vir prudens de viatore illo fatuo pronunciaturus esset? An non ex vnico illo responso amentiæ esset eiusmodi hominem condemnaturus? Per enim INFELIX est, qui nullum sperat laboris præmium.*

Est aliquid, quò tendis, & in quod dirigis arcum. Persi. Sat. 3.

Omnia sua quisq; ideò agit, vt consequatur ea, quæ prima sunt secundùm naturam. Plut. aduers. Stoic.

Nusquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum fermè sine impensa opera est. Liu. lib. 5.

Stulta cura est, quæ spem non habet. Fab. declam. 6.

Nihil infelicius, quàm in eo, in quo minimùm proficias, laborare: & quærendi inanis est diligentia, cùm inuenisse non proderit. Saresb. 1. 5.

Vt igitur ad rem veniamus; Si Princeps, qui cùm perinde, vt cæteri homines, & procreatus, & natus, & educatus sit, perinde vt cæteri homines & viuat & moriatur; nihilo tamen secius omnibus imperat hominibus: Eiusmodi, inquam, si interrogatus, cur à Deo dominatum illum accepisset, nihil amplius se scire responderet, quàm natalium iure se illum habere: an non futurum esset, vt ab omnibus regno indignus talis Rex censeretur? NVLLO enim modo administrare iusticiam potest, qui quid sit iusticia, nescit.

Qui pergit, quà non debet, peruenit, quò non vult. Petr. 8. Senil. 2.

Causæ omnibus in reb. primæ sunt, principia vltima. Polyb. 3.

Errant consilia nostra, quando non habent, quò dirigantur. Sen. ep. 71.

πρὸς τὸ τέλος ἅπαντα δέον ἀπαντᾶν. *Aristot. 1 polit. 9.*

Caput est in omni negotio, nosse quidagendum sit. Columel. lib. 1 cap. 11.

ὁ τὸν ἴδιον οἰκονομῶν κακῶς βίον, πῶς οὗτος ἂν σώσειε τοὺς ἔξω τινά. *Euphron. Stob 262.*

Audiant hoc verbum Principes & summates, imisq; reponant sensibus; Quòd nimirum opifex ille æternus, quando Reges dominosque huius seculi constituit facere, NON creauit Principes, vt plus, quàm omnes, vel edant, vel bibant, vel dormiant; neque vt plus, quàm omnes, vel loquantur, vel gaudeant, vel delitijs fruantur; Sed quando vt

ἐκεῖ ἐστὶν ἕκαστος, οὐ μόνον ὁ θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος ἤδη, ὅπου ἂν δύνηται ὠφελεῖν καὶ ἔργον ἀγαθὸν ἐπιδείκνυσθαι. *Themist. gratul. ad Constant.*

Non conuenit esse Principem quàm subditos improbiorem. Xenoph. pædi. 7.

latiùs, quàm omnes, imperarent, præcepit; ea lege præcepit, vt meliores esse omnibus tenerentur. PER *enim* INIQVVM, *& multarum in republica offensionum causa est videre, quanta cum autoritate præpotens aliquis virtute (sapientiaq́) præstantibus imperet; & quanto cum dedecore omnium viciorum sit* * *seruus.* NON VIDEO, *quanam ratione clientem ob (vnicum) delictum multare (aut plectere) patronus audeat; cùm singulas actiones suas mereri animaduersionem (pœnamq́) conspiciat.* MONSTRI *enim simile est, si is, qui planè cœcus est, eum, qui vno tantùm oculo captus est, curare (& regere) velit.*

Cato Censorinus interrogatus, qualem oporteret esse Regem, vt bonus esset, ita vt citra contemtionem & amaretur, & metueretur; BONVM, *inquit, Principem oportet esse similem* † *theriacario; qui si veneno non lædatur, theriacæ emtores facilè inuenit; innuens scilicet* EAM *ab omnibus (animaduersionem ac) pœnam approbari, quæ non à viro vicijs obnoxio statuitur. Nunquam theriacario fides habebitur, nisi theriacæ periculum (palàm) in foro fecerit: Vnde intelligi datur,* NIHIL *aliud esse (in Principe) vitam laudabilem, quàm theriacam præstantissimam ad curandam suam rempubl. Et* QVID ALIVD *est, quàm altera* 131
manu aconitum, quod vitâ priuat, altera theriacam, quæ morti resistit, præferre; lingua virtutes buccinare, & vicijs vires omnes impendere? VT PRINCIPI *perfecta in omnibus præstetur obedientia; quicquid iusserit, ipse exequatur oportet.* AB ACTIONIBVS *enim virtutis nullus Princeps immunis esse vel potest, vel debet. Hoc responsum à Catone Censorino datum, mihi Christiani potiùs, quàm Romani videtur fuisse.*

DEVS *ille incarnatus,* CHRISTVS *ille verus, quando ad nos in terras venire voluit,* XXX. *annos operando tantùm consumsit; duos verò duntaxat annos cum dimidio operando & docendo exegit. Multò enim* MAGIS *animus humanus opere, quod videt, quàm oratione, quam audit, persuadetur. Discant ergo domini ab eo, qui verus est Dominus; discant Principes, vt sciant, quare sint Principes.* NVNQVAM *enim bonus erit nauclerus, qui nunquam procellosum nauigauit mare. Equidem si ex me scire velit Princeps, cur sit Princeps; ideò dicerem,* VT OPTIME *gubernet rempubl. iusticiamq́ omnibus administret; idq́ non verbis terrificis, & mali exempli actionibus, sed verbis blandis, quæ animos alliciant & actionibus honestis, quæ ad imitationem inuitent.* MENS *enim generosa benignè imperantis iussa detrectare nullo modo potest.*

Bestias

Deforme est, quos dignitate præstes, ab iis virtute superari. Val. Max. 3. 2.

Illum honores glorificant, quem commendat & vita. Cass. 6. ep. 11.

* *dominus.*

Quomodo alios obiurgare possunt, ipsi à Lare libertatem loquendi non habentes? Nazi. ep. 51.

Faciliùs subditi opere præstita imitantur, quàm verbis prohibita vitent. Dio. lib 52.

Antè quàm mores aliorum corrigàs, tuos corrige. Lact. lib. 4. c. 23.

Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit Rex. Auson. Idyll. 12.

Quomodo peccata puniet potestas eisdem subiecta criminibus? Saresb. 4. 5.

† *pharmacopœo.*

Tels que furent les Rois, tels furent les subiets: Car les Rois sont tousiours de peuples les objets. Ronsard. 9. 4.

Omnes omnia rectè faciunt, quia Princeps rectè imperat. Dio. lib. 76.

Felice colui, che è più inchinato ad operare, che al parlare: Theatro. pag. 206.

Quò ad altiorem quisque honorum gradum extenditur, magis in exemplum spectantibus patet. Fab. declam. 3.

Vt si quis ei, quem vrgeat fames, venenum ponat cum cibo: & aut abstinere eo quod vitale sit, iubeat: aut moriferum vitali admisceat. Liu lib. 6.

Tum cætera paret Turba libens, seruit propriis cùm legibus autor. Sidon. carm. 5.

Homines malunt exempla, quàm verba; quia loqui facile est, præstare difficile. Lact. 4. 23.

IESVS cœpit facere & docere. Act. cap. 1.

Vtinam tam multi benefacerent, quàm multi loquuntur bene! Lactant. 4. 23.

ὀ ἐσχατος τῶν ὁ λόγος, ὅσον χρηστὸς τρόπος πείθειν δύναται. *Demosth. Stob.* 400.

Non in verbis Philosophia, sed in rebus est. Sen. ep. 16.

ὁ ἔσχατος τῆς ἀδικίας ὅρος τὸ δοκεῖν δίκαιον εἶναι μὴ ὄντα. *Plato apud Basil. de leg. Græc.*

Violentæ actiones vt sint iustissimæ, irritant; mansuetæ placant. Dio. lib. 55.

Persona venustat studium, dum suo insistit officio, & non præripit alienum. Saresb. 1. 4.

Principes Dei administri, ad tutandam hominum salutem. Plut. ad Princip. indoct.

Amari, coli, diligi, maius imperio est. Sym. relat.

Inuiti terrore compelli; volentes præmio prouocari possunt. Apul. lib. 7. asin.

Beſtias domituri ſilueſtres & feroces, cùm centies illis minentur, vix ſemel eas cædunt; & licèt eas alligent; tamen variis contrà demulcent modis, vt beſtiæ ferocitas mansuetudine (leniatur ac) tollatur hominis. Cùm ergo experimento diſcamus, beſtias ſilueſtres (benefactis &) benignitate manſueſieri, multò magis in hominibus ratione præditis illá vtendum eſt, nimirum vt benignitate ad obedientiam prouocentur. NEMO *quippe animo eſt adeò indomito, vt leniter habitus beneficientiâ non miteſcat.*

Officia etiam ferè ſentiunt. Sen. 1. benef. 3.

Nimis lenta vincla ſunt eſcaria; quo magis intendas, tanto aſtringunt arctiùs. Plaut. Menæch. Iuuentus nomen.

Beſtias curæ mitigat, & in amorem ſui vertit. Sen. 1. benef. 3.

Vnico vobis verbo, Principes & megiſtanes, dicam, quid ſit bono Principi & magiſtratui in ſua repub. faciendum. QVICVNQVE *Princeps os veritatis plenum, manus ad benefaciendum patulas, aures mendaciis clauſas, & cor clementiæ apertum habet; & ipſe beatus, & regnum, cui talis contigit, feliciſſimum dici poteſt.* VBI *enim eſt in Principe veritas, beneficentia & clementia; nullus iniuſticiæ & tyrannidi in republica locus relinquitur. Ex aduerſo* QVICVNQVE *Princeps tyrannidem cordi penitus infixam, os mendaciis plenum, manus immanitate cruentas, aures aſſentationibus pronas habet; & ipſe infeliciſſimus eſt, & multò magis populus ipſius ſubditus imperio.* NIHIL *enim loci eſſe poteſt in republica paci & veritati, ſi is qui eam gubernat, aſſentationibus mendaciisq; delectatur.*

Πολλὰ χρείττων ὁ βεβαιότερος ἀρχὴ, ἢ πὶς ὀξυχειρίας, ἀλλὰ μὴ πιμωρεῖσθαι κρείττων βέλτιον ἢ τιμωρῶν. *Dion. lib. 5.*

Rex velit honeſta, nemo non eadem velet. Sen. Thyeſt. 2.

Qui in omni re atq; in omni tempore omni laude vacat, omnium peſſimus deterrimusq; eſt. Macrob. 6. Sat. 7.

Non licet delinquere, qui alios creditur ſub æquitatis regulas continere. Caſſ. 1. ep. 18.

Φιλεῖ τὸ ἀρχόμενον ἐξομοιοῦσθαι τῷ ἄρχοντι. *Nicet. Man. Comn. lib. 3.*

132 *Anno ante Chriſtum incarnatum* CCCCXL. *qui erat annus ab vrbe condita* CCXLIV. *regnante Dario, quarto Perſarum Rege, Bruto & L. Tarquinio Coſſ. floruit in Græcia Thales, philoſophus eximius, princeps è ſeptem Græciæ ſapientibus, quorum celebritas vniuerſa Græciæ regna plurimum illuſtrauit. Magis enim (ſeptem) ſapientibus Græcia, (& reliquis) quos habebat, quàm ducibus Roma, quos alebat, gloriabatur. Magna illis temporibus inter Romanos & Græcos erat contentio, Græcis primatum affectantibus, quòd pluribus abundarent ſapientibus; Romanis eundem ſibi vendicantibus, quòd maiores haberent exercitus (& copias.) Rurſum obiicientibus Græcis, non poſſe leges niſi in Græcia condi; reſpondebant Romani; leges in Græcia quidem condi; ſed non niſi Romæ ſeruari. Iactantibus Græcis, ampliſſimas Græciam ſcholas (& academias) habere, ad erudiendos ſapientes; contrà Romani aſſerebant, auguſta Romæ eſſe templa ad colendos deos.* LONGE *autem pluris eſſe faciendum vnicum cultum diis immortalibus exhibitum, quàm omnia, quæ ad homines redeunt, commoda.*

Thales naſcitur an. 1. Olymp. 35. moritur Olymp. 58.

Laert. lib. 1.

Darius Hyſtaſpis regnat. Olymp. 64. Euſeb.

Nobilis quidam Thebanus interrogatus, quid de Roma ſibi Græciaque videretur; Mihi verò, inquit, nec Romani

Armis Italia non poteſt vinci; nec Græcia diſciplinis. Cic. Herenn. 4.

Ἕλλωες πάντες ἄφρονες εἰσὶ μᾶλλον πάντων σοφίων, μᾶλλον λακεδαιμονίων. *Herodot. melp.*

Leges à Græcis petitæ Olymp. 82. ab V. C. ann. 300. Dion. lib. 10.

Græca literæ ad virtutem doctoribus nihil proſunt. Sall. Iugurt.

Τὸ ἀληθὲς θεῷ μέγιστον καύχημα, καὶ ὃ μόνον ἐλεύθερίας, ἀλλὰ καὶ πλέτε ἐ δεσπότης καὶ πάντων, ὅσα ἐ ἀνθρώπων ἀφ' ἁζεῖ, πμιώτερον. *Philo de Cain.*

Τὰ δὲ θεῷ πρεσβύτερα ποιεῖσθαι χρὴ, ἢ ὦ τ' ἀνδρῶν. *Herod. terp.*

Summum bonum hominis in ſola religione eſt. Lact. 3. 10.

Quod præſumimus, hoc probamus. Leo. epiſt. 90.

Si conscientia erubescit, erubescit & oratio. Tert.

Parcus sapientiæ ab ore manantis fructus est. Nazi. orat. 47.

Sermone pulcro vita sit pulcrior. Sidon. 8. ep. 10.

Thaletis inuenta, & solertia; Diogen. Laert. 1.

Thales naturæ rerum certissimus explorator, & astrorum peritiss. contemplator. Apul. Florid. 4.

Τεκνοτροφίη σφαλερόν. *Democr. Stob.* 671.

* *Ne liberorum mortem expectare cogeretur.*

Ῥᾴδιόν ἐστι πλουτεῖν τοῖς φιλοσόφοις, ἂν βούλονται. ἀλλ' οὐ τοῦτ' ἐστὶ, περὶ ὃ σκυδάζουσιν. *Arist.* 1 *pol.* 11. *Cic.* 1. *diuin.*

ἐστὶ πενία χρῆμα τῷ ὄντι ἱερὸν καὶ ἄσυλον, καὶ οὐδεὶς ἀδικεῖ πένητας οὐδένας ἧττον, ἢ τοὺς τὰ κηρύκεια ἔχοντας. *Dio. Chrysost. orat.* 7.

ὅταν τὸ πολλοῦ ἄξιον μικροῦ ἐξῇ πρίασθαι, τότε δεῖ ὠνεῖσθαι. *Xenoph memor.* 2. *extr.*

Plut. Solon.

† *Qui enim sponte sua à bonis mundi inops est, haud quaquam pauper est dicendus. G.*

Existimatio:

Thaletem in castris Cræsi fuisse ait Herod. lib. 1.

ἡ σοφία πάντων κάλλιστον, ἡ δὲ ἀμαθία πάντων αἴσχιστον. *Plato. Hipp. maio.*

οὐ ζῶσιν οἵτι μὴ συνιέντες σοφόν. *Charm. Stob. orat.* 4.

Quid prodest, verbis inanib. ventilare in scholis virtutis officia, si non actib. & vita solidentur? Saresb. 8. 8.

* *Lib.* 1. *Plut. in conuiu.*

Quædam exercendi tantùm ingenii causa quæruntur: quædam & dum quæruntur, oblectamento sunt, & quæsita vsui. Senec. 6. benef. 1.

DEVS principio extremoq; carens, antiquior æuo, quod fuit, aut veniet. Auson. Ephemer.

Principij vertex percipi nequit, extra principium nihil reperitur. Eli. com. Nazi. orat. 4.

Nihil Deus indignum se fecit. Tertull. aduers. Marcio lib. 1.

Singulorum initium à natura, progressus ab vsu, ab arte perfectio. Saresb. 6. 19.

Omne opus inferius est suo artifice. Tert. aduers. Marci 1.

Cuncta trahit secum vertitque volubile tempus. Gall.

Ἀλλ' ἐκδιδάσκει πάνθ' ὁ γηράσκων χρόνος. *Æschyl. Promet.*

Græcos, nec Græci Romanos videntur antecellere. GRÆCI enim gloriam in linguis, Romani in lanceis collocant; nos verò in omnibus eam virtutis statuimus. VNICA enim actio honesta omnibus Romanorum pilis, omnibusq; Græcorum argutijs potior est.

*Sed vt ad institutum reuertar; Thales primus notasse perhibetur stellas vrsæ minoris, quas nauigantes obseruant; primus annorum partitionem, & Solis Lunæq; magnitudinem reperit; primus animas immortales esse, mundumq; animatum asseruit, & super omnia vxorem ducere noluit: * Siquidem CONIVGIS alendæ & educandorum liberorum curæ, haud mediocriter aciem ingenij in sapientibus obtundunt. Fuit item Thales admodum pauper, & nonnullis ipsius paupertatem irridentibus, (vt omnibus illis se ditiorem esse ostenderet) omnia in annum sequentem conduxit olearia, quòd ex astris cognouisset, magnam olei penuriam (ibi locorum) anno tertio futuram: Vnde omnes necesse fuit ipsum olei comparandi gratiâ adire, quos pro suo tractauit arbitrio: Atque ita æmulis ostendit, propria se sponte diuitias contemnere, & paupertatem amplecti. † NON enim est pauper generosus ille, qui inuitus mundi huius bonis caret.*

Fuit hic philosophus speculi instar inter omnes Græciæ sapientes, & ab omnibus Asiæ Regibus (cultus &) obseruatus, eiusque nomen etiam Romæ fuit celeberrimum, cùm adeò doctrina excelleret, vt ad omnes quæstiones non præmeditatus (ex tempore) responderet, quod ingenij fuit acerrimi, & admiratione profectò dignum. PLERIq; enim mortalium nec discere volunt, nec interrogare aut respondere didicerunt. 133

*Cùm autem (plures &) variæ Thaleti, quemadmodum Diogenes * Laërtius refert, quæstiones fuissent propositæ; responsionibus & sapientiam vberrimam, & memoriam tenacissimam & ingenium acutissimum declarauit.*

Primùm interrogatus, quid esset Deus? DEVS, inquit, est antiquissimum eorum omnium, quæ sunt. DEI quippe nec qui fuerunt, principium viderunt, nec qui futuri sunt, finem videbunt.

Deinde interrogatus, quid esset pulcerrimum? Mundus, inquit. OMNIS enim quantumuis artificiosa pictura ne minimã quidem eius, quod natura fecit, partem assequi potest.

Rursus quærenti, quid esset maximum? Locus, ait; Locus enim, qui omnia capit, necessariò maior est omnibus.

Præterea sciscitanti, quid esset sapientissimum? Nihil, inquit, sapientius tempore. Solum enim TEMPVS & noua inuenit, & præterita renouat.

Adhæc

Adhæc percontanti, quid esset velocissimum? Mens ait. Mens enim neque defatigatur per terram discurrendo, (aut circumeundo) neque periculum subit mare transeundo.

Porro interroganti, quid esset validissimum? Homo, inquit, necessitate oppressus est fortissimus. NECESSITAS *enim intelligentiam acuit imperiti (& rudis,) & vecordem corroborat in discrimine.*

Deinde quærenti, quidnam difficillimum esset? Seipsum, inquit, noscere. NVLLA *quippe in mundo foret contentio, si semetipsum homo nosceret.*

Mox interrogatus, quid suauissimum esset? Eo, respondebat, quod desideraueris, frui. MAGNAM *enim habet præteriti doloris secura recordatio delectationem.*

Quærenti item, † quo pacto aduersæ fortunæ impetus quispiam ferat facillimè? Si inimicos, inquit, aut extinctos, aut malè affectos videat. Reuera enim INIMICI *prosperitas dirus est cordi afflicto gladius.*

*Hinc sciscitanti, quomodo optimè ac iustissimè homines viuerent? Si * quæ in alijs reprehenderent, ipsi non facerent, ait. In hoc enim mortales* PECCANT *vniuersi, quòd consilijs abundant, quæ alijs impertiant, & vnico bono, quo ipsi vtantur, carent.*

Adhæc roganti, quid boni haberet, qui non est auarus?
134 *Eiusmodi, inquit, & liber est à cruciatu auaritiæ, & amicos sibi parat.* AVARVM *enim & cogitationes torquent, † quia non asseruat, & homines persequuntur, * quia non expendit.*

Denique interroganti, Qualem oporteat esse Principem cæterorum gubernatorem? Primùm, inquit, se ipsum, deinde alios regat. FIERI *enim non potest, vt † recta sit vmbra, si gnomon, qui vmbram proijcit, obliquus sit.*

Postremæ huius responsionis gratia libuit omnes referre quæstiones, vt videant Principes & summates, singulos ipsorum esse quasi gnomonem iustitiæ, & nihil aliud esse Rempublicam, quàm vmbram ab illo gnomone proiectam, quem rectissimum esse oportet, & opus est. Mox enim EX VMBRA *Reipublicæ deprehenditur, si iustitia aut vita magistratus * intorta est.*

Vt igitur omnia, quæ hactenus dicta sunt, concludamus, si quis me Princeps interroget, cur sit Princeps; vno illi verbo respondeo in hanc sententiam: IS QVI PRINCEPS *verus est, Principem te constituit huius mundi, vt sis extirpator hæreticorum, pater pupillorum, amicus sapientum, osor maliciosorum, castigator tyrannorum; remunerator bonorum, flagellum malorum, patronus &*

Quò non possum corpore, mente feror. Ouid. Heroid. 174. Macrob. lib. 1. Sat. 10.

Sola ex his, quæ nobis insunt, mens omnium ocyssima etiam tempus ipsum, quo ista fieri videntur, præcurrit. Philo. deter. bon. insidi.

Humanæ imbecillitatis efficacissimum duramentum est necessitas. Valer. Maxim. 2. 2.

Necessitas moderamen non diligit. Cassiod 4. 13.

Difficillimum nosmet ipsos noscere. Cic. 1. de legib extr.

Ne te quæsiueris extra. Persius Sat. 1.

Cuncta, quæ humanis sensibus blandiuntur, nequeunt adferre fastidium. Symm. 2. ep. 56.

Cic. 5. ep. 12.

Γέλως ἥδιστος εἰς ἐχθροὺς γελᾶν. *Sophocl. Aia. flagel.*

† qua in re acquiesceret is, cui forent inimici?

Felix iacet, quicunque quos odit, premit. Sen. Herc. Oete. 2.

Faciliùs aliis, quæ recta sunt, consulere, quàm ipsi ea agere possumus. Dio. lib. 46.

** eodem quod aliis darent, consilio ipsi vterentur.*

οὐκ ἐθέλω πλουτεῖν, οὐκ εὔχομαι. ἀλλὰ μοι εἴη ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδὲν ἔχοντι κακόν. *Theogn.*

† vt asseruet. G.

** vt ad expendendum inducatur. G.*

Rex eris, aiunt, si rectè facies. Horat. 1. ep 1.

† rectus sit gnomon, qui vmbram obliquam iacit. G.

Tunc omnia iure tenebis, cum poteris rex esse tui. Claud. 4. Coss. Hon. 261.

Princeps cæteris specimen esto. Cic. de leg. 3.

Νομίζω, ὑποῖοί τινες οἱ προστάται ὦσι, τοιαύτας καὶ τὰς πολιτείας γίγνεσθαι. *Xenoph. de vectigalib.*

Si praua est regula prima, omnia mendose fieri atque obstipa necessum est. Lucret. lib. 4.

** à regula vel perpendiculo discrepat. Plin. 36. 10.*

Ita recte cuncta gerit Princeps, si primùm sese componat. Plutarch. præcept. polit.

Disciplina imperandi est, amare quod multis expedit. Cassiod 9. ep. 9.

Omnia quæ vindicaueris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Cic. Verrin. 3.

protector) Ecclesiæ, defensor (& amantissimus) Reipublicæ, & super omnia, vt merus sis executor iustitiæ, à domo & persona tua initium faciens.

Nam OMNIBVS in rebus tolerari potest, vt potior sit conditio Principis, præterquam in sola iustitia, quam prorsus æqualem esse inter Principem & Rempublicam oportet (& opus est.)

CAPVT XXXVI.

Quis fuerit Plutarchus, summus Philosophus; quæ verba dixerit ad Traianum Imperatorem, & quòd bonus Princeps sit caput Reipublicæ, (quo valente sana est Respublica. Leges item quinque Rhodiorum de pœnis improborum, & quòd sub Rege iusto longè melius sit viuere, quàm sub lege iusta.)

IN aula Imperatoris Traiani floruit Plutarchus philosophus (celeberrimus,) vir tum vita integerrimus, tum scientijs eruditissimus, tum magnæ apud Romanos autoritatis. Nam Traianus laudi sibi ducebat, multos habere in comitatu suo sapientes & eruditos, & quacunque incederet, magnifica excitare ædificia. Hic est autor libri, qui dicitur Plutarchi Parallela, id est, illustrium Græcorum & Romanorum vitæ.

Præter cæteros autem librum (quo pacto se Reges gerere debeant) scripsit, cui titulum fecit, Doctrinæ Principum, eumq; Traiano Imperatori inscripsit; quo in opere veram animi nobilitatem, singularem Reip. amorem, eloquentiæ flumen, sapientiæque lumen demonstrat. Fuit enim tum in scribendo elegantissimus, tum in dicendo suauissimus. Inter alia verò, quæ notatu (& consideratu) dignissima scripsit, in eo libro sententiæ nonnullæ fuerunt consignatæ, quas aureis descriptas literis esse oportebat, quando sic dicit: 135

Scito Imperator Traiane, Domine, te & imperium tuum nihil esse aliud, quàm corpus mysticum, ad corporis viui verique modum. Ea quippe requiritur vtrinque concinni-

Libentius (Princeps) communi iuri cedat, quàm potestati suæ faueat. Symm. 5. epist. 64.

Qui rectè vtitur regni potestate, formam iustitiæ factis magis, quàm verbis instituit. Isidor. ad prælat.

Μήτε ἔλεον, μήτε συγγνώμην, μήτε χάριν μηδεμίαν περὶ πλείονος χρὴ ποιήσασθαι τῶν νόμων τῶν κειμένων. *Lysias orat. in Alcibiad.*

Saul ab humeris supereminebat vniuersum populum: quare quæso? nisi quia quem oportet præesse aliis, pectore debet & ore proeminere, vt populum valeat protegere, tanquam doctior, sanctior, circumspectior. Saresb. 5. 6.

Τῇ μὲν οὐσίᾳ τοῦ σώματος ἴσος πάντι ἀνθρώπῳ ὁ βασιλεὺς. Τῇ ἐξουσίᾳ δὲ τοῦ ἀξιώματος, ὅμοιος ἐστὶ ἐπὶ πάντων θεῷ. *Agapet.* 21.

Reges regno dantur, non regna Regibus. Sylu. hist. Bohem. cap. 57.

Non sic inflectere sensus humanos edicta valent, vt vita regentis. Claud. Cons. 4. Honor.

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσία. *Eurip. Stob.* 485.

Plutarchus fidelis in sententiis, in verbis luculentus, & in sacrario rerum tantus arbiter, vt facile præceptorem Traiani possis agnoscere. Saresb. prolog. lib. 5. & cap. 1.

Epistolam hanc testem appello, non pergere te in perniciem imperij, autore Plutarcho. Præcept. polit.

Αἰσχρὸν τῶν μὲν σιτίων τὰ βλαφερὰ διωθεῖσθαι. τῶν δὲ μαθημάτων, ἃ τὴν ψυχὴν ἡμῶν τρέφει, μηδένα λόγον ἔχειν. *Basil. de leg. Græc.*

Σοφοῖς ὁμιλῶν καυτὸς ἐκβύσῃ σοφός. *Prouerb.*

Ὁ τοῖς ἀγαθοῖς συνδιάγων, ἢ μίμησιν τῶν καλῶν ἐκδιδάσκεται, ἢ μείωσιν τῶν κακῶν ἐκπαιδεύεται. *Agapet.* 21.

Αἱ καλαὶ τῶν διδασκάλων παραινέσεις καὶ προτρέψεις, θεάτην ἔχουσι τὸν αἰῶνα. *Arist. epist. ad Alexandr.*

Vnum est Reip. corpus atque vnius animo regendum. Tacit. 1. annal.

cinnitas, vt & Imperator tales se habere subditos gaudeat, & imperium de tali sibi domino placeat. Vt igitur corpus mysticum, quod est imperium, ad exemplum hominis viui pingamus; CAPVT omnium est Princeps, penes quem imperij summa est. OCVLI, quibus videmus, viri in republica boni sunt, quorum ductum sequimur. AVRES, quæ audiunt, quæ dicimus, sunt subditi, qui imperata faciunt. LINGVA, qua loquimur, sunt eruditione præstantes viri, ex quibus leges & disciplinas audimus. CAPILLI è capite penduli sunt (oppressi &) iniuria affecti, qui opem Regis implorant, MANVS & BRACHIA sunt equites & nobiles, qui hostem reprimunt. PEDES, qui omnia sustinent membra, sunt agricolæ, qui victum omnibus ordinibus subministrant. Ossa dura, quæ carnem fulciunt fragilem, sunt viri sapientes, qui onus sustinent reipublicæ. CORDA, quæ palàm non videmus, sunt familiares intimi, qui in arcano consilium dant Senatu. Denique COLLVM, quo capiti corpus cohæret, est amor Regis & regni, ex quibus constat Respublica.

Hæc Plutarchus ille magnus ad Traianum dixit. Ac sanè telæ illius & stamen (vt ita loquar) & trama ingenij arguunt acumen. TRIA quippe caput habet propria, quæ Reipublicæ præsidi examussim quadrant. Primum, SICVT in corpore caput omnibus reliquis membris celsius est; Sic Principis amplior est, quàm omnium reliquorum ordinum autoritas. SOLVS enim Princeps imperandi potestatem habet; reliqui ad parendum obligati sunt. Ac licet multi in Republica genere, opibus & virtute præstent; semper tamen dominum ipsum superiorem agnoscunt. Nam PRINCIPES generosi seruitutibus quidem multos quotidie liberant; fidem autem clientelarem nulli vnquam remittunt. (Quamobrem) QVI potentia & autoritate in regno pollent, eo loco se haberi, quo pinnæ in arce habentur, contenti sint, quæ antemurali altiores & speculis humiliores sunt. (Si quam enim habent in plebem autoritatem vel potestatem; Principi debent, qui in vniuersos eam habet.) VIRVM enim cordatum & honorati ordinis, non Principem speculæ instar eminentem; sed antemurale vallumq́ꝫ, quæ fex est plebis, respicere decet. Vnum dicam, quam illud in partem accipiatur, parui pendens; NON aliud esse, si proceres tum Regi, tum Reipublicæ imperare velint, quàm si brachia manusq́ꝫ supra caput semper extollantur.

Cùm multa & audiuerim, & legerim, & seculo meo
136 *sim expertus; quotquot venturis erunt seculis, moneo & obtestor, si frui suis cupiunt opibus; si vitam agere securam*

Σώματος καὶ μελῶν δίκην ἀλλήλοις ἐσμὲν συνδεδεμένοι. *Chrys. homil.* 10. *de pœnis.*

Necesse est lætari reliqua, si mundi caput gaudeat. Cass. 9. Epist. 17.

Regalis pars animi, ratione pollens, verticem hominis, velut arcem & regiam insedit. Apulei. Apol. 1.

Tandem sentietis caput imperare, non pedes. Spartian. Seuer.

Deus opifex omnes sensus in capite, hoc est, circa sedem rationis locauit. Macrob 7. Sat. 14.

Nunquam imperii corpus coire potest, nisi vnius præsidis nutu, quasi anima & mente regatur. Flor. 4. 3.

Afflictus populus quasi Principis podagram arguit & conuincit. Saresb. 6. 20.

Ὀφθαλμοὺς πολλοὺς οἱ μόναρχοι ποιοῦσιν αὐτῶν, καὶ ὦτα, καὶ χεῖρας, καὶ πόδας. *Aristot.* 3. *Polit.* 16.

Bona malaq́; Principis ad subditos pertinent. Tacit. annal. 4.

Τοῦ σώματος κἂν ὁ ποὺς δέξηται τραῦμα, τὴν κεφαλὴν ἐπικύπτουσαν ὁρῶμεν. *Chrysost. homil.* 10. *de pœnit.*

Princeps capiti comparatus. Vide Saresb. lib. 5. *cap.* 2.

Totus homo in capite vultuq́ue est: Nam prudentia sensusq́; omnes non aliàs, quàm in illa parte corporis continentur. Apul. de dogm. Plat.

1. *Quia caput membrorum summum.*

Caput est membrum corporis diuinissimum reliquorum membrorum princeps, cui totum corpus connexum dii subesse & parere iusserant. Plat. Timæ.

In summo caput est collocatum, in quo esset regimen totius animantis. Lactant. de opif. 5.

Deus mentem alta capitis fundauit in arce, Mandatricem operum, prospecturamque labori. Claud. 4. Cos. Hon. 235.

Hæc est partium natura, vt vnum corpus diuersa componant. Boet. 3. pros. 10. consol.

Malè imperatur, cùm regit vulgus duces. Sen. Octau. 2.

Nullum habile membrum est, si corpori par est Sen 7. controu. procem.

Infantes sinistras capitibus impositas habentes nati, significant inferioris gradus homines cõtra nobiles insurrecturos. Dio. l. 42.

Non multum fiduciæ in corona ponendum, cum supra caput calceos cernas. Plut. præcept. polit.

2 *Quia vt caput vnicum; ita vnius dominatio optima.*

Πολυαρχία μητὴρ ἀναρχίας ἐστί. *Nicet. Alex. Manuel. Comn. F.*

Fruſtra proceres Princeps, plebe neglecta, vt defectum corpore caput, nutatu rumque inſtabili pondere, tuetur. Plin. paneg.

Sine membris aliquibus viui poteſt; ſine capite nullo modo. Lact. 6. 9.

Deus ſcit, quid faciat, nec retractandum eſt eius iudicium. Ambroſ. Rom. 9.

Eſt primum omnium, vt princeps ſe totum metiatur, & in toto corpore Reipubl. cuius vice fungatur, diligenter aduertat. Saresb. 5. 2.

Libertatis genus eſt ſeruire rectori. Caſſ. 5. ep. 16.

Compages imperii conuelli ſine exitio conuellentium non poteſt. Tacit. hiſtor. 4.

Principis poteſtas, ita à DEO eſt, vt ea vtatur per ſuppoſitam manum, in omnibus doctrinam faciens clementiæ aut iuſtitiæ ſuæ. Saresb. 4. 1.

† *radius.*

* *decempeda menſurari. G.*

Rebelles manus à corporibus ſuis diſtractæ, cæteris, ne idem committere auderent, documento fuerunt. Val. Max. 2 2.

Rex paleatus ſubditis chalybeis validior. Adag.

Eſt Princeps magni maxima cura dei. Sidon. carm. 13.

Æquum atq; iniquum Regis imperium feras. Sen. Med. 2.

Omne facinus autores ſolos inſequitur. Caſſiod. 2 ep. 11.

Non facile eſt pacatam degere vitam, Qui violat factis communia fœdera pacis. Lucret. 5.

3. *Quia caput vitæ principium.*

Quicquid leue, tendit in altum; In medium grauiora ruunt. Claudian. 1. rapt. 252.

In altitudinem cuncta gignentium natura fert. Sal. Iugurth.

Conſixos eſſe in vtero pueros Varro dicit, capite infimo nixos, ſurſum pedibus elatu, non vt hominis naturæ eſt, ſed vt arboris. Gell. 16. 16.

† *Scalig. exer.* 140. 2.

Deus ſolam in terris cœleſtem plantam fecit hominem, vt alimenta cœlitus incorruptibilia quærat. Philo. det. pei. inſid.

Et ſurſum nitidæ fruges arbuſtaq; creſcunt. Lucret. 2.

Nullus iam delinquendi vel pudor eſt, & ſic peccatur, quaſi magis pro ipſis peccatis placeatur. Cypr. tractat. 1. contra Demetr.

ram expetunt; ſi immunes eſſe volunt à tyrannide, & pacificè viuere in Republica exoptant; ne patiantur, vt plures, quàm vnus Rex, regno & principatui alicui imperent. Eſt enim REGVLA *generalis, ſi multi in Republica imperent, & huic & illis certum tandem immmere interitum. Experientia magiſtra diſcimus, nos à natura ex multis neruis, oſſibus, carnibus, digitis, dentibus eſſe compoſitos, & ex ijs omnibus vnum corpus conſtitui, eiusq; corporis vnicum duntaxat eſſe caput: Ita & Reſpublica ex multis quidem componitur ordinibus; ſed ab vnico tamen regenda eſt Principe. Si in manu eſſet hominum Principes conſtituere; etiam abdicandi illos poteſtatem haberent. Sed cùm vero verius ſit illos à Deo conſtitui; me quidem iudice, nemo illos abrogare nec poteſt, nec debet, niſi* DEVS. *QVÆ enim diuini † modus iudicij metitur, humani arbitrij neſas eſt * æquari hoſtorio.*

Haud ſcio, quanam mediocres ambitione, minores inuidia, maiores ſuperbia ſtimulentur, vt imperare velint, & parêre nolint! cùm conſtet, in hoc (myſtico) Reipublicæ corpore, qui plurimum valet, tantundem valere, ac digitum à manu auulſum, vel vnguem aridum à pede reſectum, vel capillum à capite auulſum. VIVAT ergo pacificè quiſque in ſua Republica, debitamq; Principi præſtet obedientiam; quod qui non fecerit, aut contradixerit, futurum ſciat, vt quemadmodum ab ipſo orta culpa eſt, ita in ipſum pœna redundet. Vetus enim dictum eſt: QVI *lanceam contra Principem ſuſtulerit, eius caput ad pedes ipſius pönatur.*

Præterea Rex capiti (rectè) comparatur, quia CAPVT *vitæ humanæ principium (& origo) eſt. Pleraque omnia,* QVÆ *à natura nutriuntur, ſurſum verſus vim ſuam exerunt. Videmus (enim) terram vapores ſurſum emittere; plantas ſurſum creſcere; maria ſurſum fluctus attollere; arbores ſurſum pullulare; ignis impetum alta petere. At ſolus* HOMO *ærumnoſus deorſum creſcit. Caro enim humana, quæ nihil niſi terra eſt, & de terra orta in terra viuit; ad terram, tanquam ſedem ſuam, naturaliter vergit. Rectè dixit Ariſtoteles hominem † eſſe arborem inuerſo plantatam ordine, cuius radix eſt caput, truncus corpus, rami brachia, cortex caro, nodi oſſa, medulla cor, caries malitia, gummi amor, flores verba, fructus præclaræ actiones. Ordo quidem, vbi pedes ſunt, ibi caput eſſe, & vbi caput eſt, ibi pedes eſſe poſcebat. Caput enim radix, pedes rami ſunt. Verùm, ita me Deus amet! vt noſtro principio reſpondemus. Si enim* PRÆPOSTERE *caro plantata eſt; multò magis præpoſterè vita inſtituitur.* 137

Sed

Sed ne ab instituto digrediar longiùs; non minùs, principium suum regi regnum, quam regno Regem debere aio; quod hinc manifestum est, quod REX leges & iura dat, non à regno accipit; quod præmia & congiaria à Rege in regnum, non à regno in Regem conferuntur. BELLVM (item) indicere, inducias inire, pacem facere, remunerari bonos & coercere tyrannos, ad Regis pertinet arbitrium, non regni. Soli enim PRINCIPIS maiestati conuenit statuere & iubere; reipublicæ est, ad illius se authoritatem adiungere & obedire. Vt ædificio magnifico plus damni adfert vnicum fundamenti saxum labefactatum, quam si sexcentæ de tecto cadant tegulæ: Sic MAIOREM meretur vituperationem vnum † læsæ maiestatis crimen, quam centum in ciues commissa delicta. Nam EX minima contumacia plurima vidimus in republica (& pernicioſissima) oriri incommoda. O quantum INTEREST Regis à regno plurimum amari suo! quantum interest regni ab omnibus Regem timeri! NEQVE enim Rex, qui regno suo non est in amoribus, quietus potest viuere; neque regnum, cui timori Rex non est, bene potest gubernari.

Trinacriæ, quæ hodie Sicilia nominatur, Principes peculiare aliquid semper habuerunt. Priscis enim temporibus vel à Regibus, virtute ac fortitudine præstantissimis, vel à tyrannis immanibus & improbis regebatur: (Inter quos) Seueri Imperatoris æuo Siciliæ præfuit Lælius Pius, virtute excellens, magnæq; in toto imperio Romano autoritatis. Sed ad nostrum institutum faciunt leges, quas in eo regno latas (ipsius æuo) legimus.

Si mutuæ exiterint inter æquales iniuriæ; partim puniuntor, partim dissimulantor. VBI enim radices egerunt inimicitiæ, satius est reconciliari voluntates, quam puniri homines.

Si superior ab inferiore fuerit offensus; leuiter offensa illa arguitor, & acriter punitor. SERVI enim contumaciæ & impudentiæ non aliud, quam seueræ animaduersionis, malagma conuenit.

Si quis mandato Principis palàm contradicere ausus fuerit; absque mora capite pœnam luito. INIQVVM enim mandatum reuerenter deprecandum, non poterue contemnendum est.

Conspirationis contra Principem autorem interficere impune cuiuis licitum esto. IVSTISSIME enim proprio priuatur capite, qui multa vult esse in aliena republica capita.

138 *Quæ diximus hactenus, apud Herianum extant lib. IV. de regibus * Rhodiorum, vbi multas & eximias refert*

Sublato capite, corpus sine nomine est: Capite custodito, vita integra, salus tuta est. Ambros. Psal. 118.

οὐκ ἔχει ὁ βασιλεὺς ἐπὶ γῆς τὸν δεσπόμβρον ἀναγκάζειν. *Agapet.* 27.

Omnia membra rectè mouentur, dum sani capitis sequuntur arbitrium. Saresb. 4. 1.

Vis magna populi est: Principis maior tamen. Sen. Octau. 1.

Ita se induit reip. Cæsar, vt induci alterum non possit, sine vtriusque pernicie. Nam vt illi viribus opus est; ita huic capite. Sen. 1. clem. 4.

Gallicæ versiones hic variant.

† *aduersus publicum magistratum.*

Γίνε τοῖς ὑπηκόοις μὲν φοβερὸς, ἀλλὰ τῶν ὑπερεχόντων τῆς ἐξουσίας, μὴ πολεμικὸς. ἀλλὰ τῶν παρεχόντων τῆς δυποιίας. *Apapet.* 48.

Regna custodit metus. Sen. Oedip. 3. *Male* terrore acquiritur veneratio. Plin. paneg.

Id firmissimum longe imperium est, quo obedientes gaudent. Liu. lib. 8.

Leges Siculorum, de pœnis iniuriarum.

Principem decet mitis seueritas, non dissoluta clementia. Plinius paneg.

Disciplinæ interest iniuriam vindicari. Metu enim vltionis omnis iniquitas refrenatur. Tert. adu. Mar. 4.

1. *Inter æquales.*

Ita autoritas aderit potestatis, ne per tumorem cordis seueritas existat immoderationis. Isidor. 3. etym. 42.

Si iniuriæ non sint, haud sæpe auxiliis egeas. Sal. Iugurth.

2. *Inter æquales:*

χρὴ βασιλέα πάντων φθονεῖν, ἵνα φθονῶσιν οἱ κακοῖς; μὴ φθονῶσιν οἱ κακοῖς. *Agapet.* 46.

De exemplo veniunt, quæ cauemus. Sym. relat.

3. *Aduersus Principem.*

In cultu potestatis Dominus venerandus, à quo est institutus. Saresb. 6. 26.

Θεραπεύειν, οὐκ ἐρεθίζειν δεῖ τοὺς ἐξουσίας. *Chrys. Stob.* 11.

4. *Conspirationis.*

Circumretit vis atque iniuria quemque atque vnde exorta est, ad eum plerunque reuertit. Lucr. 5.

Quis nunc prouocatus ad facta maiorum inertissimus; quis ad verba non infantissimus? Sidon. 8. ep. 6.

* *Siculorum. G.*

Ἐγὼ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρείαις, ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν. Alexand. ad Aristotel.

Es impossible que acaezca, que un cuerpo sin cabeza permanezea. Arauean.

Sine capite membra formam tantum membrorum habent; vsum non habent. Lact. 6. 9.

Κρεῖσσον, τοῦ ἐννόμως κρατοῦντος προκινδυνεύειν, ἢ προσρέπειν ἀνδρὶ νεωτεριστῇ, καὶ κατ' ἀλλήλων ἐκπολεμώσαντι τὸ ὁμόγλωπτον. *Nicet. Isaac. Angel.* 1.

Connexio totius corporis vnam sanitatem, vnam pulcritudinem facit. Leo. ep. 84.

Τὸν συνιόντα πάντοτε ἀνθρώποις πονηροῖς, ἢ παθεῖν, ἢ μαθεῖν ἀνάγκη τὸ πονηρόν. *Agapet.* 29.

Subditus de suo superiore semper debet præsumere meliora. Panor. in ca. sicut tertio. de iureiur.

† *amans reipub. sit.*

* *viciosum.*

Si l' Amour fault, la Foy n' est plus cherie; Si foy perit, l' amour s' en va perie. Marot. 1. 383.

Charitas reciproca est, ac dilectionis vicem reddit. Apul. de philos.

στέργετε τοὺς φιλέοντας, ἵν' ἦν φιλέητε, φιλῆσθε. *Mosch.* 40.

Princeps cum ciuibus suis quasi cum liberis parens viuat, hoc tantum cæteris maior quo melior. Plin. paneg.

ἴδιον παντὸς ἀγαθοῦ τὸ ὠφελεῖν. *Greg. Nys. Stob.* 400.

Non vtendum imperio, vbi legibus agi potest. Tacit. annal. 3.

Ὁ ἔρως ἀληθινὸς τεχθείη μὲν ἂν ἴσως καὶ μόνος. αὐξηθείη δ' ἂν οὐδαμῶς μόνος. *Themist. orat. ad Nicomed.*

Sicut nullum grauare cupimus, ita debita nobis perdere non debemus. Cass. 1. ep. 19.

† *liberam & immunem præstat.*

Omnia Rex imperio possidet, singuli dominio. Sen. 7. benef. 5.

ἴδιον βασιλέως προμηθεῖσθαι τῶν ἀρχομένων. *Basil. Stob.* 514.

Qui venerari Principes nescit, in quodlibet facinus procursurum credas. Val. Max. 8. 9.

* *Quod si fiat, nunquam infelix dici poterit; sed tam Rex, quàm regnum felicium sibi nomen iure optimo vendicabunt. G.*

Plinius de cerebro. Hoc est viscerum excelsissimum; hanc habent sensus arcem; hinc culmen altissimum, hic mentis est regimen, lib. 11. *cap.* 37.

leges & consuetudines veterum, non sine magno recentiorum dedecore. Reuera enim illi NON *actionibus solùm præclaris; verùm sententiis etiam grauibus nos antecelluerunt.*

Vt autem ad rem redeamus, summa hominum cura est de tuendo capite, vt manum sibi citiùs detruncari aliquis patiatur, modò ne caput saucietur: Vnde intelligi volo, INCOMMODVM *reipublicæ illatum vulneris instar esse, quod mutilat; obedientiam verò aduersus principem plagam esse, quæ iugulum petit.*

Si quis ex me quæreret, quonam inter se vinculo Principes & respublicæ connectantur; ita (breuissimè) responderem: Ego OMNEM *regni & regis salutem ex hoc pendere aio, vt Rex bonorum consuetudine gaudeat, & nullum sceleratis locum relinquat.* FIERI *enim nullo modo potest, vt † ametur à subditis Princeps, si quod circa se habet sodalitium, * suspectum sit. Præterea* REX *seriò regnum suum diligere, regnum verò non simulatè Regi seruire debet.* SI *enim respublica se à Principe cognoscat diligi; nihil erit tam difficile, quod illius causa non promtissimè faciat.*

TRACTET *item Rex subditos tanquam filios, (proprios) & subditi Regi, perinde ac patri (germano) seruiant (& obtemperent.* (NVLLO *enim pacto vel sustinere bonus pater, vt in discrimine versantes filios videat, vel patri negare obedientiam boni filij possunt. Adhæc* IVSTVM *in mandatis Regem, subditosq; erga Regem in obsequiis fideles esse oportet.* CVM *enim bonum sit sub lege iusta viuere; multò melius est sub Rege iusto degere. Sed &* SVBDITOS *Rex suos contra hostes defendat; hi verò tributa (& subsidia) Regi bona fide soluant.* PRINCEPS *enim, qui rempublicam suam à tyrannis † repurgat, iure facultatum cunctorum dominus est.*

Ad hæc PACEM *(omnibus modis) reipublicæ suæ Rex præstare; regnum verò summâ ipsum obseruantiâ colere debet.* PRINCIPIS *enim contemti (& spreti) nunquam bene parebitur imperio. Postremò* BONI *Regis est vigilare, vt voluptati regno sit; regni verò fidelis peruigilare, vt omnem Regi adimat dolorem (ac molestiam.)* * NON *enim infelix vocandus est Princeps, cui sua fauet & cupit respublica.*

CAPVT XXXVII.

Sicut in capite sunt sensus odorandi & audiendi; Sic Principem qui reipublicæ caput est, & audire debere iniuriâ affectos, ad puniendum 139

niendum improbos, & cognoscere singulos, ad referendā pro meritis gratiam. (Sapientes item Principes oportere promptè audire cunctos, & in ferenda sententia seruare grauitatem.)

CVm Principem caput esse reipublicæ dixerimus; operæ precium est considerare, quòd, sicuti caput sedes est omnium sensuum; sic in Principe instar omnium ordinum esse debet. VIRTVTES enim in multos diffusas, in Principe coniunctas esse par est. (Vt ergo) non est pedum munus videre; sed ingredi: non est manuum officium audire; sed laborare: non est humerorum opus odorari; sed sustentare: (Sic) omnia ista officia non membrorum, qui sunt subditi; sed solius Regis est obire. Non aliud sibi vult, quòd solum caput; non autem cæterorum membrorum vllum, oculis præditum est; quam neminis, nisi Principis; tanquam domini vniuersorum, esse omnes cognoscere: Sicut Iulius Cæsar omnes in suis exercitibus nouerat, & proprijs singulos nominibus compellabat. Itaque etiam atq; etiam HORTOR Principes, qui hæc vel audierint vel legerint, vt visitare & visitari, visu faciles & dictu affabiles omnibus esse gaudeant. QVÆ n. oculis non videmus, diligere ex animo non possumus.

*Deinde notatu dignum, quòd solum caput aures habet; vnde intelligi datur, Regis esse & non alterius audire omnes, portasque præbere ijs, qui negotij quid habent, apertas. NEQVE enim exiguum est reipublicæ bonum, facilem habere apud Principem audientiam. Ælius Spartianus magnopere prædicat Traianum Imperatorem; quòd cùm iam equum conscendisset in bellum iturus, tantùm ad audiendam fœminæ pauperculæ querelam ex equo descenderit, quod magnæ ipsi apud Romanos (ac meritò quidem) laudi fuit. * NISI enim vani essent homines, maiorem Principi gloriam ob vnum iustitiæ opus, quàm ob victoriam prælio partam tribuerent. (Quippe) NON SOLVM iniquum; verùm ipsi etiam laboriosum, & ad vulgum odiosum est, si Princeps perpetuò clausus lateat. VBI enim fores Principes subditis claudunt; ibi viscera subditi dominis non aperiunt.*

O quot & quantarum in republica offensionum caussa est, vnicum verbum à Principibus non prolatum (& negata subditis audientia!) Erat Iulius Cæsar Imperator virtute excellentissimus. At enim ad fastigium iam euectus imperij, adeuntibus † difficiliorem se præbuit, vnde quòd libellum
140 *insidiarum indicem, ab obuio quodam porrectum, nō legisset,*

ὅσον τῇ τύχῃ διαφέρεις, τοσοῦτον καὶ ταῖς ἀρεταῖς, τῶν καλῶν πρωτεύειν σε δεῖ. *Aristot. epist. ad Alexand.*

In capite est animi principale; à cerebro omnes sunt sensus: Censorin. de die nat.

A capite initium capiunt sensus ac nerui. Lact. opif. 5.

Menti sedes in capite est. Macrob. 1. Somn. 14.

Princeps caput est reip. vni subiectus DEO. Plut.

A salute Principis velut filo pendet status terrarum orbis. Ammian. lib. 14.

Totus familiæ Domini ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non veniatur in capite. Leo epist. 87.

1. *Oculorum munus ad Principem accommodatum.*

Oculi est officium, nunciare quæ viderit. Ambros. Psal. 118.

ὥσπερ ὀφθαλμὸς ἐμπέφυκε σώματι, οὕτω βασιλεὺς τῷ κόσμῳ ἐνήρμοσται. *Agap.* 46.

Quod mens in animo est, id oculus in corpore. Philo de mundi opif.

Reges statum regni sui per officia ministrorum diuersa nouere. Minut.

Quantum oculis, animo tam procul ibit amor. Propert. 3. 21.

Populus Romanus aures habetiores, oculos acres atque acutos habet. Cic. pro Cn. Plancio.

2. *Aurium.*

ὑπόκλινον τὸ οὖς σου τῷ δεομένῳ, καὶ ὑποκρίθητι αὐτῷ εἰρηνικά. *Basil. Imp. ad F.* 51.

Grauior semper seruitute putatur contemptus. Pacat. paneg.

Beneuoli Regis oculi incitamenta ad dicendi audaciam. Ælian. lib. 8.

Principi multa ferenda, ne in inuidiam cadat. Panorm. lib. 2.

Dio. lib. 69.

* *Si enim saperent. G.*

Princeps sit in alloquio blandus, in negotio iustus, in imperio moderatus. Iustin. 23. extrem.

Τιμιώτατος ὁ βασιλεὺς, τὸ μὲν ἀνάνθρωπον, ὡς θηριῶδες ἀποστρεφόμενος· τὸ δὲ φιλάνθρωπον, ὡς θεοείκελον ἐνδεικνύμενος. *Agapet.* 20.

Ineluctabilis fatorum vis, cuius fortunam mutare constituit, consilia corrumpit. Vell. lib. 2.

† ἑτέρός τις ἦν παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐπιτηδευθέντα τρόπον αὐτῷ τῆς βασιλείας. *Zosim. lib.* 4.

Sueton. cap. 81. 82. *Dio. lib.* 44.

ἀπρόσιτος ὑπάρχης διὰ τὴν κάτω δυνασείαν: εὐπρόσιτος γενοῦ διὰ τὴν ἄνω ἐξουσίαν. *Basil. Imp. F.* 51.

In omni sermone Princeps affabilem se esse velit. Cic. offic. 1.

Sic est in principibus humilitas glorioſa, quemadmodum in mediocribus odioſa iactantia. Caſſiod. 5. epiſt. 44.

Neminem à congreſſu meo neq; ianitor meus neq; ſomnus arcebat. Cic. pro Plancio.

πολλῶν δωρεῶν κρ λόγος εἰς ὑπερβολῆ, κρ μυρίων ἄλλων πραγμάτων ῥῆμα ἓν εἰς παραψυχὴν ἰσχυρότερον. *Baſil. Imp.*

Primum religioni ſuæ iudex patientiam debet, quæ pars magna iuſtitiæ eſt. Plin. 6. epiſt. 2.

Nunquam Principi expedit, vt ingratus ſit. Symmach. relat.

παραμυθῆ τὸς ἀδυνωμένους εἰ κ μὴ θώρεις, ἀλλ' ἓν τοῖς λόγοις. *Baſil. Imp.*

Breue ſæpe tempus eſt audientiæ; ſed diuturnum iniuriæ. Sidon. 4. ep. 6.

ὁ τοσοῦτον χρημάτων δωρεῶν πρεσβεία, ὡς βασιλέως ῥῆμα ἐπιεικὲς παραμυθήσεται ψυχὴν ἀλγοῦσαν. *Baſil. Imp.*

3. *Olfactus.*

M. Aurelius famæ ſuæ curioſiſſimus requirebat ad verum, quid quisq; de ſe diceret, emendans quæ bene reprehenſa viderentur. Capitolin.

Auram boni floris naribus ducere, non occipitio capillisue ſolemus haurire. Minut. pag. 400.

Principis eſt virtus maxima, noſſe ſuos. Martial. 8. 14.

* *Penè* ſimilis eſt mortuo, qui à ſuo dominante neſcitur. Caſſ. 5. 26.

Vbi malos præmia ſequuntur, haud facile quiſquam gratuito bonus eſt. Sal. orat. Philip. in Senatu.

Omnibus affectibus proſequenda ſunt bona exempla, cum publice proſint. Stat. Sylu. 5. præfat.

Virtutem non poteſt amare neglectus. Caſſ. 5. 26.

*. *Caſtigentur. G.*

Maior eſt in hominibus audacia facinorum impunitate ſecura. Cypr. contr. Demetrian.

μόνῳ ἀδεὲς πρὸς ἁδὲν, ἀδὲ πρὸς ἰδίων ἱκανὸς ἐστι. *Chryſoſt. orat. 3.*

† *conſilium, niſi monitum à philoſophis & ſenioribus profectum. G.*

Τὸ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι τὲς μὲ ἀυλὰ ποιοῦντας, ἄγαν ἐστὶν ἀνέμιτον. *Agap. 39.*

Bonus ſegnior ſit, vbi negligas; vt malus improbior. Sal. Iugurt.

ἄνακτος ἀρετὴ τὸ ἐλεεῖν τὲς δεομένους. *Agap. 51.*

* *temperare.*

tribus & viginti plagis in curia confoſſus eſt. Contra (verò) Marcus Aurelius Imperator omnibus adeò ſe familiarem præbuiſſe legitur, vt cum Monarcha eſſet, & negotia, quæ iam in multos diſtributa ſunt, ab vno ipſo penderent; nunquam tamen vſus ſit domi ſuæ admiſſionum magiſtro, aut cubiculario, nec quenquam, cui negotij foret aliquid, (ſi quod interueniſſet impedimentum) vel vnum diem reiecerit. NIMIS profectò illiberalis Princeps ille, ac penè dixerim amore indignus eſt, qui erga eos, qui multis ipſum plenisque demerentur obſequiis, verborum etiam commodorum parcus eſt. CORDATOS enim Principes in audiendis omnibus promtos, & in definiendis (decernendisq;) negotiis graues eſſe decet. Multi in congreſſum colloquiumque Principum venientes, licet futurum ſciant, vt neque conſilijs ſuis pareatur, neque precibus locus detur; nihilo tamen ſecius audiri optant & inſtant; quos profecto à dominis ſuis decet audiri. ANIMO quippe curis anxio, moleſtiisq; affecto non mediocris contingit, ſi audiatur, leuatio.

Iam verò quæro, cur in ſolo capite ſit olfactus ad odorandum, non in manibus, pedibúsue, aut alia corporis parte! niſi quia PRINCIPIS eſt, tanquam capitis omnium, omnes noſſe, & de vita ſingulorum certiorem reddi. In magnis denſiſq; ſyluis magis odoratu canes ſagaces, quam viſu feras produnt. Hinc intelligitur FIERI non poſſe, vt Princeps, cum ſolus ſit, omnes cognoſcat, omnesq; audiat; ideoque neceſſe eſſe, vt de vita omnium doceatur. NON enim rectè præeſſe Princeps reipublicæ poteſt, niſi exactam habeat omnium eius partium noticiam.

*BONOS cognoſcat Princeps neceſſe eſt, vt eos honore afficiat. MAGNO enim reipublicæ dedecori eſt, neque malos cognoſci, neque bonos honorari. MALOS autem à Principe cognoſci neceſſe eſt, vt * corrigantur. MAGNO enim reipublicæ detrimento eſt, absq; vllo pudore malitiam improborum (clàm &) impunè tolerari. NECESSARIA item eſt Principi ſapientum (& eruditorum) notitia, quorum vtatur conſilio. Veteres enim ROMANI neque appellabant, neque exiſtimabant † ſenatum, niſi ex philoſophis & ſenioribus conſtitutum. Neceſſe eſt Principem cognoſcere, qui ſunt (induſtrii &) docendi alios periti. Nam in aulis Principum Romanorum ſemper fuere tribuni armorum magiſtri, & viri eruditi diſciplinarum (artiumque) profeſſores.*

Opus eſt Principem inopes regni ſui cognoſcere, vt ijs 141
*(opituletur &) ſuccurrat. ITA enim quaſi * circinare Principes rempub. debent, vt neque ſuperſit diuitibus ad*

vitia,

*vicia, neque ad (quotidianas) neceßitates desit pauperibus. Oportet Principem arrogantes ac malitiosos cognoscere, vt humilientur. INVIDIA quippe inopes & fastu diuites breui temporis spacio nobilem solent euertere rempublicam. Necesse est Principem cognoscere pacificos, vt pacati & quieti conseruentur. EST enim boni Principis * plumas euellere (vt ita loquar) seditiosis arrogantiæ, fauorisq; pacificis alas addere. Necesse est Principem bene de se meritos agnoscere, vt dignis eos præmiis afficiat. INGENS enim animo generoso ad fortia facinora calcar est, vel minima remuneratio. Necesse est Principem viros nobiles regni sui cognoscere, vt oblata occasione illorum vtatur ministeriis. VIRVM enim virtute ac nobilitate præstantem reliquis in republica præferri omnibus, æquum est. Postremò necessarium esse affirmo, vt & susurrones Princeps agnoscat, vt nunquam illis credat; & veritatis amatores, vt hos semper diligat. NEMO enim bono Principi æquè (intimus ac) familiaris esse debet, atque vir (sapiens &) verax; nemo æquè (contemtus &) inuisus, (atq; execrabilis,) quàm homo mendax.*

O quàm necessaria est Principi exacta totius regni (rerumque illius) noticia, ne, quod subinde vsu venire solet, circumscribatur! Verum enim verò plerique Principum prorsus in fraudem impelluntur, non aliam ob causam, quàm quòd à viris prudentibus (peritisque) moneri & doceri recusant. MVLTI enim cum Principibus loquuntur, & ea dicunt, quæ ex vsu esse Principum videntur; cum hoc sibi contrà habeant propositum, vt Principibus deceptis, ad suum negotia dirigant emolumentum.

Ælius † Spartianus refert Alexandrum Seuerum, vigesimum quintum Romanorum Imperatorem, virum fuisse virtute præcellentem; & inter cætera commendat in eo, quòd milites suos sic vbique sciuit, vt in cubiculo haberet breues, & numerum, & tempora militantium, & promouendos annotaret. Hinc si quis locus vacaret, hoc vnum ipsi renuntiabatur. Optimus enim Imperator non ambientes muneribus præficiebat, quicunque sanè essent; sed quos ex commentario promouendos cognoscebat.

Mihi quidem dubium non est, sanctè affirmaturos Principes, si in remunerandis peccent meritis, haud quaquam ex destinato se peccare. Veruntamen negare neutiquam poterunt, grauiter se peccare, quòd aut nolint certiores reddi, aut si certiores reddantur, nunquam id
142 *factum satius foret. NVNQVAM enim dabit sanum Principi consilium, qui priuatum in consulendo spectat emolumentum.*

Princeps sit suffragator bonorum, & malorum subiugator. Apule. de philosoph.

Impunitas inflat audaciam. Panegyr. Maximian.

ἀρχόμενον τὸ κακὸν κόπτειν. *Phocyl.*

Καλοὺς ἀμείβου, τοὺς κακοὺς περιφρόνει. *Nazi. Stob.* 402.

* *deprimere & delere sublimes seditiosorum & arrogantium cogitationes. G.*

Fit dulcis mercede labor. Ouid. 6. fast.

De claritate seruientium crescit fama dominorum. Cass. 4. 3.

Τοῖς βασιλεῦσιν ὅσα, πλείω τε καὶ μείζω πράττειν ἀνάγκη; πλειόνων δεῖ καὶ τῶν δυνεργούντων, καὶ μετ' εὐνοίας πλείονος. *Chrysost. orat.* 3.

ἀνὴρ δὲ χρηστὸς χρηστὸν οὐ μισεῖ πότε. *Prouerb.*

La subita credenza è madre dell' errore, madrigna del consiglio, & rouina di ogni bonta. Teatr. 405.

Peßimum genus hominum, qui verba gestant, Sen. Epist. 123.

Princeps ore libero loquentes amet, adulatores odio habeat. Dio. lib. 56.

Aliorum vitam inspiciat, non grauiter inquirat. Idem. lib 52.

ἀποστρέφου τῶν κολάκων τοὺς ἀπατηλοὺς λόγους, ὥσπερ τῶν κοράκων τοὺς ἁρπακτικοὺς τρόπους. *Agapet.* 12.

Quædam homines sibi præstant, aliis imputant. Sen. Senef. 12.

Singuli decipere & decipi possunt: nemo omnes, neminem omnes, fefellerunt. Plin. paneg.

Per maximam amicitiam maxima copia fallendi. Sal. Iugurth.

† *Lampridius.*

Πολλοὶ εὐνοεῖν ὑποκρινόμενοι, μεγάλα τοὺς πιστεύοντας καταβλάπτουσιν. *Agapet.* 56.

Debet de talibus viris esse cura præcipua, qui dare possunt minoribus euidenter exempla. Cass. 1. 23.

Peßimi ciues luce careant dignitatis, Apul. de philosoph.

L' honore dato all' indegno, si cangia in propria rouina. Teatr. 222.

ἐκείνων εἰσὶ τῶν ἀγώνων αἱ μελέται, ὧν περ οἱ στέφανοι. *Basil. de leg. Græc.*

Optimi, quibus sui rector animus; proximi, qui admoniti in viam redeunt. Sen. 5. benef. 25.

La dignita non aggiunge sapienza. Teatr. 263.

οὕτω τὸ τοῦ βασιλέως ἀγλαΐζεται κράτος, ὅταν ἢ παρ' ἑαυτοῦ τὰ δέοντα συνορᾷ, ἢ παρ' ἄλλου εὑρεθέντα μηδαμῶς παρορᾷ. *Agapet.* 57.

OMNE bonum Principum in eo consistit, vt ex prosperis optima, & ex aduersis securissima eligere, & præmia bonis tribuere norint: qua in re POTIVS spectanda sunt Principibus benè meritorum officia, quàm crebræ officiariorum sollicitationes. Alioquin enim beneficij gratia potiùs ad ministrum, cuius interuentu concessum; quàm ad Principem, à quo datum est, redundabit.*

Quæcunque hactenus diximus, eo spectant, vt ostendamus, cùm Princeps omnium sit dominus, æquissimum esse, vt de singulorum statu ac conditione doceatur: quod nisi fiat, à millenis subinde improbis, qui sunt in republica, falletur. Vt igitur concludam, denuò dico, NISI de omnium vita Princeps certior reddatur, fore vt cortex in substantiam, os in medullam, furfur in farinam, scoria in aurum, palea in granum, floces in vinum, fel in mel conuertatur, hoc est, in distribuendis præmijs aut congiarijs, cum ad scopum se collineasse Princeps censebit, toto ab eo cœlo aberrabit.

CAPVT XXXIIX.

De die festo, quem Iano Romani Calendis Ianuariis agebant, & de singulari, qua M. Aurelius Imperator illo die fuit vsus, munificentia.

INter festa celeberrima, à Romanis priscis excogitata, fuit festum Iani, quod primo anni die, calendis scilicet Ianuarij celebrabatur. Nam Hebræi annum à principio Martij inchoabant; Romani verò primo Ianuarij die eundem auspicabantur. Porrò Iani apud Romanos biceps erat imago, vt à quo inciperet, & in quem desineret annus. Eidem in vrbe dicatum erat templum sumptuosissimum, quod templum Pacis appellabatur, vbi religiosissimè colebatur, multaq; ipsi ab vniuersis ciuibus offerebantur sacrificia, vt ab hostibus eos defenderet. NVLLI enim vnquam genti tam felices fuerunt in bello successus, quin pax eidem fuerit vtilior.

Imperatores Romani in bellum ituri, aut ex bello reuersi, primùm omnium ædem Iouis, deinde Vestalium, tum Iani adibant. Erat enim lex Romæ, vt in discessu Imperator ædem vltimò Iouis adiret; in reditu verò Iani templum primum omnium inuiseret. Sciant autem hic curiosi & antiquitatis studiosi, Imperatorum in expeditionem proficiscentium humeris in æde Vestalium iniectum fuisse paludamentum; eorundem in æde Iouis pedem Senatores, & in 143

templo

Egregios inuitant præmia mores. Claudian. Stil. 2.

Τιμὰ τὰ πράγματα κρέσσονα ποιεῖ. *Bion.*

* *virtute merentibus.*

Cuius magna merces, eius magnæ curæ. Ambros.

Nemo in eo, quod daturus es, gratiam suam facere potest, vt non tuam minuat. Sen. 2. benef. 4.

Τότε τὰς πόλεις ἀπόλλυσθαι συμβαίνει, ὅταν μὴ θύνωνται οἱ κρατοῦντες τοὺς φαύλους ἐκ τῶν σπουδαίων διακρίνειν. *Antisth. Stob.* 520.

Qui beneficia recte conferre intendit, pro suo quemq; merito vt tractet, prouideat. Dio. lib. 52.

Nullos auidius Princeps trahat, quàm nihil desiderantes. Symm. 3. 81.

Omnis laborum fructus aufertur, omnis meritorum mensura vacuatur; si tantum quis adsequitur dignitatis, quantum adulationis obtinuit. Leo Pap. epist. 5.

Cui nihil ad augendum fastigium superest, hic vno modo crescere potest, si se ipse submittat, securus magnitudinis suæ. Plin. pan.

Turpissimum fuerit, non posse paucorum iniuriam ferre, qui tot millia hostium tulit. Sabell. 9. 1.

Iano introitus & exitus ædium consecrati. Macrob. 1. *Sat.* 9.

La negligenza de' Prencipi, & la infidelta de' ministri, rouinano gl' imperii. Teatr. 281.

Initium anni diuersum.

Plutarch. quæst. Rom. 19.

Numa Ianum Indicem pacis bellique fecit. Liu. 1.

Ianum viam vobis pandere deorum ad audientiam creditis. Arnob. lib. 2.

Principem in sacrificando Ianum esse voluerunt. Cic. 2. *de nat. deor.*

Chi brama accordo col nemico, non si lasci leuar giamai le armi di mano. Teatr. 344.

Pacem, etiam qui vincere possunt, volunt. Liu. lib. 8.

ἄνδρα οὐ χρεὼν τὸν ἀγαθὸν, πράσσοντα μεγάλα, τοὺς τρόπους μεθιστάναι. *Eurip. Iphig.*

Suet. Aug. cap. 29. *de æde Martis. Rhodig. lib.* 4. 3.

οἱ δοῦλοι τὰς χεῖρας καταφιλοῦσιν. *Arrian.* 1. 19.

Non votis nuncupatis, non paludatis lictoribus præceps in prouinciam abiit. Liu. lib. 41.

templo Iani manum auersam Consules osculatos esse. Nam ab eo tempore, quo immanissimus Sylla tria ciuium millia dexteram ipsi manum osculantium trucidauit, nullius deinceps Imperatoris manus Romani osculati sunt.

Quòd si Imperatores gentiles (in expeditionem alicuius momenti ituri) non exibant vrbe, nisi templa execranda visitassent; neque reduces vrbem ingrediebantur, nisi benedictionem (vt loquimur) priùs à dijs illis abominandis acciperent: Multò magis id faciendum est Principibus Christianis, qui templa sua Deo vero consecrata, diuinisq; dicata officijs (certissimè) norunt. PRINCEPS enim, qui Dei oblitus hominibus sua cœpta committit, quam prosperè suis negotijs sub manibus hominum successurum sit, videbit.

Sed vt institutum prosequar, quo die Iani festum celebrabatur, vicatim Romani feriabantur. Nam festis diebus Martis, Iouis, Iani, Veneris & Berecynthiæ, publica erat tota vrbe festiuitas: At reliquorum deorum, qui multi (admodum) erant, festa regionatim celebrabantur. Sumebant (autem) Romani illo die vestes preciosiores. Erat enim moris, vt ciuis, qui vestimento destitueretur ad cohonestandum festum solenni, aut vrbe illo die abesset, aut domi incluſus lateret.

(Ad hæc lætitiæ publicè priuatimque declarandæ gratia) ponebant illo die multos super ædes lychnos, crebras accendebant ante fores pyras, multas agebant Pantomimi (ad populum oblectandum) comœdias, & ludos histriones. * HOMINVM enim vanorum festa ad refocillanda corpora, quàm ad reformandas mentes aptiora sunt. Peruigilium (quoque) indicebatur in templis. Omnes eo die liberabantur, qui æris alieni causa in neruo erant, dissolutis ex ærario publico debitis; cum aliàs moris esset Romæ, vt ad inopiam redacti patricii publico sumtu alerentur. Mensæ item illo die conuiuis ad ianuas ponebantur, cum maxima epularum abundantia, vt pluris essent, quæ supererant, quàm quæ absumebantur. VANI† quippe homines in eiusmodi festiuitatibus magis, quod disperditur, quam, quo fruuntur, prædicant.

(Ac ne quid deesset, quò minùs omnium rationibus prouideretur) omnes illo die pauperes inuestigabantur, vt in summa rerum omnium copia viuerent. Erat enim LEX veterum, vt nemini fas esset publicè * festum agere, nisi omnibus priùs vici sui pauperibus prospexisset. Putabant enim Romani, si illum diem genialiter agerent, Ianum temporalium deum, ab omni ipsos penuria, liberaturum; Ianum deum esse gratissimum dictitantes, qui

Spes vna salutis Oscula pollutæ fixisse trementia dextræ. Lucan. lib. 2.

Plin. 1. 45. *Lipſ.* 2. *elect.* 6. *Alex.* 5. 3. *Aug.* 3. *ciu.* 27. *Flor.* 3. 21.

Sans la faueur de dieu la force est inutile. Ronsard. 9. 31.

Dei nutu & arbitrio regi & gubernari omnia scimus & credimus. Cypr. 1. ep. 3.

Θεὸς ἠγεῖσθω παντὸς ἔργου καὶ λόγου. *Syneſ. epiſt.* 13.

Næ ille miserabilis, cuius in homine mortali spes omnis innititur. Totum enim eius auxilium cum extincto homine finitur. Minut. pag. 389.

Non in eadem intentione æqualiter retinenda mens est; sed ad iocos reuocanda. Sen. tranq. 15.

Vix quenquam inuenies, qui possit aperto ostio viuere. Sen. ep. 43.

Lycurgus conuiuari omnes publice iussit, ne cuius diuitiæ vel luxuria in occulto essent. Iust. lib. 3.

Oculis ciuium testibus factis luxuriæ modus fiebat. Mac. 3. Sat. 17.

Non si offerisce cosa à Dio, che duri piu, quanto la buona volonta. Teat. 331.

Vestibus intactis Tarpeias itur in arces. Ouid. 1. *Fast.*

Lipſ. 1. *Elect.* 13. *In omnibus vicis statuæ Marii, & ad eos thus & cerei. Cic. offic.* 3.

* *Homines enim vani plerunque immoderati potiùs sunt diebus, quibus Deo seruire debebant, quàm de emendandis vitiis suis solicti. G.*

Inopiæ illustrium virorum publice succurrebatur. Val. Max. 4. 4.

Antiqui solebant inter lusum ac festa tempora virilem in modum tripudiare, non facturi detrimentum, etiamsi ab hostibus suis spectarentur. Sen. tranq. 15.

† *immoderati.*

Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris. Plaut. Aulul. Volui animum.

Resp. ex luxuria conuiuiorum maiora, quam credi potest, detrimenta patitur. Macrob. 3. Sat. 17.

Facundus ager pauperum, cito reddit donantib. fructum, Augustin.

* *epulum dare.*

Thesaurum suum condit in cœlo, qui CHRISTVM pascit in paupere. Leo serm. 1. de collect.

Nihil beneficentia præstantius. Cic. Diuin. 2.

* *Honoris ipsius gratia sumptus largiter facientibus centuplum redderet.* G.

qui * exiguum sibi impensum cumulatissimè remuneraretur. (Itaque) frequentes die Iani festo, non tamen omnium promiscuæ, indicebantur supplicationes: sed seorsim senatores, flamines, Censores, plebeii, matronæ, virgines, Vestales; at omnes legati peregrini cum captiuis supplicatum ibant. Mos autem erat Romæ, vt illo die togam Imperator 144
insigne Imperij indueret, & quotquot è captiuis manu illam poterant tangere, liberabantur, venia facinorosis etiam data, & exulibus remisso exilio. NVNQVAM enim Principes Romani festum vllum celebrabant, quin singulare aliquod clementiæ aut munificentiæ specimen ederent.

Sic eum inferiore viuas, quemadmodum tecum superiorem velles viuere. Senec. ep. 2.

Captiuos victure nouos, absolue vetustos. Sidon. carm. 2. vers. vltimo.

Seueritatem pari iucunditate condire, summæq; grauitati tantum comitatis adiungere, non minus difficile, quam magnum est. Plin. 4. ep. 3.

Elque perdona mas, es mas clemente. Arauc. pag. 315.

Potior omnibus habenda libertas. Flor. 3. 2.

Omnes liberi libentiùs sumus, quàm seruimus. Plaut. Capt. Sc. 2.

Quid virtuti dignum vnquam retribuit calumniosa interpretatio malignorum? Ola. lib. 5. epit.

Ἄπιστον μῶμος ἢ τῶν ἀψάυστων, ἢ ἅπας εἰς τὸ κακόηθες ὀφθαλμὸς. *Nicet. Man. Com.* 2.

Nihil tam sanctum, quod calumnia tentare non audeat. Nicet. Man. Comn. lib. 2.

Imperabat illo tempore Romæ M. Aurelius, formosæ illius Faustinæ maritus, qui quodam die Iano solenni, relicta senatorum pompa, nullo adhibito satellitio, captiuorum sese adiunxit sodalitio, qui & vestem eius facilè tetigerunt, & optatissimam adepti sunt libertatem: Optatissimam, inquam, quandoquidem homo CAPTIVVS parum omnino habet, in quo animus ipsius acquiescat. Sed quia NIHIL fermè quisquam bonorum præclarè agit, cui non mox improbus quispiam obtrectet: illud quoq; factum non minus à malis improbatum, quàm à bonis (probatum atq;) laudatum fuit. NIHIL enim fit tam (præclarè ac) laudabiliter, quin spinæ (vt sic loquar) illud pungant peruersæ alicuius intentionis.

Sub humani iudicii errore superior est plerunque iniqui caussa, quam iusti. Leo. serm. 5. quadrag.

† *Variant interpretes.*

Recta ingenia debilitat verecundia; peruersa confirmat audacia, Plin. 4 ep. 7.

Omnis virtus suis finib. limitatur, & in modo consistit. Saresb. lib. 3. cap. 3.

Crebra cuiusdam rei in vita hac ærumnosa cepi experimenta, quòd videlicet SICVT inter † bonos optimus aliquis eminet; ita inter improbos pessimus quisq; excellit: & quo nihil deterius, NON TANTA ex virtute viro honesto gloria, quanta ex improbitate (nequitiaq;) improbo inest impudentia. Naturaliter enim VIRTVS modestiam, improbitas dissolutionem ingenerat.

In tantum captum cor obliquat inuidia, vt rectum natura non videat. Oros. 4. 6.

Contemtor animus & superbia commune nobilitatis malum. Sallust. Iugurth.

Ægerrime homines tolerant, sibi à suis æqualibus & familiaribus anteiri. Dio. lib. 41.

Gli houmini catti mal pensano, & mal parlano. Teatr. 411.

Chi ha fiel in bocca, non può sputar miele. Adag.

In dulcedinem vertere se amaritudo non potest. Arnob. lib. 6.

Quorum similitudinem desperant, eorundem affectant simultatem. Apul. 1. asin.

Speculum morum agentis oratio. Cass. 5. ep. 22.

Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται. *Prouerb.*

Oratio animi cuiusque imago. Dion. 1,

Hæc eò dico, quòd inter Senatores Romanos quidam erat Fuluius nomine, ob caniciem quidem niue candidior; ob nequitiam verò pice nigrior, vt propter senectam Romæ à multis honoraretur; at propter malitiam in Imperio ab omnibus odio haberetur. Affectarat ille quondam Adriano in imperio succedere (sed voto non respondente euentus,) eamq; ob caussam in æmulatione semper M. Aurelij perseuerauit, eiq; vt inimico vbiq; locorum oblocutus fuit. EX CORDE enim liuido nullum potest prodire verbum placidum. Adeò quippe grauiter ferebat senator ille, M. Aurelium etiamnum iuuenem sibi grandæuo imperium præripuisse, vt nihil vnquam præclari Marcus palam ageret, quod non ille clàm eleuaret & carperet. Ita enim natura comparatum est, vt ANIMVS improbus vel leuissima oblata occasione suam (diuersis locis) prodat malignitatem.

(Itaq;)

(Itaque) *sæpe mecum soleo cogitare, sint ne boni ad obsistendum malo obligatiores, an verò improbi ad contradicendum bono confidentiores! NVLLA enim in terris bestia æquè audax est, atque improbus, vbi semel frontem perfricuit. VTINAM tanta esset bonorum in rebus bonis honestisque consensio & constantia, quanta malorum est in prauis conspiratio & impudentia! VIRTVTIS enim glo-*
145 *ria præstans, ad vnum virtutis actionem non inuenit, cuius in agendo studio iuuetur; ea verò defunctus sexcentos habet, à quibus carpatur. Vtinam cuncti huius libri lectores sententiam hanc diligenter memoriæ mandaretis! nimirum OMNIVM malorum in improbis extremum esse, quòd se homines esse obliti, ratione conculcata, veritati ac virtutis amantibus obluctantur, laxissimasq; vitijs (flagitijsq;) habenas indulgent. CVM enim MALVM sit, esse aliquem malum; longè peius est, non pati, vt sit alius bonus.*

Sic ergo PERSVADEANT sibi Principes & summates, NVNQVAM sibi præclari quippiam agentibus defuturum, qui siniſtrè interpretetur: Cumq; FORTITVDINE ad colendam indigeant virtutem; patientia quoque sese ad perferendam malignorum improbitatem indigere. MOLESTIOR enim est animo generoso (& illustri) inuidentia aliena, quàm (proprius labor ac) sudor de carne manans imbecilli. (Quare) NON expauescant Principes & megistanes, præclaris suis actionibus obtrectari audientes. Omnino enim & HOMINES sunt, & inter homines viuunt, neque miserias hominum possunt subterfugere. Quippe NVLLVS vnquam fuit in terris Princeps tam eximius, quin linguis improborum fuerit flagellatus.

†*DIGNI profectò commiseratione sunt Principes, siue boni sunt, siue mali. Si enim MALI sunt; in bonorum omnium odia; sin BONI; confestim in malorum omnium oculos & voculas incurrunt. Fuit Octauius Imp. & virtute præstantissimus, & æmulorum odijs mirificè obnoxius. Is cùm (à familiaribus) interrogaretur, cur bene de omnibus merendo multorum toleraret calumnias! Ego, inquit, amici, * qui vrbem ab hostibus liberaui, etiam maleuolorum linguæ liberaui, (vt quicquid liberet, loquerentur.) NON enim æquum est, vt saxis de libertate gloriantibus, vinctas (constrictasq;) sese esse linguæ conquerantur. Quibus profectò verbis animi generositatem (prudentiamq;) optimus Imperator satis declarauit, quòd superfluas maleuolorum obtrectationes floccifaceret, vt reuera nihili faciendæ sunt viro virtute præstanti; cùm regula sit generalis: VITIA semper patronos parere, & virtutes semper æmulos nutrire.*

Quos in sua potestate tenet inuidia, sapere non sinit. Dion.l.11.

Doue è il lume, quiui è l'ombra; doue è la felicità, quiui è inuidia. Teatr.4.1.

Minor vis bonis quàm malis inest. Plin. 4. ep.7.

Felix contumelia, cui finis gloria. Sidon. 1. ep.vlt.

Solet amplissima gloria obiecta esse semper inuidiæ. Ammi.17.

Pessima ars premendis superioribus sese extollere, nimis prosperis multorum successus creuit. Liu.lib.22.

Ou rai son fault, Vertu plus n' y abonde. Marot. iudic. Mino. extrem.

Summa flagitiosorum voluptas inquinare honesta. Fa.dec.3.

Omne vitium in actu voluptatem aucupatur aliquam; sola inuidia perpetuo est mœrori dedita. Sabell.9.2.

Infamia intactum, inuidia, qua possunt, vrgent. Liu.lib.38.

Quo non liuor adit? Ouid.fast.3.

Bene sibi conscius, falsis non debet moueri, nec æstimare plus ponderis in alieno esse conuicio, quàm in suo testimonio. Ambr. off.1.

Solet bonis liuor obstrepere. Symm. 9. 92.

Quo plura possis, plura patienter feras. Sen. Troad.2.

Non putanda contumelia, quam patientia firmiter tolerat. Apul.de Philos.

Nulli patientius reprehenduntur, quàm qui maximè laudari merentur. Plin.7. ep. 20.

Nemo est Principum, quem non grauis fama perstringat. Capitol. M.Aurel.

† *Indigent ergo patientia. G.*

In Augusto magis miramur, quos pertulit iocos, quàm quos protulit. Macrob.2. Sat. 4.

Augustus ex libertate ciuium in dicendo maximam cepit voluptatem. Dio.lib.56.

Principem conuenit omni altiorem esse iniuria. Idem lib. 52.

* *Suet. Tiberius tribuit. cap. 28. In ciuitate libera linguam mentemq; liberas esse debere.*

Quid, si vox libera non sit, liberum est? Liu.lib.38.

Contumeliarum patientia ingens instrumentum ad tutelam regni. Sen.3.tr.23.

ἡδὺν μισικώτερον, ἢ δώρασ λοιδορήμδρον φέρειν. *Philem.*

Regum est, non solum benefacere; sed mala etiam patienter audire. Panorm. Alfons.1.

Nullum vitium est sine patrocinio. Sen. ep. 116.

Summa petit liuor. Ouid.1.rem.

Improbi) pariter & ad se tuendos, & ad bonos petendos armati. ex Liu.lib.31.

Bonos semper mali insectantur: Non diu mali boni sunt. Sulpit.sacr.histor.lib.1.

Apollonius Tyaneus precabatur, vt bonos cognosceret, malos vitaret. Alexand. 4. 17.

Est nullus iustis reddere iura labor. Ouid. fast. 1.

Vigilandum est semper, multæ insidiæ sunt bonis. Cic. pro Plancio.

† *Athenienſis.*

Sapienti maius periculum ab inuidia, quàm nauiganti à tempestate, vel prælianti ab hostibus. Apollon.Tyan.

Φασὶν κακίστους οἱ πονηροὶ τοὺς καλούς. *Prouerb.*

Ad reprehendenda aliena facta aut dicta, ardet omnibus animus. Sal. de ordin.rep.

Curiosum genus ad cognoscendam vitam alienam; desidiosum ad corrigendam suam. August.2. dulcil.12.

Difficile est crimen non prodere vultu. Ouid. Met. 2.

Speculum mentis plerunq; in verbis refulget. Ambros.

Fœtens sermo putridæ mentis indicium est. Rhodigin.25.25.

La madre della parola è la lingua, è la parola è noncio dell' animo. Teatr.424.

* *animi.*

† *Iulius Capitolinus.*

Marcus nulli acerbus aut grauis, cunctis benignus & mitis erat. Dio. lib. 70. Herodian. lib. 1.

† *moderatum.*

Iniuriam propulsare fortis viri est, quæ etsi depelli possit, ferre illatam multo fortioris est. Hoc sapientis animi est; illud robusti corporis. Sabell.9.1.

χρὴ τὴν ἄρχοντα καὶ παριδεῖν καὶ παρακοῦσαι τῶν ἁμαρτανομένων. *Plut. in Philop.*

Ars prima regni est, posse te inuidiam pati. Sen.Herc. fur.2.

Si omnes conuiciatores supplicio adficiat Princeps; quibus imperet non habebit. Arrian. lib.3. Epict.4.

Vidua est virtus, quam non patientia firmat. Prudent.Psychom.

Sine patientia aut nullum aut rarum est opus virtutis. Saresb 3. policr.14.

Cedendo victor abibis. Ouid. 2.artis.

Quis non exacerbescat, cum videat sordidari virtutum sinceritatem criminatione vitiorum? Sidon. 7. 9.

* *clementiam & virtutem. G.*

Pacience passa science, & qui ne l'a, n' a pas science. Adag.

Quo rarior moderatio in Regibus, hoc laudanda magis est. Sen.2. de ira.23.

In libro de legibus dicebat Plato, & rectè dicebat, MALOS semper dupliciter malos esse: quòd scilicet arma gerant tum (defensiua) ad tuenda mala propria, tum (offensiua, vt loquuntur) ad lædenda bona aliena. (Itaq;) MVLTVM quidem decet viros virtute conspicuos in quærendis vigilare bonis; at in cauendis malis, eosdem peruigilare oportet. BONVS enim vno digitulo quouis flectere cunctos virtute præditos potest; Vt autem ab vno duntaxat malo sibi caueat; & manibus, & pedibus, & amicis indiget.

(Neque iniuria) Themistocles † Thebanus, NIHIL 146 *sibi ex rebus omnibus maiori dolori esse affirmabat, quàm existimationem suam ex arbitrio pendere alieno. Est enim INDIGNISSIMVM, viri boni & vitam, & famam improbi cuiusdam lingua tanquam circumscribi. SICVT neque in fornace carbones ardentes, quin scintillent; neque fimus in sterquilinio, quin fœteat, esse possunt; sic EX CORDE sano (integroq;) verba scaturiunt amabilia; at ex corde (nequam &) vitiosa verba bulliunt mordacia. Si enim lignis putridis alatur ignis; clarus esse fumus nequit. IN AMORIBVS illicitis non diu refrenari amantis amor potest: At longè minus cordis perturbati affectiones possunt tegi. Nam SVSPIRIA cordis afflicti indices, & verba* viri maligni proditores sunt.*

Autor est (Trebellius) † Pollio lib. I. de Cæsaribus, M. Aurelium Imp. fuisse strenuum in agendo, sapientem in cognoscendo, iustum in iure dicendo, † seuerum in animaduertendo; sed ante omnia prudentissimum in dissimulando; quod singularis erat præstantiæ. TOLERANTIA enim tutissima semper est ad prosperum euentum via. TOLERANTIA prudentiaque videmus ex peruersis cœptis fieri æquiora, ex æquioribus meliora, ex melioribus optima. Contrarium accidit ijs, qui magis sunt, quàm opus est, præferuidi.

*QVI enim TOLERANTIÆ est expers; is vt in negotijs etiam æquissimis bene se gerat, non est, quod speremus. Solebat subinde dicere M. Aurelius, Iulium Cæsarem imperium adeptum esse gladio, Augustum iure hæreditario, Caligulam propter patris de Germania victoriam; Neronem per vim id sibi vendicasse; Titum Imperatorem factum ob debellatam Iudæam; Traianum propter * fortitudinem & nobilitatem imperium esse consecutum; Se verò per solam patientiam imperio fuisse potitum. MAIORIS enim videtur præstantiæ malignorum ferre iniurias, quàm in scholis disputare cum eruditis. Quin & hoc addebat optimus Imperator, IN imperij gubernatione multo plus sibi patientiam, quàm scientiam profuisse. Nam SCIENTIA*

† *delecta-*

† *delectationem solummodò personæ (parit:) patientia verò & personæ & reipublicæ emolumentum complectitur.*

*Iulius (item) Capitolinus Antoninum Pium Imp. inquit Principem adeo fuisse tolerantem, vt sæpenumero, licet in Senatu videret * & eos, à quibus amabatur; & eos, qui seditionum aduersus ipsum faces erant; ea tamen vteretur moderatione, vt neque amicis ingratum se demonstrando mœstitiæ, neque inimicis animum offensum testando, querelarum causam daret.*

147 *Porro vt capitis finem cum principio connectam, (& ad institutum post longam digressionem redeam) cùm M. Aurelius, quemadmodum dicebam, captiuis se aggregasset, idque factum verè Romanum ab omnibus (probaretur ac) laudaretur; Fuluius Senator, * tolerare illud prudenter nesciens, his Imperatorem verbis, quasi cauillando, compellauit: Miror, Domine Imperator, cur ita omnibus te dedas! cum AVTORITAS imperatoria non possit, nisi familiaritatem nimiam fugiendo, conseruari. At Marcus, audito, quod in omnium (& senatorum & ciuium) præsentia Fuluius, (quem penitus nôrat) dixerat; summam retinuit tolerantiam, vultuque hilari (subridens, Actio, inquit, quam hodie mihi intentat Fuluius, in crastinum differatur. Tum enim & MATVRIVS meum responsum erit, & sedatior ipsius bilis. Cùm autem postero die conuenisset in Capitolio Senatus, (& ingens populi circa Imperat. multitudo) quemadmodum refert in vita Marci Pollio; talem in cœtu omnium habuit Imperator optimus orationem.*

CAPVT XXXIX.

Responsum à M. Aurelio Imperatore, coram toto senatu datum Fuluio; qui scommate ipsum notauerat, quasi nimia erga omnes affabilitate grauium autoritatem Imperatorum parum tueretur: (quo ostenditur plurimum Principibus obesse morositatem, prodesse comitatem; operamque iisdem dandam, vt viui habeant, qui Deos pro ipsis precentur, mortui à quibus celebrentur.)



Olui hesterno die, Patres conscripti, & Senatus sacratissime, respondere Fuluio Senatori, tum quòd ad vesperam vsque nos detinuerant sacrificia; tum quòd hodie verbis ipsius satis mihi videbar tẽpestiuè responsurus.

† *quietem.*

Imperium facile his artibus retinetur, quibus initio partum est. Sal. Cat. prooem.

Maior est patientiæ, quàm facundiæ laus. Macrob. 2. Sat. 4.

Pius imperatorium fastigium ad summam ciuitatem deduxit. Capitolin.

* *Quos amorem præsentis præ se ferre & absentis nihilominus famam virtutemq; hostiliter petere constabat. G.*

De gran corazon el sufrir, y de gran seso el oyr. Adag.

Ille confitetur repulsam, qui profitetur offensam. Sidon. 7. ep. 9.

En parte ya parece que consiente, quien perdona ligera y facilmente. Araucan. pag. 297.

* *Liuorem tum quoque dissimulare. G.*

Malus obtrectat facta immortalia liuor. Sil. 11.

Καλὸν φύουσι καρπὸν οἱ σεμνοὶ τρόποι. *Prouerb.*

Mitium dominorum apud seruos ipsa consuetudine metus exolescit. Plin. 1. ep. 4.

Blandi communione vilescunt. Sidon. 7. ep. 9.

Qui ab ira facile dimouetur, idem & à iustitia facile dimouetur. Apophth. Valent. Imp. Zonar. tom. 1.

Parit conuersatio contemtum. Apul. de Deo Socrat.

Te vilem feceris, si te vltrò largiere. Plaut. Mil. Hera eccum.

Maximum remedium est iræ mora. Sen. 2. de ira 28.

Νίκησον ὀργὴν τῷ λογίζεσθαι καλῶς. *Prouerb.*

Elucet grauitas fastu iucunda remoto. Claud. Paneg. Mall. 246.

Sapiens dolorem suum aut benignitati commendat, aut obliuioni. Fulgent. Mythol. 2.

Proprium est potentiæ regalis, benignitatem suam negare nulli, nec reputare, quis mereatur, aut minime. Arnob. lib. 1.

Princeps pater sit & maritus, aut si teneriorem nouerit affectionem; vtatur ea: Amari magis studeat, quàm timeri. Saresb. 4. 3.

Rectè scit dicere, qui ordinate nouit tacere. Greg. 30. moral. 11.

Omnia à te dicta patienter audiui: audias & tu humilitatis nostræ responsa. Optat. 1.

ἐστὶ δ' οὗ σιγὴ λόγου κρείττων γένοιτ' ἄν, ἐστὶ δ' οὗ σιγῆς λόγος. *Eurip. Orest.*

A pressurosa demanda, espaciosa respuesta. Adag.

Κρείσσων ἡ μύθων ἡκτεάνων φυλακή. *Lucia. Epigr. lib. 1.*

Laß die Leute reden / Gänse können nicht. *Adag.*

Nunquam tacet, quem morbus tenet loquendi. Gell. 1. 15.

Lubricum linguæ non est ad pœnam facilè trahendum. Sar. 6. 25.

Rarior tacendi virtus, quàm loquendi. Ambr. Luc. 19.

Sauiens ira spatio temporis mitigatur. Apul. asin. 5.

Ogni parola non vuol risposta. Guicc.

Vn paio di orecchie seccherebbono cento lingue. Adag.

Σιωπὴ τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισις. *Eurip. Plut. de vitios. verec.*

Vtrunque didici, & cum dicto opus est, impigrè dicere, & cùm tacito opus est, libenter tacere. Apul. 1. asin.

Σὺ μὲν τὸ δισσὸν ἐξαμβλοῦσθαι ὑβελόμαπε, ἐν τῷ λόγῳ, ἐμὲ πείσῃς ἀχήμονα ἐν τῇ ἀμοιβῇ ῥυῆναι. *Herod. lib. 7.*

Auditus lingua debet esse robustior. Saresb. 3. 14.

Natura nobis aures binas, linguam dedit vnicam. Plut. de garrulit. Diog. Laert. lib. 7.

Plus scire satius est, quàm loqui seruum hominem; hæc sapientia est. Plaut. Epid. sc. 1.

† *refrenatam. G.*

Stude non vt plus aliis scias; sed vt melius. Sen. ep. 89.

Θυμὸν κρατῆσαι καὶ ἐπιθυμίας καλόν. *Prouerb.*

Existimatio verbis, donec licet, & armis, si necessitas cogat, propugnanda. Dion. lib. 6.

Stultus est, quisquis iniuria non mouetur. Seru. Æneid. 11.

Αἱ χαλεπότητες λυπηραί εἰσι καὶ τοῖς ἔχουσι, καὶ τοῖς σὺντυγχάνουσιν. *Isocrat. in Orat. ad Philip.*

Etiam instanti læsa repugnat ouis. Propert. 2. 5.

Quod parum nouit, nemo docere potest. Ouid. 2. Trist.

Alfonsus optabat quemque popularium suorum regem fuisse. Panorm. 1.

Plerunque facilitas autoritatem, seueritas amorem deminuit. Tac. vit. Agricol.

Vetustissimus referendi bene merentibus gratiam mos, vt tales numinibus asscribantur. Plin 2. hist. nat. 7.

Nihil amabilius est miti, & benigno Principe, nihil ad vrbium populorumque tutelam & salutem conducibilius. Sabell. 7. 2.

Nisi piscator eam imposuerit hamis escã, quam scierit appetituros esse piscículos; sine spe prædæ moratur in scopulo. Arbit.

Summa sapientia est in aucupe, scire quo genere ciborum singulæ volucres delectẽtur. Greg. Granat. memorial.

RARÆ quippe sapientiæ spissæq; stultitiæ signum est, siquis festinata dat ad singulas quæstiones responsa, (NEQVE enim ad omnes quæstiones absurdè propositas respondere sapientum est.) QVAM habent rudiores in quærendo licentiam; ea sapientes in respondendo carent. INTERROGATIONIS enim origo insciti a est; responsionis verò fons prudentia esse debet.

MALE (profectò) cùm sapientibus ageretur, si in omnibus satisfacere & respondere cogerentur insipientibus vel malitiosis, sæpe vexandi potius (& exagitandi) quàm proficiendi, & tentandi magis, quàm discendi gratia interrogantibus; cuiusmodi quæstiones viris cordatis silentio prætermittendæ sunt. SAPIENTVM enim & prudentum est aures ad audiendum (cognoscendum q; promtas ac) patulas, & linguas ad loquendum occlusas (vinctasq;) habere. Scitote P. C. & sacratissime Senatus, exiguum id, quod habeo, eruditionis me Rhodi, Neapoli, Capuæ, Tarenti (aliisq; in locis) comparasse, & ex cunctis audiuisse præceptoribus; Hoc TANTVM fine hominibus colenda esse studia, vt norint, quo pacto inter malitiosos & inciuiles eluctari debeant. NON enim alius est doctrinæ fructus, nisi vt vitam quis sinceram, & linguam † occlusam habeat.

Quæcunq; (ergo) in sacratissimo hodie Senatu dixero; ea neque odio, neque maleuolentia impulsum me testor dicere; sed tantùm vt meam tuear autoritatem. Nam EXISTIMATIO verbis primùm asserenda; deinde armis propugnanda est. 148

Vt igitur ad rem ipsam accedam, & ad te Fului, vir consularis, orationem dirigam; quòd ex me quæris, cur me dem omnibus, respondeo; IDEO me omnibus do, vt omnes sẽ mihi dent. Præclarè nosti Fului, quòd ego Consul, æquè ac tu, fuerim; & quòd ipse, qui ego sum, Imperator non fueris. Itaque experto mihi crede, MOROSITATEM & austeritatem Principis causam præbere, vt minus à subditis ametur. NEQVE dij volunt, neque leges permittunt, neque temere patitur Respublica, vt multis dominentur Principes, & nonnisi paucis aditum concedant. Nam QVONIAM affabiles in vita fuerant Principes; eo permoti veteres in numerum illos deorum post fata retulerunt.

Piscator fluuiatilis, vt diuersos in flumine pisces capiat, non vno tantùm (quod ipse vides) cibi genere vtitur; & in mari turbulento piscaturus, (vt præda copiosa potiatur) non vno tantùm reti nauiculator instruitur. Quorsum hæc? Vt ostendam VOLVNTATES, quæ varijs simulationum inuolucris teguntur, partim largiendo, partim blandè compellando, partim spem certam (magnorum

commo-

commodorum) ostendendo, conciliandas nobis esse. MAGIS enim annitendum bonis (ac sapientibus) Principibus, vt animos sibi subditorum concilient; quàm vt regno subigant aliena. ANIMI (quidem) auari & inexplebiles, corda sibi claudi susq; deq; habent, dum arcæ modò aperiantur: At VIRI generosi & præpotentes arcas sibi pecuniarum claudi parui pendunt, dummodò corda in amicis inueniant aperta. NVLLA enim re, nisi amore mutuo, potest amor compensari.

PRINCIPES & Monarchæ cùm domini sint multorum; vt multorum vtantur opera necesse habent: cumq; multorum vtantur ministerio; vt multos remunerentur necessitate astringuntur, eoq; onere neq; vniuersim, neq; sigillatim erga ministros subleuari possunt. NON minùs enim officiario Princeps (iusta) pro obsequio, quàm operario diurnam paterfamilias mercedem, tenetur soluere. Quod cùm ita sit; quid facient infelices Principes, qui & multa regna (ditionesq;,) & pro regnorum multitudine multos officiarios habent; ijs verò vt satisfaciant, parum sunt pecuniosi: (quod quidem si diligenter cogitant, non paruam solicitudinis causam habent.)

Facere sanè hac in parte cuiq; quod libuerit, consiliumq; quod placuerit, amplecti per me liberum esto. Ego verò id aliis consilium dabo, cuius ipse experimentum cepi, vt scilicet PRINCEPS tam benigna erga suos conuersatione, tantaq; erga singulos vtatur comitate & affabilitate, vt sola conuersationis suauitate abundè sibi satisfactum singu-
149 *li censeant. SALARIIS enim (stipendiisq;) Principes obsequia tantùm ministrorum) militumq; remunerant ac) compensant; Benignis autem verbis illorum tum obsequia compensant, tum animos furtim sibi conciliant. Experientia plerosque emtorum pluris in taberna aliqua emere malle docet, quoniam affabilis est institor; quàm minor in alia, quia mercator morosus est: Vnde intelligi volo, MVLTOS esse, qui vni Principi gratis, (& amoris tantùm parandi causa) quàm alteri accepta mercede seruire malint. NVLLVM enim (beneficium meliùs ponitur, quàm quod in virum honestum, bonum gratumq; confertur: nullum) obsequium peiùs collocatur, quàm quod moroso, (sordido) & ingrato exhibetur.*

*Nunquam desunt in aulis Principum homines improbi & † turbulenti, qui heris rationes * proponunt (excogitandi &) augendi vectigalia, imperandi tributa, atq; ære alieno obstringendi subditos, (& subsidia parandi pecuniaria.) At qui de conciliandis subditorum voluntatibus (studijsq;) moneant, nulli sunt; cùm quidem MAGIS ipsorum inter-*

Laus & caritas, vitæ sine metu degendæ præsidia firmissima. Cic. 1. fin.

Fœdissimum in dilectione superari. Sidon. 9. ep. 11.

Amor nullo magis, quàm seipso emitur. Politian ep. 52.

Si vis amari, ama. Sen. ep. 9.

Amantem odisse quis potest? Fab. declam. 9.

Ἐρῶντας δῶρον ἔρωτι φέρειν αὐτὸν ἔρωτα θέμις. *Iulian. epigram. lib. 4.*

Comitas necessaria Principi.

Necessarium est ad res gerendas, hominũ beneuolentiam officiis & comitate mereri: austeritas verò solitudinem amicorum parit. Plat. ep. 14.

Non omnibus eadem placent, nec conueniunt. Plin 6. ep 27.

Ars artium est, si placere vis, frequenter dato Saresb. 3. 7.

Vnus non potest omnibus beneficii quid desiderantibus satisfacere. Dio. lib. 52.

Τίς ἂν κορέσειεν ἅπαντας *Theog.*

Tantas vires habet frugalitas Principis, vt tot impendiis, tot erogationibus sufficiat. Plin. pan.

1. *Ad referendã bene meritis gratiam:*

Non sufficit homo iustus vnus tot millium cupiditatibus. Sen. 4. benef. 37.

Placidi mores nemini ita grati, vt ei, qui illis est præditus. Plut. de ira cohib.

Εἰ τὴν ἐκ πάντων βούλει καρποῦσθαι τιμὴν, γίνου τοῖς ἅπασιν εὐεργέτης κοινός. *Agapet.* 19.

Benefica voluntate beneuolentia mouetur, etiamsi res fortè nõ suppetit. Cic. 2. off.

Nihil optabilius, quàm vt ij qui potestate & dignitate præstant, tantum suis prodesse velint, quantum opibus & gratia valeant. Sabell. 8. 2.

Asperitas odium mouet Ouid. 2. Art.

Difficillimum est, vt gradus honoris tumorem non pariat in animo imprudentis. Saresb. 4. 7.

Πολλῶν χρημάτων τὸ χρηστὸν εἶναι λυσιτελέστερόν ἐστι *Leucip. Stob.* 401.

Principes in splendore publicę dignitatis memores sint propriæ conditionis Saresb. 4. 7.

2. *Ad parandam gratiam:*

A paucis accipit, qui nimium quærit. Cass. 7. ep. 9.

† *verisipelles.*

* *exquirunt nouos sinus & variæ prædandi vocabula. Tacit. Agricol.*

Amor regge suo impetio senza spada. Petrar. canz. 22.

Huiusmodi ego ministris non libenter vtar, quos sciam necessitate ministrare. Xenoph. pędi 3.

Le Prince debonnaire doit estre gracieux, amiable & humain. Ronsard. 5.41.

Dextera precipuè capit indulgentia mentes. Ouid. 2. art.

Magnum timoris remedium est clementia. Sen. Octau.

ἀδὲν ὅτω πρὸς οὐνοιαν ἀφέλκεται, ὡς εὐποιΐας χάρις διδομένη τοῖς χρήσθαι. Agapet. 19.

† *Cunctatur aut defatigatur.*

Dove l'amor è perfecto, non si vede parola ne seruitio finto. Theat. 437.

ἀδελεὶς ἐρως ης, ὁ ἷος σὸν ἀεὶ φίλῳ. Prouerb.

3. *Ad deuinciendos officiariorum animos.*

Modus ille largiendi nobilior, qui spem remunerationis excludit. Saresb. 8.13.

Amor inermis quidem incedit; dormit tamen loricatus. Pontan. de Principe.

* *marsupium exinaniat.*

Toute ame liberale attire à soy le peuple, & se fait honorer. Ronsard. 5.40.

Nihil aptius ad opes tuendas, quàm dili gi. Cic. off. 2.

Obliuiscuntur locupletati. Sidon. 5. ep. 7.

Nunquam improbæ spei, quod datur, satis est. Sen. 2. benef. 27.

Sordidum Regi est esse prębitorem. Cice. off. 2.

4. *Ad parandos aduersorum socios.*

El amor y la fee en las obras se vee. Adag.

Aduersarum rerũ ne quæras socios, cum quibus spem integram non communicaris. Liu. lib. 4.

Nihil æquè ægrum reficit quam amicorum affectus. Sen. ep. 78.

5. *Ad excitandum sui desiderium.*

Placidi atque humani mores nemini ita grati iucundiq; vt ei ipsi, qui illis est præditus. Plut. de ira cohib.

Benefaciendo Princeps sibi statuas in animis nunquam perituras facit. Dio. lib. 52.

Principes multa debent etiam famæ dare. Sen. 1. clement. 15.

Amor nunquam fecit stipendium. Pontan. de Princi.

Cum propter pecuniam ames, idem amoris & spei finis est. Fab. Declam. 1.

Salua esse societas nisi amore & custodia partium non potest. Sen. 2 it 31.

Non magis sine te nos esse felices, quam tu sine nobis potes. Plinius paneg.

intereſſe norint, vt ſint amabiles, quàm vt ſint pecunioſi. PRODITOR eſt Principis ſui, qui multas ipſi accumulat pecunias, & animos interim ab eo ſubditorum alienat. Etiam atque etiam STVDEANT megiſtanes, vt adeò ſe præbeant erga ſubditos ſuos affabiles, vltronea malint ipſis voluntate, quàm ſtipendij (aut mercedis) gratia ſeruire. NVMMI enim ſi deſint; mox ceſſant obſequia, & mille ſuccedunt ægrè ferentium indignationes, quod in miniſtris ſponteneis non euenit. Nam QVI ex animo diligit, is neque in proſperis inſoleſcit, neque in aduerſis deſerit, neque in paupertate queritur, neq; gratiæ imminutionem iniquo fert animo, neque in perſecutione † animum deſpondet. In ſumma, AMOR & vita ante extremum halitum non finiuntur.

Experientia teſtatur, pauperum in Sicilia agricolarum quæſtum, ſcutariorum Romanorum pecunijs anteponendum eſſe. Nunquam enim exit in agrum agricola, quin fructum inde capiat: ſcutarius verò nunquam in forum prodit, quin abſque nummis redeat; qua comparatione innuo, HANC eſſe Principibus dignam negotiationem, vt videri patientes, faciles adiri, manſueti, mites, benigni, generoſi, & ſuper omnia amabiles ſint; intelligentes ſcilicet, his artibus, non pecunijs animos conciliari ſubditorum; (quod qui alio pacto perfici poſſe retur, ratione profectò caret.) Eſt enim PRINCIPI permoleſtum, imò etiam periculoſum, miniſtrorum voluntates pecunia emere velle.*

Danda item Principibus opera, vt ſint amabiles, ſi quos ſaltem eſſe cupiunt, qui calamitates ipſorum familiariter ferant, quod principibus inuiſis, quorum cuncti gaudent calamitatibus, non contingit. ANIMO quippe malè affecto (& ægro) haud mediocri leuationi eſt, ſi alios dolore ſuo dolere intelligat.

Decet item elaborare (& anniti) Principes, vt ſint amabiles, vt vita defuncti à ſuis miniſtris ac familiaribus deplorentur. TALES enim debent eſſe Principes, vt ſint, qui & ſuperſtitum vitam pijs DEO votis commendent, & defunctorum memoriam grata prædicatione proſequantur. O infelicem Principem! O miſeram rempublicam! in qua ſubditi domino, non niſi ob ſalaria ſeruiunt! & à domino non niſi ob ſeruitia (& commoda) amantur ac protegũtur! NVNQVAM enim ſtabilis eſt inter homines amor mercenarius. 150

EX MVLTIS ſaxis, & vno cuneo omnibus ſuperiore fornix conſtat: & ex multis ſubditis vnoq; Principe, omnibus maiore, componitur reſpublica. NEQVE enim dici poteſt

potest Princeps, qui nullam habet rempublicam; neque dici potest respublica, quæ non habet Principem, qui caput ipsius est. Nisi architecturæ planè rudis sum, calcem, qua saxa inter se deuinciuntur, arena misceri licet: At cuneum, qui summam testudinem concludit, calce viua fulciri necesse est. Diuulsis enim à se inuicem saxis, rimas quidem agit paries; at cuneo ruente, ædificium corruit.

Etsi consentaneum est sapientem, etiamsi nihil addam præterea, quid velim, intelligere: tamen ad institutum similitudinem accommodabo. AMOREM quidem inter ciues aqua velut dilutum esse res patitur; At Principis subditorumq; amor merus sit oportet & opus est, hoc est, INTER amicos consistere aliquantisper potest amor, etiamsi paullò sit tepidior (& languidior:) At inter Regem & subditos amor nisi verus (perpetuusq;) sit, in præsentissimo versatur discrimine. AMOR enim perfectus vbi est, ibi nullum vel verbum vel obsequium est simulatum.

Multis Romæ inter tribules contentionibus vno die finem impositum vidi: at vnicam inter Principem ac subditos coortam, non ante mortem sedatam conspexi. PERMAGNI enim laboris est vnum cum multis, & multos cum vno conciliare. Qua quidem in re, cùm alteri superbi, alteri rebelles sint; neque Principes mihi culpa liberare, neq; subditos non condemnare integrum est. Vtercunq; enim (cùm eiusmodi turbæ & contentiones extiterunt) iustiorem causam habuerit; iustam tamen merebitur (& incurret) reprehensionem.

Quid in causa esse existimatis, quòd eò progrediuntur hodie vesaniæ tum Principes, vt iniusta imperent, tum subditi, vt ne iustis quidem obtemperent imperijs? Ego vobis, si audire volueritis, dicam. Princeps potentia magis, quàm iure fretus, ad suæ modulum intelligentiæ cunctorum metiri voluntates cupiens, omnium & iudicia & studia ad arbitrij sui regulam exigit. SVMMATES enim vt potentia, sic intelligentia se vniuersis præstare arbitrantur. Contrarium accidit in subditis, qui nescio qua correpti phrenesi, eleuando sanam Principis sui mentem volunt, vt Princeps non id velit, quod omnium bono vult; sed quod sibi quisque illorum expetit. TAM quippe vani fatuiq; hodie sunt plerique, vt se solos in oculis habendos Principi arbitrentur. MOLESTISSIMVM profectò; sed vsitatissimum etiam est, velle quenquam, vt omnium sibi vestimenta quadrent; nec minùs immane dictu est, velle omnes vnius sibi arma aptare.

151

Sed quid faciemus, P. C. & Senatus sacratissime? cum hac mundum amentia nobis reliquêre patres nostri; cum hac eum

Societas nostra lapidum fornicationi simillima, quæ casura, nisi inuicem obstarent, hoc ipso sustinetur. Sen. ep. 95. & 118. & 90.

Vitruv. 7. 3.

Ausonius de ratione libræ.

Dixerunt Iouem tigillum, quòd tanquam tigillus mundum contineret ac sustineret August. 7. *ciu.* 11.

Cogi ad metuendum aliquem homo potest; ad amandum persuasione opus est. Dio. lib. 55.

Sic te amet Deus, quemadmodum tu nos! Plin. paneg.

Frustra se terrore succinxerit, qui septus caritate non fuerit. Plin. paneg.

Ταῖς πόλεσιν ὁμονοούσαις συμφέρον ἐστὶ προσκοπεῖν μὴ στασιάστωσιν. *Aristot. Rhet. Alex.* 2.

Non potest amor cum timore misceri. Sen. ep. 47.

Nemo fideliter diligit, quem fastidit. Curt. lib. 5.

Πολλὰ κρατοῦντες χαλεπῶς ὀργὰς μεταβάλλουσιν. *Eurip. Med.*

Libertate discordi seruientibus vtilius, vnum esse, cui seruiant. Plin. paneg.

Improbitati opposita impatientia magnas sæpe concitat tempestates. Lact. 6. 18.

Nec Deum laudare, nec ab eo exaudiri meretur, qui odium seruat in corde. Augustin. serm. 9. ad fr. in erem.

In ciuilibus discordiis ab vtraq; parte respubl. detrimentum capit. Dio. lib 41.

Inter socias acies cognataque signa, Vt vinci miserum, nunquam vicisse decorum. Claudian. 6. Cos. Hon. 401.

Contumaciâ inferiorum lenitas imperitātis deminuitur. Tac. annal. 16.

Reges hinc meliores æstimantur, si soli omnia non præsumant. Cassiod. 8. 9.

Publicus hinc ardescit amor, cùm moribus æquis inclinat populo regale modestia culmen. Claudian. 6. Cos. Hon. 63.

Μάλιστα ἔνδοξος γίνεται ὁ βασιλεὺς, εἰ μὴ μόνος ἐστὶ φρόνιμος. *Anacharsis. Sentent. Græc.*

Quisq; sibi placet, & boni quid ab eo, qui dare potest, adipisci vult. Dio. lib. 52.

Priuilegij principalis gaudentes beneficio, quicquid ambiunt, sibi competere arbitrantur. Sarisb. 7. 17.

οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν εἷς γε τοῖς πολλοῖς ἴσος. *Soph. Oedip.*

Nemo est, qui non gaudeat libertate, & qui vires, quibus eam tueatur, non optet. Saresb. 7. 17.

Eadem sunt omnia semper. Lucret. lib. 3.

Nil natura nouat. Sidon. carm. 2.

Æra parentum peior auis tulit nos nequiores, mox daturos progeniem vicioſiorem. Hor. 3. od. 6.

Qui præſentes metuunt, in abſentia hoſtes erunt. Curt. lib. 6.

Publico iure ſtatutum eſt, ne pro verbis friuolis quiſquam ſeueritate pœnarum inuratur. Saresb. 3. 14.

Moderata durant. Sen. Troad. 2.

Gallus alter hic copioſior.

Timor abit, ſi recedas; manet amor; ſic vt ille in odium hic in reuerentiam mutetur. Plin 2. ep. 14.

Vnum eſt inexpugnabile munimentum, amor ciuium. Sen 1. clem 9.

Dei indignatio omnibus ſuperbis imminet. Dion. lib. 2.

* 862.

Altiſſima quæq; flumina minimo ſono labuntur. Curt. lib. 7.

† 33 *Euſeb.*

Hi tantum Latio parient per vulnera regnum, quod luxu & multum mutata mente nepotes Non tamen euertiſſe queant. Sil. 3.

* *Populi G.*

Omnes irritati præſertim infimæ conditionis aduerſus ſuperbos exaſperantur; & facilè ſe præbent iis, à quibus comitate officiorum fouentur. Dion. 6.

Τὸ βέλτιον ὀλιγαρχούμενον. *Philo. quòd Deus immutab.*

Princeps viſu & auditu iuxta venerabilis, cùm magnitudinem & grauitatem ſummę fortunæ retineat inuidiam & arrogantiam effugit. Tacit. annal. 2.

Vno pede calceato altero nudo ibatur ad bellum. Macrob. Sat. 5. 18. Rhodigin. 15. 6.

Moderati Principes & viui ſincero amore diliguntur, & defuncti veris laudibus ornantur. Dio lib. 43.

Sequitur duce turba reperto. Val. Flac. lib. 5.

Qui tutò regnare volunt, beneuolentia non armis ſtipati ſtudeant. Laërt. de Periandro. lib. 1.

In ſeditionibus vnde plures ſunt, omnes ſunt; inſito mortalibus naturâ properè ſequi, quæ piget inchoare. Tacit. hiſt. 1.

Quanto ſuperiores ſumus, tanto nos ſubmiſſius geramus. Cic. off. 2.

Ἰσῶ μὴ ἴοδι πᾶσι, καὶ πρὸς ὑχῆς βίῳ. *Prouerb.*

Dilige & carum eſſe, tutiorem vitam & voluptatem efficit pleniorem. Cic. fin. 2.

Non ſatis miſeretur, qui nunquam fuit miſer. Sylu. de Alfonſ.

Superbia crudelitate grauior eſt bonis. Flor. 1. 6.

Cùm fueris maior, cunctis te credo minorem. Alda.

eum veſania nos illorum filij obtinemus; cum hac eundem pertinacia noſtris relinquemus poſteris.

Quot è maioribus meis Principes & legi & audiui (corruiſſe ac) perüſſe, tantùm quòd (aduerſus ſubditos) difficiles & μισάνθρωποι (rigidiq;) eſſent! At NVLLVM neque legi neq; fando audiui, cui quòd affabilis amabilisq; eſſet, exitio fuerit. Itaq; narrabo vobis exempla nonnulla à me lecta, (& ab inſtituto non aliena;) vt videant magnates, quàm fructuoſa ipſis affabilitas, quàm verò damnoſa ſit toruitas (aduerſus ſubditos) tyrannica.

*Apud Sicyonios, quorum regnum fuit armis potentius, quàm Chaldæorum, & minùs vetuſtum, quàm Aſſyriorum, familia quædam fuit, quam vocabant ſtemma regium, quod inter ipſos * CCXXV. durauit annos, quoniam omnes illi Reges laudabilis fuêre conuerſationis. Alterum verò ſtemma non vltra † XLIII. annos durauit, quoniam illi Principes planè euasêre difficiles & inciuiles. Reges * antiquiſſimi cùm & pace vſi ſint, qua recentiores caremus, & bella ignorarint, quibus nos iam conflictamur; ſemper ſtudioſiores fuerunt quærendi Reges, qui conuerſationis ſuauitate reipublicæ ſeruirent, quàm qui bello fortes eſſent & turbulenti.*

Homerus in Iliadè autor eſt, Ægyptios vetuſtiſſimos Reges ſuos Epiphanes cognominaſſe, & in more habuiſſe, vt Epiphanes illi deorum templa nudipedes ſemper ingrederentur: quòd ſi quis Epiphanes inſolentior calceatus templum intraſſet; mox regno fuiſſe exutum, eiuſque in locum alium ſuffectum. Oſtendit autem ibi Homerus, ſi quis Rex ſuperbus prauiq; ingenij fuiſſet; Ægyptios, vt regno illum priuarent, cauſam hanc arripuiſſe, quòd non ingreſſus eſſet templum Dei pedibus nudis. Etenim SI PARVM gratioſi (chariq;) ſunt Principes; vel leuiſſima occaſione in illos inſurgunt (& rebellant) ſubditi. Dicit idem Homerus Parthos illos indomitos, Reges ſuos nominaſſe Arſacidas, ſextumque Arſaciden & regno priuatum, & exulare iuſſum, non 152
aliam ob cauſam, quàm quòd cùm eſſet arrogantiſſimus, vltrò ad nuptias equitis acceſſit; & quamuis inuitatus pauperis plebeij nuptijs intereſſe noluit.

Cicero in Tuſculanis refert, priſcis illis ſeculis ſuaſiſſe Principibus ſuis ſubditos, vt tenuiorum familiaritate, repudiatis (remotisq;) ditioribus, vterentur. Nam INTER inopes Principes miſericordes eſſe diſcunt; at cum diuitibus tantùm molliter viuere aſſueſcunt.

Scitis P. C. terram hanc noſtram primitus magnam Græciam, deinde Latium, poſtea Italiam nuncupatam. Et quo tempore Latini rerum potiebantur, Reges ſuos Murra-

nos

nos vocabant; qui quidem LICET *finibus (terminisq́ꝫ) imperarint angustis; animos tamen habuerunt (augustos &) excelsos. Referunt æui illius annales, Syluio Tertio successisse Murranum quendam adeò superbum, ambitiosum & insolentem, vt ciuium metu semper conclusus dormiret; quam ob causam regno deiectus (eiectusq́ꝫ) fuit. Dicebant enim prisci,* NVLLA *hora neq́ꝫ noctu neque interdiu Regem oportere portam subditis claudere, (vel audientiam negare.)*

Tarquinius vltimus inter septem primos Romanorum Reges, ingratissimus aduersus socerum fuit, incestus in suum sanguinem, proditor patriæ, in seipsum crudelis, & Lucretiæ violator: Veruntamen non ingratus, incestus, crudelis, proditor, adulter; sed Tarquinius Superbus cognominatus fuit, ob solam scilicet morositatem. Nunquam medius fidius P. C. Tarquinius infelix, si gratiosus Romæ (& carus ciuibus) fuisset, ob adulterium Lucretiæ regno priuatus esset.* SI *enim dignas singulis delictis (offensisq́ꝫ) pœnas iuuentus lueret, nulla breui foret respubl. Alia quoque peccata & flagitia tam ante, quàm post Tarquinium commissa sunt ab Imperatoribus senibus in imperio Romano, tanta scilicet, vt cum ijs collata iuuenis illius (leuissimi) delicta, leuicula videantur.* SI *enim* HINC *annorum paucitatem, inde experientiæ diuturnitatem trutinemus; grauissimum iuuenis crimen vix leuissimo senis peccato æquiparandum est.*

Iulius Cæsar vltimus Dictator, & primus Imperator, cùm laudabilis esset consuetudo, vt Imperatorem Senatores genibus nixi salutarent, & Imperator ipsis, habita dignitatis cuiusq́ꝫ ratione, assurgeret; quoniam per arrogantiam ritum illum seruare noluit, tribus & viginti vulneribus confossus vitam perdidit. Tiberius Imperator temulentiæ notatur; Caligula incestæ cum sororibus consuetudinis insimulatur; Nero matrem ac Senecam præceptorem interemit, vnde crudelis cognomen perpetuum Romæ accepit. † Sergius Galba luxuriæ fuit deditus, ita vt in vna cœna (aduentitia) duo millia lectissimorum piscium, septem
153 *millia auium apposita dicantur. Domitianus omnibus vitijs flagitijsq́ꝫ fuit contaminatus: quæ enim flagitia in singulos erant diffusa, in solo Domitiano simul inueniebantur. Omnes isti Principes infelices licèt tandem vnco tracti, flumine mersi, in crucem acti, aut capite truncati sint; tamen mihi credite P. C. non propter illa flagitia; sed ob superbiam & inciuilitatem perierunt.* VNICVM *enim Principis vitium non multum nocere subditis potest: morositas verò & inhumanitas (atq́ꝫ insolentia nimia) rempublicam euertit.*

Seru.12. Æneid. Alex.12.

Facilitate homini nihil est melius, neque clementiâ. Terent. Adel.5.4.

Inexpugnabile munimentum, munimento non egere. Plin. paneg.

Pax maiora decet; peragit tranquilla potestas, quod violenta nequit. Claud. paneg. Mall.238.

Est proprium superbiæ, magno æstimare introitum ac tactum sui liminis. Sen.6. benef.33.

Tarquinium libidine præcipitem, auaritia cæcum, furore vecordem vocarunt superbum, & putauêre sufficere conuicium. Pacat. paneg.

Tarquinius non crudelis, non impius, sed superbus habitus est & dictus. Cic. Philipp.3.

* *morum asperitatem.*

Tam diu superbiam Regis P. R. perpessus est, donec aberat libido. Flor. 1.6.

Inquinat egregios adiuncta superbia mores. Claud.4. Cos. Hon.305.

Inest adolescentibus maxima imbecillitas consilii. Cic. offic.1.

La poca esperientia fouente scusa la corpa. Teat. 237.

Iam ea ætate sum, vt nõ siet peccato mihi ignosci æquum. Terent. Hecyr. 5.1.

σωτηρίας σημεῖον ἥμερος τρόπος. *Prouerb.*

Vt pessimis Impp. sine fine dominatio, ita quamuis egregiis modus libertatis placet. Tacit. hist.4.

Sueton. cap.78.

Continentia & moderatio in altissima quaque fortuna eminentia bona. Curt. lib.6.

Τὸ δαιμόνιον ὥσπερ ἐπίτηδες τοῖς ὑπερηφάνως διαλογιζομένοις τὸ τέλος τῶν κατελπισθέντων εἰς τοὐναντίον μετατίθησι. *Diodor. lib. 20.*

Caius & Nero duæ faces generis humani. Plin. lib.7.c.8.

† *Imò Aulus Vitellius. Sueton. cap.13.*

Omnia prorsus vt in quandam cœnosam latrinam, in eius animum confluxerant flagitia, nec vel vnum illi vitium deerat. Apul. lib.9.

Singula in singulis, omnia in Dom. vitia simul execramur. Sidon.5.ep.9.

ὡς κακοεργεσίης εὐεργεσίη μέγ' ἀμείνων. *Hom. Od. χ.*

Multorum odiis nullæ opes possunt obsistere. Cic. off. 2.

Dedecus & detrimentum pedissequæ superbiæ. Bellai. hist. Gall.

Rarissimus innocentiæ & popularitati locus in summa administratione relinquitur. Sabell. 8.2.

Quamlibet infirmas adiuuat ira manus. Ouid 1.amor.7.

Plus potest quamuis mediocrium turba, quàm vnius magni violentia. Sen.ep.85.

Regum animæ non priuatorum libidini subiectę sunt, sed sub Dei cura & tutela sacræ latæq; agunt. Panorm. Alfon.1.

Principes subditos instar liberorum diligant; subditi Principes veluti patres reuereantur. Dio. lib.53.

Semper firmius est Principis imperium, qui amari vult, quàm metui. Ioseph. 8. antiq.3.

Πειθαρχία τῆς εὐπραξίας μητήρ. *Æschyl.in VII. ad Theb.*

Nemo ei satis fidus, quem metuit. Curt. lib.10.

Non parua ad perpetuitatem munimēta, beneficentia & studia hominum. Alexand. 2.32.

His qui tutò regnare volunt, summa ope nitendum, vt beneuolentia non armis stipentur. Laërt. lib.1.

Pius in vrbe sedebat, vt vndiq; nuncios medius, vtpote citiùs posset accipere. Capitolin.

Nec Rex celatur, nec mons absconditur. Guiller. Histor. Gall.

Qui magno imperio præditi in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales nouêre. Sal. De rep. ordin.

Nec vox missa potest Principis ore tegi. Ouid ad Liuiam.

Homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur. Cyprian. 4. ep. 9.

Τῶν ἀγαθῶν ἔργων χάριτες, ἐπὶ τοὺς ποιοῦντας ἐπαναστρέφουσιν. *Agapet.7.*

Natura ita comparatum est, vt subiecti delectentur Regibus de suo fastigio se non nihil demittentibus. Ioseph.8.antiq.3.

* *Vno in saltu apros cepi duos. Plaut. Casin. Sine modò.*

† *Vna mercede duas res adsecutus sum. Cic.pro Rosc.Amer.*

Beneficio multis commodasti, exemplo omnibus profuisti. Apul.

Nihil tam ferax gaudii atq; gratia. Plut. Philosopho cum principibus disput.

Tyranni neq; beneuolentiam veram, neque securitatem certam inueniunt Dio.lib. 43

Non extorquebis amari: Hoc alterna fides, hoc simplex gratia donat. Claud. 4. Cos. Hon. 282.

PERSVASISSIMVM sibi habeant Principes, si crebras odijs in se subditorum causas præbeant; vnicam postea vel leuissimam subditis ad exerenda illa (cum ipsorum interitu) sufficere. PRINCEPS enim si odium non prodit suum; voluntas deest: at subditus (aut cliens) si odium suum non explet; facultas abest.

Credite mihi P. C. & sacratissime Senatus, sicut medici paullulo rhabarbaro multos expurgant humores corporis; sic MINIMA Principes beneuolentia plurimas tollunt ex cordibus subditorum vomicas. Vt salua maneat membrorum cum suo capite competentia; mihi videtur POPVLI esse officium debitam Principis sui mandatis obedientiam, eiusq; personæ reuerentiam præstare: PRINCIPIS verò boni, & æqualem seruare aduersus omnes iustitiam, & benignam erga singulos affabilitatem. O BEATAM rempublicam, in qua Princeps obedientiam in subditis, & in Principe subditi amorem inueniunt! EX AMORE enim Principis obedientia nascitur in subdito; & ex obedientia clientis (subditiq;) amor nascitur in patrono.

Imperator Romæ velut araneus est in medio telæ, vbi si apice acus filum aliquod telæ vel leuissimè tangatur, mox illud sentit araneus; Sic Romæ nihil agere potest Imperator, quin mox vbiq; terrarum diuulgetur. Siquidem PRINCIPES cùm in ob tutu versentur omnium; difficillimè sua possunt occultare vicia.

*Video P. C. hodie censuram me incurrisse improbitatis humanæ, quia choro me adiunxi captiuorum, ab ijsq; me tangi permisi, vt beneficio fruerentur, ne essent ampliùs captiui: Qua in parte gratias ago dijs immortalibus, quòd Imperatorem me fecerunt misericordem ad liberandos vinctos; non tyrannum crudelem ad vinciendos liberos. Quod prouerbio dicitur, * vno ictu duas occidi auiculas; id heri vsu venit. Nam BENEFICII quidem fructus ad captiuos miseros pertinuit; gratia verò ad omnia regna extranea. An nescitis BONVM Principem & virtute præstantem, quando catenas aufert à pedibus vinctorum, cordibus eas inijcere subditorum & clientum?*

Postremò ego sic statuo, & ad SECVRITATEM Principum & ad reipublicæ salutem aptius esse, cum amore ipsos suæ domi animorum liberorum, quàm cum timore vasallorum ferro vinctorum seruitijs vti. 154

CAPVT XL.

Epistola Marci Aurelij Imperatoris ad Pollionem amicum (continens reprehensionem

nem Romanorũ Imperatores inscribendo parcos esse cupientium, & eosdem in rapiendo prolixos esse negligentium: Vitam Principis horologium esse gubernandæ Reip. Periandri item vitam, epitaphiũ, leges: Denique fines diuersos, in quibus felicitatem veteres statuerunt.)

MARCVS Imperator Roman. tribunus plebis, Pont. Max. iterũ Cos. pater patriæ, monarcha summus, Pollioni amico veteri (valetudinem prosperã &) fata contra læuã fortunã dextra.

Epistolam, quàm ad me Capua misisti, in Bithynia accepi, & non minùs lætis legi oculis, quàm ipse hilari scripsisti animo, quo te vnicè lætari par est. Nosti enim vetus illud Homericum; QVOD benignis oculis aspicitur, beneuolo corde amatur. Deos testor immortales, me non tanquam Imperatorem Romanum ad te, hoc est, non tanquam herum ad famulum scribere, alioquin oportuisset me & breuiter & ad institutum solummodo pertinentia scribere, quod in amico singulari faciendum non est. VIRORVM enim *grauium literas nunquam inchoari; amicorum verò epistolas nunquam finiri (aut cessare) oportebat.

Scribo ad te, mi Pollio, tanquã ad amicum eximium, tanq̃ ad sodalem veterem, tanq̃ ad eum, qui fidelis est arcanorum meorũ arbiter; cuius mihi consuetudo nunquã molesta fuit, cuius in ore nullum vnq̃ inueni mendacium; cuius in promissis nunq̃ falsi quicquam deprehendi. Quòd cùm ita sit; scelus committerẽ in legem amicitiæ, si te quicquã de meis celarem arcanis. QVICQVID enim corde premitur afflicto, non debet non cum fideli communicari amico. Tu fortasse Pollio parui reris esse laboris, Imperatorem Romanum in epistolis, in sermone, in incessu, in victu, in tota deniq; vita omnes obire Imperatoris Romani partes; Idq; ego non miror. VITA enim Imperatoris virtute præstantis nihil est aliud, quàm horologium, quod cum subditis vel consentit vel discordat.

Illud ego miror, tam insipientes esse Romanos, tam ineptos ciues, vt affirment omnes, ad tuendam maiestatem suam opinionemq; vulgi augendam opus esse, vt Princeps lento incedat passu, pauca loquatur, breuiter scribat: in scribendis scilicet literis breuitatem exigentes; immorationem in subigendis regnis alienis longiorem non improbantes.

Verùm enimuerò optandum viris prudentibus est, vt INGENIO Principes sint mansueto, ne ad tyrannidem declinent; & propositum habeant bonum, vt æqualem omnibus admi-

ἡ ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν ἀρχόντων παιδεία μάλιστα ἐμποιεῖ τὴν ἀληθινὴν αἰδῶ, καὶ τὸ ἐλεύθερον φόβον. *Arist. 7. polit. 12.*

Tibi vereor obstrepere, ne multis negotiis tuis onus addat loquacitas ociosi. Sym. 5. 76.

Ego hanc in tantis opibus, tanta fortuna memoriam amicitiæ reliquis virtutibus omnibus antepono. Cic. pro C. Rabirio.

Quo naturâ sublimior est Princeps, eò humaniorem se inferioribus si præbuerit, carissimus erit populo. Nic. Greg. 6. 7.

Παρόντως μὲν τοὺς φίλους δεῖ σπουδῆ ποιεῖν· ἀπόντως δὲ λογεῖν. *Epict. Stob. 721.*

Ἐπιδημοῦντες χαίρομεν ὀρνῖτες. *Arist. 10. problem. 51.*

Imperij concisa oratio congruit. Rhodigin. 18. 4.

οἱ κρώπιοι τῶν ἀνθρώπων βραχυλογώτατοι. *Apollodor.*

Summum argumentum amoris, frequentibus delectari, cessantibus obirasci. Apule. 1. asin.

Principali facundiæ paucis multa cohibenti, curæ sit causam potius implere, quàm paginam. Sidon. 4. ep. 3.

* *sapientum 1.*

Rebus non literis longitudinem metior. Nazianz. ep. 3.

Multo facilius silentium cum amicis est, quàm breuiloquium. Petrar. de fide vxoria.

ἡ φιλία ὁμόνοια. *Plat. Alcib. 1.*

Æuo rarissima nostro simplicitas. Ouid. 1. art.

Amicos deuotos & fideles caritas, non fortuna conciliat. Auson. gratiar. act.

Ita nouam amicitiam institui par est, ne qua vetustior violetur. Liu. 7.

Caros falli impossibile. Ambros. Rom. 5.

Τροφὴ νόσων ἡ σιωπή. *Heliod.*

Μὴ κτήσῃ φίλον, ᾧ μὴ πιστεύεις. *Sext. Stob. 721.*

Τοῖς πολλῆσι γὰρ βροτῶν, ἄπιστος ἐσθ' ἑταῖρος λιμένι. *Soph.*

Præter æquum censent, qui inter dispares par obsequium requirunt Sym. 1. ep. 1.

Principum gesta, virtutum incitamenta sunt; verba quot sunt tot institutiones morum. Saresb. 4. 6.

Vulgus Principes forma & decore corporis comparat. Tac. hist. 1.

Seruile festinantem currere. Plaut. Penul. Ita me dij.

Tunc laudanda est breuitas, cùm moras rumpens intempestiuas, nihil subtrahit cogitationi iussorum. Ammian 15. init.

Armat maiestas æterna Ducem. Sil. li. 11.

Recte faciendo regis nomen retinetur, male agendo amittitur. Isid.

Ἄνδρα δὲ ἐργέων τ' ἀγαθὸν, πρέσονθα μεγάλα, τοὺς τρόπους μεδιτώνας. *Eu. Iph. Aul.*

administrent iustitiam; vt cogitationes habeant bonas, ne regna concupiscant aliena; cor purum seruent, ne affectibus (& iracundiæ) indulgeant; animo sint miti, vt iniurias ignoscant; ament subditos, vt illorum vti obsequijs possint; bonos norint, vt eos honorent; cognoscant malos, vt eos (reprimant &) coerceant. Cætera enim quod attinet, PARVM nostra refert, Regem festinantiùs incedere, auidiùs comedere, aut breuiùs scribere. NON enim NÆVI, si qui sunt, personæ; sed negligentia in imperij administratione noxæ est.

Magnæ mihi voluptati tuæ, mi Pollio, literæ fuêre; maiori futura fuisset præsentia. VETERVM enim epistolæ amicorum memoriam refricant temporum præteritorũ. Quàm IVCVNDVM est nauclero de periculo in portu fabulari, venatori de frigore, quod sustinuit, ante focum narrare; viatori de via, cùm quiete fruitur, loqui; triumphali die de prælio victorem disserere! Sed OMNEM superat læticiam, cùm in rebus secundis, qui diuturna fuêre coniuncti amicitia, de acerrimis (acerbissimisq́,) quos in iuuenta pertulêre, colloquuntur laboribus.

Vnum mihi crede, neq; de eo dubites, NEMINEM bona diuinitus data, neq; prædicare, neq; possidere, neq; cognoscere, neq; vsurpare, neq; conseruare (ac tueri) posse, nisi qui multis ea peperit laboribus. Id enim TOTO corde amamus, in quo adipiscendo largum profudimus sudorem.

Vnum ex te quæro; Vter vel plus debet dijs, vel præstantior inter homines censetur? Traianus ille iustus, omnibus Daciæ, Germaniæ & Hispaniæ bellis innutritus; an Nero crudelis, inter summas vrbis delitias & voluptates educatus? An non alter rosa inter spinas; alter vrtica inter flores fuit? An non optimi illius Traiani vita (quam egit sanctissimè) rosæ instar omnibus seculis suasissimum spirabit odorem? Neronis verò immanis infamia posteris pustulas (vt sic loquar) vrticæ modo faciet? Non omnes dico; magnus enim bonorum numerus est; sed tamen plerique Principes molliter educati admodum fuerunt gubernationis socordes. CVM enim proprij laboris nunquam periculum fecerint; parum curant laborem & parui æstimant alienum.*

Noli mi Pollio arbitrari, tui me iam, postquã à dijs gubernaculis orbis admotus sum, esse oblitum. Vt enim ambo salebras ingressi sumus iuuentutis; sic volo, vt simul in plano senectutis conquiescamus. Præclarè memini nos ambos per literarum studia Rhodi quasi tertiasse; deinde Capuæ per militiam veluti sementem fecisse: Ac dijs quidem visum, vt meæ fortunæ seges Romæ maturesceret: Tibi verò & aliis meipso melioribus, ne vnicam quidem dare fortuna spicam voluit. 156

Non

Boni Reges sunt, qui sui corporis possunt se præbere rectores. Ambros. ps. 47.

Mala regum toleranda, ne exasperati ad peiora delabantur. Gregor. 1. reg. 15.

Regula non quàm formosa; sed quàm recta sit, quæritur. Sen. ep. 76.

Beneficio potiùs quàm metu obligandi sunt homines. Liu. lib. 26. extrem.

Meliùs beneficiis imperium custoditur, quàm armis. Sen. ad Polyb. 31.

Sapienti viro incessus moderatior conuenit. Sen. ep. 40.

Μόχθος οἱ τηλοῦ φίλοι. *Aristot. Eudem.* 7. 12.

Delectat meminisse mali post gaudia. Sidon. carm. 5.

ὡς ἡδὺ τοῖς σοφοῖσι μεμνῆσθαι πόνων: *Eurip.*

Iucundi acti labores. Cic. 2. fin.

Discrimina dum feliciter cedunt, suauissimæ memoriæ sensum relinquunt. Cass. 8. 10.

Gaudent securi narrare pericula nautæ. Iuuen. Sat 12.

Quod acerbum fuit, retulisse iucundum est. Sen. ep. 78.

Lætius est, quoties magno sibi constat honestum. Lucan. lib. 9.

Minus gaudent, qui timuêre nihil. Martial. 11. 37.

Quod fuit durum pati meminisse dulce est. Sen. Herc. fur. 3.

Ipsa solicitudo commendat euentum, & lenocinatur voluptati. Quintil. dialog. de orat.

Nunquam funestorum Principum manes à posterorum execrationib⁹ conquiescunt. Plin. pan.

Γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται. *Prouerb.*

Quid homini potest dari maius, quàm gloria, laus & æternitas? Plin. paneg.

Statuæ malorum Principum iniustitiæ ipsorum monumenta. Dio. lib 52.

ἀνδρὸς δικαίου καρπὸς σὺν ἀπόλλυται. *Prouerb.*

* *causam dedêre, vt ob neglectam regnorum custodiam malè audierint.* G.

Qui à magna vilitate ad fastigium quoddam prouecti sunt, prioris non meminêre status. Theophyl. Ephes. 2.

Mores plerique pro rerum statu mutant. Dio. lib. 41.

Quàm veterrimus homini optimus est amicus. Pl. Truc. Ad fores.

Cum quo consenuit, miles honorat equũ. Corn. Gall.

Ardua res hæc est, opibus non tradere mores. Martial. 11. 6.

Tunc gratius, labores anxios fuisse perpessum, cùm te fructum eorum intelligis inuenisse. Cass. 1. ep. 12.

Non possum pati tibi me falsò suspectum esse, cùm animus tibi meus fidelis (candidique) amici laudem tribuat. Cùm enim fortuna instabilis suæ mihi vineæ vindemiam crediderit; non deerit, mihi crede, luculenta tibi domi meæ racematio. Nunquam hoc permittant dij iusti, nunquam huc fatis progrediar iniquis amentiæ, vt cùm viginti annis tuas ego fores apertas semper inuenerim; vno ipso momento occlusum inuenias cor meum.

Postquam ad imperij me fastigium fata prouexerunt, DVO mihi semper ob oculos obuersata sunt, nimirum neq; vlcisci inimicos, neque esse ingratum erga amicos. Deos enim precor, vt obliuione prius sepeliatur vita mea, quàm nomini meo ingrati nota inuratur. Offerat sanè dijs aliquis victimas, quotquot voluerit; conferat in homines, quanta potuerit, officia; QVICVNQVE in amicum ingratus fuerit, in vniuersum ab omnibus meretur vituperari.

Vt ergo videas mi Pollio, quanti faciendi sint amici veteres; exemplum tibi philosophi recitabo, quod non graueris audire. Inter septem Græciæ sapientes, in vetustissimis Græcorum historijs Periander nominatur, qui Principem in Republica locum longo tenuit tempore, tanta præditus hinc ingenij acrimonia, inde bonorum huius mundi cupiditate, vt dubitent historici, maiorne fuerit in eo Philosophiæ, quam in scholis docebat, scientia; an tyrannidis, qua Rempublicam expilabat, violentia: Siquidem SCIENTIA veritatis non subnixa fundamento, multum homini nocet.

Anno imperij mei secundo Corinthi cum essem, sepulcrum vidi, in quo condita ferebantur ossa Periandri, in cuius ambitu literis Græcis & antiquis scriptum erat huiusmodi epigramma:

Hîc tumulo angusto Periander clauditur, ingens
Cuius † sæuitiæ non satis Hellas erat.
Qui pupillorum fortunas viuus edebat,
Illius extincti vermibus esca caro est.
Et qui cum damno multorum vixerat olim,
Cunctorum exanimis nunc iacet ecce bono.
157 Innumeros vitæ spoliauit munere viuus;
Liberat haud paucos mortuus ille nece.
Vita cui fuit innocuum sparsisse cruorem,
Et sudore frui maxima laus inopum.
Condendis iustum se præbuit ipse, tyrannum
In non seruandis legibus indomitum.
Lustra † bis octo modum statuêre tyrannide; Per-
Sed scelerum testis clara Corinthus erit. (pes

Erant & alia in monumento exarata; sed quoniam in campo solum erat; aquarum vi pleraque exesa legentium

Succedentibus prosperis, siue obliuiscare, siue negligas gratiam antiquam; iuxta acerbum est. Sidon.4.ep.14.

Malæ secundæque res opes, non ingenium mihi mutabunt. Sall. Orat. Cortæ.

In pectore amicus, non in atrio quæritur. Sen.6. benef. 34.

αἰσχρὸν ἀδικεῖν φίλον. *Aristot.problem.* 29.2.

Nimio præstat impendiosum te, quàm ingratum dicier. Plaut. Bacch. Multimodis.

Qui ignotos lædit, latro appellatur; qui amicos, paulò minus quàm parricida. Arb. Satyr.

Maiores eum, qui socium fefellisset, in virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. Cic. pro Rosc. Amer.

Ὅτου ἀπορρεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος, οὐκ ἂν γένοιτο ποθ' οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ. *Sophocl. Aiac.*

Periandri duo; alter sapientia illustris, alter tyrannide. Ælian. 12. *Laert.*1.

Enitendum, ne quid à dictis facta discrepent, aut à vita oratio. Philo de Mose lib.2.

Ἡ ἐπιστήμη χωρὶς τῆς ἀρετῆς πανουργία, ἡ σοφία φαίνεται. *Plato in Menexem.*

Sic discamus, vt quæ fuerunt verba, sint opera. Sen.ep.108.

Eloquentia malè sine moribus discitur. Plin. 3. ep.3.

Omnes scientiæ, si absit scientia optimi, obsunt sæpius, quàm prosunt illas habenti. Plat. Alcib.2.

Periander initiò mitiùs agebat, quàm pater: Deinde magis illo cruentus euasit. Herodot.5. Pausan.lib.1.& 2.

Duo Periandri Epitaphia vide apud Laert. lib. 1.

Hominum immortalis est infamia; & tum viuit, cum credas esse mortuam. Plaut. Pers. Quæ res bone.

† *auaritiæ.*

Quæ linguâ proferuntur conuitia, statim aura dissipat; quæ libris imprimuntur, diutius grauiusque premunt. Nic. Greg.1.

Non perinde animis imperari potest, ac linguis. Curt.lib.4.

Diuites sunt aliorum iacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus. Val. Max.4.7.

Quam tuleris, legem patiaris oportet. Guill. Philipp.2.

Quæ præcipit aliis, ipsi Regi facienda, si vrbi consultum velit esse. Iustin.lib.18.

† *Exercuit tyrannidem annos XL. Laert. lib.* 1.

Annales veterum delicta loquuntur: Hærebunt maculæ. Claudia. 4. Cos. Hon. 311.

Mortalia cuncta vetustas imminuit. Prudent.

oculos subterfugiebant. Erat enim monumentum peruetustum, & magnis ambiguo procul impensis illo æuo extructum; sed incuria corruptum fuerat, quod mirum non est. TANTA enim temporis diuturni vis est, vt & viros celebres obliuione obruat, & ædificia splendida humi prosternat.

Si scire mi Pollio cupis, quo tempore hic philosophus tyrannus fuerit; scito, quando Catina, clarissima Siciliæ vrbs in radicibus Ætnæ, condita fuit; quando Perdiccas quartus Macedonum, [a] *Cardiceas* [b] *tertius Medorum,* [c] *Candarolus quintus* [d] *Lybiæ,* [e] *Asaradochus nonus Assyriorum, Merodachus duodecimus Chaldæorum, & Numa Pompilius secundus Romanorum Rex regnabat: Horum, inquam, bonorum Regum æuo Periandrum Corinthij regnasse.*

Quin & hoc scito, Periandrum, licet non solum opere; sed etiam fama tyrannus omnibusq; in Græcia in ore esset; tamen vt vita prauum, sic egregium oratione, & in præclarè constituenda Republica diligentissimum fuisse. NEMO enim omnium adeo bonus est, vt nihil in eo reprehensione dignum inueniatur; nemo adeo malus, vt nihil in eo laude dignum appareat.

Equidem, licet neque admodum iuuenis, neque nimis senex sim, visum à me aliquando Traianum Imperatorem dominum meum recordor cœnantem Agrippinæ; cumque fortè fortuna sermo incidisset, de bonis malisq; æui præteriti Principibus, tam Græcis, quàm Romanis; & quicunque aderant, mirificè Octauium laudarent, & ex aduerso Neronem illum crudelem vituperarent: VETVS enim consuetudo est, Principibus adulari præsentibus, detrahere præteritis: Traianus Optimus Imperator, qui si super mensam cibum capiens, & in templo orans verbum vnicum proferret, miraculi instar erat; eo die, cùm alteros quidem omnes ingenij neruos in laudando Octauio contendere; alteros verò Neronem insectando modum excedere animaduertisset. 158

Ego verò, inquit, Octauium à vobis laudari gaudeo; At me præsente malè de Nerone aut vllo alio dici ægrè fero. TVRPE enim est Principi viuo pati, vt se præsente vlli mortuo Principi maledicatur. FVIT sanè Octauius Imperator optimus; sed non negabitis potuisse illum esse meliorem. FVIT & Nero deterrimus; sed potuisset tamen esse deterior: quod ideo dico, quoniam primo imperij quinquennio Nero omnium fuit optimus, & omnium nouennio sequente pessimus. Si igitur est cur vituperetur; est etiam cur laudetur.

VIROS

Nihil à vetustate tutum. Sen. 6. natural. quæst. 10.

Quid non longa dies, quid non consumitis anni? Martial. 9. 50.

Data sunt ipsis quoque fata sepulchris. Iuuenal. Sat. 10.

Est nullum, quod non tempore cedat opus. Gall.

Periander claruit circa Olympiadem 38.

Nulla potestas est, quæ qualitatem famæ suæ de ore hominum possit auferre. Cass. 7. 2.

a *Cyaxares.*
b *quartus.*
c *Candaules.*
d *Lydiæ.*
e *Assarhaddon.*

ἀλαζονίας οὔτις ἐκφεύγει δίκην. *Prouerb.*

ἐμὲ χρεὼν φεύγειν δάκος ἀδινὸν κακαγορίαν. *Pindar. Pyth.* 2.

El vulgo iamas dize lo bueno, ni en dezir los defetos tiene freno. Araucan. pag. 68.

Neque boni obtinent recta omnia, neq; mali in omnibus labuntur. Apul. de philosoph.

Laudabilia multa etiam mali faciunt. Plinius paneg.

ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοὶ, αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες οὐ γινώσκομεν. *Prouerb.*

Zu sehr gelobt/ ist halb gescholten. Adag.

Inuidia in occulto, adulatio in aperto. Tacit. Histor. 4.

Plus quàm regnare mihi videtur; cui licet censuram agere regnantium. Sen. ep. 108.

ἐσθλὰ λέγειν αἰεὶ πάντας, καλόν· αἰσχρὰ δὲ, δεινόν. κἂν ὦσιν τούτων ἄξιοι, ὧν λέγομεν. *Epigram. lib.* 1.

αἰνίζειν μὲν ἄριστον· ὁ δὲ ψόγος ἔχθεος ἀρχή. *Pallad. ibid. lib* 2.

Κακίας μεγάλας ὥσπερ ἀρετὰς αἱ μεγάλαι φύσεις ἐκφέρουσι. *Plut. in Demet.*

Veræ laudes sufficiunt. Philo. in Flacc.

Claudantur odia cum sepultis. Cass. 8.

Χρὴ καθ' αὑτὸν αἰεὶ παντὸς ὁρᾶν μέτρον. *Pindar. Pyth.* 2.

Procul distare cunctos Principes à Neronis quinquennio Traianus dicebat. Victor. in Nerone.

*VIROS præstantes oportet, quando de mortuis loquuntur Principibus apud Principes superstites, solam laudare virtutem illorum, qua præditi fuerunt: neque sibi licentiam sumere in vitia, quibus notati fuerunt, inuehendi. BONO enim remuneratio debetur, quoniam † virtuti pro virili studet; malo verò etiam venia danda, quoniam * ex imbecillitate deliquit.*

Hæc omnia me præsente dixit Traianus, tantaque cum grauitate protulit, vt quicunque aderant, erubescerent, & linguas deinceps cuncti compescerent. Verissimè enim NON tanto dolori est desperatæ malitiæ homini immitis castigatio, quanto viro verecundo pudori est vnicum verbum asperius. Hæc ideo referre, mi Pollio, libuit, quoniam si Traianus Neronis patrocinium suscepit, & in eo quod laudaret inuenit; idem æquè de Periandro statuo, quem si propter mala, quæ fecit, opera condemnamus; propter verba, quæ dixit, bona, & propter leges, quas tulit, sanctissimas, defendamus. NIHIL enim improbo facilius, quàm rectè (alijs) præcipere; at nihil eidem difficilius, quàm rectè agere (& ad rectè agendum alios inducere.) Porro cùm varias Periander leges Corinthijs dederit; ex multis paucissimas hic tantùm referam, nimirum quæ sequuntur.

Si quis fortè in rixa alium interfecerit, modò ne fraude fiat; capite neutiquam luito; sed occisi fratris aut consanguinei proximioris perpetuum seruus esto. LEVIOR enim pœna est mors breuis, quàm diuturna seruitus.

Si quis latrocinatus fuerit (& deprehensus,) morte non multator; sed stigmate in fronte notator, vnde qualis sit, appareat. MAIVS enim hominibus non planè perfrictæ frontis malum est longa infamia, quàm breuis vita.

Quisquis aut vir aut mulier in detrimentum alterius mendacium dixerit, integri mensis spatio lapillum in ore gestato; NON enim æquum est loquendi libertate frui, qui in mentiendo effrenis est.

159 *Quicunq; seu vir, seu fœmina turbarum (seditionumq;) in ciuitate fuerit autor, ignominia notatus ex ciuitate eijcitor. Quoniam FIERI non potest, vt deorum sit amicus, qui inimicitias cum (hominibus) vicinis exercet.*

Si quis ab alio ciuis affectus beneficio, & ingratus pro illo fuisse conuictus fuerit; huius facinoris morte pœnas luito. VIR enim pro beneficio ingratus, indignus est, qui vitæ vsura fruatur.

Considera nunc mi Pollio, quam exposui, vetustatis historiam, quàm scilicet Corinthij mites in homicidas, quàm misericordes in latrocinij reos fuerint; & ex aduerso, quòd nihil præterea commeritos (sine mora) occidi iusserint ingratos.

Nihil de præteritis loquamur; mors sit extrema malorum. Fab. declam. 6.

Sic maximè laudatur incolumis Imperator, si priores secus meriti reprehendantur. Plin. Pan.

Veneratio priscis debetur. Sene. ep. 64.

† *arduum virtutis iter. G.*

Τέκμαιρει χερὶ ἕκαστον. *Pindar. Olymp. 6.*

* *peccare procliue est. G.*

Tàm de bonis mala, quàm de malis bona falsorum ora concelebrant. Rigord. prologo.

Est hominis ingenui & liberaliter educati, velle bene audire à bonis. Cic. 3. fin.

Ἔρραιμ' ἐόντων, εὖ τε παθεῖν τὸ ἀκοῦσαι, φίλοις ἐξαρκέων. *Pindar. Nem. 1.*

Citò laudare temeritatis, reprehendere maleuolentiæ est. Arria. Epict. lib. 4. cap. 9.

Cùm de malo Principe posteri tacent; manifestum est eadem facere præsentem. Plin. paneg.

Boni Principis virtus non ex aliorum flagitiis: sed ex ipsius factis iudicari debet. Dio. lib. 59.

Leges Corinthiis à Periandro datæ.

1. *Homicidæ seruitutem seruiunto.*

Occidi non est pœna, sed exitus. Fab. declam. 11.

ἀμείνων δουλοσύνας ἄμμιν πότμος ἐλεύθερος. *Antip. epigr. lib. 3.*

2. *Latronibus stigmata inuruntur.*

Mors ignominia potior. Fab. declam. 3.

Quò quis longius fontem vitam trahit, eò miserior. Tac. annal. 14.

3. *Mendacium ora obturantur.*

Καλὸν ποτὲ μὲν τὸ ψεῦδος, ὅταν ὠφελῶν τὰς λέγοντας, μηδὲν παραβλάπτῃ τὰς ἀκουόντας. *Heliodor.*

4. *Turbulenti solum vertunto.*

Qui hominibus fidem exhibuerit, multo magis Deo. Ambros. 1. Timoth. 3.

Qui non reuerentur homines, fallunt deos. Curt. lib. 7.

5. *Ingrati morte afficiuntur.*

χερὶ δ' ὀφειλέτων ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς ἐποιχομένῳ ὕπεσχε. *Pindar. Pyth. 2.*

ἡδὺ δὲ πρὸς βίῳ ὑμνῆσαι γηθόσυνον, ὡς χάριες. *Socr. Sto. 278.*

Tanto turpius gratiam non referre, quanto honestior causa referendæ. Plin. 8. epist. 12.

Ἀνδρὶ χρεὼν μνήμην σωτῆρος πέσοντι εἴ τι καὶ πάθοι χάριν χάριν δὲ ἔστιν ἥτις ὑπερβαίνει ἀεί. *Sophocl. Aiac.*

gratos. Ac mihi sanè videntur Corinthij rectè fecisse. NVLLA enim re magis perturbatur vir prudens, quàm si quem pro beneficijs (præstitis) ingratum esse videat.

Hanc Periandri historiam narrare volui solummodò, vt videas & cognoscas, cùm adeo detester (& vituperem) ingratitudinem pro beneficio; daturum me operam, ne ingrati crimen subeam. NON enim virtute pollet, qui acriter insectatur vitia; sed qui planè ab illis alienus est. Hoc à me tibi dictum puta, nihilq; me fingere certissimè tibi persuade, me scilicet, etiamsi Imperator Romanus sim, semper fidelem tibi fore amicum, operamq; daturum, vt in te gratus cognoscar. NON enim minoris mihi videtur gloriæ, prudentiâ conseruare amicum, quàm imperium per philosophiam adeptum esse.

Vnum literis ad me missis rogas, ad quod vt respondeam, non paruis me video vrgeri angustijs. MALLEM enim arcas potius reserare ad sustentandam pecunijs tuam tenuitatem, quàm libros, vt tuis respondeam quæstionibus, aperire. Cæterùm etsi meo fiat † periculo; tamen iustum esse desiderium tuum fateor, idq; in te etiam atque etiam laudo & approbo. Longè enim LAVDABILIVS est, si quis cognoscere studeat vnicum vetustatis præteritæ mysterium, quàm si pecunias ad venturas cumulet necessitates. PHILOSOPHVS, vt philosophus, sapientiæ thesaurum ad agendam in pace vitam & expectandam (subeundamq;) cum gloria mortem colligit: AVARVS, vt auarus, opes cumulat, vt vitam in bello (ducat &) transigat (perpetuo,) & mortem cum infamia suscipiat. Sed POTIOR, ita me Deus amet! est vnicus dies in philosophiæ studia collocatus, quàm decies milleni, qui cumulandis impenduntur pecunijs. VIRORVM enim quietorum vita nihil est aliud, quàm (iucunda &) non multùm molesta peregrinatio; HOMINVM verò turbulentorum (& malignorum) vita, nihil aliud est, quàm mors diuturna.

Rogas, vt ad te scribam, Pollio, quanam in re vniuersi seculorum transactorum homines suam posuerint felicitatem; siquidem tam diuersi fuêre fines, alijs vitam contemnentibus, alijs expetentibus; alijs vitæ spatium prorogantibus, alijs idem decurtantibus (& abrumpentibus;) illis pro delitijs, quibus fruebantur, labores quærentibus; his pro laboribus, quibus vrgebantur, delitias persequentibus; cuius diuersitatis non alia fuit causa, quàm quòd fines habuêre diuersos. GVSTVS enim diuersitas facit, vt (diuersos atq;) inusitatos homines cibos quærant. 160

Ita sim saluus! vt ego quæstionem tuam miror, ad respondendum Philosophiam non sufficere perspiciens.

Etenim

Athenis aduersus ingratos actio constituta est. Val. Max. 5. 3. Sen. 3. benef. 6.

Nobis implacabiles simus, exorabiles istis etiam, qui dare veniam nisi sibi nesciunt. Plin. lib. 8. ep. 22.

Qui alterum peccati arguit, ipse à peccato debet alienus esse. Ambros. off. 2.

Ἂ μὴ φρονῶ γὰρ, οὐ φιλῶ λέγειν μάτην. *Sophocl. Oedip. tyran. extrem.*

Amicitia, quæ desinere potuit, vera nunquam fuit. Sen.

Quando el vil esta rico, no tiene pariente, ni amigo. Celestina tragicom.

Otiosi & scrupulosi paratiores ad interrogandum; quàm capaciores ad intelligendum. Augustin. 15. ciu. 1.

Longiore mora opus est, vt soluas quæstionem, quàm vt proponas. Sen. ep. 48.

Σοφία γάρ ἐστι καὶ μαθεῖ τὸ μὴ νοεῖν. *Prouerb.*

† *sumptu.*

Δεινὴν τιν' ἂν πρᾶξιν τύχοις λέξας, ὁποίας ἐξαφιστάμην ἐγώ. *Sophocl. Oedip. Colon.*

Regia delectatio est, memoria complecti veterem doctrinam. Plut. aduers. Colot.

Necessaria non discimus, quia superua cua didicimus. Sen. ep. 88.

Sapiens humani generis pædagogus. Sen. epist. 89.

Ἐγὼ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις, ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν. *Alexan. M. Gell. 20. 4.*

Μίαδ' οὐχ ἅπαντας ἀμμεθρέψει μελέτα. *Pindar. Olym. 9.*

Otium sine literis mors est, & viui hominis sepultura. Senec. ep. 82.

οὔτε ἐν ἰχθῦσι φωνὴν, οὔτε ἐν ἀπαιδεύτοις ἀρετὴν δεῖ ζητεῖν. *Epicur. Stob. 706.*

Prosperitatem alius alio modo & suopte ingenio quisque terminat. Plin. 7. histor. 40.

Nihil tam absurdè dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum. Cic. diuin. 2.

διάφοροι φύσεις βροτῶν, διάτροποι δὲ τρόποι. *Eurip. Iphig. Aulid.*

Tot sunt, quot corpora, mores. Manil. lib. 4.

ἄλλος πρὸς ἄλλο τι πέφυκεν. *Arrian. 2. 15.*

Diuersos diuersa iuuant. Gall.

Ἀναπνέομεν οὐχ ἅπαντες ἐπὶ ἴσα. *Pindar. Nem. 7.*

Etenim si tentandi mei gratia quæris, tanquam arrogantem me irrides: Si ioco quæris; vt vanum subsannas: sin seriò; tanquam rudem illudis: si mei docendi studio rogas; me ad discendum paratum esse statuas: Sin discendi animo percontaris; me non posse te hoc docere fateor: Si sciscitaris, quoniam ab aliis hæc tibi quæstio proposita est; nemini meam responsionem satisfacturam scito: Quòd si fortè hoc quæris, quoniam id secundùm quietem somniasti; iam experrectus ne credas somnio; quasi quicquid noctu animo obuersatur, mox lingua manè propalare debeat.

Etsi autem iustam de te, mi Pollio, quærendi caussam habeo, quoniam nec autoritatem meæ personæ respicis, nec tuæ philosophiæ dignitatem spectas; ideoq; valde vereor, ne tu in quærendo curiosus habearis; ego verò in respondendo rudis existimer: tamen tibi omnino respondere statui, non vt debeo, sed vt possum; non pro quæstionis tuæ amplitudine; sed pro scientiæ meæ tenuitate, idq; tum vt (tibi gratificer &) tuæ satisfaciã petitioni, tum vt meum expleam desiderium: iam nunc augurans futurum, vt quicunq; hanc epistolam legerint, asperi sint inscitiæ meæ castigatores.

De Epicuro.

Olympiade * CIII. *Xerxe apud Persas regnante, & Lysandro tyranno Peloponnesiorum copiis imperante, memorabili inter Athenienses & Lysandrum prælio ad Ægos flumen commisso, victor extitit Lysander. Ac sanè si historicis credimus, magno Atheniensibus ea clades dolori fuit, vtpote, qui negligentia magis ducum suorum, quàm nimia hostium potentia victi essent.* MVLTÆ *quippe victoriæ magis alterorum socordia, quàm alterorum virtute obueniunt.*

Florebat autem illis temporibus Epicurus philosophus, statura mediocri, ingenio acuto, memoria promptus philosophia quidem mediocriter eruditus; eloquentia vero illustris; vnde ab Atheniensibus ad exercitum missus fuit, partim vt confirmaret, partim vt consilio iuuaret duces. VETERIBVS *enim bellum suscepturis antiquior cura erat eligendi viros, ad consulendum sapientes, quàm duces ad pugnandum strenuos.*

161

Cæterùm inter alios captus etiam Epicurus summæ fuit Lysandro voluptati, magnoq; in honore ab eodem (præ ciuibus) habitus, & ex eo, quo captus fuit tempore, nunquam ab illius latere discessit, cùm & philosophiam ipsi traderet, & historias referret temporum præteritorum, & fortia facta virtutesq; narraret Græcorum & Troianorum, vnde ingentem capiebat Lysander voluptatem. Nam mirificè GAVDENT *tyranni res gestas virtutesque prisco-*

Tanto yerro me parece sabiendo preguntar, como ignorando responder. Celestin. pag. 206.

Fatuus lapidem facilè deiicit in puteum; sapiens difficilè tollit. Valla in Pog. lib. 4. Scal. exerc. 70.

Interrogo vt discipulus, non irrito vt aduersarius. Vall. ibid.

Garrulo non respondere, conuitium est. Sidon. 3. ep. 7.

Ὁ τοῖς ὀνείροις πιστεύων εἰς ἅπαν ἀδόκιμος. *Clim. Stob. fol.* 305.

Non vult multa legere, cui vix ocium est pauca dictare. Sym. 1. 17.

Non decorum sapienti viro, vnde amico infamiam paret, inde gloriam sibi recipere. Tacit. Annal. 15.

Malui tibi stilo, quàm superbia displicere. Symm. 8. 58.

Malo incultus videri sermone, quam esse frigidus caritate. Fulg. epist. 6.

Verecunda principia commendans processum. Ambros. offic. 1.

Fiducia ipsa solet opinione arrogantiæ laborare. Fab. 4. cap. 1.

* 94. *Artaxerxe Mnemone. Xenoph.* ἕλλην. *lib.* 2. *Plutarch. Lysandro.*

Ἑτέροισιν ἑτέρων ἔρως ἔκνιξε φρένας. *Pindarus Pyth.* 10.

Nil tuto in hoste despicitur: quem spreueris, valentiorem negligentia facies. Curt. lib. 6.

Amat victoria curam, Catul. carm. nupt.

Victor timere quid potest? Quod non timet. Sen. Agamem. 4.

Epicurus nascitur Olymp. 109. *anno* 3. *vixit annos* 72. *Laërt. lib.* 10.

Deos precor, si vobis, quod optimum duxero, consilium dixero, multa mihi vt ex voto eueniant: sin aliter, aduersa vt mihi sint omnia Xeno ph. exped. Cyr. lib 5.

Γνῶμαι πλέον κρατοῦσιν, ἢ σθένος χερῶν. *Agath.*

Virtutem etiam in hoste miramur. Curt. lib. 4.

E Philosophorum progressi scholis tyrannides immanius exercuerunt cæteris. Rhodig. 22. 21.

Μηδεμία ἑτοιμοτέρα ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις διόρθωσις τῆς τῶν προγεγενημένων πράξεων ἐπιστήμης. *Polyb. lib.* 1.

Laudamus veteres, sed nostris vtimur annis. Ouid. fast. 1.

Ceux du premier age, Plus que ceux d'auiour d'huy auoient le cerueau sage. Ronsard. 9. 91.

rum audientes, & vicia deinde flagitiaq́ nihilo secius imitantur recentiorum. Lysander autem victoriæ compos, cùm nihilominus & classem in mari, & statiua ad Ægospotamon haberet; tum ipse, tum præfecti cæteri periculorum obliti bellicorum, (quasi vires instauraturi) frenos laxarunt voluptatibus, vt vitam cum magno reipublicæ detrimento agerent omninò dissolutam. FINIS *enim Principum tyrannorum est labores † amouere proprios, & sudoribus perfrui alienis.*

Erat quidem educatus Epicurus in optimè constituta Atheniensium schola, vbi in tanta philosophi egestate viuebant, vt nudi dormirent humi, ac ne frigidam quidem ad satietatem biberet. Nullus eorum domum habebat propriam; pecuniam non secus ac pestem auersabantur; pacis inter discordes conciliandæ studiosi, & Reipublicæ amantissimi erant; nunquam verbum loquebantur ociosum; instar erat sacrilegij inter ipsos dicere mendacium. Deniq́ lex inter illos erat sanctissima, vt philosophus ociosus relegaretur, viciosus occideretur.

Verùm infelix Epicurus doctrinæ magistrorum oblitus, & grauitatem, ad quam obligantur sapientes, floccipendens, totumque sese in seruitutem viciis tradens; optimam iudicauit vitam illam bestialem & voluptariam, & tam facto, quàm dicto summam in ea felicitatem collocauit. HOMINES *enim, qui natura duce ad virtutem non inclinant, vel minima occasione ad vicia declinant. Hunc ergo finem belluinus ille philosophus sibi statuit, vt felicitatem in eo poneret, si inertes haberent lectulos molles; si delicati neque æstu, neque frigore affligerentur; si libidinosi pulcras fœminas, ebriosi generosa vina, & lurcones suaues epulas haberent.*

Ego verò non tam Epicurum miror, quàm multitudinem discipulorum, quos & habuit, & habet, & habebit in mundo. RARIS *simos enim hodie Romæ inuenias, qui improbos coërceant appetitus; innumeros verò, qui mundi sectentur delicias. Atque vt verè tecum loquar, Pollio, ego neque virtutis aliquos esse studiosos miror, neque viciosos esse obstupesco.* VIRTVTIS *enim studiosum mirum non est esse bonum, cùm (ob præclaras actiones & opera laudata) læticiam ac quietem in futuro cum diis speret seculo; neque viciosum viciis huius vitæ mirum est sese tradere, vt qui nullam cum diis in altera læticiam ac quietem expectet. Nam* QVONIAM *non credunt (firmiter) homines aliam post hanc restare vitam, vbi pœnæ sceleratos, bonos præmia manent; inde fit, vt * tam furenter ruant in omnia flagitia scelerati.* 162

De

Loca amœna facile in ocio feroces militum animos molliunt. Sall. Catil.

Miserisq́ bonis perit horrida virtus. Sil. 11.

Effœminat animos amœnitas nimia, nec dubiè aliquid ad corrumpendum vigorem potest regio. Sen. epist. 51.

† *subterfugere.*

Οἱ πονῶν δεῖται ἀναπαύσεως. *Arist.* 8. *polit.* 3.

Iactura virtutis admissa, summum bonum sola corporis voluptate determinat. Sidon. 1. epist. 6.

Ne ridendi quidem potestas in Academia fuit. Ælian. lib. 3.

Μὴ λόγων, ἀλλ' ἔργων καλῶν ἄσκησις ἡ φιλοσοφία. *Dion. lib.* 11.

Philosophia disciplina disciplinarum. Macrob. 7. Saturn. 15.

ἡ τοῦ φιλοσόφου ἐπαγγελία, ἀναμάρτητον εἶναι. *Arrian.* 4. *Epictet.* 8.

Ab iniuria & ignauia in accessam seruabant Academiam. Ælian. lib. 3.

Opinionum commenta delet dies; naturæ iudicia confirmat. Cic. de nat. deor. 2.

Ἐξ ἡδονῆς φύεται τὸ δυςυχεῖν. *Prouerb.*

Quos suis bonis voluptas dignatur, eos multat continuò; quos illis priuat, eos adiuuat maximè. Philo de Gigantib.

Voluptati indulgere initium omnium malorum est. Sen. ep. 110.

Voluptas fit modo vtendi vel honesta vel arguenda. Macrob. 7. Satur. 5.

Quibus æternum spes informatur in æuum, omne bonum tenue est, quod præsens ingerit ætas. Prudent. cont. Symm. lib. 2.

Facilior virtutis ad luxuriam, quam luxuriæ ad virtutem transitus. Val. Max. 2. 1.

Necesse est rectum fieri, quicquid applicatur ad sanam regulam. Philo de Gigant.

οὐκ ἔςιν ἀρετῆς κτῆμα τιμιώτερον. *Eurip. Stob.* 1.

Ad iustitiæ affectum pectoribus inoculandum, nihil æque patrocinatur, quàm si fructus eius non videatur cum vita hominis terminari. Macrob. Som. 1.

* *tum vitia, tum vitiosi adeò hoc æuo dominentur. G.*

Non currunt pariter capta & capienda voluptas. Prudent. contr. Symm. 2.

De Æschylo poëta.

Regnante * *Artabano sexto Persarum Rege, & Quintio Cincinnato ex agro in vrbem ad Dictaturam vocato; in* † *prouincia Tarside fuit philosophus, nomine Æschylus, facie deformis, corpore inuenustus, aspectu torum, ingenio admodum rudi; licèt fortunam ad existimationem comparandam habuerit propitiam. Non minùs enim illi Tharsenses, quàm Homero Græci tribuebant. Etsi autem hic philosophus ingenio rudis fuisse perhibetur; tamen naturali mentis bonitate excelluit, in negotiis arduis solers, aduersus eos, à quibus iniuria fuerat affectus, tolerans, animique in rebus aduersis & tristibus excelsi, (& in prosperis moderati) & quod in eo maximè suspicio, in conuersatione iucundissimus, & in sermone suauissmus (eloquentissimusque) fuit. Nam is demum* FELIX *est dicendus, cuius & vitam laudant vniuersi, & linguam nemo reprehendit.*

Porrò primus, vt veteres Græcorum historici perhibent, Tragœdiarum inuentor Æschylus fuit, iisque repræsentandis vicitauit. Cumque inuentum esset & nouum & iucundum; non solùm magna ipsum vulgi multitudo, quocunque pergeret, comitabatur; sed de suis etiam bonis illi multa largiebatur. Quod minimè mi Pollio mireris, cum EA *sit vulgi vanitas, vt ad spectacula ludicra accurrant omnes; ad audiendam verò virtutum excellentiam ne vnus quidem accedat.*

Postquam autem multos Æschylus scripserat libros, in primis in arte, quàm profitebatur, tragica; & multas lustrauerat diuersasque regiones: consedit & reliquum vitæ habitauit circa * *insulas paludi Mæotidi proximas. Nam, vt Plato dicit,* PHILOSOPHI *prisci in iuuentute studiis operam dabant, ætate virili peregrinabantur, & in senecta quieti sè dabant; quod quidem sapientissimè illi mihi videntur fecisse, nec minùs sapienter facerent, siqui illos hodie imi-*
163 *tarentur.* PARENTES *enim prudentiæ sunt doctrina & experientia:* & IN HOC *vera consistit experientia, vt ab huius vitæ (mutationibus &) turbis aliquando sese aliquis subducat. Quid enim, obsecro, mi Pollio, multa didicisse, audiuisse, vidisse, cognouisse, perlustrasse, obseruasse, pertulisse, expertum esse, (habuisse) prodest; nisi quis, exantlatis his omnibus, in portum sese aliquantisper recipit tranquillitatis? Profectò* NON SAPIENS, *sed amens dicendus est, qui sponte se laboribus ingerit, & parandæ quietis solertia destituitur.* NIHIL *enim aliud est, me iudice, vita inquieta, quàm mors diuturna.*

* *Olymp. 78.*

La bondad del hombre se conosce en lo que haze: mas si es sabio è simple, no si en lo que dize. Gueuar. 2. epist. 5.

† *Athenis natus. Plut.*

Come è differente il viso, è differente ancor l' ingegno è arte. Aristot. 6. 53.

Mirum est aliquid fortiter dici ab homine, mollitiem professo. Sen. epist. 33.

Tragœdias primus Æschylus in lucem protulit, rudis in plerisq; & incompositus. Fab. lib. 10. cap. 1.

Ea demum magna voluptas est, æqualem verbis vitam agere. Cic.

Qui recta, quæ docet, sequitur, verè philosophus est. Saresb. 7. 11.

Tragicam artem in ordinem redigit. Suid.

Æschylo puero vuas custodienti, secundum quietem Bacchus imperat, vt Tragœdiam scribat. Pausan. lib. 1.

Aliter ad has vanitates currit, qui voces Christi contemnit; aliter ille, qui non nouit, quid fugiat. Augustin. homil. 21.

Vulgus indoctum pompis inanibus gaudet, animisque puerilibus spectat omnia & oblectatur, friuolis. Lact. 2. 3.

Πολλαὶ πυτιδὲς ὑμνοπόλων. *Antipat. Epigram. lib. 3.*

Senex quieti se tradit.

Noble cueur ne cherche que soulas. Marot. Ballades 291.

* *Ad Hieronem in Siciliam exulatum abit. Plut. de exil.*

Vsus efficacissimus omnium rerum magister. Plin. 26. histor. 2.

Exercitatio mediocritas est, non perfectio. Philo deter. pot. insid.

Prima vitæ tempora & media patriæ, extrema nobis impertire debemus. Plin. 4. ep. 23.

ὧν πόνων, εἰ σωὶ νεὸ θαλὲ γένοντ' ἐσώτεδικα, τελέθει κεῖθεν γῆρας αἰὼν ἀμέρα. *Pindar. Nem. 9.*

Cum sis senex, in otium te colloces. Plaut. Merc. Tandem impetr.

Absit vt eorum sim meditator, quæ mox seruare non liceat. Philo deter. pot. insid.

Quare adolescens, vtere senex. Sen. 2. contr. 6.

Fortissimus quisq; vir maximos labores suscipiendos putat, vt aliquando in ocio possit esse. Cic. contr. Rull. 2.

Morte non vulgari vitam claudit.
ὠνήτον τλὼ ἐχθάτλω ὥϱαν. *M. Aurel. lib. 7.*

Nihil tam exiguum, quod non in perniciem generis humani satis valeat. Sen. nat. quæst. 6. 2.

Valer. Max. 9. 12. Plin. 10. 3.

In somno felicitatem ponit.

In ocium se recipere, vulgo solent optare mortales, vti rectis pedibus dormiant. Lucian. ad Timoclem.

Menti deus vtilis ægræ somnus. Tibul. 3. 4.

ὦ φίλον ὕπνε θελγητῆϱον ἐπίκυϱον νόσε, *Eurip. Oreſt.*

Καθεύδων ἐδεὶς ἐδενὸς ἄξιος, ἐδὲν μᾶλλον ἢ μὴ ζῶντος. *Plat. 7. de legib.*

Somni & defatigationes disciplinarum sunt hostes. Plut. de educ. lib.

Habes somnum imaginem mortis, eamq; quotidie induis. Cic. Tuscul. 1.

Ὁ ὕπνος ὥσπεϱ τελώνης τὸν ἥμισυ μῖν ἢ βίε συνδιαφείϱει χϱόνον. *Cle. Stob. 304.*

Somnus refectioni necessarius est: Hunc tamen si per diem noctemq; continues, mors erit. Sen. tranquill. vit.

* *Æschylus eiusq; sequaces.*

ὕπνος ὢ μικϱὸς ἢ θνατὸς μυσήελα. *Plut. de consolat.*

Τὸ ἀεὶ παϱόμεϱον ἔπλου, ὕπνον ἔχε-τω παντὶ βϱοτῶ. *Pindar. Olymp. 1.*

† *Olymp. 76. Euseb.*

* *Olymp. 68.*

† *Bœotiæ.* * *Poëta.*

Πίνδαϱος Ὀφώνων πεϱὶ ὕδων ἄϱιστος. *Leo. Epig. lib. 3.*

De Thebis Ægyptiis videatur Strabo lib. 17. Tacit. annal. 2.

† *non admodum gnarus fuit habitus. G.*

Pindarus quòd Athenienses carmine laudauit, & statuam & alia meruit præmia. Pausan. lib. 1.

Factis magni, ad verborum linguæque certamina rudes. Liu. lib. 9.

Finis philosophiæ est non oratio, sed actio. Simp. Epict. cap. 66.

Nulla est capitalior iniustitia, quàm eorum, qui tum, cum maxime fallunt, id agunt, vt viri boni esse videantur. Cic. Catil. 4.

Philosophi nulli non vitio, quod insequuntur, obnoxii. Sen.

Pindarus propter beatissimam rerum verborumq; copiam, nemini imitabilis. Fab. lib. 10. cap. 1.

Porrò iam grandis natu, cum fortè fortuna ad paludem dormiret Mœotidem; venator leporem cauea gestans inclusum fictili, ad venandum alios lepores interuenit. Eum leporem aquila se demittens in altum vna cum cauea extulit; sed cum vesci illo non posset; è sublimi deiectum fronti philosophi illisit, eumq; occidit.

*Hic ergo Æschylus, quanam in re vitæ huius felicitas consisteret, interrogatus; videri sibi in dormiendo illam positam esse respondit. Cuius responsi hanc reddebat rationem, quòd nos dormientes nec motus carnis stimulant, nec hostes persequuntur, nec amici interpellant, nec hyems fatigat rigida, nec æstas adfligit torrida, nec inuidia torquent ea, quæ videmus; nec dolore excruciant ea, quæ non adipiscimur; nec aduersa affligunt & inquietant; postremo quando dormimus, neque corporis dolores, neque animæ perturbationes sentimus. Hunc autem finem vt consequerentur, nimirum vt affecti molestia aut defatigati facilè obdormiscerent; potionis quoddam genus terræ suæ docebat incolas, quam simulatque aliquis ebibisset, è vestigio obdormiret. In summa, quantum studij Epicurei in fruendis perquirendisque cibis; tantundem * hi in somno, mollibusque lectulis parandis ponebant.*

De Pindaro Poëta.

Anno ab V. C CCLXII. † *regnante apud Persas Dario secundo, qui Hystaspis filius, & quartus Persarum Rex fuit, Iunio Bruto & L. Collatino Coss.* * *qui primi Consules fuerunt, Thebis, quæ fuit* † *Ægypti vrbs amplissima, vixit Pindarus* * *philosophus, totius illius regni Princeps. Hunc Pindarum in philosophia coætaneos vniuersos; at in Musica vocali iuxta atque instrumentali, quotquot ante ipsum fuerant, antecelluisse ferunt. Affirmant enim Thebani neminem vnquam tam agilem habuisse in loquendo linguam, quam celerem ille habuit in pulsando manum.*

Idem Pindarus in ethicis excelluit; physices vero † *contemtor fuit. Erat idem taciturnus, solitarius & virtute præstantissimus, vt qui AGENDI, quam dicendi esset peritior; quod contra fit in nostratibus sapientibus, qui sapientiæ parum, & abunde loquentiæ habent, & quod pessimum, VERBA proferunt scite composita, & quod boni agunt, simulatè agunt. Eiusdem Plato de legibus mentionem facit, & Iunius Rusticus in Thebaide singulare quiddam refert, legatum scilicet Lydorum cum Thebis esset, & Pindarum vita honestissimum, sermone iniucundum esse vidisset; ita ipsum compellasse: Si tua, Pindare, oratio agrestis tam esset polita (& suauis) coram hominibus, quam puræ sunt coram dijs actiones; eosdem Deos testor immortales, futu-*

rum

rum vt tanti viuus, quanti Prometheus, æstimareris, tantamq; tui memoriam mortuus relinqueres, quantam magnus ille Homerus in tota reliquit Græcia.

*Cæterum interrogatus Pindarus, quanam in re felicitas consisteret, in hanc respondit sententiam: Cum animam interiorem maxima ex parte multis in rebus corpori obtemperare exteriori certum sit; eum aio felicem (dicendum & censendum,) qui nullos habet in corpore dolores. Etenim CARNE afflicta (& corpore læso) non potest in corde regnare lætitia. Hoc (ergo) Pindari consilium sequentes Thebani, præter omnes nationes enisi sunt, vt doloribus vacarent corporis. Anius Seuerus eos singulis mensibus venæ sectione ad euacuandum sanguinem superfluum; singulis hebdomadis vomitu propter repletiones; frequentibus item balneis ad vitandas oppilationes vsos fuisse, variaque odoramenta, ne quam perciperent ex locis immundis (& infectis) molestiam, secum gestasse affirmat: In summa, nulli rei * studuisse Thebanos, præterquam (in omni genere delitiarum) conseruando & molliter curando corpori.*

Homeri ingenium sine exemplo maximum. Velle. 1.

Pindaro benignitate deorum tantum poëticæ facundiæ attributū. V. Max. 9. 12.

ἡ ἀρίστη κρᾶσις ἐστὶ τῆ διανοίᾳ συμφέρει. *Aristot. probl.* 13. 1.

Δύο ζωᾶς ἄωτον ποιμαίνουσι, εἴ τις εὖ πάσχων, λόγον ἐσλὸν ἀκούοι. *Pind. Isthm.* 6.

Non valet vnus idemq; animus pariter exercere læta, & tristia sustinere. Sido. 7. 7

Qui fieri potest vt os vnum contrariis affectionibus induatur? Sym. 1. 95.

εὐδαίμονες εἰσι κακῶν ἄγευστοι ἀιών. *Soph. Stob.* 821.

Hæc est omni in re animorum conditio, vt à necessariis orsa primo, cuncta peruenerint ad nimium. Plin. 26. histor. 4.

Quicquid facies, cito redi à corpore ad animum; illum diebus ac noctibus exerce. Sen. epist. 15.

* *curam studiumq; impendisse. G.*

Τερπωλὴ νικᾷ πάντα σὺν εὐφροσύνῃ. *Theogn.*

De Ptolemæi vsque ad insaniam intemperante in mulieres amore vide Pausan. lib. 1.

Olymp. 124. *regnare cœpit Ptol. Philad. tertius ab Alexandro Ægypti Rex. Philo. de vita Mos.* 2.

De turri Pharo Strabo lib. 7.

Plin. 36. 12. *Cæsar. ciuil.* 3. *Ammian.* 22. *Solin.* 25.

Pharus insula secessum habet quietissimum. Philo. 2. *de Vit. Mos.*

† *pilis marmoreis.*

Vitreas columnas miræ magnitudinis in ædequadam. Casaub. Vopisc. 548. *sibi lectas meminit.*

* *Scenam è vitro habet Plin.* 36. 15.

Si honesta sunt, quæ facis, omnes sciant; si turpia, quid refert neminem scire, cum tu scias? Sen. ep. 43.

† *Rhodig.* 23. *cap.* 6.

* *Sostratus Gnidius Phari Architectus. Plin.* 36. 12.

† *Sumptuosa opera ab illo Philadelphea denominata. Philo. lib.* 2. *de Mos.*

Tantum inter Ptolemæos Philadelphus, quantum caput in corpore, præminuit. Idem ibid.

Ea loci conditio erat, vt neque munitius quicquam esse, neque amœnius posset. Iustin. lib. 41.

Animus multitudine distractus nullam pro socia, pariter omnes viliter habet. Sylu. hist. Boh. 56.

Persæ non cum vxoribus, sed pellicibus suis inebriantur & saltant. Plut. Symp. 1. quæst. 1.

De Zenone philosopho.

*Olympiade CXXXIII. C. Seruilius & L. Cæcilius Coss. mox Ianuario mense, postquam designati fuerant, contra Athenienses missi sunt, anno XXIX. regni Ptolemæi Philadelphi. Hic Ptolemæus sumtu Alexandrinorum turrim condidit, quam Pharon, de amicæ nomine, quæ Pharos Delouina dicebatur, nuncupauit. Inædificata erat ea turris quatuor † machinis vitreis, ipsa per se & lata & alta, forma quadrata, saxis in turri tota * vitrorum instar pellucidis, vt cum turris latitudo viginti pedum esset, si candela intus arderet, qui foris essent, lumen viderent. Sic autem habet o mi Pollio, tanto in precio veteres historicos ædificium illud habuisse, vt inter † septem illud orbis miracula retulerint.*

*Illis autem temporibus, quibus hæc gerebantur, philosophus in Ægypto fuit, nomine * Zeno, cuius & arte & in-*
165 *dustria Ptolemæus † in condenda turri tam famosa, & consilio, in administrando regno, vtebatur. ANTIQVITVS enim Principes, qui sapientum non parebant consilijs superstites, in numerum referebantur desipientum defuncti. Cæterum cum & munitissima foret turris illa & amœnissima; maximam temporis partem Ptolemæus suam ibi amicam asseruabat carissimam, tum vt melius custoditetur, tum vt amœnitate frueretur. Etsi enim vxores suas Alexandriæ habebat; plurimum tamen temporis cum Pharo transigebat Delouina. Nam olim Persæ, Sicyonij & Chaldæi vxores ducebant, tantum vt liberos procrearent*

bonorum hæredes; cæterùm libidini & voluptati cum pellicibus indulgebant.

Gloriabantur Ægyptij, vera scilicet destituti sapientia, egregios se esse luctatores, & multa super hac re cum peregrinis instituebant certamina; cumq; luctandi exercitium esset apud ipsos perpetuum, eximios illius habebant magistros. QVOD enim frequenter quis tractat, eius tandem magister euadat necesse est.

*Cùm autem in ea * turri multi essent Ægyptij palæstritæ; inter alios quidam excellebat, quem nemo poterat humi prosternere. Cum eo luctari quodam die cùm Zenoni libuisset, congressus humi prostrauit magnum illum luctatorem, qui à nemine potuerat hactenus deiici: quæ victoria tam iucunda accidit Zenoni, vt & dixerit & scripserit, non alia in re felicitatem consistere, quàm si quis & robore & dexteritate polleret, vt prosternere pedibusq; subiicere alium valeret. Nitebatur autem hac ratione philosophus, quod humi antagonistam prosternere maius sit victoriæ genus, quàm multos prælio vincere. Nam IN BELLO immeritò victoriam sibi vnus vendicat, cuius pariendæ multi fuêre participes. At IN LVCTA quemadmodum vnius certamen est, sic vnius tantùm est victoria: quapropter in ea sita est felicitas, maximè cùm in ea magis, quàm alia in re, acquiescat animus. Nam EA DEMVM in hoc mundo dicenda felicitas est, quæ & animo delectationem, & nullam coropori molestiam affert.*

De Anacharside philosopho.

Quo tempore † Erithacus, septimus Medorum, & Tarquinius Priscus, quintus Romanorum Rex, rerum potiebantur; erat in partibus Scythiæ philosophus nomine Anacharsis, ex vrbe Epimenide oriundus. Cicero noster (Tuscul. 5.) huius Philosophi doctrinam miris efferens laudibus, nescire se dicit, maiorne in eo fuerit doctrinæ à diis datæ copia; an malitiæ, qua persequebantur illum æmuli, crudelitas. Reuera enim secundùm Pythagoræ sententiam, QVO QVIS familiarior & acceptior diis est eò magis est iniuriis & odiis hominum obnoxius. 166

*Cùm esset ergo, vt dixi, Anacharsis natione Scytha, quæ gens apud * Romanos maximè barbara habebatur; † Romanus quidam improbus lacessere verbis philosophum cupiens, idq; opere aggressus, improbitate scilicet potiùs, quàm ignorantia impulsus: ORATIO quippe improba malæ mentis præco est: Tum ergo Romanus ille philosophum aggressus: Fieri non potest, inquit, Anacharsi, vt sis natione Scythes. Neque enim virum tam eloquentem terra tam barbara potest gignere. Cui respondens Anacharsis; Rectè, in-*

Quomodo seruari potest caritas, vbi nihil est certum, quod ametur? Lactant. 3. 20.

Crescit audacia experimento. Plin. 9. ep. 33.

Continuatio experientiæ vires suas renouat. Symm. 7. ep. 60.

Non promtum est vnum eundemq; probè facere aliquid, & raro. Sidon. 9. ep. 13.

* *terra regione.*

ἐκ τοῦ φιλογυμναστεῖν τὸ σῶμα, αἱ νῖκαι. *Aristot. Rhetor. ad Alex.* 4.

Non semper viator à latrone; nonnunquam etiam latro à viatore occiditur. Cic. pro Milon.

ἐν ταῖς μάχαις οἱ ἀγύμναστοι προφερόμενοι τύπτουσι πολλάκις καλὰς πληγάς. *Aristot.* 1. *Metaph.* 4.

Nihil est victoria dulcius. Cic. Verrin. 5.

Paucas victoria dextras exigit. Lucan. lib. 7.

In victoria magnam laudis partem commilitones sibi vendicant. Polyb. lib. 3.

Victoria per paucos fieri consueuit. Veget. 3. 20.

Etiam in multis legionibus pauci sunt, qui bellum profligant. Tacit. annal. 14.

Nisi carenti doloribus morbisq; vita ipsa pœna fit. Plin. procœm. lib. 28.

Quod ex virtute percipimus, felicitas est, vt non frustra eam possideamus. Philo det. potior. insid.

† *Artines.*

Philosophia stemma non inspicit. Sen. epist. 44.

Reiner par. 2. *fol.* 4. *Laërt. lib.* 1.

Τὸ ἀδικεῖν ἐστὶ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων ἴδιον. *Aristot. Rhetor. ad Alex.* 5.

Improbi vel tacitis iustorum moribus arguuntur. Ambros. psal. 118.

Deus quos probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet. Sen. cur bon. male. 4.

Qui apud bonos laudatus, grauis est iniquis. Tacit. annal. 4.

Si illi vitiosi sunt, qui virtutem sequuntur; quid erunt, quib. ipsum nomen virtutis odio est? Sen. Vit. beat. 19.

* *Græcos.* † *Atticus.*

Profert mores plerunq; oratio, & animi secreta detegit. Fab. lib. 11.

Sermo vanus vanæ conscientiæ index est. Augustin. serm. 3. ad fr. in erem.

Exprobranti, quod Scytha esset; at mihi, ait, dedecori est patria, patriæ tu. Laërt. 1.

*ctè, inquit, loqueris, & verbis hac in parte tuis assentior, quanquam sententiam non approbo. Tu enim me & ob patriam malam vituperare, & ob vitam bonam laudare iustè potes: Ego verò te ob vitam malam (turpemq;) accusare, & ob patriam bonam prædicare longè iustius possum. Qua in re teipsum iudicem pati possum, vter scilicet nostrum plus sit habiturus seculis vẽturis gloriæ, tune qui Romæ natus tanquã barbarus viuis; An ego, qui natus barbarus, tanquam Romanus viuo. Siquidem IN HVIVS vitæ quasi pomario malus viridis & pomifera, quam * libanotis arida & humi sparsa esse malo.*

Cum autem plurimos Anacharsis annos † Romæ & in Græcia versatus, & ætate iam prouectior esset; amore impulsus patriæ, reuerti in Scythiam statuit, in qua tum frater ipsius nomine Caluidas, titulo quidem Rex; at reipsa tyrannus, imperabat: Quem cum philosophus in tyrannum degenerasse, regnumq; pessimè moratum videret; sanis fratrem consilijs corrigere, & præclaris (populum) legibus instruere conatus est: Quo animaduerso, vt qui nouos viuendi induceret ritus, publico barbarorum decreto fuit interfectus. NVLLVM enim certius signum (& argumentum) esse statuas Pollio, reipublicæ viciis refertæ, quam bonorum (& virtuosorum) vel cædes vel exilia.

Cum autem ad supplicium raperetur philosophus; acerbissimam sibi mortem esse ostendit, neque sine magno se animi cruciatu vitam relinquere dixit, quibus commotus quidam: Cum & virtute præstes, inquit, Anacharsi, & sapientia; & natu præterea sis grandior: non mihi videris debere dolorem capere, quòd tibi ex vita hac ærumnosa migrandum
167 *est. Nam & VIRTVTE excellentem virtute præstantium, quibus hic mundus caret, societatem expetere, & sapientem aliorum commercium sapientum, qui in hoc mundo nulli sunt, * optare; & senem parui decet vitæ iacturam pendere, cum quantis in laboribus agatur vita (vsu edoctus) nouerit STVLTICIÆ quippe genus videtur, si is, qui iter & longum & periculosum peregit, finem se videre illius & ploret & doleat.*

Ei respondens Anacharsis; Bona verba, inquit, amice loqueris; atque vtinam monitis tua vita respondeat! Sed hoc mihi dolet, quod in hoc conflictu & intelligentia ad illa assequenda, (& sensu ad illa degustanda,) & tempore, vt gratiam tibi referam destituor. Scito enim NVLLA eloquentia humana morituri cogitationes explicari posse. Ego morior, & quemadmodum vides, ob solum virtutis studium interficior: Sed nihil maiori mihi dolori est, quam quod fratrem Caluidam vlcisci non possum. IN HOC enim mihi videtur

Iniuriam perpeti, quam irrogare est præstantius. Arnob. 1.

Μίαν ξένε πατρίδα κόσμον ναίομεν, ἐν θνατοὺς πάντας ἔτικτε χάος. *Meleag. epigr. lib. 3.*

Non vbi prognatus, sed vt moratus quisque sit, spectandum. Apul. Apolog. 1.

Virtute oportet, non genere certari. Cic. Verrin. 5.

Qui sis, non vnde natus sis, reputa. Liu. lib. 1.

Studiorum salutarium, etiam citra effectum, laudanda tractatio est. Sen. Vit. beat. 20.

* *platanus. I.*

† *Athenis.*

Frustra niti, neque aliud se fatigando nisi odium quærere, extrema dementia est, Sal. Catil.

ἀεὶ μὲν ἀπειρήτων νόος αὐδρῶν δύσμαχος, οὐδ' ἐθέλουσι καὶ ἀτρεκέεσσι πιθέσθαι. *Oppian. ἁλι. α.*

Arduum est eodem loci & potentiam & concordiam esse. Tacit. annal. 4.

Consuetudinis amor magnus est. Symmach. relat.

Vitia virtutem semper impugnant. Lact. 7. 10.

Esse inter nocentes innoxium, crimen est, Cypr. 2. ep. 2.

Luctuosiss. genus mortis, quæ non ex natura, nec fatalis videtur. Plin. 1. ep. 12.

Probi viri mens custos ac proma conda est virtutis dogmatum. Philo deter. poti. insid.

In venatu à fratre sagitta percussum interiisse Laërt. refert. l. 1.

Non potest turpis mors forti viro accidere, neque misera sapienti Cic. in Salust.

οἱ ἀγαθοὶ τοῖς ἀγαθοῖς φίλοι. *Plato in Lysid.*

Tota Philosophorum vita commentatio mortis est. Cic. Tusc. 1.

* *omni voto expetere.*

Omnes philosophi dicebant, non quemadmodum ipsi viuerent, sed quemadmodum viuendum esset. Sen. Vit. beat. 18.

Naturale est mali sui fine gaudere. Sen. epist. 78.

Alia sententia domestica, alia forensis: In fronte ostentatio est; intus veritas occultatur. Cic. fin. 2.

Accessus mortis maximam perturbationem affert. Sen. Epist. 30.

Acerbius omni supplicio est, si noxio impunitas differatur. Apul. de philos.

Lentæ vindictæ dilatione oritur animi, prope dixerim, furor. Fab. declam. 12.

Vindictam quantumuis tardam, si semel moueatur contra noxios, nemo potest effugere. Philo. Vit. Mos. 1.

Quoties homicida punitur, non est remedium, sed solatium vindicari. Sidon. 8. 11.

Læso doloris remedium inimici dolor. Mim.

Dilatio vindictæ afflictorum animos enseruat; improborum auget audaciam. Plut. de sero punitis.

Non sit exactor vindictæ, qui petitor est veniæ. Leo Serm. quad. 5.

Vltio doloris confessio Sen. 2. de ira. 5.

* *Herodot. de Scythis. lib. 1.*

Ὅταν δὲ πολεμίους δράσωσι καλῶς ἥλη τις, ἀδεὶς ἐμποδὼν κεῖται νόμος. *Eurip. Ion.*

† *Taurus, vbi se quoq; exuperat, Caucasus dicitur. Plin. 5. 27.*

Constat in omnibus locis & ignauos & & strenuos nasci. Veg. 1. 2.

* *monstrosæ.*

Locorum asperitas hominum quoque ingenia durat. Curt. lib. 7.

οἱ βάρβαροι γὰρ ἄνδρας ἡγεῖνται μόνους τοὺς πλεῖστα δυναμένους καταφαγεῖν καὶ πιεῖν. *Aristoph. Acharn.*

Priùs Scythæ ebrietate, quàm bello vincuntur. Iustin. 1.

Non minoris periculi est carere desideratis, quam abundare concessis. Leo Serm. quadr. 11.

Magna pars non aliud vitæ præmium intelligit. Plin. 2. cap. 102.

Astus pollentior armis. Sil. l. 14.

Scytharum est immoderatè bibere. Ælia. lib. 2.

Ebrietas publica acerrimas gentes & bellicosas hosti tradidit. Sen. ep. 84.

ὁ δὲ καὶ Κένταυρον ἀπόλεσεν. *Nicarch. epigr. lib. 2.*

Simius & Elephas si vinum biberint, hic sui roboris obliuiscitur, ille versutiæ. Ælian. lib. 2.

Fraus fructum non habet. Isidor. 12. orig. 7.

Es vitoria sin gloria y alabanza La que por baxo termino se alcanza. Araucan. 2. pag. 292.

Vrbs à filio, Martis condita, armis bella (non poculis) gerere debet. Val. Max. 6. 5.

Bellandum est astu, leuior laus in duce dextræ. Sil. lib. 5.

Facilis victoria de madidis & blæsis, atq; mero titubantibus. Iuuenal. Sat. 15.

Non fraude neque occultis; sed palàm & armatus P. R. hostes suos vlciscitur. Tacit. annal. 2.

Nil refert, armis contingat palma dolisue. Prudent. hamartig.

Χρὴ δὲ πᾶν ἔρδοντ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν. *Pindar. Isth. 3.*

Præstat honestè vinci, quam nefariè vincere Nazi. orat. 21.

Romani neq; timeri, neq; decipi hostem voluere. Val. Max. 3. 4.

videtur consistere omnis felicitas, si iniuriam immerenti illatam vlcisci homini, antequam vita priuetur, liceat. LAVDABILE quidem est philosophum iniurias ignoscere, quod facere veri & virtute excellentes philosophi solent. Verùntamen INIVRIARVM, quas homines iniuria affecti condonamus, vltores deos iustos esse æquum erat. Est enim INDIGNISSIMVM, vitam bono viro à tyranno eripi, eiusq; amicos nunquam pœnas tyranni videre. Hic mihi Philosophus, Pollio, in vlciscenda iniuria summam huius mundi felicitatem videtur collocasse.

* De Sarmatis.

Asiam maiorem † *Caucasus, vt Cosmographi dicunt, mediam diuidit, ab India incipiens, & in Scythia desinens, & pro diuersitate accolarum diuersa sortitur nomina; Inprimis verò latera Indiæ obuersa, à diuersis habitantur gentibus. QVANTO magis enim* * *montosæ sunt regiones tantò magis barbaras gentes alunt. Inter alios autem populos, montis illius accolas, Sarmatæ sunt, terramq; Sarmatiam Tanais fluuius (alluit &) rigat, & prouincia propter frigoris asperitatem vini minimè ferax est, licèt nulla toto Oriente gens sit illius auidior. REI quippe alicuius priuatio vehementioris incentiuum est desiderij. Est autem gens Sarmatarum bellicosissima, licet armis neutiquam instructa, neq; cibis delicatis; multo minus verò vestimentis delectatur pretiosis. Totam quippe huius vitæ felicitatem in eo ponit, vt vino (impleatur &) exaturetur.*

Anno ab V. C. CCCXIIX. maiores nostri contra Sarmatas aliasq; nationes barbaras L. Pium consulem miserunt; cumq; variæ fuissent inter illos fortunæ vices, postquam inflammatum fuerat bellum; ad inducias tandem deuentũ est, 168 *omnesq; Sarmatarum reguli & sese & ditiones suas imperio subiecere Romano, tantùm quod vino fuerant in conuiuio à L. Pio Consule expleti. Finito autẽ bello, totaq; Sarmatia Romanis subiecta, Consul Romam reuersus, laboris præmium, vsitatum scilicet petiit triumphum. Sed non tantùm repulsam passus est; verùm etiam criminis pœnas publicè securi percussus persoluit, & in tumuli ambitu huiusmodi epitaphium, decreto iussuq; Senatus, fuit positum.*

Sarmatiæ domitor iacet hic Pius; vrbis vt anno
Huic ter centeno victoria bisq; noueno
Contigit, Ausonio non Marte; sed arte Pelasga;
Astu non hasta; mensa, non militis ense;
Bellica non inter sudando pericla; sed inter
Lauta quiescendo bellaria; pocula Bacchi,
Non Martis iacula exerto vibrando lacerto.
Ergo triumphalis lauri pro munere, vitam

Trun-

Truncatus caput infelici funere clausit.
Hoc voluêre patres Romani extare sepulcrum,
Vt Ducibus foret exemplum speculumque futuris.
Nam iustis hostes precibus placare vel armis
Vincere; non vitiis his delitiisque decorum est,
Vna quibus cordi est Romanæ gloria gentis.

Cùm ergo ingenti Romanis dolori (& indignationi) esset temerarium Consulis factum; infelicis supplicio, positaq; in tumulo ipsius infami illa scriptura non fuêre contenti; sed tota vrbe præconio facto, quicquid L. Pius egerat, irritum Senatus declarauit (& antiquauit.) Erat enim lex antiquissima, vt qui securi publicè condemnatus feriebatur, eius etiam autoritas, quam Romæ habuerat, auferretur. Præterea Senatus literis ad Sarmatas datis, fide illos absoluit publica, qua subiectos se fore Romanis promiserant, pristinamq; illis restituit libertatem; quod factum, quia non consueuerant Romani generosi imperia vino (dulci) hostes inebriando; sed proprium in campo sanguinem effundendo, parare. Hæc dixi, quòd meo iudicio L. Pius Cos. Sarmatas omnem in eo felicitatem collocare vidit, si vino sese ingurgitarent (& implerent.)

De Chilone.

169 *Decima quinta Lacedæmoniorum dynastia, cùm esset Medorum Rex Deioces, Lydorum Gyges, Chaldæorum Merodachus, Macedonum Argeus, Romanorum Tullus Hostilius, olympiade † CXXVII. fuit * Athenis Philosophus natione Græcus, nomine Chilon, vnus è septem sapientibus, quibus Græci maximè gloriantur. Illis autem temporibus bella inter Athenienses & † Corinthios erant acerrima, quod historias Græcas legentibus manifestum est. Nam post * excidium Troiæ nunquam pax inter Græcos constitit, neque tantum fuit bellum, quod Troianis Græci intulerunt, quanta fuêre, quæ inter se ipsi postea gesserunt. Porro Græci, qua erant prudentia, publica munia pro cuiusq; distribuebant ingenio; viris nimirum fortibus bella committentes, pacificis gubernationem, sapientibus legationes ad exteros iniungentes. Quamobrem Athenienses Chilonem ad Corinthios pacis internuncium miserunt.*

Cùm autem Corinthum Philosophus venisset, & fortè fortuna dies ibi festus ageretur; omnes ludo offendit deditos, cùm iuniores haltere per campos, seniores taxillis per plateas, fœminæ † calculo in hortis, sacerdotes arcubalista iuxta templa, senatores fritillo in consistorijs, gladiatores pancratio in theatris, pueri per vias talis luderent. In summa omnes Corinthios ludis (diuersis) inuenit occupatos. Quo animaduerso, Philosophus vir grauissimus, ne verbum

Optimus ille militiæ, cui postremum est primumq; tueri inter bella fidem. Sil. lib. 14.

Vera victoria, quæ salua fide, & integra dignitate paratur. Flor. 1. cap 12.

Illud nunquam apud nos acceptum fuit, nullo discrimine virtutis ac doli, prosperos omnes laudari debere bellorum euentus. Ammian. 17.

Nobis non placet precio, aut præmio, aut dolis pugnare. Gell. lib. 3. cap. 8.

Malo me fortunæ pœniteat, quàm victoriæ pudeat. Curtius lib. 4.

Apud Pœnos & Græcos fallere hostem, quàm vi superare gloriosius. Liuius libro 42.

Summa fœderum Romanis religio est. Flor. 2. 6.

Παῦροι βουλεῦσαι φόνου παρποδίου νεφέλαν τρέψαι ποτὶ δυσμενέων ἀνδρῶν στίχας χερσὶ καὶ ψυχᾷ δυνατοί: *Pindarus Nem. 9.*

Hæc prudentia illa imprudentia decori publico fuit conuenientior. Vell. lib. 1.

In republ. maximè conseruanda sunt iura belli. Cic. off. 1.

Non astu magis, quàm vera virtute maiores bella gessere. Liu. lib. 42.

El peligro en la guerra es el que honra; y el que vence sin el, vence sin honra. Araucan. 2. pag. 292.

Πᾶς οἰνώδης ἥττων μὲν ὀργῆς ἐστιν, τοῦ δὲ νοῦ κενός. *Clem. Stob. 302.*

Dulcedine vini mitigatos adgreditur Marius. Flor. 3. 2.

Vino inebriatorum consilia expiscatur Crassus. Diodor. lib. 51.

† *Chilon ephorus 55. Olymp. Laert. lib. 4.*

* *Spartæ.*

Συνάγει καὶ τοὺς ἐχθίστους ὁ κοινὸς φόβος. *Arist. 5. polit. 5.*

Externus timor maximum concordiæ vinculum. Liu. lib. 1.

Aliàs inter se bellare solitos, periculi societas iunxit. Curt. 9.

† *Spartanos.*

* *Xerxem Græcia pulsum.*

Mitescunt discordiæ intestinæ metu communi. Liu. lib. 5.

Alienigenam dominum pati nemo vult. Curt. lib. 8.

A proximis quisq; minime anteiri vult. Liu. lib. 6.

Idonei rebus gerendis præficiendi, non qui magistratus ambiunt. Dio. lib. 36.

Qualia sunt publica ciuitatum studia, talis est vita priuatorum. Dio. lib. 5. Alexan. 3. 21.

† *latrunculorum ludo.*

Τυφλὸν ἔχει ἦτορ ὅμιλος ἀνδρῶν ὁ πλεῖστος. *Pindar. Nem. 7.*

quidem locutus, ac ne equo quidem descendens, in patriam, legatione non exposita, redijt.

*Cùm autem (certiores ea de re facti &) eum persecuti Corinthij rogassent, cur aduentus caussam non exponeret! Ego, inquit, amici, Athenis Corinthum non paruo cum labore veni; & nunc Corintho Athenas non leui cum offensione redeo; quod inde potestis colligere, quia neminem vestrûm, quotquot Corinthi eratis, alloquio dignatus sum. Neq; enim cum lusoribus mihi † perditis; sed cum gubernatoribus sapiẽtibus (ac prudentibus) pacem faciendi potestas data est; nec me iusserunt Athenienses fœdus inire cum iis, quorum manus taxillis occupatæ; sed cum iis, quorum corpora * bello fracta, oculiq; libris (præclaris) legendis hebetati sunt. QVI enim taxillis præliantur, pacem cum vicinis colere nullo modo possunt. Hæc & id genus alia cum dixisset Chilon, (iter suum prosecutus) Athenas redijt.*

Scito (ergo) mi Pollio, pro summa felicitate Corinthios habuisse, dies noctesq; ludendo consumere, quod non ceu ioco dictum accipias. Mihi enim Græcus quidam, cùm essem Antiochiæ, dixit maiori Corinthum felicitati tribuere ludendo vincere, quàm ducem Romanum triumphum adipisci. Nam omnibus Corinthij in rebus cordati temperantesq; fuisse perhibentur, præterquam in ludis, † in quibus aliquanto fuêre leuiores.

Fusius mihi respondere videor, quàm vel tua, mi Pollio, 170
postulabat quæstio, vel etiam mea patiebatur valetudo; qua sum omnino tenuissima: vt tibi istic fastidium allatura videatur lectio, cùm hic molesta mihi fuerit scriptio. Itaq; summatim referam cæteros, qui mihi in mentem venient, qui variis diuersisq; in rebus suam posuêre felicitatem.

*Crates Philosophus felicitatem in prospera posuit nauigatione; FIERI non posse inquiens, vt qui nauigat, plena fruatur læticia, cogitans scil. secum * inter mortem & vitam præter tabulam nihil interesse. Quam ob caussam nunquam feliciorem se animus statuit, quàm vbi mare permẽsus tempestuosum (& periculis defunctus) ex portu fluctus conspicit.*

Stilpo Philosophus felicitatem in amplitudine potentiæ posuit, VIRO, inquiens, qui parum potest, parum valet, parum habet, iniustè vitam à diis longæuam concedi. Eum enim solum FELICEM, cui ad reprimendos hostes, & subleuandos ac remunerandos amicos, potentia adsit.

Simonides Philosophus felicitatem in eo posuit, si quis gratia apud ciues valeat: VIRIS morosis & praui ingenij in syluas migrandũ, inquiens, vt inter bestias habitent. NVLLA enim in hac vita felicitas cum hac conferenda est, si quis omnibus se ciuibus carum esse videat.

Archita

Il giuoco scelerato inuentor di tutti i mali, Nato da l' otio & d' auaritia humana, Sol per furare altrui la roba e l' tempo. Fla. Alb.

Qualescunque summi ciuitatis viri sunt, talis ciuitas est. Cic. de leg. 3.

Facilius est errare naturam, quàm dissimilem sui Princeps possit Remp. formare. Cass. 3. 12.

Lusus perdere rem charam, tempora nostra, solent. Ouid. 2. trist. Vide Lucr. Marin. lib. 2. cap. 25.

† *nullius iudicij. I.*

Opus non ex se, sed ex causa fit crimen. Saresb. 1. 4.

In natura sua bona sunt, quæ vitio malè vtentium nocent. Sen. 5. nat. quæst. 18.

* *laboribus bellicis.*

ἡ παιδία ἄνεσις τῆς ψυχῆς, καὶ ἀνάπαυσις τῶν φροντίδων. *Iulian. Cæsar.*

Non ad ludum & iocum; sed ad seueritatem potius facti sumus. Cic. off. 2.

Superuacua de vtilibus oratio est, quando omnium auditorum conspirat ad deteriora consensus. Ioseph. 2. bell. 16.

Corinthiorum felicitas in ludendo sita.

Abeunt studia in mores. Ouid. epist. Sapph.

Αἱ πόλεις τιμῶσιν οὐ τὰ βέλτιστα, ἀλλὰ τὰ αὐτοῖς βέλτιστα. *Arist. probl. 27. 5.*

† *quibus ad vitium vsque fuere dediti.*

Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος, καὶ παίγνιον. *Epigram. lib. 1.*

Nullus Philosophorum fuit tam inanis, qui non viderit aliquid ex vero. Lact. 7. 7.

Plurimis occupatus recusat literas longiores. Sym. 1. 17.

Dum tibi roganti volui obsequi verecundia negandi, scribendi impudentiam suscepi. Cic. orat. extrem.

* *Laert. Anacharsidi tribuit.*

Τὸ πλουτεῖν σὺν τύχᾳ πότμου σοφίας, ἄριστον. *Pindar. Pyth. 2.*

Felicitas posita à Cratete in prospera nauigatione.

Et prope tam lethum, quàm prope cernit aquam. Ouid. 2. am. 11.

Nulla voluptas nauitis maior, quàm quando ex alto procul terram conspiciunt. Plaut. Menæch. nulla volupt.

A Stilpone in potentia. Laert. 6.

Genus est mortis male viuere Ouid. 3. Pont. 4.

Quæ potest esse iucunditas vitæ sublatis amicitiis? Cic. pro Planc.

A Simonide in gratia.

Libram publici fauoris nil nisi grande momentum solet inclinare.

Βούλου δ' ἀρέσκειν πᾶσι, μὴ σαυτῷ μόνον. *Prouerb.*

Nullius boni sine socio iucunda possessio est. Sen. ep. 6.

Archita Philosophus in eo felicitatem posuit, si quis prælio victor euaderet; HOMINEM, inquiens, naturaliter adeò sui esse amantē, & voti potiundi cupidum, vt ne in minimis quidem rebus & ludicris vinci velit. ANIMVS quippe humanus sponte omnes huius vitæ labores perfert, tantùm cogitans fore aliquando diem, quo victoria potiatur.

Gorgias Philosophus in audiendis rebus iucundis felicitatem posuit; NON TANTO, inquiens, dolori esse corpori plagam grauem, quanto dolori animæ est verbum asperū. NEQVE enim vllus adeò concentus aures titillat, vt animum iucunda permulcet oratio.

Chrysippus Philosophus felicitatem in extruendis splendidis ædificiis posuit; HOMINVM, affirmans, nullum relinquentium sui monimentum, vitam mortemq; nihil à bestiarum vita aut morte differre. Clara verò & splendida ÆDIFICIA nihil esse, quàm immortales animorum nobilium præcones.

Antisthenes Philosophus in fama post mortem superstite felicitatem statuit; NON POSSE, inquiens, vllum verè dici iacturam, nisi vbi fama perit. PARVI enim viro cordato æstimanda mors est, si superstitem relinquat virtutum ac rerum gestarum famam.

Euripides in eo felicitatem constituit, si quis vxorem habeat formosam; ANTE tempus, quàm verba inquiens de futura illi, qui molestias ex coniugis deformitate perceptas velit exponere. Verissimè enim QVI CONIVGEM & virtute & forma præstantem nactus est, nihil habet amplius, quod in vita desideret.

Sophocles felicitatem in eo posuit, si quis liberos habeat, qui Patri succedant; MISERIam eius, qui liberis caret, omnes ærumnas longè superare affirmans. SVMMA enim felitas est honore & opibus in hac vita affluere, & postquam satis illis vsus sis, filios hæredes relinquere.

Palæmon felicitatem in eloquentia collocauit, sanctè affirmans, eum QVI LOQVI omnibus de rebus nesciat, bestiis potiùs, quàm hominibus cognatum esse. Nam ex multorum sententia NVLLA in hac misera vita felicitas orationis suauitati vitæq; honestati æquiparanda est.

Themistocles felicitatem in eo statuit, si quis genere ortus sit nobili; VIRVM inquiens ignobili stirpe ortum non videri esse obligatum, vt (virtute &) fama clarus nitatur euadere. Etenim VIRTVTES & res gestæ maiorum, stimuli sunt, quibus ad res magnas excitantur posteri.

172

Aristides felicitatem in abundantia constituit bonorum temporalium; OPTIMVM factu esse inquiens, vt cui ad victum cultumque corporis necessaria desunt, è vita migret,

Ab Archita in victoria.

Victoria dulcis fortibus. Prudent. contr. Symm. 2.

Ὁ νικῶν λοιπὸν ἀμφὶ, βίοτον ἔχει μελιτοέσσαν εὐδίαν, ἀέθλων γ' ἕνεκεν. *Pindar. Olymp.* 1.

Quod quisque præ cæteris petit, id summum esse iudicat bonum. Boet. 3. consol. 2.

A Gorgia in oratione iucunda.

Themistocles eius vocem libentissime audire se dicebat, à quo sua virtus optime prædicaretur. Cic. pro Archi.

A Chrysippo in ædificijs splendidis.

Famæ petitor vires suas excedit, & non quid possit, sed quid aliis placeat, attendit, & illud festinat implere. Saresb. 8. 2.

Quatenus nobis denegatum diu viuere, relinquamus aliquid, quo nos vixisse testemur. Plin. 3. ep. 7.

Ab Antisthene in fama gloriosa.

Famæ ac fidei damna maiora sunt, quàm quæ æstimari possint. Liu. lib 3.

Σήτει σεαυτῷ δόξαν ἐγκαταλιπεῖν. *Prouerb.*

Ab Euripide in Coniuge venusta.

Sunt ista bona, sed consequentia summum bonum, non consummantia. Sen. vit. beat. 15.

Cunctæ diuitiæ in concordia coniugis & mutuo amore ponendæ. Apul. apol. 2.

A Sophocle in prole generosa.

Ille nuptiis felix, orbus liberis, alieno censum nutrit hæredi. Boet. 2. consol. 4.

εὐδαιμονίας μέρη εὐτεκνία, πολυτεκνία, εὐγηρία. *Aristot. Rhetor.* 1. 5.

A Palæmone in eloquentia.

Magna est admiratio copiose sapienterque dicentis. Cic. off. 2.

Quis tam cumulatus est honor, quàm palma dicendi? Sym. 1. 90.

A Themistocle in natalium splendore.

Imposita nobilibus necessitudo, ne à maiorum virtute degenerent. Boet. 3. consol. 6.

Virtute decet, non sanguine niti. Claud. 4. Cos. Hon. 220.

Ab Aristide in opum abundantia.

Μακάριος, ὅς τις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει. *Menand. Stob.* 821.

Suaue est è magno tollere aceruo. Horat. 1. Sat. 1.

Ab Heraclito in pecunijs.

Χρήματ' ἀνὴρ. πενιχρὸς ἢ οὐδεὶς πέλετ' ἐσθλὸς, οὐδὲ τίμιος. *Scholiast. Pind.*

Εὐδαιμονίαν νομίζω πολλὰ ἔχοντα καὶ δαπανᾶν. *Xenoph. Stob.* 821.

Largitio fundum non habet. Cic. off. 2.

Qui indocto negotium prolixitatis iniungit, ægrè ferre non debet, si non tam eloquentes epistolas recipit, quàm loquaces. Sidon. 7. 2.

Vt incipiendi ratio fuit, sic fit desinendi modus. Cic. off. 1. extrem.

Non minus magna virtus est, scire desinere, quàm scire dicere. Sen. 9. controu. 5.

Perexigua sunt, quæ fortunatissimis summam beatitudinis detrahunt. Boet. 2. consol. 4.

Tanto breuius omne, quanto felicius tempus. Plin. 8. ep. 17.

οὐδεὶς πάντ' ἐστὶ πανόλβιος. *Theogn.*

Nihil tam magnum, quod perire non possit. Sen. 6. benef. 31.

Nisi stabili bono beatus esse nemo potest. Cic. Tuscul. 5.

ῥόαι δ' ἄλλοτ' ἄλλαι εὐθυμίαν τε μέτα καὶ πόνων ἐς ἄνδρας ἔβαν. *Pindar. Olymp.* 2.

Ipsa magnæ felicitatis tutela solicita est. Sen. Polyb 28.

Θεοῦ μὲν ἐκτὸς οὔτις εὐτυχεῖ βροτῶν. *Lucian. Stob.* 821.

Vita beata consistit in altitudine sapientiæ, suauitate conscientiæ, virtutis sublimitate. Ambros. 2. off. 5.

Sunt homines natura curiosi, & qualibet nuda rerum cognitione capiuntur. Plinius 5. ep. 8.

Vaga mens hominis, & quietis impatiens, & nouitate rerum lætissima. Sen. ad Helu. 6.

Robur valentiam, pulchritudo celebritatem, salubritas voluptatem præstat. Boet. 3. consol. 2.

† *valetudini.*

Quorundam flagellis quartana discussa est. Sen. 6. benef. 8.

Nullam iucunditatem tristis morbi sensus admittit. Symm. 8. 18.

Ὡς μέγα τὸ μικρὸν ἐν καιρῷ δοθέν. *Prouerb.*

Suarum rerum munifici moram non ferunt largiendi. Sym. 1. 3.

Principum beneficia vt maiestate præcellunt, ita mutuum non requirunt. Auson. Gratiar. act.

Qui amanti nugas suas & deliramenta committit, non debet formidare iudicium. Sym. 5. 41.

migret, (& tumulo se sponte condat.) Is enim SOLVS dicendus est in mundo felix, quem nulla cogit necessitas fores adire vicini.

Heraclitus felicitatem in possidendis statuit thesauris; PRODIGVM inquiens & nepotem, quantumuis locuples sit, omnibus semper esse importunum. Is demum enim PRVDENS videtur, qui ad necessitates futuras abditum asseruat thesaurum.

Iam pridem ad te, mi Pollio, credo allatum esse, septimum iam mensem me laborare quartana, & ita me dij immortales ament! vt hoc ipso momento, dum hæc scribo, manus tremit, quod febris accedentis signum est: quæ me res finem tuæ quidem petitioni; non autem meo coget imponere desiderio. INTER veros enim amicos, etiamsi mutua cessent obsequia; non tamen idcirco refrigescere amorem decet mutuum.

Quòd si quæris mi Pollio, de his, quæ dixi, quid sentiam, & ad quam expositarum opinionum magis inclinem; Ego in hoc mundo quenquam felicem esse posse nego: sin autem aliquis est; æuum iam cum dijs agit. Propositâ enim hinc via plana, sicca & illimi; illinc confragosa, lutosa & lapidosa; PRÆCIPITIVM potius malorum, quàm securitatem bonorum vitam hanc appellabimus. Vnum tantum modò dicam, quod quorsum spectet, diligenter velim perpendas. SI QVAM inter fortunæ turbines esse in hoc mundo felicitatem audemus dicere; SOLVM illum felicem dicemus, quem sua de barathro aduersitatum extulit prudentia, & in culmine postea felicitatis conseruauit solertia.

Non libet, & vt maximè libeat, non licet plura addere, nisi quòd Deos precor immortales, vt & te custodiant, & malam ab vtroque nostrum abigant fortunam. Cùm tam procul absis in Bythinia; optare te scio, vt si quid hîc noui est, ad te perscribam. Sed nihil nunc quidem noui habemus, nisi quòd Carpetani & Lusitani in Hispania vehementer tumultuantur. Ex Illyrico nunciatur planè quietos esse barbaros, quamuis militem, qui militibus præsidet, formido nonnulla 173
incessit, quòd totam illam oram pestilentia peruagata est. Veniam mi Pollio dabis † inscitiæ meæ, quoniam vix animi compos sum. Adeo quippe SÆVVM malum est quartana, vt cum ea qui conflictatur, (omni destitutus voluptate) nulla in re possit acquiescere.

Mitto tibi duos equos lectissimæ nobilitatis, qui ex vlteriore adducti sunt Hispania. Præterea duos tibi mitto crateras aureos magni pretij, Alexandria allatos; Cuperem medius fidius etiam mittere tibi duas vel tres horas, quibus quartana me excruciat, de XII. illis, quibus paroxysmus durat.

Salue

Salue à Faustina mea, & huius meisq́; verbis saluere iube Cassiam matrem tuam, viduam grandæuam & præstantissimam. Marcus Imp. Rom. m. p. scr. & denuò plurima salute Pollionem amicum veterem impertit.

ἡ χάρις, ὥσπερ ἡ σελήνη, ὅταν τελεία γένηται, καλὴ φαίνεται. *Phil. Stob.* 277.

Illis, qui promeruerunt, iustum est, & eis, qui indigent, subuenire pium. Saresb. 8. 4.

CAPVT XLI.

Non oportere Principes & magnates corporis elegantia & pulcritudine superbire: (Thebanos eximiæ pulcritudinis mares, & extremę deformitatis fœminas odio habuisse; Principes immortale sibi nomen, non formæ pręstantia, sed rerum gestarum celebritate peperisse.)

Φείσει βασιλικόν ἐστι κάλλος, ἄλλως τε καὶ ἢν μετ' αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κέκτηταί τις αὐτό. *Xenoph. Sympos.*

εἰ δέ τις ὄλβον ἔχων μόρφα παραμεύσετ' ἄλλων, θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη, καὶ τελευτὰν ἁπάντων γᾶν ἐπεεσσόμενος. *Pindar. Nem.* 11.

QVO tempore apud Hebræos Iosua triumphabat; Dardanus ex magna Græcia in Samothracen commigrauerat; Agenoris filij ad quærendam Europam sororem profecti erant; in Trinacria Siculus regnabat, de cuius nomine Sicilia deinde appellata fuit: Tum ergo in Ægypto, Asiæ maioris regno, Thebæ vrbs amplissima à Busiride rege, de quo multa Diodorus Siculus † lib. 1. Bibliothecæ narrat, conditæ sunt. Plinius lib. 36. historiæ naturalis, (cap. 14.) & Homerus Iliad. α. & Statius tota Thebaide mira de vrbe † Thebarum referunt, quod non parui, sed magni æstimandum est. AVTORES enim tam graues non verisimile est, cùm seria tractarent, figmenta scripturos fuisse.

De his vt libitum cuique fuerit, opinetur. Plin. 28. 2.

Euseb. Chron. vide.

Græci de modico negotio magna prædicant. Augustin. fascic. temp.

Vetustissimum oppidum Bœotiæ Thebæ, quod rex Ogyges ædificauit. Varro. 3. *de re rust.*

† κτίσαν φασὶ τοὺς περὶ τὸν Ὄσιριν πόλιν ἐν τῇ θεβαΐδι τῇ κατ' Αἴγυπτον ἑκατόμπυλον. *fol.* 9.

† *Thebæ Ægyptiæ* ἑκατοντάπυλοι, *Bœotiæ* ἑπτάπυλοι. *Epigram. lib.* 3. *Apul. asin. aur.* 4.

Nullum figmenti genus veri professoribus conuenit. Macrob. 1. Somn. 2.

Thebarum ambitum † CXL. stadia complexum, muros XXX. stadia altos, VI. latos fuisse tradunt: Vrbem item centum portas ferunt & munitissimas & magnificentissimas, & quamlibet earum ducentos sublimes in equis & curribus viros custodiæ gratia habuisse; flumine mediam vrbem interfluente magno, quod molendinorum & piscium copia plurimum vrbi commodabat. Cùm essent Thebæ florentissimæ, ad CC. millia domorum habuisse dicuntur, & quod maximum, sepulti ibi fuerunt omnes Reges Ægyptij, & vt Strabo dicit de situ orbis, Thebis iampridem ab hostibus euersis, inuentæ ibi sunt circiter † LXXVII. sepulturæ Regum priscorum. Estq́; memorabile, quòd omnia illa monumenta Regum erant virtute præstantium. Erat enim MOS Ægyptiorum sanctissimus, vt Regi, qui dum viueret malus erat, sepulturæ honos defuncto negaretur.*

Thebarum admiranda.

† *ad XL. milliaria.*

* *passus. Babylone altitudo muri L. cubitorum eminet spacio. Curt. lib.* 5.

Pausan. lib. 9. *Diodor. libr.* 1. *& Strabo lib.* 17. *ex Iliad.* 9.

Vetus Thebe centum iacet obruta portis. Iuuenal. 15.

Sic diuidua fluenta partitur, vt præbeant mœnibus circumfusa præsidiũ, infusa commercium. Sidon. 1. ep. 5. de Rauenna.

† *XL.*

Amplificatrix veri vetustas. Pacat. paneg.

Tyrannos malè de rep. meritos condi sepulcro non decebat, ideoq; insepulti abiiciebantur. Alex. 6. 14.

174

Ante conditam potentissimam vrbem Numantiam in Europa, opulentam Carthaginem in Africa, felicem Romam in Italia, pulcram Capuam in Campania, magnam Argentinam in Germania, & à multis occupatum † Æliam in Pa-

Numantia summum, si viros æstimes, Hispaniæ decus. Flor. 2. 18.

Senectus in homine venerabilis, in vrbibus sacra est. Plin 8. ep. 24.

Celebritas,

† *Hierosolymam sacrosanctam. G.*

in Palæstina, solæ Thebæ toto terrarum orbe erant celeberrimæ. Fuerunt enim Thebani apud omnes nationes clarissimi, tum propter opulentiam, tum propter ædificiorum splendorem, tum deniq; quòd in suis legibus ritibusq; multa habuerunt singularia. VIROS enim singulares, etiam nolentes, passim notos sua reddit singularitas.

Homerus Thebanos quinq; habuisse consuetudines refert, ab omnibus cæteris populis diuersissimas.

Prima erat, quòd cùm implessent quintum annum, omnibus pueris ferro candente signum in frontibus inurebant figura literæ T. Volebant enim, vt vbicunq; esset, Thebanus ex signo T. apud omnes cognosceretur.

*Secunda, quòd Thebis omnibus pueris post bimatum † vertebras eximebant * genuum, vt pedes haberent ad incessum leuiores; cuius rei causa erat, quòd Ægyptij pro dijs habebant bestias; vnde quoties Ægyptius aliquis iter faciebat, nunquam equo vehebatur, ne deo suo insidere videretur.*

Tertia, quò ciues Thebani non solùm peregrinorum coniugia vitabant; sed etiam agnati agnatas ducebant, vt inter consanguineos firmiora matrimonia, & arctioris essent amicitiæ vincula.

Quarta, quòd nulli Thebano fas erat ædificare domum, quam habitaret, nisi priùs conditorium construeret, in quo sepeliretur. Qua in re non tam singulares (& nimij) quàm viri prudentes (& cordati) mihi videntur fuisse, & longè medius fidius nobis prudentiores. SI enim singuli binas in dies horas fabricandi sepulcri cogitationi tribueremus, fieri non posset quin aliquo saltem die viam corrigeremus.

*Quinta, quòd omnes masculos eximiæ, (& inusitatæ) pulcritudinis in cunis præfocabant (& extinguebant,) omnesq; puellas nimis deformes occidebant, & deabus immolabant; quando curam rerum humanarum abijcerent dij, mares formosos & fœminas deformes generari dictitantes. Virum enim nimis formosum nihil aliud esse, quàm * gynandrum, & fœminam deformem nihil à fera syluestri differre.*

*Sanctissimum Thebanorum numen erat † Isis, qui erat taurus * rufus ad Nilum nutritus; & lex erat, vt viri (fœminæq;) rufi (aut castaneo colore) omnes mactarentur, & in templo Isidis immolarentur. Contrarium in animantibus obseruatur. Cùm enim numen ipsorum esset taurus rufus; nemini fas erat vllum occidere animal rufum. Ita scilicet (apud Thebanos) homines occidere licitum; animalia (bruta) mactare nefas erat. Non ego tanquam rectè factum laudo,* 175

Agrigentini ædificant quasi semper victuri, & comedunt quasi semper morituri. Ælian. lib. 12.

Ornat regnum, quod fuerit singulariter toto orbe nominatum. Cass. 2. 39.

Consuetudines quinque:

Suus cuique mos, suus cuique ritus est. Symm. relat.

Fidem autor vendicet. Val. Max. lib. 1. c. 8.

1. *Stigmate notandi pueros.*

Aliorum dicta recenseo, plura scribo, quàm credo. Sylu. 71.

Non recipio ad me veri istius periculum. hist. Boh. 6.

Ambros. 3. de virginit.

2. *Pedibus ambulandi, vel poplitibus nudis incedendi; Arnob. Philo. de vita contemplat.*

† *fascias:*

* *genuum tenus tunicas decurtabant.*

Hoc verè dictum sit an falsò, suo imputetur autori. Hieron. Eccles. lib. 3.

3. *Consanguineas ducendi. Alexan.* 1. 24.

Non omnes nobis vxores ducere licet; nam à quarundam nuptiis abstinendum est. 1. instit.

4. *Sepulcra extruendi.*

Ægyptij magnificè sepulcra construebant, in domorum ædificatione incuriosi. Rhodig. 17. 20. Diodor. Sicul lib 1 fol. 47.

Tam rara in amicitiis fides, tam parata obliuio mortuorũ, vt ipsi nobis debeamus conditoria extruere. Plin. 6. ep. 10.

Sepulturæ honos contemnendus in nobis, non negligendus in nostris. Cic. Tuscul. 1.

5. *Infantes occidendi.*

Μορφὰ θυλυτέρῃσι πέλει καλὸν, αὐδράσι δ' ἀλκά. *Bion.* 61.

* *vmbram fœminæ. I.*

* *fœminam imperfectam. G.*

Γίνονται γυναῖκες ἀῤῥενωποὶ, καὶ ἄνδρες θηλικοί. *Arist. 2 de gen. anim. 7.*

Numen peculiare.

† *Apis.*

* *niger.*

Videatur Diodor Sicul. lib. 1 fol 79.

Pauci Ægyptiorum rufi inueniuntur, peregrinorum complures. Strabo lib. 17. Plin. 8. 47. Rhodig. 30 21.

Quod apud alios laudabile; apud alios supplicio dignum iudicatur. Boet. 2. consol. 7.

laudo, quòd infantes Thebani occiderunt; neque vt rectè factum approbo, quòd homines rufos immolarunt; neque honorem (cultumq́;) animalibus rufis habitum probo: Sed fœminas ipsis deformes, virosq́; pulcros (tantæ) abominationi fuisse miror, cùm magna semper pulcrorum iuxtà ac deformium & fuerit, & sit omnibus seculis præteritis præsentibusq́; copia.*

Cùm autem barbari illi superstitioni dediti fallaci (mendaciq́;) marem, cui Dei beneficio pulcritudo contigerat, mox vita orbarint: quanto æquius est nos Christianos corporis pulcritudinem parui æstimare, quippe quam animæ deformitas plerunq́; comitatur? Sub crystallina (sæpe) glacie cœnum latet voraginosum; in muro polito coluber nascitur horrendus; interiora dentis candidi molesta terebrat scabricies; quò preciosior pannus, hoc maiorem edit tinea stragem; (quò subtilius linteum, hoc magis à blattis corroditur & terebratur,) quò feracior arbor, eò magis à verme infestatur: hoc est, SVB CORPORE nitido, facieq́; præpulcra multa latent & horrenda vicia. IN IVVENIBVS sanè non satis cordatis, imò aliquantò leuioribus (ac fragilioribus,) nihil aliud venustas & pulcritudo est, quàm multorum mater viciorum, omniumq́; nouerca virtutum. Vnum mihi Principes & magnates credant, illi, inquam, qui venustate & pulcritudine superbiunt: VBI magna est donorum (bonorumq́;) corporis copia, ad ea conseruanda magno opus esse velut agmine virtutum. Nam QVO sunt altiores arbores, eo magis ventorum oppugnantur impetu. INTVMESCERE aliquo huius mundi bono, quantumuis eximio & perfecto, vanitatum vanitatem esse aio: CORPORIS verò insolescere pulcritudine leuitatem esse dico leuitatum.

INTER omnia, quæ natura mortalibus dedit amabilia, nihil est magis in homine superuacaneum, minusq́; necessarium, quàm venustas & pulcritudo. Etenim SEV PVLCRI seu deformes simus, nihilo sumus creatori acceptiores, nihilo magis desinimus esse creaturæ inuisi.

O cœcitatem mundanam! ô vitam nunquam viuentem (nunquam victuram!) ô mortem finis expertem! Non video, cur ob aduentitium pulcritudinis bonum quisquam audeat (intumescere &) superbire; cùm omnem carnis nobilitatẽ (& præcellentiam) ad sepulturam miseram sequestratã, omnesq́; membrorum delitias famelicis vermibus confiscandam nouerit. Derideant sanè & subsannent parui magnos, pulcri deformes, sani (& integri) næuo aliquo (& deformitate) conspicuos, candidi nigros, recti distortos, Gigantes Pygmæos; VNVS tamen ad extremum finis cunctos manet. Me sanè iudice, licèt cupressi rectissimæ, lauri altissimæ, platani

ἠδ' ὁμιλία πάντων βροτοῖσιν γίνεται διδάσκαλος. *Eurip. Androm.*

* *mares fœminaiq́; rufa cute insignitos.*

Laconum lex fuit: μηδένα ἀνανδρότερον ὁρᾶσθαι τὴν χρόαν. *quoniam id non virum ostendere videbatur. Ælian lib.14. Scalig. ad Manil. pag.353.*

Rara est concordia formę atq; pudicitię. Iuuen. Sat.6.

Difficile est; eundem & corpore esse validissimo, & animo prudentissimo. Dio. lib. 44.

Ce n' est qu' incõstance & que pure mensonge de nostre pauure vie ainçois de nostre songe. Ronsard.6.91.

Externa corporis pulcritudo plena multę superbiæ & arrogantiæ. Chrysos.

κάλλος μόνον ταύτην ἔχει μοῖραν, ὥστε ἐκφανέστατον εἶναι καὶ ἐρασμιώτατον. *Plato in Phædro.*

Τὸ πολὺ κάλλος καὶ ψόγων πολλῶν γέμει. *Stob.567.*

Forma alienæ libidinis irritamentum. Val. Max.4.5.

οὐδέν ἐστι ὀφθαλμῶν οὕτως εὐφραντικὸν, ὡς γυναικὸς κάλλος. *Athenæ.lib.13.*

Raram facit mixturam cum sapientia forma. Arbit pag.47.

κάλλος καὶ τῆς ῥώμης αὐτῆς ἄρχειν πέφυκεν. *Isocr. Encom. Helen.*

Quatiunt altas sæpe procellæ aut euertit fortuna domos. Sen. Octau. extrem.

Violentiùs propulsantur ventis & turbinibus quæcunq; sunt altiora. Cypr. de singul. cleric.

Homines breuis & caduca res nascimur. Sen.6.nat quæst.1.

Δύσμορφος εἶην μᾶλλον, ἢ καλὸς κακός. *Prouerb.*

L' vn meurt, l' autre re vit, & tusiours la naissance Par la corruption engendre vne autre essence. Ronsard 6.92.

Ne forma quidem & vires beatum te facere possunt: nihil horum non patitur vetustatem. Sen ep.31.

Formæ nitor vernalium florum mutabilitate fugacior. Boet.3.consol.8.

ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν εἴδωλ', ὅσοι πὲρ ζῶμεν, ἢ κουφὴν σκιάν. *Soph. Aiac.*

Supra mortalem felicitatem est eundem & valentiss. esse & sapientiss. Valer. Max 9. 12.

Πάντες ἴσοι νεκύων. *Phocyl.*

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται. *Prouerb.*

platani vmbrosissimæ, cedri pulcerrimæ, iuniperi fragrantissimæ, alui celsissimæ & amplissimæ sint; non tamen idcircò arbores illæ fœcundiores sunt. Quorsum hoc? vt ostendam, ETIAMSI VIR (*generosus ac*) *nobilis corpore sit rectissimus, stemmate celsissimus, gratia vmbrosissimus, facie pulcerrimus, fama fragrantissimus, in republica altissimus & potentissimus; tamen vitæ nihilo propterea esse melioris.* NON *enim ad seditionem subditi à rusticis imperitis, qui agrum colunt; sed à viris delicatis, luxuriosis erraticis q́; concitantur.*

Sub aridis, ni fallor, * *quercubus (apri & aliæ) animantes stabulantur (& saginantur) pingues: Arbor humillima primum producit pomum: Inter spinas aculeatas rosæ nascuntur odoratæ: Castanea echinata grati saporis castaneas gignit; hoc est, viri* DEFORMES *& pusilli nonnunquam sunt reipublicæ vtilissimi.* FACIES *enim paruæ & fuscæ signa sunt animorum fortium (& strenuorum.)*

Sed missos faciamus homines vanos, qui carne constant (putrida &) fragili, & de ædificiis loquamur splendidis & magnificis, quæ constant è saxis, quæ cùm ingredimur contemplaturi, qualia fuerint, vestigia sanè magnitudinis (& altitudinis) possumus assequi; pulcritudinis verò pristinæ ideam nullam concipiemus. Ea quippe TEMPORIS *vis est, vt vel pulcerrimis suam protinus adimat pulcritudinem, & eius quod videbatur perpetuum, breuissimo spacio memoriam aboleat vniuersam. Sed omissis etiam ædificiis antiquis, ad nostri seculi veniamus ædificia, & à nemine videbimus domum extrui tum firmam, tum pulcram, cuius nitorem, quantumuis breui superstes sit spatio, non videat euanuisse. Multi enim* GRANDÆVI *ex fundamentis viderunt extrui magnam pulcramq́; domum, quam eandem postea viderunt collapsam & desolatam; cuius rei veritatem experientia confirmat, dum aut labascunt fundamenta, aut dehiscunt parietes, aut curuantur trabes, aut discedunt iuncturæ, aut vias nouas aperiunt stillicidia, aut conuelluntur pauimenta, aut computrescunt fenestræ, aut fores franguntur; quorum euentuum vel minimo corrumpuntur ædificia. Quid de conclauibus* † *illustratis, de aulis pictis, de ambulacris dealbatis dicemus? quæ omnia breuissimo tempore vel carbonibus puerorum, vel funalibus ministrorum, vel cæreis asseclarum, vel clauis instratorum, vel fumo caminorum, vel telis aranearum ita deformantur (ac deuenustantur,) vt maior iam sit parietum deformitas, quàm dudum pulcritudo erat.*

Quod cùm ita sit, quæro nunc, vnde sperare possit homo firmam corporis pulcritudinem (elegantiamq́;,) cùm tale videa-

Robora præalta porcis afferunt cibum; vites humi repentes vuarum afferunt fructum. Chrysost. Diffett. Donn. 194.

* *Grauiss.* peccata ab indole præclara, viciosa educatione deprauata proficiscuntur. Plat. apud Pausan. lib. 7.

Πολλάκι παρὰ δόξαν τε καὶ ἐλπίδα γίγνεται εὑρεῖν ἔργ' ἀνδρῶν. *Theogn.*

* *fagis.*

Cypressi alti, ma senza frutto. Adag.

ἀλκὴ δ' ἀνεμώλιος ἄφρων. *Oppian.* ἁλιευ. ε. 95.

Graciles non sunt sine viribus artus. Ouid. 2. amor. 10.

Μικροκέφαλοι μᾶλλον τῶν μεγαλοκεφάλων φρονιμώτεροι. *Aristot. de physiognom. cap. 6.*

Vetustas non opera solùm manu facta; sed ipsam etiam naturam paullatim exedendo perimit. Curt. lib. 5.

ψήχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος. *Epigram. lib. 3.*

Nihil non longa demolitur vetustas. Sen. de breuit. vit. 15.

ὁ χρόνος τῶν πραγμάτων κριτὴς ἄριστος. *Dio. Prus. orat. XI.*

χρόνος δ' ἀναιρεῖ πάντα, καὶ λήθην ἄγει. *Prouerb.*

Καινοτόμος ὁ χρόνος καὶ προβολεὺς τῶν ἀνομοίων ἄληκτος. *Nicet. Alex. Comn. 3.*

Omnia migrant, omnia commutat natura, & vertere cogit. Lucret. lib. 5.

ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν ἅπαντα τἀνθρώπεια. *Sophocl. Aiac.*

Et saxo longa senecta nocet. Ouid. fast. 5.

Miremur periisse homines? monumenta fatiscunt, Mors etiam saxis nominibusq́; venit. Auson. epigram. 34.

Πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει τε καὶ φλέγει. *Sophocl. Aiac.*

Manu facta vetustas conficit, vis subruit, ignis exurit. Amb. Luc. 21.

ἅπαντ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος φύει τἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται. *Sophocl. Aiac.*

† *summa colorum varietate distinctis.*

Muro bianco carta de' matti. Adag.

Lapides quoque vinci cernis ab æuo. Lucret. lib. 5.

Res est forma fugax. Sen. Hippolyt. 2.

videamus excidium eius pulcritudinis, quæ ſaxo, ligno, calce, latere conſtat! O Principes ſocordes! ô filij vanitatis con-
177 *fidentes! an non in mentem vobis venit omnem veſtram ELEGANTIAM oppilationi lienis, calori epatis, dolori ventriculi, tumori pedum, diſcraſiæ humorum, motibus cœlorum, coniunctionibus Lunæ, defectibus Solis, moleſtæ æſtati, & importunæ hyemi eſſe obnoxiam? Neſcio, ita me Deus amet! cur inter tantos aſſultus adeò inſoleſcatis vos homines pulcri, cùm VNICA febricula non ſolùm pulcritudinem adimat (& in nihilum redigat;) ſed luridam etiam relinquat faciem, (quantumuis nitida prius fuerit.)*

Vnum mihi admirationem, ac penè dixerim, ſtomachum mouet, quòd ſcilicet, cùm omnia ad corpus pertinentia velint homines (nitida ac) pura eſſe, vt veſtem, pallium, lectum, menſam; ſolam animulam miſeram ſordidam eſſe (fœdamq;) patiuntur. Auſim dicere & per fidem Chriſtiani affirmare, quòd DOMVM vèlle puram habere, quam homo fecit, & pati animum ſordidam, quam inſpirauit DEVS, aut ex deficientia fiat intelligentiæ, aut ex abundantia ſtulticiæ.

Velim ſcire, quanam re, qui pulcritudine ſunt dotati, præ illis excellant, quibus eandem natura negauit! An duas habet animas homo pulcer, & vnam duntaxat deformis? An pulcri ſunt ſani, & deformes infirmi? An formoſi ſunt ſapientes, & deformes imperiti? An in pulcris fortitudo, in deformibus vecordia eſt? An ſoli pulcri felices, deformes afflicti ſunt? An ſoli formoſi à vicijs liberi, deformes virtutibus vacui ſunt? An ſoli pulcri iure perpetuo vitam poſſident, & deformes habitandis tantùm ſepulcris deſtinati ſunt? Nihil verò minùs.

Quod cùm ita ſit, CVR DERIDENT Gigantes nanos, candidi nigros, recti gibboſos, pulcri deformes, cùm vel hodie vel cras pulcritudinis, qua ſe iactitant, finem fore ſciant? QVI formæ elegantia & dignitate præſtat, nihilo eſt propterea virtute præſtantior; & qui forma infelici fœdaq; eſt, nihilo propterea vicioſior eſt; vſq; adeò neq; virtus ex dignitate pendet corporis, neque vicium ex oris fœditate (ac deformitate) naſcitur. SINGVLIS enim diebus deformitatem virtutibus exornatam, & pulcritudinem vicijs conſpurcatam videmus. NON quiſquis ſcapulis planis eſt, in actionibus rectus & æquus eſt. At enim longè DETERIVS eſt vnam in moribus (verrucam &) prauitatem, quàm quatuor in tergo gibbos habere. Adde quòd NEQVE ad fortitudinem quicquam ſtaturæ proceritas, neq; ad puſillanimitatem eiuſdem paruitas facit. NEQVE enim regula generalis eſt, corpus procerum animi excelſi; aut humi-

Τῆς ὥρας ἀπόλωλε, παρακμάζει τε χὠ πάλαι. Epigram. lib. 1.

Τὸ κάλλος ἡ ὥρα ἀπόλωσεν, ἡ νόσος ἐκάλεσε. Iſocr. ad Demonic.

Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate extinguitur. Cic. Herenn. 4.

Pulcritudo, temporis & morbi ludibrium. Nazi. orat. 36.

Nec gratius quicquã decore, nec breuius. Sueton. Domitian. 18.

Hoc quodcunq; miramini, triduanæ febris igniculo poteſt diſſolui. Boët. 3. conſol. 8.

Ἔτ' ὠορέης, ἔτ' εἰδὲ θέλετ' ὀνειαρ ἔσσον, ὅσσα περ ἀνθρώπους. Oppian. ἁλιευτ. ε. 94.

Quid ſumus homines, niſi animæ corporibus clauſæ? Arnob. l. 2.

Gratia corporis morum honeſta mentis ornanda. Apul. apol. 1.

Quem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in homine animus. Sen. ep. 65.

Pulcri procurent, ne dignitatem corporis malis moribus dedecorent. Apul. apol. 1.

Μὴ κεφὴν ὁρῶν ὁ κάμηλος, ἀλλὰ τὸ τρόπον. Prouerb.

Omnibus barbaris in corporum maieſtate veneratio eſt. Curt. l. 6.

Poteſt ingenium fortiſſimum ac beatiſſimum ſub qualibet cute latere. Sen. ep. 66.

Καί τε μέγα βελέεσσι κατέσσεται, ἠδὲ ἐπάσσει βαιὸς ἀνὴρ δύμηλις. Oppian. ἁλιευτ. ε. 96.

Deformes virtutis laude turpitudinem tegant. Apul. apolog. 1.

Nec bonum nec malum vagina gladium facit. Sen. ep. 92.

Melius inceſſu Regem, quàm imperio regnum claudicare. Iuſt. lib. 1.

Θὲς εἰς τὸ ὦψιν, ἀλλ' εἰς τὸ νοῦν ἀποβλέπειν χρή. Planud. Æſop.

Non omnes, qui corpore non ſunt viciati integri ſunt moribus. Cardan. Gratarol. 175.

Ὅλῳ ψυχῇ τοῖς πᾶσι ἡμιωτήρᾳ σώματος, τοσοῦτον ἐστὶ τὸ βίων ἐκμετρέων ἐστὶ θ' ἁμάρτημα. Baſil. de legend. Græc.

Poteſt etiam ex deformi humiliq; corpuſculo formoſus animus ac magnus exire. Sen. ep. 66.

Totoq; infuſa per artus maior in exiguo regnabat corpore virtus. Theb. Stat. lib. 1.

lem ſtaturam animi puſilli argumentum eſſe. Nam EXPERIENTIA *multos, quò ſunt proceriores, eò vecordiores; & alios, quò ſunt ſtatura humiliores, hoc animo celſiores (præſtantioreſque, eſſe teſtatur.*

*Dauidem quidem ſacra * Scriptura facie rubicundum & corpore haud magnum; ſed commodâ ſtaturâ fuiſſe adfirmat. Veruntamen cum Goliado Gigante vaſtiſſimo (robuſtiſſimoq;) monomachiâ congreſſus, funda proſtrato illi ſuo ſibi gladio caput amputauit. Nec verò mirum vlli videatur, à paſtorculo vili Gigãtem robuſtiſſimum fuiſſe occiſum; quoniam* SÆPE *ex ſilice minutiſſimo ſcintilla emicat acerrima; at è ſcopulo immani ne vnica quidem ſcintilla proſilit. Sed maius quid præſtabat Dauid: quippe cùm & ſtatura eſſet puſillus, & ætate admodum adoleſcens; malas dilaniabat leonum, agnos è faucibus eripiebat vrſorum, & quod omnia ſuperat, vno die propria manu lanceaque octingentos vno prælio viros cecidit. Et licet illo non vixerimus æuo; tamen facilè poſſumus conijcere, ex octingentis illis, quos occidit, viris, vt minimum plures trecentis fuiſſe, qui & generis nobilitate, & diuitiarum copia, & oris pulcritudine, & corporis proceritate illum anteirent: Sed nullus ipſum (animo atque) fortitudine æquauit, cum ipſe incolumis euaſerit; illi in campo occubuerint.* 178

Iulius Cæſar etſi non fuit ſtatura puſillus; fuit tamen forma parum felici. Nam caluam prorſus glabram, naſum aquilinum, manum alteram breuiorem, faciem etiamnum iuuenis rugoſam habuit & † ſuppallidam. Incedebat præterea ſemper diſcinctus, vel cinctura certè fluxiore vtebatur. INGENII *quippe ſagacis viri rarò curæ illud corporis impendunt. Fuit Iulius Cæſar corpore adeò incultus, vt poſt pugnam Pharſalicam ciuis quidam Romanus, magnum illum oratorem Tullium compellans, dixerit; Cur tu Marce Tulli, cùm adeò ſis ſapiens, Pompeii partes ſecutus es; neque præuidiſti Iulium Cæſarem dominum fore & monarcham mundi? Cui reſpondens Cicero. Crede mihi, inquit, amice, cùm vidiſſem Iulium Cæſarem in pueritia tam malè præcinctum, (vt non magnopere curandum) parui illum æſtimaui. At melius eum Sylla ſenex cognouit, qui cùm vidiſſet Iulium Cæſarem etiam tum puerum incedere malè præcinctum, & negligentius ornatum; optimates ſæpius admonebat, vt malè præcinctum puerum cauerent. Niſi enim illius progreſſionibus maturè obuiam iretur, fore vt occideret & conculcaret Populum Romanum.*

Cæterùm etſi Iulius Cæſar, quemadmodum libro I. de Cæſaribus Suetonius Tranquillus refert, forma erat parum felici; adeò tamen formidabile vel ſolum nomen illius vbique

Nimio robore membrorum mentis vigor hebeſcit Val. Max. lib 9. c. 12.

Χαλεπὸν δύναμιν μὲν σώματος ἔχειν μεγάλην, νοῦν δὲ μικρόν. *Diodor. lib.* 17.

* 1. *Reg.* 16. & 17.

Vtilius eſt, fortes milites eſſe quàm grandes. Veget. 1. 6.

Si forma quæratur; corpore eſt exacto. longiſſimis breuior, procerior eminentiorque mediocribus. Sidon. 1. 2.

Viuidus exiguis membris vigor. Sil. lib. 6. Homer. Iliad. 5.

Magnorum operum non alios capaces putant barbari, quàm quos eximia ſpecie donare natura dignata eſt. Curt. lib. 6.

ὀλίγον ἄλκιμον δόρυ κρεῖσσον στρατηγοῦ κυρίου στρατεύματος. *Eurip. Stob.* 580.

2. *Reg.* 23.

Ingentes animi, membra haud procera. Sil. 16.

ἄνδρα χρὴ, κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα, δοκεῖν πεσεῖν ἂν, κἂν ἀπὸ σμικροῦ κακοῦ. *Sophocl. Aiac.*

Μόλις ἂν ἐν τῇ θνητῇ φύσει συνέλθοιεν ἰσχύς τε καὶ φρόνησις. *Syneſ. epiſt.* 103.

Alexandro Imp. ſtatura fuit militaris, robur militis; valetudo eius, qui vim ſui corporis ſciret ac ſemper curaret. Lamprid.

Iulius Cæſar forma omnium ciuium excellentiſſimus. Velleius lib. 2. *Suet. c.* 45.

† *luridam.*

Domitianus pulcer ac decens & quidem toto corpore, forti animo dicebat ſe ferre comam in adoleſcentia ſeneſcentem. Sueton. 18.

Honeſtum ei vile eſt, cui corpus nimis carum eſt. Sen. ep. 14.

Ἰούλιος Καῖσαρ μέγας καὶ καλός. *Iulian. in Cæſarib.*

Imperatoria maieſtas virtute, non corporis cultu conſtat. Lamprid.

Cæſar licèt maior iam natu formæ ſtudebat, laxiore veſte delicatè vtens, & cinctura fluxiore. Dio. lib. 43.

Diſcincti inhabiles militiæ; nam omnes, qui militant, cincti ſunt. Serui.

Accingi ſolet, cui gerenda imminent: & cui vacatio datur, licet eſſe diſcinctum. Saresb. 6. 13.

Plutar. in Cæſare.

Ἀρχόμενον τὸ κακὸν κόπτειν. *Phocyl.*

Solent, primò quæ ſunt neglecta, nocere. Cato.

Plus Cæſar magnitudine ſui nominis fecit, quàm armis alius Imperator facere potuiſſet. Iuſtin. lib. 42. extrem.

vbique erat, vt si fortè Reges & Principes de Iulio Cæsare super cœnam loquerentur; præ timore noctem vsque ad multam lucem in somnem agerent. Cùm in Gallia Belgica Iulius
179 *Cæsar* dimicaret, & ab hoste raptus, equo eius portaretur armatus; occurrit de hostibus, qui eum nosset, & insultans ait; Cecos Cæsar; quod Gallorum lingua, dimitte, significat; Ibi solo Cæsaris nomine audito, Gallus adeò pauore consternatus fuit, vt dimisso captiuo, hanc vnam ob causſam equo delàberetur. Videant nunc Principes (& sublimes viri) quàm parum ad parandam potentiam deformitas aut pulcritudo valeat; cùm Iulij Cæsaris, quanquam deformis, appellato tantùm nomine, omnes (etiam feroces audaceſque) expalluerint. Longè enim magis illius æui Principes animi vecordia dehoneſtabat, quàm Iulij Cæsaris faciem natura deuenuſtârat.*

Annibal felicißimus dux & Princeps Carthaginenſium, monſtrum, non modo ob rerum geſtarum magnitudinem; ſed etiam propter inſignem corporis deformitatem, nominatur. Nam oculo dextero carebat, pede ſiniſtro varus, ſimul autem & ſuperciliоſus, & ſtatura puſillus, & vultu toruus erat. Huius tamen res geſtas & clades Populo Romano illatas cùm fuſißimè T. Liuius referat; vnum ſolummodò exponam, quod hiſtoricus, rebus Romanis non dißimulanter fauens, narrat, quod ita ſe habet. Fronto libro de magnitudine Pœnorum ait, XVII. illis annis, quibus Annibal in Italia bellum geßit, tot ab eo Romanos occiſos, vt ſi viri extincti in boues, & ſanguis effuſus in vinum conuerſus eſſet, ſatis habiturus fuerit, vnde cibum potumque XXC. millibus peditum, quos in caſtris habebat, & XVII. millibus equitum, qui in exercitu erant, ſuppeditaret. Quæro nunc, quot fuerint illis temporibus viri corpore elegantes, & ore venuſti, quorum æquè hodie ſepulta obliuione pulchritudo eſt, quàm immortalis & eſt, & futura eſt ducum illorum memoria! NVLLVS enim Princeps nominis immortalitatem conſecutus eſt, quòd formâ tantùm viſendâ fuit; ſed quòd res manu armata maximas geßit.

Alexander Magnus neq; elegantior, neq; venuſtior cæteris fuit. Memorant enim æui illius ſcriptores eum collo fuiſſe exili, capite grandi, facie lurida, oculis ſubturbidis, corpore puſillo, & membris parum concinnis; quæ tamen deformitas non obſtitit, quo minùs Darium Perſarum Medorumq; Regem euerteret, omnesq; ſub iugum tyrannos mitteret, omnibus potiretur arcibus, multos caperet Reges, & vita ac fortunis exueret dynaſtas præpotentes, opulentißimos deprædaretur populos, omnia ſpoliaret æraria, tota deniq; ad nomen ipſius tremeret terra, vt ne hiſcere quidem contra quisquam auderet.

Συγχώμη βεσὶ λέοντα φυγεῖν. Epigram. lib. 4.

ἤκιστε πόλεμον ἐπὶ ῥητοῖς χρεών. Thucyd. 1.

* *Verba Seruij in XI. Æneid. Diſcorſi ſopr. il Ceſar. pag. 448.*

Senza valor e nudi, il cor non s' armerian con mille ſcudi. Arioſt. 15. 7.

ἐν δαιμονίοισι φόβοις φεύγουσι καὶ παῖδες θεόν. Pindar. Nem. 9.

Cæſar hoſtibus pariter terrori & veneration eſt. Velle. lib 2.

Plus nominis horror, quàm tuus enſis aget. Claudian. bell. Getic. 384.

Natura è de la lepre, hauer ſempre paura. Arioſt. 20. 91.

ἃ θεῖς ἀθύμοις ἡ τύχη ξυναμβαίνει. Sophocl. Stob. 179.

Pigra extulit aſtris haud vnquam ſeſe virtus; tu magna gerendi præcipita tempus: Mors atra impendet agenti. Sil. 13.

Πολλάκις τῆ φωλῆ μορφῆ χρηστὸν νοῦν ἡ φύσις ἐνέθηκεν. Æſop.

Forma quantumuis excellens abſque robore in bellis nil prodeſt. Ariſtot. Rhet. 3.

Si el grande faeſſe valiente, y el pequenno paciente, y el belmeio leal, toto el Mundo ſeria ygual. Adag.

Non tam ſtaturæ rationem conuenit habere, quàm virium. Veget. 1. 5.

Annibal cùm eſſet crudeliſſimus, tamen ad Cannas tanta inimicorum atrociſſimorum cæde ſatiatus, parci iuſſiſſe perhibetur. Auguſ. 3. ciu. diu. 19.

Tres modios annulorum Carthaginem miſit. Idem.

Sylla omnes Italiæ partes ciuilis ſanguinis fluminibus inundauit. Val. Max.

Virtus & vitæ integritas propagandę memoriæ ſufficit. Rhodig.

In Tito decor oris erat, cum quadam maieſtate. Tacit. hiſtor. 2.

Malo moribus & autoritate meos excellere, quàm diademate & purpura. Panorm. de Alfonſ.

Alexander magnitudine corporis animũ æſtimantibus modicus, haudquaquam famæ par videbatur. Curt. lib 7.

Alexander ſine curatione formæ ſpecioſus. Ælian. lib. 12.

Alexander πυρῶδες τὸ φοβερὸν minitantibus & igneis oculis, toruo & truculento vultu intuebatur. Brodæ. Epigram. Græc. lib. 4. fol. 454.

λῶ γὰρ σιμβλεόχηλος, ὥστε δοκεῖν. πῶς ἐραιὸν ὑπατεύζω. Ixetz. ibid.

Rhodigin. 9. 24.

Il faut que le papier icy vous represente Le plaisant desplaisir, qui le cœur me tourmente. Ronsard. 6.49.

ἐὰν καλὸν ἔχῃς σῶμα καὶ ψυχὴν κακὴν, καλὴν ἔχεις ναῦν, καὶ κακὸν κυβερνήτην. *Isocrat.*

Veniet iam tristior ætas; Exerce formam & fugientibus vtere donis. Stat. Silu. 1.

Vtere, dum licet. Sen. Hippol. 2.

Quod in conspectu dulcissimum est, id amici manus epistolæ impressa præstat; agnoscere. Sen. ep. 40.

M. Aurelius habuit sororem natu minorem Anniam Cornificiam, vxorem Anniam Faustinam consobrinam. Capitolin.

Affectus erga sororis filium etiam materna indulgentia mollior. Plin. 8. ep. 11.

Magna hominum multitudo philosophari simulauit, vt à M. Aurelio locupletarentur. Xiphilin. 373. 32.

Indoles casta & modesta in ætate florente, & venustate formæ elucescit. Plut. erotic.

Ἐπανορθοῦν ἡδὺ τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ τοὺς πλησίον. *Aristot.* 1. *Rhetor.* 11.

* *Græco sermone scriptas.*

Semper inhumanos habet officiosus amicos. Martial. 5. 23.

Res est soliciti plena timoris amor. Ouid. heroid. 1.

Cara est vxor, dulces liberi, iucundi amici; sed postea cognitis nulla beneuolentia accedere debet, quæ priorem exhauriat. Val. Max. 5. 5.

Maximo amori maximus timor iunctus est. Mamertin. paneg.

Amantes non longè à caro corpore abesse volunt. Catull. de com. Beren.

Facit pronos ad suspiciones nimia caritas. Fab. declam. 18.

Bonis familiare est, studia bona cumulare, quorum gratiam sentiunt non perire. Symm. 4. 72.

Genere coniuncti amici alienant se sceleribus: Arctiùs consensu virtutum, quàm cognatione sanguinis astringimur. Philo. de spec. li.

Πατρὸς ἐπιτίμησις ἡδὺ φάρμακον. *Socrat. Stob.* 688.

εἰ τάδ' ἐγενῆ φύσει ἄκοσμα, θρέψω κάρτα τοὺς ἔξω γένους. *Sophocl. Antigon.*

ὁ πονηρὸς τῷ τε πονηρῷ οὐ φίλος, οὐδ' ὁμονοεῖ, καὶ πολὺ ἧττον τῷ χρηστῷ. *Muson. Stob.* 648.

Nequam hominis ego parui pendo gratiam. Plan. Bacc. Reddidi pat.

Vir bonus agnatum ampliùs rectis oculis intueri nequit, qui maioribus indignum se præstat. Dion. l. 1.

CAPVT XLII.

Epistola Marci Aurelii Imp. ad suum ex sororore nepotem, (qua refert eum à se educatum studiisq; literarum innutritum, tamen formæ fiducia degenerasse; & leuitatis signum esse formæ iactationem demonstrat; miserias denique hominum commemorat.)

*SEXTVS Chæronensis lib. 11. de vita Aurelij refert, M. Aurelium Imperatorem sororem habuisse nomine Anniam Milenam, ex qua natus est Epesippus, qui adolescens non tantùm nepos; sed etiam discipulus fuit Marci; qui Imperator factus in Græciam nepotem misit, vt & linguam Græcam disceret, & à vicijs vrbis remoueretur. Cùm autem Epesippus ingenio acerrimo, corpore elegante, & ore venustissimo esset; & in ætatis flore constitutus adolescentis potiùs formosi, quàm philosophi eloquentis gloria superbiret: Auunculus, re cognita, literas ad eum Roma * in Græciam misit huius sententiæ:*

Marcus (Aurelius) Imp. Rom. Consul primus, trib. pleb. Pont. Max. Epesippo ex sorore nepoti & discipulo S. & disciplinam.

III. CAL. Decembr. venit ad me Annius Verus, tuus sobrinus, cuius aduentus omnibus propinquis maximæ voluptati fuit, in primis quòd ex Græcia noua nobis afferret. ANIMVS enim, absente eo, cuius amore ardet, nec horam, nec momentum vllum suspicione vacat. Postquam autem Annius Verus, sobrinus tuus, in genere omnes allocutus est, singulisq; de amicis & filijs noua renunciauit, & ambo secessimus; literas abs te mihi reddidit, ab ijs, quæ ad me ex Græcia perscribuntur, plurimum diuersas. Tu enim, vt (argentum &) pecunias tibi ad sumtus studiorum mittam, scribis; alij verò, te indies magis magisq; leuitati adolescentiæ delicijsq; mundi indulgere, ad me perscribunt.

Es caro mea, sanguis meus, meus ex sorore nepos; meæ fuisti disciplinæ alumnus; & meus fores, si bonus esses, filius. Sed absit à me, vt te pro nepote habeam, aut filium appellem, quàm diu leuitas (petulantiaq;) in te puerilis durauerit. HOMINIS enim viciosi aspernanda bonis omnibus propinquitas est. Non possum inficiari, & meo te fuisse animo carissimum, & ex animo tuam mihi perniciem dolere: & mihi literas de tuis legenti ineptijs lacrimas scito erupisse ex oculis. Sed cur me excrucio? VIRIS enim sapien-

ſapientibus & cordatis etſi talia auditu iniucunda ſunt; tamen audire ea libet, vti damnis remedia parent.

Non quidem meminiſſe; ſed ex alijs intellexiſſe te ſcio, matrem tuam Anniam Milenam, ſororem meam, cum mortua eſt infelix, è vita exceſsiſſe admodum iuuenem, cùm ipſa non plures, quàm duodeviginti annos, tuque nondum quatuor vitæ horas haberes. Te enim manè nato, ipſa circa
181 *meridiem expirauit; ita dum inciperet viuere filius, mortem obijt mater. Crede mihi, & tu matrem perdidiſti, & ego ſororem amiſi, qua haud ſcio, num fuerit altera Romæ melior. Erat enim ſapiens, cordata, prudens, honeſta, & pulcra; & FATIS inuidentibus non temere nunc prudentia, honeſtas & pulcritudo in matrona reperiuntur Romana. Præterquam autem quòd mater tua mea ſoror eſſet; etiam ideo, quòd à me educata & viro collocata fuerat, longè mihi erat cariſsima. Cumque illa Romæ moreretur, commodùm ego Rhetoricam Rhodi profitebar. Iis enim tum eram difficultatibus circumuentus rei numariæ, vt præter id quod Rhetoricæ profeſsione lucrabar, nihil omnino aliunde accederet.*

Porrò renunciata mihi Anniæ (matris tuæ, meæq;) ſororis morte, adeo me omnia deſtituêre humana ſolatia, totumq; me triſtitia ſuperauit, vt membra tremerent, artus diſſoluerentur, ſine intermiſsione lacrymis oculi manarẽt, increbeſcerent ſingultus, animi ſingulis momentis vererer deliquium, ex intimis præcordijs ederem ſuſpiria, (matremq; tuam, meam ſororem, fœminam præſtantiſsimam lamentarer ac deſiderarem;) poſtremò cùm totum me luctus ſibi vendicaſſet; morti mihi lætum ſodalitium; ſola verò ſolitudo oblectamento erat. Non poſſum verbis exprimere, quàm acerba mihi fuerit mors meæ ſororis Milenæ (matris tuæ.) Nam dormiens ipſam ſomniabam, vigilans ipſam contuebar, recordabar viuentis, excruciabar recordatione defunctæ; adeoque iniucunda mihi vita erat, vt eidem cum ipſa tumulo inferri exoptarem. Nam IS DEMVM ſeriò morte dolet aliena, qui vitam in perpetuo mœrore exigit propriam.

Cùm ergo & beneuolentiam, qua me, dum viueret, complexa ſoror fuerat, & quanam re, poſtquam eſſet mortua, penſare illam poſſem, cogitarem; nulla in re æquè gratum erga illam me fore putaui, quàm ſi te & filium ipſius, & tam paruulum ab ea relictum educarem. EX OMNIBVS enim moleſtijs nulla eſt laborioſior, quàm vbi mortua fœmina educandos ab alijs relinquit liberos. Itaque mortua ſorore, nihil antiquius habui, quàm vt Romam profectus, educandum te Capuam mitterem, vbi biennium es meorum

Vitium contemptus exaggerat. Sym. l.1. 94.

Dou' è l' amore, quiui è l' cuore. Adag.

κατθανεῖν ὀφείλεται καὶ τῷ κατ' οἴκους ἐκτὸς ἡμένῳ πόνων. *Eurip. Stob.* 879.

Mora non fit beatior vita. Sen. 5. benef. 17.

Quod defles, illud amaſti. Lucanus libro 8.

Σπάνιον ἢ θήρευμ' ἀνδρὶ τοιαύτην λαβεῖν Δάμαρτα, φλαῦρον δ' οὐ σπάνις γυναῖκ' ἔχειν. *Eurip Iphig. Aul.*

Sanguinis coniunctio & beneuolentia deuincit caritate homines. Cic. off. 1.

Mollis eſt animus diligentis, & ad omnem ſenſum doloris argutus. Symmach. 1. 28.

Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obſtat Res anguſta domi. Iuuen. Sat. 3.

Nihil eſt viatico leui grauius. Sidon. 7. epiſt. 2.

Sine pennis volare haud facile eſt. Plaut. Pœnul. Satis ſpectatum.

Odit ſolatia luctus. Sil. lib. 13.

κακῶν δυσάλωτος οὐδείς. *Sophocl. Oedip. Col.*

Caritas dum dolet, quod accidit illi, quem amat, frequentius recordando magis ipſa ſuſtinet. Fulgent. ad Monim. lib. 1.

Amicorum mœror ad doloris leuationem plurimum momenti habet. Nazianz. ad Olympiadem.

Secretos augent ſecreta furores. Ouid. 2. remed.

Nulla iucundior doloris medicina, quàm amicorum condolentia. Scholia Nazianz. fol. 977.

Nulla tam familiaris infelicibus patria, quàm ſolitudo. Curt. lib. 5.

Omnes vincit opes ſecuram ducere vitam. Cato.

Deſiderio tibi eſſe vult, tormento eſſe non vult. Sen. ad Polyb. 24.

τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς φέρειν χρή. *Oedip. Sophocl. Col.*

Nulla acerbitate fortunæ, nullis ſordibus, precium caræ pietatis euileſcit. Valer. Max. 5. 4.

M. Aurelius patrimonium paternum ſorori totum conceſſit Capitolin.

Maxima à parentibus accipimus beneficia, dum neſcimus, aut nolumus. Sen. 6. benefi. 24.

Oneroſum, educationis tædium laboremque ſuſcipere. Plin. 1. ep. 8. 8.

Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas. Ouid. heroid. 12.

Tenuato admodum viatico, paupertati meæ fomenta conquiro. Apul. lib. 2. aſin.

Paupertas omnes artes perdocet, vbi quem attigit. Plaut. Stich. Famem fuiſſe.

Prior ac potior eius officii ratio eſt, quod humano generi, quam quod vni debetur. Sen. 7. benef. 19.

† *egreſſus eſſes annos, qui nutricum fouentur auxilio. Capitolin. in M. Aurel.*

Vbicunq; homo deſideratur, ibi exigi officium noſtrum putemus. Lactant. 6. 12.

Φθεγξόμῤῥω δ' ἀδικὴς οἵοι παρῆ μέλεται. *Theog.*

Φιλήκοον εἶναι δεῖ μᾶλλον, ἢ φιλόλαλον, *Cleob. Laërt.* 1.

παρὰ θεῦ τὸ ἐπιηδείων προφέων εἰς τὰ παιδία δύπρεῆσαι. *Marc. Aurel. lib.* 1.

Quod facilius & magis neceſſarium, id ſemper ante cognoſcitur. Cic.

Veteres plerunq; apud patruos educari liberos curabant, ne nimia parentum indulgentia laſciuirent. Alex. 2. 25.

Τῶν ἡμαρτημένων ἄκη μόνη ἔστι, παρὰ φορὰ δ' οὐκ ἔστ' ἔπι. *Sophoc. Oed. Colon.*

Artium opera fiunt magnificentius, quàm docentur. Cic. Orat.

Scire volunt omnes, mercedem ſoluere nemo. Iuuenal. Stat. 7.

Λέων ὁ μακέλλης εἶπεν, εἴθε γλίσιο ἐπὶ ἔμοὶ χρόνῳ, ὡς τὶ τῶν γραμματῶν εἰς διδασκάλους παρέχοῦ. *Suid. exc.*

Tam medico, quam præceptori precium operæ ſoluitur, animi debetur. Sen. 6. benef. 17.

Propius, quam ſi generaſſet, amauit defuncti ſobolem fratris. Claudian. Laud. Seren. 106.

Specimen eſt florentis reip. vt diſciplinarum profeſſoribus præmia opulenta pendantur. Symm. 1. 37.

Cum mercede labor gratior eſſe ſolet Pamphil.

Virtutum omnium quondam Roma domicilium. Amm. lib. 14.

Penſatur fructus vtilitate labor. Maximus.

Fama citat laudem, laus præmia, præmia mentem, mens ſtudium, ſtudium dogmata, dogma decus. Tobias.

* *ſacerdotum collegijs.*

Romanæ iuuentutis magiſtris ſubſidia detracta ſunt ſolennis alimoniæ, Symm. 5. 33.

Romani priſci non ſolum armis plus, quam cæteræ nationes, verum etiam conſilio ſapientiaque potuere. Cic. pro Roſc. Amer.

Dignitatem docere non habet. Cic. Orator.

Vna re conſummatur animus ſcientia bonorum ac malorum immutabili, quæ ſoli Philoſophiæ competit. Sen. epiſt. 88.

impenſa oculorum lactatus. Quod enim, quemadmodum noſti, Rhodi Rhetoricam docendo lucrabar, vix ſatis erat ad victum quotidianum. Sed cum de nocte extraordinariè horas aliquot docerem; inde lactis, quod ſugebas, precium perſoluebam: Ita vitam educationi tuæ impendi meam.

Cum autem † *ablactatus iam eſſes; Vetriolum ad amicum te & propinquum meum L. Valerium miſi, apud quem, dum quinquennium impleres, fuiſti, me & tibi & illi alimenta ſubminiſtrante. Erat enim vt egentiſſimus, ita loquaciſſimus, vt omnibus odioſus & mihi oneroſus foret. Non minus enim promptè pecuniæ blateroni, vt taceat; quàm ſapienti, vt loquatur, dandæ ſunt. Exacto quinquennio Thurinum te, quod oppidum eſt Campaniæ, miſi, ad pædagogum Æmylium Torquatum, qui vt legendi & ſcribendi rudimenta triennium te doceret, filium mihi ſuum dedit quadriennium literis Græcis erudiendum: Ita nuſquam mihi tuum licebat ſperare commodum, quin maior ad me redundaret (labor ac) moleſtia.* 182

Cùm autem iam octennis eſſes, & expeditè legere ac ſcribere didiciſſes; in vrbem te clariſſimam Tarentum ſtudiorum gratia miſi, atq; ibi quadriennium ſuſtentaui, ſatis pecuniarum magiſtris perſoluens. NEMO quippe malo noſtro fato reperitur hodie, qui docere quenquam, niſi perſoluta mercede, velit. Non poſſum temperare à lacrimis, quoties cogito, ſeculis priſcis, quæ fuerunt à Quintio Concinnato vſque ad Cinnam & Catulum, nunquam Romæ philoſophiæ magiſtros pecuniam tradendæ illius gratia (ab vllo diſcendi cupido) accepiſſe: Sed omnibus magiſtris (ac philoſophis) à Senatu perſoluta fuiſſe ſalaria, neque penuria ſtudia quenquam deſeruiſſe. Illis enim temporibus, quicunque virtutis erant doctrinarumque ſtudioſi, ſumtu alebantur publico.

Maiores noſtri, vt honeſtatis, ita ordinis omnibus in rebus erant ſeruantiſſimi. Nam non ſolùm ordine diſtribuebant officia; ſed ordine etiam pecunias perſoluebant, ex ærario illas publico numerantes, primum † *ſacerdotibus templorum; deinde magiſtris (ſcholarum &) ſtudiorum; tum viduis & orphanis pauperibus; tum equitibus peregrinis, qui ſponte ciues Romani facti erant; poſtremò omnibus veteranis, qui annos XXVI. continuos in bello ſtipendia meruerant; qui poſtquam domum ſe receperant, honeſtiſſimè domi alebantur à republica.*

Tranſactis annis duodecim, ipſemet Tarentum profectus, Romam te adduxi, vbi Rhetoricam, (logicam,) philoſophiam, mathemata & aſtrologiam te docui, in ædibus

meis

meis, in meo contubernio, in mea mensa, in meo cubiculo, & super omnia in meo te corde & medullis habens; quod pluris æstimare te decet, quàm si domum opesq; tibi meas dedissem. Nam ILLVD demum est verum beneficium, quod sine vllius respectu emolumenti (& lucri proprij) tribuitur. In hunc modum Laurenti, Rhodi, Neapoli & Capuæ te mecum retinui, donec Imperatorem Romanum me dij fecêre.

Tum in Græciam te mittere, quod & feci, constituï, vt & linguam Græcam excoleres, & quod vera poscit philosophia, id facto præstare assuesceres. VEROS enim & excellentes philosophos, quod verbis prædicant, id opere confirmare decet. NEQVE turpius quicquam est, quàm si is,
183 *qui sapientem se iactitat, & virtutis studiosus haberi vult, multum loquatur, & parum agat. VIR enim lingua suauis, & vita improbus, labes ac pestis est reipubl. Cùm autem in Græciam te mitterem, & Roma amandarem; non ideo faciebam, vt à meo te contubernio remouerem, ne qui paupertatis meæ particeps fueras, rebus mecum secundis fruereris; sed quoniam videbam te esse adolescentem, venustum, liberum; veritus sum, ne in aula corrumpereris, nostra maxime fretus necessitudine, & nepotem te meum esse cogitans. Etenim PRINCIPES, qui (pueros & admodum) adolescentulos inter familiares & intimos habere gaudent; vt & ipsi non admodum cordati habeantur, & adolescentes iudicentur leuissimi, efficiunt.*

Exposui, quid tibi & tua causa præstiterim ego in Italia. Iam verò ostendam, omnibus esse notissima, quæ tu feceris & facis in Græcia; nimirum quòd iuuenili fretus (tumensq;) venustate, studia reliquisti, & salutaria contemnens monita, leuissimis te (vanissimisq;) adiunxisti adolescentibus; & quòd pecunias ad parandos missas libros vitijs ludisq; impendis; quæ omnia cùm tibi damno sint, non minùs mihi (probro &) dedecori sunt. Ita enim vsu venire solet, vt QVOTIES adolescens stultus euadit, & degenerat,) in eum, in cuius contubernio fuit eductus (& edoctus,) culpa conferatur.

Non me pœnitet, quòd te nutriendum dedi; non me piget, quòd curaui, vt legendi elementa disceres; non mihi dolet, quòd ad studia te colenda adhibui; non dolet, quòd domi te meæ habui, mensæq; & cubiculi participem esse volui; non denique me pœnitet, quòd tantos in te sumptus feci: Sed hoc mihi ex animo serioq; dolet, quòd causam mihi præbuisti, nullo porro te beneficio afficiendi. NIHIL enim Principum generosorum animis (acerbius &) molestius, quàm deesse idoneos (& aptos) in quos beneficia conferant.

Allatum ad me est, corpore te exacto, facie venusta esse, ideoq;

Generosi animi & magnifici est iuuare & prodesse. Sen. 3. ben. 15.

Θεῶν ὅμοιον ἔργον ἀνθρώπῳ τὸ εὖ ποιεῖν, ὅταν τὸ εὖ ποιεῖν μὴ καταπλαύνηται. *Democr. Stob. fol.* 277.

Id iuste, id piè, id humanè fit, quod sine spe recipiendi feceris. Lactant 6. 11.

Qui imperat, quæ non implet, in se quotidie cogitur dictare sententiam. Sidon. 6. 1.

Benè loqui & prauè viuere, sua se voce damnare est. Aug. Prosp. sent. 6.

Res plus valent, quàm verba. Sall. epist. Pompeii ad Senat.

Μόνος Βασιλέων φιλοσοφίαν ἐλόγοις, ἀλλ' ἔργοις ἐπεδείξατο, σεμνῷ δ' οὐκ ἤρκει τῷ βίῳ σώφρονι ἐπιγράψαι. *Herodian. 1. de M. Aurel.*

Οἱ τὰ συμφορῶν κοινωνήσαντες, ὅτοι καὶ τὰ ἀγαθῶν ἀπολαύσουσιν. *Isocr. paneg.*

De lo poco poco, de lo mucho no hada. Celestin. Comœd.

Prima adolescentiæ rudimenta in vrbe seueritatis antiquæ deponenda. Iustin. lib. 1.

Οἱ τῷ ἡλικίαν πρεσβύτεροι, τῇ ἐμπειρίᾳ τῶν πραγμάτων ἐπιμελέστερον ἦρξαν. *Herodian. lib. 1.*

La gi ventu di giudicio vacua, di conscienza prouera, di senno destituta. Piaz. vniuersal. disc. 1.

Οἱ νέοι ῥᾳθυμότερον βιώσαντες πολλὰ ἐκαινοτόμησαν. *Herodian. ibid.*

Facit tenerior affectio, vt sit querela procluior. Sym. 1. ep. 28.

Multò deformius amittere, quàm non assequi laudem. Plin. 8. ep. 24.

Si quid perperam fit minus, indulgent plus amici. Sid. 9. ep. 11.

Nulla miseratio contingit his, qui patiuntur iniurias, quas posse fieri, faciendo docuerunt. Senec. epist. 81.

Probrum magistri discipulus malus. Nicet. orat 26. Nazianz.

Sermo publicus delicta discipulorum refundere solet in præceptores. Saresb. 5. 1. Thol. rep. 18. 2. 1.

Τὸ εἰς ἀκόλαστον ἀνάλωσις, ἐπιζήμιον. *Mos. Stob.* 277.

Mei voti caput est, vt bene valeas, & supra annos tuos literarum dote diteſcas. Symm. 7. 9.

Ingrati studo Concordiam, qua imbecillitas nostra fulcitur, scindit ac dissipat. Sen. benef. 7. 27.

Quamuis aliquis per se floreat, erubescit tamen in suis. Ambros. Rom. 2.

Nihil mihi tam parui est, quin id me pigeat perdere. Plaut. Persa. Probati hîc.

Βροτοῖσιν οὐδὲν ἐς᾽ ἀπώμοτον. ψεύδει δὲ ἡ πίστις πλὴν γνώμῃ. Sophocl. Antigon.

Μὴ καυχῶ ἔχειν ἤδη σε παρέσχετε ὡς ὄναρ ἦβη. Theocrit. Idyl. 36.

Diuitiarum, & formæ gloria fluxa, & fragilis; virtus clara æternaque habetur. Sall. Catilin.

Longum forma percurrens iter Deperdit aliquid semper & fulget minus. Sen. Here. OEte. 2.

Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐκ ἐκτίκτει νόον. Stob. 298.

Animi bona, mala sunt corporis: Corporis bona, mala sunt animi. Lactant. 7. 5.

Philosophus) duritiam & alia, quæ cæteri miserias vocant, voluptati habet. Sall. Iugurt.

Κάλλος ἀμάχανον ἐν μάκρῳ, ἐν ᾧ παρέσχεν ἑαυτὸν ἄνομψον καὶ ἀναλλώπιστον. Iulian. Cæs.

Philosophia in opere discenda. Sen. epist. 98.

Sertorius dehonestamento corporis maximè lætabatur. Gell. 2. 27. Plutar. in ipsi vita.

Vulnera licet ad præsens periculum ingerant; reliquum tamen vitæ tempus exornant. Cassiod.

Quid putas veteres illos oluisse? Militiam, laborem, virum. Sen. ep. 86.

Vulnera quæ quisq; excepit, indicia virtutis sunt. Curt. lib. 4.

Quot cicatrices, totidem corporis decora. Idem lib. 4.

Τοσάτη ἄξιος ἕκαστος ἐστιν, ὅσα ἄξια ἐστὶ τοῦτο, περὶ ὃ ἔσπουδακεν. Aurel. Imp. lib. 7.

Ignauiâ nemo immortalis factus est. Sal. Iugurth.

Futilis caro & fluida & receptandis tantum cibis habilis. Sen. ep. 92.

Τὸ σῶμα κοινὸν πρὸς τὰ ζῶα, ὁ λόγος καὶ ἡ γνώμη κοινὸν πρὸς τοὺς θεούς. Arrian. 1. 3.

Magna & generosa res est humanus animus. Sen. ep. 102.

Corpore bestiis, animo Deo similes sumus. Arrian. 1. Epict. 3.

Αἱ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν ἀγάλματ᾽ ἀγρίως εἰσίν. Eurip. Electr.

Maximum cupiditas imperii malum inter mortales est. Liu. 28.

Natura mortalium auida imperii, & præceps ad explendam animi cupiditatem. Sall. Iugurth.

Ἀνὴρ ὃς κἀν ἴσον χρόνον ἐπὶ λαμπρῷ, τοῦτο δ᾽ ὁμοῦ φρονέων ἐξεμάρανεν ὀχέων. Meleag. Epigr. lib. 1.

Anceps forma bonum mortalibus, Exigui donum breue temporis. Sen. Hippol. 2.

Ὁ σήμερον σῶν πλὴν σώματος, οὐδὲν ἐλεεινὸς, ἢ τῷ χρόνῳ μαραινόμενος, ἢ νόσῳ διαλυόμενος. Basil. Stob. 566.

ideoq; insolescere, & vt tua fruaris (ætatula &) elegantia, Philosophiæ nuncium remisisse; quod magno mihi dolori est. Omnino enim CORPORIS pulcritudo vel serius, vel citius in sepulcro perit; VIRTVS verò & doctrina æternam homini memoriam pariunt. Nunquam hoc dij velint, nunquam hoc scholæ Italicæ Græcæq; sinant, vt sit philosophia refertus animus, vbi facies pinguis (ac turgida) & nitidum (inflatumq;) corpus est! VERVS enim Philosophus inter postrema habet curam corporis.

VERVS (perfectusq;) Philosophus, vt & sit & videatur philosophus, oculos habeat turbidos oportet, supercilia præusta, caput glabrum, malas depressas, faciem pallidam, corpus tenue (& macilentum,) carnem siccam, pedes discalceatos, vestimenta vilia, cibum exiguum, vigilias multas: denique viuat oportet, vt Lacedæmonius, & loquatur vt Græcus. INSIGNIA laudati (strenuiq;) ducis sunt (vulnera &) cicatrices; & philosophi diligentis nota est asperitas. ÆQVE enim erubescere sapiens debet, si obesus & elegans audiat, quàm dux, si timidus & ignauus appelletur. Equidem in philosopho studium probo cognoscendi antiquitatem, vt præterita nouerit; diligentiam scribendi res subtiles vsui posterorum; industriam tradendi præcepta saluberrima ijs, qui nunc viuunt; assiduitatem in vestigandis siderum motibus: inquisitionem causarum, ex quibus mutationes in elementis existunt: Sed, mihi crede Epespippe, NEMO vnquam sapientum vel Romanorum vel Græcorum hæc assecutus est, nisi recreationem quærendo animi, & voluptates corporis conculcando. 184

Ego brutis quidem similis sum ratione corporis; dijs verò cognatus ratione animæ. Itaque si ad brutos carnis impetus inclino, meipso vilior fio; sin res animi appeto & sequor, supra meipsum ascendo. Etenim SENSVVM appetitio infra bestias nos abijcit; ratio verò supra homines nos euehit. MALITIA & arrogantia humana naturaliter euehi potius, quàm deprimi cupit; augeri potius, quàm minui gaudet; imperare potius, quàm parêre vult. Quod cum ita sit, CVR infra bestias nos per vitia abijcimus, cùm supra homines euehi per virtutes & ascendere valeamus?

INTER omnia dona, quibus insolescere possunt homines, nihil est fragilius, nihil corruptioni magis obnoxium, quàm formæ venustas & elegantia, qua superbire libet. Nam me quidem iudice, PERINDE est si de formæ elegantia & pulcritudine nobis placeamus, ac si fastu efferamur ob somnium de maximis diuitijs & opibus, cùm expergefacti pauperes afflictiq; appareamus; quod verum esse ex ijs, quæ dicturus sum, manifestum est.

Quàm

Quàm amabilis aspectu est adolescens in flore ætatis, capite paruo, capillis flauis, fronte lata, oculis nigris, genis candidis, naso aquilino, labris rubicundis, barba bifida, ore hilari, collo tereti, corpore recto & gracili, brachiis mediocribus, digitis longis (& enodibus,) membris deniq; omnibus adeò concinnis & elegantibus, vt illum intuentes & oculos pascant, & amorem animo concipiant. Huiusmodi adolescens ita formosus & venustus si stabilem in multos annos pulcritudinem obtineret; illam & concupiscere, & affectare, & custodire, & prædicare, & conseruare (ac diligere) bonum esset. Si enim in bestiis pulcritudinem, & in ædificijs amamus; quanto æquius est, vt eam in nobis ipsis expetamus!

185 *Sed quid dicemus? Cum minimè putamus, flosculum illum, qui heri in arbore sanus, integer vegetusq; absq; vllo interitus metu stabat, vnius febriculæ gelu adurit (& in nihilum redigit;) importunus vnicæ afflictionis ventus decutit, gladius * hostilis amputat, inopinatorum vespæ casuum exugunt, aqua calamitatum dissipat, & æstus persecutionum consumit; denique vermis eum breuis vitæ corrodit marcidumque reddit, & tandem mortis eum † calculus humi sternit.*

O vita humana perpetuis obnoxia miserijs! Fata quidem crudelia, te verò infelicem dico; quoniam illis volentibus, teq; non obluctante, VOLVPTATES tibi somnianti, dolores vigilanti offeruntur: molestiæ in manus degustandæ porriguntur, quies tantum auribus haurienda conceditur; aduersa experienda, prospera non nisi aspicienda præbentur; denique VITA vnciatim; mors verò sine mensura datur.

*At enim iucundissimum esse in voluptatibus delitiisq; viuere, mali & luxuriosi aiunt! Ego verò sanctè affirmo, NEMINEM vnquam mortalium tantam percepisse ex viciis suauitatem & voluptatem, quin ab ijsdem destitutus maiorem senserit acerbitatem ac molestiam. Nam IN CORDE, vbi diuturnum habuit malitia domicilium, * nescio quem relinquit quasi fomitem, à quo reuersa excipiatur. Vtinam oculos aperirent vniuersi & viderent, quantopere decipiamur! OMNES enim, quibus corpus titillatur, voluptates (ac deliciæ) fidem nobis faciunt, quasi (perpetuò) commorandi (nobiscum) gratia veniant; & tamen (subitò) procul per aliam viam diffugiunt: ex aduerso MORBI & ærumnæ, quæ ceu stigmate animum inurunt, tanquam hospites se venire fingunt, & velut incolæ & habitatores se nobis obtrudunt.*

Gratior est pulcro veniens è corpore virtus. Sen. epist. 66.

θυμὸς θαρσαλέος, νέου ἀνδρὸς, ἐλαφρότερόν τε νόημα. *Coint. lib.* 2. 324.

Forma Dei munus. Ouid. 3. art.

Miremur (potius) quos munera mentis adornant, Quàm qui corporeis enituere bonis. Auien. fabul. 40.

Quis sapiens bono confidat fragili? Sen. Hippol. 2.

Ingenii dotes corporis adde bonis. Ouid. 2. art.

Omne pulcrum est preciosum. Max. Tyr.

Est illi facies liberalis, multo sanguine, multo rubore suffusa: est ingenua totius corporis pulcritudo, & quidam senatorius decor. Plin. 1. ep. 14.

Qualis est ista pulcritudo, quam leuis febricula perdit, & rugosa senectus ita dissoluit, vt nec fuisse putetur? Bernh.

Nulla non dies formosi spolium corporis abstulit. Sen. Hippol. 2.

* *molestiarum.*

Præteruolantia corporis decoramenta currentis æui profectu defectuque labascunt. Sidon. 5. epist. 10.

† *grando, marcor. G. putredo. I.*

Licet felicitas aspirare videatur; tamen ad vltimum temeritati non sufficit. Curt. lib. 4.

ἡδονὰς διώκειν προπετὰς λύπας ἐστὶ θηρεύειν. *Athen. lib.* 12.

Fragilitatis humanæ nimia in prosperis obliuio est. Curt. lib. 4.

L' homme n' est que fumée, qu' un petit trait de feu tient vn iour allumee. Ronsard. 9. 42.

Præterit iucunditas non reditura; & maneat anxietas non relictura. Bernh.

Voluptatibus maximis fastidium finitimum. Cic. Tusc. 4.

Voluptas & satietatem affert, & nimia nocet, & processu minuitur ætatis. Lactant. 3. 10.

Malorum blandientium virus occultum est. Cypr. epist. 2.

* *semper sapor aliquis illius ibi manet, vbi se implicuerat. I.*

* *perpetuò sitis quædam peruersa dolorem ciet, G.*

Bona malis paria non sunt, etiam pari numero; nec læticia vlla minimo dolore pensanda. Plin. 7. cap. 40.

Voluptas pene ante, quam veniat, aufertur. Sen. Polyb. 29.

Iubent nos viuere Mausolea. Martial. 5. 65.

In mortuo vita discitur. Ambr. Roman. 7.

In conditionis humanæ memoriam sepulcra strui cæpta. Modestin. Rhodigin. 17. 19.

Νεκρῶν ἀχρειότερος ζωὴ λαμπρὰ δ' παρόνθ' βίος. *Chrys. Stob.* 806.

† *cuius arboris cinis sit, internoscit, aut discrimen vllum ex cinere perspicit? G.*

Ipsum te iacentis corpus admonere debet, vt viuas. Arbit. Satyr.

Arbor infœcunda tanti est in precio, quanti lignum eius in trunco. Apul. Apolog. 1.

Σίγα, νῦ μελέῳ ζῶν ἐπὶ τὸν θανάτον. *Pallad. epigr. lib.* 2.

Omnia mors æquat. Claudian. 2. de rapt. 302.

νῦ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, νῦ ὁ χρόνος ὡὸ τὸ μαραίνει. *Theocr. Idyl. XII.*

Eadem nascendi conditio, fors vna moriendi. Hieron. in Eccles.

πάντως ὁμῶς θνητὸς εἰς ἅιδης δέχεται. *Epigram. lib.* 1.

Sepulcra ideo secundum viam, quo prætereuntes admoneant, & se fuisse; & illos esse mortales. Varro. de ling. lat. 5.

ἐς τοῦτον ὁρέων πίνε τε νῦ πέρπου· ἔσῳ γὰρ ἀποθανὼν τοιοῦτος. *Herodot. lib.* 2.

Hæc non, vt sepulturam tollam, dico; absit! Sed luxuriam & superfluam ambitionem. Chrysost. tom. 2. hom. 84. Ioan. 20.

Carbones de lignis pulcerrimis tetri, fragiles de duris, August. 21. ciuit. 7.

ἀνθρώπων μοῖνον φρένες, δαπάνας ὅταν θανοῦσι πέμπωσι κεναί. *Eurip. Stob.* 894.

In veros honores nihil flammis, nihil senectuti, nihil successoribus licet. Plin. paneg.

Vt mori nemo solet, qui non vixerit; ita nec viuere aliquis potest, qui non sit moriturus. Val. Max. lib. 6. extrem.

Vt mortem citius venire credas, Scito iam capitis perisse partem. Arbit. Satyr.

Καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιναλίσκεται ὁ βίος, νῦ μέρος ἔλαττον ὡὸ καταλείπεται. *Aurel. lib.* 3.

Quos videras, non vides; incipis videre, quos non videras. Hieron. Ecclesiast.

Arbor alenda recens, vetus excidenda. Ola. Epit. lib. 5.

† *Plin.* 17. 1.

Ὧν ἐγὼ ἐθέλω θανάτου, εἴδεις βέλεσι θνήσκειν. τὸ γῆρας δ' τοῦτ' ἔστ' ἐς αὖθις ἔαρ. *Eurip. Alcest.*

Mirari satis non possum, Egesippe, cur non vereris, idem tuæ paullò pòst euenturum pulchritudini, quod in sepulchris iam vides eorum, qui olim vixerunt. Arborum quidem in pomariis ex varietate fructuum cognoscitur diuersitas, nimirum ex glandibus ilex, palma ex dactylis, ex frondibus platanus, vites ex racemis: Sed postquam arefacta radice, cæso trunco, collectis fructibus, delapsis foliis, in ignem coniiciuntur, in cineremque dilabuntur; quis obsecro† ex cineribus arborum internoscit inter se discrimina? Hæc eo tendit comparatio, vt ostendam, interim dum vita huius mortis, & mors huius vitæ venit, omnes nos arborum instar in horto virêre, dum alij ex radicibus cognoscuntur maiorum, alij ex folijs verborum; hi ex ramis gratiæ, illi ex fructibus diuitiarũ; horum ex cortice deformitas, illorum ex floribus pulchritudo; horum tanquam 186
nanorum humilitas, illorum vt Gigantum proceritas; aliorum vt senum ariditas; aliorum vt iuuenum viriditas; horum tanquam diuitum fœcunditas, illorum tanquam pauperum sterilitas deprehenditur. Tandem verò IN VNO *similes cuncti videmur, quòd omnes, nullo excepto, ad tumulum vadimus.*

Iam quæro, quando mors vniuersos istos in exitu vitæ commiscuerit; ecquod erit inter pulchros deformesq; in tumulo angusto discrimen? Ne minima quidem profectò erit differentia; aut si qua esse videbitur, in monumentorum, quæ vani homines excogitarunt, diuersitate consistet: nec me pœnitet, quòd vanos dicam. NIHIL *enim vanius, quàm quòd non cõtenti homines, se vanos in vita esse, vanitatis suæ memoriam sepultura conantur propagare sumtuosa. Me quidem iudice, licet cedrus alta & pulchra sit, nihilo propterea candidior est illius carbo; & licet ilex humilis deformisq; sit, nihilo propterea nigrior est illius cinis: Hinc volo intelligi, quod* SÆPE *deorum permissu honoratiora sint ossa pauperis Philosophi, qui vitam duriter egit, quàm Principum, qui delicatissimè vixêre.*

Non amplius mortis metu te territabo; quoniam prout nunc vitæ huius viciis immersus es, ne verbo quidem eius mentionem fieri malles: Sed vnum quantumvis auditu ingratum dicam, nimirum, te creatum à diis, vt moriaris; te generatum ab hominibus, vt moriaris; te natum ex muliere, vt moriaris; te viuere in hoc mundo, vt moriaris; deniq; EA LEGE quosdam hodie nasci aio, vt cras moriantur, & locum dent aliis. In magnis & fructiferis arboribus† stolonum fruticatio, signum est, amputandos esse ramos aridos: Ita INFANTVM *in familia natiuitas parentum auorumq; ad sepulturam citatio est.*

Si

Si quis ex me quærat, quid sit MORS, † *voraginem esse dixerim, in quam omnes in hac ærumnosa vita præcipitantur: Siquidem* VBI *quis securißimum se retur incedere, tibi* * *semper supplantatur. Hoc & semper de (senibus) præteritis legi, & sæpe in (iuuenibus) præsentibus vidi, idemq; futuris, credo, seculis eueniet, quod* CVI DVLCISSIMA *vita est, eius fores repentè mors ingreditur, & contrà qui † maximè mortem auersatur, ab eo ne prænonito quidem vita aufugit.*

Equidem, ô dij immortales, crudeles an misericordes sitis vocandi, nescio: quia carnem, ossa, honores, opes, amicos, delitias nobis datis, in summa hominum omnia potestati subijcitis; at VITÆ * *æstimationem vestro reseruastis arbitrio.* QVONIAM *non possum quod volo, necessariò cogor velle,*
187 *quod possum. Veruntamen mihi si daretur optio,* VITÆ *in vnum diem securitatem, omnibus totius † orbis opibus anteferrem.* QVID *enim prodest de augendo honore diuitiisque laborare, cùm singuli diebus singulis vitæ decedant dies?*

Sed vt ad institutum reuertar, quod scilicet de pulcritudine & venustate tibi (blandiris &) places; velim scire ex te & aliis, qui & iuuenes estis & formosi, an nunquam in mentem vobis veniat cogitare, fore vos aliquando senes putidos? SI enim exiguo victuri estis spacio; stultißimum est vos pulcritudinem magni æstimare. Alienißimum quippe ab omni ratione est, vita nos in genua abijciente, humi nos (vt sic loquar) raptari à stulticia.

Si ad senectam vos peruenturos cogitatis iuuenes; meminisse debetis & nunquam obliuiscì, gladium, qui assiduè vsurpatur, cum minimè putasses, chalybe exarmari. Sanè iuuenis nihil à gladio nouo differt, qui progressu temporis vno die acie sensuum hebetatur, altero intelligentiæ mucrone orbatur; qui hodie chalybem amittit virium, cras ærugine carpitur morborum; modò aduersis distorquetur, modò prosperis obtunditur; iam nimis acutus est ob diuitias, iam planè corruptus, non secat ob paupertatem. Denique sæpenumero fit, vt QVANTO *magis deliciis exacuitur acies, tantò certius immineat vitæ periculum.*

Vt ad vanitates aliquis iuuentutis ascendat, manibus pedibusque nitendum; mox verò pede leuiter impacto in miserias nos (præcipitari ac) descendere senectutis certum est. Nam quod res loquitur, QVEM *heri iuuenem pulcrumque nouerámus, eum, cùm minimè putamus, dum respicimus, senem videmus (& miramur) marcidum. Quoties apud animum cogito, & intueor multos tam amicos, quàm inimicos, quos ante annos non ita multos * succi ple-*

† *decipulam.*

Nullum sæua caput Proserpina fugit. Horat. 1 od. 28.

Dum differtur vita, transcurrit. Sen. ep. 1.

* *irretitur.*

Aliud homo sperat, aliud euenit. Hiero. Eccleſiaſt.

Felices sequitur mors, miseros fugit. Sen. Herc. OEt. 1.

Παύτα νῦν, εἶα ἐπ' ἐκείνων, ἃς κατεθέμεθα. *Aurel. Imp. lib. 9.*

† *minimè de morte cogitat.*

Sine dum humano vel mœrori parcitur, vel timori, seu quod vtile est hoc maximè latere, pronius cætera oraculis, quam vitæ finis exprimitur. Macrob. 1. somn. 7.

* *terminum. I.*

* *calicem vel poculum. G.*

Πολὺ γὰρ φέρτερον ἀνδρὶ τέρπνος αἰών. *Pindar. fragm.*

ἡμέρας μιᾶς ἀλυπία μέγα κέρδος. *Stob. orat. 98.*

† *vrbis: G.*

Non appetamus, quæ dum tenentur intereunt. Hieron. Eccl.

Φοβοῦ τὸ γῆρας, ὃ γὰρ ἔρχεται μόνον. *Prou.*

Equum ementi ornamenta ipsa suspecta sunt. Sen. epist. 8

Προφάσεων οὐκ ἀπορεῖ γήρας. *Typhon Epigr. lib. 1.*

Tertium seculum non videt eum hominem, quem vidit primum. Varro. Ling. lat. 4.

Τὰ θέλοντα καιρίως σύμφορα πᾶσιν ἔπη θεραπείας ἄτερ θεῶν δυσπραξίας. *Sophocl. Aiac.*

Non in genua, quod dicitur, procidens, sed in os prostratus. Ælian. l. 2.

Ferrum si exerceas, conteritur; si non exerceas, tamen rubigo inficit. Gato. Gell. 11. 2.

(*Flore* iuuentæ) velut mucrone teli ablato, (corporis) vires hebetantur ex Iustin. lib. 6.

Quod hodie non est, cras erit; sic vita truditur. Arbit. Satyr.

Θανάτῳ πάντες ὀφειλόμεθα. *Pallad. Epigr. lib. 1.*

Humana infirmitas delicias diu ferre non potest. Fasc. tem. fol. 65.

Bona caduca migrant quotidie, & multo velocius exeunt, quàm intrauerant. Lact. lib. 7. extrem.

Δός μοι τλῶ σήμερον, μὴ λάβε τλὼ αὔριον. *Chrysost.*

Ad mortem dies extremus peruenit, accedit omnis Sen. ep. 120.

Quem puerum vidisti formosum, nunc fides deformem in senecta. Varro. ling. lat. 4.

† *in ipsa pulcritudinis & ætatis viriditate vidi consistere. G.*

* *Monogrammos.* Rodig. 8.19.

Non tantum præsentis, sed vigilantis est occasionem obseruare properantem. Sen. ep. 22.

Formosus es? Expecta paulisper, & non eris. Apul. de Deo Socr.

ἀνθρώπου φύσιν βλαστῶν καλ' ἄνθρωπον φρονῶ. *Sophocl. Aiac.*

Corpora lente augentur, cito extinguuntur. Tac. de mor. Germ.

In præsenti quod viuimus, breue est, & vmbra, & imago. Hieron. Ecclesiast. 8.

Singula de nobis anni prædantur euntes. Hor. 2. ep. 2.

Hunc ipsum, quem agimus diem, cum morte diuidimus. Senec. ep. 25.

† *desciscere.*

Pulcritudo sine sobrietate & castitate, præcipitium patens. Chrysostom.

Cito labitur dies, & procliuis in pronum fertur ætas. Fab. declam. 13.

De aliquo, quem vidisti heri meritò dici potest: hic quis est? tanta mutatio est. Sen. epist. 120.

Decor naturaliter libidinis inuitator. Ter. de cultu fœminar.

Κάλλος ὀξύτερον πειρώσης βέλους, ὃ ἁλὼς ἢ ὀφθαλμῶν εἰς τὸν ψυχὸν καθῆρεῖ. *Leucipp. Stob.* 566.

† *rete.*

* *tortor.*

Τῶν μὲν σωμάτων ὁ κόσμος κάλλος, καὶ ῥώμη, & εὐεξία. τῶν δὲ ψυχῶν λόγος, τρόπος, καὶ τῶν δεόντων ἡ τελείωσις. *Basil. Imp. fil.* 58.

Ὦ κείας χάριτες γλυκερώτερας. *Epigr. lib.* 1.

Properet licet, sero beneficium dedit, qui roganti dedit. Sen. 2. ben. 2.

Vera beneficia non precibus efflagitata, sed ex voluntaria benignitate proueniunt. Flau. paneg.

Questo defirà tutti sta nel core, de' fatti altrui sempre cercar nouella. Ariost. 2. 36.

Οὔπω μέγα καὶ ἀξιοπόθητον ὁ γάμος ἐστί, & ζηλῶ δῆλον. θεοὶ γὰρ ἐπιτροπεύουσιν αὐτόν. *Muson. Brodæ. epigr. lib.* 3.

Diuortunt mores virgini longe ac lupæ. Plaut. Epidic. Non oris causſa.

Αἱ παρθένοι πλέον δύνανται τῶν ἐναντίων. *Synes. epist.* 87.

* *Hellespontum.*

Κρώπιον, τὸν νέον καὶ ἀπὸ ὥρας ζωφρονεῖν. *Nazianz. Stob.* 875.

*nos pulcros q3 cognoui, eos q3 iam senes macie * prætenues, infirmos, deformes video; aut me tum somniasse, aut illos iam non esse eosdem arbitror.*

Illud sanè mirificum, & in vno si eueniret, quemadmodum in multis accidit, penè foret incredibile, in homine misero, id q3 parui spacio temporis, mutari speciem faciei, perire oris nitorem, barbam flauam albescere, caput nigrum caluescere, genas (frontem q3) rugis sulcari, oculos nubibus ceu velo obductis excæcari, dentes eboris instar (olim) candidos scabricie nigrescere, pedibus velocibus compedes injicere podagram, brachiis robustis stuporem afferre paralysin, guttur leue rugis complicari, corpus q3, quod erectum erat, (curuari &) à seipso † quasi absorberi.

Sed præter ea, quæ dixi, hoc etiam tibi, Epesippe, qui pulcritudine superbis, dico, eum qui propter elegantiam 188
speculum erat omnium, dum iuuenis esset, talem sibi post in senecta videri, vt vtrumne ipse, an alius sit, dubitet, (adeò ipse sibi ignotus redditus. Facias sanè, quod libuerit, & de pulcritudine tibi placeas (ac glorieris) quantum volueris; NIHIL *tamen* ALIVD *in iuuenibus pulcritudo est, quàm velamen oculorum, pedicæ pedum, manicæ manuum, † viscum alarum, * tormentum quietis, fur temporis, occasio periculorum, scopus inuidiæ, culmen luxuriæ, (omnis q3 mali barathrum:) in summa turbarum seges, & zelotyporum carnificina.*

Postquam studia deseruisti; non sum iam admittendas pecunias obligatus, in primis cùm in res, quod facis, pueriles illas profundas. Veruntamen cum Aulo Vegeno bis mille HS. *tibi ad parandas vestes mitto. Ac profectò fores ingratissimus, si pro tanto mihi gratiam non haberes beneficio: Si*quidem GRATIVS *esse debet, quod sponte, quam quòd necessariò præstatur.*

Noui quod ad te scribam nihil est, nisi quòd Annia Salaria soror tua nupsit, se q3 maritum ex animi sententia nactam affirmat, quod perpetuum dij faxint! Nam AD MATRIMONIA *concilianda pecunias subministrare homines possunt; vt autem ex voto contrahantur, præstare præter Deos nemo potest. Si, Toringa sobrina tua quid agat, scire cupis; naue censcensa cum classe in Hispaniam scito illam nauigasse; ac profectò nunquam aliter de illa cogitaui, ex quo triduum via Salaria latuit. SI enim puella pramaturè vindemiam (vt sic loquar) faciat; in militum manus illam deuenturam magnum signum est. Annium Rufum amicum & sodalem tuum scito in † Pontum profectum, decreto & iussu Senatus eò missum, vt insulæ præsit; qui licet iuuenis sit, simul tamen prudens est, ideo q3*

eum

eum munere iniuncto laudabiliter functurum confido. Si enim MIHI *daretur optio inter senes iam declinantes, & iuuenes† sapientes; ego prudentiam potius iuuenum, quam canos senum eligerem.*

Salutat te Faustina, (vxor mea) quam tuis rebus apud me vehementer patrocinari persuasum habeas, singulisq; diebus vrgere, ne tibi irascar, cum dicat VIRIS *prudentibus non habendam esse rationem leuitatum iuuenilium;* NEQVE *vllum senem esse sapientem, qui non egregiè iuuenis personam egerit.*

Nihil addam amplius, præterquam si fueris bonus, nunquam me negaturum te meum esse nepotem, & veterem alumnum ac discipulum; vt si ad meliorem te frugem
189 *redire videro, missam faciam iracundiam.* INTER *eos enim, qui mutuò se amant, nihil est quod meritam euellat è corde indignationem, nisi peruersæ & improbæ vitæ emendatio. Hoc vt ad te scriberem, Faustinæ precibus adductus sum. Reliquum est, vt illius & meis verbis plurimam dicas patribus Academicis salutem. Dii te custodiant, & emendationem tibi vitæ concedant! Marcus Imp. R. Annio Epesippo m. p.*

ἐπὶ πλήθει τῶν ἐτῶν πρὸς τὸ φρονεῖν εὖ ἀμφίεσθαι ἀλλήλων, ἀλλὰ τῇ φύσει καὶ ταῖς ἐπιμελείαις. *Isocr. Archidam.*

† *ascendentes, progredientes.*

Honores non tam ætatis maturitate, quam vitæ meretur. Plin. lib. 5 epist. 15.

Rara est hoc posse facultas placatumque Iouem dextra Iunone mereri. Stat. Theba. 6.

Vicia erunt donec homines. Tacit. hist 4.

Multorum cum adolescentiæ cupiditates deferbuissent, eximiæ virtutes, firmata iam ætate, extiterunt. Cic. pro Cœlio.

Quamuis aliquis per se floreat, erubescit tamen in suis: Ambros. Rom. 2.

Intelligis quam constanter te diligam, qui tam inconstanter irascor. Sym. 3. 26.

Amicitia cito sanatur officio. Id. 1. 85.

Erranti facile potest, cum resipiscit, ignosci. Ambr. 1. Tim. 1.

Vincit malos pertinax bonitas. Sen. 7. benef. 31.

Emendes facta priora nouis. Ouid. 4. fast.

Vicinatur innocentiæ festinata correctio. Sidon. 6. epist. 9.

Deus beneficia ignorantibus dare incipit, ingratis perseuerat. Sen. 7. benef. 31.

CAPVT XLIII.

Principes & magnates olim fautores fuisse sapientum, summaque illos inuestigasse diligentia. Caput est notatu dignum.

Publica res esset tum fortunata satis, si aut saperent Reges, aut regnarent sapientes. Prudent. lib. 1. cont. Sym.

Ælian. lib. 12. Volaterran. lib. 28. initio.

INter ea, quæ gloriam seculis antiquis, & nominis immortalitatem illorum attulerunt rectoribus, Principum in sapientibus inuestigandis, & sibi adiungendis diligentia, & subditorum in ijs; quæ illi monebant, præstandis obedientia fuit. PARVM quippe prodest, si examen sapientum secum Rex ad gubernandum (seipsum regnumq;) ducat, si malitia sint armati ad non parendū subditi. PRINCIPES, qui sapientum non magni æstimant consilia, certò sibi persuadent, fore vt sua contemnantur mandata. LEGI enim, cuius fundamentum vis potius, quàm ius est, nulla debetur obedientia.

Non potest resp. consistere, nisi is, qui imperitat, habeat sapientiæ studium. Apul. de philosop.

Τῶν τῆς ψυχῆς ἀῤῥωστημάτων καὶ παθῶν ἡ φιλοσοφία μόνον φαρμακόν ἐστι. *Plutarch. de εἰ in Delph.*

Ab aliis doceri non debet, qui alios docere debet. IC.

Neminem magis decet vel meliora scire, vel plura, quam Principem, cuius doctrina omnibus potest prodesse subiectis. Veget. præfat. lib. 1.

Princeps de doctrina viuendi regulam mutuetur, & statum publicum virtutibus fulciat. Macrob. 2. Somn. extrem.

Qui veterum historias (voluimus &) reuoluimus, Romanos quidem fuisse natura superbos negare non possumus: Veruntamen vt in rebus bellicis feroces; ita mansuetos moderatosq; illos in negotijs reipublicæ fuisse, inficias ire non possumus. Quæ quidem in re suam & prudentiam, & potentiam Roma declarauit. VT enim à ducibus strenuis

Romanus idem in præliis ferocissimus, & parta securitate mitissimus. Pacat. paneg.

Semper in armis Horribilem, gentes placidum sensere subactæ. Claudian. bell. Gildon. 97.

Rebus secundis etiam egregii duces insolescunt. Tacit. histor. 2.

nuis (& fortibus) hostes delentur; sic à viris prudentibus ac sapientibus in pace gubernantur subditi.

Sæpe mecum cogitare soleo, vnde tanta existat inter subditos & magistratus, interq; Principes & beneficiarios dissensio: Et positis vtrinque calculis, tum hos, tum illos ratione niti inuenio. SVBDITI enim de parua, quam in dominis reperiunt, conqueruntur benignitate. DOMINI verò de multiplici queruntur, quam in subditis inueniunt, inobediētia. Siquidem INOBEDIENTIA comitem habet malitiam, & mandatum ducem sequitur auaritiam. ADEO verò creuit parendi dedignatio, adeò effrenis (& impetuosa) euasit iubendi impotentia, vt subditis iugum plumbeum, & vicissim Principibus ac regulis contra culicem volantem gladius strictus opus esse videatur: Cuius mali (& detrimenti) publici fons vnicus est, quòd non habent Principes penes se viros sapientes, quos secretò consulant. NVNQVAM enim fuit Princeps bonus consiliariis vtendo malis; nunquam fuit Princeps malus consiliarijs vtendo (& parendo) bonis.

DVO sunt in Principibus & † magnatibus qui ad gubernacula rerum sedent; officij dignitas, & personæ ingenium. Iam verò FIERI potest, vt bonus sit aliquis, quo ad personam, & malus in regimine; & contrà, vt bonus sit aliquis in regimine, & malus, quo ad personam: Ideoque dicebat Tullius, neminem vnquam fuisse aut futurum esse vel parem Iulio Cæsari, quod ad personam, vel æquè malum gubernatorem, atque is fuisset, quod ad rempublicam attineret. INGENS sanè bonum est esse virum bonum Principem. Ex aduerso ingens malum est, esse malum virum; sed multò deterius est, esse malum Principem. VIR enim MALVS sibi tantùm malus est: Princeps verò malus & sibi & cæteris malus est. Quo latiùs venenum per corpus diffunditur, eò præsentius affert vitæ discrimen: & QVO QVIS potentior est in republica, eò plus damni vitæ improbitate affert. 190

Nescio, cur Principes & magnates, cùm adeò solliciti sint in quærendis medicis optimis ad curam corporis, adeò negligentes sint in quærendis viris sapientibus ad gubernationem regnorum (ditionumque:) cùm infinitis modis GRAVIVS profectò sit damnum malæ in rep. gubernationis, quàm Principis ipsius (aut gubernatoris) morbus. Hactenus sane neque legimus, neque vidimus medicorum penuriâ vel Regem vel regnum ipsius periisse: At SAPIENTVM penuriâ consiliariorum, innumeros Reges & regna plurima vidimus desolari (corruere & euerti.) MEDICI penuria vnus homo periclitari potest. At viri sapientis penuria

Hic in castris vtilior, ille in toga melior. Vell. lib. 2.

Concordiæ vinculum patientia intercedente custoditur. Cyprian. Serm. 3.

Potentium inimicitiæ obsequendo potius, quam resistendo franguntur. Donat. Æneid. 8.

Quomodo pessimis Imp. sine fine dominatio; ita quamuis egregiis modus libertatis placet. Tacit. histor. 4.

Vbi reuerentia excessit animis, & summa imis confundimus, vi opus est, vt vim repellamus. Curt. lib. 8.

Plerunq; dura vulnera, per lenia fomenta mollescunt. Eucher. 1. Reg. 17.

Omnia regna vsque eo prosperum imperium habuere ordinanda, dum vera consilia valuere. Sal. de repub. ord.

ἡ βασιλεία σώζεται διὰ τῶν φίλων. *Arist. 5. polit.* 11.

Si vn Monarque faut tant so it peu la prouince Se perd: car volontiers le peuple suit le Prince. Ronsard. 9. 29.

† præsulibus, qui animarum curam gerunt.

Mansuescit Princeps ab innocentia populi, & populares motus reprimit innocentia principalis. Saresb. 9. 29.

Principis error tantis obest, quantis ipse præest. Bernh.

Quomodo cætera naturæ mala, ira luxum vel auaritiam dominantium toleremus. Tac. hist. 4.

διεξήει διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἀνώθεν ἀρξάμενον τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ ἀδρυθὲν κακόν. *Thucyd. lib.* 2.

Vt in corporibus, sic in imperio, grauissimus est morbus, qui à capite diffunditur. Plin. 4. ep. 22.

Vitia infundunt in ciuitatem Principes. Cic. 3. de Il.

Quando caput nutat, turbari membra necesse est. Alex.

Principes ne aspernentur consiliarios, quasi ipsi possint dispicere omnia. Philo. de creat. Princip.

Πολλῶν ἔμπειρον δεῖ εἶναι ἰητρόν. *Hippocr. lib. de artic.*

Melius audire Socratem de moribus, quam Hippocratem de corporibus disputantem. Sidon. 9. epist. 14.

Πολλοὶ ἰατροὶ βασιλέα ἀπώλεσαν. *Dio. lib.* 69.

Μανικὸν ἐν τῷ νῷ ἔχει τις ἐπιχείρημα, ἐπιχειρῶν διδάσκειν ἃ οὐκ οἶδε ἀμελήσας τι μανθάνειν. *Plat. Alcibi.* 1.

Non alibi magis desunt amici, quam vbi creduntur abundare. Sen. 6. benef. 34.

penuria magna inuehi in populum potest discordia. Etenim GLISCENTE *aliquo inter ciues tumultu, plus vnicum prodest consilium maturum, quàm centum de rhabarbaro purgationes.*

Isidorus lib. IV. Originum siue etymologiarum spatio † CCCC. *annorum absque medicis vixisse Romanos affirmat. Æsculapius enim Apollinis filius vltimus fuit in Græcia medicus, & Archagato medico excellentissimo posita fuit in æde Æsculapij statua. Erant enim tam grati (erga bene meritos) Romani, vt ei, qui re aliqua insigni excelleret, aut pecuniæ precium persoluerent, aut statuam (memoriæ causa) ponerent, aut ius Quiritium darent. Postquam verò senuerat Archagathus, opesq́ ingentes coëgerat, cùm propter vlcera plagasq́ insanabiles brachia & crura abscidisset, idque nimiæ Romanis crudelitatis esse videretur; domo violenter extractum lapidibus in campo Martio obruerunt, quod mirum nemini videatur. Nonnunquam enim* LEVIVS *malum est, dolores in morbo tolerare, quàm crudelia, quibus chir-*
191 *urgi vtuntur, medicamenta experiri (& sustinere.) At enim, dicat aliquis, quo tempore medicis Roma caruit, Romani profligati perditiq́ fuerunt! Ego verò nulla vnquam fuisse illis tempora æque prospera affirmo, quàm quadringentos illos annos, quibus absque medicis fuerunt. Tum enim Roma perijt, quando admissis medicis philosophi exterminati sunt.*

Non dico hæc, quòd medicos vituperem, aut à Principibus remouendos censeam; quia CARNIS *nostræ imbecillitatem quotidianis opus est fulciri auxilijs: Ac reuera* NIHIL *aliud sunt medici cordati & sapientes, quàm boni consiliarij. Nihil enim aliud nobis suadent, quàm vt cibo potuq́, in somno, in incessu actionibusq́ sobrij simus, modumq́ teneamus.*

Hæc eo fine dicuntur, vt his persuasi rationibus Principes & præsules summatesq́ partem aliquam diligentiæ, quam in quærendis adhibent medicis maximam, & pecuniarum, quas in illorum salaria & congiaria expendunt plurimas, ad inuestigandos conferant viros sapientes, quos & ipsi consulant, & aulico adiungant senatui. Nam SI INTELLIGERENT *homines, quanti intersit habere sapientem domus rectorem; vel vnicum sapientem omnibus redimerent opibus. Commiseratione (magnoperè) digni videntur Principes & magnates, qui multos in mense dies, multasq́ in die horas perdunt sermocinantes de bellis, de ædificijs, de armis, de epulis, de bestijs, de venationibus, de medicina, de vita item nonnunquam aliorum, idq́ cum viris nec virtute, nec sapientia præstantibus, qui nec subtiliter de rebus disserere, nec* † *definire sapienter norunt.*

SÆPE

Medicina apud ægros vsus, etiam apud sanos honor est. Idem.

Vide Scalig. 2 Poët. 16. medicus an orator magis sit necessarius.

† DXXXV.

P. R. vltra sexcentesimum annum sine medicis vixit. Plin. 29. 1.

ὀυτοσοῦτον βλάπτει ἡ ἁμαρτία τοῦ ἰατροῦ, ὅσον ἐθίζεσθαι ἀπειθεῖν τῷ ἄρχοντι. *Arist.* 1. *Rhetor.* 15.

Archagathus vulnerarius, Chironica magis institutus arte, quàm Machaonica magis institutus arte, quam Machaonica. Sidon. 2. *epist.* 12.

Gloria medici est, si multos curet. Ambr. Ephes. 1.

Apage eiusmodi salutem, cum cruciatu quæ venit. Plaut. Mercat. Ex summis opibus.

οὐκ ἔστι τῆς ἰατρικῆς τὸ ὑγιᾶ ποιοῦσαι, ἀλλὰ μέχρις οὗ ἐνδέχεται τούτου προαγαγεῖν. *Aristot.* 1. *Rhetor.* 15.

Non exitio, sed saluti hominum medicina quæsita est. Apul. asin. aur. lib. 10.

Φάρμακον τελεώτατον καὶ ἄριστον φαρμάκων ἐπιστήμη. *Plat. Atlantic.*

Vna artium medicina Imperatoribus quoque imperat. Plin. 24. 1.

Sit medicus scientia doctus, experientia agilis, diligentia intentus, & caritate ac fide insignis. Petrar. 3. Senil. ep. 7.

περὶ ὑγιείας τοῖς ἰατροῖς μᾶλλον οἱ ἄνθρωποι πείθονται. ἢ τοῖς γονεῦσι. *Xenoph. Apol. Socr.*

Sanitatis auctor Deus; Dei instrumentum natura; vtriusque minister medicus. Rhodig. 29. 11.

ὅσῳ κρείττων ψυχὴ τοῦ σώματος, τοσούτῳ τιμιώτερος τῶν τὰ σώματα θεραπευόντων ὁ τὰς ψυχὰς ἐξιώμενος. *Gregor. Nyss. Stob.* 804.

Τοῖσι μὲν χρηστοῖσι τῶν ἀνθρώπων κακοὶ δοῦλοι φιλέουσι γίνεσθαι, τοῖσι δὲ κακοῖσι χρηστοὶ. *Herodot. lib.* 8.

ἀρίστων ἀνδρῶν εἰκὸς ἄριστα βυλεύματα γίνεσθαι. *Idem lib.* 2.

Qui narrant, quæ non decent, non eloquentiam, ostentant, sed silendii mpotentiam, Philo. det. pot. insid.

† *decidere, constituere.*

Nemo vult seruum seipso præstantiorem. Philo. omnib. prob. liber.

Licet inter abruptam contumaciam, & deforme obsequium pergere iter ambitione ac periculis vacuum. Tacit. annal. 4.

Παῤῥησία μέγιστον σημεῖον τῆς εὐνοίας πρὸς τοὺς φίλους. *Isocr. epist.* 4.

Non celare suam sententiam indicium est generosi animi. Philo legat. ad Caium.

† *errorem suum. G.*

* *Lampridius.*

De eo, quod destinaueris, non consulendi, quibus consultis obsequi debeas. Plin. 8. epist. 13.

ὅσῳ μᾶλλον ἅπτονται τοῦ λόγου, μᾶλλον τὸ οἴημα καὶ τὸν τύφον καταθέμενοι τυγχάνουσι. *Plutarch. profect. in virt.*

Libertas non in pertinacia, sed in quadam moderatione posita est Cic. pro Cn. Planci.

Αὐτοδίαι τοι σκαιότητ' ὀφλισκάνει. *Sophocl. Antigon.*

Nel Principe hà da essere tanto spirto, che habbia il consiglio d' intorno, perche l' aiuti à gouernare, & non perche gl' insegni à regnare. Tesor. polit. pag. 3.

Reges cum philosophos in honore habent, & se, & eos ornant. Plut. de sanit. tuenda.

Qui nudus atque inermis hostem manet, ei aut mors, aut seruitus patienda. Liu. lib. 10.

Εἰς ὄρος ὅκ χ' ἕρπεις, μὴ ἀνάλιπος ἔρχεο. *Theocr. Id.* 4.

* *Iul. Capitolin.*

Quicquid humani generis floris est, habere curiam decet. Cass. 1. epist. 23.

Omnium suppliciorum grauissimum in artium ignorantia vitam transigere. Ælian. lib. 7.

Non risum mouere, sed lacrymas elicere admirabilitatem habet. Plut. de sui laude.

Τῶν πονηρῶν ὁμιλία τῆς ἀρετῆς κατάλυσις. *Xenophon.* 1. *memorabil.*

Μωρὰ μωρὸς λέγει. *Eurip Rhodigin* 11. *cap.* 5.

Quam ad probos propinquitate proximè te adiunxeris, tam optimum est. Plaut. Aulul. Præsagibat mihi.

ὁ Σειλήνος τὸν Διόνυσον, φιλοπαίγμονα, καὶ φιλογέλωτα, καὶ χαριτοδότην εὐφραίνει τῷ σκώπτειν τὰ πολλὰ, καὶ γελοιάζειν. *Iulian. in Cæsarib.*

Qui secum loqui poterit, sermonem alterius non requiret. Cicer. Tuscul. 5. extr.

Nullus agenti dies longus est. Sen. epist. 122.

Satius fuerit ociari, quam turpiter occupari. Saresb. 1. 8.

*SÆPE numero accidit, vt Princeps in medium aliquid afferat apud eos, qui rem illam neque lectione neque auditione perceperunt: qui tamen non minorem sibi sumunt in definiendo confidētiam, vel vt verius dicam, pertinaciam, quàm si omnem illi studio vitam impendissent; cuius rei caussa est impudentia & inurbanitas. Nam INTIMIS familiaribus apud Principes data venia loqui licet; at quantumuis familiares sint, seu data seu non data venia, pertinaciter † opinionem suam tueri illis non licet. Ælius * Spartianus in vita Alexandri Seueri ait, Seuerum Imp. aliquando legato Græco interroganti, quid ægerrimè Romæ ferret, respondisse: NIHIL est, quod magis bilem mihi moueat, quàm vbi sententiæ meæ obstinatè contradicunt mei ministri: neque indignor, quòd molestè feram res (ventilari &) disputando clariores reddi; sed quòd adeò aliquis est pertinax, licet nullo nitantur ea, quæ dicit, fundamento. QVI enim dictorum rationem reddit, obstinatus dici non potest.*

Interrogatus quondam Theodosius Magnus Imp. quid faciendum Principi, vt esset bonus; PRINCIPEM, inquit, virtute (sapientiaque) conspicuum cùm iter facit, comitari debent sapientes, cum illo colloquentes (& disserentes;) cum cibum capit, mensæ astare debent sapientes disputantes; Secretum sibi sumenti sapientes adsint, cum quibus aliquid legat. In summa, QVICQVID fuerit temporis vacui, cū sapientibus consultando transigatur. MINVS n. temerarium est militem sine armis prælium ingredi, quam Principem, non adhibitis in consilium sapientibus, regere velle rempublicam. 192

*Lampridius * libro de gestis Romanorum ait, M. Aurelium Imperatorem siue cibum caperet, siue cubitum iret, vel cubitu surgeret, siue iter faceret, tam publicè, quàm priuatim nunquam moriones; sed sapientes semper (& spectatæ virtutis viros) circa se habere voluisse: quod profectò prudenter factum. NIHIL enim vel seriò vel ioco potest in hoc mundo exoptari (aut tractari,) quòd non melius sapiens, quàm fatuus præstet. IN ADVERSIS, an non meliùs poterit consolari Principem sapiens dictis sacræ Scripturæ, quàm fatuus dicteriis scurrilibus? IN PROSPERIS, an non ad conseruandam secundam fortunam vtilius erit consuetudine vti viri prudentis, quam scurræ se malicioso credere? IN REI pecuniariæ angustiis, an non expediendæ illius rationes melius ostendet sapiens, quàm stultus petendæ semper illi inhians? SI RECREAtionem aliquam expetat Princeps; an non MELIùs tristitiam omnem discutiet sapientis oratio, iucundissimas ex antiquitate repetentis historias, quàm morionis obscœna, aut etiam dicteria temporum præsentium maliciosa inculcantis loquacitas?*

Quod

Quod de medicis dixi, idem de parasitis & scurris dico. Non enim eos fallendi temporis gratia adhiberi prohibeo; quanquã rectius illos perdendo, quàm fallendo tempori seruire dicemus. MERITO. n. perire tempus dicitur; quod neq; cultui Dei, neq; vsui proximi impenditur. Equidem miror vel INDIGNOR potius, non tam quod tantum possunt apud illustres viros sanniones & fatui; quàm quòd tam parum possunt, & tam parui æstimãtur viri prudentes & sapientes. INDIGNISSIMVM enim est in aulis Principum fatuos vel in cubiculum vsq; ; sapientem verò vix in atrium admitti; vt alteris nulla claudatur, alteri nulla aperiatur ianua.

193 *Qui nunc viuimus, merito eos, qui ante nos fuêre, prædicamus, non aliam ob causam, quàm quòd seculis transactis, cùm maxima sapientum penuria, & barbarorum vbique locorum copia foret, illi ipsi barbari (maximo in precio habuêre &) summa obseruantia coluêre sapientes. Multo enim tempore durauit hic mos in Græcia, vt philosopho prætereunti Græcus assurgeret, & cum eo loquens nequaquam sederet. Contra quotquot post futuri sunt, nos qui nunc sumus vituperabunt, quòd cum tanta sit hodie sapientum copia, neque inter barbaros; sed inter Christianos vita agatur; tum visu graue, tum relatu turpe est, quàm parui illi æstimentur. Nam HODIE propter peccata nostra, non qui doctrinarum scientia; sed qui opibus pollent maximè, regnant potißimum in republica. Atque haud scio, vtrúmne illos iam deprauarit sapientia, an omnem huius gustum iam mundus amiserit; quoniam VIX hodie sapientem inuenias, cui sola ad vitam honestè agendam sufficiat sapientia, quo minus ad parandum victum factiosius esse cogatur. O munde, ô munde! Non video, quomodo elabi è tuis manibus, aut pericula subterfugere possit homo rudis & idiota, cùm viris sapientibus & prudentibus vix satis sit in vniuersa sapientia præsidij, vt portum intrent securum. QVICQVID enim huius vitæ sapientes didicerunt, illo, vt à tua malitia tuti sint, indigent.*

Quoties quæ priscis temporibus gesta sunt, lego, & quæ temporibus aguntur præsentibus, video; vehementer dubito, maiórne fuerit Principum eximiorum in quærendis sapientibus, quorum consilijs vterentur, solicitudo; an alterorum in operiendis cuniculis venisq; metallicis, ad cumulandas pecunias, auaritia! Sed vt dicam hac in parte, quod sentio, CREDANT mihi, quicunq; ad rerum gubernacula sedent, siue Princeps sit, siue antistes, siue Principis intimus, fore aliquando tempus, quo sapientem, qui verè sit sapiens, circa se habere malent, quàm omnes, quos cumularunt, thesauros. Bonum. n. consilium nunquã non vtilitatem (commodumq;) parit; thesaurus verò ingens nunquam periculi metu vacat.

Αἰδοῖ μυσῶν, τὰς ἱερεῖς αὐτῶν ἄξιον θεραπεύειν, ἢ μὴ δύτερος πίθοιδ τ κολακεύειν τὰς θύρας εἰδότων. *Syn. ep. 99.*

Ludo & ioco vti licet, cum grauibus seriisque rebus satis fecerimus. Cic. off. 1.

Pessimum inimicorum genus laudantes. Tac. Vit. Agric.

Necessitates voluptatibus, seria iucundis anteferenda. Plin. 8. ep. 21.

Gli adulatori sono il quinto elemento delle corti. Domen. facet.

Pernicioſa adulatio, perpetuum malum regum, quorum opes sæpius assentatio, quam hostis euertit. Curt. lib. 8.

Φθείρουσιν ἤθη χρῆθ' ὁμιλίαι κακαί. *Prouerb. 1. Cor. 5.*

Errare me, sed cum illis finant, quorum non seria modò, verum etiam lusus exprimere laudabile est. Plin. 5. ep. 3.

Pauci studia nunc honorant. Sidon. 5. ep. 10.

Copiam vilitas sequitur. Tac. an. 6.

Vetera institura iam pridem corruptis moribus ludibrio sunt. Sal. de rep. ordin.

Τιμιώτερον τὸ πρεσβύτερον. *Aristot. Metaph. 1.*

Vetustas nobis semper, si sapimus, adoranda est. Macr. 3. Sat. 14.

Innocentiæ plus periculi, quàm honoris est. Sal. Iugurth.

Δίκαιοις οὐκ ἔνι ἄλφιτα. *Aristoph. Pluto.*

Seculi improbitas quotidie insurgit. Tert. de cultu fœmin.

Sapientibus propositum pessimis maxime displicere. Boet. 3. conſ. 6.

Σφόδρ' ἐστι σύμφορον τὸ μηδὲν ἀσκεῖν ὑγιὲς, ἐν τῷ νῦν χρόνῳ. *Aristoph. Plut.*

Qui vitia odit, homines odit. Plin. hist. nat.

Parum tuta per se ipsa probitas est. Sall. Iugurth.

Semper homo bonus tiro est. Martial. 12. 51.

Ἅπαντες οἱ χαίροντες τὰς τῆς πανδαίνοις τ ἀνθρώπων κακῶς ὁμιλοῦντας ἐπαινοῦσι καὶ λαμῶσιν, ὥσπερ αὐτοὶ τ ὠφελειῶν ἀπολαύοντες. *Is. ep. 4.*

Δόξα καὶ πλοῦτον αὔξει ξυνέσιος, σοφία δ' ἀσφαλείαν κτήματα. *Democr. Stob. 101.*

Plus in angustia cõstituto sapientia præstat, quam quilibet maximæ potestatis. Hieron. Eccles.

Βελῆς μὲν ἀνὴρ ἔσθλον ἔχοντα κακῆς. *Sophocl. Electr.*

Diuitiæ possidentibus persæpe nocuerunt. Boet. 2. consol. 5.

Diuitiæ aut periculum possidentium, aut onus. Sen. epist. 84.

Ἄλλο τέρας ἐστὶν ὁ πλοῦτος ἀνθρώπῳ πάντως, σοφία δ' ἴδιον κρύπτοντος. *Athen. f. 104.*

Non contemnitur, qui imperium habet, nisi qui se primus ipse contemsit. Plin. 4. ep. 24.

Τὸ αἴτιον τοῦ ἀμφισβητεῖν ἡ ἄγνοια. *Arrian.* 1. 27.

Qui Regem erudit & virtute imbuit, subditos quoq; ad probitatem instruit. Laërt. lib. 7.

Non cy meior espejo, que amigo viejo. Adag.

Difficilis accusatio in Principem: Si peccârit, non creditur; Si conuictus fuerit, non punitur. Hieron. Eccles.

Νεὰ φρονὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ. *Eurip. Med.*

Βόσκουσι τοὶ αὐάκιθροι τὸ κακὸν ἐπαινέσαι, τὸ δὲ καλὸν γνῶναι μὴ θέλουσιν. *Nic. Andron. Comn. lib.* 1.

Minimum decet libêre, cui multum licet. Sen. Troad. 2

Αἱ ἄσκησαι δοκοῦσιν εἶναι φύσεως μᾶλλον παιδείας δέοντες. *Xenoph. memorab.* 4. *initi.*

Tanquam in clariss. luce obuersetur, ita nullum obscurum potest, nec dictum Principis esse, nec factum. Cic. off 2.

Et periculosissimè & libentissimè homines faciunt, quòd de Rege suo malè existimant. Sen. 3. ira. 22.

Nihil pernicioſius est iniquo diuitis consiliario. Saresb. 5. 9.

Non melioris fidei habendus, qui prudentius suaserit. Gurt. 4.

Vitanda conuersatio vicia Principis assentatione alentium. Vell. 2.

Τοιοῦτός ἐστ ἕκαστος, οἷσπερ ἥδεται ξυνών. *Eurip. Phœniss. Plin.* 4. *epist.* 26.

Tam bonorum, quàm malorũ longa conuersatio amorẽ inducit. Sen. de tranquil. 1.

Ἔλεγχος ἀνδρὸς ἦθος ἡ μὴ τοῦδε σωφρονεῖν. *Chrysost. Stob.* 48.

Maiora populus semper à summo exigit. Sen. Octau. 2.

Quòd in radice celatur, in ramis declaratur; & quod latet in foliis, enitescit in pomo. Aug. homil. 48.

Nullius reip. est diutina felicitas, nisi vniuersitati prospiciat caput incolume. Saresb. 6. 22.

Eorum consilio in negotiis, iudicio in studiis vtere, qui plurimum fide, veritate, intelligentia præstant. Plin. 3. ep. 2.

Tria in consiliario necessaria rerum experientia, amor, & libertas otis. Nazian. carm. Cygn. lib de animi summiss.

Ὡς ἔργον οὐ ζῆν ἐν πονηροῖς ἦθεσι. *Prouerb.*

Prima parit natura, quod ingenium fouet, anget vis exercitijs, promouet vsus, opus. Tobias.

Ἡδὺ ἀγαπητὸν ἢ κακοῖσιν ὡσὶς χαίειν ἔρωτον ἐμαυτῷ τοῦτον οἶσμαι φέρειν. *Antiph. Stob.* 688.

Antiquitus morituri Principes illustres, si filios relinquerent regnorum hæredes, quos per ætatem parum idoneos tractandis regni negotijs videbant; magis erant solliciti, quos adiungerent illis magistros, à quibus honestiis præceptis (actionibusq;) imbuerentur, quàm quos illis darent præfectos, à quibus augerentur (opes &) vectigalia. VTVT enim pecunijs respublica defendatur; non tamen nisi bonis gubernatur consilijs. MVLTA solent esse Principum iuuenum vitia, quæ partim ætas suadet, partim honestas prohibet; in quibus vitia sunt periculosissima, maximè si viris destituantur sapientibus, quorum monitis salutaribus illa caueant. PER ætatis enim teneritatem disciplinæ, & propter nimiam libertatem castigationis impatientes sunt. 194

INFINITIES magis necessarium est, vt penes se habeant Principes viros sapientes, quorum vtantur consilijs, quàm quisquam subditorum omnium. CVM enim in luce ac conspectu versentur vniuersorum; minorem habent, quàm vllus subditorum, peccandi (errandiq;) licentiam. Si enim ipsi intuentur cunctos, & potestatem habent iudicandi omnes; sine licentia ipsi conspiciuntur, imo etiam iudicantur ab vniuersis. Cùm ATTENDERE Principes diligentissimè deceat, quibus regnorum administrationem credant, quibus exercitus committant, quos legatos mittant ad exteros; quibus exactionem & custodiam concedant vectigalium: tamen multò ACCVRATIVS spectent & examinent oportet, quos sibi familiares & consiliarios eligant. QVALE enim fuerit in aula & senatu Principis sodalitium; talis erit illius inter exteros subditosq; existimatio.

Cùm etiam inuiti quotidie Principes omnium ditioni suæ subditorum vitam audiant & cognoscant; cur non sponte aulam examinent & corrigant suam? Discant Principes, si nesciunt, EX INTEGRITATE ministrorum, ex circumspectione consiliariorum, ex prudentia ipsorum propria, ex ordine ac dispositione aulæ, vniuersum pendêre bonum Reipublicæ. NEQVE enim potest fieri, si radices arboris aridæ sint, vt viridia videamus in ramis folia.

CAPVT XLIV.

Theodosium Imp. moriturum prospexisse, vt Arcadius & Honorius filii inter viros sapientes educarentur (& erudirentur; tutoris & Philosophi cuiusdam colloquium; X. genera vitiosorum, qui sint ab aulis Principum arcendi & exterminandi.)

EGNATIVS historicus in lib. quem de duobus Theodosijs, tribus Arcadijs, & quatuor Honorijs scripsit, primum & magnum Theodosium narrat, ætatis anno L. imperij vndecimo,

cimo, morti victimum, quæ etiam mox obijt, Arcadio & Honorio filijs ad se aduocatis Stiliconem & Rufinum institutores, & prouinciarum, ditionumq; moderatores dedisse. Etsi enim priusquam moreretur, pater iam pridem filios Cæsares designarat, adolescentes sanè, & quorum † neuter XVII. annum excederet: tamen cùm seni parum viderentur per ætatem gubernationi tot & tantarum prouinciarum idonei; tales illis tutores & educatores adiunxit.

NON est hoc perpetuum, vt qui XXV. annos impleuit, prudentior sit & gubernandis regnis aptior altero, tantùm XVII. annos habente: Quippe quotidiana docet experientia,
195 laudari atq; approbari in nonnullis X. annos, & improbari ac vituperari in alijs annos XL. MVLTOS inuenias Principes, in quibus contendit flos ætatis, & maturitas mentis; Ex aduerso sunt nonnulli Principes, ætate quidem senes; mente verò admodum pueri, Mortuo Vespasiano Imp. optimo Principe, imperium ambibant Titus filius, & alius Senator senex. Et in Tito quidem nihil desiderabatur, nisi quòd erat admodum iuuenis: Cumq; ad ferenda conuentum esset suffragia, Senator quidam Rogerius Patroclus in Senatu, Equidem, inquit, PRINCIPEM malo adolescentem ac prudentem, quàm senem & fatuum. Sed vt ad filios Theodosij redeam, Stilico Arcadij curator quodam die cum philosopho Græco, viro sapientiss. cui nomen erat Epimundus, colloquens, nosti, inquit, Epimunde, neq; recentem hanc inter nos esse notitiam, & in palatio Theodosij Imp. domini mei nos ambos ministerio fungi, ipsoq; mortuo etiamnum viuere. At quanto fuisset melius illum viuere, & nos mortuos esse! Nam QVI ministri sint Principum, multi sunt; qui verò sint Principes boni, paucissimi. MIHI sanè nihil in vita potest contingere acerbius, quàm crebræ Principum mutationes. Nam QVI multos vidit in vita Principes, multas vidit in republica nouationes & miserias. Nosti Theodosium dominum meum iam fermè morientem hæc ad me verba dixisse, verba, inquam, crebris interrupta suspirijs, & vberrimis perfusa lacrymis. Mori me iam Stilico vides, & accinctum esse, vt in alterum mundum transeam, vbi exacta mihi ratio de omnibus, quibus præfui, regnis reddenda erit. Quare CVM mea considero peccata; magno percellor metu: Sed cum Dei misericordiam cogito, longè maiore spe erigor. CVM autem iustum sit, vt in ipsius misericordia spem collocemus; decet tamen, vt rigidam ipsius metuamus iustitiam. Siquidem MINIME patitur religio Christiana, vt viuamus, quod facimus, nos Principes in hoc mundo in tantis delitijs, & postea sine grauiore alia satisfactione in Paradisum nos rectà transituros speremus.

Quando plurima perpendo, quæ à Deo accepi, beneficia;

Εὐνοίας δουλικὰ παραμυθούμενος, ἐμπειρίᾳ τῶν ἀρχῶν ἠξιώθη μεγίστων. Zosim. lib. 3.

Fidelia contractus est, cùm solicitudo prudentiæ sociatur. Saresb. 6. 22.

† *Arcadius vigesimum, Honorius decimum ætatis annum agebat.* Baron. tom. 9. 2.

ἐπεὶ νέος ἦν ἔτι, τὸ λειπὸν εἰς φρόνησιν αὐτῷ ἀφ' ἑαυτοῦ νέοντος, ἱκανὸς ἐπέλιπε Ῥοφῖνον. Zosim. lib. 4.

Ingenium cœleste suis velociùs annis surgit. Ouid. 1. art.

Non de annis quisque suis, sed de meritis æstimandus. Cypr. 2. ep. 5.

In iuuentam natura contemptus cadere solet. Theophyl. 1. Tim. 4.

Cæsaribus virtus contigit ante diem. Rigotd. 159.

Sic ætas animo cessit, quererentur vt omnes imperium tibi sero datum. Claud. 3. Cos. Honor. 86.

Si in adolescente mirabilis videatur & grauis disciplina, actus eius excusant ætatem. Ambros. 1. Timoth. 4.

Acta senem faciunt, hæc memoranda tibi. Ouid. ad Liuiam.

Autoritatem habemus senum vicia puerorum Sen. ep 4.

Generosioris arboris statim planta cum fructu est. Fab. lib. 8. c. 4.

Εὐτρόπιος κυκλοῦ Ἀρκαδίου καθάπερ βοσκήματος. ὑδὲ γὰρ οἷός τε ὢν ἀνιδεῖν τὰ πρακτέα ἐκάτερος ὢν. Zosim. li. 5.

Perrarum est, vt probis honores deferantur. Boet. 2. consol. 6.

Est adhuc curæ hominibus fides & officium: sunt qui defunctorum quoque amicos agant. Plin. 1. 17.

Ex comparatione Regis noui desiderium excitatur amissi. Curt. lib. 10.

Ἐκλεῖς τὸ διαπολὺ δυήσειν ὑπερ. Eurip. Iphig. Aulid.

Non omnes, qui habent citharam, sunt citharœdi. Varro, 2. rust. 1.

Non parcit populis regnum breue. Stat. Theb. 2.

Mutati domini nouitas metuenda. Apu. Asin. aur. 8.

In eo sibi quisq; maximè credat esse consultum, in quo aliis vtilius nouerit esse prospectum. Saresb. 6. 20.

Vnusquisq; præpositus rationem actus sui Domino reddet. Cypr. 2. ep. 1.

Proprio è à noi peccar souente, A Dio perdonar sempre, à chi si pente. Ariost. 33. 114.

Superbum est de non peccandi facilitate præsumere? cùm hoc ipsum præsumpsisse peccatum sit. Leo quadrag. 3.

Nec in corpore est aliquid integritate melius, nec in anima est aliquid fideli humilitate sublimius. Fulgent. ep. 3.

Nisi per Christum non itur ad Christum. Leo. passion. 16.

De iustitia sua nemo præsumat; de Dei misericordia nemo diffidat. Leo. sermon. 1. de inuocat.

Deus, quantum patris pietate indulgens semper & bonus est, tantum iudicis maiestate metuendus. Cyprian. serm. 5.

Nec metuit mortem bene conscia vita, nec optat. Auson. epheme.

Ille sibi remitti non sinit, qui desperando contra se indulgentiæ ostium clauserit. Fulgent. ep. 7.

Qui de venia peccatorum suorum desperat, negat Deum esse misericordem. August. manual. cap. 23.

Quantum ad Deum fidei capacis ferimus, tantum gratiæ inundantis haurimus. Cyprian. 2. ep. 2.

Apud Deum nullas patitur veniæ moras vera conuersio. Leo. epist. 91.

ὦ παῖδες, οἷον φίλτρον ἀνθρώποις φρενός. *Menan. Stob. 668.*

Amor plus descendit, quàm ascendat. I C.

Apud Persas nemo consiliorum est consius præter optimates taciturnos & fidos, apud quos silentii quoque colitur numen. Ammian. 21.

Summis imperii moderatoribus pia & decora suadentes instrumenta sunt boni seculi. Sym. ep. 6.

Les Princes sans amis sont touſiours malheureux. Ronſ. 9. 30.

Σύμβολον ἀγαθὸς χρησιμώτερον καὶ βασιλικώτερον ἁπάντων κτημάτων ἐστίν. *Isoc. Nic.*

A capite bona valetudo. Sen. 2. clemen. 2.

Ἑνὸς ἀνδρὸς εὖ φρονήσαντος ἅπαντες ἂν ἀπολαύσαιμεν, οἱ βλέπομεν ἡσυχῆ τὴν ἐκείνου λαμπρότητα. *Isocr. paneg.*

Vna est legis intentio, vt quæ disposita sunt à morientibus, impleantur. Authent. nouell. const. 1. cap. 1.

Honorat defunctum, qui voluntatem eius adimplet. I C.

Mihi defuncti voluntas antiquior iure est, vtique in eo, quod ad communem patriam voluit peruenire. Plin. 5. ep. 4.

ἱερὸν ἀληθῶς ἐστιν ἡ Συμβουλία. *Prou.*

Non est beatus, qui scit illa, sed qui facit. Sen. ep. 75.

Facit in consiliario iustitia, vt nullus sit fraudis metus: prudentia, vt nulla sit erroris suspicio. Ambros. 2. off. 8.

Philosophia non verborum, sed præclarorum facinorum exercitatio. Dion. lib. 10.

Mallem tu à me strenuè facere, quàm ego abs te scitè loqui didicissem! Liu. lib. 10.

cum plurima considero, quæ admisi peccata; cum annos, quos vixi plurimos, cogito; cum quàm parum profuerim, animaduerto; cùm quàm inutiliter tempus consumpserim respicio; partim nollem mori, quia timeo (comparere ad tribunal CHRISTI;) partim nollem viuere diutius, quia iam nihil prosum. CVR enim improbæ vitæ homo diutius vult viuere? Iam & finita est vita mea, & ad suscipiendam illius emendationem tempus supereſt breuissimum. Sed quoniam NIHIL postulat Deus, nisi cor contritum; toto pectore pœnitentiam ago, & à iustitia ad misericordiam ipsius prouoco: Nam PRO culpæ nostræ magnitudine, vt æternam gloriam suam nobis tribuat, de suo necesse est vt plurimum DEVS conferat. 196

Ego in sancta fide Catholica mori me testor, Deoq; animam meam, corpus terræ, tibi Stilico, & tibi Rusine, vobis, inquam, fidis ministris, filios meos commendo charissimos. MAGNVM enim amoris erga filios ardentissimi argumentum est, quòd inter mortis dolores non potest illorum pater obliuisci. Cæterum vnicum tantum vos moneo, vnicum à vobis peto, vnicum oro, vnicum vobis mando, NE scilicet cogitationem suscipiatis de ampliandis filiorum meorum regnis (& ditionibus;) sed huc studium omne conferatis, vt bonos eis ministros adiungatis. Ego enim NON alia ratione, quàm quòd viros (semper) circa me virtute sapientiaq; insignes habui, tot tantaq; regna & adeptus sum & conseruaui. INGENS bonum est, habere Principem duces in bello strenuos; sed longè maius bonum est in aula sua viros habere sapientes. Nam in PRÆLIO victoria in robore consistit multorum; at Reipublicæ moderatio nonnunquam vnius committitur (prudentiæ &) arbitrio.

Hæc tam graui (& affectuum plena) oratione ad me Theodosius dominus meus vsus est. Iam verò quid mihi faciendum censes Epimunde, vt ipsius exequar mandatum? Nulla enim animo ipsius magis obuersabatur cogitatio, quàm vtrum filij euersuri, an amplificaturi essent rempublicam. Tu Epimunde & Græcus es, & Philosophus, & cordatus, & aulicus veteranus, & amicus mihi fidelis. Harum ergo te causarum vna quælibet obstringit, vt consilio me (bono ac salutari) iuues. Sæpe enim ex Theodosio domino meo audiui, NON dicendum sapientem, qui multos vel haberet vel euolueret libros; sed qui sana consilia & sciret & (opportunè) impertiret.

Tum ita respondit Epimundus: Non te fugit, Stilico, veteres magnosq; philosophos, hoc nobis præceptum reliquisse, DECERE veros philosophos, vt verborum parci, & operum largi sint. Alioquin enim MVLTA loqui, & pauca agere,

tyranni

tyranni potiùs est, quàm Philosophi Græci. Theodosius Imp. tuus fuit dominus, & meus amicus: amicum dico, quoniam *LIBERtas est philosophi Græci, vt nullius agnoscat dominium superioris. NON enim potest veram habere scientiam, cuius os ad arguenda vicia occlusum (atq; obseratum) est.

197 *Vnum mihi placuit in Theodosio super omnes, quos habuit imperium Romanũ, Principes, quòd nimirum* DE OMnibus *(rebus & negotijs optimè & sentiebat, & loquebatur, & in exequendis illis erat promtissimus. Hoc enim* MAXIME *culpandum in Principibus, quòd in exaggerandis vicijs & virtutib. admodum feruidi; in ijsdem verò vel puniendis vel præstandis admodum tepidi sunt. Huiusmodi enim Principes neq; perseuerare in virtute, quam laudarunt, neq; resistere vicijs, quæ vituperauêre, possunt. Equidem Theodosium † æquí seruantissimum, misericordem, magnanimũ, sobrium, fortem, veracem, seuerum, gratum, (virtuosum) omnibus denig; in rebus & temporibus felicissimum fuisse fateor.* MVLTA *enim Principibus virtute præstantib. & fortunatis ex animi sententia, imò nonnunq; etiam supra spem fortuna indulget.*

Sed cùm verum sit, quod res ipsa loquitur, semper prospera fuisse Theodosio tempora; tamen valdè dubito, an continuata serie prosperitas eadem in sobolem transitura sit. TAM *volubili quippe orbe circumagitur humana prosperitas, vt in vnius veluti contubernio mille in singula momenta vices mutet: Et quis illam secundo hæredi stabilem perpetuamq; spondebit? Ex equis mitibus (& mansuetis) equulei indomiti & calcitrosi solent procreari: Sic* DE PARENtibus *virtute præstantibus solent nasci filij malè morati (& refractarij.)* FILII *enim degeneres eius, quod vilius est, opum nempe, hæreditatem à parentibus accipiunt; eius verò, quod potissimum est, nempe generositatis exhæredes sunt.*

Equidem tum de patre mortuo, tum de filijs superstitibus sic statuo: & Theodosium virtute insigniter excelluisse, & filios tam boni, quàm mali capaces, ideoq; necesse esse, vt iam nunc in viam illos (quò boni euadant) deducas. MAXIMO *enim Princeps adolescens in discrimine versatur, quando inde ab adolescentia viam insistit errore implicatam. Non est, quòd distinctiùs de Arcadio & Honorio me dicturum, Stilico, aut diutius hic immoraturum cogites: quoniam* ADMODVM *est de Principibus dicere lubricum, quorum* VT PRÆclarè *facta prædicare nobis liberum; sic delicta dissimulare necessarium est.*

Theodosius quidem vt pater sapiens te rogauit, vt probum filijs (præclara institutis doctrinâ) adiungeres sodalitium: Ego verò vt amicus te moneo, vt ab improbo illos custodias. Etsi enim VTRVNq; *malum est, & improbis se adiunge-*

Sine virtute argutũ ciuem mihi habeam pro præfica. Plaut. Truc. Ne expectetis.

* *priuilegium. G.*

Ter obedientiam nunquam debet fieri malum. August. serm. 5. ad fr. in Erem.

Ibi imperium, vbi seruitus aut obedientia. Scal. exerc. 254.

Τὸ καλῶς τ' ἐνῆγε πολλείας ἀμαρτίας αἰῶσι συμπαρεκλέπτει. Agap. 15.

Extra dilationes positus, consultis facta coniungit. Vell. lib. 2.

Mendacia non diu fallunt: nox tam diu est, quàm diu illucescat dies. Cypr. 1 ep. 3.

Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt. Cic. offic. 2.

† *iusticiarium.*

Τὰς σώφρονας γὰρ φιλεῖσιν, κοὐ συγγνῶσι τὰς κακάς. Sophoc. Aiac.

Τ' αὐθημερὸν ἡμῶν καλλίως βεβλάβθω. Prouerb.

Incommoda quoq; ad bonos euentus vertit fortuna. Curt. lib. 8.

Felicitas generationis vnius rarò parit felicitatem subsequentis. Fasc. tem.

* *Plin. 4. epist. 24.*

Nihil tam contrarium rationi & cõstantiæ, quàm fortuna. Cic. diuinat. 2.

Πολλοὶ παρὰ γόνων ἐνδόξων τυγχάντες, ἀνάξιοι γεγόνασιν. Arist. Rhet. ad Alex. 36.

Naturale stirpis bonum degenerat vicio deprauatæ voluntatis. Cic. in Bruto.

Claris parentibus genitos vicia malæ conuersationis obscurant, & ipso maiorum lumine soboles indigna confunditur. Leo. serm. 6 in natiu.

Maioribus similis filius adolescet, si imbutus honestis artibus fuerit, quas plurimũ refert, à quo potissimum accipiat. Plin. 3. ep. 5.

Non differendum est tirocinium in senectutem. Fab. 12. cap. 6.

Matura satio sæpe decipere solet; sera nunquam, quin mala sit. Colum. lib. 11.

Αἳ γὰρ ποιοῦσιν οἱ κρατοῦντες ἐχ ὀρθῶ. Eurip.

Quorundam contumacia non facit ad aulam. Sen. tranquil. 4.

Bonorum virorum conuersatio vim præceptorum obtinet. Senec ep. 94.

Τὸ ἔξω τ' κακῶν γλυκεῖαν, ἐνθὸς ἐστὶ τ' ἀγαθῶν κρύπτειν λόγον. Chryss. Stob. 33.

ἐὰν ὀίγε ᾖ μεμολυσμένος, καὶ τὸν συναναπλήσει αὐτῷ μολύσμος αὐάγκη. *Epictet. cap.* 41.

Magnum est bonum ad maligna non sapere. Leo. serm. 7. Epiph.

Inter malos si quis exiſtat non malus, is egregiè bonus est. Plat. Rhodigin. 16. 4.

Plurimum prodest vbicunque, non esse quod noceat. Plin. 17. 2.

Populari exiſtimatio solet dominorum mores seruorum moribus æstimare. Cypr. de dupl. mart.

Non tam enitendum, vt bona quæ nobis data non sunt, sequamur, quam vt vitia fugiamus. Cic. off. 1.

ἡ τῶν φαύλων ἀνθρώπων παραγωγὴ, τῶν προαγωγόντων ἐστὶν ἔλεγχος ἀκριβής. *Leo. Imp. Phil.* 33.

Malos quisquis non imitatur, offendit. Cypr. 2. ep. 2.

Le corti senza huomini virtuosi sono come notti senza stelle. Teatr. 270.

† *vel fuerint, vel sint. G.*

Vix artibus honestis pudor retinetur; nedum inter certamina viciorum quicquam probi moris reseruaretur. Tacit. annal. 14.

Iusta coniectura est, quæ de amicorum pondere & æstimatione colligitur. Sym. 2. 16.

* *Vt ne à Momo quidem possent reprehendi.*

Est oris circumcisi illa proferre, quibus nihil liceat demi vel apponi. Saresb. 5. 6.

Cum probis potius, quàm cum improbis viuendum vanidicis. Plaut. Trinum. Multas res.

Aulis Principum arcentor.

Μηδενὶ χρῶ τῶν πονηρῶν πρὸς ὠφέλειαν τῶν πραγμάτων διοικήσεις. *Agap.* 30.

1. *Superbi:*

Sumuntur à conuersantibus mores. Sen. 3. de ira 7.

Ogni singularita porta seco superbia. Teatr. 370.

2. *Liuidi:*

Non intrat vnquam regium limen fides. Sen. Agamemn. 2.

Nulla inter curiales habitat fides. Æn. Sylu. Curial. miser.

3. *Iracundi:*

Fugiunt & fugant gratiam, qui omnia ad precium, & gratis faciunt nihil. Saresb. 5. 10.

† *impatientes.*

4. *Auari:*

Omnia nummus agit; veritas cæca est, pietas manca. Saresb. 7. 10.

Auaritia quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effœminat. Sall. Catilin.

iungere, & bonos abſe ſegregare; PLVS tamen incommodi ex malorum præsentia, quàm ex bonorum oritur abſentia. AC POTEST fieri, vt viuat ſolus aliquis ſine bonorum com- 198
mercio, & tamen bonus ſit: An verò aliquis cum improbis conuerſetur, & tamen bonus ſit, vehementer dubito. QVO enim die ſibi improbos aliquis adiungit, eodem die viciis obnoxium ſeſe obſtringit futurum.

*Cum ergo Theodoſij heri tui mandata exequi Stilico tantopere cupias; ſi fortè præſtare non potueris, vt Arcadius & Honorius, Principes adoleſcentes, cum bonis (viuant &) conuerſentur; ſaltem improborum ab illis arceas conſortium. Nam IN AVLIS Principum nihil aliud ſunt homines improbi, quàm procuratores, quos ibi mundus habet, vt inſtitoriam viciis nauent operam. Quot diuerſarum nationum vidimus ambo Romæ pragmaticos (vt vocant) qui dominorum ſuorum obliti negotia, in viciis tantùm ac voluptatibus ſuis erant aſsidui? Quales fuerint olim miniſtri Principum, non dicam: quales enim † eſſe debuerint, cuiuis procliue eſt exponere: Tantùm dicam, non quinam cum Principibus debeant familiariter conuerſari; ſed quinam in (domibus &) aulis Regum ne ferendi quidem ſint. Miniſtros enim & familiares Principum adeò numeris omnibus abſolutos eſſe oportebat, vt * nec forſitce (vt ſic loquar) quicquam ex ipſorum vita reſecari poſſet, neque digitali & acu ad ſarciendum ipſorum famam opus eſſet. Cum ergò audieris, quæ dixi, Stilico; porrò quæ dicturus ſum, audi, memoriæq; manda aliquādo forſan tibi profutura.*

In aulis Principum non debent verſari, nedum amicitiæ Principalis palmam tenere homines SVPERBI & arrogantes. ABSVRdiſſimum enim eſt, familiares intimos eſſe Principum, quibus nec ſua via ad (benè) imperandum verba, nec animi ad accipienda imperia mites ſunt.

In aulis Principum non debent viuere, nedum ex intima ſodalitate eſſe homines LIVIDI. Nam SI INTER miniſtros Principis regnat inuidentia; perpetua tum in aula, tum in republica erunt diſsidia.

In aulis Principum non debent tolerari, nedum in primis amicis haberi homines IRACVNDI. SÆPE enim fit, vt quia miniſtri intimi ſunt intolerabiles, Princeps ſubditis fiat inacceptus.

Non ferendi, nedum inter intimos amicorum tenendi ſunt in aulis Principum homines AVARI & inexplebiles. MAGNA enim cauſſa eſt, vt minùs amentur à ſubditis Principes, ſi illorum miniſtros ſemper apertas ad accipienda beneficia manus habere videant.

In aula neque ferri, neq; primum apud Principem gratiæ

locum

locum occupare debent homines LIBIDINI *(luxuriæq́;) dediti.* TANTVM *enim abest, vt libidinis speranda sit emendatio, vt officiarius, qui cum infamia totum sese illi dedidit, Principi semper (sit aut certè) debeat esse suspectus.*

Non ferendi sunt inter aulicos, nedum in propiorem Principalis amicitiæ locũ admouendi GVLÆ *crapulæq́; dediti. Cũ enim* EORVM, *qui circa Principes sunt, munus sit præcipuũ, bonis illos iuuare cõsiliis: profectò me quidẽ iudice,* AB HOMINE *nimis saturo (ac repleto) citiùs ructus (honos sit habitus aurib.) indigestus, q̃ maturũ (& vtile) expectabitur cõsilium.*

In aulis Principum nec viuere, nec amicorum proximi esse debent homines in Deum BLASPHEMI. MINISTER *n., qui creatoris sui nomen ignomina propalàm audet afficere, multò faciliùs Principem suum clanculum criminabitur.*

In aula Principum nec inter ministros, nec in primam cohortem amicorum recipiãtur IGNAVI *(nimis) & voluptuarij. Nam* SECVNDVM *prouidentiam diuinam ad amplificandam Principum potentiam nihil magis facit quàm mini-*
199 *strorum intimorumque fidelitas & industria.*

In aula Principum nec ferendi, nec inter primores ministros admittendi sunt INFAMES. *Non enim* POTEST *omni culpa (& reprehensione) liberari Princeps, quando in regia inter familiares retinet aliquem publica notatum infamia.*

Principum nec ministri, nec amici sint IDIOTÆ *& imperiti.* NON *n. pessũ eunt regna, quoniã Principes sunt vel adolescẽtes vel † effrenes, vel viciosi; sed quoniã imperiti, malitiosi, vitiosiq́; (in omnib. & dictis & factis) sunt illorũ cõsiliarij*

VÆ, VÆ, VÆ terræ, vbi dominus viciosus, subditus seditiosus, officiarius auarus, & consiliarius imperitus ac malitiosus est!* TVNC *enim actum est de republica, cùm regnat in (Principe &) gubernatore illius ignorantia & malitia.*

Hæc inter Stiliconem virum nobilissimũ & Epimundum philosophũ, super educatione (& institutione) Principũ, Arcadij & Honorij, agitata & disputata sunt: Vtq́; videant præsides & præsules ad rerũ iam gubernacula constituti, + quanti æstimauerint prisci sapientum commercia, præter hæc, quæ dixi, exempla nonnulla & insignia & antiqua adducam.

CAPVT XLV.

Croesum Lydorum Regem magnopere delectatum fuisse sapientibus; Epistola item illius ad Anacharsin, Philosophum, & eiusdem philosophi ad epistolam illam respõsio: (VII. item genera viciosorum in aulis, quorum consuetudo sapientibus indecora & fugienda.)

ANNO

5. *Libidinosi.*

Libido inuictam potest superare virtutem Fulg. Mithol. 2. Meum fecerat vsu. Ouid. metam. 2.

Animus imbutus malis artibus haud facilè libidinibus caret. Sallust. Catilin.

6. *Gulones.*

Potus sacietate acies mentis obtunditur & ciborum nimietate vigor cordis hebetatur. Leo ser. 8. de ieiun. x. m.

Quis in cœno fontem requirat? quis è turbida aqua potum petat? Ambros. offic. 2.

Fornicationem fugere & gulæ seruire, aut omnino impossibile aut difficilimum est, Saresb. 8. cap. 6.

7. *Blasphemi.*

Vix parcet suis, qui contemtu religionis grassatus etiam contra deos fuerit. Iustin. lib. 1.

Deum qui contemnit, haud dubie nihil aliud quoque magni faciet. Dio. lib. 52.

8. *Desides & Voluptarii.*

Vigilando, agendo, bene consulendo prospere omnia cedunt. Sallust. Catilin.

Ociositas inimica animæ, de domicilio eius omnia studia virtutis eliminat. Saresb. 1. 8.

9. *Infantes.*

Talis est rector, quales illi, qui reguntur Cypr. 1. epist. 3.

κακοῖς συνεχῶς ὁμιλῶν γενήσει καὐτὸς ἐνείνοις ὅμοιος. *Demad. stob.* 705.

10. *Ineruditi.*

Vsitata vulgo sententia est, iuxta mores domini familiam constitutam. Arnob. psal. 130.

Facit in consiliario iustitia, vt nullus sit fraudis metus; prudentia, vt nulla erroris suspicio. Ambr. 2. offic. 8.

† *O infelicem terram.*

Ipsa, si cupiat salus seruare prorsus non potest hanc familiam. Terent. Adelph.

Valiera mas lolo, que mal acom, pannado. Celestin. 67.

Graui semetipsum afficit damno, qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignum. Leo. epistol. 87.

In alio sua quemq; natura delectat. Plin. paneg.

* *Quantopere ad amplectendam sapientum societatem deuincti sint G.*

Est cupidus studiorum quisque suorum Ouid. 1. Pont. 6.

Mutuis operibus & præmiis iuuari ornarique debent, Musarum quies defensione Herculis, & virtus Herculis voce Musarum. Eumen. paneg.

Vno de magori fundamenti della riputatione del Principe è la fama d' hauer congiunto al giuditio & all' intelligenza propria vn fedele & vn prudente consiglio. Tesor. polit. part. 1. pag. 2.

Melius homines exemplis docentur, quæ in primis hoc in se boni habent, quòd approbant, quæ præcipiunt, fieri posse. Plin. paneg.

Spes alitur exemplis. Symm 3. ep. 7.

† 4 *Reg.* 22.

Tres cosas hazen al hombre medrar; scientia, y mar, y casa real. Adag.

Nihil recte sine exemplo docetur aut discitur. Colum. 11. c. 1.

ὑδεὶς τ̃ φιλοσόφων διδάσκει καλῶς φρονεῖν τ̃ βασιλέων. *Arrian.* 1. 29.

a *Ea Peloponnesus est.*

b *Ioniæ urbes, Vellei. lib.* 1.

c *Sardes.*

Herod. lib. 1 *Reiner. tom.* 1. *fol.* 207.

Vivos interdum fortuna, sæpe inuidia fatigat: Vbi anima naturæ cessit, demtis obtrectatoribus, ipsâ se virtus magis magisque extollit. Sallust. de rep. ordin.

Principis est, non ex sermone, sed ex iis, quæ sentire eos sit verisimile, de animo aliorum coniecturam facere. Dio. lib. 52.

πρόνοιας, ὑδὲν αὐθρώποις ἔφυ κέρδος λαθεῖν ἄμεινον, ὑδὲ νόσου φῦ *Sophoc. Electr.*

Tradunt Physiognomi eos, qui habent oculos maculosos, ad nequitiam proniores. Saresb. 5. 15.

Vn corps difforme, vne ame laide cache. Ronsard. 5. 150.

Nullum corporis aut fortunę vicium animi viciis grauius. Cic. off. 2.

Curâ sapientia crescit. Caton.

Mirus Cræsi amor apud omnes vrbes erat. Iustin. lib. 1.

πᾶσιν αὐθρώποις ὁμιλητέον . ὄθεν αὐ μέλλη πρὸς τὸν τ̃ ψυχῆς ἐπιμέλειαν ὠφελείας ἔσεσθαι. *Basil de legend. Græc.*

Nulli sunt tam feri & sui iuris affectus; vt non disciplina perdomentur. Sen. 2. de ira 12.

Nemo potest iure dici homo, nisi qui sapiens est. Lact. 4. 1.

Anacharsis regno Scythiæ Philosophiã præuertit. Tertull. de pall. c.

Bonus magister, quæ verbis docet, vera esse probat factis. Ambros. Tit. 2.

Si bonus esse volueris, primùm credito te malum esse. Epict. p. 219.

Ἰατρεῖόν ἐστι τὸ τ̃ φιλοσόφου σχολεῖον. *Arrian.* 3. *Epict.* 23.

χρυσὸς κρείσσων μυρίων λόγων βροτῶν. *Leucip.*

Magna prærogatiua est, placuisse sapienti. Symm. 7. 115.

Donum nobilitat dator. Paup. Hentic.

Vide epistolas Antigoni & Zenonis apud Laertium lib. 7.

ANNO *ab O.C. in tertia mundi ætate, regnante apud Assyrios Sardanapalo, apud Hebræos* † *Ozia, Pontifice maximo Hierosolymis Helcia, viuente Rhea matre Romuli, anno secundo primæ Olympiadis, magnũ & clarissimũ Lydorum regnum capit. Quemadmodum Plinius dicit, natur. historiæ lib. V. (cap. XXIX.) Lydia regio est Asiæ minoris, quæ antiquitus Mæonia, postea Lydia dicta fuit hodie Morea a nominatur. Fuerunt eius regni vrbes valde insignes b Ephesus, Colophon, Clazomenæ & c Phocæa. Primus Lydorũ Rex fuit Ardisus vir ingentis animi, natione Græcus, & regnauit annos XXXVI. Secundus Alyactes, annos XIV. Tertius Meles, annos XII. Quartus Candaules, annos IV. Quintus Gyges, ann. V. Sextus Ardys, ann. VI. Septimus Sadyattes, an. XV. Octauus Halyattes, annos LVII. Nonus fuit Crœsus, q annos XIV regno p̃fuit.*

Hunc Crœsum Xenophon (pæd Cyr. lib. VII.) in rebus bellicis strenuiorem, quàm corpore venustiorem fuisse refert. Etsi autẽ altero pede claudus, oculo altero strabus, capite caluo, statura adeò parua erat, vt à nano parum abesset: Nihilo tamen secius Crœsus vir admodũ iustus, verax, magnanimus, mitis, strenuus, & super omnia imperitis inimicus, amantissimusq; sapientũ fuit. Eundem Crœsum Seneca de Clementia sic fauisse sapientibus ait, vt Græci, penes quos fons eloquentiæ fuit, nõ amicum, sed amatorem eum appellarint sapientum. Nullus enim vnquã amator tantũ fecit, vt amica potiretur; quantũ ille faciebat; vt vnicum ad se pertraheret sapientem.

Cùm autem multis imperaret nationibus barbaris, quas sanguinem potiùs iuuabat haurire innocentum, quàm præceptis imbui prudentum; Crœsus vt princeps excellens, tum sui oblectandi, tum regni corrigendi gratia, viros decreuit in Græcia conquirere sapientissimos. Florebat autem illo tempore Anacharsis, philosophus (famosus &) clarissimus, qui inter Scythas natus (& educatus) Athenis habitabat. Nam à schola Attica, non qui barbari; sed qui vitiosi erant, arcebantur. Itaq; ad Anarcharsin Crœsus legatum amplissimis cum mandatis & muneribus misit, qui illum inuitaret, rogaret, donisq; oblatis hortaretur, vt ad se visendum venire, modumque præscribere reformandæ reipublicæ non grauaretur. Neque satis visum est Regi, dona illi mittere plurima, & per legatum ampliora offerre: sed (vt huius facti rationem illi redderet) propria quoq; manu hanc ad eum epistolam scribere placuit. 201

Epistola Crœsi ad Anacharsin.

Crœsus Rex Lydorum Anacharsidi magno Philosopho, Athenis agenti, salutem & virtutis incrementum.

Amoris

Amoris erga te mei magnitudinem vides, quòd ad te nec visum ante, nec cognitum scribo. Nam QVÆ oculis nunquam visa sunt, rarò ex animo serioq; diliguntur. Si parui, quod sane merentur, dona tibi missa æstimaueris; vt magni mentem ac voluntatem, qua mittuntur, æstimes, rogo. Quippe ANIMI generosi, non quod datum est; sed quod dare quis vellet, spectant. Ego & gentis barbaræ mores corrigere cupio, & rempublicam videre emendatam exopto: exercitium item, quo ipse vtar, honestum expeto, aliamq; aulæ meæ Oeconomiam desidero; quædam deniq; ad vitam meam pertinentia communicare cum viro sapiente cupio: quorum nihil, nisi te præsente, potest confieri. NVNQVAM enim laudabile quicquam, nisi interuentu perficitur sapientiæ.

201 *Ego strabo, claudus, caluus, distortus, nanus, niger, gibbosus, monstrum denique inter homines sum. Sed omnes illi NÆVI exteriores non sunt cum interna conferendi deformitate, quòd nimirum adeo sum infelix, vt nullum mecum habeam Philosophum. NIHIL enim in mundo fœdius aut turpius, quàm nullam habere vllius viri sapientis societatem aut familiaritatem. Equidem mortuus mihi videor, etiamsi imperitis viuere videar, cuius mortis causa est, quòd nullius vtor consuetudine sapientis. Nam IS DEMVM vitam viuit vitalem, qui sapientibus stipatus est.*

Etiam te atque etiam rogo, vt ad me venias: per deos immortales obsecro, ne recuses venire! Quod si precibus meis tribuere nolueris; at tuæ tribuas obligationi. SÆPE enim ad id faciendum, quod auditu quoque ingratum erat, non recusant descendere homines; non tam vt votis satisfaciant alienis, quàm vt animi generosi præstent officium. Quæ meo iussu legatus meus vel dederit, vel dixerit; tum accipies, tum credes: Ego verò, si huc veneris, his spondeo literis, fore te meorum dispensatorem thesaurorum, vnicum in meis (rebus &) negotijs consiliarium, arcanorum secretarium, patrem filiorum, reformatorem regnorum, meum præceptorem, meæ caput (& ducem) reipubl. Denique Anacharsis erit Crœsus, vt Crœsus fiat Anacharsis. Quod reliquum est, deos precor, vt & te custodiant, & aduentum tuum fortunent. Vale.

Ita profectus est legatus Athenas, & epistolam secum & magnam vim auri ac gemmarum ferens: Cumq; docentem in schola Anacharsin commodum offendisset; publicè legationem renunciauit, munera exhibuit, & epistolam reddidit, quod miraculo fuit toti auditorio. BARBARI quippe Principes philosophos non vt regimini præessent; sed vt vita priuarentur (& è medio tollerentur,) quærebant.

Cæterum Anacharsis audita legatione, visisq; muneribus,

Consensus hebet, quia visus ademptus. Manil. lib. 1.

Sapientes sapientibus etiam ignotis sunt amici. Cic. 1. nat. deor.

ὀφθαλμὸς φιλίας πρόξενος. *Leucip.*

Quod non videris; non amabis. Ambros.

Lontan dall, oechio, lontan dall cuorei. Adag.

Animus est, qui commendat omnia. Sen. ep. 56.

Πρῶτον τὶς ἐρᾷ, εἶτα ἐλπίζει, εἶτα ἐγχειρεῖ. *Schol. Thucyd. lib. 3.*

Pars magna bonitatis est, velle fieri bonum. Senec. ep. 34.

Artes seruiunt vitæ, sapientia imperat. Idem. ep. 85.

Sapientiæ cultus artibus moneri non indiget. Sym. 2. 25.

εἰκόνα τῶν ἐντὸς σὴ φύσις ἐκτὸς ἔχει. *Agathi. Epigram. lib. 2.*

Pupillæ fatuorum oberrant, quorum ne oculi quidem possunt quiescere præ stultitia. Philo de special. ll.

Corporum signa animorum pandunt interna. Ammian. 15.

Orguilleuse semblance monstre folle cuidance. Adag.

Ego turbam quamlibet magnam, literariæ artis expertem, maximam solitudinem appello. Sidon. 7. ep. 14.

οὐ ζῶσιν οἱ τὶ μὴ συνιέντες σοφόν. *Chærem. Stob. 97.*

Inuidiæ maculam de sese non abluit, qui alteri conferre denegat, quòd cum dederit, non amittit. Sedul. procem oper. paschal.

Non est beneficium, facere quod debeas; sed officium. Sen. 2. contr. 5.

Tunc stilo indulgendum est, cùm perficiendis mandatis proficiscentium persona non sufficit. Symm. 6. ep. 13.

Sublatis studiorum preciis etiam studia pereunt, vt minùs decora. Tacit. annal. 11.

Satis iusta causa amicitiæ, velle eum nobis amicum esse, qui nos appetit. Liu. lib. 8.

Noli, si quod omnibus votis petendum erat, vltro offertur, fastidire. Idem. lib. 32.

Nullæ maiores inimicitiæ, quàm contrariæ hominum sententię, ac dissimilitudines studiorum & voluntatum. Cicer. Ver. 5. circa init.

Potestne in tam diuersis mentibus pax aut amicitia esse? Sall. Iugurth.

Φιλόσοφε τί σε ὠφέλησε τὰ δόγματα; ἰδοὺ σύρῃ εἰς τὸ δεσμωτήριον, ἰδοὺ μέλλεις τραχηλοκοπεῖσθαι. *Arrian. 1. 29.*

Præter sapientem nemo vnum hominem agit. Sen. ep. 120.

Non oris color vultusve mutatus est, non vox vlla excidit ei. Curt. lib. 4.

Orationi facta similia; factis vita. Cic. Tuscul. 5.

† *Laert. lib. 1. breuem epistolam recenset.*

Beatus honor est sine honore. Val. Max. 2. 5.

Qui omnium ore celebrantur, & probitatis laude conspicui sunt, incognitos quoq; ad amorem propriæ familiaritatis inuitant. Sym. 5. ep. 4.

πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει, *Arist. 1. metaph. 1.*

Omnes trahimur & ducimur ad cognitionis, & scientiæ cupiditatem. Cic. off. 1.

πρὸς τὸν νομοθέτην ὡς τὸ γῆς πρόσοδοι χρήσιμον. *Arist. 1. Rhet. 4.*

† *defendendi & celandi illorum vicia.*

Proprium virtutis conciliare sibi animos hominum, & ad vsus suos adiungere. Cic. off. 2.

Nullis meritis perfidia mitigari potest. Curt. lib. 7.

Maiora creduntur de absentibus. Tacit. histor. 2.

Fama ne tunc quidem, cùm aliquid veri affert, mendacij vicio caret. Tert. apolog. cap. 8.

Longum iter magno mendacio est amicum. Petrar. 5. Senil. 4.

Quidam incredibilium relatu commendationem parant. Sen. 7. nat. quæst. 16.

Sapientiæ & officium & indicium, vt verbis opera concordent. Sen. ep. 20.

Aliud habet animus, aliud resonat sermo. Optat. lib. 1.

Contrarijs inter se naturale odium. Petrar. de ignorant. sui ipsi extrem.

Similibus similia gaudent. Macrob. 7. Sat. 7.

φίλους κτῶ μὴ πάνυ τοὺς βελομένους, ἀλλὰ τοὺς τῆς φύσεως ἀξίους ὄντας. *Isocrat. ad Nicocl.*

Verba virtutem non addunt. Sallust. Catilin.

Nulli nimia est indulgenda potentia. Dio. lib. 52.

Cæteris negligentia quasi indicitur, si vni omnia committuntur. Xenoph. pæd. 8.

Nulla seruitus turpior, quàm voluntaria. Sen. ep. 47.

τοῖς ἔργοις μὴ κατηγόρει τοῖς λόγοις μὲ ἐγκωμιάζεις. *Phal. epist. 35.*

Facta tua orationi non conueniunt. Liu. lib. 32.

πλέστον ἄρχει ἡ τῶν ἐπιθυμιῶν πειθώ. *Clemen. Stob. 762.*

hus, & accepta epistola; neque vultum mutans, neque animo elatus, neq; lingua hæsitans, neq; opum cupiditate accensus, extemplò coram omnibus philosophis responsum dedit, & in eandē sententiā huiusmodi manu propria scripsit epistolam.

† Epistola Anacharsidis ad Crœsum.

Anacharsis philosophorum minimus, Crœso Lydorum Regi maximo & potentissimo Salutem & virtutis augmentum.

Multa hìc tam de tuo regno, quàm de te renunciātur, & multa istuc tam de nostra schola, quàm de me perferuntur. MIRIFICE enim humanum pascit animum ingenij vitæq; omnium in terris cognitio. CVPERE & anniti, vt omnem improborum vitam, nostræ corrigendæ gratia, cognoscamus, præclarum est. CVPERE item & anniti, vt bonorum vitam imitandi gratia cognoscamus, laudabile est. Sed quid faciemus? IMPROBI non cupiunt hodie improborum vitam cognoscere, nisi † conuelandi (& tacendi) causa; neq; bonorum vitam nosse, nisi affligendi illos gratia desiderant. Sic tibi persuadeas Crœse, non tantum philosophos Græcos laborem capere, vt virtute præstent, quantum perferunt, vt ab improbis tuti sint. VIRTVS enim, si oculum modò illi adijcias, mox prehendi se sinit; improbus verò nullis, quibus cumulatur, beneficijs emollitur. Equidem facilè adducor, vt credam, nō adeo tyrannicè te imperare, vt hìc narratur; Proinde nec ipse ita me virtutibus copiosum esse credes, vt ad te perfertur. Mihi. n. QVI noua de regnis afferunt longinquis, similes videntur mendicis, qui centones gestant multipliciter consarcinatos, vbi plures sunt particulæ panni assuti, quàm ex quo vestis initiò confecta est. Caue Principes Crœse imiteris barbaros, quorum verba quidem bona, opera verò mala sunt; quoniam ORATIONIS suauitate actionum turpitudinem celare satagunt. Non mireris nos Philosophos consuetudinem fugere, Principum, qui regnis præsident. MALI enim Principes non alio fine sapientes circa se esse volunt, quàm vt habeant, quod delictis prætendant suis. Cùm enim præter fas & æquum 203
multa faciatis; videri vultis ea de consilio feciſſe sapientum. Tu verò sic habeto Rex, NON satis esse, vt qui laudabiliter regere subditos cupit Princeps, vnum duntaxat domi suæ foueat sapientem. NIHIL enim iniustius, quàm multorum gubernationem vnius tantùm credi arbitrio (& consilio.)

Quod verbis legatus tuus exposuit, idem epistola continet; intellexisse te scilicet, in vniuersa Græcia laudem mihi tribui sapientis. Quod cùm ita sit, rogare te, vt ad gubernandam rempublicam tuam non abnuam proficisci. Verùm enim verò tua à verbis facta dissident, quæ me valde imperitum abs te haberi docent. Quòd enim me aurum tuum putabas accepturum; quid aliud erat, quàm meæ subsannatio in-

*tio inſcitiæ (& ſtoliditatis?) Hic nimirum LAPIS LYDIVS eſt, quo verus exploratur philoſophus, ſi videlicet ſeriò res contemnit caducas. NVNQVAM enim conueniunt (nec in vna ſede morantur) libertas animi, & de vitæ huius bonis ſolicitudo. NON DICENDVS eſt, mihi crede Cræſe, ſapiens qui optimè motus nouit cœleſtes; ſed qui minimè res nouit terrenas. VERVS enim Philoſophus plus commodi ex ignoratione mali, quàm ex cognitione boni percipit. Annos iam LXVII. natum me ſcito, & nunquam indignatione commotum, præterquam vbi tua renunciata legatione, ad pedes vidi poſitas tantas opes. Id enim factum aut defectum in te prudentiæ, aut abundantiã in me auaritiæ arguebat. Itaq; tuum ad te aurum, quod mihi miſiſti, remitto. Tuus verò legatus tanquam teſtis oculatus referet, quantæ tuum aurum offenſioni fuerit vniuerſæ Græciæ. NVNQVAM enim vel auditum vel viſum fuit in ſcholam (vel Academiam) Atticam ingredi aurum. Nam PHILOSOPHIS Græcis non ſolùm habere diuitias vitio daretur: ſed etiam deſiderium præ ſe illarum ferre probro duceretur. Si neſcis Cræſe, diſcas oportet, ASSVESCERE nos in ſcholis Græciæ non imperare, ſed parere; non loqui, ſed tacere; non reſiſtere, ſed † obedire; non * cupere multa, ſed exiguum boni conſulere; non vlciſci offenſas, ſed ignoſcere iniurias; non rapere alienum, ſed dare proprium; non affectare gloriam, ſed ſectari virtutem. Deniq; DISCERE nos odiſſe, quæ cæteri amant, diuitias ſcilicet, & amare, quod cæteri odêre, nempe paupertatem.*

Tu quidem aurum illud à me vel acceptum, vel repudiatum iri arbitrabaris. Si me accepturum illud cogitaſti; iuſtum fuiſſet me poſtea in palatium non admitti tuum. SVMMVM enim dedecus eſt virum auarum Principi acceptum eſſe. Sin me illud non accepturum cogitaſti; imprudenter feciſti, qui (curam ac) laborem illud huc mittendi ſuſceperis.
204 *NVNQVAM enim Principes ea decet ſuſcipere, quæ minuendæ (erga ſe) ſubditorum rentur eſſe verecundiæ. Cogita Cræſe, PARVM prodeſſe quærendi medicum diligentiam, ſi præceptis eius morigerandi deſit alacritas: Sic nihil proderit, ſed potius oberit tuæ meus aduentus reipubl. ſi meis inſtitutis nemo obtemperauerit. VALDE enim pernicioſum, ſi humoribus per potiones commotis, nulla porro medicamenta adhibeantur purgantia, quibus illi euehantur.*

Equidem vt regno conſulam barbaro, tuæq; voluntati honeſtiſſimæ ſatisfaciam, precibus tuis locum dare, & mandatis obſequi paratus ſum, hac lege, ſi de rebus ſequentibus mihi caueris. NON enim debet agricola facere ſementem, niſi agro prius iterato & tertiato.

Primùm tollas oportet (& deponas) malam conſuetudinem,

Aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promtum habes. Sal Catilin.

Is maximè diuitiis fruitur, qui minimè diuitiis indiget. Sen. ep 14.

Merces autoramentum ſeruitutis. Cic. off. 1.

Plus in illis proficit viciorum ignoratio, quàm in his cognitio virtutis. Iuſtin. lib. 2.

Non eſt ſummum malum rerum omnium imperitia; ſed multo pernitioſius eſt malè comparata multarum rerum noticia. Plat. 7 lib. de legib.

Τὸ φιλοσοφῆσαι ἐστὶ παρασκευάσασθαι πρὸς τὰ συμβαίνοντα. *Arrian. 3. Epictet. 10.*

Nulli magis quàm libertati quiſq; fauet ſuæ. Liu. lib. 6.

Antiqua ſapientia nihil aliud quàm faciendа & fugienda præcepit. Senec ep. 95.

Virtus nec lucro inuitatur, nec abſterretur damno. Sen. 4. benef 1.

Facilius eſt, vt diuitiæ philoſophantem impediant, quàm vt philoſophiæ quidpiam conferant. Saresber. 61. 15.

Liberis precium ſeruitutis ingratum eſt. Curt. lib 6.

Prouocant lucris, qui diffidunt virtutibus. Ambroſ. cont. Symm.

Philoſophi adhuc in corpore poſiti, corpus alienam ſarcinam (in quantum patitur natura) deſpiciunt. Macrob. 1. Somn. 17.

† *humiliter nos ſubmittere.*

* *acquirere.*

Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit. Sen. ep. 107.

Philoſophi ea, de quibus pleriq; inter ſe digladiari ſolent, contemnunt. Cic. off. 1.

Munera regia reſpuit, cum auro dominum timet accipere. Sen. 2. contro. 1.

Nunquam tibi fideles putes fore, quos precio corrupiſti. Cic. off. 2.

Turpis ac ſordida & danti & magis accipienti merces eſt. Liu. lib. 44.

οὐκ ἔλαττον ἔργον τὸ ἐπανορθῶσαι πολίτας, ἢ κατασκευάζειν ἐξ ἀρχῆς. *Ariſt. 4. polit. 1.*

Medici plus interdum quiete quàm mouendo atq; agendo proficiunt. Liu. lib. 22.

Omittenda potiùs prævalida & adulta vicia, quàm hoc aſſequamur, vt palam fiat, quib. flagitiis impares ſimus. Tacit. annal. 3.

Quid tu hîc agas, vbi ſi quid bene præcipias, nemo obtemperet? Terent. 3. Adel. 4.

Malè ſubactus ager, qui ſatis frugib. occandus eſt. Columel. lib. 2. c. 4.

Quien ſiembra en el camino, cauſa los bueyes, y pierde el erigo. Adag.

Ex aula Principis remoueantur;

1. *Auaritia.*

1. *Nihil est* tam angusti animi, quàm amare diuitias. Cic. off. 1.

Ingratissimum & odiosissimum vicium, quod nec effectu prodest aliis, nec adfectu. Saresber. 8. 15.

2. *Adulatio.*

Qui delatores non castigat, irritat. Suet. Domin. 9.

3. *Belli amor.*

Ad membrorum vtilitatem pertinet vel requiem, si caput inquietum non fuerit. Ambros. Rom. 1.

4. *Scurræ.*

Qui seriῦ in ridiculis, in seriis sunt ridiculi. Cato Plut. Apopht.

λοίμως ἄνδρας τ̀ πολιτείας ἐξορίζει, ἵνα μὴ τοῖς φαύλοις πιπραγμένα πονηρῶ τοῖς σπουδαιζομένοις αὐτὸς ἀπαύθως ἐπιχειρῇ. Leo. Imp. fil. 33.

5. *Ociosi errones.*

σχολὴ τερπνὸν κακόν. Eurip. Med.

Βασιλικώτατόν τ̀ πονεῖν. Plut. in Alexandr.

6. *Mendaces.*

Mentiri seruile est, omniumque odio dignum. Idem de educa. lib.

Τοῖς ἐλευθέροις τ̀ γνωσίοις οὐκ ἄξιον τ̀ ζωῦ ψευσμάτιοις. Chrysost. orat. 1. de reg.

6. *Munerum corruptelæ.*

Iniquus est, quisquis in iudiciis sequitur non causam, sed prædam. Saresb. 5. 6.

Ne fideles tibi futuros existimes, quos pecunia ad amorem tui compulisti. Val. Max. 7. 2.

Nihil maius deorum immortalium munere hominibus datum est philosophia. Simplic. Epict. 29

ὅπου ἐς ἄκων ἐστὶν, ἐκεῖνο φυλακὴ αὐτῷ ἐστιν. Arrian. 1. Epict. 12.

Iis qui apud potentem potentes sunt, applicari expediet, non implicari, ne pluris remedium quàm periculum constet. Sen. ep. 105.

Rex Philosophi amicitiam emere voluit; Philosophus regi suam vendere noluit. Val. Max. 4. 3.

Sicut arx decus est vrbium, ita curia ornamentum est ordinum cæterorum. Cass. 1. ep 13.

A conuictu mores formantur. Saresb. 5. 10.

Stultus qui fine proposito, ad quem tendit, deteriorem deligit & periculosiorem. Sylu. Curial. miser.

ὁ τύραννος ὡς τὸ πάντων ἀνθρώπων ἡδονὴν ἐκκόμενος δ' ἀδικίαν ἀποθνήσκειν, ἡ νύκτα, ἡ ἡμέραν λέγει. Xenoph. Hieron.

Voluntas regentis de lege Dei pendet, & non præiudicat libertati: Tyranni voluntas concupiscentiæ seruit, & legi reluctans, quę libertatem fouet, cõseruis iugum seruitutis conatur imponere. Saresber. 8. 22.

dinem, qua soletis Reges barbari cumulare, non erogare (atque impendere) pecunias. ANIMVS enim Principis nimia pecuniæ cupiditate deuinctus fieri non potest, vt bonorum sit monitorum capax.

Deinde non solùm habitatione tua, sed etiam aula eïcias oportet omnes adulatores. AMICVS enim adulationum Princeps, non potest non esse veritatis inimicus.

Adhæc desistas oportet bello iniusto, quod (iam) cum Corinthijs geris. QVICVNQVE enim Princeps bellis gaudet externis, pacem oderit oportet suæ reipublicæ.

Præterea & domicilio tuo & familiaritate arceas histriones (mimos) & aretalogos. PRINCEPS enim qui frequenter rebus ludicris (friuolisq; audiendis) occupatur, malè sese cùm opus erit, rebus accommodabit seriis, (vtilibus & bonis.) Porro curabis, vt otiosis & erroneis tuo interdicatur commercio, & domus tua claudatur. INERTIA quippe & desidia capitales sunt hostes sapientiæ.

Remouebis item & ex aula domoq; tua relegabis omnes seditiosos & mendaces. QVANDO enim in domo Principis mendacia tolerantur, & Regem & regnum pessum iturum (& euersum iri) præsagium est.

Postremò promittes, quàm diu vixeris nunquam te mihi molestum fore, vt aliquid abs te accipiam. Nam QVO die me donis corrumperes, necesse foret, vt ego te malis corrumperem consilijs. NON enim est, quod sanum (ac sapiens) consilium, nisi ab inauaro, expectes.

His legibus si Anacharsin Crœsus expetit; societatem Crœsi admittit Anacharsis. Sin minùs; DISCIPVLVS esse malo (sapientum) philosophorum, quàm ex (rudium &) barbarorum. Vale felix Rex.

Quanta fuerit humanitas bonitasq; Crœsi, tanti Princi- 204
pis, ad philosophum humilem scribere non dedignati: quantus item fuerit animus philosophi, tum aurum contemnentis, tum ea, quæ exposui, super eo negotio dicentis; nihil attinet me scribere, cùm id epistola satis loquatur. Notent ergo hîc Principes, quales oporteat esse sapientes, quos velint eligere, & notent hîc sapientes, quibus legibus domos Principum debeant ingredi. EA quippe est huius negotiationis ratio, vt rarò fiat, quin alter contrahentium decipiatur.

CAPVT XLVI.

De Phalaride, tyranno, viro sapientissimo, qui opificem noui tormenti inuentorem occidit: (eiusdem sententiæ, ex epistolis excerptæ; amor item sapientum eximius, & ad philosophum, à quo tyrannidis fuerat insimulatus, epistola.)

Vlti-

VLtimo anno regni Latinorum, & primo regni Romanorũ, cùm regnaret apud Hebræos Ezechias, & summus Sacerdos esset Azarias, & propheta in Iudæa Habacuchus, & Babylone imperaret Merodachus, quando conditum à Lacedæmoniis fuit Byzantium (quæ iam Constantinopolis;) Phalaris tyrannus famosiß. vixit Hunc Phalaridem refert Ouidius fuisse ore admodum fœdo, oculis strabonem, & pecunias cogendi auidißimum. Erat idem in promissis perfidus, aduersus amicos ingratus, inimicos crudelißimus; deniq; talis, vt quæ singula in singulis tyrannis erant vicia, omnia in vno inuenirentur. Sed cùm plurima nefariè excogitarit, plurima crudeliter fecerit; vna tyrannus iste virtute excelluit, quòd videlicet vt singulari inter omnes tyrannos immanitate; ita singulari Philosophorum & sapientum amore cultuque nobilitatus fuit.

Totis XXXVI. annis, quibus rerum potitus est, nemini barbam radendam credidisse, neminem vel mensæ adhibuisse, vel ad colloquium priuatum admisisse, nedum cubiculo suo recepisse; imò ne vultu quidem hilari quenquam respexisse legitur, præterquam philosophos aut viros doctrina præstantes, quorum fidei tum fortunas, tum vitam audacter credebat. Ac sæpe dixisse fertur Phalaris, PRINCIPEM, qui à se abigat sapientes, & consuetudine ac familiaritate gaudeat † imperitorum, erga ciues Principem; aduersus seipsum tyrannum esse immanem; cùm ONEROSIVS sit inter rudes viuere, quàm mori inter sapientes.

Publius * lib. VI. de gestis Romanorum dicit, pictorem quendam celeberrimum (& præstantiß.) exhibuisse Octauio Cæsari tabulam, in qua depicti erant omnes Principes excellentes, & principe loco ipse Octauius: In basi verò tabulæ expreßi erant omnes tyranni, & inter eos primus Phalaris. Visa Octauius tabula, artificium picturæ quidem laudauit; inuentionem verò non probauit; Non mihi, inquiens, æquum videtur, vt dum in viuis sum, caput constituar Principum virtute præstantium iam mortuorum. DV-
206 RANTE enim vitæ huius ærumnosæ curriculo, carnis semper fragilis obnoxij sumus vicijs. Præterea iniquum mihi videtur, Phalarin principem (& caput) statui tyrannorum omnium, cùm castigator (& hostis) fuerit (rudium atque) imperitorum, & tantus (sapientum ac) philosophorum amator (& fautor.)

Cùm autem totam Græciam peruagaretur fama de immanitate Phalaridis; Perillus ciuis Athenienßis, ingenioßißimus (celandi fundendique) æris artifex, Phalarin adiens,

σοφῶν ψυχας ἔκτισε, πλασσίων δὲ μή. *Naz. sentent. Monost.*

Oros. 3. 13.

Tulcer quidem locus tyrannis; sed exitum non habet. Plat. vit. Solonis.

Fides certißimum humanæ salutis pignus. Val. Max. 6. 6.

Phalaris crudelis mente, commentis crudelior. Oros. 1. 20.

Quoties idem hostis & dominus imminet, quis sustinere queat? cui potestas præbet lædendi licentiam, nec voluntas deest, propter inuetetarum odium, Philo de execrat.

Phalaridis præter cæteros nobilitata crudelitas. Cic. off. 2.

Nemo in summam nequitiam incidit, qui vnquam hæsit sapientiæ, Sen. 7. benef. 19.

φάλαριν ὅτ' οὖ ποιῶν τις, ὅτε κακῶς ἐνίκησε. *Phalar. epist.* 46.

κακῷ γὰρ αὐδὸς δῶρ' ὄνησιν οὐ τέχει. *Eurip. Medea.*

ἀκλείας ψυχας παρέχω σοφοῖς αὐδᾶσι, σοὶ δὲ ζῶσ' ἔρνα ἐωῶχθαι δοκεῖ θυμῷ. *Vespas. apud Philostr.* 5. *cap.* 2.

Nemo tam afflictis est moribus, quin faciat aut dicat aliquid, quod laudari queat. Macrob. 6. Sat. 7.

† *stolidorum.*

Principem decet studioßos sapientiæ viros in amicitiæ possessionem vocare. Symm. 9. 2.

* *Pollio.*

Χαλεπὸν οὕτω τι ποιῆσαι, ὥστε μηδὲν ἁμαρτεῖν. Χαλεπὸν δὲ τῷ ἀναμαρτήτως ποιήσαντας, μὴ ἀγνώμονι κριτῇ πεσεῖν. *Xenoph. memorab.* 2.

Viuorum vt magna admiratio, ita censura difficilis. Vel. lib. 2.

Vt vera laus ornat, ita falsa castigat. Sidon. 8. 10.

δικαιότερον τοῖς τετελευτηκόσιν, ἢ τοῖς ζῶσιν ἐπαμύνειν *Aristot. probl.* 29. 9.

Suum cuiq; decus posteritas rependit Tacit. annal. 4.

Parcamus quæso memoriæ, reuereamur suprema cineris! Fab. declam. 5.

Vbi torreret subiectis corpora flammis, mutabat gemitus mugitibus. Sil. lib. 14.

Phalar. ep. 66. 122. 3. Ouid. Triſt. 11.

Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quos contra ſingulos, vtilitate publica rependitur. Tacit. annal. 14.

Illorum quoque, quod inter ſupplicia pereuntes, auido ſpectamus aſſenſu, quodam innocentiæ fauore miſeremur Fab. declam. 8.

Sæpe in magiſtrum ſcelera redierunt ſua. Sen. Thyſ. 1.

Dira conditor artis ipſe ſuo moriens immugit flebile tauro. Sil. lib. 14.

Val. Max. 9. 2.

Inuenit aliquando quem iuſte puniret iniuſtus. Oroſ. 1. 20.

Plin. 34. 8.

Laudatum ob artem. ob mores ſupplicio affeci. Phal. ep. 1. 22.

Ineruditi Principes ab inſcitia ſua ſubuertuntur. Plut. ad inerud. Princip.

ὁ φιλόσοφος πᾶσι κοινὸς ὢν φίλοις τυχὰς ἀνδρῶν ὅτε ἡμῶσιν ὅτε ἀπομάζεσι. *Xenoph.*

Prodeſſe debet principatus populis, non nocere, nec dominando premere, ſed condeſcendendo conſulere. Iſidor. de prælat.

Περὶ Φυσώνικα δίκαια ἐδεὶς ἐπιζητεῖ *Phal. ep. 122.*

Quid verba audiam, cum facta videam? Cic. Tuſcul. 2.

Potentiam qui conſecutus fuerit, nemo tam facile deponit, quam damnat. Sylu. hiſt. Boh. 63.

Res ſpectatur, non verba penduntur. Cic. de orat. 3.

Qui recta, quæ docet ſequitur, vere philoſophus eſt. Saresb. 7. 11.

Doue è maneo cor, quiui è piu lingua. Adag.

Multi ſe ductores & doctores pollicentur officii, quod nunquam didicerunt. Saresb. 6. 16.

Sententiæ ex Phalaridis epiſtolis, quas Luciano tribuit Politianus. præfat. Epiſtol.

Νόμιζε ἔργων ὲν πολλῶν μελέτην πλείω σώζεσαν, ἢ λόγων δὶ ὀλίγε καλῶς ῥηθέισαν, παραμένειν. *Thucyd. 5.*

ὀνόματα μὲν αὖ παιδεύσεως, γνῶμαι δὲ εἰ καλῶς ἔχοιεν. *Xenoph.*

Eſt ſapor & in paucis. Tert. lib. 5. adu. Marcion.

Ingenia Principum, magis in dictis eorum, quam actionibus elucent. Plut. apoph. præfat.

2. *Sunt* verba rebus faciliora. Symm. 4. ep. 7.

Sunt facta verbis difficiliora. Cic. ad Q. fr. lib. 1. extrem.

† *pluris eſt.*

ῥᾴδιον παραινέσαι, ποιῆσαι δὲ ἐχὶ ῥάδιον. *Philem.*

ſe ipſi elaboraturum ait tormenti genus, & voluptati vltionis, & pœnæ noxiorum aptiſſimum. Fecit ergo taurum artifex ille æneum; cuius in latere affabrè ianuam compoſuit, qua ſontes includerentur, & igne ſubdito mugitus ederent viuentis tauri: vt non ſolum longo & abdito cruciatu torquerentur noxij; ſed ipſa etiam ſæuitia perterreſierent ſpectatores: quorum neutrum miremur. ANIMVS enim miſericors, neq; prorſus immanitate efferatus, non minus conſpectu doloris alieni, quàm cruciatus & tormentorum propriorum ſenſu afficitur.

Conſpecto ergo Phalaris tormenti inuento, vnde præmium (& encomium) inuentor ſperabat ampliſſimum; ipſum inuenti autorem tauro includi iuſſit, vt teterrimum artis ſuæ opus primus auſpicaretur: quod quidem non crudelis tyranni; ſed Principis clementiſſimi & philoſophi ſapientis opus fuit. QVÆ enim iuſtior ſæuitia, quàm vt inuentum immane primus experiretur autor? Peruulgata autem fama beneuolentiæ, qua ſapientes Phalaris complectebatur; ſubinde venerunt eum viſuri Philoſophi Græci, humaniſſimè ab illo accepti: quamuis maiorem illi fructum ex ipſius opibus, quàm ipſe ex illorum doctrina, perciperent.

Cæterum Phalaris non tantùm ſapientum (& eruditorum) fautor ſingularis; ſed ipſe etiam inſigniter doctus, inprimis verò diſciplina Philoſophiæ moralis eruditiſſimus fuit: quod ex epiſtolis ipſius manu ſcriptis; non autem ex vita, quam tyranni more egit (prorſus contrariam,) apparet: Vt haud ſciam, maiòrne fuerit ſententiis ſcientiiſque calamo exaratis, an immanitate cædibus q; gladio patratis. O quàm multos habuit hac in parte Phalaris temporibus præteritis ſodales, at q; vtinam nullos haberet tempore præſenti! qui verbis mellitis Neronem videntur æmulari. Nihil aliud vel de præteritis legi, vel inter præſentes vidi, quàm MVLTOS virtutum eſſe buccinatores, & innumeros viciorum ſectatores. LINGVA enim promtiſſimi; at carne admodum infirmi ſumus.

Etſi verò Epiſtolæ Phalaridis omnibus, Græcæ Latinæque linguæ peritis, notiſſimæ ſunt: tamen eorum, qui linguas illas neſciunt, gratia viſũ fuit ſententias ex illis excerptas lingua vernacula exponere, duplici fine: Primũ vt videant Principes, quàm BONVM ſit ſapientia (& doctrina) excellere, cùm tyranni quoq; laudi ſibi duxerint, quòd & ſapientes eſſent, & præclaris alios præceptis poſſent inſtituere. Deinde vt videant plebeij, quàm PROCLIVE ſit bene loqui, quàm arduum bene agere. NIHIL enim in mundo † minoris paratur, quàm conſilium. Igitur ſententias ex epiſtolis Phalaridis ſubiiciemus, vt ſcilicet breuiſſimè belliſſimeque potuêre colligi. 207

BENE-

BENEVOLENTIA, quapræ cæteris nonnullos Principes peculiariter prosequuntur, magnorum sæpe in regnis motuum caussa est. Ex vnius enim amore, & alterius auersatione (ac despectione) odium nascitur, ex odio sinistræ pullulant cogitationes, ex cogitationibus sinistris oritur inuidia, ab inuidia ad mala verba transitur, à verbis malis ad peiora peruenitur opera. In summa, PRINCEPS æquales inæqualiter tractans, nihil aliud facit, quàm quòd ignem iniicit reipublicæ.

Et prohibere Principes, & viros prudentes minimè pati decet, vt homines seditiosi subditos (perturbent &) concitent pacificos. TVMVLtuante enim populo, mox euigilat cupiditas, crescit auaritia, sponte sua ruit iusticia, dominatur vis (& violentia,) regnant rapinæ, liberè grassatur luxuria, præualent improbi, opprimuntur boni: denique damno quisque gaudet alieno, dum priuato prospiciat commodo.

MVLTI homines vani seditiones (turbasq;) mouent inter subditos, rebus semel commotis incrementa fortunarum & dignitatis sperantes; qui breui spacio non tantum eius, quod quærebant, spe decidunt; sed eius etiam, quod iam tenebant, possessione excidunt. IVSTVM enim, imò iustissimum est, vt experimento credant tales, quod ipsos cæca non sinit discere improbitas.

MAXIME subditis salutare est habere gubernatores non infelices, sed fortuna, naturæ dono, vtentes propitia. FORTVNÆ enim indulgentiâ multa Principibus fortunatis ex animi sententia succedunt, pleraq; etiam melius quàm cogitabant, cadunt.

Principes magnanimi & præpotentes in congressu cum aliis Principibus, aut celebri procerum conuentu, animi libertatem, regni amplitudinem, personæ suæ dignitatem, amorem reipublicæ, & aulæ super omnia disciplinam, suique consilij & familiæ autoritatem grauitatemque ostentent. VIROS enim sapientes & sagaces non vestimenta, quibus Princeps indutus incedit, spectare; sed viros, quorum vtitur consiliis, intueri decet.

Viri cordati & alieni ab auaritia, vbi pro virili pecunias parare studuerint, ad (bene) erogandas (collocandasque) illas cogitationem omnem conuertant. NEMO enim infelicior, quàm qui in (bene) erroganda pecunia ipse sibi imperare nequit.

208

Cùm FORTVNA omnium rerum sit domina, omnesque ad eam actiones bonæ malæque referantur: SOLVS ille herois titulum meretur, qui quæcunque sint fortunæ vices, inuictum se gerit. Verissimè enim EXCELSISSIMI

animi

Lubricus apud regem primus est locus Sylu.

Industria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos comparat. Cic. Herenn. 4.

Nimium multos timere habet, qui multum potest Syl. de miser. curialium.

Potentiam apud vnum, odium apud omnes, perniciem aliis, ac postremum sibi inuenit. Tacit. annal. lib. 2.

Δεινὸν οἱ πολλοὶ, κακούργους ὅταν ἔχωσι προστάτας. *Eurip. Orest.*

Noua cupientibus auferatur dux & autor. Tacit. annal. 16.

Populi impetus periculi rationem sui non habet. Cic. 3. de ll.

Merces seditionis proposita confestim, seditionem excitat. Liu. lib. 6.

Consilia callida & audacia prima specie læta, tractatu dura, euentu tristia. Idem lib 35.

Non omnia gladius conficit. Dio. lib. 55.

Τὸ γὰρ ἐς λεύσσειν οἰκεῖα πάθη μηδενὸς ἄλλου παραπράξαντος, μεγάλας ὀδύνας ὑποτείνει. *Sophol. Aiac.*

Quo se fortuna, eodem fauor hominum inclinat. Iustin. lib. 4.

Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est. Ouid. 3. Pont. 3.

Multa quæ prouideri non possunt fortuito melius cadunt. Tacit. annal. 2.

Purpura Principem conspicuum facit, & præstat humano generi, ne de aspectu Principis possit errari. Cassio. 1. epist. 2.

Splendidum te, si tuam non habes, aliena claritudo non efficit. Boet. 3. consol. 5.

Est insitum bonis, vt virtutes suas in aliis ament. Ambros. Psal. 118.

Nihil homo diuinius habet, quam beneficentiam, Nazi. orat. 18.

Impediri bonam rem melius, quam concedi malam. Cic 3. de ll.

Pœna est, partis incumbere rebus. Cornel. Gall.

Apparet virtus arguiturq; malis. Ouid. 4. trist. 3.

Laus est ardua, dura sustinere. Sidon. carm. 23.

Fortuna plurimum hominibus, non consilia dominantur. ep. 10. & 32.

animi vir est, cuius animi vim fortunæ vis neutiquam frangit.

Siquem laudamus vibrandæ hastæ peritum, non ideò laudabimus eundem, quòd stilum habeat elegantem: & cui stilus est elegans, non idcircò linguam habet facundam; & qui lingua facundus est, non mox doctrinam habet sanam; & cui doctrina sana est, non ideò fama vtitur secunda; & fama si celebratur secunda, non propterea vitam agit inculpatam. MVLTORVM enim, quæ scribunt, præcepta amplectenda; non vita, quam egerunt, imitanda est.

INTER omnia officia nulla est durior prouincia, quàm munus gerere animaduertendi in aliorum peccata. Itaq; non secus ac pestem fugere illud omnes viros prudentes decet. ANIMADuersionis enim certior comes est odium in castigantem, quàm castigati emendatio.

MVLTVM boni habet, qui bonos amicos habet. Multi enim amicis, quando potuêre, opitulati sunt, amplius etiam opitulaturi, si possent. AMOR quippe verus nec diligere desinit, nec iuuando defatigatur.

VIRI prudentes etiamsi multum perdiderint, tamen illius aliquando recuperandi spem non deponant. Nam NEQVE tempora vicissitudines, quas solent, afferre desinunt; nec amici officium facere intermittunt.

SVPERBORVM & elatorum tristes plerunque sunt exitus: cuius rei præsentissimum est remedium, si aduersis interdum casibus iactentur. CALAMITATES enim securitatem augent viro prudenti, & pericula minuunt.

Quantumuis excusemus culpæ consortem; tamen neq; criminis manifestus, neque crimen vllum est, quin pœnam mereatur. QVI enim ira præuentus subita culpam commisit, malè fecit; qui verò ex destinato & deliberato illam commisit, multò peiùs egit.

OMNIA ratione velle agere bonum est; sed & peragere eadem ordine bonum quidem, attamen difficillimum est. HOMINES enim circumspecti adeò scrupulosè negotia suis ponderant momentis, tantasque in iis difficultates, tot impedimenta inueniunt, vt nunquam ad decretorium accedant stilum.

NIMIA in negotiis festinatio & cunctatio, duo sunt 290
scopuli fugiendi illi, qui regimen tenet reipublicæ: Sed ex illis peior est nimia præcipitatio. SI enim tarde deliberando, quod parari poterat, amittitur; festinanter decernendo, quod iam partum est, perit.

NIMIAM præcipitantiam multa quotidie damna comitantur. ANIMI enim morarum impatientis, fastuque elati comites indiuidui sunt perturbationes, molestiæ, com-

Τὰ κοινὰ κοινῶς δεῖ φέρειν συμπτώματα, *Menand. Gnom. Græc.*

Tum dignum operæ precium venit, cum inter se congruunt præcepta & experimenta. Fab. lib. 12. cap. 6.

Ad legem quisque suam viuat, ne orationi vita dissentiat. Sen. Epist. 20.

Plenius est operæ docere, quam voce, Leo. serm. de Laurent.

Melius probas honesta, quàm sequeris. Sen. Epist. 21.

Qui alios increpare affectat, omni scelere vacuus sit oportet. Phal. ep. 9.

Onus est graue & incommodum iudicare. Cic.

Θησαυρὸς μέγας ἔστ' ἀγαθὸς φίλος. *Epigram. lib.* 1.

Iucundius amicum facere, quam habere. Sen. Epist. 9.

Non est certa fides, quam non iniuria versat. Propert. 3. 8.

Fortunæ mutabilitas iusta tibi caussa est meliora sperandi. Boet. 2. cons. 2.

Inter sapientes viros minus licet fortuitis. Sidon. 8. Ep. 6.

Quos sæpe vexat infelicitas, nouissime indurat. Sen. ad Helu. 2.

Τὰ παθήματα μαθήματα. *Herodot. lib.* 1.

ἐν μὲν τέχνῃ ὁ ἑκὼν ἁμαρτάνων αἱρετώτερος. περὶ δὲ φρόνησιν, ἧττον, ὥσπερ καὶ περὶ τὰς ἀρετάς. *Aristot.* 5. *Epidem.* 5.

Interest, vtrum perturbatione animi, an consultò fiat iniuria. Cic. offic. 1.

Plus voluisse peccare nocuit, quam non peccasse profuit. Val. Max. 6. cap. 1.

Omnia breuiora reddit ordo, & ratio & modus. Fab. lib. 12. cap. 10.

Cunctando senescunt consilia, Liu. lib. 35.

Iussis mora segnis abesto, Ouid. 3. Metam.

Non sunt inutili contatione agendi tempora consultando consumenda. Tac. hist. 3.

ἀεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει. *Hesiod.*

In manifesto negotio tempus non terendum. Val. Max. 2. 3.

Res magni discriminis consiliis nulla est tam inimica, quam celeritas. Liu. lib. 3. 1.

commotiones, varietates & vanitates, cum quibus & opum iactura & personæ periculum coniungitur.

Cùm omnes felices esse naturaliter cupiant: SOLVS ille felix inter omnes felices dici potest, quem verè possumus affirmare, & bene viuendi præcepta tradidisse, & bene moriendi exempla reliquisse.

Has & id genus plures sententias ac præcepta epistolis suis Phalaris inseruit, quas ad vsum suum Cicero in plerisque scriptis suis, itemq; Seneca in epistolis, alijq; multi in operibus suis transtulêre. Fuit enim hic tyrannus in verbis breuis, & in sententijs argutus. Cùm ageret autem Phalaris Agrigenti; literas ad eum philosophus quidam Græcus scripsit, tyrannidem facetè illi exprobrans: Cui Phalaris epistolæ in hunc modum respondit.

Epistola Phalaridis ad † Popharcum Philosophum.

Phalaris Agrigentinus, Popharco philosopho & solatia à dijs consolatoribus. Agrigenti tuas accepi, quæ licet quiddam Satyricum præ se ferrent, minimè tamen mihi molestæ fuerunt. PHILOSOPHORVM enim & sapientum, qualis tu es, non ægrè ferenda sunt verba aspera, quæ dicunt; sed animus considerandus, quo dicunt. HOMINES iracundi & malitiosi ad pondus & mensuram verba exigunt; at virtutis pacisq; amantes præter mentis propositum nihil spectant. Si enim singula, quæ nobis dicuntur, verba examinare conaremur; & nobis ipsis molestiam (ac dolorem) crearemus, & perpetuas in republica dissensiones aleremus.

Ego & tyrannus sum, & tyrannidem gero. Sed ita saluus sim! vt nullum me vnquam verbum malum, bonúmve commouit. Nam SI vir bonus dicit; mei castigandi gratia dici scio: Sin fatuus id profert; oblectandi mei gratia dictum accipio. Quòd totam Græciam sermonibus, qui de me istic sparguntur, offendi scribis: vicißim tibi significo, totam ciuitatem Agrigentinam sermonibus, qui de te hîc habentur, mirificè † delectari: cuius quidem gloriæ famæq; non paruam mihi partem debes. NISI enim tam inuisi tyranni essent: non forent tam cari philosophi. Tu bonus & diceris & es; Ego malus & habeor & sum. Sed vt mihi videtur, nec te propterea insolescere, nec me animum decet despondere. LONGVM enim est vitæ curriculum, variæque in eo sunt etiam breui spatio fortunæ vicißitudines, & facilè potest fieri, vt ego ex tyranno philosophus, tu ex philosopho tyrannus fias.

210 *Cogita amice, temporis diuturnitate terram in argentum verti, & argentum aurumq; * in scoriam mutari: hoc est, nunquam in Sicilia vel Agrigenti fuit tyrannus, qui non fuerit primùm in Græciæ scholis (& academijs) educatus. OMNES*

φρονεῖν οἱ ταχεῖς οὐκ ἀσφαλεῖς. *Sophocl. Oediop. tyr.*

Non est res magna viuere; magnum est honestè mori. Sen. ep. 77.

Ἄλλο γάρ ἐστιν, ὡς εἰς ταμιεῖον ἀποθέσθαι ἄρτους καὶ οἶνον. ἄλλο ἐστι φαγεῖν. *Arrian. 2. Epict. 9.*

Non multa verba prudentis animi indicium sunt. Laert. lib. 1.

Tullio mos est profundam sententiam sub breuitate tegere verborum. Macrob. 2. Somn. 12.

Liberæ reprehensionis medelam sana mens minimè aspernatur. Saresb. 7. 24.

† *Epicharmum.*

Libertas de singulis pro arbitrio iudicat, & quæ sanis videt moribus obuiare, reprehendere non veretur. Saresb. 7. 25.

Huius argumenti sunt epist. 38. & 61.

Μὴ ἔλαττον ἡγοῦ τοῦ ἐπαινεῖσθαι τὸ νουθετεῖσθαι. *Chrysost. Stob. 253.*

Libera responsa reges contumeliosa vocant. Sen. 3. ira. 20.

Ea demum laus grata esse potestati debet excelsæ, cùm interdum & vituperationi gestorum pateat locus. Ammian. lib. 15.

Μὴ ἀψευδοῦς τὰ πάντα ἡ φύμη μυθεύεται, ὁπόσα περιλάλητα τιθέναι φιλεῖ. *Nicet. Isaac. Angel. lib. 1.*

Fama non semper veritatem perspicit & audit. Ælian. lib. 1.

Bonæ conscius vitæ nihil in se maledicis licere sermonibus debet æstimare. Symm. 7. 128.

Vna tibi modò constiterit mens conscia recti, neglige, quid de te rumor diuulget inanis. Alcim.

Fama solet supra fidem de absentibus loqui, Symm. 6. ep. 17.

Fama infirmissimum aduersus fortes viros telum. Curt. 4.

* *adiuuari.*

Famæ iusta narranti statim creditur. Idem. 1. 32.

οὐδεὶς φροντίζων δόξης ἀγαθῆς, γένοιτ' ἂν ἀνὴρ φαῦλος. *Plut. Stob. 569.*

Literis in aqua scriptis tutiùs creditur, quàm felicitati humanæ. Nazi. Orat. 18.

Sicilia ab initio patria Cyclopum, & post eos semper nutrix tyrannorum fuit. Oros. 1. cap. 14.

* *rem nullius precij.*

Tulit Sicilia quondam multos crudele tyrannos. Cic. Verrin. 5.

NES famosos in Sicilia enutritos non negarim: Sed neque ipse inficias ibis, eos in Græcia natos. Iam vide, vtra magis in culpa sit; mater, quæ eos peperit; an nutrix, quæ eos aluit! Non dico futurum, sed tamen fieri posse aio, si ego forem in Græcia, vt melior te philosophus essem; & si tu rerum Agrigenti potireris, peior me tyrannus esses. Etiam atque etiam velim cogites, in Græcia te versari, vbi melior esse poteras, meq; Agrigenti agere, vbi deterior esse possum: nam neque tu tantum boni facis; quantum debes; neque ego tantum mali, quantum possum. 210

Venit huc Perillus artifex singularis, & taurum ex ære fudit, in eoq; genus tormenti excogitauit, omnium, quæ Sol vidit, deterrimum: atque ego sanè iussi, vt inuentor ipse suæ nequitiæ caperet experimentum. NVLLA enim iustior lex est, quàm vt artifices, qui nouam occidendi alios artem excogitarunt, ipsos suæ iubeamus artis auspicari opera.

Vehementer rogo, vt me visum venias, tibiq; persuadeas, magnam quidem esse vim tyrannidis, vt malus sim: Veruntamen maiorem tuæ philosophiæ vim esse, vt bonum me reddat. BONVM enim signum habendum est medico, si morbum ægrotus detegat. Faciam finem, vbi denuo te diligenter rogauero, ne me negligas inuisere. Omnino enim si nihil mihi ipse profuturus es, me tibi profuturum esse certus sis. Tuum verò emolumentum mihi detrimento nunquam erit. Vale felix.

CAPVT XLVII.

De eximia Philippi Regis Macedoniæ, Alexandri Magni; Ptolemæi, Antigoni, Archelai, & Pyrrhi Epeirotarum Regis erga viros doctos & sapientes (quorum consuetudine & consiliis vsi sunt) beneuolentia: (Quinque deflenda Principibus: pro tribus Pyrrhum Deo gratias egisse.)

SI Q. Curtio credimus, Alexander Magnus, Philippi, Macedonum Regis filius, Magni cognomentum non tam quòd multa in exercitu militum millia, quàm quòd plures, quàm alij Principes, in senatu habuit philosophos, promeruit. Nunquam Princeps ille magnus bellum suscepit, quin prius à viris sapientibus & philosophis, ipso præsente, illius gerendi ordo, modusq; examinaretur, quod profectò sapienter factum. Nam ILLIS tantùm in rebus prosperum licet sperare euentum, quas longa præcessit & matura consultatio.

Tyrannorum nulla terra feracior, quàm Sicilia. Iustin. lib. 1.

Qui orationem bonorum imitatur, facta quoq; imitetur. Cic. Pro. P. Quint.

Inuisa tyrannorum etiam sine opibus nomina. Iustin. lib. 21.

Phalaris non quidem in innocentes, sed supra humanum modum sæuiit. Sen.

Quàm bene depositum terris, vt dignus inique Fructus consilij primis autoribus instet. Claudian. Eutrop. 1. 157.

Mentre a altrui vita ordisce inganno, il suo morir procura. Ariost. 3. 5.

Pœna reuersura est in caput ista tuum. Ouid. 1 art.

Ideo difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos ægrotare nescimus. Sen. ep. 50.

τὸ κρύπτειν ἁμαρτίαν συγκατασκευάζει ἐπὶ τῷ νοσοῦντι τὴν θάνατον. *Basil. Stob. 960.*

Initium est salutis notitia peccati. Sen. ep. 28.

Qui ad tyrannum proficiscitur, illius est seruus, quamuis liber fuerit. Laërt. lib. 2.

Si ex dispensatione ob egregiæ virtutis meritum, Principem contingat esse illiteratum, eundem agi literatorum consiliis, vti res rectè procedat, necesse est. Saresb. 46.

Nulla fortuna, nulla res actus sapientis excludit. Sen. ep. 85.

Persarum Reges ante sacrificia de pietate disserunt; antequam bibant, de temperantia; pugnaturi de fortitudine. Stob. 473.

Pausan. lib. 1. recenset poëtas, qui cum regibus vixerunt.

Βουλῆς γὰρ ὀρθῆς οὐδὲν ἀσφαλέστερον. *Prouerb.*

Ex quo in Principibus virtus languit literarum, armatę quoque militiæ infirmata est manus, & ipsius principatus quasi præcisa radix. Saresb. 4. 6.

Illa sunt robusta, illa diuturna, quæ prudentia incipit, cura custodit. Cass. 1. 25.

Prius est parare bella quàm gerere. Fab. 12, c. 3.

Τὸ φιλοσοφῆσαί ἐστι παρασκευάσασθαι πρὸς τὰ συμβαίνοντα. *Arrian. 5. 10.*

Parua sunt foris arma, nisi est consilium domi. Cic. off. 1.

Ac sa-

Ac sane qui de Alexandro M. scripserunt, historici Græci
2 11 iuxta atque Latini, non definiunt, maiórne fuerit ipsius in
profligandis hostibus ferocitas, an in capiendis consilijs † humilitas. Verùm licet in comitatu Alexandri sapientes ac Philosophi numero multi fuerint: tamen præter cæteros ei familiarissimi fuêre Aristoteles, † Anaxarchus & Onesicritus; qua quidem in re summam Alexander demonstrauit prudentiam. DECET enim Principes prudentes consilia quidem audire multorum; in constituendo verò (& concludendo) paucorum stare sententijs. Neque verò satis Alexandro erat, circa se multos habere sapientes, & ad eos, qui sui non erant, visitatum mittere; sed ipse frequentissimè videndi, visitandi & consulendi gratia illos adibat; PRINCIPES dictitans, dum serui essent sapientum, (magistros &) dominos euadere vniuersorum.

Eiusdem Magni Alexandri æuo Diogenes vixit, qui neque precibus, neque promissis adduci vnquam potuit, vt visere modo Alexandrum, nedum viuere cum illo vellet. Quamobrem Alexander ad videndum illum profectus est; cumque maiorem in modum eum rogasset, vt in suam asscribi cohortem vellet; respondens ei Diogenes: Cùm in tuam, inquit, societatem me accipiendo gloriam affectes Alexander; non par est illam me, scholam meam (studiaq;) deserendo, perdere. Dum enim te sequor, me sequi desinam oportet; & dum tuus sum, meus esse desinam necesse est. Tu mundum subigendo Magni cognomentum peperisti; ego verò mundum fugiendo boni adeptus sum nomen philosophi. Quòd si scopum te attigisse (& voto potitum) reris; ego quoque me non aberrasse (aut voto frustratum) censeo. Et quoniam tu minor esse Alexandro recusas; ne me cogites philosophi autoritatem velle amittere. NVLLA enim in mundo iactura libertatis amissione grauior est.

His auditis Alexander ad circumstantes conuersus clara voce inquit: Ita me dij ament, * ita manum in prælijs meam magnus regat Mauors! vt nisi Alexander essem, Diogenes esse vellem. Et porro inquit: Meo opinione nihil in terris iam cogitari felicius potest, quàm vt sit aliquis vel Alexander, qui omnibus imperet, vel Diogenes, qui Alexandro imperet, † vt omnibus imperet.

Vt autem ex Philosophis; sic è libris Alexander alios alijs familiariores habuit. In primis verò assiduus fertur fuisse in legenda Homeri Iliade, quo opere Troianum continetur excidium, quem librum vnà cum hasta gladioque, quoties dormiebat, sub puluinari habebat.

Philippus Macedoniæ Rex, nato filio Alexandro, duo fecit valde mirabilia: Vnum, quod multa & pretiosiss. Delphos, vbi

Τῷ δὲ βελόμενῳ πρόγμαθ' ἑλόντι τὰ δοκοῦντα χρηστὰ ἐθέλει ἐπιγίνεσθαι. *Xenoph. 7. rer Græc.*

† *humanitas; G. & I.*

Consilium ipse suum est, vt Principe dignum est. Manil. 2.

Ducum antiquorum dextera solebat non minùs stilum tractare quam gladium. Sido. 4. 17.

† *Laërt. lib. 9. & 6.*

Quid fieri debeat, tractato cum multis; quid facturus sis, cum paucis ac fidelissimis, vel potiùs ipse tecum. Veget. 3. 25.

Regis consilium solos scire decet grauissimos. Cass. 6. 17.

Τῶν χρηστῶν ὁμιλίαι ἄσκησις τῆς ἀρετῆς. *Xen. 1. memor.*

Qui non antè seruiuêre, dominari rectè non possunt. Plut. præcept. polit.

Alexander Diogenem frustra inuitatum inuisit.

Ἐ μόνον τοῦτ' ἔπαθεν ἀλλ' ἐδεῖ' αὐτὸν ὅλλων ἀλλαξαῖς βασιλείαν ἀντὶς τ' ἐφεξῆς τε βίον ἑπόντων λαπάξεσιν ἤνεσεν. *Agatharchid. de mar. rub.*

Pallio peraq; inuictum se præstabat Diogenes, vt equis Alexander & sariss. Plut. ad princ. indo.

Ἡ ἐλευθερία πρόγμα ἐστὶν ἀδιαλλάκτως. *Heliodor. lib. 8.*

Habet mens nostra natura sublime quiddam & erectum, & impatiens superioris. Fab. 11. 1.

Ἐλεύθερος αὐτὸς ἕνεκα, καὶ μὴ ἄλλου. *Arist. 1. Metaph. 2.*

Ἐλευθερία μόνη ἴδια ποιεῖ τὰ κτησιμέων τ' ἀγαθά. τὰ δ' ἐν δουλίᾳ τῶν δεχόντων ἀλλ' ἐχὶ τῶν δεχομένων ἐστί. *Stob. 10.*

Ἐδὲν ἀσκεῖ ζῶν ἐλευθερίας. *Antiphil. Epigram lib. 1.*

Inæstimabile bonum est suum fieri. Sen. ep. 75.

Nihil amabiliùs libertate, nihil fauorabilius ei, qui virtutis aliquam reuerentiam habet. Sar. 7 25.

Et admiratur: Plut. ad Princ. inerud. & de exilio. Laërt. lib. 6.

* *ita me machæra & clypeus bene iuuent pugnantem! Plaut. Curcul. Cui homini.*

Omnes homines natura libertati student & seruitutem oderunt. Cæs. lib. 3 bell. Gall.

† *quod.*

Iliada sub puluill' habet.

Iliade fortitudinis corporis; Odyssea animi excellentia proponitur contemplanda. Plut. de Homer.

Philippi nato filio lætitia;

Quo altiora sunt ingenia, eò magis laude efferuntur, acriusq; nituntur in arduum laudis cupiditate. Sabell. 10. 8.

Ἀνδρὶ ἐχρῆν δωρᾶσθαι τὰ κτήματα κάλλιον, ἢ φίλῳ ἦθος ἀνεπίληπτον παρεχόμενος: *Synes. epist. 49.*

Ad Aristotelem epistola.

Curæ diligentiæq; in liberorum disciplinas hortamentum. Gellius lib. 9. cap. 3.

Più fedele herede è quel che ci nasce, che non è quello, che dal notatio vien scritto. Teat. 272.

Firmum imperij munimentum liberi. Tacit. hist. 4.

Lipsi. 2. polit. 4.

Gignuntur, non scribuntur hæredes. 1. 9.

ἐπιμελήσεσθαι χρὴ παιδείας, ἧς τυχόντες τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ἕξομεν. *Gal. de bon. art. disc.*

Vt terra cultu, sic animus disciplinis melior vberiorq; fit. Fab. lib. 12. c. 6.

Ptolemæus Soter literarum & literatorum amantissimus;

Ægyptiis Regibus idem nomen Ptolemæi est, discrimen faciente cognomine. Pausan. lib. 1.

παιδεύσεως ὦν ψυχὴ μὴ παρέσης, πέφυκμά τε πάντα τὸ ἀνιόρθωτον: *Basil. Imp. ad fil.*

Ptolemæorum domus cæteris regiis præstituit; Inter Ptolemæos verò vnus Philadelphus. Philo. 2. de vit. Mos.

In tota re militari nihil vtilius, nihil clarius duce erudito. Saresber. 6. 15.

Inprimis Stilponis Megarensis. Laert. lib. 2.

Si vix in laicis tolerabilis videtur insciitia; quanto magis in eis, qui præsunt, nec excusatione est digna, nec venia? Leo ep. 23.

Quædam scintilla sapientiæ est, virtutum luminibus applicari. Symmach. 9. 9.

Μὴ φθονεῖτε τοῖς περὶ βασιλέως σωτηρίαν, ἀλλ' ἀμείλικτοί τε καὶ πικροὶ ἔστε, εἰ πεῖσαι χρήσας ὑμᾶς αὐτὰς παρέχοιτε; ἐξισοῦσθαι τοῖς σωθεῖσιν. *Is. Nic.*

Illum omnes oppugnant, qui principi gratior existimatur. Æn. Syl. de Curial. miser.

Vide Plut. apoph. de Archelao, poculum Euripidi iubente dari.

Ein gnediger Herr / ein vngnediger Hoff. *Adag.*

πολεῖν καλὰ τὰ Σιμωνίδου σωτηρίας Ἱέρων ἀπέλαυσεν, ἢ Σιμωνίδης Ἱέρωνος. *Syn. ep. 49.*

Non pereunt officia delata sapientibus. Sym. 3. 64.

vbi Apollinis erat oraculum, misit donaria, quæ fano inferretur, vt filij salutem Apollo tueretur: Alterum quòd literas ad Aristotelem extemplo dedit, huius sententiæ. 212

Philippus Macedoniæ Rex, Aristoteli philosopho in celeberrima Græciæ schola docenti, S. & pacem.

Filium mihi ex Olympiade vxore natum scito, cuius ortus & illi, & mihi, & toti Macedoniæ incredibilem attulit lætitiam. MAGNAM enim voluptatem & Reges & subditi capiunt, quando Principes hæredes nascuntur. Equidem immortales dijs ago gratias, & donaria in fanis iussi offerri amplissima, non proinde quia filius natus est, quàm quòd eum nasci contigit temporibus vitæ tuæ, (qui philosophus es tam sapiens & excellens.) Spero enim fore, vt eductus eruditusq; abs te & Macedoniam, tanquam hæreditatem paternam, accipiat, & totius Asiæ Monarcha esse mereatur: Ita & ipse filius meus dicetur, & tu pater ipsius nominaberis. Vale felix, iterumque vale.

Ptolemæus Soter VIII. Rex Ægyptiorum, amantissimus fuit tam Chaldæorum sapientum, quàm philosophorum Græcorum, idq; singulari ipsi gloriæ fuit. Perinde enim capitales erant inter philosophos Græcos & sapientes Ægyptios, vt inter duces Roman. & Carthaginenses inimicitiæ. Fuit autem Ptolemæus & doctiss. &, quo maximè gloriabatur, magno semper philosophorum stipatus sodalitio; qua ratione literas Græcas, Latinas, Chaldæas, atq; etiam Hebræas didicit. Vnde cùm XI. fuerint Ptolemæi, viri omnes bellicosissimi; hic tamen omnibus præfertur, non propter victorias bello partas; sed propter scientias studio comparatas.

Idem familiarissimum habuit philosophum, Stilponem Megarensem, qui adeo fuit in amoribus illi Principi, vt, ne cætera commemorem amoris beneuolentiæq; argumenta, non solùm assiduus esset Regi conuictor; sed sæpenumero, quod in scypho regio reliquum erat, iussu Regis exhauriret. Cæterùm, vt INDVLGENTIA Principum erga ministros, nihil aliud est, quàm stimulus ad excitandos maleuolos; Ita cum Rex super cœnam, quod in patera supererat, exhauriendum philosopho dedisset; Ægyptius quidam nobilis indignè ferens, ad Regem conuersus: Ego, inquit, Domine, neque te vnquam, vt Stilponi aliquid (in patera tua) relinquas, ad satietatem bibere, neq; ipsum vnquam sitim restinguere, dum quod ipsi daturus es, expectat, animaduerto. Cui respondens Ptolomæus: Rectè, inquit, dicis Stilponem eo non satiari, quod ipsi do: quia non tantum illi prodest bibere, quod de meo supereſt calice; quantum tibi profuturum esset, si, quod illi in philosophia supereſt, ipse haurires.

Antigonus vnus ex clarissimis Alexandri Magni amicis fuit,

fuit, magnam illo extincto imperij illius partem adeptus. Quàm enim felix in vita Alexander M. tam in morte infelix
213 *fuit, quoniam filiis caruit, regnorum hæredibus, & præfectos habuit, qui ipsius † profligârunt famam. Etsi autem Antigonus homo perditus, omnibusque viciis contaminatissimus; tamen (simul etiam) philosophorum amantissimus fuit, quod ex disciplina Alexandri M. reliquum erat, cuius domus (in qua educatus erat) velut gymnasium fuerat omnium in terris philosophorum (insignium:) ex quo exemplo potest colligi, quàm SAPIENTER faciant Principes, qui curant, vt * ministros habeant (à puero) doctrina & eruditione excultos. NEMO enim adeò malus est, ingenioq; tam prauo, quin adhærescat ei boni aliquid ex eis, quæ puer didicit.*

Porrò familiarissimè duobus Antigonus Philosophis vsus est, qui illo florebant æuo, nempe Menedemo & Bione, quorum hic vt doctissimus, ita pauperrimus fuit. Priscis enim seculis nulli Philosopho publicè docere Philosophiam licebat, si vnicum haberet in peculio † argenteum. Laërtius autor est, idemque fusius tradit Publius lib. V. de dogmatis Græcorum, adeò tum sanctas fuisse scholas Atticas; vt quanto doctior Philosophus esset, tanto minus haberet, & quanto minus haberet, tanto maiore in precio haberetur, nullaque re magis quàm opum penuria, scientiæque copia gloriaretur.

*Cùm autem grauissimo Bion morbo decumberet; (quo adeò fuerat attenuatus & enectus, vt totus pellis & ossa videretur;) Antigonus filium, qui illum inuiseret, & cum eo magnam (qua subleuaretur) pecuniæ vim misit. Erat enim VITA doctrinæ consentanea. Nam in summa viuebat egestate, quod Philosophiam professos decebat. Etsi autem Bion & * grandæuus, & tenuissima valetudine, & ob morbi grauitatem morti iam propinquus erat: tamen cum seuum (vt ita loquar) imbecillæ carnis deficeret; † lychnus tamen honestæ vitæ ardebat, hoc est, non minus in contemnendis donis magnanimum, quàm Antigonus in iisdem mittendis munificum se præstitit. Nec verò tantum omnia spreuit Philosophus; sed filium etiam Antigoni pecunias afferentem ita allocutus est.*

*Renuncia Antigono, me immortales ipsi (& habere) gratias (&) agere, tum pro humanitate viuenti mihi (semper) præstita, tum pro donis nunc morienti missis. NIHIL enim amplius amicus amico præstare * debet, quàm familiaritatem beneuolam, & opum communicationem liberalem. Deinde hoc etiam Regi patri tuo dicito, cùm LXXV. annos huius vitæ iter nudus peregerim; quare nunc me*

Amici Alexandri eius virtutis erant ac venerationis, vt singulos Reges putares. Iustin. lib 13.

Nunquam in tantum virtus extingitur, vt non certiores animo notas imprimat, quàm vt illas eradat vlla mutatio. Sen. 7. ben. 19.

† *destruxerunt.*

Antigonus Alexandri in colendis doctis imitator.

Ille in nos dominatur affectus, qui animum primus intrauit. Sen. 1. Controu. 8.

* *familiares.*

Qui in vnguentaria taberna paullo diutius commorati sunt, odorem loci secum ferunt. Sen. epist. 108.

Lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est; elui non possunt. Fab. 1. c. 1.

Duobus Philosophis familiariter vtitur;

Qui apud Philosophum fuerunt, traxerint aliquid necesse est, quod prodesset etiam negligentibus, non repugnantibus. Sen. ep. 108.

† *nummum.*

Exemplis præmiorum ad studium æmulationis cæteri prouocantur. Plin. 8. ep. 6.

Paupertatis tolerabilis est tranquillitas & ocium; sed intolerabilis egestas. Simplic. epict. 63.

Culmus liberos texit, sub auro atque marmore seruitus habitat. Sen. ep. 90.

Bioni munera mittit.

Sera est liberalitas, quæ statis temporibus admonetur. Sym. 10. epist. 20.

* *decrepitæ ætatis.*

οὐκ ἀγωνιῶ τί φρονήσει περὶ ἐμοῦ ὁ καῖσαρ. οὐδένα κολακεύω τούτου ἕνεκα. ταῦτα ἔχω ἀντὶ τῶν ἀργυρωμάτων καὶ χρησωμάτων. *Arrian.* 3. 9.

Philosophum decet rerum humanarum despicientia. Cic. off. 1.

† *ellychnion.*

Magna res est, vnum hominem agere. Sen. epist. 120

ἕνα σε δεῖ αὔθρωπον εἶναι, ἢ ἀγαθὸν, ἢ κακόν. *Arr.* 2. *epict* 15.

Πενία πρᾶγμα ἥκιστα μὲν ἐπίφθονον, ἥκιστα δὲ περιμάχητον, καὶ ἀφύλακτον σώζεται, δὲ ἀμελούμενον, ἰσχυρότερον γίγνεται. *Xenoph de venatio.*

Quæ ille aspernans, Regi tria renunciari iubet.

* *potest.*

Φίλον ἡγητέον τὸν βοηθεῖν καὶ αὐτωφελεῖν ἐθέλοντα, κἂν μὴ δύνηται. *Philo. Stob.* 718.

Paupertas acceptum Philosopho crimen, & vltro profitendum. Apul. apolog. 1.

Abducuntur homines nonnunquam etiam ab institutis suis magnitudine pecuniæ. Cic. Verr. 4.

Mortuo qui mittit munus, nil dat illi, adimit sibi Mim.

Ζῶντί μοι εἰὰ θέλεις, χάρισαι. *Epigr. lib.* 2.

Diuitias & opes facilius inuenias, qui vituperet, quam fastidiat. Fab. Dialog. de orat.

τὸ τῶ ἀληθείαν ἐρέντι τῷ φωτίσαντι, καὶ εἰς πάντας αὐθρώπους ἐξενεγκόντι χάριν ἀποδοτέον. *Arrian.* 1. 4.

† *XII. Reinerus tom.* 3. *fol.* 19.

Maximam vim habet ad coniungendas amicitias studiorum ac naturæ similitudo. Cic. pro Cluent.

Vtile est Principum benignitatem promtissimam ad laudem præmiaque merentium illustrari vbique. Plin. lib. 8. ep. 6.

Multos clariss. suis temporibus viros scriptorum inops deleuit obliuio. Boet. 2. consol. 7.

Studium literarum vt paucos in lucem famamq; prouexit; ita multos è tenebris & silentio protulit. Plin. ep. 14.

Αἰρῆντα ἀφ' ἑαυτῶν κακίαν ἀπολλεῦσθαι μᾶλλον, ἢ ἑτέρων ἀρετῆ σώζεσθαι. *Xenoph. de Venation.* * *Philosophi.*

Habeo amoris tui pignus, quod ea quoq; noui, quæ nosse neminem velles. Plin. 8. epist. 4.

Quid inter tam dissimiles amicum esse potest? Vell. lib. 2.

Multum quotidie (Principi) vigiliarum, multum laboris adiicit (subditorum) iners, sed tamen effrenata petulantia. Plin. 4. ep. 25

† *Aridæus & Crateas. Suid. Gell.* 15. 20.

Variis sermonibus vespera extenditur, & quoniam longissimus dies, cito conditur. Plin. 9. ep. 36.

Grauiter dolet iniuria, quæ acciderit insperata. Cass. 3. 43.

Sensum hominis nulla exuit virtus. Sen. ep. 85.

Omnes sic habent, illa ingenia, nisi publico latrocinio, ac per dementiam, opprimi non potuisse. Aurel. Vict. Cæsar. 20.

Omnia repentina sunt grauiora. Cic. Tusc. 3.

Quæ multo ante præuisa sunt, languidiora incurrunt. Sen. Marc. 9.

Fides homines nescit cum morte deficere Cassiod. 5. 3.

Ἡ τὸ διεργετικὸς φύσις ἰδιόν τι φίλτρον ἔχουσα πρὸς τὸς δημιουργήσαντας, ἀμετά ῥητον ἀφ' ἑαυτῶν τοῖς εἰς αὐτὸς δύνοιαν. *Dio. lib.* 18. *Solin. cap.* 14.

Discus non esse potentum tentandas mediis quamuis in luctibus iras. Claudian. bell. Get. 398.

Nunquam dii ipsi admouent nocentibus manus; satis est, si occasione vlciscendi læsos arment. Liu. lib. 5.

vestimentis auroque onerare velit, quando transeundum est fretum illud angustum, & ex hoc mundo emigrãdum! Ægyptij Arabiæ deserta transituri minuere camelis sarcinas, non duplicare solent: Ita SOLVM eum citra molestiam vitæ periculis defungi censeo, qui curas (& solicitudines) opum abiicit. Præterea Regi patri dicito, vt in posterum hominem moriturum non argento auróue (& diuitiis,) sed maturo ac salutarij iuuet consilio. AVRVM enim, vt ægrè (ac dolenter) vitam relinquat; bonum verò consilium, vt mortem patienter suscipiat, faciet. 214

Quintus †*Rex Macedonum Archelaus, auus, vt perhibent, Philippi, & proauus Alexandri M. Menelai, Prisci illius Regis Græciæ, qui bello & excidio Troiano præfuit, stirpe ortum sese gloriabatur. Hic quoque Rex amator fuit sapientum, & inter alios secum habuit Euripidem tragicum, qui illo æuo nõ minore in suo genere gloria tanquam poëta excelluit, quàm Archelaus, vt Rex Macedoniæ. Nam hodieque MAIOREM habent venerationem multi sapientes, propter libros, quos scripsêre, quàm magni Principes vel propter regna, quæ possederunt, vel propter victorias, quas bello pepererunt.*

Porrò adeò erat in intimis Archelao Euripides, tantumq; tribuebat Euripidi Archelaus, vt nullum in Macedonia negotium absq; consilio & opera *poëtæ conficeretur. Cùm autem IMPERITI naturaliter sapientum detrectent imperia; fortè ita tulit casus, vt quadam nocte Euripides multa cum Rege de historiis Priscis collocutus, moraretur diutius. Cumq; infelix poëta domum rediret; † æmuli, qui id explorauerant, canes in eum famelicos immiserunt, à quibus tum dilaceratus, tum deuoratus est, vt carnibus intra viscera canum sepultis, nihil præter ossa nuda tumulo inferretur. Quem casum tristissimum cùm Archelaus, suis renunciantibus, cognouisset; dolore (ac furore) consternatus subito, vix animi compos videbatur: quod mirum memini videri debet. INFAVSTis enim & repentinis casibus mentes humanæ (& benignæ) mirificè perturbantur. Vt autem magnus fuerat amor, quo Rex Euripidem viuum complexus erat; sic incredibilis fuit super extincto (dolor &) luctus. Vberrimas enim ex oculis lacrymas profudit, crinem totondit, barbam rasit, vestes, Regum Macedonum gestamina, mutauit, & super omnia non minùs splendide Euripidem funerauit, quàm si Vlysses ille Græcus sepeliretur. Neque his contentus, non priùs ad hilaritatem redüt pristinam, quàm interfectores grauissimis (omnes) affecit suppliciis. Siquidem INIVRIA vel mors ei, cui fauemus, facta vel allata, nihil est nisi fornax, in qua sinceritas amoris exploratur.*

Sumto

Sumto ergo de interfectoribus supplicio & humatis ossi-
215 *bus (poëtæ) ambesis; nobilis quidam Græcus Archelaum compellans, Scito, inquit, Rex præstantissime, vniuersam ægrè ferre Macedoniam, quòd præ te nimiam in † re tam leui tulisti mœstitiam. Cui Rex, Scitum est, inquit, illud sapientum, NON debere animos generosos ne infelicissimis quidem (& quantumlibet insperatis) casibus frangi. Nam REGE lugente, non possunt, aut si possunt, non debent lætari subditi. Verùm ego ex patre quondam audiui meo, NVNquam decere Principes illacrymari, nisi in harum quinque rerum aliqua.*

Primùm deplorãda est bono Principi iactura & damnum reipublicæ. BONVM enim Principem iniurias sibiipsi illatas ignoscere; vlciscendæ verò vel minimæ, quæ reipublicæ facta est, vel vitam par est impendere.

Deinde decet plorare Principem bonum, si sua violetur existimatio. PRINCEPS enim, qui non sanguineis honoris iacturam prosequitur lacrymis, dignus est, qui viuus sepeliatur.

Adhæc deplorandi sunt bono Principi, qui parum possunt; & cum multis conflictantur ærumnis. PRINCEPS enim, qui miserorum calamitates non deplorat, frustra & inutiliter in terris viuit.

Præterea deploranda est bono Principi prosperitas & gloria tyrannorum. PRINCEPS enim, cui malorum tyrannis non displicet, bonorum indignus est amore & obsequiis.

Postremò deploranda est bono Principi mors sapientum & prudentum virorum. NVLLA enim potest in vita contingere Principi maior iactura, quàm si vir sapiens, cuius opera vtebatur in gubernanda republica, moriatur. Hæc Archelaus (equiti) Græco, à quo reprehensus fuerat, quòd Euripidem deplorasset, respondit.

Quanquam autem, quanto in honore precioque philosophi & viri sapientes, tum apud Romanos, tum apud Græcos fuerint habiti; passim commemorant scriptores antiqui; tamen vnum solummodò notatu dignissimum referam. Nemo est omnium, qui ignoret, quis fuerit Scipio Africanus; quantæq; Romanis gloriæ fuerit autor; quòd & sibi & vrbi memoriam nullis delendam seculis comparârit, non tantum quoniam Africam deuicit; sed etiam quoniam vir fuit præstantissimus. NEC sanè parui æstimandum, si in vno vtraque ista concurrant, vt & virtute & felicitate excellat. MVLTI enim veterum ingentem sibi armis gloriam perperêre, quam vitæ postea turpitudine perdiderunt. Referunt scriptores Rom. primum carminis Heroici in ligna Latina scriptorem fuisse

Habet quidem grande solatium, qui tantum bonum tam diu tenuit: sed hoc magis exacerbatur, quod amisit. Plin. 8. ep. 5.

† *iactura.*

Ἀγνὲς, ἄμετρα εἶναι τὰ πένθη: παντελῶς ἐκκεκόφθαι οὐ πρέπον. ἀδύνατον γὰρ τὸ ἅπαθες ἐπὶ ἀνθρώπων. *Plutarch. vit. Homer.*

Lacrymæ omnes pereunt, quas quisque profundit, nisi quoties Deo supplicat. Sidon. 7. 14.

Inferius maiestate Principis palam lamentari. Tacit. annal. 3.

Cicatricem nihil æquè ac necessitas ipsa, & dies longa, & satietas doloris inducit. Plin. 8. ep. 5.

Κακὸς γὰρ ὅστις μὴ σέβει τὰ τῶν δεσποτῶν, καὶ ξυγγέγηθε, καὶ ξυναυδίνει κακοῖς. *Eurip. Hel.*

Principi lacrymandum,

1. *In iactura reipub.*

Princeps longè sit in suis, quàm in alienis exorabilior iniuriis. Sen. 1. clem. 20.

2. *In læsa existimatione:*

Sua existimatione (Princeps) nihil habeat carius. Nepos vir. Attic.

3. *In ærumnis afflictorum:*

χρεὼν τὰ θεῖα θνητοὺς ὄντας εὐπετῶς φέρειν. *Sopho. Stob.* 840.

Princeps erigat humiles, eripiat opprimendos. Cass. 1. 15.

4. *In tyrannorum felicitate:*

Eiusdem hominis est, qui improbos probet, probos improbare Cic. Orator.

5. *In morte sapientum.*

ὅταν βούληται Θεὸς εὖ πράξαι πόλιν, ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐποίησε. *Plato. Stob.* 911.

Ciuitatum certissimum munimentum viri fortes sunt. Philo. de sacrif. Abel.

Non minorem vtilitatem afferunt, qui togati reip. præsunt, quàm qui bellum gerunt. Cic.

Pulcrum inprimis est, non pati occidere, quibus æternitas debetur, aliorumque famam cum sua extendere. Plin. 5. ep. 8.

Eandem laudem fortitudo foro atque castris edita meretur. Valer. Max. 32.

Quantum bello optimus, tantum pace pessimus. Vell. lib. 1.

Difficillimum est aliquem & prælio strenuum, & bonum consilio esse. Sal. Iugurth.

Multi sunt pace pessimi, bello non spernendi. Tacit. histor. 2.

fuisse Ennium poëtam, cuius opera tanti fecit Scipio † Maior, vt moriturus Romanorum ille felicissimus Q. Ennii statuam sepulcro suo imponi testamento facto iusserit. Ex quo Scipionis illius morituri facto colligere possumus, quàm caros in vita sapientes (& eruditos) habuerit, vtpote qui † maiori sibi gloriæ futuram poëtæ pauperis statuam, quàm subiugatæ trophæum (& vexilla) Africæ iudicârit. 216

Sub Pyrrho Epeirotarum Rege, magno Romanorum hoste, floruit in Græcia Cineas, natione Thessalus, auditor, vt ferunt, Demosthenis. Sanè historici veteres tantum Cineæ tribuunt, vt eum normam fuisse & amussim eloquentiæ humanæ affirment. Fuit enim in verbis suauissimus & in sententiis grauissimus. Is Cineas triplex habuit in aula Pyrrhi officium. Primum super Cœna facetiis ipsum oblectabat. Erat enim in rebus iocosis mirè festiuus. Deinde res gestas ipsius literis mãdabat. Erat enim & grandiloquus, & ad scribendam veritatem testis oculatus. Postremò legationes in magni momenti negotiis obibat. Erat enim acutissimo ingenio, & in conficiendis (componendisq́;) negotiis felicissimus. Nam adeò solerter varias proponebat conditiones, tam ad persuadendum aptè dicebat, vt nunquam oratoris munere in rebus bellicis fungeretur, quin aut maximè diuturnas faceret inducias, aut pacem impetraret perpetuam.

*Hunc Cineam ita aliquando Pyrrhus allocutus est: Tria sunt, Cinea, pro quibus ingentes diis immortalibus gratias ago. Primùm, quòd me Regem, non seruum crearunt. MAXIMVM enim mortalium bonum est, libertatem habere multis imperandi, neque ad parendum vlli deuinctum esse. Deinde gratias diis ago, quòd animum mihi dedêre naturâ generosum. Nam QVI in singulis laboribus animo deficit, eum satius foret maturè vita excedere. Postremò diis ago gratias, quòd † tum in gubernanda republica, tum in gerendis bellis te mihi socium adiunxêre. * Plures enim vrbes te dicendo, quàm me armis cepisse fateor. Hæc Pyrrhus Cineæ poëtæ, amico suo dixit. Videant ergo Principes (ac dynastæ) recentes, quàm propensi (eruditorum ac) sapientum fautores fuerint Principes antiqui: Cuius rei pauca exempla recitaui, cùm addere multò plura potuissem.*

Finis libri primi de gloriosissimo Imperatore M. AVRELIO, cum horologio Principum, in quo dictum fuit quàm necessarium sit Principes esse vere Christianos, & sapientum amicos.

Par ingenium castrisque togæque. Sil. lib. 6.

† *Africanus.* 1. *Cic. pro Arch. Val. Max.* 8. 14. *Solin. cap.* 7.

† *Clarum illud nomen, imò verò spolium ex tertia orbis parte raptum in cinere supremo cum poetæ titulo legi iussit. Plin.* 7. 38.

Cineas Pyrrho carissimus, Plutarch. in Pyrrho.

Magis iuuat homines fama lata, quàm magna. Plin. 4. ep. 12.

οὐ δεῖ ἐπιτάττεσθαι τὸν σοφὸν ἀλλ' ἐπιτάττειν, καὶ οὐ τὸ τοῦτον ἑτέρῳ πείθεσθαι, ἀλλὰ τούτῳ τὸν ἧττον σοφόν. *Arist. Metaphys.*

Per legatum Cineam Pyrrhus non virorum solum, sed etiam mulierum animos Tentauit. Liu. lib. 32.

Bonorum ingeniorum insignis est indoles, in verbis verum amare, non verba. Augustin. 4. doctrin. Christ. 11.

Triplici fungitur officio.

Erat autoritate seruata, cum se communioni dedisset, ioci plenus, Sidon. 1. epist. 11.

Si meruerit persona gratiam, consequetur caussa victoriam. Sidon. 5. ep. 1.

Fucati sermonis opem mens conscia laudis abnuit. Claudia. 6. Cos. Honor. 593.

Ex bonis humanis regnum & virtus diuinissima. Plut.

Quid simile rependat Deo, qui regno potitur? Cass. 8. 24.

Regnum res inter Deos hominesq́; pulcerrima. Liu. lib. 2.

Miserunt Athenienses legatos, qui cogerent nos facere, quod ipsis collibitum esset. Ælian. lib. 3.

* *in maximis regni mei negotiis, tam bellicis, quam aliis in rebus. G.*

† *Plurimas enim vrbes linguæ tuæ dulcedine subegi, quas capere & acquirere hasta crudeli nunquam potuissem. G.*

Non expers omnino lectionis est, qui etsi ipsi non legit, quæ leguntur ab aliis fideliter audit. Saresb. 4. 6.

Sicut gratus est qui cognoscenda enubilat; sic onerosus est, qui cognita inculcat. Augustin 4. de doctrin. Christ. 10.

DE

217 # M. AVRELII, IMPERATORIS GLORIOSISSIMI,

Cum

HOROLOGIO PRINCIPVM recèns addito,

Libri secundi,

QVO OSTENDITVR, QVO PACTO Principes & magnates erga vxores se gerere liberosq; educare (& instituere) debeant,

Τὸν ἄρχοντα τειῶν δεῖ μεμνῆσθαι. ὅτι ἀνθρώπων ἄρχει. ὅτι καὶ νόμου ἄρχει: ὅτι σὸν ἀεὶ ἄρχει. *Agathon. Stob. 527.*

Γάμοι δ' ὅσοις μὲ δὴ κακοῖσι βροτῶν, μανάσι & ἀνόμοις. οἷς ἢ μὴ πίπτουσιν δὴ, πάτ' ἔνδον εἰσὶ ἢ πτε θυραῖς ἀλυσχεῖς. *Eurip. Oreſt.*

Prouidit ille maximus mundi parens, cum tam rapaces cerneret fati minas, vt damna semper sobole repararet noua. Sen. Hipp. 2.

Sanguine misto texitur alternis ex gentibus vna propago. Prudent. contra Symm. lib. 2.

Μηδεὶς τολμάτω μηδενὸς ἁπλοῦς τὸ γυναῖκων καὶ ἐλευθέρων, πολλῶν γαμετῆς αὖθις γυναικός. *Plat. de ll. 8.*

CAPVT I.

De dignitate coniugii, cuius societas quemadmodum inter subditos voluntaria, ita inter Principes necessaria videtur.

ἩΜΑΤΑ δαμήμεναι ἄφρονα φῦλα ἄμεμφα σιν ἰμερτῆς, καὶ ὁμόγνια φίλτρα δαμῶσαι. *Oppian. κυνηγ. ε. 397.*

Νομίζω γυναῖκα καινὸν ἀγαθὸν οἰκεῖν ἔσεσθαι πάνυ εὐπρόσοδον εἶναι τῷ ἀνδρὶ ἐπὶ τὸ ἀγαθόν. *Xenoph. Oeconom.*

Sine thalamis vita hominum non est, sed ferarum. Fab. 9.

Nulla est aut fuit vnquam sanctior, quàm viri cum muliere coniunctio. Plut. Erotic.

Τίς ὁ βίος, ἢ καὶ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς ἀφροδίτης: τεθνάναι, ὅτε μοι μηκέτι ζώντα μέλοι. *Mimnerm. Stob. Orat. 63.*

Rhodigi 28. 13.

Animantibus stati per tempora anni concubitus. Plin. 10. 63.

Vita nostra per coniugia continetur. Theophyl. Ephes. 5.

Δέρκεσθαι ἀλόγων ζώων μόνον, ἃ δὴ οἰκείνων φύσις ἀπαιόζει θεσμια συζυγίης. *Agathi. Epigram. lib. 1.*

Quadrupedum prægnantes Venerem arcent. Plin. 10. 63.

Bestiæ nunquàm marem desiderant, nisi cùm prægnantes volunt fieri. Macrob. 2. 5.

Prima societas est in coniugio; proxima in liberis: id est principium vrbis. Cic. off. 1

καὶ φύσει καλῶς, τέκε δ' ἔμπεδον, ὡς ἐλοχεύης. *Phocylid.*

Matrimonij antiquitas, & quinque beneficia:

ἐν εἰκίᾳ πρῶτον δέχεσθαι καὶ πηγὴν φιλίας καὶ πολίτειας, καὶ δικαίων. *Arist. 7. Eudem. 9.*

218 *Ac sacræ quidem literæ docent,* NIHIL *esse ab orbe condito matrimonij sacramento antiquius. Quo enim die vir*

Vnde sufficiam ad enarrandã felicitatem eius matrimonij, quod Ecclesia conciliat? Tert. ad vxor. lib 2.

Le pommier, qui porte bon fruitage, vault mieux, que cil qui ne porte que fleures. Marot. chants diuers. pag. 316.

1. *Liberorum successio.*

Deo dicandam coniugalis exhibet fœcunditas prolem. Fulgen. ep. 1.

Non mediocre munus est Dei, dare liberos propagatores generis, successionis hæredes. Ambr. Luc. 1.

Quid dulcius hominum generi à natura datum, quàm sui cuique liberi? Cic. post redit.

Conciliat animos coniugum partus ferè. Senec. Herc. Oete. 2.

Liberos cuiq; suos natura cariſſimos esse voluit. Tacit. in Agric.

Increpatio parentum nõ est odij sed amoris. Fulg. serm. de S. Steph.

Precor, vt luculentam prolem in lucem edas, vt Deus, cui & nascimur & è vita migramus, à pluribus celebretur. Nazianz. ad Olymp.

Cui parentum, nothorum institutio curę est? Theophyl. Hebr. 12.

In animalibus & plantis naturale est desiderium, quale quodque est tale alterum relinquendi. Arist. 1. polit. 2.

Longius, quàm quantum vitæ humanæ spacium est, cupiditas gloriæ extenditur. Liu lib 28.

ἐνῆν αὐτοφιλία μεθ' αὑτοῦσι κῦδος ἀέξει Coint. 6. 451.

Nulla est tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. Val. Max. 8. 15.

Nothi nec in bello fortes, nec in fide stabiles, nec honorabiles hominibus, nec Deo amabiles. Bonif Tholos. 14. reip. 1. 7.

2. *Nuptiarum* bonum aliquando fuit legis obsequium; nunc est infirmitatis remedium. Aug. in 1. Cor. 7. 2.

Matrimonium tutissimum iuuentutis vinculum. Plut. de fort. Ro.

Ὅσων γ' ἀγαπᾶς μὴ κρυφθῆναι δόμων ἔρᾳς, ἀνάγκη δυσχεῖν τὰς σιγώσας. Eurip. Herc. fur.

Athenis V. minæ nothis relinquebantur. Suid.

Ex vulgato corpore geniti nullam certi patris notam habent. Liu. lib. 38.

Sordes non computantur inter præcipuos. IC.

Μοῖραι λέχεος κάκιστοι, ἢ ἔνθεν εἰσὶν ἐρώτων. Agath. Epigr. lib. 7.

creatus est, eodem die nuptias in paradiso (terrestri) cum vxore celebrauit. Veteres autem scriptores, Græci iuxta ac Latini, multis & eximijs coniugium ornarunt encomijs. (Sed nunquam tantum vel dicere vel scribere potuerunt, quin plus quotidiana nobis experientia demonstret.) Nos verò, vt relictis superfluis, maximè necessaria colligamus, quinque bona viro sapienti, suscepto matrimonij iugo, expectanda possumus affirmare.

Primum coniugij beneficium est memoria in filijs, qui mortuis succedunt parentibus, superstes. Nam secundum Pythagoram, quando pater ex hac vita discedens filium hæredem in domo sua relinquit, non potest dici senex mori; sed in filio repuerascere, cum & carnis, & opum, & memoriæ filius paternæ hæreditatem adeat. Scitum est & veterum sermone tritum prouerbium: ODOREM odorum panem, saporem saporum salem, & amorem amorum filios esse. Nam vt verum fateamur, NVLLVS est amor magis secundum naturam, quàm caritas inter parentes ac liberos. Quòd si quam interdum parentes in filios austeritatem præ se ferunt; non ex odio quidem illa proficiscitur; sed quoniam DILECTIONIS, qua filium pater prosequitur, ardor nihil in eo vituperabile ferre potest. Non solùm homines rationis participes & bruta; sed plantas etiam virides, arboresq; syluestres ac hortenses indiuiduorum suorũ perpetuitatem, quantum possunt, tueri ex eo manifestum est, quòd antequam ad vescendum fructus matureſcant, semina primùm & nuclei ad speciem perpetuandam formantur. Cùm autem natura duce homines gloriam in vita, & memoriam post mortem expetant; gloriam quidem factis heroicis (& eximijs) parandam; memoriam verò in filijs virtute præstantibus legitimisq; relinquendam aio. FILII enim ex adulterio nati, vt cum peccato generantur, sic cum molestia educantur.

Secundum matrimonij beneficium est, quòd ad euitandam scortationem prodest: cuius criminis fuga neutiquam paruipendatur. ADVLTERI enim & scortatores non tantum ex Religionis Christianæ præscripto inter peccatores numerantur; verum etiam apud multos gentilium infames sunt habiti. Solon quidem Salaminius in ijs, quas Atheniensibus dedit, legibus seuerissimè præcepit, vt omnes essent maritati, & scortationes vitarent, hac constituta pœna, vt filius illegitimo toro natus mancipium esset ciuitatis publicum. Romani verò, vt omnibus in rebus erant circumspecti, XII. tabularum legibus statuerunt & sanxerunt, ne bonorum paternorum hæredes essent spurij.

Æschines orator Athenis relegatus, cùm Rhodum venisset nulla in re magis elaborauit; omnesque ingenij neruos 219

conten-

contendit, quàm vt persuaderet Rhodijs, vt vxoribus ductis concubinarum consuetudinem fugerent. Quippe barbari illi non in vniuersum; sed ij solummodo, qui publica gerebant munera, iustas habebant vxores. Cicero in epistola quadam familiari autor est, M. Porcium Catonem, cùm Princeps esset Senatus, non permisisse, vt magister equitum crearetur Rufus, ipsius auunculus, licet honorem illum Senatus ei decreuisset; cùm gratiam fortitudine collectam, concubinatu illum effundere dictitaret; neque suo se suffragio præfecturam militarem vlli vnquam daturum, nisi qui legitimam haberet vxorem.

Cùm ergo gentiles siue pagani illi tanto in honore matrimonia, tanto in odio scortationes habuerint: multò magis (me quidem iudice) Christianos hac in parte cautos & circumspectos esse oportet; quoniam GENTILIBVS præter infamiam nihil metuendum erat; cum Christianis præter dedecus, pœna quoque timenda sit. Enim verò cùm & necessaria sit humani generis propagatio, & homines à libidine superari ipsa clamet veritas: SATIVS profectò est eos ductæ in matrimonium vxoris familiæque curam gerere, quàm & facultates profundere, & conscientiam concubinæ consuetudine labefactare. SÆPE enim vsu venit, vt tantum in vagos amores nobilis quispiam insumat, & impendat, quantum vxori liberisq; honestè alendis sufficeret.

Tertium coniugij beneficium est, laudabilis & iucunda, quæ inter coniuges intercedit, (aut intercedere certè debet) societas. Prisci philosophi hominem definientes, animal esse dicebant sua natura communicabile, sociabile, & risibile; Vnde hominem secessu ac solitudine gaudentem, moroso ingenio esse efficitur. NATVRAM mitem & ingenium mansuetum in hominibus exoptamus, in animantibus commendamus. IVMENTO enim calcitroso (refractarioque) & homini intractabili (ac turbulento) quicquid pabuli datur, malè collocatur (& perit.) HOMO austerus, soliuagus, omnis congressus & societatis osor, quid populo prodesse possit, non video. SI enim singuli domi suæ inclusi lateant; breui intereat respublica necesse est.

Hæc aduersus cœlibes & erraticos dirigitur oratio, qui nullum amplexi certum vitæ genus, quadragesimum aut quinquagesimum excesserunt annum, abhorrentes scilicet à coniugijs, vt tota vita in vitijs volutentur. Turpe ac probrosum, imò conscientiæ noxium est, quòd multi nullum
220 *deliberationi, de eligendo vitæ genere, finem imponunt, sintne mariti an continentes, seculares an Ecclesiastici futuri; sed vt suber fluminis, sic ipsi libidinis impetum quolibet sequuntur.*

Qui liberos odit & improbus pater est, nunquam reipub. bene consulet. Æschin. cont. Demost.

Ancillam à toro abiicere & vxorem certæ ingenuitatis accipere, nõ duplicatio coniugij, sed protectus est honestatis. Leo. ep. 70. c. 6.

Plurimum differt ille honestissimus vxorius amor, à figmentis illecebrisq; concubinalibus. Sidon. 9. 6.

Caritas liberorum amiciores parentes reip. reddit. Cic. ad Brut. ep. 12.

Cretenses adulteris ad turpissimam infamiam redactis omnes in rep. ad dignitates vias intercludebant. Ælian. lib. 12.

Ideò coniugij datum est tibi ius, ne in laqueum incidas, & cum muliere aliena delinquas. Ambr. 32. quæst. 4. Can. Nemo.

Benè vtitur malo, concupiscentiam restringens connubio. Aug de baptis. pueror.

Communis vtilitas societatis maximum vinculum. Liu. lib. 1.

Inuenit artem Fœmina, qua cupidi carpat amantis opes. Ouid. art. 1.

Nunquam quisquam probus erit amator, nisi qui rei inimicus est suæ. Plaut. Truc. sc. 2.

Pecunias quas vnciatim amator comparsit, sæpè semel vniuersas in scorti marsupium effundit Ælian. lib. 4.

εἰς ἔντερον πόρνης πολλάκις μεταῤῥυίσκεται τὰ χρόνῳ καὶ πόνῳ συλλεγέντα μακρῷ. *Nicet. Alex. Man. Comn. F.*

3. *Suauitas societatis coniugalis.*

Quomodo solitudo in odio est, sic in dulcedine appetitio societatis. Sen. ep. 9.

ἐκ δὲ γάμων, οἶκος ὁμοφρονέει. *Iulian. epigram. lib. 1.*

ὄλβιοι οἱ φιλέοντες, ἐπὴν ἴσον ἀντεράωνται. *Bion Epigr. lib. 1.*

Marito in mœrorem aliquem prolapso commodissimus portus est vxor. Nazianz. ad Olympiad.

Genus hominum sociale est; ipsius autem societatis principium est coniugium. Athe. Volaterran. lib. 29.

Non ij simus, quorum vagetur animus errore, neque habeat vnquam, quid sequatur. Cic. 2. off.

Chi non dà fine al pensare, non da principio al fare. Prou. Tesor. polit. 1. 238.

Dum quis sis, dubitas, iam potes esse nihil. Mart. 2. 64.

Optima viuendi ratio est eligenda; eam iucundam consuetudo reddit. Cic. Heren. 4.

Ideò peccamus, quia de partibus vitę omnes deliberamus, de tota nemo deliberat. Sen. ep. 71.

Seruata inuicem fides, indiuiduam facit caritatem. Lactant. 3. 20.

οὐκ ὀδύνην οὐκ ἄλγος ἐχεῖ γάμος, ἀλλὰ χορείην. *Theocr. Idyll.* λϛ.

Ἄριστον ἀνδρὶ κτῆμα συμπαθὴς γυνή. *Eurip. Stob.* 63.

Marito in mœrorem prolapso commodissimus portus est vxor. Nazian. ad Olymp.

Maritus & vxor nisi liberis initientur, non firmissimis corporum vinculis inhærent. Fab. declam. 1.

Qui vxoris tulerit improbitatem, mercedem magnam à Deo expectet. Chrysost. Volaterr. lib. 29.

Licèt honesta sit & vtilis copula maritalis, angustiæ quàm lætitiæ fœcundior est. Saresb. 8. 11.

Coniux aut perpetuale refugium, aut perenne tormentum. Fulgent. Mythol. Alcest.

Ἄλλων δὲ πάντων δυσμαχώτατον γυνή. *Eurip. Stob. serm.* 73.

Male nuptis domi & foris ægrè quod fit, satis superest. Plaut. Casin. sequimini.

Vxor in eo se existimat dominam, si aduersus viri fecerit voluntatem. Sa esb. 8. 11.

Maritalis amor omnes omnium amores & amicitias superare debet. Artemidor.

Ἀλλήλοισι χῆρες τε καὶ οὔατα καὶ πόδες ἐσμὲν συζυγίῃ. *Nazian. Rittersh. ad Oppian.* 317.

Quod honestius leuamen, quàm assumere coniugem prosperis dubiisq; sociam? Tacit. annal. 12.

παρὰ τῶν θεῶν τὸ τὴν γυναῖκα εἶναι οὕτω σὶ μὲν πεθήνιον, οὕτω δὲ φιλόστοργον, οὕτω δ' ἀφελή. *M. Anton. de Faustina lib.* 1. *vit. suæ.*

Nubendo non prosperæ tantùm, sed omnis fortunæ societas initur. Iustin. lib. 23.

Ποῖα ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ τερπιὴ ἄνευ πίστεως ὁμιλία. *Xenoph. Hieron.*

† *maritus.* * *vxor.*

ἐν τοῖς κακοῖς, οὐκ ἔστιν οὐδὲν κρεῖσσον οἰκείου φίλου. *Eurip. Andromach.*

4. *Maritorum dignitas sancita à legislatoribus.*

Phroneo.

Qui suis rationibus inimicus fuerit semper, eum quomodo alienis rebus amicum fore speres? Cic. Herenn. 4.

Non possum adduci, vt credam vrbi vtilē, quem domi scelestum cerno. Val. Max. 2. 1

Solone.

INTER laudatissimas & sanctissimas in hac vita societates est viri cum vxore coniunctio, in primis, si vxorem ille nactus sit virtute præstantem. GENEROSA enim & fida vxor molestias marito, quibus affligitur, abstergit; & obsequia, quibus refocilletur, præstat. QVANDO vxor virtute ornata, & maritus cordatus est; vera ambos caritate deuinciri consentaneum est. Cùm enim omnem à se vtrique suspicionem segregent, & pignora habeant communia; fieri non potest, quin inter se concordissimè viuant. Equidem quantum vel legi, vel vidi, dicere ausim, VBI pulchrè inter maritum & vxorem conuenit, non tantum bonos coniuges dici; sed etiam sanctos homines appellari posse. Etenim TANTA sunt coniugij onera, vt sustineri (ac tolerari) citra grande meritum non possint.

Contrarium verò de ijs affirmari & potest & debet, qui infeliciter coniugati sunt, quod non sanctorum consortium; sed dæmonum contubernium appellabimus. VXOR enim viro improbo nupta dæmonem se domi habere existimet; & MARITVS, cui malè morata vxor obtigit, ipsum se Orcum intra lares suos habere ducat. Equidem FVRIIS Tartarijs peiores esse aio fœminas malas; cùm apud inferos illæ malos tantùm torqueant; mulieres verò indomitæ bonos iuxta ac malos excrucient.

*Sed vt quod institui pertexam, INTER virum & vxorem feliciter coniugatos, verum (stabilemq;) esse amorem statuo atque affirmo, neque præter illos alios perfectos perpetuosq; amicos dicendos. Cæteri enim AMICI & propinqui si nos iam amant, paullò post oderunt, si præsentes diligunt, contemnunt absentes; si benedictis nos demulcent, malefactis lædunt; denique in secundis nos rebus depereunt, in aduersis (spernunt &) deserunt; quod inter fidos & generosos coniuges minimè fit. Illi enim inter sese domi forisq;, in prosperis & aduersis, in diuitijs & egestate, absentes præsentesque, lætitia exultantes & mœrore affecti, amant; quod si non faciunt, facere certè debent. ITA enim VIRVM erga vxorem, & hanc erga virum animatam esse decet, vt si calces † alter rigidas dolet, id in tenerrimis * alter visceribus (vt ita loquar) sentiat.*

Quartum coniugij beneficium est, quòd maior est mulierum virorumq; connubio iunctorum, quam cœlibum dignitas & autoritas. Multæ prisco æuo & diuersæ in honorem coniugij latæ sunt leges. Nam Phoroneus in legibus, quas Ægyptijs dedit, graui constituta pœna sanciuit & iussit, NE QVIS cœlebs vlli præficeretur in rep. muneri, quòd EVM, qui domum suam regere non didicisset, malè gubernaturum remp. diceret. Solon Salaminius in legibus Atheniensium ci- 221

uibus

uibus suasit, vt vxores sponte ducerent; duces verò (& præfectos,) qui bello præerant, etiam inuitos vxores adegit ducere; VIRIS effœminatis † raras concedi affirmans à Diis victorias. Lycurgus Lacedæmoniorũ princeps & legislator clarissimus, exercituum duces templorumq; sacerdotes vxores iussit ducere. MARITORVM enim sacrificia diis acceptiora esse, quàm cœlibum asseuerabat.

Plinius epistola, qua Falconem amicum reprehendit, quòd cœlebs viueret, veterẽ ait fuisse Romanorum legem, vt Dictator, Prætor, Cẽsor, Quæstor & Magister equitum nemo esset, nisi maritus. Dicebant enim MAGISTRATVS, ex quorũ administratione salus populi pẽdet, non oportere iuuenũ cœlibũ potestati permitti. VIR. n. qui neq; vxorẽ neq; liberos (legitimos) domi habet, nullã potest habere autoritatẽ in republica.

Plutarchus in libro, quem de coniugij laudibus edidit, autor est, sacerdotes Romanos (maritos) non permisisse, vt iuuenes nondum mariti in templis sederent; sed puellas innuptas ante portas orasse; iuuenes autem ac viduos genibus nixos precatos esse; Solis verò maritis licuisse, vt acclinati aut sedentes orarent. Plinius in epistola ad Fabatum prosocerum commemorat. Augustum Imperatorem in more habuisse, vt neque iuueni cœlibi sellam poni iuberet, neq; maritum stantem dicere pateretur.

Plutarchus in libro de laudibus mulierum dicit, cùm plures essent Corinthi concubinarij, quàm mariti, latam fuisse legẽ, vt viri & fœminæ, qui matrimonij expertes, liberos familiamque non aluissent, sepultura post mortem carerent.

Bonum maritum agere, quàm in republica magnum virum esse, pluris veteres censuerunt. Alexand. 4. cap. 8.

† *concubinariis.*

Rhodigin. 28. 24.

Lycurgo.

Spartana lex multam statuit ei, qui vxorem non ducebat, qui sero, qui non bene. Volat. lib. 29.

Romanis.

Censores equitum peditumq; prolem describunto, *cœlibes esse prohibento. Cic.* 1. de ll.

ὧν τοῖς οἰκείοις ὅς τις ἐς' αὐτῆς χρῃσὶς, φανεῖται κἀν πόλει δίκαιος ὤν. *Sophoc. Antigon.*

Τοὺς πόλεις τῇ τὰς φίλας οὐ ποιοῦντες, πάντες τ' οἰκείων ἐπιμελέστεροί εἰσι. *Xenoph. de venat.*

Honor maritis habitus.

οἰκοφθόρον γὰρ οὐδὲν κωλεῖ γυνὴ ἐσθλὴ παρεζδυχθεῖσα, ᾗ σώζει δόμους. *Eurip. Stob.* 631.

In spectaculis Augustus maritis è plebe proprios ordines assignauit. Sueton. cap. 44.

ὁ μὴ πειρῶν ἐγκρατὴς γαμετῆς γυναικὸς τὰ τέκνων, ἄγευστος ἐστι τ' ληθινωφίλητης τῆ γνησίᾳ σύνοικος. *Hierocl. Stob.* 637.

Vxor proba magnum momentum ad viri felicitatem, Xenoph. Oecon.

δεσμὸς οἰκῶν ἐθνείων αἱ ἐπιγαμίαι, τῷ ἀλλοτριότητι εἰς οἰκειότητα μετάγουσαι. *Philo. Stob.* 289.

Proximam virginitati continet palmam, in coniugii fœdere permanens pudica. Sedul. pag. 221.

Quanto sanctior res connubium est, tanto religiosius coli debet. Hieron. epitaph. Fabiol.

Licet contrahat carnalis infirmitas culpam; impetrat tamen nuptialis integritas veniam Fulgent. epistol. 1.

σὺ μὲν φόβον, ὅστις φοβεῖται, μὴ διεξελθὼν λόγῳ *Eurip. Troad.*

Vxor domus, & omnium quæ intra domum sunt, fidelissima custos. Democrat. Volater. lib. 29.

ἐκ γὰρ γυναικὸς αἰδὴς λήϊζετ' ἄμεινον ἢ ἀγαθῆς. *Hesiod.*

† *mariti in ciuitate dignitatem conseruare G.*

CAPVT II.

Persequens institutum autor, matrimoniorum interuentu sæpe amicitiam conciliari inter inimicos asserit.

HÆC ergo, quæ recitaui, aliaq; plurima exẽpla, quorum cõmemoratione superfedeo, satis ostẽdunt; quanta sit coniugij, non solum in iis, quæ ad conscientiam spectant; verum etiam iis, quæ ad existimationẽ pertinent, excellẽtia. Nam si verũ fateri volumus, VIRI in ciuitate maritati raras indulgendi luxuriæ causas, & luculentas consequẽdæ dignitatis occasiones habẽt. Negare sanè non possumus & SVMTVOSA & molesta maritis esse coniugia, tum in educandis liberis, tum in perferẽdis matrũ importunitatibus. Veruntamẽ inficiari nõ possumus, VXOREM virtute & fide præstantem & domum collocupletare, & † in decus marito in ciuitate cedere. IN

5. *Pacis & amicitiæ conciliatio.*

Connubia cum exteris nouas coniunctiones faciunt, consanguinitate nihilo deteriores. Philo. de special. legib.

Fieri non potest, quin homines aliquando delinquamus, & alii alios offendamus. Simplic. Epict. cap. 35.

Æmulatio nascitur ex coniunctione, alitur æqualitate, exardescit inuidia, cuius finis est odium. Plin. paneg.

Auaritia latentium indagatrix lucrorum, manifestæ prædæ auidissima vorago. Val. Max. 9. 4.

Societatem hominum auaritia distraxit. Sen.

Sobre dinero no ay amistad. Cel.

Inimicitiarum variæ causæ.

Superbia radix omnium malorum est, mortisq; fomentum. Saresb. 3. 3.

Inter dispares mores non potest esse amicitia. Ambr. 3. offic. 16.

Nihil est, quod caritatem magis impugnet, quam venenum inuidiæ. Saresb. 7. 14.

Nulla administratio reip. non fert inimicitias & dissensiones. Plut. præcept. polit.

Πῶς ἂν ὁμονοήσειεν ἀνθρωποι πονηροὶ ὄντες ἀλλήλοις; ἢ πῶς ἀγαθὸς πονηρῷ ὁμονοήσειν; *Muson.*

Multi inueniuntur, qui meliores, obtrectare malint, quam imitari. Apul. flor. 1.

Placandi inimicos rationes variæ;

Mortales esse inimicitiæ debent. Sen. 5. controu. 2.

Malis omnibus finis de tempore venit. Symm. l. 3. ep. 6.

Dies vulnerat, dies medetur. Petrar. 5. Senil. 6.

Pecuniæ cunctæ difficultates sunt peruiæ; auroq; solent adamantinæ etiam fores perfringi. Apul. lib. 9. Asin. aur.

Speciosius iniuriæ beneficiis vincuntur, quam mutui odii pertinacia pensantur. Val. Max. 4. 2.

Ἔτι μᾶλλον τὸ χρηστὸν εἰς συμμαχίαν. *Nazian. Stob.* 317.

Optima per nuptias.

Ἐκ δὲ ἀναγκαίης ἰσχυρῆς συμβάσιες ἰσχυραὶ σὺν ἐθέλουσι συμμένειν. *Herodot. lib.* 1.

NEGOTIIS enim publicis, plus fidei datur ei, qui filiis stipatus, quàm alteri, qui annis oneratus est.

Quintum beneficium, quod ex matrimonio nascitur, est pax & reconciliatio cum inimicis, interuentu connubiorum facta. TANTA est hominum in præsenti vita πλεονεξία *& auaritia, tanta importunitas & malitia, vt paucissimi æuum expertes simultatum & inimicitiarum agant. Ea quippe est PRAVITAS nostra, vt cùm mille incurramus inimicitiarum occasiones, vix vnam reconciliandæ gratiæ inueniamus. Cùm igitur ea sit hominum auiditas, ij conatus, ea desideria & suspiria; non quidem tam paucos habere amicos, sed non plures habere miror inimicos. VBI enim lucelli spes affulget, neque amicitiæ, neque consanguinitatis, neque propinquitatis, neque religionis habita ratione; sed posthabita conscientia, perfrictaque fronte, suis quisque incrementis inseruit, etiamsi commodis officiat proximi.*

Quid loci est amicitiæ inter duos superbos, quorum alter eminere contendit, alter submittere sese abnuit? Quæ potest esse amicitia inter duos inuidos, quorum alter iis, quæ alter possidet, inhiat? Quæ potest esse amicitia inter duos auaros, quorum alter nihil audet impendere; alter congerendo (cumulando, aceruando) nunquam expletur? QVANTVMVIS multa legamus, vtut multa videamus, licèt multa perlustremus (& pro virili tentemus;) neq; videbimus vllos, neq; audiemus, qui nullos omnino inimicos habuerint. Sunt enim homines aut improbi aut virtutis studiosi. Si mali sunt (& vicioſi;) bonorum semper odio; sin boni (& virtuosi;) malorum semper (ac vicioſorum) persecutioni sunt obnoxij.

Multi veterum philosophorum bonam temporis partem consumserunt, (multum impenderunt pecuniæ,) imò somno quoque se ipsi defraudarunt, dum rationes quærunt, quibus inimici (& inter se dissentientes) reconciliandi, & in gratiam reducendi sint: quorum nonnulli dixerunt ADOBLIterandas simultates multum facere temporis diuturnitatem. MVLTA enim, quibus ratio mederi nequit, temporis longinquitate mitigantur. Alij ad placandos inimicos non parum prodesse largitiones dixerunt. PECVNIIS enim non modò corda mollia (& muliebria) franguntur; sed durissimæ etiam cautes (rupesq;) rumpuntur. Quidam optimum dixerunt esse remedium, vti internunciis amicis, in primis si viri essent sapientes & cordati. ORIS enim verecundi, animiq; generosi homines oblatis sibi pecuniis erubescunt; precibus verò bonorum remolescunt. 223

Verùm expensis omnibus mediis, cunctisq; remediis ad reconciliandos inter se inimicos ponderatis; nihil expeditius, nihil efficacius est matrimoniis. TANTA quippe est coniugalis

galis sacramenti excellentia, vt in aliis amicitias pariat nouas, in aliis inimicitias extinguat veteres. Quàm diu Iulij Cæsaris vt soceri, & Pompeij Magni vt generi durauit affinitas, nulla inter vtrunque extitit simultas aut odium. Postquam verò (Iuliæ abortu) diuortium Pompeius cum domo Iulij fecit; tam capitales inter illos extiterunt inimicitiæ, vt in bella postea teterrima eruperint, ac tales tantæque fuerint, vt Pompeius caput inuitus amitteret, & Iulius Cæsari immaturo vitam finiret exitu.

Nisi ciues Romani raptis ex agro Sabino virginibus † plurimis, mutato cōsilio, mariti quàm raptores esse maluissent; (aut Sabinis interitum, aut) internecionem nomini Romano facinus illud attulisset. Iurauerunt enim Sabini se filiarum iniuriam vel cum fortunarum capitisque periculo vlturos. (Verùm coniugij interuentu amore ambo populi sunt maximo confœderati. Romani quippe Sabinorum filias, quas rapuerant, matrimonio sibi iunxerunt.)

Quod poterat esse capitalius dissidium, quàm Dei cum homine, per peccatum (Adami) à se abalienato? Et tamen nulla deinceps neque fuit, neque futura est arctior, quàm inter ipsos amicitia, non aliam ob causam, quàm interuentu admirandæ copulationis, qua Deus homo, & homo Deus factus est: & ordinandi confirmandique gratia coniugij Filius Dei matrem suam desponsatam esse voluit, idemque postea nuptiis interfuit, vbi aquam in vinum conuertit, quemadmodum hodie INFELICITER coniugati vinum in aquam vertunt.

Non loquimur hîc de religiosis aut ecclesiasticis, nec de iis, qui deuotionis ergò vitam agunt solitariam. Illi enim mundi illecebras fugientes, vitamque eligentes periculo minùs obnoxiam, animas Deo suas deuouerunt, & corpora sua tanquam hostias illi acceptas obtulerūt. Neq; enim quod in Synagoga fiebat (Iudaica) idem in religione accidit Christiana. Illi enim hircos & vitulos immolabant: hi verò nihil nisi suspiria lacrimasque offerunt.

Sepositis ergo illis, tanquam viris Deo sequestratis; consilium esse aio atque affirmo sanctum ac laudabile, matrimonij sacramento vti, quod licèt voluntariò cuncti suscipiant: Principibus tamen & magnatibus etiam necessariò suscipiendum est. PRINCIPIS enim, qui tori genialis expers liberis caret, subditos ingens manet solicitudo ac tristicia.

224 *Plutarchus in præceptis connubialibus dicit, legem fuisse apud Lydos sanctissimam, vt Reges (ac magistratus) necessariò mariti essent, quæ lex tam strictè seruabatur, vt si Princeps moreretur relicto filio, per ætatē gubernationi iā idoneo, non*

Amicitiæ per connubia contrahendæ mos priscis firmissimus habebatur. Dion. lib 2.

Multi nouis affinitatibus adducti, veteres inimicitias sæpe deponunt. Cic. pro Cluent.

Connubia familiis externis sunt pro vinculo, quo soluto, soluitur & affinitas. Philo. legat ad Cai.

Appian. Ciu. 2. Val. Max. 4. 6. Flor. 4. 2.

Generos soceris mediæ iunxere Sabinæ. Lucan. lib. 1.

† 683. *Dion. lib. 1.*

Quibus sors corpora dedit, dent animos Liu. lib. 1.

Sæpe malo ex principio magna familiaritas. Terent. Eunuch. 5. 2.

Plut. in Romul.

Sæpe ex iniuria postmodum gratia orta. Liu. lib. 1.

Perierat orbis, nisi iram finiret misericordia. Sen. 1 Contr. 1.

Deus in ipsis sponsalibus gaudiis relaxat quicquid eum offenderat mundus. August. de temp. 22.

Si rationem Deus exigere voluisset, omnino periissent homines. Theophyl. 2. Cor. 5.

VERBVM dignatum est caro fieri, vt caro posset verbi, hoc est, Dei nomine nuncupari. Fulg. de incarn. 10.

Nisi verbum dignaretur caro fieri, nulla posset caro saluari. Leo. epist. 97.

O Coniunctio sine sordibus facta! vbi maritus sermo est, & vxor auricula. Fulg. de laudib. Mariæ.

Considero conceptum Virginis, & expauesco; intueor partum & contremisco; adoro filium, & reuiuisco. August. de temp. serm. 18.

ἄλυπον ἕξεις τὸν βίον χωρὶς γάμου. *Prou.*

Pœnas cælibatus sustulit Constantinus propter Christianos παρθενίαν καὶ ἀπαιδίαν διὰ θεὸν ἀσκοῦντας. *Euseb. Lips. ad Tacit. 3. annal.*

Virginitas gratia constat, continentia virtute. Tert. de virg. velan.

Desideria pati & non vinci, illustris viri est & perfecti. Ambr. 1. Cor. 7.

Κακὸν δ' ἄστυλος ἰδέσθαι οἶκος. *Leonid. epigram lib. 3.*

Væ populis, quibus regnandi spes in subsecutura dominorum prole non relinquitur. Ditmar. lib. 1.

Magis hæres fidus nascitur, quàm scribitur. Mim.

Non legiones, non classes, perinde firma imperii munimenta, quam numerus liberorum. Tacit. Hist. 4.

Lydorum Reges ad coniugia adacti.

Maxima est perditio, alienigenas regnare; hinc depressio & libertatis venit magna periclitatio. Ditmar. lib. 1.

Apud Spartanos à morte Regis iustitium fiebat per dies X. Herod. lib. 6.

non prius ad regni gubernationem is admitteretur, quàm vxorē duxisset; & quod maius erat, quo die cōiux moriebatur, simul cū eius morte & gubernatio & autoritas regia vacabat, † vt si Rex longo tempore viduus maneret; longo etiam tempore absq; regno esset.

Cùm PRINCIPES in illustri loco positi & videant omnes, & ab omnibus videantur; ad vitæ honestatē continentiamque obligantur, quā præstare neutiquam poterunt, nisi connubio sint deuincti. Ad extremum enim à libidine superati, necesse est (aut ciuium domos pererrent, aut) in lustris volutētur inhonestis, (idque cum probro & ignominia tum propria, tum proximi, interdum etiam maximo cum vitæ discrimine & detrimento.)

CAPVT III.

Quemadmodum ad eos, quibus liberi essent, ac deinde ad eos, quibus liberi coniugesq; non essent, Augustus verba fecerit, quæque de iis constituerit.



QVONIAM equites magno studio legem, quæ de coniiugij liberorumq; expertibus lata erat, antiquari cupiebant, eorum cœlibes seorsum, seorsum maritos, aut quibus esset proles, in cōcionem Augustus conuocauit: Ac vbi hos numero illis longè inferiores vidit; dolore commotus, hos in hæc est ferè verba allocutus:

Et si respectu tantæ huius vrbis molis perpauci, longeque aliis, qui officium suum detrectant, pauciores estis: tamen propter hoc ipsum ego vos eò magis laudo, ac gratias maiores habeo, quòd & audientes dicto fuistis, & patriam ciuibus impletis. Qui. n. vestro more viuunt, multos posteritati Romanos relinquent. Ita ab initio cùm Romanorū esset perquam exiguus numerus, nuptiis studentes, liberosq; procreantes, non virtute modò; sed etiā multitudine hominū omnes mortales superauimus. Quorū memores Nos MORTALITATEM naturæ conuenit perpetua stirpis successione, quasi faciē aliis subindè aliis porrigētibus, cōpensare: Vt qua sola re à diuina felicitate absumus, eam perennitatem mutuò nobis inuicem tradamus.

Quam potissimum ob causam primus iste ac maximus, 225
qui nos condidit, DEVS humanum genus in duas partes cum secuisset, ac masculam vnam, alteram muliebrem fecisset; amorem eis ac necessitatē coitus inter se indidit, † eamque fœcundam esse voluit; vt ex his, qui ex aliis alij nascerentur, humanum quoq; aliquo modo sempiternum existeret genus. Quin ipsorum quoque deûm viri quidam, aliæ mulieres esse, genuisseq;

Vxore mortua Flamen Dialis flaminio decedebat. Plut. quæst. Ro.

* *Regnumq; & resp. regimine carebat, quam diu rex ad secundas transire nuptias morabatur; atq; ita nonnunquam sine Rege & regimine erant, G.*

In Principem omnium oculi coniiciuntur. Cic. Offic. 2.

Dari regalibus vsquam secretum viciis nequit. Claudian. 4. Cos. Hon. 272.

Integritas præsidentium, salus est subditorum. IC.

Nunquam turpior & deterior libidinis amor, quam cum se honorato miscuit. Fulgent. Mythol. 2.

Insanum est & malum in hospitium diuorti ad cupidinem. Plaut. Trinum. Stailico.

Generis diuersi sexus instituti, vt per coitus & connubia corporum res caduca & labilis successionis perpetuæ innouatione duraret. Arnob. lib. 3.

Augustus pronum in omnia mala, & in luxuriam fluens seculum grauibus legibus seuerisq; multis coercuit. Flor. lib. 4. extrem.

* *Hoc caput ex Dionis libr. 56. translatum, Italicum solummodò exemplar habet.*

Βίου καὶ γενέσεως παίδων κοινονία, κεφάλαιον ἐστὶ γάμου. *Themist. Stob. 644.*

Ex quibus rebus resp. maximè laborat, iis maximè mederi conuenit. Cic.

In creatura rationali obedientia mater quodam modo est omnium custosq; virtutum. August. 14. ciu. 12.

Obedientia maximum bonum in rep. & militiæ & domi. Xenoph. de rep. Lacedæm.

Metelli rationem Augustus, cum de maritandis ordinibus ageret, velut eo tempore scriptam in senatu recitauit. Liu. epit. 59.

Χρὴ συνοικεῖν γενῶντας τε καὶ ἐκτρέφοντας παῖδας καθάπερ λαμπάδα τὸν βίον παραδιδόντας ἄλλοις ἐξ ἄλλων θεραπεύοντας ἀεὶ θεοὺς κατὰ νόμους. *Plat. 6. de ll.*

Ipsa natura hoc circuitu complet perpetuitatem vitæ, specie nimirum, cum nequeat numero. Aristot. Oecon. 3.

Amor coniugalis naturam nostram pessum euntem generando resuscitat. Plut. Erot.

Coniugium genus humanum immortale reddit.

Plato in sympos. & 4. de ll.

† *ac fœcundam eorum consuetudinem esse voluit.*

ὅταν δὲ κρηπὶς μὴ καταφληθῇ γένους ὀρθῶς αὐάγκη δυστυχεῖν τοὺς ἐκγόνους. *Eurip. Herc. fur.*

genuisseque alij alios traduntur. Adeo etiam ijs, nihil harum rerum indigis, nuptiæ & procreatio liberûm pulcra visa sunt.

Proinde rectè vos deos imitati, ac parentum vestrorum exempla secuti estis; vt quomodo vos ij progenerarunt, ita vos aliam sobolem sufficiatis: vt istos maiores vestros ducitis ac vocatis; ita vobis idem alij nomen tribuant: Vt quas res illi vobis cum gloria præclarè tradiderunt, eas alijs vos transmittatis: quæ bona ij parta vobis reliquerunt, eadem vos alijs ex vobis ortis relinquatis.

Quid enim causæ est, cur non optima res sit vxor pudica, custos administratrixq; domus, liberorum nutrix, quæ & sanum exhilarare, & ægrum curare, lætis vtenti rebus socia esse, aduersas consolari possit; iuuentutis nimiam animi naturam coërcere, effœtam senectæ austeritatem temperare? Non sit suaue, ex vtrisque natum infantem alere ac educare, imaginem corporis animiq; sui, vt in eo adolescente alter tute nascaris? Non beatissimum, vita abeuntem proprium atq; ex te ipso editum relinquere, qui in facultates ac stirpem tuam succedat: ac naturæ humanæ ratione dissolutum, eius successione viuere: neque quod in bello fit, inter alienos versari, ac protinus semel perire?

Hæc commoda priuatim eos sequuntur, qui nuptijs & liberis student. At verò reipublicæ, cuius causa etiam contra animi nostri sententiam multa nobis sunt facienda, qui non sit & vtile & necessarium (siquidem vrbes & populi durabunt, ac vos alijs imperabitis †) multitudinem esse hominum, quæ pacis tempore terram colat, quæ nauigationes exerceat, quæ artes & opera tractet; quæ in bello promptior generis sui causa sit ad res tuendas, & ex qua in amissorum locum alij possint substitui? Vos itaque ego, ô viri (soli enim vos hoc nomen meremini) atque ô patres (hæc enim vobis meritò communis est mecum appellatio) hac de causa & amo & laudo; præmijsq;, quæ constitui, vos orno; ac alijs præterea
226 *honoribus etiam, magistratibusq; decorabo: Vt & vos magnos inde fructus percipiatis, & non minora vestris liberis bona relinquatis.*

Nunc verò ad reliquos descendam, qui vt omnia vestris factis dissimilia egêre; ita diuersa quoque omnia habebunt: vt non verbis modò, sed ex re ipsa magis adhuc intelligatis, quanto ijs vos præstetis. Hæc locutus, ac nonnullis eorum certa præmia confestim largitus, reliqua pollicitus, digressus ad alteros, in hanc sententiam eos appellauit.

Miro modo vestrûm causa affectus sum, ô vos, quos nescio, quo nomine compellem: Virorúmne? at virile nihil exhibetis: ciuium? at quantum in vobis eius situm est, ciuitas perit: Romanorum? atqui hoc nomen destruere intenditis.

Etiam feras inter sese partus atq; educatio, & natura ipsa conciliat. Cic. pro Rosc. Amer.

Locupletes ad tollendos liberos ingentia præmia & pares pœnæ cohortantur. Plin. paneg.

Coniugium institutum, ne animantium genera deficerent, & vt essent, à quibus nostra senectus aleretur. Xenoph. Oecon.

χρὴ παῖδας παίδων καταλείποντα, ἀεὶ τῷ Θεῷ ὑπηρέτας αὐτὸ αὐτοῦ παραδιδόναι. *Plato. Stob. 639.*

Reuertentibus post laborem, quid honestius, quàm vxorium leuamentum? Tacit. anal. 3.

Μακάριος, ὅς τις εὐτυχεῖ γάμον λαβὼν ἐσθλῆς γυναικός. *Eurip. Stob. 643.*

Filius spes parentis, memoria nominis, subsidium generis, hæres familiæ, reip. ciuis. Cic. post redit.

Quis talis affectus inueniatur, vt vincat paternum? Iustinian. in l. vlt. C. de curat. furios.

Μεγάλη γένεσις ἀνθρώπου, ἣν ἀποτελεῖ τοῦτο τὸ ζεύγος. *Muson. Stob. 644.*

Ciuitas, quæ ex multis familiis constat, tunc floret, cùm res priuatorum florent, & contra Dion. lib. 2.

Publica commoda priuatis vtilitatibus anteponenda. Idem. lib. 11.

† *alij subditi vobis erunt.*

ὡς ἀγαθόν ἐστι πρᾶγμα τὸ γενέσθαι τινὸς πατέρα. *Menan. Stob. 668.*

Φιλοτιμία μάλιστα ἀπαροξύνει πρὸς τὰ καλὰ καὶ ἔντιμα, *Xenoph. memorab. 3.*

τιμὰ τὰ πράγματα κρέσσονα ποιεῖ. *Bion Stob. 410.*

Pudore, modestia ac iustitia omnis ciuilis societas conseruatur. Dion. lib. 6.

Virtutis vberrimum alimentum est honos. Val. Max. 2. 1.

Transit ad inobedientes.

ὑπακοὴ μετὰ ἐγκρατείας ὑποτάσσει καὶ θηρία *Stob. 450.*

Præmio & pœna continetur resp. Cic. ad Brut. ep. 15.

Potiùs serò, quàm nunquã obuiam eundum audaciæ temeritatiq;. Liu. lib. 4.

Eosq; grauiter obiurgat.

Pauperes satis stipendij pendunt, si liberos educent. Liu. lib. 2.

Quicunque verò tandem estis, aut quocunque nomine vos fertis; inusitata, inquam, res mihi accidit. Solitus enim nihil non semper agere, quo magnam vestrûm efficerem multitudinem: nunc ad vos verba facturus, ægrè fero, tantam esse vestrûm copiam; maluissemque tot illi potius essent alij, quos iam sum allocutus †; vos autem aut cum istis fuisse, aut omnino mihi non visos: qui nulla neque deûm prouidentiæ, neq; maiorum curæ vestrorum habita ratione, omne vestrum genus abolere, ac verè morti obnoxium efficere, omne nomen Romanorum perdere, ac finem ei imponere in animos vestros induxistis. Quod enim generis humani semen relinquetur, si factum vestrum omnes alij (populi) imitentur? cuius cùm initium apud vos sit; iure vniuersalis interitus culpam sustinebitis.

Quòd si nemo exemplum vestrum sequetur; optimo iure hanc ipsam ob causam odio omnibus eritis, cum negligatis, quæ nemo alius (neglexerit:) & eas leges feratis, ea studia introducatis, quæ si imitari velint vniuersi, perniciem incidant; sin odio habeant, vos damnent. Neque enim, quia non omnes homines latrocinia aut sacrilegia (aliáve flagitia) perpetrant, ideo in his deprehensis parcitur: quin imò pœnam luere coguntur ob hoc ipsum, quòd soli, aut cum paucis ea egerint, quæ nemo alius.

*Quanquam si quis omnia maxima flagitia enumeret, nec singula quidem, sed vniuersa cum eo, quod nunc * tractatis, componat; tamen ea omnia magnitudinem vestri non adæquent. Nam & homicidium est, quod facitis, qui eos ne gignitis quidem, quos nasci ex vobis conueniebat: Impietatis vos obligatis; qui nomina ac honores maiorum cessare cogitis: Sacrilegium committitis, qui genera vestra à dijs immortalibus monstrata † aboletis: maximumq; donariorum ijs sacrorum, humanam naturam pessundatis, eoq; templa eorum arasq; euertitis: quinetiam ciuitatem dissoluitis, legibus non obtemperantes: proditis patriam vestram, sterilem atq; infœcundam reddentes: imò verò funditus eam demolimini, dum habitatoribus eam orbatis. NEQVE enim ciuitas domibus, porticibus aut foris hominum manibus; sed viris constat.* 227

Considerate verò, an non summam iram iure Romulus autor noster concepturus sit, si suos natales cum vestro instituto conferat, qui ne ex legitimis quidem nuptijs prolem generare vultis? Quid eos, qui cum eo fuerunt, Romanos? Si expendant, se alienas virgines rapuisse: vos ne vestras quidem amare: † Se bello prolem quæsisse: vos ne ex ciuibus quidem velle? Quid Curtium, qui mortem pertulit, ne nuptis sui spolia-

Ciuitas salua esse sine matrimoniorum frequentia non potest. Gell. 1. 6.

Non honoratur Imperator per legum contemtum Philo. legat. ad Cai.

φύσει πρόχειρον ἡ κακία, καὶ πολὺς ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁ δρόμος. *Nazian. Stob. 935.*

† *quàm quot vestrûm hic conspiciuntur.*

Nihil sapienter fit, quod si ab omnibus fiat, inutile est ac malum. Lact. 3. c. 22.

Quædam iura non scripta, sed omnibus scriptis certiora sunt. Sen. 1. controu. 1.

οὐ μόνον τοῦ εἶναι, ἀλλὰ καὶ τοῦ εὖ εἶναι σύνεργα ἀλλήλοις τὸ θήλυ καὶ τὸ ἄῤῥεν ἐστίν. *Aristot. Oecon. 1.*

Tanquam interitus reipublicæ autores.

Romulus, vxorem participem cum marito omnium & bonorum & sacrificiorum esse voluit. Dion. lib. 2.

Res vnius ætatis populus virorum. Flor. 1. c. 1.

ὁ ἐξεπίτηθες ἀδικῶν ἀπολογίαν οὐκ ἔχει. *Phil. Stob. 938.*

Qui liberos odit, & improbus pater est, nunquam reipubl. benè consulet. Æschin. contr. Ctesiph.

Et multiplicium scelerum reos.

ὀδυνηρόν ἐστιν εὐτυχοῦντα τῷ βίῳ ἔχειν ἔρημον διαδόχου τὴν οἰκίαν. *Menand. Stob. 668.*

* *admittitis.*

Natura ingenerat præcipuum quendam amorẽ in eos, qui procreati sunt. Cic. off. 1.

Πάντα τἀνθρώπων ἴσα. φιλοῦσι παῖδας οἵ τ' ἀμείνονες βροτῶν, οἵ τ' οὐδὲν ὄντες. *Eurip. Hercul. Fur.*

ἡ φύσις φιλότεκνον. *Synes. epist. 1.*

† *Orta.*

ἀναρχίας δὲ μεῖζον οὐκ ἔστι κακόν. *Sophocl. Stob. 411.*

Ciuium numerus opidis firmissimum ornamentum. Plin. 8. ep. 32.

αἵ γὰρ πόλεις εἰς, ἄνδρες, οὐκ ἐρημίᾳ. *Eurip. Stob. 410.*

Exempla maiorum contraria.

Ζήτει γυναῖκα συμμάχον τῶν πραγμάτων. *Prouer.*

Liu. lib. 1.

Raptas Sabinas Romulus improbis nuptiis confœderatas, maritorum & parentum cruore dotauit. Oros. 2. 4.

Matrimonia quia non impetrabantur, manu capta. Flor. 1. cap. 1.

† *Se prolem ex fœminis hostibus suscepisse, vos è ciuibus liberos non procreare.*

spoliarentur? quid Hersiliam, quæ filiam suam secuta, nuptiales vobis ritus ostendit? Enimuero patres nostri bellum contra Sabinos pro nuptijs gesserunt, & pacem composuerunt, ipsis eos mulieribus ac natis in gratiam inuicem reponentibus; iureq; iurando & fœderibus eas stabiliuerunt: Vos hæc omnia confunditis. Quamobrem? Vt scilicet cœlibes sitis exemplo Vestalium virginum! Ergo, si pudicitiam non seruaueritis, itidem vt illæ, supplicio afficiendi.

*Atque satis compertum habeo, acerbum vobis meum asperumq; sermonem videri: Sed primùm cogitandum vobis est, A MEDICIS quoque permultos, quando aliter nequeant, vrendo sanari. Deinde, me non libenter hanc ad vos orationem habere, qui id ipsum quoque crimen vobis obijciam, quòd ad hanc orationem me adegeritis. Quòd si verba mea molesta sunt vobis; nolite ea agere, ob quæ necessariò malè sit vobis audiendum. Si enim vos mea dicta mordent; quanto magis me & reliquos Romanos facta vestra? Ergo si verè ea vos lædunt, † pœnitentiam agite; vt laudandos vos, & * gratias agendas habeam; quem natura haudquaquam difficili præditum, omnia, quæ bonum legumlatorem decebant, constituisse, ipsi quoque nostis.*

Et quidem neque ante me cuiquam permissum erat, coniugium ac sobolem negligere; cùm initiò sub primam reipublicæ institutionem de ea re diligenter sit legibus cautum,
228 *multaque inde de eadem Senatus populusque statuerit, quæ recensere superuacaneum esset. Ego autem multam non obedientibus adauxi, vt eius metu in officio continerentur; præmia autem obtemperantibus tot ac tanta, quanta nulli virtuti præterea essent proposita, constitui; vt si nihil aliud; ea saltem ad coniugia & liberorum procreationem vos excitarent.*

Vos autem neque præmia appetentes, neque pœnam timentes, omnibus his spretis, ac quasi in nulla viueretis ciuitate, conculcatis, expeditam istam ac liberam vitam extra matrimonium, & sine sobole prætulisse vos dicitis, cùm interim latronibus ac immanissimis belluis nihilo præstetis. Neque enim adeo solitudo vos viuendi capit, vt absque mulieribus degatis, ac non quilibet vestrûm mensæ ac lecti sociam habeat: Sed licentiam libidini ac lasciuiæ vestræ exercendæ quæritis. At ego teneras adhuc puellas, & viris immaturas, vt ambiretis vobis permisi: vt cùm sponsorũ, propediem nuptias celebraturorum, nomen ferretis, eò magis rem familiarem curaretis. Libertinarum quoq; matrimonia ijs, qui † patritij non essent, concessi: vt si quem eò amor aut consuetudo impelleret, lege id facere posset. Neq; festinare vos quicquam coëgi, primò triennio, deinde biennio ad apparatum rei dato.

Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusq; sanguis. Cic. pro Rosc. Amer.

Μαινομένων ὅδε πρόπος καὶ κακοβούλων παρ' ἔμοιγε φωτ. *Eurip. Bach.*

Καὶ τὸ γῆμαι καὶ τὸ μὴ γῆμαι κακόν. *Sontari. Epigr. lib. 1. Brodæ.*

Arguere licitum est quod ęquum est esse correctum. Saresb 7. extrem.

Ιατροὶ πικρὰν πικροῖς κλύζουσι φαρμακοῖς χολήν. *Plut. ex Sophocl. de circu. in Lun.*

Ανόμου δ' ἀφροσύνας τὸ τέλος δυστυχίᾳ. *Eurip. Bacch.*

Medici quoq; grauiores morbos asperis remediis curant. Curt. lib. 5.

Quarundam rerum turpitudo etiam ad vindicantem redit. Sen. 6. benef. 32.

Non solùm quid vos audire, verùm etiam quid me deceat dicere, considerabo. Cic. Verr. 1.

† *mutare propositum vestrum.*

* *præmijs compensandos.*

Αξιώτερόν ἐστι προτιμηθῆναι τῆς συνηθείας τὸ χρήσιμον, ἡμεῖς ἀρχὴν δῶμεν ἔθει βελτίονι. *Synes. epist. 57.*

Augustus legem de maritandis ordinibus ex integro sanxit. Sueton. 34.

τὰ δὲ δύ' ἐστὶ τῶν νόμων κεφάλια, τιμωρία τῶν ἀδικούντων καὶ τιμὴ τῶν ἐπιεικῶν. *Aristid. de Rhetor.*

Quos metus non tenet, beneficio & gratia deuinciendi sunt. Liu. lib. 22.

Ἐνθέσμως ἄλοχον λάβε καίτινα κόσμῳ δὸς βροτὸν ἀντὶ σέθεν. *Silentiar. Epigram. lib. 1.*

Admiratione dignus Augustus, sub quo tantum licuit. Sen. 2. controuers. 4.

Si prohibita impunè transcenderis, neque meliùs vltra neq; pudor est. Tacit. annal. 3.

Cùm immaturitate sponsarum vis legis eluderetur, tempus habendi sponsus coarctauit. Suet. 34.

Quæ est subditorũ maior felicitas, quàm habere propitium Principem? Philo. legat. ad Caij.

† *Senatoriæ dignitatis.*

Ἐκ τῶν φαυλοτέρων γήμας πάνυ ἄτιμός τε, καὶ ἄχρη νομίζεται. *Xenoph. Hieron.*

Atqui neque minando, neque hortando, neque differendo, neq; orando quicquam profeci. Ipsi videtis, quàm multò plures maritis vos sitis; cùm debueritis totidem, imò verò † multiplices vestrûm iam liberos nobis dedisse. Qua enim alia ratione genera constabunt? qua respublica conseruabitur, neq; vxores ducentibus vobis, neque prolem creantibus? Nisi fortè expectatis, dum, quod in fabulis fertur, ex terra aliqui existant, qui res vestras publicamq; excipiant.

*Nefas verò sit (vos) nostro genere, ac nomine Romano extincto, alienigenis hominibus, Græcis barbarisve vrbem * tradere. An in hoc potissimum mancipia libertate donabimus, vt quàm plurimi ex ijs ciues fiant: socijs ciuitatem communicabimus, vt ea frequentior sit? Vos autem ipsi à prima origine Romani, Quintos, Valerios, Iulios enumerantes, cùm vobis simul & gentes & nomina abolere in animo habetis. † Verecundia profectò moueor, quòd hæc mihi dicenda sunt, quæ vos facitis.*

Ea propter insaniæ modum ponite, ac iam nunc reputate demum, FIERI nullo modo posse, vt cum multi identidem morbis ac bellis absumantur, salua vrbs esse queat, nisi multitudo eius subinde alijs natis expleatur.

*Ac ne quis putet ignorare me, esse quædam etiam in matrimonio, & liberorum procreatione, difficilia ac molesta: Sed hoc cogitate, cùm BONVM nullum habeamus, cui non aliquid acerbi admixtum sit; tum PLVRIMIS & * optimis bonis adnata esse plurima etiam ac maximè tristia: quæ si declinare velitis, ne bona quidem appetenda vobis erunt, quando AD VIRTVTEM ac voluptatem nullam sinceram perueniri potest, nisi in ea paranda, obtinenda ac seruanda labor impendatur. Quæ singula prolixè referre quorsum attinet? Quin si etiã in coniugio & suscipienda prole, quædam sunt molesta; meliora cum ijs conferte potius, eaq; plura & magis necessaria inuenietis. Quippe præter ea commoda, quæ res ipsa secum fert; IPSA etiam legibus proposita præmia, quorum vel exigua pars ad mortem subeundam aliquos pellicit, vtiq; ad parendum mihi omnes adducere debent. TVRPE enim profectò sit, eorum causa, propter quæ alij vitam suam † concedunt, vos nolle vxores ducere, ac liberos * alere.* 229

De his ego vobiscum, ô ciues (iam enim vos persuasos velle ciuium nomen retinere, ac virorum patrumq; cognomen accipere confido) ita expostulandùm duxi illibenter quidem, sed necessariò; neq; vt inimicus, nec qui odio vos; sed qui amore prosequerer, cuperemq; vestrûm similes multos acquirere; vt penates legitimos habitantes, domosque plenas progeniei habentes, cum coniugibus liberisq; ad deos accedamus; æquatisq; inter nos ijs, quæ in publicum conferuntur, ac qui inde fructus

Ad liberos suscipiendos legibus compelluntur homines; quia sapiens quisq; nunquam libens filios desiderasset. Tert. exhor. ad Castit.

† *multò vobis plures.*

Natura vobis quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit. Val. Max. 2. 4.

Πᾶσα φύσις γεννητικὴ ἐστὶν οὐσίας τοιαύτης οἵα ἐστίν. *Arist. 1. magn. moral. 10.*

* *tradi.*

Satius est fauorabili, quàm inuisæ rei vacare. Val. Max. 5. 3.

Βεβαιόταται φιλίαι γονεῦσι πρὸς παῖδας, καὶ γυναιξὶ πρὸς ἄνδρας. *Xenophon. Hieron.*

Quicquid vetustate commendatur, id venerabile esse necesse est. Niceph. Call. 1. c. 1.

† *Pudet eò me prouectum, vt tale quid dicerem; pudet hæc à vobis fieri.*

Τὸ καινοτομεῖν καὶ μὴ τοῖς ἠθάσι λίαν τοῖς τ' ἀρχαίοις ἐνδιατρίβειν, τοῦτ' ἔσθ' ὃ μάλιστα δέδοικα. *Aristoph.* Ἐκκλησ.

Parentes liberos alendo nepotum nutriendorum debito alligant. Val. Max. 2. 4.

Γάμοι πλήθουσιν ἀνίας. *Theocrit. Idyll.* λϛ.

Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquum est ferre. Terent. 5. Hecyr. 3.

Ἡ ἀρετὴ μετὰ ταλαιπωρίας γίγνεται. *Thuc. Schol. lib. 2.*

Vitæ incommoda sapiente commodorum compensatione leniunt. Cicer. nat. deor. 1.

* *maximis.*

Πρόσεστι πᾶσιν ἐπιμέλεια καὶ πόνος. *Athenæ. 258.*

Nihil tam innoxium, quin possit aliquid aliqua obesse. Apul. Apolog. 1.

Enerues animos odisse virtus solet. Val. Max. 2. c. 2.

Nihil est tam manifestæ vtilitatis, quod non in contrarium transferat culpa. Sen. 5. nat. quæst. c. 18.

Nihil non aggrediuntur homines, si magna conatis magna præmia proponuntur. Liu. lib. 3.

† *proijciunt.*

* *educare.*

Ἀφοβία μεγίστη, τὸ φοβεῖσθαι τοὺς νόμους. *Synes. epist. 2.*

Non opus est eo ciue reip. qui parere nescit. Val. Max. 6. 3.

Quid boni vsquam est, quod quisquam vt possit sine malo omni, aut ne laborem capias, cùm illo vti voles? Plaut. Mercat. sc. 1.

Quid ferè vndiq; placet? Fab. 1. c. 3.

fructus percipiuntur, conuerſemur. Quomodo enim ego præeſſe vobis rectè poſsim, ſi ſemper diminutionem de vobis aliquam fieri patiar? Quomodo Pater ampliùs veſter iure dicar; ſi vos nullam prolem educetis? Quare ſi verè me diligitis, ac nomen mihi Patris non adulationis, ſed honoris gratia dediſtis; date operam, vt mariti patresque fiatis, quò & ipſi participes eius reddamini, & ego meritò id geram.

Poſtquam ad hunc modum cum vtriſq; fuiſſet locutus; liberos deinde habentibus præmia adauxit, & mulctâ maritos à cœlibibus ſecreuit, annuo ſpacio præſtituto, intra quod, qui eius iuſsis parêre cœpiſſent, culpa vacarent. Cum q; lege Voconia mulieribus prohiberetur, ne qua maiorem centum millibus nummûm hæreditatem poſſet adire; ea quo q; lege quaſdã ſoluit iis, quæ perpetuam virginitatem ſeruarent, eadem quæ matribus præmia largitus eſt. Inde lex quoque Papia Poppæa, à M. Poppio Mutilo, & Q. Poppæo † Secundo lata eſt qui parte eius anni Conſules, vterque neque vxorem neque liberos habebant; quo ipſo deprehendi potuit, quàm ea lex neceſſaria fuiſſet.

Patrũ patriæ cognomen vniuerſi Auguſto maximo conſenſu detulerunt. Sueton. 58.

Σὺν τῇ πόλει καὶ σώζεται καὶ ἀπολλύται καὶ οἰκεῖα. *Xenop. Oecon.*

Optimus quisq; maximè poſteritati ſeruit. Cic. pro Arch.

τὸ ζωπόλμιον δεῖ ποιεῖν τὸν σώφρονα μᾶλιστα πάντων. *Ariſtoph. ἐκκλησ.*

Non pœnis malorum, ſed bonorum præmiis bonos Princeps faciat. Plin. paneg.

Delicta iterata plus puniuntur. IC.

πᾶσι γὰρ κοινὸν τόδε, ἰδίᾳ θ' ἑκάστῳ τε πόλει, τὸν μὴ κακὸν κακόν τι πάσχειν, τὸν δὲ χρηστὸν εὐτυχεῖν. *Eurip. Hecub.*

Anno vrbis 762. *ſene iam Auguſto, lata lex Papia Poppæa. Lipſ. ad 3. annal. Tacit.*

† *Sabino.*

Filios ſuſcipimus, vt ex prole diuturnitatis memoriam in æuum relinquamus, IC. Toloſan. rep. 7. 10. 14.

CAPVT IV.

De multis variiſque legibus & conſuetudinibus, quas veteres matrimonia contrahentes, tum in coniugum electione, tum in nuptiarum celebratione ſeruabant.

Nuptiis oportet legislatorem initium ducere, vt ipſa natura inde vitam noſtram conciliare cœpit. Dion. lib. 2.

Νενόμιστο ἄγειν συμπόσια ἐπὶ τοὺς γάμους. τῶν τε γαμηλίων θεῶν εἶναι, καὶ τῆς εἰρήνης μαρτύρια. *Athenæ. lib. 5.*

230 A *Bomnibus, qui vnquam fuêre, populis, & in omnibus mundi regnis ſemper & approbatum & receptum fuit coniugium, cùm abſq; eo neque hominũ frequentiâ mundus celebrari, neque gens humana propagari poſsit. Ac ſanè circa approbationem, commendationem & acceptationem coniugij nulla fuit vllius ſeculi cum altero diſcrepantia: In ceremoniis verò formaque (& ritibus) contrahendi matrimonij magna fuit inter priſci æui homines (diſcrepantia ac) diuerſitas, Non minore enim illi in contrahendis coniugiis varietate, quàm * in liguriendis hodie eduliis lurcones vtebantur.*

Omnium conſenſus naturæ vox eſt. Cic. Tuſcul. 1.

Αἱ γυναῖκες φύσει καιναὶ, ὅπερ δ' ὁ νομοθέτης διέλῃ αὐτὰς, ἐθέλεις καὶ αὐτὸς ἴδιον μέρος ζητεῖν; *Arian. 2. Epict. 4.*

Vide Rhodig. 28. 15. Alexand. 1. 24.

Plato diuinus in libris de Repub. omnia in commune poſsidenda, docebat ac ſuadebat, vt non tantum animantes, (vtenſilia) ac poſſeſsiones; ſed etiam mulieres eſſent communes. DVOBVS enim his verbis, hoc eſt meum, hoc eſt tuum, è medio ſublatis, nullas fore in mundo contentiones affirmabat. Plato ob ea, quæ præclare dixit plurima, diuinus autor dicitur; Sed humanus optimo iure di-

Quis audeat Dei inuentum reprobare. & quod nunquam alicui obfuit, niſi aduerſario veritatis? Auguſt. quæſtion. 127. V. & N. T.

Τὰ καλὰ καλῶς γενέσθω. *Syneſ. epiſt. 5.*

* *noſtri æui homines in ferculis conuiuiisq; nuptialibus. G.*

Nulla contrahitur, ſi ea non feceris, culpa; nulla, ſi feceris, gratia. Arnob. lib. 6.

ὅπως αὖ τὸ ἐγὼ, καὶ τὸ ἐμὸν, ἐκεῖ ἀνάγκη ῥέπειν τι ζῶον. *Arrian. 2. 22.*

ἐδεὶς ἑᾧ ὀπαδὸς ἐρέσῃ, πάντα γὰρ ἔξεσιν ἄ πάντες. *Ariſtoph. ἐκκλησ.*

Felix vrbs, in qua meum, non meum, raro auditur, Plut. præc. connub.

Rerum communitas viciorum licentiam continet. Lact. 3. 21.

Hæc æqualitas æquitas non est. Cass. 1. 36.

εἰ καλῶς ἠσθε πρότερον τὸν νόμον, τῷ γλῷ ἅπασαν οἰδιπόδων ἐμπλήσετε. *Arist.* ἐκκλησ.

Cum amissis fœtibus auium & ferarum amor totus extinguitur. Sen. ep. 99.

πῶς ἂν ὅτῳ ξώντων τὰς αὐτῷ παῖδας ἔκγονος ὢν ἔτι δυνατὸς διαγινώσκειν. *Arist.* ἐκκλησ.

Quis honorem tanquam patri deferet cùm vnde sit natus, nesciat? Lactant. 3. 20.

Γυναῖκα τῶν κατὰ νόμους ἔκγονος ὢν σεμνύεται ἢ οὐκ ἀνύτης τεκνοποιείσθω. *Char. Stob.* 469.

ἡ φύσις τεκνοποιΐας ἕνεκεν σὺν ἀκολασίας ἐποίησε τῶν ἀφρόδων. *Idem.*

Ælius Verus extraneis indulget voluptatibus.

Dionysium, altera sequebatur vxor in bellis altera reuersum excipiebat. Ælia. 13.

ἐμποιεῖ ὁ καλῶς ἀγὼν τὸ καλῶς ἔπεσθαι. *Plut. Lycurg.*

ὅποτε φήσω γάμον ὄφελείν πλέον, ἢ λυπεῖν. *Eur. Sto.* 640.

Vxor nullum producit fructum, quem non amaritudo præcedat, aut sequatur. Saresb. 8 11.

Item Ptolemæus.

ὡς δὲν ζῆλοιο κακώτερον ἀνδράσιν ἄλγος ἀντέφερται. *Oppian. ἀλι.* δ. v. 2. 11.

Quod monoculo pupilla; in animo ratio, hoc Athenæ in Græcia. Philo. quod omn. prob lib. Plut. de Athenien. gloria.

ἀ καλὸν, δυοῖν γυναιξὶν ἀνδρ' ἐν δόμοις ἔχειν. *Eur. Andr.*

Attica lex de digamia, ob ciuitatem bellis ac lue ciuib. exhaustam.

Lært. lib. 2. Gell 13. 20. *Polyd. Virg.* 5. *cap.* 5.

Vix præsenti custodia manent illæsa coniugia, quid futurum, si per plures annos in modum d. filii obliterentur? Tacit. annal 3.

Affectus coniugalis in plures diuidi non debet I.C.

Per libidines varias caritas dispersa torpescit. Ammian. 13.

Maxima ornamenta matronis liberi. Val. Max. 4. 4.

Mulieres duæ peiores, quam vna. Plaut. Corcul. Antiq. poetam.

Ζῆλος γυναικὸς πάντα πυρπολεῖ δόμον. *Prouerb.*

Sufficiendæ prolis caussa erat vxorum plurium simul viro habendarum inculpabilis consuetudo. Augustin. de doctr. Christ. 3. 12.

Athen. 13 *initio.*

cendus est, qui præceptum tam profanum dedit. Quid enim absurdius dici, quid à ratione alienius cogitari potest, quàm vestes quidem proprias, vxores verò communes esse? Bruta non diutius fœtus suos agnoscunt, quàm donec vberibus illos nutriunt. Idem vel etiam peius aliquid inter homines euenturum esset, si mulieres essent in ciuitate communes. Vtut enim matrem, ex qua natus esset aliquis, agnosceret; patrem certè, à quo procreatus esset, ignoraret.

Tarentum vrbs apud veteres clarissima, & non vulgaris Romanorum terror fuit. Eius incolæ in more habebant, vt iustam quærendorum liberorum gratia ducerent vxorem; sed præter eam duas voluptatis gratia pellices eligere licitum erat.

Spartianus Ælium Verum Imperatorem in re vxoria maxima libertate vel potius licentia fuisse vsum refert, eumque vxori, quæ & ætate & forma pollebat, de extraneis conquerenti voluptatibus dixisse narrat; Non est quod de me queraris vxor. Tua quippe vtor consuetudine, quoad ex me concipias; reliquo tempore per alias exercere cupiditates suas viris licet. VXOR enim dignitatis nomen est, (non voluptatis,) alioqui sarcina est molestiæ tædiiq; plena. Quod huic imperatori Romano, idem Ptolemæo Regi Ægyptiorum accidit, qui vt vberem Reginæ coniugi querimoniarum materiam præbebat, ita pelliciabunde satisfaciebat. 23.1

Cùm autem Græci omnes sapientes sint habiti, tum præter cæteros Athenienses sapientiæ laude excelluerunt. Erant enim Athenæ tum sapientum, qui rempublicam gubernabant, tum philosophorum, qui scientias profitebantur, domicilium. Illi ergo sapientes Athenien sium decretum fecerunt, vt singulis vicibus duas habere iustas vxores ius esset, graui constituta pœna, si quis concubinam haberet. Si enim viri vxores sectarentur alienas; malè viuendi ansam vxoribus præberi dicebant: Qua in lege ferenda illud, quemadmodum in politicis Plutarchus ait, spectarunt Græci, quòd absque vxoris consuetudine viuere vir nec possit nec debeat; ideoque duas voluêre duci, vt si morbo vel puerperio detineretur altera, domi esset, quæ lectum occuparet, mensamque curaret (& alteri necessaria simul atque vtilia subministraret.) Sed hoc etiam spectarunt Athenienses legem illam ferentes, vt si altera sterilis aut effœta esset, vrbi ciues altera pareret; quod si vsu veniret, ea quæ pariebat, pro domina; quæ non pariebat, ancillæ instar habebatur.

Ea lex cùm ferretur, iam Socrates in matrimonio Xanthippen habebat, qui vt legi parêret, alteram quoque ducere coactus fuit, nomine Myrto, Aristidis filiam; quæ cùm subinde zelotypia quadam in contentionem ambæ venirent, ita vt

mole-

molesta vicinis ipsarum essent iurgia: Socrates, Cùm me, inquit, & oculis strabonem, & repandis cruribus, & capillis † crispis, & statura pusillum, & recalua fronte, & pilosis manibus, & barba cana, (& simis naribus) esse videatis; cur vos, quæ pulcræ estis, propter me, quem adeò deformem natura finxit, iurgia contentionesque exercetis? Quæ verba à Socrate ioco dicta tantum effecêre, vt seriæ desinerent rixæ ac querimoniæ.

Lacedæmonij, qui in pacis belliq; negotiis contrarij semper Atheniensibus fuêre, pro lege habebant, non vt duas vir vxores duceret; sed vt duobus fœmina viris nuberet, hanc prætexentes caussam, vt altero in militiam profecto, domi alter maneret. NVLLA enim ratione ferendum in ciuitate dicebant, vt fœmina sola domi viueret.

Plinius ad Quadratum, & D. Hieronymus ad Rusticum monachum scribens, autor est Atheniensibus legitimum fuisse, vt fratri soror nuberet; vt autem patruus neptem duceret non licuisse, quòd dicerent, si fratri soror nuberet, inter æquales matrimonium contrahi; sin patruus nepti commisceretur, perinde esse ac si patri filia nuberet. Miltiadæ, viri inter Græcos clarissimi, filius Cimon in matrimonio habuit sororem germanam suam Elpinicen; qui interrogatus,
232 *cur sororem duceret? Mea, inquit, soror & pulcra, & prudens, & diues, & genere mihi æqualis, & à communi patre meæ fidei concredita est. Cùm ergo PARENTVM preces pro mandatis esse filiis debeant; optimum factu putaui, si quam natura mihi pro sorore dederat, vltrò vxorem ducerem.*

Ægyptios Diodorus Siculus ait, antequam leges accepissent, singulos plures pro voluntate, & facultatum modo duxisse, seruata vtrinque libertate, vt à viro vxor, vbi visum esset, discederet, & vir vxorem, cuius matrimonij pertæderet, repudiaret. FIERI enim non posse dicebant, vt multos simul annos vir & vxor citra crebras grauissimasque viuerent offensiones (ac molestias.) Addit autem ibidem Diodorus Siculus peculiare quiddam, quod neque in libris vnquam aliis legi, neque de veteribus audiui, nullum scilicet apud Ægyptios discrimen fuisse liberorum; sed promiscuè pro legitimis habitos, etiam qui è serua emta essent suscepti. Solum enim patrem existimabant generis autorem; matrem † & nutrimentum & locum infanti (velut substratum) præbere: ideoque filios, qui nascerentur, carnem solummodò matribus debere; honorem verò & dignitatem hæreditate paterna adipisci.

Iulius Cæsar in commentariis (lib. V.) Britanniæ, quæ nunc

τῷ ἔρωτι Πολλάκις τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. *Theocr. Idyll. 6.*

Amor post documenta flagrantior. Ammian. lib. 17. init.

† *albis. G.*

Zelotypia graues calamitates secum afferre solet. Philo de special. legib.

ἀπαναίνεται ἦτορ ἀνέρος ἠδὲ γυναικὸς, ὅτε ζηλήμονι νοῦσῳ ἀμφυπέσῃ. *Coint. lib. 9. 346.*

Zelotypia mutuarum cædium caussa. Dion. lib. 2.

E maglio auer il marito senza amore, che con gelosia. Adag.

Si vna concumbat cum pluribus, quia nulla hinc multiplicatio prolis, sed frequentatio libidinis; coniux non est, sed meretrix. Augustin. 3. de doct. Christ. 13.

ἐνὶ ξυνέχεσθαι κρεῖττον ἢ δυοῖν κακοῖν. *Aristoph. ἐκκλησ.*

Xenoph. de rep. Laced.

Iustin. lib. 3.

Ius est apud Persas misceri cum matribus; Ægyptiis & Athenis cum sororibus legitima connubia. Minut. Pausan. 1.

Non turpe fuit Cimoni sororem habere in matrimonio; cum ciues eius eo vterentur instituto. Æmil. Prob. Tolos. rep. 7. 11. 78. Pausan. lib. 1.

Quorsum attinet intra domesticorum angustias parietum rem honestissimam includere? Philo. de special. ll.

Antiquitus sanguine iunctas Romani non copulabant sibi matrimonio. Plut. quæst. Rom.

Res potius, quam autores spectandæ. Liu. lib. 38.

Suspectum omne, quod exorbitat à regula. Tert. Contr. Marci. 3.

In matrimonium Ægyptiorum sacerdotes vnam; alii quot quis velit, ducunt. Diodo. lib. 1.

Τοῖς οὕτω γεγονόσιν ἀποδέδεικται μὲν ἡ μήτηρ, ὁδὲ λοιπὸς τῶν γονέων ἀμφισβητήσιμος. *Synes. Ep. 3.*

αἴτιος ὁ πατὴρ τοῦ εἶναι, καὶ τροφῆς, καὶ παιδείας. *Aristot. 8 Ethic. 13.*

Patrem sequuntur liberi. Liu. lib 4.

ὁ νόθος τοῖς γνησίοις ἴσον σθένει. *Sophoc. Stob. 672.*

† τροφὴν καὶ χάραν.

Paternos honores inuidere filiis non oportet. IC. Tolos. rep. 7. 97.

† *vxores haberent deni duodeniq; inter se communes. Cæsar lib. 5. bell. Gallic.*

Connubia mille; Non illis generis nexus, non pignora curæ: Sed numero languet pietas. Claud. bell. Get. 441.

Dio. l. 76.

Animus multitudine distrahitur nullam pro socio obtinet, pariter omnes viles sunt. Sallust. Iugurth.

Quæ vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honorabantur. Val. Max. 2. 1.

Impudica citius vno oculo contenta, quam vno viro. Mim.

Meretricia turpitudo est, vel quæstum vel liberos, vulgo quærere. Augustin. 3. doct. Christ. 12.

τοιᾶδε πᾶν τὸ βάρβαρον γένος, πατρί τε θυγατρὶ, παῖς τε μητρὶ μίγνυται, κοὐκ ἀδελφῷ. *Eurip. Andromach.*

Apud Scythas parentibus stupro coire eum liberis fas est. Curt. lib. 8.

Feræ quoque ipsæ Veneris euitant nefas. Sen. Hippol. & Oedip. Rittersh. ad Oppian. pag. 27.

Oppian. 1. Cyneg. 239.
Pontan. de immanit. cap. 17.
Iustin lib. 18. de Cyprijs.
a *Pœnis.*
b *Val. Max. 2. 6.*

τῶν λυδῶν δήμιε αἱ θυγατέρες πορνεύονται πᾶσαι συλλέγουσι σφίσι φερνάς. *Herodot. lib. 1.*

Christianus vxori suæ soli masculus nascitur. Tertul. apolog. 45.

Germani singulis vxoribus contenti. Tacit. de mor. Germ.

Ducens plures vxores fit infamis, & pœna stupri afficitur. IC.

† *Priscos.*

Προπίτεια πολλοῖς ἐστὶν αἰτία κακῶν. *Prouerb.*

Μὴ βασιλικὸν τὸ αὐτόματον καὶ ἀνάκριτον ἐν ταῖς πράξεσι, τὸ δὲ περιεσκεμμένον καὶ χρόνιον. *Nicet. Alex. Duc. Marc.*

Omnia summa ratione consilioq; acta fortuna etiam sequitur. Liu. lib. 5.

Vbi præcedit cogitatio, maturitas operationis adhibetur. Ambros. psal. 118.

Μήτε πάνυ φόβερὸς, μήτε πᾶν ὁμοίως ἐπιλέγεο. *Herodot. lib. 7.*

nunc Anglia dicitur, incolas in more habuisse refert, vt † vna fœmina quinque viris nuberet, cuiusmodi fœditas de nulla gente in historiis priscis legitur. Si enim vni viro plures vxores esse turpe est: an non vni fœminæ multos viros esse, flagitiosum ac probrosum esset?

Fœminas nobiles & virtute præstantes propter duas causas nubere decet: primùm, vt liberos ex benedictione diuina nanciscantur, facultatum & nominis hæredes; deinde vt cum maritis (bene) consociatæ honoratæque in sua singulæ domo viuant, (quod aliter neque erunt, neque esse poterunt.) Alioqui iam nunc dico & affirmo FOEMINAM *vno viro non contentam, nec vniuersis eiusdem viri contentam fore.*

Plutarchus in apophthegmatis Cimbros solitos ait filias ex se genitas ducere, quam consuetudinem Marius Consul, postquam de illis in Germania victis triumphum Romæ egerat, sustulit. Filius enim tali coniugio natus eiusdem patris & filius & nepos, eiusdem matris & filius & frater; eiusdem fratris amitinus, & nepos & frater erat; quæ consuetudo feris potius syluestribus; quàm hominibus ratione præditis congruebat. Multæ enim aut pleræque bestiarum, quos superiore anno pro filiis habuerunt, hoc anno pro viris admittunt.

Strabo de situ orbis (lib. 11.) & Seneca in epistolis dicunt, Lydis & Armeniis a *morem fuisse, vt filias in portus & ad littora maris mitterent, vt* b *corporis iniuriâ dotes à peregrinis contraherent, honesta nimirum tam inhonesto vinculo coniugia iunctura!*

Romani vt in cæteris sapientes & moderati fuerunt, sic in matrimoniis iungendis cæteras gentes præcelluerunt. 233
Habuerunt enim & legem antiquissimam & consuetudinem vsitatissimam, vt ciuium quisque vnicam duceret vxorem; Vnde quemadmodum inter Christianos peccatum mortale est digamia, sic apud Romanos eadem probrum & infamia.

Inter † *disertos ac graues Romanorum oratores fuit Metellus Numidicus, qui cùm in Senatu sententiam quodam die diceret, ita locutus fertur: Diu multumque cogitaui P. C. quidnam consilij vobis in negocio matrimoniorum darem. Nam* CONSILII *subiti & repentini non semper felix est exitus. Neque vt vxores ducatis suadeo; neque vt nullas ducatis, vobis autor sum. Nam si sine vxore possemus esse; omnes ea molestia careremus. Sed quid faciemus, Quirites? Quoniam* TALES *natura nos fecit, vt & habere coniuges periculosissimum, & viuere sine iis laboriosissimum sit:*

Ausim

Auſim ego dicere, ſi meo locus eſſet conſilio, non malè conſultum iri, vt voluptati, quippe momentaneæ, reſiſtatur, neque vxor, vt onus perpetuum, capiatur. Hæc Metelli Numidici verba non admodum grata Patribus fuerunt, qui maluiſſent, quæ de incommodis rei vxoriæ dixit, ſilentio fuiſſe ab illo præterita, cùm verum ſit NVLLVM omnino vitæ genus eligi poſſe, in quo ſuas fortuna vices non exerceat.

Iam verò cùm magnâ veteres in coniugijs iungendis diuerſitate vſi ſint; nõ minorem illos varietatem, vanitatemq; in ijſdem auſpicandis vſurpaſſe obſeruandum eſt. Bocatius Florentinus libro, quem de nuptijs antiquorum ſcripſit, multos exponit diuerſosq; ritus, quibus in contrahendis priſci nuptijs vtebantur, quorum nonnullos non approbandi, vel admittendi; ſed condemnandi & deridendi gratia referam. NON aliam enim ob cauſam ſcriptores peccata ab alijs commiſſa literis mandarunt, quàm vt tantò pulcrius veritas, quam alij amplexi ſunt, eluceſcat.

Cimbri in more habebant, vt ipſo nuptiarum die poſtquam inter propinquos de matrimonio iam cõuenerat, ſponſus vngues ſibi demeret, ſponſæq; præſegmina mitteret, ſponſo & viciſſim ſponſa vnguium ſibi demptorum præſegmina mitteret; quæ ſi inuicem accepiſſent, mox pro iuſtis coniugibus habebantur, & vitam porro ſimul agebant coniugalem.

Teutonum ritu ſponſus ſponſæ, & ſponſa ſponſi caput radebat, quòd ſimul atque mutuo vterque conſenſu feciſſent; nuptias celebrabant.

Armenijs lex fuit, vt dextram ſponſus aurem ſponſæ, ipſa
234 *verò ſponſi aurem ſiniſtram rumperet, quo facto & ipſa illius ſe coniugem, & ille huius ſe maritum teſtabatur.*

Elamitis ſolenne fuit, vt ſponſæ digitum annularem ſponſus pungeret, & ſanguinem inde manantem ſugeret: & ipſa itidem digitum ſponſi annularem pungeret; & ſimul atque ſanguinem è digitis alter alterius libaſſent, vitam agebant coniugalem.

Numidæ pro more habuerunt, vt ſponſus in terram expueret, idemque ſponſa faceret, lutoque ex amborum ſputis temperato, mox ſponſus ſponſæ, & ipſa ſponſi frontem collineret; ita contracti iam coniugij ſignum erat lutum alterutrinque illitum.

Daci nuptias celebraturi certum in locum ſponſum ſponſamque deuehebant, quò cùm conueniſſent, ſponſus nouum ſponſæ, quod libuerat, itemq; ſponſa ſponſo nomen imponebat: quæ nominum impoſitio cùm ab vtroque rata habebatur, ſignum erat contracti coniugij.

Apud Pannonas nuptiarum initio deum ſponſus familiarem ſponſæ ex argento factum, quos Lares vocabant,

Siue vxorem duxeris, ſiue te matrimonio abſtinueris, pœnitentiam ages. Val. Max. 7. 2.

Gell. 1. 6. aliter hoc refert.

Nihil quicquam homini tam proſperum diuinitus datum, quin ei tamen admixtum ſit aliquid difficultatis. Apul. flor. 3.

Omnibus caſſitis neceſſe eſt criſtam innaſci. Plut. præcept. polit.

Vbicunq; dulce eſt, ibi & acidum inuenies. Arbit. Satyr.

ἔχθις γάμον: οὔτε ἀμείλμενος ἔστεται ἀγαμείης: ζῆς ἔτ' ἐρημότερον. *Poſid. Epigr. lib. 1.*

In tota Græcia & barbaria nulla ciuitas habet leges communes cum alia. Philo. lib. 2. de vit. Moſ.

Hæc memoriæ prodita, non vt imitemur; ſed vt declinare poſſimus. Ælian. lib. 10.

Inſtitutum eſt, vt iam pactæ ſponſæ non ſtatim tradantur, ne vilem habeat datam maritus, quam non ſuſpirauerit dilatam ſponſus. Auguſt. in 2. dulciloq. 11.

Corrigit ſequentem lapſus prioris. Symrelat.

Vide Scalig. poët. 3. c. 101.

Variarum gentium ritus; Cimbrorum.

ὀφείλω λέγειν ὦ λεγόμενα πείθεσθαι μᾶλλον ἢ πανταπάσιν ὀφείλω. *Herodot. lib. 7.*

Non plus apud nos valeat nullam habens conſuetudo rationem, quàm rerum natura, veritatis examinatione ponderata. Arnob. lib. 6.

Teutonum.

Tanta gentium in rebus friuolis plerunque religio. Plin. 16. vlt.

Armeniorum.

Nihil in vno iudicabis notabile aut fœdum, quod genti ſuæ publicum eſt. Sen. 3. ira. 26.

Ländtlich/ fittlich.

Elamitarum.

Apud Macedonas ſanctiſſimum coëuntium pignus, vt panem gladio diuiſum vterque libaret. Curt. lib. 8.

Friuola hæc fortaſſis cuipiam & nimis leuia eſſe videantur; ſed curioſitas nihil recuſat. Vopiſc. Aurelian.

Numidarum.

Diligentiam in ſuperuacuis affectare non noſtrum eſt. Plin. 17. 1.

Captiua caput ſuum tondeto, vngues ſecato atque ita vxor tua eſto. Deut. 21. 12.

Dacorum.

Romani ſponſam introducentes dicere iubent: Vbi tu Caius, ego Caia. Plut. Varr. de re ruſt. 2.

Καὶ γύνεμα πολλάκι τέρπει. *Theoc. Idyll. 15.*

Pannonum.

Romani nuptarum comam diis cri-

minant hastæ cuspide. Plutarch. quæst. Rom.

Nubentium crinem cœlibari hasta mulcebant Romani. Arnob. lib. 2.

Thracum.

Longum est friuola quæq; connectere & odiosum, Vopisc. in Saturnino.

Thraces in hanc diem compungunt vxores; vleiscendi Orphei causa. Plutar. de serò punit. Cic. 2. offic.

Sicyoniorum.

Minima quoque iucunda sunt & habent aliquid gratiæ, cùm leguntur. Vopisc. in Proculo.

Tarentinorum.

Apud Coas sponsi sponsas amplectuntur muliebrem induti amictum. Plutar. quæst. Græc. 58.

In Bœotia in nuptiis axem plaustri ante fores cremant. Plut. qu. Rom. 29. & seqq.

Scytharum.

Lappones per ignem & silicem fœderant coniugia. Septentrionales populi faculas sponsis præferunt. Olaus epitom. lib. 4.

In Hetruria nuptiarum initio noua nupta & nouus maritus primùm porcum immolant. Varro de re rust. lib. 2.

† *Ex versione Gallica adiectum.*

* *Ælian. lib. 12. Scalig 3. poët. 101.*

Euaristus primus decreuit infestum haberi connubium, cui sacerdos non adfuisset. Polydor. Vir. 5. c. 5.

qui erant Dij domestici, itemq; sponso Deum sponsa argenteum mittebat, & postquam alterius Deum alter acceperat, iam coniuges erant.

Thraces in coniunctione nuptiali more vtebantur planè barbaro. Noua nupta enim ferramento subtilissimo candente quendam fronti noui mariti characterem inurebat, & sponsus vicissim in fronte sponsæ ferro candente characterem imprimebat; quibus cauterijs notati coniuges habebantur.

Sicyoniorum lex nuptialis erat, vt sponsus sponsæ, & vicissim sponsa sponso calceum mitteret; quòd si alter alterius accepisset calceum; signum erat contracti matrimonij.

Tarentini in more habebant, vt nupturi mensæ accumberent, & sponsus sponsæ, & sponsa vicissim sponsi tantum manu ingesta comederet. Quòd si per incuriam alter eorum propria manu cibum in os ingereret; nec firmum, nec ratum erat coniugium.

Scythis lex erat, vt quemadmodum nostro æuo matrimonium inituri manus dant & accipiunt, ita pedibus sponsus sponsæ pedes, genua genibus, manus manibus, cubitis cubitos, capite caput tangeret; & tandem, postquam inter se complexi erant, satis confirmatum habebatur matrimonium. († Possent huius generis plura memorari: sed vt prolixitatem vitemus, argumentum institutum persequemur.)

(Sacarum si quis puellam vxorem ducere cupit; pugnam cum ea suscipit; & si illa superior sit, captiuum abducit, atque imperium in eum tenet; sin inferior, ab ipso regitur. Certant autem non de vita, sed de victoria.)*

Laudandus animus, quem non fortunæ indulgentiæ molliant; non copiæ Principales ad segnitiem luxumq; detorqueant. Plin. paneg.

Quærens vxorem, videat, an nuptias suas amet, an nihil pluris faciat marito; an possit, si quid viro inciderit mali, vna tolerare. Si his bonis fuerit instructa, dotata est. Sen. 1. controu. 6.

Βέλτερον ἀλκήεντος ἔφυ σεσοφισμένον ἀνήρ. *Phocyl.*

Multa, quæ impedira natura sunt, consilio expediuntur Liu. lib. 25.

Viribus amplis consilium est maius. Manil. lib. 2.

Παῶν γὰρ αὐωσμῶδον τὸ ἐγγὺς αὐαρὸν ἔφυ. *Arist. 1. Rhet. 11.*

Αἱ ἀνομοιότητες τῶν ἠθῶν εἰσὶ φιλικώτ. *Idem.*

CAPVT V.

Fœminæ Principes & illustres, si felicia desiderant coniugia, maritos ament; qui quidem amor virtute (honestate prudentiaq;) non veneficiis, aut lenociniis conciliandus est. 235

QVICVNQVE in vita arduum quippiam consequi cupiunt, varias adipiscendi illius rationes inuestigant atque excogitant. MVLTA enim solertia obtinentur, in quibus violentia frustra sit. Cùm ergo religio Christiana matrimonium inter viros fœminasq; sanguine coniunctos non ferat, &, ne de sexuum diuersitate dicam, quorum alter validus, alter imbecillis est, sæpe eueniat, vt maritus & vxor non minus ingenio naturaq; inter se dissideãt, quã genere & sanguine

guine differunt: Consilium necessarium iuxta ac salutare fœminis Principibus & illustribus, imo cæteris etiam plebeijs dederim, vt QVONIAM maritos & ipsas vnà esse, dormire, conuersari, negotiari, loqui, viuere denique & mori necesse est; in hoc curas cogitationesque omnes conferant, vt mores illorum ferre assuescant. Nam vt verum dicam, VXORIS est mariti ingenium in vniuersum sequi; mariti verò vxoris ingenium in nonnullis tolerare. Ita modò hac morositatem illius patienter ferente, modò illo huius importunitatem prudenter dissimulante, futurum est, vt tam concinnum & concordem seruent vitæ concentum (& consensum,) vt ipsorum vita & prosperitate in republica gaudeant vniuersi. CONIVGVM enim tumultuosorum, inquietorum & rixosorum mortem tantum abest, vt vicini defleant, vt ea nunciata euangelia mutuò petant.

QVANTVMVIS sit maritus in sumtu tenax, gestu inurbanus, ingenio durus (rudisq;) genere obscurus, sermone præceps (& inconsideratus,) in aduersis timidus, in prosperis incautus; tamen cum maritus sit, quò minus domi suæ solus imperet (ac dominetur,) prohibere nō possumus. Quamobrem salutari iam consilio sunt instruendæ vxores, quò commodius graue & diuturnum onus sustinere possint. Nullum enim inuenias hodie virum tanta morum nobilitate & amabilitate conspicuum, vt nullum vxor in ipso næuum reperiat.

Primùm OPERA danda vxoribus, vt seriò maritos ament, atque ita se gerant, ne simulatè ab illis amentur. Teste enim experientiâ, RARISSIME matrimonij vinculum vel ob paupertatem infirmum, vel ob diuitias ratum (per-
236 *petuumq;) est: Sed malè coniugatos hebdomadis spatio distrahit odium: alios amor ad tumulum vsque conglutinat. CARNIBVS siccis & insipidis vt vescare, embammate opus est: VT ONERA coniugij, quæ & multa, & molesta, & diuturna sunt, tolerabilia reddantur, solus amor præstare potest. Vt enim Plato diuinus (in symposio) dicebat. NON decet quicquam altero laboriosius dici ratione contentionis adhibitæ; sed ratione amoris, quo id conficimus, vel feruidi, vel tepidi. QVANTVMVIS enim asperum & difficile sit negotium aliquod graue, si amore duce inchoetur; & progressum facilem, & exitum felicem habet. IVCVNDISSIMVS enim est labor, in quo amor (proxeneta est vel) conciliaturam exercet.*

Agnosco sanè & sponte fateor, CONSILIVM esse insuaue, quo vxores instruo, vt nimirum vxor virtute præstans maritum vitijs deditum, honesta dissolutum, prudens rudem; sapiens stolidum amet. Quotidiana enim experientia

Vxor existimet mores mariti esse legem vitæ suæ impositam, quam sequatur. Aristot. Oeconom. 2.

Μέγιστη γίνεται σωτηρία, ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ. *Eurip. Stob. 66. 1.*

Ἄριστόν ἐστι τὴν γυναῖκα πειθαρχεῖν εἰς ἅπαντα τῷ ἀνδρί. *Scholiast. Sophocl. Aiac.*

Vxori sufficit obsequij gloria. Plin. paneg.

Assuescant inuicem mores duorum, vt iugum paribus animis ferant. Lact. 6. 23.

Est in vtroq; sexu alterius regentis, alterius obsequentis, amicabilis quædam & germana coniunctio. Aug. de bon coniug. cap. 1.

Mariti in manu & tutela, non in seruitio debent habere vxores. Liu. lib. 32.

Γυναῖκα θάπτειν κρεῖσσον, ἢ γαμεῖν. *Prouerb.*

Nec æquitas ipsa patitur habere plus autoritatis vxorem, quam maritum. Apul. lib. 9. asin.

Con mal esta la casa, donde la rueca manda a sespada. Adag.

Non patitur conditio fragilitatis humanę esse quenquam sine macula. Lactant. epitom. 6.

Σύμφυτον τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώποις. *Sopat. Stob orat. 46.*

Τὸ μηδὲν ἀδικεῖν ἴσως ὑπὲρ ἄνθρωπον. *Aristot. epist. ad Theophr.*

Det ille veniam facilè, cui venia est opus. Sen. Agamem. 2.

Caritas in eo, qui eam erogat, crescit; ab eo, qui sibi tantum habere vult, sine dilatione discedit. Fulgent. ep. 5.

Εὐσέβεια γυναικεία, ὁ πρὸς τὸν ἄνδρα ἔρως. *Dion. Stob. 663.*

Amor vices exigit. Plin. paneg.

Fel, quod amarum est, amor mel faciet. Plaut. Casin. omnib. reb.

Neq; salsum, neq; suaue esse potest quicquam, vbi amor non admiscetur. Plut.

In eo quod amatur, aut non laboratur, aut labor amatur. Aug. de S. viduit.

Delectabilior est labor cum amore, quam quæuis alia res per se delectabilis sine amore. Basil.

Tota mente operatur, qui de amore aliquid operatur. Ambros. Coloss. 3.

Omnia vincit amor. Virgil. Eclog. 10.

Nihil difficile amanti. Cic. Orator.

χρὴ γυναῖκα κἂν κακῷ πόσει δοδὴ στέργειν, ἄμιλλάν τ' οὐκ ἔχειν φρονήματος. *Eurip. Andromach.*

docet NONNVLLOS *viros tam abiecto ingenio, & nonnullas fœminas tam laudatæ esse conuersationis, vt optimo iure ipsas imperare potius viris, quàm illorum imperium ferre deceat. Sed hoc licet in casibus quibusdam certis verum esse demus;* IN *vniuersum tamen vxores ad amandos maritos deuinctas esse aio atque affirmo; quippe quibus spontaneæ, non coactæ nupserunt. In huiusmodi enim calamitate,* SI *nimirum* VXORI *coniugium parum ex sententia cedat, non tam de marito, à quo petita est, quàm de seipsa, quæ petitioni locum dedit, conquerendi causam habet.* INFORTVNIA *quippe, quæ nostra nobis eueniunt incuriâ, si iure deploranda, non minus iure dissimulanda sunt.*

QVANTVMVIS *truculento & implacabili vir sit ingenio fieri non potest, quin vxorem, si ab illa ametur, amet: qui si fortè ingenij prauitate, vt ipsam amet, inducere in animum nequeat; at causam saltem, ipsam odio persequendi, non habebit; quod quidem haud parui, sed magni potius æstimandum est.* MVLTAS *enim inuenias tum ex plebeijs, tum ex nobilibus fœminas, quæ æquo animo delitijs, in quibus habendæ, & amore, quo prosequendæ maritis erant, carerent; dummodo verbis illi contumeliosis abstinerent, & manus interdum violentas continerent.*

Plurimæ fœminarum nobilium exempla; notatu dignissima historiæ suppeditant, Græcarum iuxta ac Romanarum, quæ inito semel matrimonio, tantam viris fidem constantiamq; præstiterunt, vt non solùm laborum comites fuerint; sed ex præsentissimis etiam periculis illos liberauerint (& vicariâ maritorum salutem anima redemerint.)

Plutarchus libro de fœminis illustribus refert, cùm Lacedæmonij Minyas, illustris sanguinis viros, hostes suos acerrimos, capite damnassent; coniuges eorum publicam custodiam, vbi inclusi capitali seruabantur supplicio, intrare decreuisse, tandemque impetrasse à custodibus aditum, velut allocuturas perituros viros, cùm & LACRYMAS *effudissent plurimas, & dona custodibus non pauciora obtulissent. Ingressas autem carcerem mulieres, cum maritis singulas suis, non modò vestimenta; verùm etiam libertatem permutasse, vt illi quidem vestitu velati muliebri abirent, ipsæ verò vestes indutæ viriles in carcere manerent. Cùm autem innoxiæ ducerentur ad supplicium mulieres ab ijs, qui viros se damnatos rebantur ducere: non solùm ignouisse illis Spartanos; sed præmia quoque & honores decreuisse, non aliam ob causam, quàm quòd exemplum reliquissent laudabile probisq; imitandum coniugibus.* 237

Vetustissima & nobilissima Panthea, renunciatâ mariti in prælio occisi morte, ipsamet quæsitum eum abijt, eum nondum

In coniugio amare, quã amari, maius est bonum. Plut. erot.

Durissimus est, quem redamare piget priùs amantem. August. de catechum.

In mores te verte viri. Propert. lib. 4. c. 5.

Ὀφείλεις ἐμεῦ προποιήσαντος χρηστὰ ἐς σὲ, χρηστοῖσι ἀμείβεσθαι. *Herodot.* 1.

Tristior vultus, querela, fastidium fatum est coniugij. Fab. Declam. 18.

Mala quæ inuitis accidunt, dimidio leuiora sunt, cùm non grauentur à sincera conscientia. Philo. de temulentia.

Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est. Ouid. Heroid. ep. 5.

Dum vxor marito inseruit, redditur ei mansuetus. Theophylact. Coloss. 3.

Maritos decet patres se aut viros malle, quàm dominos dici. Liu. lib. 23.

Τὸν φιλέοντα φιλεῖν. *Hesiod.*

Patientia quæri debet, quod gratia impetrari nequit. Valer. Max. lib. 7. c. 2.

Vt tu linguæ tuę, sic ego mearum aurium dominus sum. Aristipp. Saresb. 3. 14.

Amoris coniugalis exempla;

Maritum amare castitatis indicium est. Plin. 4. 19.

Castitas summa & regia fœminei sexus virtus. Heliodor.

Ταμεῖον ἀρετῆς ἐστὶ γυναία γυνή. *Menand. Stob.* 631.

Castum haud superat labor vllus amorem. Sil. lib. 3.

1. *Lacænæ Minyarum, præcipuum vxoriæ fidei specimen. Val. Max.* 4. 6.

Quædam ardentibus rogis torum miscuerunt; quædam vicaria maritorum salutem anima redemerunt. Sen. 2. controu. 2.

Lacedæmonij sontes noctu plectunt, interdiu neminem. Herodot. lib. 4.

Δῶρα γὰρ ἀνθρώπων νοῦν ἤπαφεν ἠδὲ καὶ ἔργα. *Clemen.* 6. *Strom.*

Πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος. *Eurip. Med.*

Dadiuas quebrantan pennas. Adag.

Excellentissima animaduertenti, mediocria quidem præstare, rubori oportet esse. Val. Max. 4. 6.

Difficilium facilis est venia; Culpabilius est, non obseruare quod possis. Tert. lib. 2. ad vxor.

2. *Pantheæ Abradatæ;*

nondum expirasse sperans; quem cùm inuenisset mortuum; illius sanguine corpus faciemq; suam lauit, & acinace pectus feriens, virumque amplexa animam exhalauit, atque ita eidem ambo tumulo fuerunt illati.

Porcia M. Porcij (Vticensis) filia, cùm virum Brutum victum & interemtum (apud Philippos) cognouisset; tantum præ se tulit dolorem, vt domestici omnia, quibus mortem afferre sibi poterat, ferramenta remouerent, omnesque interitus vias intercludere conarentur. Adeò quippe cùm inter Romanas matronas excellebat, tùm reipublicæ necessaria erat, vt cùm mariti ipsius mors lacrymas oculis profusas meruisset; ipsius interitus guttas cordis cruentas poscere videretur. Cùm ergo incredibilem animo dolorem ex mariti vnicè chari morte Porcia caperet, vt serium, non simulatum illum esse ostenderet; non vt vulgo se probaret; sed vt satis amori tam impotenti faceret; quia neq; ferrum, quo se traiiceret, neque laqueum, quo collum implicaret, (neque puteum, quo se mergeret) reperiebat; ad focum se proripuit, atq; inde ardentes ore carbones non minore hausit facilitate ac promtitudine, quàm sanus quispiam vuas de racemo edit. Nouũ sanè & inopinatum mortis genus, ad testificandam amoris (ineffabilis) vehementiam à Romana illa inuentum; Sed ad comparãdam futuris seculis memoriam immortalẽ accommodatissimum. Voluit enim generosæ matronæ more carbonibus ardentibus viscera, amoris æstu flagrantia exurere.

238 *Diodorus † Siculus autor est, Indorum fœminas, cùm more patrio complures singulis nuptæ essent, mortuo marito, in certamen iudiciumque venire solitas, quam ex iis plurimum ille dilexisset; & victricem (gaudio exultantem) vnà cum viro in rogum impositam fuisse; (superatas cum tristicia in vita remansisse.) Ita nimirum tunc mulieres illæ de morte, vt de vita hodie viri, certabant.*

CAPVT VI.

De fœmina Græca mortem marito ab eo, qui ipsa potiri cupiebat, illatam vlciscente.

Plutarchus, libro de illustribus fœminis, (& in Erotico) historiam tum scitu tum memoratu dignam recitat in hunc modum. Erant inter Galatas duo reguli amplissimarum familiarum; Synatus & Synorix, propinqua ambo cognatione & familiaritate iuncti, & amatores acerrimi puellæ cuiusdam Græcæ, virtute iuxtà ac forma clarissimæ, cuius nu-

La boca le besaua y la herida; por ver, si le podia infundir la vida. Araue. 196.

Pulcerrimum finem habet, qui diem obiit victor. Xeno. pæd. 7.

Mori volenti deesse nunquam mors potest. Sen. Hippolyt. 3.

3. *Porcia; Plut. in Bruto. Val. Max. 4. 6. Polyæ. 8. Dio. 44.*

Iamais Foy de l'amour ne varie. Marot. Rondeaux. 383.

Verus amor nullum nouit habere modum. Propert. 2. 15.

Humilis & inertis est tuta sectari: Per alta virtus it. Senec. cur bonis malè. 5.

Per medios amantes nullus vnquam penetrauit hostis. Plut. Erot.

Cupiditas pereundi hoc ipso quo vetamur, accrescit. Fab. Declam. 4.

Occidere est, vetare cupientem mori, Malo impetrari, quam eripi mortem mihi. Sen. Theba. 1.

Non longè est quærentibus mors. Petron.

Calpurnia viuo igni deuotato, prematuram mortem immortali nominis sui pensauit memoria. Vell. lib. 2.

Tam violenta morte testata, quantum maritalis flammæ pectore clausum habuisset. Valer. Max. 4. 6.

Ardua virtutem profert via. Sil. lib. 2.

Vna breue fatiga y muertæ honrada assegura la vida y la eterniza. Araucan. 307.

4. *Indorum fœminæ;*

† *Bibliot. lib. 19. Cic. Tuscul. 5. Solin. cap. 5. Val. Max. 2. 6.*

Quis eum non miretur, qui iis artibus mortem quæsierit, quibus ab ignauis vita quæri solet?

ἔνιοι τῶν ἑλλήνων ἐπετίμων τοῖς νομίμοις, ὡς ἀγρίοις οὖσι καὶ χαλεποῖς. *Diodor. 19.*

Nihil ex semet natura creauit Pectore amicitiæ maius nec rarius vnquam. Manil. lib. 2.

Flamma sæui amoris parua quidem primo vapore delectat; sed fomento consuetudinis exæstuans, immodici ardoris vi totos comburit homines. Apul 8.

Φεῦ, φεῦ! βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα. *Eurip. Mede.*

5. *Camma Galata.*

Certamen præmia magna mouent. Ouid. Heroid. 15.

Ἀπροίκτων ἐρώτων ὀξύτεραι μανίαι. *Pindar. Nem. extr.*

Assides, sequeris, hæres, præstas comitatum, fauorem, laudas, vbique miraris. Fab. declam. 15.

Cupiditas atque amor maximè efficaces ad muliebre ingenium preces. Liu. lib. 1.

Ah miseri, quos hic grauiter Deus vrget! Tibul. 2. eleg. 1.

Nulla vehementior discordiarum causſa eſt, quam vnius fœminæ à multis maribus appetitio. Lactant. 3. 20.

Quantum amori in hominem liceat, illi magis sciunt, qui amantur. Fab. declam. 15.

ὃ τὸ μὴ τυγχάνειν λυπηρὸν, τὸ τυγχάνειν ἡδύ. *Arist.* 1 *Rhetor.* 11.

Dianæ ſacerdotio fungitur:

Securum probitas, forma timere facit. Ouid. Heroid. 16.

Facilius adamari, quam adamare fœminæ poſſunt. Tert. de Virgin. veland. extrem.

Difficile cuſtoditur, quod plures amant. Hieron.

Was jederman gefelt/ darnach man ſtelt/ *Adag.*

Quis ſecurus amauit? Ouid. Heroid. 18.

ἡ γυναικῶν σύμορφία ἀφορμὴ τοῖς πόθοις, καὶ τῆς ἐπιθυμίας. *Plutarch.*

A Synato perdite amata;

Nemo eſt in amore fidelis. Propert. 2. 35.

Vni mea gaudia ſeruo. Ouid. lib. 7. Metam.

Tentationes nonnunquam inſtando perficiunt. Tertullia. de cultu fœmin.

Illicita amantur; excidit quicquid licet. Sen. Herc. Oete. 2.

Quæ expoſita ſunt omnibus, facile faſtidiuntur, & fere negliguntur. Nic. Greg. 5. 13.

Vicinum habent permiſſa faſtidium. Pacat. paneg.

Caſtitatem tuetur:

Mulier ingenua amplexus vrſarum priùs, quam alieni viri ſuſtinebit. Plut. erot.

Vnum amatori remedium eſt amari. Fab. declam. 14.

Formam pudor honeſtat. Curt. lib. 6.

ὃ γὰρ τε πωλῆς ὁλοώτερον ἄλλο βροτοῖσιν ἐς λέχος ἐσιδμὴν, ἢ ἄφρονα φῶτα τίθησι, καὶ πινυτὸν περ ἐόντα. *Coint.* 1. 734.

Non vnquam ſpem ponit amor. Sil. lib. 8.

Quæ, quia non liceat, non facit, illa facit. Ouid. 3. amor. 4.

Amor quod cupit, vel vita, vel pecunia, vel fama redimit. Plut. Erotic.

Auget prohibitio deſiderium illiciti operis. Auguſt. 13. ciu. 5.

Quicquid ſeruatur, cupimus magis. Ouid. 3. amor. 4.

ὁ ἔρως ἀψάμενος τῆς ψυχῆς παραμίγνυται πολὺ χεῖρον. *Plutarch.*

ptias vterq; ambibant, vtq; voto potirentur, ambo illi ſeruiebant; ambo paſſim occurrebant; ambo amore illam impotente deperibant. AMORIS enim plaga glebæ inſtar (in turbam iectæ) hunc oblædit, illum obcæcat.

Cæterùm cùm & fortuna hoc ita fieri vellet, & in fatis eſſet vtriq; euenire; Synatus tam ſedula virgini illi, cui Camma nomen erat, obſeruãtia ſeruijt, vt vxorem tandem illam acciperet; quo viſo Synorix eius riualis non minore affectus pudore, quàm dolore fuit, quippe qui non ſolùm operam atque impenſam perdiderat; ſed etiam voto potiundi ſpem omnem amiſerat.

Cùm autem Synatus Cammæ maritus vxorem ſuam magnanimam, comem, placidam, omnibus charam, & ſuper omnia forma florentem videret: Dianæ illam conſecrare ſtatuit, vt huius præſidio & ipſe à periculo, & vxor ab infamia cuſtodiretur. Quod quidem viri nobilis factum, tanquam inconſideratum, aut præcipitis conſilij, reprehendere non poſſumus, cùm ſcilicet coniugem ſuam ob eximiam pulcritudinem à tam multis videret expeti. DIFFICILIima enim eſt eius rei, quam multi expetunt, cuſtodia.

Sed neq; Cammæ coniugium, neque Dianæ patrocinium Synorigem deterrebant, quò minùs illam deperiret, omnibusque modis ac rationibus demereretur, ſollicitaret, ſectaretur, captaret, Certiſſimè perſuaſum habens fore; vt obſequiorum pertinacia animum tandem Cammæ expugnaret, vt quemadmodum Synatum maritum publicum elegiſſet; ita ipſum, 239 vt amicum ſecretum foueret. Nam PLeraq; mulieres iis ſimiles, quib. (morbo) guſtatus corruptus eſt, potiùs vetitis, quàm ſalubribus & vtilibus veſcuntur.

Etſi autem meritò inter Graias omnes celeberrima erat ob pulcritudinem Camma: longè tamen iuſtius inter omnes virtute claras, vt virtute clariſſima ſummo erat in honore; quod inde manifeſtum, quoniam ex quo nupta fuit, nunquam adduci à Synorige potuit, vt vllum acciperet ab eo donum (aut munuſculum,) vel vnicum illius verbum audiret, vel ad feneſtram ipſius gratia accederet, vel ſaltem aſpectu ipſum (aliósue) dignaretur. Nam GENERE & virtute claræ matronæ officio ſuo, ſi bonæ tantùm ſint, neutiquàm ſatisfaciunt; niſi omnem abs ſe nequitiæ, ſi liceret, admittendæ ſuſpicionem ſegregent.

Verùm enimuerò, vt ANIMVS amore captus quo cupiditates expleat ſuas, nullum ſubterfugit periculum; ita Synorix cùm neque precibus Cammam, quam deperibat, pellici, neque donis expugnari poſſe videret; ad occidendum Synatum animum adiecit, Cammæ iam viduæ nuptias ſe facilè adepturum confidens. Sic enim cogitabat, quòd à pec-

cato

cato Camma se contineret, non tam fieri, quòd ab eo voluntas abhorreret, quàm quòd patrandi illius facultas deesset. (Vt rem in pauca conseram, Synorix incœptum nefarium & execrabile peracturus, paullò pòst Synatum sodalem vetustum per dolum sceleratè interimit.)

Interemto verò marito, Camma continuò tum à Synorige ambitur, tùm à propinquis sollicitatur, vt æquo animo Synorigi matrimonio iungatur, & cædem mariti condonet. Illa verò tanquam heroina, vt coniugij prætexu opportunitatem habeat optata patrandi, propinquorum sibi consilium probari, seque maritum Synorigem optare respondet, securum potiùs illum reddendi studio, quàm ignoscendi animo ista præ se ferens. Cumque mos esset inter Galatas, sponsum sponsamque ex eodem disco cibum capere, & ex eodem poculo bibere; die nuptiali Camma & poculum venenatum & lyram capit, quam manibus pulsans, huius sententiæ carmen ad Dianam orditur:

DIVA, tuum numen testor, Diana, Dearum
Qua non est animo carior vlla meo:
Viuere me voluisse; mei dum fata valerem
Vlcisci, ah nimium sanguinolenta! viri.
Leniit ingratæ spes hæc mihi tædia vitæ,
Quæ nisi certa foret; dudum ego nulla forem.
Postquã obiit, quo mens mea se oblectabat in vno;
Vt cecidit fuerat qui meus vnus amor:
Pro quo dulce mihi caram profundere vitam,
Quo viuente, mihi viuere dulce fuit:
Quo moriente, nihil reliquum, nisi, terra, precari,
Vt tegeret cineres vna eademque meos.
Postquam illum extinctũ, me solam; pulueris illum,
Me vidi luctus mole grauante premi:
Testis es in misera nil delectabile vita;
Imò odio memet, Diua, fuisse mihi.
Quippe videbatur lacrymabile viuere corpus;
Mens erat vnanimi contumulata viro.
Quem tumulo vt vidi inferri, Cur parcitis inquam,
Hoc etiam gelida condere corpus humo?
O quoties laqueo vitam finire, vel ensem
Abdere visceribus magnus adegit amor!
Non vitæ, sed quam scio me debere marito,
Vindictæ dextram nempe repressit amor.
Nam cùm posse dii dederint si velle recusem
Vlcisci cari fata cruenta viri:
Illi maiori vecordia nostra dolori,
Quàm percussoris vis truculenta foret.

Hæret amor, crescitque dolore repulsæ. Ouid. 3. Met.

Quid non amor impius ausit? Alcim.

Polluit ille deus cognatos, soluit amicos, Propert. 2. 35.

Maritum amittit:

Et spe crescit amor. Ouid. Heroid. 19.

De connubio Camma appellata vltionem parat;

Omnia facinora caussas vel de cupiditate, vel de simultatib. trahunt. Fab. declam. 15.

Simula il viso pace, ma vendetta chiama il cour dentro, è ad altro non attende. Ariost. 37. 60.

Celuy, qui tend le piege deceuant, en Voulant prendre autruy, se prend le plus souuent. Ronsar. 9. 19.

Astu miro personata, ad limam consilii desiderium petitoris differt: Apul. lib. 8.

Vn bon cæur ne vend point l' amor pour l' auarice. Ronf. 6. 140.

Quella, che dal' oro è dal argento
Difende il cor di pudicitia armato,
Tra mille spade via più facilmente
Difenderallo, è in mezo al foco ardente.
Ariost. 43. 68.

Et percussorem punire & ærumnabili vitæ sese subtrahere tacita decernit. Apul.

Amoris cæca consilia sæpe veniam meruerunt. Æn. Sylu. hist. Boh. 18.

τὰ μὲν ἄλλα δεύτερ' ἂν πάσχοι γυνὴ, ἀνδρὸς δ' ἁμαρτάνουσ' ἁμαρτάνει βίου. *Eurip. Sto. 660.*

Σύ μοι ἱερὸν ἦμαρ, καὶ φάος ἠελίοιο πέλες, καὶ μείλιχος αἰών. *Coint. 3. 561.*

L' amour n' est rien au' ardate frenesie,
Qui de fumee emplist la fantaisie,
D' erreur, de vent è d' vn songe importun:
Car le songer & l' amour ce n' est qu' vn.
Ronsard. 2. lib. des amours.

Muliebris dolor quo est mœstior imbecillo animo, eo miserabilia magis quærentibus subiicit. Liu. lib. 3.

Perennis fides & in amore constantia finiri nisi morte non potest. Plin. 9. epist 9.

Mulier transiens ad secunda vota tria optima negligit: Deum, defuncti memoriam, & filiorum caritatem. IC.

Si la voglia ha in vno oggetto intensa, che sol di quello, & maid' altro non pensa. Ariost. 37. 65.

Si la odiosa vida dilatamos, es por hazer mayor nuestra venganza, Araucan. 246 2.

Sanctum & solenne fœminis fuit, priore viro mortuo, secundis nuptiis abstinere. Pausan. lib. 2.

Minuit vindicta dolorem. Ouid. 1. amor. 7.

Traiicit & fati littora magnus amor. Propert. 1. 19.

Ergo

Ergo Diana volens, & tu pater alme Deorum
Accipias famulæ sacra hodierna tuæ.
Me solam cunctas elegit Achæidas inter
Vir meus, vnam animo charam habuitque suo.
Obsequiis impendit opes floremque iuuentæ;
Posthabuit votis cuncta pericla meis.
Plura quidem meritis; neq; enim nego, debeo tãtis,
Quãm valeo, Sed si, quod queo, præsto; sat est.
Ille caret vita me propter; & illius ergò
Ipsa negem duræ iura subire necis!
Vixit vterq; parens; abiit amor; obruta fama est; 241
Cor iacet in tumulo; possidet alter opes:
Quæ mihi sola super, vitam, carissime, honori
Consecro deuota mente, marite, tuo.
At tibi, qui nomen iam speras dulce mariti;
Atque inhias socii gaudia prima tori:
Pro thalamo tumulum Nemesis paret, & tibi pullã
Pro niuea, Synorix, det Libitina togam.
Fumida luctificus ferali carmine bubo
Personet; at tacitus limina vitet Hymen.
Pro Sponsæ excipiat te sponda Orcina lacertis,
Et sis pro festa Vermibus esca dape.
Præfica te comitet, non pronuba: Denique vitam
Non genialem, animam sed furiosus agas.
Ecquis enim superos non incusabit iniquos,
Astrigero Astream deiicietque polo?
Nì dulci optatæ spoliatus munere vitæ;
Quo minimè Synorix tempore vellet, erit?
Chare marite, tibi celeri qui funere mortis,
Quo minimè velles tempore, caussa fuit.
Excipe Diua libens animam, quæ læta mariti
Amplexum & cœli lucida regna petit.
Quòd si grata parum fuerit mihi turba silentûm;
Fama inter viuos nostra superstes erit.

Hac ad Dianam finita oratione; Camma (pulcerrima & præstantißima) poculi venenati partem ipsa bibit, reliquum Synorigi, nihil aliud nisi vinum vel aquam se haurire opinãti, porrigit: quo facto, ille quidem meridie, ipsa verò nocte intempesta expirauit, neque minus ex animo mortem ipsius Græci vniuersi luxerunt, quàm charam ex animo vitam ipsius habuerant.

Ex his igitur, quæ recitaui, exemplis facilè colligere fœminæ Principes & nobiles possunt, quàm honestum & honorificum sit, si viros vxores ament, vtque ab illis amentur, operam dent, idque non solùm dum superstites habent; sed etiam postquam vita defunctos vident. VXORIS enim

erga

Soli amori Pluto est dicto audiens. Plut. Erot.

Doue meglio può morir, e quando, che l'suo caro marito vendicando? Arioſt. 37. 60.

Huius ero viuus, mortuus huius ero. Propert. 2. 16.

Nunquam esse satis potero, præstem licet omnia, gratus. Ouid. lib. 15. Met.

Vbi honestus amor est, aliquando præstat morte iungi, quam vita distrahi. Val. Max. 5. 6.

Pudiendo se casar y no quemarse, antes quemarse quiso, que casarse. Araucan. 307.

ἥδιον ἡμῖν ξυνὸν ἀεὶ μεθέπειν ἢ βίον ἢ θάνατον. *Silentiar. Epigr. lib.* 7.

Nostros non rumpit funus amores. Lucan. lib. 5.

Κεύθεα δ' ἀΐδαλκιδες αἰὲν ἀγαιῳολέγεις λοχόωσι, *Coint. lib.* 3.

Non potendo, come haurei voluto, Io t' ho fatto morir, come ho potuto. Arioſt. 72.

Me vindicantem sponsam in libertatem, vita citius deseret, quam fides. Liu. lib. 3.

La muger cruel es lo de veras. Arauc. 2. 91.

Versæ sunt in exequias nuptiæ; Genialis lectus mutatus est in funebrem. Sen. 6. controu. 6.

Οἰωτὸ κακὸ τύχει αἰὲν ἀλλῳ κακὸ τεύχων. *Hesiod.*

Vendetta se ben tarda à venir, compensa l' indugio con punitione immensa. Arioſt. 35. 105.

Sequar hostem lætus ad vmbras. Sil. lib. 5.

Laus in amore mori. Propert. lib. 2. cap. 1.

Sunt & fœminis ad scelera vires, cum habent caussas virorum. Fab. declam. 2.

Ne turpes nuptias celebraret, acerbas exequias duxit. Val. Max. lib. 6. c. 1.

Virus lenitate vultus & blanda dissimulatione porrigentis protectum visceribus infudit. Fab. declam. 14.

Felix iacet, quicunque quos odit, premit. Sen. Herc. Oete.

Promissioni fallacioſæ mulieris oppressus succumbit (Synorix) vno potiendi studio posponens omnia. Apul. lib. 8.

Credula res amor est. Ouid. 6. Metam.

Magnum iter ascendo: Sed dat mihi gloria vires; non iuuat ex facili lecta corona iugo, Propert. lib. 4. cap. 11.

Gratia non debet occumbere cum dilectis. Cassio. 8. 1.

Plerique non nisi viuentes reuerentur. Plin. 6. epist. 6.

Fas est præteritos semper amare viros. Prop. 2. 14.

242 *erga virum superstitem reuerentia ex timore videtur nasci; defuncti verò dilectio & veneratio non aliunde; quàm ex amore proficiscitur (perfecto.)*

Non faciant fœminæ Principes & illustres, quod plebeiæ nonnullæ audent, vt nimirum philtra quærant, aut veneficia exquisita excogitent, quibus ad amorem maritos alliciant. Nam præterquam quòd eiusmodi superstitiones sine lethali conscientiæ vulnere, magnaque pudoris iactura vsurpari nequeunt; & iniustum & pessimi exempli foret, si ideo tantum vt maritis curæ essent, in odium (indignationemque) ipsas DEI iuuaret incurrere. DEI dilectio, cultus & veneratio tantum abest, vt sit cuiquam impedimento, quo minus in amoribus viro delitijsq; sit vxor honorata; vt potius SÆPE numero Dei permissu coniuges nonnullæ, quamuis debiles, deformes, valetudinariæ, magis à maritis, quàm industriæ (diuites) & formosæ (amatæ sint &) amentur; non quidem propter obsequia maritis præstita; sed propter animum cultui diuino deditum. NVNQVAM enim fiet, vt quæ Deum iratum (infensumq;) habet vxor, marito vtatur commodo.

Quare si consilio coniuges hac in parte meo voluerint vti, philtron illas memorabile (ad conciliandum maritorum amorem) docebo, nempe vt TACITVRNÆ, pacificæ, tolerantes, solitariæ & pudicæ sint. Ex his quinque aromatis condituram possunt conficere, qua visa, nedum gustata, à maritis amabuntur, ac (tantùm non) adorabuntur. Omnino persuasissimum sibi mulieres habeant, PROPTER formæ elegantiam fore vt expetantur, propter virtutis præstantiam fore vt amentur.

Vxorem virum amare voluptas est, defunctam religio. Stat. Siluar. 5.

Bona durare norunt post hominem. Cass. 2. 3.

Mentis honor, morumq; decus sunt vincula sancti coniugij. Vict.

Malè quæritur herbis, Moribus & forma conciliandus amor. Ouid. Heroid. 6.

Imbecillis & fastidiosa est Veneris gratia, amore non aspirante. Plut. Erotic.

Images & paroles, en Amor sunt friuoles. Ronsard. 6. 143.

Philtra nocent animis, vimq́ue furoris habent. Ouid. 2. artis.

Φίλτρον εὐγνώμων τρόπος. *Menan. Rhodigin.* 28. 21.

Amor abolet delicta, quæ coniugium corrumpunt & dissipant. Plut. erot.

Morositas insuauem reddit modestiam, itemq; sordes simplicitatem. Plutarch. præcept. coniug.

Diuinitus interdum Venerisq́ue sagittis deteriore fit, vt forma muliercula ametur. Lucret. lib. 4. extrem.

Caligula ab vxore amatorio potionatus incidit in insaniã atq; ita vna venefica toti Rom. orbi maximas attulit calamitates. Ioseph. 19. anti. 2.

Amatorium sine medicamento, sine herba, sine vllius veneficæ carmine. Sen. ep. 8.

οὐ τὸ κάλλος, ἀλλ' αἱ ῥεταὶ τέρπουσι τοὺς ξυνευνέτας. *Eurip. Androm.*

Vbi amor condimentum inerit, cuiuis placiturum credo. Plaut. Casin. Omnib. reb.

Honestus amor pendet ex animo, non ex lucro. IC.

CAPVT VII.

Fœminas Principes & illustres oportere maritis obedire, viroq́ue turpe ac probrosum esse vxoris imperium.



PLVRIMVM & sudarunt, & temporis impenderunt, imo libros etiam multos scripsere oratores antiqui nonnulli, vt viro dominium, in vxorem conuenire, vxoremq; viro seruitutem debere demonstrarent; dumq; alteri dignitatem viri amplificant, alteri infirmitatem fœminæ tuentur; eo progressi sunt ineptiarum, vt longè honestius supersedere (disputandis &) scribendis illis potuerint. FIERI enim non potest, quin errent scriptores, ea scribere animo destinantes, non quæ ratio dictitat, sed quæ opinioni præconceptæ congruunt.

Γυνὴ χείρων ἀνδρὸς εἰς τὰ πάντα, καὶ ἡ πονηρία αὐτοῦ ὑπὲρ ἀγαθοποιοῦ γυναικός. *Ioseph. contr. Apion.* 2.

Longè præstat in arte, & solertius est multò genus omne virile. Lucret. lib. 5.

Romuli lege vxor pudica, & marito morigera erat familiæ domina æquè vt vir. Dio. lib. 2.

Plato omnibus partibus, quæ propriæ virorum putantur, fœminas vult coniungendas esse. Apul. de Philosoph.

τὸ χεῖρον ἀνάγκη νικᾶσθαι ὑπὸ τοῦ κρείττονος ὅπου χεῖρόν ἐστιν. *Arrian.* 3. 22.

Non potest ædificari mendacium sine demolitione veritatis. Tertul. cont. Marcio. 2.

Multos inuenimus qui mentiri velint; qui autem falli neminem. August. 1. doctr. Christ. 36.

1. *Fœminæ habent eandem cum viris naturam.*

Libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet nisi quod vi, aut iure prohibetur. IC.

Bodin. lib. 1. c. 3. Alexand. 4. 8. Tholoz. 7. 11. Arist. 1 polit. 5.

Qui eandem naturam accepêre, cæterorum quoq; communitatem habere æquissimum est. Dio. lib. 52.

Æquitas paribus in caussis paria iura desiderat. Cic. Topic.

Par in parem non habet imperium. IC.

2. *In generatione plurimum conferunt.*

Τρὶς ἂν πυρὶ ἀσπίδα σὴν θέλοιμι μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ. *Eurip. Med.*

Ter sub armis malim vitã cernere, quàm semel modò parere. Varr. 5. lin. Lat.

In humana natiuitate maternum est pariendi dispendium, & infantum nascendi periculum. Fulgent. Mythol. 3.

3. *A factionibus alienæ sunt.*

Mulier minùs audet, quàm masculus. IG.

γυνὴ μὲν φόβου πλέα, κακὴ δ' ἐς ἀλκὴν ἐσιδέσθαι εἰσορᾶν. *Eurip. Med.*

Mulieres multæ multis viris ad multa præstantiores. Plat 5. de rep.

Galen. 8. decret. Plat. 3.

χρήμασι πορίζειν εὐπορώτερον γυνή, ἄρχουσά τ' ὄσσε αὐξιπαλαίστου ποτέ. *Aristophan. Ὀκλῆς.*

Quid mali habet res, si cordata mulier mariti iuuenis gubernat vitam. Plut. Erotic.

Apud Seras viri domi desident, vnguentis delibuti, vxoribus parati: mulieres in agro omnia opera perficiunt. Epiphan. hæres. 80.

Exempla imperij muliebris apud Achæos. Alex. 4. 8.

Diodor. lib. 2. de Scythis.

Τίνα τρομέεσθαι γυναῖκες; *Theocr. Idyll. 15.*

Lycij mulieres magis quàm viros honoribus afficiunt. Stob. 471.

Pacta quæ turpem causam continent, non sunt seruanda. IC.

γυνὴ δὲ νικᾷ σ' ἄνδρα κακὸν ἔστι μέγα. *Philem. Stob. 659.*

Fœmina dominatur: in tantum non modò à libertate, sed etiam à seruitute degenerant. Tac. mor. Ger.

Lycij iam olim mulierum imperiis parent. Heraclid. de politiis.

ὑπὸ γυναικὸς ἀρχεσθαι ὕβρει· ἀνδρὶ ἐχάτη. *Democr. Stob. 661.*

Diodor. lib 1. de Ægyptijs.

ἀλλὰ; ἔμφυτον ἀπεχθείας ἐ ἀνδρικὸν σὺν γυναιξὶν, τὸ φιλεῖν ἢ μᾶλλον, ἢ ἀπολέμειν καὶ κολεοῖμιν. *Coint. 9. 281.*

Qui mulierum partes tutabantur, cùm fœmina corpore & anima, perinde ac vir, constaret; cùm ratione æquè ac vir vteretur; cùm vitam mortemque cum viro communem haberet; cùm generationi non minus atque vir apta nata esset: videri sibi dicebant nullum viro dominium in ipsam (non magis, quàm ipsi in virum) deberi. NEQVE *enim æquum esse, vt quos natura (ingenuos &) liberos fecit, lex vlla seruos faciat (& subditos.)* 243

Dicebant item argumentum illud tractantes, cùm generis humani augendi gratia dij res omnes condiderint; potiores hic fœminæ, quàm viri partes esse. Virum enim generandi tantùm vi præditum esse, idq; sine periculo & citra laborem; fœminam verò cum periculo fœtum eniti & cum labore (molestiaq;) educare. Itaque extremæ INHVMANITATIS *vel potius crudelitatis esse, fœminas, quarum è visceribus (cum periculo) orti, quarum vberibus (maxima cum molestia curaq;) nutriti essemus, seruarum à nobis loco haberi.*

Præterea viros dicebant factiones instituere, seditiones mouere, bella gerere, inimicitias exercere, arma ferre, sanguinem (humanum) effundere, & omnis generis turbas excitare; quorum omnium fœminæ sunt immunes. Nam neque factiones fouent, nec cædes faciunt, nec vias obsident, nec arma gestant, nec sanguinem effundunt; sed qua festinatione ad cædem viros ferri videmus, eadem ad pariendum (educandumq;) fœminæ properant. Quòd cùm ita sit; parêre viros, à quibus minuitur ciuitas, æquius est, quàm fœminas, quibus incrementa ciuitatis debentur. NVLLA *enim neq; diuina, neque humana lex virum stultum liberum, mulierem prudentem seruam (subiectamq;) esse iubet.*

Hanc opinionem amplexi, & hac ratione nixi Achæi in more habebant, vt viri parerent, & fœminæ imperarent, idq; hoc pacto, quemadmodum Plutarchus de consolatione dicit, fiebat, vt maritus domum verreret (ac purgaret) lectum sterneret, vestem lauaret, mensam instrueret, cibum appararet, aquam præberet: Contrà verò vxor rem familiarem administraret, negotia expediret, pecunias tractaret, & ad iram commota non solùm verba illi contumeliosa; sed (non nunquam castigandi gratia) manus etiam violentas afferret. Vnde vetus prouerbium, à multis lectum, à paucis intellectum manauit, videlicet, Vita Achaica. Si quis enim vir vxoris arbitrio (nutuq;) se regi Romæ pateretur; per contumeliam à vicinis audiebat; Vita ACHAICA, *quod perinde erat, ac si dicerent; In malam rem abi! quoniam Achaico more viuis, vbi viri tam nauci sunt, vt (ab vxoribus se regi seu benè seu malè patiantur, &) suo quælibet vxor marito imperet.*

Plinius Epistola quadam grauissimè Fabatum amicum obiurgat, quòd vxorem habeat, quæ in omnibus ipsi, & per omnia imperet, & quòd præter ipsius nutum ac præscriptum nihil omnino faciat: cuius rei indignitatem fœditatemque vt tanto magis amplificet, & oboculos ponat, sub finem epistolæ dicit: Valde me pœnitet, quòd tu solus Romæ polles vita Achaiæ.

244 *Iulius Capitolinus dicit Antoninum Caracallam, cùm virginem Persicam formæ eximæ deperiret, neque potiri illa posset; promisisse lege Achaica se vxorem illam ducturum. Verùm maiorem illa in respondendo, quàm ipse (petendo ac) promittendo, præse tulit prudentiam. Se enim nubere nec posse, nec velle, vtpote quæ Vestæ templo (deuota &) dicata esset; & deorum malle famulam quam hominum dominam esse dixit.*

Huic planè contrarium morem Parthi & Thraces habuerunt, apud quos adeo viles erant vxores, vt eas non aliter, quàm seruas, mariti tractarent ac haberent tam immoderata hac in parte vtentes licentia, vel vt verius dicam, leuitate, vt vxorem vel duodenos enixam liberos, retentis (domi) liberis, in foro venundarent, nonnunquam etiam (matris suæ venditionem vel permutationem approbantibus liberis) cum alia iuniore permutarent, cuius consuetudine maritus quasi repubescceret. Fœminas enim barbari isti iam anus & effœtas vel viuas sepeliendas, vel mancipiorum instar laboribus onerandas dicebant.

Dionysius Halicarnassæus legem fuisse Lydis ac Numidis refert, vt domi fœminæ, viri foris imperarent. Ego verò, qua sum ingenij tenuitate; quomodo lex ea (valere ac) seruari potuerit, non video. Neque enim vel vxorem foras extra domum prodire, vt imperari ipsi (à marito) possit, vel maritum domum alienam imperandi (vxori) gratia ingredi consentaneum rationi est.

Lycurgus Lacedæmoniorum legislator à maritis res foris extra domum curari; ab vxoribus verò dispensari & disponi (custodiriq;) iussit: qua ratione vir sapientissimus laborem quidem inter virum fœminamq; dispertiuit; imperium verò marito illibatum reliquit. Nam si verum fateri volumus, MONSTRI simile est plus domi vxorem, quàm maritum imperare.

In sacrosancta Christianorum religione, neque diuina, neque humana lex vlla obstat, quò minus mulieri vir in omnibus præferatur. Quòd autem contrarium tum Philosophi nonnulli asserere, tum gentes quædam instituere voluerunt; id verò mihi quidem neque probandum, neque recipiendum videtur. NIHIL enim absurdius, aut vanius

Ἀχαιδες, οὐκ ἐτ' ἀχαιοί. *Iliad. β.*

ὦ μιαρὸν ἦθος κ γυναικὸς ὕστερον. *Sophocl.*

ἡ φύσις παρανομεῖται γύναιον κρείττων. *Plut. erotic.*

In familia rectè instituta viri vel imperiũ vel cõsilium eluceat. Idem, præcept. coniug.

Spartianus in Caracalla huius rei non meminit.

Επιγελῶμεν τὸς τῷ πρεσβύτην ἀγαθὸς κ τὸς νεωτέρους ἀναγκης ἐξεργομένους. *Basil. Stob.* 287.

De Artabani Parthi filia dolis petita, videatur Herodian. lib. 4.

Τεῖς γυναιξὶ χρὴ τὴν πόλιν παραδοῦναι, κ γὰρ ἐν τοῖς οἰκίαις ζῶσιν ἐπιτρόποις κ παιδίσκοις χρώμεθα. *Aristoph. Cyclop.*

Faminæ imperium adfectantes plura contra decorum agunt, quam ipsi viri, qui imperium hoc sustinent. Plut. præcept. coniug.

Galli in vxores & liberos æquè ac in seruos vitæ ius ac necis habent, Cæsar. lib. 6.

Non est spectandum, quid Romæ factum sit, sed quid fieri debeat. IC.

Heraclides de politijs.

Plat. 7. de ll. Alex. 2. 14.

τὰ δ' ἀνωφελῆ δεῖ τῇ πόλει ξυλλαμβάνειν τὰς εὖ φρονούσας. *Aristoph. Cyclop.*

Apud barbaros fœmina & seruus eodem gradu habentur. Arist. 1. Pol. 2.

Plus roboris maribus attributum est, quo facilius ad patientiam iugi maritalis fœminæ cogerentur. Lactant. opific. 12.

Non te bagas mandador, donde non fueres sennor. Adag.

Ὡς μὲ κόρας αὔδρας εὐρεῖν δεῖ, ὡς ἢ γυναῖκας σώζειν τὰς ἔμοιγε. *Carila. Rhodigin.* 13. 6.

Mulieri coniugatæ non licet dicere; facio quod volo de meo; cùm & ipsa non sit sua, sed capitis sui. August. ep. 109.

Ανδρὸς μὲ κεφαλὴ, γυναικὸς ἢ φυλάττειν ἔργον ἐστίν. *Arist. 3. polit. 4.*

Xeno. mem. 5. & de rep. Lacedæ.

Triste quelle case, oue cantan le galline, & gallo tace. Adag.

Naturæ est, potioribus deteriora submittere. Sen. ep. 90.

Lege naturæ superiores inferioribus imperant. Dion. lib. 1.

I donneschi diffetti discors. 2.

Quid peius domo, vbi fœmina habet imperium super virum? Aug. Iohan. tract. 2.

οἰκίαν δ' ὧν ἡ πόλις ταχθῆναι γυνὴ οὐκ ἔστιν ἥτις πώποτ' οὐκ ἀπώλεσε. *Eurip. Androm. Stob.* 657.

Mulier inferior est viro per omnia. Obedit ergo non ad iniuriam; sed vt sub regimine constituta. Deus enim viro potestatem dedit. Ioseph. cont. Apion. 2.

Maior dignitas est in sexu virili. IC.

Χεῖρόν ἐστιν, ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλ' οἰκειότερον, καὶ μετέχει ἰσοτιμίας πως μᾶλλον. *Arist. magnor. moral.* 1. 34.

αἰεὶ δηθωῦσιν, ὅπη πόσις αὐτὸς ἀγώγῃ. *Oppian. Halieut.* 4.

Recta domus, vbi vir imperat, fœmina obtemperat. Aug. Ioh. tract 2.

Si amet vxor maritum, quia diues est, nō est casta: non enim maritum amat, sed aurum mariti. Aug. serm. 49.

Θηλύτερον δ' ἔστιν ὅτι βιαιότερος ἡγεμονεύει. *Opp. κυν.* γ. 193.

Nulla constare sibi societas potest, vbi desit obedientia. Pontan. 4. de obed. præfat.

Illud, quod medium est atq; inter vtrunque, probamus. Martial. 1. 25.

Si summittant se viris, celebrantur: Si imperare ijs volunt; turpiores se, quàm qui parent viri, præbent. Plut. præcept. coniug.

Mulieres non abstinentes studiis virilib. viraginum subibunt infamiam: at viri androgynorum, si muliebria tractent exercitia. Philo. de sacrif. Abel & Cain.

Quæ verè maritū amat, etiam pauperem plus amat, quia cum misericordia amat. August. serm. 49.

σὺν δυκλεεῖς ἁπάντα γυναιξὶν, ἐσθ' οἷόν τ' αὐδᾶσθαι πόσιν. *Eurip. Medea.*

† *æquum.*

Γάμος ὄφελεν ξυμφωνίᾳ, ἀμφοτέρως σωφρονοῦντι ἀσκεῖν. *Socrat. Stob.* 661.

Herodot. lib. 3.

* *dissensione rixaq; G.*

Si alienos, multò magis vxorios debes tolerare & emendare errores. Ambros. Luc. 16.

In quella casa è poco pace, oue gallina canta è gallo tace. Adag.

Γυνὴ γὰρ ὅκῳ πῆμα καὶ σωτηρία. *Proverb.*

Ζεῦ πάτερ ὅσσον ἔφυ ζήλοιο πανάρριον ἦτορ. *Opp. κυν.* 3. 237.

Vult sibi quisq; credi, & habita fides ipsā plerunq; obligat fidem. Liu. lib. 22.

ὃν τι κακώτερον ἄλλο γύναικος, ὅστε βροτοῖσι κακὸν ἐπὶ δῶμ' ἔβεσεν. *Coint.* 5. 573.

Modestia facilius, quam pertinacia, quodvis impetrabis. Liu. 31.

Tacere solet irà cedenti. Fa. decl. 17.

esse potest, quàm imperium mulieribus à natura negatum, lege aliqua humana ad illas deferre velle. FOEMINAS *natura imbecilles, (fragiles,) meticulosas, solitarias, incircumspectas, delicatas, teneras, & vt (præ viris domi) imperent, non satis sapientes (idoneasq;) esse experientia testatur. Cùm ergo (dominatus, regiminis)* GVBERNATIONIS *& imperij negotia non tantùm scientiam experientiamque; sed fortitudinem etiam (animumque) ad aggrediendum res arduas, prudentiam ad cognoscendum, robur ad exequendum, sollicitudinem ad continuandum, tolerantiam ad perferendum, adminicula ad sustentandum varia, & ante omnia singularem animi præsentiam (fiduciamq;) ad perficiendum eadem exigant: Quare principatu virum, in quo omnia illa concurrunt, orbare, eumq; ad fœminas, quas his omnibus destitutas videmus, transferre volunt?* 245

Cæterùm quæ diximus hactenus, eò spectant omnia, vt rogando, consulendo, monendo & persuadendo adducamus fœminas Principes & illustres, vt maritis, si modò felici frui coniugio cupiunt, obtemperent. Nam vt verè ac liberè quod sentio, dicam; QVACVNQVE *in domo vxor magis, quàm vir imperat, illam quidem (androgynen &) fœminam masculam; hunc verò (gynandrum &) virum muliebrem appellabimus. Vehementer errant fœminæ, si maritis imperent, maiori id sibi honori (ac dignitati) futurum sperantes; quòd tantum abest, vt assequantur, vt quicunque id vident, coniugem quidem vanam; virum verò inertem, (stolidum fatuumq;) existiment.*

Non me fugit esse viros nonnullos adeo in sumptibus profusos, adeoque in moribus dissolutos, vt non solum minimè † bonum foret, illorum mandatis vxores obedire; sed illos etiam ab his coërceri salutare esset. Sed vtut sit, tum SATIVS, *tum tolerabilius est fortunas omnes perire, quàm † plagā mentes irremediabili exulcerari. Si filijs vxor orbetur, alij possunt nasci; si patrimonium amittat, alia potest obuenire hæreditas; si serui aufugiant, alij possunt parari; tristitiā si obruatur, Deus consolari; morbis si affligatur, Deus mederi potest: at cum marito si discordet; quid agendum sit, nescio. Nam* VXOR *maritum deserens, ansam dat, vt vulgi fabula fiat.*

Cùm FOEMINÆ *natura ad Zelotypiam prona, atque idcirco necessariò suspicaces sint; si nihil hac in parte peccari à maritis volunt, ne illos offendant (& irritent,) caueant.* CVIVS *enim animum vxor sibi deuinxit: is corpus suum alteri non tradet.* PVDORE *enim repressus ab eo temperabit, à quo sua vix illum reuocaret conscientia.*

Sæpe

Sæpe viri extra penates suos commoti, purturbati, exacerbati, irati & offensi domum redeunt: quod si vsu veniat, etiam atque etiam cauendum vxoribus, ne quo illis verbo aduersentur: alioquin enim vix poterit fieri, quin aut lingua vapulent, aut manibus (fustibusque) pulsentur.

Enim verò tum turpe, tum prorsus inutile est, fœminas Principes & illustres cum maritis altercari. Ac mihi quidem videtur, NVLLA de re vxorem cum marito oportere concertare. Facile enim potest euenire, imò QVOTIDIE euenit, vt altercatio ludicra in rixam erumpat seriam. Vxorem pru-
246 *dentia & virtute præstantem cogitare secum decet, maritum iurgandi caussam aut iustam, aut fortasse nullam habere: Si iustam; ferendum dixerim: sin nullam; dissimulandum. Alioquin enim facilè posset fieri, vt ita contentionis æstu ipsa abriperetur (verbisque virum oneraret contumeliosis,) vt vir, qui rixæ (querimoniæque) autor fuisset, culpa tandem liberaretur; ipsa verò, quæ extra culpam initiò fuisset, culpam tandem omnem sustineret.*

NIHIL est, quo magis prudentiam declaret vxor, quàm maritum tolerando imprudentem; nihil quo magis æquanimitatem ostendat, quàm dissimulando mariti stulticiam; nihil quo magis honestatem testetur, quàm maritum perferendo dissolutum; nihil quo magis suam demonstret solertiam, quàm mariti mussitando socordiam: vt scilicet SI VIRVM parum habere, parum scire, parum valere † audierit, cum quantiuis precij & frugi esse, ac satis sapere, fidem omnibus faciat. Ita enim QVOCVNQVE honore ipsa virum impertiuerit, eodem ab omnibus ipsa (vicissim) afficietur.

Omnino PESSIME in se consulere vxores censeo, quæ conuiciis viros proscindunt. Neque enim conuiciari illis possunt, quin seipsas † consaucient, dum videlicet, quæ maritum temulentum vocat, vinosi vxor audit; quæ fatuum nominat, fatui coniux appellatur, & quod omnium grauissimum, poterit quandoque fieri, vt viro ad frugem se meliorem recipiente, † vxor vita priuetur. FOEMINA enim dicti inurbanioris præmium colaphum aufert; sin verbis existimationem viri violet; capite nonnunquam luit.

Quòd si fortè maritus iniustum vxori quippiam imperet; obediendum illi, non contradicendum censeam, & postquam iræ relanguisset impetus, bilisque æstus refrixisset, tum illi exponi & ostendi posse, & ipsius in iubendo temeritatem, & vxoris in obtemperando prudentiam. Alioquin enim SI SINGVLIS viri verbis vxor responsitet; ne diem quidem (pacifici &) concordes agent. Equidem pro eo, quod vel legi, vel audiui, vel etiam vidi, AVTOR fuerim

Linguæ procacitas innocentib. etiam hominib. noxam sæpe inuexit. Nazi. ad Olymp.

Cordatæ fœminæ stomachantibus viris conticescunt. Plut. præc. coniug.

La risposta delle saggie donne è silentio. Guaz. lib. 3.

Es ist kein Kleydt das einer Frawen besser anstehet/dann schweigen. *Adag.*

Scissura domestica turbat rem populi, titubatque foris, quod dissidet intus. Prudent. Psychom.

Facilius est se à certamine abstinere, quam abducere. Sen. 3. ira 8.

Etiam ex iocis seria facit violentia loquendi. Macrob Satur 7. 16.

Coniugum dissensio totius domus est perturbatio. August.

Rex si nocentem punit, cede iustitiæ; si innocentem, cede fortunæ. Sen 2. ira 30.

κακοδαίμων ἀνὴρ καὶ δυστυχὴς ὅστις τοιούτοις θηρίοις συνείξεται. *Aristoph.* ἐκκλησ.

Turpe coniuges coram aliis rixari. Plut. præcept. coniug.

Castigare irascentem, & vltrò obuiam ire ei, incitare est. Sen. 3. ira. 40.

Nullæ nec quietæ nec felices satis nuptiæ esse possunt, nisi vir surdus sit, vxor vero cæca. Pontan. 3. de obedient. 6.

Vxor conans conuiciis maritum à luxu reuocare, magis irritat. Plutar. præcep. coniug.

ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις ἀνδρὶ ἐσχάτη. *Democrit. Stob.* 661. † *intellexerit.*

Mulieres coruscant radiis maritorum, I. C.

Tanto vxor honoratior, quanto amplius virum honorat. Hieron. Sirac. 26. vers. 26.

Ne voce pericula quærat. Ouid. Metam. 2.

Προπετὴς ἄνθρωπος γλῶτταν, ἐνέτυχεν ἀνδρὶ προπετεστέρῳ τὴν χεῖρα. *Synes. epist.* 67.

Plus animi debet inesse viro. Ouid. 3. amor. 3.

Concitatos animos flecti quam frangi, cum tutius, tum facilius est. Liu. lib. 2.

Κυφοτάτου πράγματος λόγου βαρότατὴν τὴν τιμωρίαν ἐξέτισε. *Synes. Epist.* 67.

† *in vxore dedecus hæreat infamiæ. G.*

Non est ludus, ex quo crimen oritur. I. C.

Scuto vobis magis, quam gladio opus est, Liu. lib. 3.

A dilectione, qua vxor diligitur, & ipsa sit amabilis, ac dum ipsa marito inseruit, redditur ei mansuetus. Theophyl. Colos. 3.

χαλεπὸν ἄνδρας δυσαρέστους νουθετεῖν. *Aristoph.* ἐκκλησ.

Vxor vade foras, aut moribus vtere nostris. Mart. 11. 103.

Con dulces palabras vengadas eſtan muchas iniurias vengadas. Celeſt.

Mulieres coruſcant radiis maritorum. IC.

Patienda meliorum imperia. Tacit. annal. 13.

Δεῖ ἕκαστον τὸ καθ' αὑτὸν ἔργον οὗ ποιεῖν. *Ariſt. 3. Pol. 4.*

Noli cum habeas id quod malueris deſiderare id quod minoris putaris. Cic. pro Cn. Planc.

Dubitari non poteſt, naturali ordine viros potius fœminis, quam viris fœminas principari. Auguſt. de nuptiis ad Valerium. cap. 9.

Σώφρον & γυναικὸς ἀρετὴ τὸν σωθέντα μὴ ἀδικεῖν ἄνδρα. *Epichar. Stob. 661.*

Si præſtantior pars in deterioris imperio ſit, ſumma iniuſtitia eſt. Naz. orat. 21.

Cum fœmina dominatur in virum, peruerſa & miſera domus eſt. Auguſt.

Licet conſuetudo ſit magnæ autoritatis, nunquam tamen præiudicat veritati aut legi. IC.

Periniquum, ſi vt virum eximat contumeliis vxor, ipſa ſibi probrum conciliet ineluibile. Phil. ſpec. ll.

τί διαφέρει, γυναικὸς ἄρχειν, ἢ τὴν ἄρχουσαν τῶν γυναικῶν ἄρχεσθαι; *Ariſt.*

Sexus vterque potens, ſed præualet imperio mas. Auſon. Idyl. 12.

Anni 46 finis militiæ, Liu. 43.

Lipſius 1. milit. Rom. dial. 2.

Lex à quinquageſimo anno militem non cogit. Sen.

Cauendum, ne vxoris imperio vir agatur; Nam illum famoſum deſpectumque paullo momento præcipitem ageret. Alex. 4. 8.

† *Sub monte Tarpeio. Fabric in Roma.*

Vxores à viris, non viri defenduntur ab vxoribus. l. 2. ff. de ſpon.

Γυναικὸς ὢν δέλδυμα, μὴ κάπιλλέ μοι. *Sophocl. Antigon.*

εἰκότως ἀκμῆς γυναικὸς ἀνδρὸς γίνεται κακόν. *Eur. Oreſt.*

Subdiualis vita, quæ reb. in bello & pace gerendis peragitur, viris conuenit, fœminis cura rei familiaris & domus cuſtodia. Philo. de ſpecial. ll.

Παρὰ Συρακουσίοις νόμος ἦν τῶν ἐλευθέρων μὴ ἐπιπορεύεσθαι ἱλίκι δεδυκότας οἰνωλισθῷ δὲ καὶ μέρας μὴ ἐξιέναι ἀνδρὶ γυναικονόμων, ἀκλεθήσοις αὐτῇ μιᾶς ἡμερησίδος. *Athen. lib. 12.*

Pudica mulier, viro abſente, domi ſe continere debet. Plut. præcept. coniug.

Abſit, vt aliquid mulier extra familia curam ſatagat. Philo de ſpecial. ll.

Ægyptiæ calceis non vtebantur, vt domi manerent. Plut. Rodig. 10. 3.

rim vxoribus, ne imperare maritis conentur; maritos vero monuerim, ne ſibi imperari ab vxoribus ſinant. Contrà enim facere quid aliud eſt, quàm pedibus cibum capere, & manibus ingredi?

Nec verò inſtituti mei eſt hîc loqui contra fœminas Principes & illuſtres, quæ oppida & caſtella in patrimonio ſuo (plura) poſſident. Illis enim à beneficiariis (ſubditisque) iure debita non adimo ſeruitia: ſed eis, vt obedientiam præſtent matrimonij ratione maritis debitam, perſuadere cupio. FOEMINAS humiles & plebeias cum maritis nonnunquam diſcordare mirum non eſt. Fortunas enim quas perdant, tenues, & honorem, quem in diſcrimen committant, exiguum habent. At fœminæ Principes ac illuſtres, quæ multis imperare audent, cur vni vt pareant, dimittere ſe abnuant? Nam, quod citra cuiusquam iniuriam dictum velim, ABVNDE ſtulticiæ, parum intelligentiæ ineſt fœminæ, quæ gubernandi regni peritiam ſibi vendicat, & æquo animo maritum ferendi ſcientia caret (ac patientia.) 247

Seneca in tragœdia quadam refert, belli Mithridatici tempore Conſules Romanos miſiſſe, qui equitibus veteranis denunciarent, vt omnes in militiam cum Sylla Conſule proficiſcerentur; Cuius edicti nuncius cum in domum quandam, abſente viro, ad vxorem allatus eſſet, reſpondiſſe illam, virum ſuum in militiam ire nec debere nec poſſe; & vt maximè vellet, ſe id neutiquam permiſſuram. Eſſe enim illum emeritum ac veteranum, & per ætatem à militia immunem. Hoc reſpõſo tum nuncios obſtupefactos, tum Senatum vniuerſum vehementer offenſum iuſſiſſe, vt in exilium vir iret, vxor in cuſtodiam † Mamertinam duceretur, non ob detrectatam militiam; ſed quòd viro vxor imperaret, isq; imperari ſibi ab vxore pateretur; ſimul etiam vt deinceps nulla ſibi laudi ducere vxor auderet, quòd in ordinem maritum redigeret; néue vir vllus id tentandi anſam vxori daret.

CAPVT IIX.

Diligenter cauẽdum fœminis, maximè Principibus & illuſtribus, ne frequenter in publicum exeuntes in reprehẽſionem in currant, nèue ob nimiam ſalutatorum frequentiam in ſermonẽ hominum veniant.

INter præcepta, quæ dari fœminis Principibus & illuſtribus vel poſſunt vel debent, non poſtremum eſt, vt DOMI ſe quietæ contineant, neque per domos (errabundæ) vagentur alienas. Id enim, SI fœminæ illæ probæ ſint, ad au-

ad augendam existimationem; sin malæ, ad vitandas † peccandi occasiones vtilissimum est. SIVE enim præsens, siue absens sit maritus; & necessarium & honestum est, vxorem (maximam temporis partem) domi manere. Ita enim ET RES familiaris optimè administrabitur, & mariti animus multis vacabit suspicionibus. Cùm mariti sit augere opes (& diuitias,) vxoris easdem (conseruare &) custodire; quoties-
248 *cunque domo prodit vxor, futurum cogitet, vt (filiæ vel) famulæ foras se proruant; filij (ludant ac) lasciuiant; famuli (ministrig.) hinc inde errent; vicinis sermonum ansa detur, & quod grauissimum, manus alij fortunis (domesticis) afferant, ignem alij famæ (vxoris) iniiciant.*

O felicem, qui talem tamq; probam Dei beneficio sortitus est vxorem, vt sua sponte domi se continere gaudeat! Is scilicet TVM plurimas subterfugit molestias, tum multas † aceruat pecunias. Nam NEQVE vestium illa sumtu rem familiarem minuit, neque sinistris hominum iudiciis causam præbet. Pleraque (incommoda domestica, pleraque) inter virum & vxorem iurgia inde oriuntur, quod ille pecunias ad victum (cultumque corporis) liberorumque educationem conferri; hæc contra in ornamenta ac vestimenta sua expendi (& profundi) omnia cuperet. ADEO quippe hac in parte curiosæ & cultus studiosæ sunt fœminæ, vt parandæ modò ad festiuitatem aliquam vestis nouæ gratia, ventre fraudato, nummos comparcere non recusent. NATVRA quidem fœminæ attentiores ad rem sunt, & à profusione alieniores, præter quàm ad cultum corporis quod attinet. Cùm enim viginti quatuor nox & dies horis constent; nouam singulis horis vestem induere optarent.

Non est instituti mei de vestibus dicere; sed tantùm docere, si domi intra suos parietes matronæ continere se velint, sumtus ipsas vitaturas superuacuos. FOEMINA enim vicinã elegantius se vestitam videns leænæ instar contra virum insurgit. Sæpe fit, quod vtinam nunquam euenire videremus! vt si quod insolitum paretur spectaculum, aut festiua instet celebritas, non antè maritum vxor (benignè respiciat aut) fatigare desinat, quàm vestem illi nouam ad eum diem extorqueat. Cùm autem non habeat miser, vnde præsenti eam pecunia emat, mutuò sumere cogitur. Elapsa verò spectaculorũ vanitate, vbi solutionis dies adest, summâ, ablatis pignoribus, afficitur ignominia; atque ita animum integrum vnius diei sumtus & risus sarciendus est & deplorandus.

Rarissimæ inter fœminas æmulationes ex forma, nobilitate, potentia, nuptiarum inæqualitate; minimè verò omniũ ex virtutis præstantia; sed pleræque omnes ex vestitus, quo alia aliam anteit, splendore nascuntur. Nam AD vestitum

quod

† *sinistræ opinionis. G.*

Γυναικί σιγήτε, ἢ τὸ σωφρονεῖν κάλλιστον, εἰς ἐμὲ δ' ἥσυχον μένειν δόμων. *Eurip. Heracl.*

Manda y descuyda, no se hara cosa ninguna. Adag.

ἔζη γὰρ πολλῆς ἐπιμελείας, ὅπως ὡς ἐλάχιστα ὄψοιτο, ἀκούσοιτο, ἔροιτο. *Xenoph. OEconom.*

Ein Weib vnd ein Essig Krug gehören hinder den Ofen. Adag.

Longa Dominorum distantia serui corrumpuntur. Columel. 1. cap. 1.

Quando la patrona folleggia, la fante danneggia. Guaz lib. 3.

ἐσθλὸν, Κυρὴ ἀγαθῆς γλυκερώτερόν ἐστι γυναικός. *Theogn.*

Non est in iis, quæ ad vsum parantur, nimium aliquid, aut modicum, nisi ex fortuna possidentis. Tacit. Annal. 2.

† *comparcit.*

Non potest quæstus consistere, si eum sumtus superat. Plaut. Pœnul. Negotii sibi.

Studiosum amansque ornatus genus fœmineum est. Hieron. de educat. Pacatulæ.

ἐπὶ ἀεὶ μὲν ὅτε τὰ πολλὰ κέρδεται, ὅτε τὰ ἴσα νικᾷ, ἀλλὰ πρὸς τὰς χρήσεις. *Xen. Hieron.*

Vestium vocabula auctiones, subigunt, vt faciant viri. Plaut. Epidi. Sc. tacete.

Dotatæ mactant & malo & damno viros. Plaut. Aul. Narr. amic.

Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum. Iuuenal. Sat. 6.

Salius & insulas tenera ceruix circumfert. Tertull. de hab. muli.

Cultus muliebris & luxuriosus non corpus ornat; sed mentem detegit. Fab. lib. 8.

Nihil tam pronum ad simultates, quàm æmulatio, in fœminis præsertim. Plin. Paneg.

Oy commadres, mannana putas, Adag.

Nihil moror, quæ in seruitutem sumtibus redigunt viros. Plaut. Aulular. Velim te.

Virgo, quæ ornatum corpore vestis adfectat, animam suam virtutum splendore despoliat. Fulgent. epist. 3.

Vera ornamenta matronarum, pudicitia, non vestes. Iust. lib. 20.

Vt spectet ludos, conducit Ogulnia vestem. Iuuenal. Sat. 6.

Pessimus pudor est vel parcimoniæ vel paupertatis. Liu. lib. 32.

Vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitiæ. Tert. de habitu mulieb.

Mulier primum induat temperantiam; deinde quæ suppetunt, Ælian. lib. 7.

Quod alii liceat, tibi non licere, aliquid naturalis aut pudoris aut indignationis habet, Liuius lib. 32.

Rinnèn lascommadres, desenbren se las verdades. Adag.

Lycurgi lex.

Dum ornari cultiùs, dum liberiùs euagari virgines volunt, virgines esse desinunt. Cyprian. de habitu virgin.

Domus tibi instar vrbis ac nemorum sit. Nazian. ad Olymp.

Fœminis Principibus seruanda.

1. *Ad augendam dignitatem:*

Assiduè in oculis hominum esse minus verendos magnos homines ipsa satietate facit. Liu. lib. 33.

Dignitatis contemtio ex conuersatione æquali nascitur. IC.

Quicquid in excelso fastigio positum est, humili & trita consuetudine, quo sit venerabilius, vacuum esse conuenit. Val. Max. 2.1.

2. *Quia minus necesse habent prodire.*

Coniuges domi abditas tueri decet tectum pudorem. Macrob. 7. Satur. 1.

Außgangen war nie so gut/ Innen bleiben war besser. *Adag.*

Plurimum proficit ad tuitionem castitatis custodia oculorum. Bernh.

Der müst zwar frü auffstahn/ Der nur sein Nachbarn wolt recht thun. *Adag.*

Sit vxor modica cultu; parca comitatu; ciuilis incessu. Plinius panegyr.

Quis castam, multis quæ placet, esse putet? Ouid 2. eleg. 2.

Infinita bellezza è poca fede, Petrar. 171.

Bonas accurare addecet, suspicionem & culpam vt ab se segregent. Plaut. Trinum. sc. 2.

Magnus fructus pudicitiæ est pudicam credi. 2. Sen. contr. 7.

Mulieres manifestare sese omnibus naturalis pudor prohibet. Imp.

Ad hoc est liberali domui ianua, vt lasciuos criminosos & infames excludat Saresb. 8. 9.

Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis adsistat. Sen. ep. 11.

Non habet castitatem veram, quæ intuentibus paret illecebram. Fulgent. epist. 3.

Maiestati maior è longinquo reuerentia. Tacit. annal. 1.

οὔτε ὁρῶν, οὔτε ὁρᾶσθαι δεῖ γυναῖκα, καὶ ταῦτα ἐξεσκημένην ὑπὸς κάλλος. *Theophr. Stob. 66.*

La muger y la cereza, por su mal se afeyta. Adag.

Pauperes ne contemnantur, supra vires se extendunt. Liu. lib. 32.

quod attinet, nulla est fœmina, quæ vel inferiorem sibi exæquari, vel ab æquali se superari æqua mente patiatur.

Lycurgus quidem, graui constituta pœna, fœminas Spartanas foràs prodire vetuit, nisi insignibus per annum festiuitatibus. FOEMInas enim aut in fanis deos venerari, aut domi liberos educare oportere dicebat. Nam FOEminas per campos deambulatum ire, aut per plateas spaciari neque ipsis decorum, neque rei familiari vtile est. Ego verò fœminas Principes & illustres magis etiam, quàm humiles & plebeias, vt domi suæ morentur & maneant, deuinciri affirmarim; cuius obligationis ratio est, quòd & maiorem ita comparant autoritatem, & necessitate minus coguntur. Neque verò temere ad autoritatem confirmandam id facere dixi. NVLLA enim virtus maiorem fœminæ existimationem in ciuitate parit, quàm si domi ipsam sese continere videant vniuersi. 249

Deinde ideò quoque matronis generosis (& opulentis) domi manendum affirmo, quia minus, quàm aliæ, necessitate constringuntur. Fœmina quippe egena & plebeia si prodit, quærendi victus gratia prodit: at matrona diues & nobilis si egreditur, tantùm animi & voluptatis gratia egreditur. Non mirentur fœminæ Principes, non mirentur matronæ nobiles sibi hinc inde liberiùs vagantibus, oculisque venaturam facientibus, mox maleuolos & vicinos animis infestis obtrectare, & linguis venenatis maculam aspergere. OPERA enim fœminarum lasciua, iudicia pariunt inter ciues temeraria. Quòd vxores mariti suas amant, oblectant, in delitiis habent, earumq́ fidei plurimum credunt; laudo atq́ approbo. At quòd refragari vxoribus per alienas oberrantibus domos mariti vel non audent, vel non volunt; id verò vitupero ac damno. Nam vtut per se bonæ fortassis sint; tamen vt vanæ habeantur, ansam præbent.

Seneca in Epistola quadam refert Catonem Censorinum, Romanorum præstantissimum, legem tulisse, ne qua matrona Romana domo sola exiret; noctu verò neque sola, neque comitata pedem limine efferret; nec quibus comitibus vteretur, ipsa eligeret; sed mariti illud, aut consanguinei proximi permitteret arbitrio. Adeò QVIBVS nunc oculis abiecti pudoris intuemur fœminam, iisdem tunc ambulatricem spectabant.

Matronæ generosæ, & quibus existimatio sua cordi est, etiam atque etiam respiciant & considerent incommoda, quæ officiosæ illæ discursationes importare possunt; quòd nimirum eiusmodi fœminæ magnis ad ornatum sumtibus indigent; quòd dum comuntur, multum perdunt temporis; quòd numerosa, quò comitatior egressus sit, alenda est familia;

quòd

quòd prodeambulandi potestas magna à maritis contentione impetranda; quòd malè per ipsarum absentiam administratur res familiaris; quòd omnibus amicis iuxta atque inimicis sermonum (fabularumq;) materiam præbent. In summa IACTVRA mihi potius honoris, quàm fœmina multum
250 *foris discursitans facit, dolori; quàm delectatio, quam capit, inuidiæ est. Etsi autem seruare grauitatem in scribendo statueram, ideoq; horum me suppudet; non possum tamen quin exponam, quid lucri capiant matronæ ex visitationum, quibus inter se vtuntur, familiarium commercijs; quòd videlicet ex contentionibus super honore inter ipsas friuolis, capitales inter viros oriuntur inimicitiæ; & quòd plerunque in memoria magis habent salutationes, quibus tempus consumturæ, quàm peccata, quæ confessuræ sint.*

Anda hazienda de mano in mano, y nombre de lengua en lengua. Cel. pag. 253.

Muger placera dize te todos, y todos della. Adag.

Pomparum finis aut vt luxuria negotietur, aut gloria insolescat. Tert. ad vxor. lib. 1.

Τοπάλαι ἡ γυνὴ τοῦ βασιλῆος αὐτὴ τὰ σιτία σφι ἔπεσσε. *Herodot lib. 8.*

Verecunda matrona penetralib⁹ suis contineatur. Macrob. 7. Saturn. 1.

Τοὺς μὲν ἄνδρας τοῖς τῆς πόλεως νόμοις δεῖ πείθεσθαι, τὰς δὲ γυναῖκας τοῖς τῶν συνοικούντων ἀνδρῶν ἔθεσι. *Socr. Stob. 663.*

Μηδὲ μὲν ἀκριτόμυθον ἑταιρίσσαιο γυναῖκα. Κεδνὰ κακοὶ φθείρουσι γυναῖκων ἤθεα μῦθοι. *Naumach. Stob. 658.*

CAPVT IX.

Quæ damna vel commoda fœminæ Principes & nobiles vel visitationum gratia discursantes, vel domi se cõtinentes capiant.

LVCRETIA illa inclyta,† omnium matronarum Romanarum excellentissima concordi Romanorum consensu fuit declarata, non quòd forma, sepientia, genere, aut nobilitate cunctis antecelleret; sed quòd domi esset assidua. Talis enim erat, vt ex heroinæ virtutibus nulla in ipsa desideraretur; à vitijs verò muliebribus ita immunis, vt nihil in ipsa posset culpari. Notissima est ex T. Liuio (lib. 1.) castæ Lucretiæ historia, quòd cùm multarum Romanarum viri ex statiuis Romam citatis equis aduolassent; vxores suas alij de fenestris prospectantes, alij ad fores confabulantes, alij per campos ambulantes, alij in hortis comessantes, alij in foro mercantes, alij visitationibus æqualium tempus terentes; Lucretiam verò præstantissimam nocte sera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem inuenerint. Ita scilicet DVM celebritatem fugit, toto orbe notissima & celeberrima euasit.

Aliud fœminis Principibus & illustribus consilium dabo, quod vt à me vltrò communicatum, ita ipsis acceptu necessarium est; vt scilicet, SI HONESTÆ volunt haberi (& credi) à commercijs suspectis abstineant. IMMVNDITIÆ enim & sordes etiamsi palato, quia non comeduntur, nihil obsunt; fœtore tamen suo, dum tanguntur modò, nares offendunt. Adeo quippe fama & existimatio fœminarum tenera, iniuriæq; obnoxia est, vt cùm licentia extra ædes ad visendas æquales prodeundi illis non permittatur, multò mi-

Vxor debet secundùm conditiones mariti, veste, comitatu augeri; quibus non quidem augetur dignitas; ornatur tamen & instruitur. Plin. 6. ep. 31.

† *Dux Romanæ pudicitiæ. Val. Max. libr. 6. c. 1.*

οὐκ ἔστι τῶν ἀναισχύντων φύσει γυναικῶν οὐδὲν κάκιον εἰς ἅπαντα, πλὴν ἄρ' ἢ γυναικὲς. *Aristoph. ἐκκλησ.*

Pandoræ filiæ sunt omnes procaces mulierculæ. Nazianz. aduers. mulier.

Mulier amet solitudinem, nec tanquam prostituta in publico in conspectu virorum operetur. Philo de special. ll.

Πρέπειν οἶμαι, γυναικὶ μὲν σιγὴν, ἀνδρὶ δὲ ἀπόκρισιν ἐν ἀνδράσι. *Heliodor. lib. 1.*

Grauitas pudicitię adiutrix & socia. Tert. de cult. fœmin.

Qualis es, talem te ab omnibus intelligas iudicari. Symm. 7. 128.

Matres familias vestræ in atrijs operantur domorum, industrias testificantes suas. Arnob. lib. 2.

Vt corpus, ita famam bonę mulieris domi inclusam esse decet. Plut. de mulier. virtut.

Diem sermone terere, segnities mera est. Plaut. Trinum. Vt mihi rem.

Nulla virtus latet. Sen. ep. 81.

Spreta in tempore gloria, interdum cumulatior redit. Liu.

Malus ferè fit, qui malis conuixerit. Mim.

Fit familiaris è more consuetudo in naturam versa. Arnob. 2.

Ehr/ Glaub vnd Aug leiden keinen schertz. *Adag.*

Congressus cum dissimilibus bonis moribus officit. Philo de vita contempl.

Κακῶν γυναικῶν εἴσοδοί μ' ἀπώλεσαν. *Eurip. Andromach.*

Οὐ καχεταιρείης κακὸν γύνεται. Theog.

Ferrum à magnete tractum multa alia deinde ducit. Nazian. aduerſ. mulier.

Non matronarum eſt officium, ſed meretricum, viris alienis ſubblandirier. Plaut. Caſin. Stultitia magna.

Κεδνὰ κακὰ φθείρουσι γυναικῶν ἤθεα μῦθοι. *Naumach. Stob.* 658.

Per loquacitatem irrepunt verba pudoris inimica. Tertul. ad vxor. lib. 1.

Ad hoc oſtiarium habet domus, ne quis inſulſus irruat: & vt ſit, qui dignos & admittendos excipiat. Saresb. 2. 9.

Fœminæ ne priùs in ius ambulare coganter, quàm familiarem rem domi compoſuerint. Auent. 5.

Mulieres omnes propter infirmitatem conſilij maiores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt. Cic. pro Muren.

Matronam in ius vocanti, corpus eius tangere non permiſerunt. Val. Max. 2. 1.

Fœminæ non militaris, non forenſis ratio deducit. Fab. decl. 6.

Nunquam intra vnam caueam habitans cum lupo tutus eſt agnus. Cyprian. 3. ep 4.

Wenn Fewr vnd Stroh beyſammen ligt/ brennets gern. *Adag.*

Ni eſtopa con tizones, ni muger con varones. Adag.

πάντῳ δ' ἀρσένων γυναιξὶ πρόσεστιν εἰκὼς αἰπὺς σαφοῖ. *Eurip. Supplic.*

Mulier amicos peculiares habere non debet; ſed viri amicis vti. Plut. præcept. coniug.

δοῦλος δ' εὐφρανθήσεται αὐτῇ, ἐὰν μὴ τῇ γυναικὶ συμφέρῃ. *Ariſtoph. Lyſiſtrat.*

Oportet coniugum corpora, opes, amicos inuicem confundi. Plut. præcept. coniug.

Γυναῖκας δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ πόσιν πρίασθαι, δεσπότην τε σώματος λαβεῖν. *Eurip. Med.*

Εἰ πόσις ἦ πικρός, σὺ μαλακωτέρα. εἰ δὲ ἄλλως αὖ θέλοι μοχθήσαι, φέρειν χρὴ τὸν ἀνάγκη. *Naumach. Stob.* 658.

Quis aut vir mulierem, aut mulier virum diligit, niſi habitauerint ſemper vna? Lact. 3. 20.

Honeſtiſſimum certamen eſt mutuæ caritatis. Plin. 7. ep. 7.

Μεγίστη γίνεται σωτηρία ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ ἀνθεστήκῃ. *Eurip. Med.*

ἐμὴ δυσμενὴς ἔστω φίλοις, φίλος νομίζεσθ', ὅστις οὐ πόσει σέβει. *Eurip. Med.*

Ὁ φθονερὸς φιλότιμος ἀνάγκη. *Naumach. Stob.* 658.

nus danda ſit, vti ab alijs viſitentur. Nam matronarum ipſarum inter ſe ſalutationes officioſæ pietati tribui poſſunt; at verò à VIRIS viſitari fœminas ſummum dedecus eſt. Præſentibus maritis, aut agnatis proximis, adiri & viſitari fœminas tolerabile eſt, quod de perſonis honeſtis caſtisq; intelligi volo. At ſi MARITVS domo abſit, ſacrilegum eſſe dixerim, 251 *quiſquis portæ limen tranſire (viſitandi gratia) auſit.*

Plutarchus libro de laudibus mulierum, vxores Numidarum, maritis abſentibus, clauſas ſemper domos habuiſſe, (& fores conclauium, in quibus agerent, obſeratas) & lege vſas ſanctiſſima affirmat, vt quicunque vir portam pulſaſſet clauſam, ei dextra amputaretur.

Cicero libro de legibus (antiquiſſimam &) vſitatiſſimam apud Romanos legem fuiſſe refert; ſi quis cuis alteri pecuniam deberet, vt abſente patrefamilias, fas non eſſet creditori matremfamilias petendi debiti gratia conuenire, ne rei familiaris curandæ prætextu labeculam exiſtimationi illius aſpergeret. Quòd ſi creditori Romæ non licuit rem ſuam familiarem, abſente patrefamilias, curare; multò minus veniam me tibi daturum dio, vt alienam vxorem inuiſas ſolam. Magis enim conſentaneum foret ingredi creditorem negotij ſui gratia, quàm te otij tantùm terendi cauſa admitti.

Plato diuinus in libris de Republica rationibus ad perſuadendum aptiſſimis adducere nititur fœminas Græcas, ne peculiares colant ſeorſim amicitias; ſed perſuaſiſſimum ſibi habeant ſingulæ, non admittendum vlli amicum, præter eum, quem maritus habet, ſingularem. NEQVE *enim permittendum vxoribus, vt amicos ſibi adiungant, neque ita viuendum, vt inimicos capiant.*

Cogitent ſecum fœminæ Principes & ſummates, ſingulas maritis ſuis & corpus, & fortunas, & libertatem ſuam tradidiſſe. Quòd cùm ita ſit, vnà cum libertate etiam voluntatem dandam dixerim. PARVM *enim prodeſt, fortunas quidem maritum vxoremq; communes; voluntates verò (mentesq;) inter ſe diuiſas habere. Vt & Deum colant, & ſubditis exemplo proſint; vna in domo habitent, vna menſa victitent, in eodem dormiant toro, vnum idemq; ſimul ament neceſſe eſt.* AMORVM *enim inter maritum & vxorem diſſimilitudo, nullam patitur vitæ (pacem &) conuenientiam.*

Itaq; moneo, rogo & obteſtor fœminas, quæ felicia optant coniugia, vniuerſas, vt æquo animo idem quod mariti velint, idem quod illi laudent, idem quod illi approbent, idem quod illi gratum habeant, & ante omnia nihil ament, quod illi non amauerint. Alioquin enim facilè poterit fieri, vt VXORE *oculos in alium adjciente, maritus animum habeat apud aliam pignoratum.*

Plutar-

252 *Plutarchus in politicis dicit: FOEMINAM, postquam nupserit, nihil habere proprium. Quo enim die matrimonio iuncta est, & corpus, & patrimonium, & libertatem, & voluntatem, seq; suaq; omnia mariti vnius imperio ac potestati subijcit. Quamobrem si vxor aliud quàm maritus velle, aut aliud, quàm ille, amare audeat; non curiosam (aut) amatricem; sed furem manifestariam appellabimus. NON enim tantum damni viris fures dant, pecunias auferentes, quantum vxores, animos ab illis abalienantes.*

Quamobrem SI PACIFICE vxor cum viro cupit viuere; diligenter, quonam animus illius inclinet, obserue, vt si hilaris est, ipsa lætetur; si austerior, ipsa frugi (ac moderata) sit; si tenacior, ipsa comparcat; si prodigus, eroget; si morosior, dissimulet; si suspicax, occasiones amputet. VXOREM enim prudentem & cordatam, si non potest, quod vult, velle decet, quod potest. SIVE morosa mariti sint ingenio, siue miti natura præditi; iam nunc iuro, peiorem in partem accepturos, si peculiares sint vxoribus amici. QUANTVMVIS enim infimæ conditionis vir sit; se tamen vnum, non omnes simul, quotquot in populo sunt, ab vxore vult amari.

Illud silentio præterire nequeo, quandoquidem Deum eo video offendi, quòd scilicet multæ matronæ nobiles valetudinem excusant, cùm ne semel quidem singulis septimanis Missæ intersunt; quas tamen ad visitandas quotidie æquales satis firmas valentesque cernimus, & quod omnium pessimum, manè propter frigus templa adire grauari; postea tamen in maximo æstu salutationis gratia ostiatim circumuolare, (& ad noctem vsque commorari.) Ego verò matronas nobiles cogitare secum vellem, antequam visitandi gratia pedem domo efferrent, quis esset visitationis institutæ finis. Quòd si spectatum exeunt, vt & ipsæ spectentur; futurum certissimè sibi persuadeant, vt à paucis (spectatoribus) ob formam laudentur; à plerisque vt ambulatrices (& discursatrices) vituperentur.

Iam verò, quòd in domo aliqua multæ matronæ conueniunt, res scilicet arduas necesse est inter ipsas agitari! quippe quæ ideo conuenticula celebrant, vt vel pomis vnà vescantur, vel natales suos deprædicent, vel de maritis confabulentur, vel † opera inter se commutent, vel vestes numerent, vel malè vestitas vituperent, vel pulcras carpant, vel deformes rideant, vel de vicinis querantur. Vbi notatu hoc dignissimum, quòd ILLÆ ipsæ, quæ maledicta in absen-
253 *tes congerunt, per inuidiam alia aliam mordent. Rarò conuentum matronæ nonnullæ celebrant, quin posteaquam comitia dimissa sunt, aduersus maritos alia de alijs murmurandi materiam habeant, dum hæc illam vt malè vestitam*

Assidua multis odium peperêre querelæ. Propert. 2. 19.

Σώφρονος γυναικὸς δρεῖν, τὸ σιωπᾶν μὴ ἀδικεῖν ἀνδρα. *Epichar. Stob.* 661.

Cùm mulier viro in manum conuenit, omnia, quæ mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine. Cic. Topic.

Cuius animus mulieris est corpus castum esse quis putet? Idem. Heren. 4.

Es legt kein Kramer von eins Kauffmans wegen auß. *Adag.*

Οἱ μοχλοὶ λυμαίνονται τὰς τῶν γυναικῶν φιλίας πρὸς τοὺς ἄνδρας εἰσί. *Xenoph. Hieron.*

Mulieris nullus est vsus, vitam viro similem moresq; consonos non gerentis. Plut. præcept. coniug.

Ἐαῦλος πλέκη γυνὴ στέφανον, ἐρεῖ δακεῖ. *Aristoph.* ἀκκλης.

Si illud, quod volumus, eueniet, gaudebimus; sin secus, patiemur animis æquis. Plaut. Casin. Face Chaline.

καὶ ἡδικημένοι σιγησόμεσθ', κρείσσονων νικώμενοι. *Eurip. Med.*

Es meglio vna catiua parola del marito, che vna buena del fratello Adag.

Omnis maritus castitatis exactor est. Tert. de cult. fœm.

ὅποτε χρὴ τοὺς γενεῦν ἔχοντας οἵ; ἐστιν γυνὴ, πρὸς τὴν ἐν οἴκοις ἄλοχον, εἰσφοιτῶν γυναῖκας, αὐτὴ δ' διδάσκαλοι κακῶν. *Eurip. Andromach.*

Quæ casta est, domi desideat. Plut. erotic.

Manus lanis occupate, pedes domi figite, & plus quam in auro placebunt. Tert. de cult. fœm. ext.

ὅτε ὁρῶν ὅτε ὁρᾶσθ' γυναῖκα, κ' ζῶσα ἐξηκοντημένην πρὸς κόσμον. ἐπίσεται δ' ἀμφότερα, πρὸς ἃ μὴ δεῖ. *Theophr. Stob.* 661.

Exibunt verba, subsequetur sermo, non alligabitur lingua. Fab. declam. 12.

Ἡδονὴς γυναῖξι, μηδὲν ὄγιες ἀλλήλαις λέγειν. *Eurip. Phœniss.*

Corpora fi nequeunt, quæ possunt, nomina tangunt. Ouid. art. 2.

Donna ociosa non può esser virtuosa. Guicciard.

† *telas à se elaboratas.*

Πολλῶν χρῆσις ἔσωσεν εὐκλεᾶ δώματα φώτων. *Naum. Stob.* 658.

Mala malæ malè monstrant. Plaut. Casin. Sensim superat.

Ἀεὶ πρὸς ἐχίδνης φάρμακον δαυίζεις. *Diogen. Stob.* 609. *Tertull. aduers. Marcion.* 3.

πάντα γυναῖκες ἴασι, κ' ὡς ζεὺς ἠράσθη ἥλιω. *Theoc. id.* 15.

Tres mulieres nundinas faciunt. Adag.

Dove sono femine e oche, nõ vi son parole poche. Prou.

Χαλεπὴ γυναικῶν ἔξοδος. *Aristoph. Lysistrat.*

Aspice, quid faciant commercia? Iuuenal. Sat. 2.

Vxoria virtus est domum rectè gubernare. Glor. mund.

Κεῖν' ταῖς κακαῖσιν αἱ ἀγαθαὶ μεμιγμέναι μισοῦμεν', ὅταν δυσυχεῖς πέφυκεμεν. *Eurip. Ione.*

Domus tibi instar vrbis ac nemorum sit. Nazianz. paranet. ad Olymp.

ὑγιὲς ἐδὲν αἱ γύναικες εἰσοδοι δόμοισιν γυναικῶν, ἀλλὰ πολλὰ ὁ κακός. *Eurip. Androm.*

Mirentur omnes, te tacente, tuam verecundiam; te loquente, tuam prudentiam. Hieron.

Membrorum elegantiam domi occultare præstat, quàm commentitiam & adulterinã pulcritudinem nefariè proferre. Nazianze. aduers. mulier. comptas.

Nemo linguæ libertatem coërcebit. Nazianz. ep. 31.

Semper loquax populus ac malignus. Fab. declam. 19.

Difficile est in maxima licentia moderari sibi, & cupiditatibus quasi frenos imponere. Herodian. lib. 1.

Affection d' enfans de natura est si grande, Qu' elle obtient des parens tout ce qu' elle demande. Ronsard. 4. 40.

Iulia magnitudinem fortunæ suæ peccandi licentiâ metiebatur, quicquid liberet, pro licito iudicans. Vell. lib. 2.

Regina de penetralibus reuerentiæ matronalis educta per vrbem mediam facit discursus. Macrob. Sat. 5. 17.

Calendas anni auspices, quibus mensium cursus aperitur, impertiendis strenis dicauit antiquitas. Symm. l. 20.

Herodian. lib. 1.

Licentia plerunq; tentatio est disciplinæ. Tert. exhort. ad cast.

Pulcra gaudet Latona Diana. Iuuenal. Sat. 10.

Quid precibus aut honestius pijs, aut efficacius amantis? Plin. 6. ep. 18.

Multa propter importunitatem petentium conceduntur, quæ aliàs non conceduntur. IC.

Nuota in vn mar di latte, ne per leticia sa quel che si facia. Ariost. 44. 13.

Νόμος γυναῖκας ἀνδρὸς μὴ βλέπειν ἐναντίον. *Eur. Hecub.*

carpit, ipsa ab altera vt lingua procacior vituperatur; alia stultitiæ notatur, alia inscitiæ insimulatur; vt non interuisendi (suiq; exhilarandi causa,) sed explorandi incusandiq; gratia conuenisse videantur.

Alienissimam decet esse fœminam cordatam ab hac cogitatione, quasi extra domum suam quærendæ sint delectationes, cui maritus domi est, cum quo colloquatur; filij, quos doceat; filiæ, quas erudiat; familia, cum qua conuersetur; res familiaris, quam administret; domus, quam custodiat; parentes denique, quibus obsecundet. Cùm ergo domi suæ tantas habeant terendi temporis commoditates; cur salutatores admittunt viros alienos?

Omnino ex eo, si peculiares habeant fœminæ maritatæ amicitias, & visitare visitariq; gaudeant, hi nascuntur fructus, quòd DEVS ad iram prouocatur; maritus iniuria adficitur; populo sermonis ansa datur; fœmina nupta parum inde capit vtilitatis; innupta non bonum sortitur matrimonium. Eiusmodi enim si à multis propter opes expetitur; à pluribus propter fumam sinistram repudiatur.

†

Proxima quatuor capita in exemplari Hispanico libri tertii caput LX. sequuntur; in versionibus Gallicis prorsus desiderantur: Nos ordinem translationis Italicæ, vt in cæteris, etiam hîc retinuimus.

CAPVT X.

Imperatorem multorum, ab Augusta subornatorum, precibus adductum indulsisse, vt Lucilla filia spectaculis publicis interesset.

VM in more haberent Romani, vt eximias mense Ianuario Imperatoribus pompas pararent; accidit, vt in ipso pompæ apparatu per crebros Faustina Augusta internuncios Imperatorem rogaret, vti filiam gubernatricum custodia liberatam in palatium ad spectacula venire pateretur. Ea filia, Lucilla nomine, natu maior erat, quàm Commodus, gestibus decora, corpore elegans, & matri, quam pulcritudine vitaq; referebat, vnicè chara. Porrò licet tum æqua petitio, tum internuncij familiarium primi, tum qui rogabatur, pater; quæ rogabat, mater; pro qua rogabatur, filia foret: tamen vix adduci potuit pater, vt petitioni annueret. 254
Itaque Faustina lætissima, impetrata venia, mox filiam domum suam adduci iussit.

Cùm ergo festus spectaculorum dies venisset, ipso pompæ solennis & verè triumphalis die Lucilla, velut è custodia emis-

dia emissa, & insperatam adepta licentiam, suaque freta innocentia, neque ab aliena sibi cauens malitia, ridentibus arridere, alloquentibus respondere; intuentes contrà intueri, de aliorum iudiciis secura, cùm ipsa neminem iudicaret. ERAT autem illis temporibus æquè probrosum virgini Romanæ ridere cum viris, ac si Græcæ stuprum esset à sacerdotibus oblatum. TANTI quippe æstimabatur matronarum Romanarum pudor, & tam probrosa erat virginum lasciuia, vt duplo prauiùs petulantia publica, quàm crimen puniretur occultum.

Ac præter cætera SEPTEM præcipue res fugiebant matronæ Romanæ, ne scilicet inter spectacula multa fabularentur; ne cibo in conuiuiis sese ingurgitarent; ne vinum, dum rectè valebant, biberent; ne secretò cum viris colloquerentur; ne oculos in fanis attollerent; ne de feneſtris multum prospectarent; ne denique domo sine maritis exirent. Quòd si qua fœmina contrà feciſſe deprehenderetur; perpetuò, infamis habebatur.

MVLTA in personis infimi ordinis tolerantur, quorum nihil in personis in summo dignitatis gradu positis tolerabile est. MATRONÆ enim generosæ ordinis sui tueri dignitatem non possunt, nisi modestissimè se gerant. QVÆ CVNQVE à naturæ suæ conditione recedunt, meritò vituperantur. Quare FOEMINAM inhonestam perpetua sequitur infamia MATRONÆ generosæ, si reipsa tales esse cupiunt, quantò magis cæteras diuitiis vincunt, tantò minorem sibi sumant discursitationis licentiam. Etenim OPVM abundantiam, personarumque libertatem non euagandi calcar; sed frenũ, vt intra sua se contineant penetralia, esse decet.

Hæc ideò diximus, quia peractis spectaculis, Lucilla virgunccula tenerrima, & Faustina mater non admodum natu grandis modò pedibus, modò equis; modò detectæ (palàm) modò personatæ (secretò;) iam solæ, iam comitatæ: iam de die, iam de nocte, per vicos vrbis oberrabant; per campos spaciabantur Vulcanios; ad ripas deambulabant Tiberis; poma in hortis † Saturnini colligebant; in aquæ ductibus comessabantur Neronianis, aliisque id genus voluptatibus, ad quas &
255 *ætatis commoditate, & veri temporis amœnitate inuitabantur, licèt fœminas illas Principes parum decerent, tempus terebant.*

Illud commonefaciendi multas fœminas illustres gratia silentio præterire nequeo, quòd scilicet haud scio, vtrùm maior fuerit vel Faustinæ & Lucillæ per vicos & plateas vrbis discursantium lasciuia; an improborum eiusmodi personis obtrectantium audacia. Vt SOLITVDINIS infœminis amor frenum est, ad coërcendas vulgi linguas: Ita

Nemo satis credit, tantum delinquere, quantum permittas. Iuuenal. Sat. 14.

Vultus liberior est, vbi est castitatis conscientia. Ambros. Psal. 118.

O bonæ conscientiæ incauta simplicitas! Fab. declam. 19.

Credulitas captu facilis. Plut. præcept. politic.

Fiducia de simplici affectione surgens, genus est virtutis. Sym. 3. 29.

Præcipua semper cura Romanis moribus pudicitiæ fuit. Fab. decl. 3.

VII. Fugienda fœminis Romanis.

Theatra formosis insidiosa. Ouid. art. 1.

El hombre es el fuego, la muger la estopa; viene el diablo y sopla. Adag.

Τὸ μὲν πῦρ ὁ ἄνεμος, τὸν δὲ ἔρωτα ἡ σωφροσύνη σβεννύει. Socr.

Eiusdem libidinis est videri & videre. Tert. de virgin. velan.

Quicquid dimittis in aula, Effluit, & subitis rumoribus oppida pulsat. Arbit. Satyr.

Cui omnia licent, propter hoc ipsum multa non licent. Sen. Polyb. cap. 26.

Non eadem omnibus decora. Tacit. Annal. 6.

Multum interest, quid à quoq; fiat. Plin. 6. epist. 24.

Vt aduersas res, sic secundas immoderatè ferre leuitatis est. Cic. offic. 1.

In maxima fortuna minima licentia est. Sal. Catilin.

εἰς ὄχλον ἔρπειν παρθένοισιν οὐ καλόν. Eurip.

Id facere laus est, quod decet, non quod licet Sen. Octau. 2.

Modestia soluitur; dum vrbanitas affectatur. Ambros. de Virgin.

Per licitos vsus ad immoderatos transitur excessus. Leo Serm. 12. quadrag.

† *Lucullianis vel Sallustianis.*

Naturæ sequitur semina quisq; suæ. Propert. 3 9.

Ingens malorum initium, nimia bonarum rerum copia. Philo de Abrahamo.

Τῶν κακῶν μητέρων φεύγειν χρὴ τέκνα, αἵτις ἔνεστι νέοις. Eurip. Androm.

Mater venalis docet, vt sit filia talis. Vincent. Serm. de natiu. Mari.

Mulieres (pudicæ) per vrbem cum ambulant; omnibus os obturent, ne quis meritò malè dicat sibi Plaut. Stich. Qui manet.

ὄλβιος ὃν φάμαι κατέχοντ' ἀγαθαί. Pindar. Olymp. 7.

χρὴ μὴ καταφρονεῖν ὅ τι πλήθος, μηδὲ παραμικρὸν ἡγεῖσθαι τὸ παρὰ πᾶσιν δοκιμεῖν. Isocr. ad Philip.

Cornelium) gentis fœcundum bonorum ciuium. Tacit. annal. 6.

Nirio sin vado, ni linage sin malo. Adag.

Romani in cognatas intra domos animaduerterunt. Val. Max. 6. 3

Τιμῶντες ἀρετὰς ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχοντας. *Pindar. Olymp. 6.*

Parentum gloriæ dedecori esse nefas iudicandum est. Cic. offic. 1.

In euidenti scelere non putabant longum publicæ quæstionis tempus expectandum. Val. Max. 6. 3.

Fama optimo cuique preciosa est. Sym. 3. 69.

ὁ τῶν πλείονων τὴν ἀγαθὴν δόξαν, ἢ τὴν σωτηρίαν ποιούμενος, κακηγοντέρους ὑπολαμβάνει τοὺς περὶ σύγκλειαν αὐτῷ ἐμποδὼν ὄντας, ἢ τῷ σώματι ἐπιχειροῦντων. *Themist. ad Theodos.*

Negligere, quid de se quisque sentiat, arrogantis & dissoluti est. Cic. offic. 1.

In lubrico istius vitæ diuersi casus lapsusque non desunt. Leo. Serm. 1. de resurr. Domini.

Exempla præsentia nos cauere præmonent in futurum. IC.

ἡ τύχη σαλεύει τὰ περὶ τὴν ἡμετέραν βιοτὴν, ἵνα τοὺς ἐν εὐπραγίαις ὄντας τοὺς ὑπερόγκους ἔσω ἐπιπείνωσι τοῦ ἡμέρου. *Diodor. lib. 20.*

Los que gozan prospera bonanza, Estan aun mas suietos à mundanza. Araucan. 210.

Instat nautis fera tempestas, cum sine vento tranquilla tument. Sen. Thyest. 5.

Serenitas facile in tempestatem transit. Cassiod.

βέβαιον οὐδὲν ἐν βίῳ δοκεῖ πέλειν. *Prouerb.*

Fortuna futuræ calamitatis indicium. Boet. 2. Consol. 1.

† *aggeres reficit.*

Per imbrem in villa quærito, quid fieri possit. Cato. re rust. 39.

Habet hæc vices conditio mortalium, vt aduersa ex secundis, ex aduersis secunda nascantur. Plin. paneg.

M. Aurelius suos mores semper tenebat, neq; alicuius insusurratione mutabatur. Capitolin.

Errant, qui in prosperis rebus omnes impetus fortunæ se putant fugisse. Sapienter cogitantem, qui temporibus secundis casus aduersos reformidant. Cic. Heren. 4.

ἄλλοτε δὲ τιμερδὸν τελέθειν, ὁτὲ δ' ἤπιον εἶναι. *Coint. 9. vers. 520.*

FOEMINÆ, quæ domi se non continet, fama periclitatur, MALÆ autem famæ fœminam nunquam profectò natam esse oportebat.

Apud Romanos gens Cornelia semper felix habita fuit. Nam neque inter Cornelios vllus vnquam vecors, neque inter Cornelias infames vllæ fuerunt. Ac historici quandam huius gentis fœminam, tantùm quòd profana esset, parentum manibus strangulatam narrant, NEQVE enim vnius fœminæ infamiam toti genti dedecori esse par est. QVIBVS nobilitas & pudor cordi est, in rebus ad existimationem pertinentibus, magistratus animaduersionem non expectent; sed virum fœminámue, cuius culpa omnes fama bona orbantur, ab omnibus vita orbari fas est. NON satis est, vt bonus sit aliquis; sed omnes etiam, vnde malus haberi possit, occasiones fugiat oportet. OMNIA, quæ in bonis fortunæ quis quam potest facere damna, ne minimæ quidem famæ iacturæ æquari possunt. SI QVIS vulgi sermonibus famam suam, veluti scopum sagittariis obiicit, è centum sagittis vix vna aberrabit. Rursum verò, CVI pudor periit, quique nulla existimationis cura afficitur, ab eo non est quod opus vllum laudabile expectemus.

Cæterùm Imperator, tanquam prouidus & peritus nauclerus; qui in maxima cœli serenitate tempestatem metuens aduersam suspirat, in summa pompæ illius gloria vehementer animo angebatur, veritus scilicet, ne quam fœminæ Principes conciperent maculam; nec sanè immeritò. Hic enim FORTVNÆ liuide mos est perpetuus, quòd præsentem nobis felicitatem, velut repentinæ calamitatis augurium dat. Ita rerum natura fert, vt RARISSIMA sit in mari malacia, quam non subitò grauis excipiat tempestas: Itemque MIRA per diem serenitas cœli, futuri circa vesperam tonitrus signum est. Quorsum ista? Vt ostendam, QVANDO fortuna deliciis nos præsentibus oblectat, signum esse, quo minimè putaremus loco, (quibus implicemur) laqueos ab ea nobis positum iri. Molitor in summa securitate † retinacula parat; & villicus, dum non pluit, tectum reficit, futurum aliquando diem cogitans, quo nubibus densatis pluat. Ad eundem modum VIRO prudenti cogitandum, quàm diu in vita moratur, prospera vt commodata, aduersa ceu patrimonium se habere hæreditarium. 265

Si quis vnquam fuit, qui prosperis vti, aduersa tolerari didicit, is M. Aurelius Imperator fuit, qui NEQVE plurimis fortunæ blandimentis, vt illi fideret, adduci potuit; neque aduersis, quæ in vita sustinuit plurima, fractus animum vnquam desponsit.

CAPVT

CAPVT XI.

Grauis obiurgatio & commonefactio M. Aurelij ad Faustinam vxorem & Lucillam filiam.

Finita ludorum, de quibus dicebamus, celebritate, optimus Imperator animo suo morem gerere, Faustinam commonefacere, filiamque simplicem de cauenda fraude docere, nemine conscio, cupiens, ad se accersitas, remotis arbitris, sic allocutus est: Non probantur mihi, Faustina, quæ vel tua filia vel tu mater illius facitis. FILIÆ vt probæ sint, prōtè obediendi matribus; matres verò vt bonæ sint, rectè educādi filias gnaræ sint oportet. PRÆCIPIENDI labore facilè supersedere pater potest, vbi virtute præstans mater, & verecunda filia est. TVRPE est patri, cùm vir sit, committere, vt ab vxore, quæ fœmina est, filius castigetur. Vicissim VXORI turpissimum est, cum ipsa mater sit, à marito filiam castigari. Rhodij quidem legem habuêre, vt neque pater filiæ, tanquam mulieris, neq; mater filij tanquam masculi curam gereret; sed à viris mares, à fœminis fœmellas educari necesse erat; quæ lex tam sanctè seruabatur, vt cùm vna in domo viuerent, neque patres filias, neque matres filios habere viderentur.

Non ego, ô Roma, viarum strata euersa, tecta pluuiis peruia, pinnas deiectas, nemora cæsa; ciuiumque numerum imminutum deploro. Ista enim tibi TEMPVS & dedit & aufert: Sed illud defleo, neque vnquam deflere desinam, quòd tantam bonorum parentum penuriam, & funditus euersam disciplinam domesticam video. TVM patriæ interitus consummatus est, cùm filiorum filiarumque educatio luxari cœpit. Adeò nunc tum filij petulantes, tum filiæ impudentes, tum etiam matres inhonestæ sunt, vt cùm olim XX. filiis vnus pater, & XXX. filiabus vna mater satis fuerit; iam XX. patres vnum filium, vnamque XXX. matres filiam rectè educare nequeant.

257 *Hæc dico, quoniam & tu Faustina, matrem te esse oblita, maiorem, quàm par est, filiæ libertatem indulges; & tu Lucilla, filiam te esse non cogitans, maiorem, quàm puellam Principem decet, præ te fers lasciuiam. MAXIMVM donum, quod matronis dij Romanis dederunt, illud est, vt tum fœminas se cogitantes, modestæ; tum Romanas, verecundæ essent. QVO DIE timor deorum fœminis in secreto, & verecundia erga viros in publico perierit; futurum mihi credant vniuersæ, vt aut ipsæ mundo, aut mundus ipsis exitio*

γυναικὶ τοι αἰσχρὸν μέτ' ἀνδρῶν ἐστάναι νεανιῶν. *Eur. Electr.*

Inter cœtus viriles mulierem conspici, contra muliebre decus, & publicam honestatem iura reputant. IC.

Tanto velocius adhibeantur remedia, quantò recentiora sunt vulnera. Leo. Serm. 1. de resur.

Rerum initium ac maiorem partem mali mores afferunt, & deprauata à teneris annis educatio. Polyb. lib.

Venienti occurrite morbo. Pers. sat. 4.

Cum correptio verborum austeritate feruet, caritas tamen in corde non frigescit. Fulgent. Serm. de S. Stephan.

Filios matres magis amant, filias patres. Plut. præcept. coniug.

Matris est educatio, patris institutio. Aristot. Oecon. cap 3.

Galli suos liberos nisi cum adoleuerint, palàm ad se adire non patiuntur, Cæsar. lib. 6. Persæ ante exactum quinquennium Herodot. 1.

Eurydice vt filios doceret, iam senior disciplinas didicit. Plut. de lib. educ.

Filium impuberi ætate in publico in conspectu patris assistere turpe ducunt Galli. Cæs. lib. 6.

Omnibus modis procurent parentes, vt quam optimi liberi euadant. Xenoph. memorab. 2.

Omnia tempus alit, tempus rapit; vsus in arcto est. Nemesiam. Eclog. 4. *Mores* mali quasi herba irriguasuccreuerunt vberrime. Pla. Trin. sc. 1.

Seculi improbitas quotidie insurgit. Tertul. de cult. fœmin.

Pœnæ leues non possunt refrenare iuuentutis insaniam. Dion. l. 2.

Filij plerunq; apud patruos educabantur, ne nimia parentum indulgentia lasciuirent. Alexand. 2. 25.

M. Aurelius mores matronarum composuit diffluentes. Capitol.

ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων ἕλκος ὀλισθαίνει, καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρὸς ὁδεύει. *Musæ. Natal. Comes mythol. pag* 412.

Caritas pro his quos diligit, etiam illa, quæ tuta sunt, metuit. Fulgent. 1. ad Monim. præfat.

Sine verecundia nihil rectum esse potest, nihil honestum. Cic. offic. 1.

ὁκόσα ποιέειν οὐκ ἔξεστι, ταῦτα οὐδὲ λέγειν ἔξεστι. *Herodot. 1. extrem.*

Verecundia magistra est innocentiæ, cara proximis, accepta alienis. Val. Max. 4. 5.

ἐν ὅσαις πολιτείαις φαύλως ἔχει τὸ περὶ τὰς γυναῖκας τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως ἀνομοθέτητον. *Aristot. 2. Polit. 9.*

Redire cum perit, nescit pudor. Sen. Agam. 2.

Optima prima ferè manibus rapiuntur auaris, Implentur numeris deteriora suis. Ouid. 2. eleg. 6.

Pudoris iactura flagitiorum omnium certissima est parens. Nazian. ad Olymp.

† *mulierum, quæ sine præfatione honestè nominari non possunt. Sen. 2. controu. 4.*

Evulgatus pudor non satietatem, sed incitamentum affert. Tacit.

ὦ ἡκιστον ἡκιστ' ἀνηρ γυνὴ σωφρων. *Nazianz. Stob.* 608.

In mulierum insolentia etiam mariti notantur. Ambros. 1. Cor. 1.

Sicut nihil benigna superius coniuge; ita nihil infesta crudelius muliere. Fulgent. mythol. 1.

Θεραπεῦσαι αὐτικα ἔστι τὰς ἀρχὰς τῆς νόσου μέλλις· αὖ παροξυνθάζει τὸν ὑγιειαν. *Diodor. lib.* 1.

Bona facile mutantur in peius: Quando in bonum verteris vicia? Fab. lib. 1. cap. 2.

Σίδηρον ἐψεῖν, ἢ νυθετεῖν γυναῖκα ῥᾴον. *Chrysost.*

Sit sermo virginis modestus & rarus, nec tam eloquentia precios us, quam pudore. Hieron.

Die sich der Ehr wehren / wollen sich der Ehr nehren. *Adag.*

ἀλλ' εἰς οἶκον ἰέσθαι, καὶ σεο πῆς ἔξοχα κήδεται ἐστὶν ἀλαωτέρω τε. *Hom. Odyss. α. vers.* 358.

τῆς ὑπερόχης πάντες ἔχουσιν ἐπιθυμίαν. *Aristot.*

Verecundia omni loco, omni tempore fauorabilem præ se fert vultum. Val. Max. 4. 5.

Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον καὶ πῦρ καλή τις ἕδνα. *Anacr.*

Σκοπεῖν δεῖ ὡς πυρὶ ἡμῖν παρέσται, μή τις μελισσέων ποινικῶν ἐπισκήπτων εἰς ἡδονῆς ἥκοιτο αἰσχρῶς ἑλκύσῃ. *Phile. histor. animal. cap.* 56.

Bona merx facilè emtorem reperit, tametsi in abstruso sita est. Plaut. Pœnul.

Lacedæmoniorum mores Lycurgus corrigit.

νομίζουσι πυλὺν καλλίστας τοὺς ἑαυτῶν νόμους ἔχουσι εἶναι. *Herodot. lib.* 3.

Ciuitas potius malis moribus, quam infectis corporibus repurganda. Plut. in Lycurg.

ἰσχυρὸν ὁ νόμος ἐστὶν, αὖ ἄρχοντ' ἔχῃ. *Prouerb.*

itio sit. NON *minùs interest ciuitatis, fœminas, quæ in illa manent, honestas, quàm qui ex ea prodeunt, duces fortes esse. Hi. n. exeuntes ipsam defendunt, illæ manentes eã conseruant.*

Quartus nunc annus agitur, ex quo post pestilentiæ, quam vidistis, abitum numerari populum iussi, & de CXL. *millibus fœminarum integræ vitæ, ad* XXC. *millia periisse; ex* X. *verò millibus* †*meretricum fermè omnes euasisse inueni. Equidem vtrum priùs deplorem nescio; penuriam, qua premitur ciuitas, bonarum; an stragem, quam edunt in iuuentute Romana impudicæ!* NON *tantum damni dant. Ætnæ incendia Siciliæ habitatoribus; quantum vnica fœmina improba regionibus vrbis affert.* FOEMINA *inhonesta, bestia truculenta hostisq; pernicios us in ciuitate est. AD malum enim inuehendum satis ingenios a; ad bonum inducendum planè iners est.* QVOT *regna Regesque vnius fœminæ prauitate periisse legimus? quorum saluti vt cõsuleretur, multorum opus fuit virorum prudentia, periculis, opibus ac fortitudine.* OMNIA *in fœmina vicia virgæ viridis instar sunt, quæ flecti potest: At lasciuia & impudentia instar est pali aridi, qui frangitur; vt eiusmodi (fœminæ) magis magisque indurari valeant; dirigi nunquam possint.*

NIHIL *est, Faustina, quod honoris sit auidius, & ad parandum eum minus instructum, quàm fœmina, quod verum esse, quæso, mecum considerato.* VIR *orando, scribendo, iter faciendo, res gerendo famam sibi parat; at fœmina quomodo clara euadere, nisi loquendo aut operando, possit non video. Nam in veterum hactenus monumentis vel nullam vel certè paucissimas scribendo, legendo, operando, nendo, coquendo, texendo, pinsendo, celebrem sibi famam peperisse legimus. Sed hoc cùm dico, ne illud quidem dissimulabo, de multis sanè nos legere, quæ* QVÆ *quòd* DOMI *se continerent, sui muneris partes obirent, in verbis moderatæ, aduersus maritos fideles, pro se bene moratæ, cum vicinis pacificæ, inter suos denique honestæ, inter alienos verecundæ essent, tum famam superstites celebrem consecutæ sunt, tum æternam sui memoriam defunctæ reliquerunt.* 258

Historiam vobis narrabo, nostris iam viciis amputandis non minùs vtilem, quàm tum augendis virtutibus fuit. Regnum Lacedæmoniorum, vt autor est Plato, tum corruptissimum per fœminarum luxuriam, tum infame, per virorum crudelitatem fuit, ita vt ab omnibus populis barbari dicerentur, cùm genetrix illorum Græcia philosophorum Gymnasiũ appellaretur. At Lycurgus philosophus ob doctrinam sapientissimum, idem Rex ob gubernandi scientiam iustissimus, laudem illam partim doctrinæ sinceritate, partim vitæ sanctitate adeptus, leges ei regno dedit, quibus tum vicia extir-

extirpauit omnia, tum virtutes inseruit vniuersas; Vt haud sciam; fueritne felicior Rex, qui populum habuit tam obedientem; an regnum, cui Rex æqui seruantissimus obtigit.

Inter alias de fœminis legem hanc celeberrimam tulit: NVLLVS pater dotem filiæ neque moriens relinquito, neque dum viuit, dato: Nimirum NON diuitijs, sed probitate; non pulchritudine, sed virtute connubia conciliari volebat: Itaque vt multas iam innuptas propter paupertatem videmus, sic tum innuptæ propter infamiam & vitia manebant. O seculum exoptabile, quo FOEMINÆ non diuitijs parentum labore partis; sed virtutibus propria comparatis industria confidebant! Fuit illud seculum, vt idem denuò repetam, verè aureum, quando NEC filiæ, ne à patre viuo exhæredaretur, metuendum; nec patri morienti, quòd indotatam relinqueret, dolendum erat.

O detestabilem, qui primus aurum in tuas, ô Roma, domos intulit! ô detestabilem, qui primus in ærario pecunias accumulauit! Quid Romam tam opulentam diuitijs, tam pauperem virtutibus reddidit? Quid fecit, vt rusticorum filiæ facilè nubant, senatorum innuptæ maneant? Quid fecit, vt diuitis iam filia vel inuita ambiatur; pauperis filiam ne rogati quidem ducant? Quid fecit, vt prius aliqua cum DE sestertijs, quàm alia cum myriade virtutum nubat? Non vtique carnem hîc dicemus à carne victam, sed à malitia vanitatem esse superatam. AVARVS enim coniugem hodie diuitem & deformem, pauperi bellæ anteponit.

259 *O infelices fœminas, quæ pariunt; infeliciores filias, quæ nascuntur! quibus ad connubia nihil maiorum nobilitas, nihil parentum gratia, nihil operum solertia, nihil personæ venustas, nihil denique vitæ integritas prodest! O seculum execrandum! in quo VIRI boni filia nihil exploratius habet, quàm nisi probè nummata sit, nunquam se maritum inuenturam. At enim olim non ita viuebatur. PRISCIS enim temporibus in coniugijs contrahendis prima de personis, vltima de facultatibus erat quæstio: At hoc seculo infelici, prima de diuitijs, vltima de personis quæstio est. Illa itidem ætate aurea primus de virtute personæ sermo erat; posteà verò, peractis iam nuptijs, quasi ioco de opibus quærebatur.*

Camillus cùm de Gallis triumphasset, vnicum habebat filium; at talem, vt tum ob ingenuam totius corporis pulcritudinem, tum ob patris gloriam multi illum Reges in filium adoptare, multi illum Senatores generum eligere cuperent. Is ergo cùm XXX. iam annorum, & pater sexagenario maior esset, tum in patria à parentibus, tum à Regibus exteris, vt vxorem duceret, plurimum sollicitabatur. Ipse verò & amicorum monita, & exterorum solicitationes constanter

Armipotens Lacedæmon despexit muros rigido munita Lycurgo. Claudian.

Virgines sine dote nubere statuit. Iustin. lib. 3.

ὅς λες ᾖ πλέτον ἢ δυσγύειαν εἰσιδὼν γαμεῖ πονηρὰν, μωρός ἐστιν. *Eurip. Stob. 650.*

Sæpè in coniugijs fit noxia, si nimia est dos. Auson. monosyll.

ἡ μεγίστη τοῖς τοῖς μαστιλιώτοις ἐστὶν ἐκ τοῦ χρυσοῦ. καὶ εἰς αὐλητὴν πέντε καὶ πέντε εἰς χρυσᾶν κόσμον: πλέον δὲ σὺν ἔξεστι. *Strabo lib. 4.*

Nemini aut dare dotes, aut accipere liceat. Plat. de ll. 5. & 6.

Quò lubet, nubant; dum dos ne fiat comes. Plaut. Aulul. Narraui.

Quid faciant leges, vbi sola pecunia regnat? Arbit.

Seuerius matrimonia viri coërcent, cùm nullis dotis frenis tenentur. Iustin. lib. 3.

Pauperior caueat sese sociare potenti; Namq; fides illi cum parili melior. Auien. fab. 11.

Diuina humanaq; pulcris diuitiis parent. Horat. 2. Sat. 3.

Quietiora tempora Romani pauperes habuerunt Sen. 2. contr. 1.

Por codicia de florin no te cases con ruyn. Adag.

γῆμαι ᾖ κακὴν κακῶς ἐ μελεδαίνῃ ἔσθλὸς ἀνὴρ, ἢν οἱ χρήματα πολλὰ δίδῳ. *Theog.*

Πολλὰς ᾖ πλέτῳ τῷ γῆμεν γαμετομένους γυνὴ κατήκοον ἐν δόμοισι νηπία. *Eurip. Stob. 650.*

Virgo formosa etsi sit oppidò pauper, tamen abunde dotata est. Apul. apol. 2.

Bist Hur oder Dieb/hast Geist/so bistu lieb. *Adag.*

Μὴ λες ἐρασταὶ λιστέῳ Παφίων, δῶρόν παρέχων. *Silentiar. Epigr. lib. 7.*

ὅς λες ᾖ πλέτον, ἢ δυσγύειαν εἰσιδὼν γαμεῖ πονηρὰν, μωρός ἐστι. *Eurip. Stob. 650.*

Probitas cum paupertate iacebit. Ouid. ad Pison.

Fortunata, quæ nummos modio metitur. Arbit.

Corrupti deprauatiq; mores sunt admiratione diuitiarum. Cic. offic. 2.

Dummodò virgo morata rectè veniat, dotata est satis. Plaut. aul. Præsagibat mihi.

De moribus vltima fiet quæstio. Iuuenal. Sat. 3.

Γαύρους ἐς ἀνθρώπων ὄρε τὴ ἐ κάλλος ὀπηδεῖ, ὄλβος, ὃς τούτων ἀμφοτέρων ἔλαχεν. *Theog.*

Quod vis, non duces nisi illud, quod non vis, feres. Plaut. Trinum. Neq; fuit.

Præstat compedibus ligari, quàm diuitijs vxorijs. Plut. etotic.

Intolerabilius nihil est quàm fœmina diues. Iuuenal. 6.

ἡδὺ δὲν εἰς ἔρωτας· Σοφίη, τέρπου παιδεύτῳ: μόνον ἄζυγον βλέπωσιν. *Anacreon.*

Omnes vxores diuites seruitutem exigunt. Sen.1.controu.6.

Donna senza honestà non fu mai bella. Diffet.

Cuiusmodi hic cum fama facilè nubitur: dum dos sit, nullum vicium vicio vortitur. Plaut.Perf.Quæ res benè.

An diues, omnes quærimus; nemo, an bonus. Mim.

Sit omne iudicium, nõ quàm locuples; sed qualis quisq; sit. Cic. offic.2.

Occasiones solent aditus aperire peccatis. Ambr.1.Tim.4.

Turpia spectandi consuetudo etiam imitandi licentiam sumit. Val Max.2.1.

Incitamentum improbę præsumtionis est neglecta custodia. Cass.4.47.

Per publicum notabiliter incedens, oculos in se iuuentutis illicit. Cypr. de habit. virginit.

Κέρδος μέγα τερπνῶν μοιχικὸν γυναικός. *Arrian.*3.22.

Latere debet mulier, nec multis esse nota. Plut.

Mulier ingenio est bono, cui malè faciundi est potestas, quæ ne faciat, id temperat. Plaut.Stich. Qui manet.

Τὸ μονάζειν ὢν τῇ δύσκολείᾳ ἢ τέρπει μᾶλλον, ἢ τῇ σώμασι ὠμαχωρίσθαι χαλεπτηλίζεται. *Naz.Stob.*53.

Periculosa est sexuum commistio. IC.

Viejo el pajar malo de encender y peor de apagar. Adag.

Flamma fumo est proxima: fumo comburi nihil potest, flamma potest. Plaut. Curcul. sc.1.

Τέττο δ' οἶδα, ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον πρέπει τὰ τερπνὰ παίζειν, ὅσῳ πέλας τῆς μοίρης. *Anacre.*

Fermida vicino flamma vapore nocet. Ouid.1.Eleg.2.

Lycurgus videtur posse hîc ad nequitiam adduci. Plaut.Bacch.sc.2.

Nihil ex omnibus ijs, quæ mulieres cum iuuenibus ioco dicunt, aculeo caret. Nazianz. aduers.mulier.comptas.

Quid amor non improbus audet? Ouid. Fastor.2.

Nemo vult in amore sanari. Fab.decl.15.

Nullus equus tam vetulus, quin Majo hinnitum edat. Prouerb.

Μένει ἐς ἀπαρηγόρητον ἀνθρώπους ἔρως. *Menand.St.*623.

Cupiditas ex homine, cupido ex stulto nunquam tollitur. Lucill.

Infirmis culpa pusilla nocet. Ouid.2.remed.

Sincerum est nisi vas, quodcunq; infundis, acescit, Hor.1.ep.2.

reijciebat. Interrogatus ergo Camillus, cur filio coniugem non eligeret, vnde & illi in iuuentute vita tranquilla, & ipsi in senio quies speranda esset: Ego, inquit, vxorem filio meo neque do, neque daturus sum; quia FILIAS *alij mihi diuites, alij nobiles, alij iuuenculas, alij pulcras obtulerunt: At qui filiam virtute præstantem se daturum diceret, nullus fuit. Sanè Camillus, sicut triumphum rebus fortissimè gestis meritus est; ita memoriam verbis, quæ protulit, sempiternam meretur.*

Hæc ideo, mea Faustina, dixi, quoniam filiam in theatra adducis, illam in Capitolium comitaris, inter gladiatores versari, & pantomimis spectandis interesse permittis; & quod indignissimum, ipsam ætate admodum teneram, te non valde prouectam minimè cogitando, per vicos ambæ vrbis ripasq; fluminis discursitatis. Equidem id non vitupero, quòd filiam tuam improbam esse censeam, sed quòd ansam illi, vt minimè proba sit, abs te dari video. Crede mihi Faustina, AD titillationem *carnis quod attinet, neque iuuenibus nimis fidendum, neque de senibus bene sperandum: Sed* TVTISSIMVM *in vtrisque, vt peccandi occasiones cuncti fugiant. Ideo scilicet virgines Vestales intra parietes incluse continentur, vt occasiones, quæ in plateis offeruntur, vitent. Non vt stolidiores secessum amant; sed vt prudentiores congressum fugiunt.* 260

Non dicat iuuenis, se iuuenem & virtutis amantem esse: non dicat senex, se senem & lassum esse: quoniam STIPVLAS *aridas in prunis conflagrare, palum viridem inter flammas fumigare necesse est: hoc est,* SIT *licet adamante aliquis durior, dum inter viros versatur; ad mulierum ignem vbi accesserit, ceræ instar remollescet. Negare non possumus, licet igni ligna subducantur, carbones extinguantur, saxa tamen semper ardere: Ad eundem modum caro hæc corrupta, etiamsi affligatur morbis, multis exiccetur laboribus, longis denique annis consumatur; semper tamen concupiscentiæ ignis sopitus in ossibus viuit.*

Quid virtutem iactare, & naturam negare prodest? QVIS *equus adeo elumbis & mutilus, qui visis equabus non semel atque iterum adhinniat?* QVIS *senex adeo effœtus, quis iuuenis adeo castus, qui visis puellis non semel atque iterum suspiret?* IN *rebus voluntarijs virtute præstare aliquem posse non nego:* IN *naturalibus verò suam quisque imbecillitatem fateatur oportet.* IGNI *si ligna subtrahas, ardere desinet. Aduentante æstate, hyemis desinet asperitas. Vbi in mari malacia (& tranquillitas) extiterit, fluctus intumescere desinent: Vbi Sol occiderit, terras non amplius collustrabit. Hæc eò pertinent, vt* TVM *demum carnem ab exhiben-*

exhibenda nobis moleſtia ceſſaturam appareat, cùm in tumulo compoſitam videbimus. DE CARNE *naſcimur, in carne viuimus, in carne morimur. Vnde citius vitam bonam, quàm carnem malam finem habituram efficitur.* SÆPE *cibi optimi in fœtidis corrumpuntur clibanis;* & VINA *optima ingratum de impuris contrahunt ſaporem dolijs; hoc eſt, quantumuis* † *puræ & heroicæ ſint vitæ noſtræ actiones; ſemper tamen imbecillæ pedorem carnis reſipiunt. Hæc eò dico, Fauſtina, quia ſi carnis torrentem vallum (vt ita loquar) argillâ ſenum conſtructum coërcere non potuit; quomodo illi ſeptum molli textum vimine reſiſtet?* IVGVM, *quod vacca non portauit, multò minus vitula portabit. Si tu, quæ mater es, carnem in officio non contines; nec iſta, cum filia tua ſit, idem præſtabit.*

Si filias rectè educare volunt matronæ Romanæ, has diligenter obſeruent regulas: Si filias vagari vident, crura illis frangant; ſi venaturam oculis facere, oculos eruant; ſi auribus prurire, illas obſtruant; ſi quid dare volunt vel accipere, manus amputent; ſi garrire audent, os conſuant; ſi petulanter agere, viuas ſepeliant. FILIÆ *quippe improbæ pro dote* 261 *mors, pro vtenſilibus vermes, pro domo tumulus debetur. Itaque meo Fauſtina vtere conſilio, &* SI *Filiâ tuâ lætari cupis, occaſiones illi, quibus corrumpi poteſt, adime.* AD *fulciendam domum multis opus eſt tibicinibus; cui ſi vnam ſubducas columnam, tota corruit: hoc eſt,* ADEO *ſunt imbecilles fœminæ, vt à mille cuſtodibus vix poſſint cuſtodiri; at vnica minutula occaſione corrumpantur. Quàm multæ fuerunt improbæ, non quidem quòd eſſe eiuſmodi vellent, ſed quoniam ipſæ occaſionem aperuerunt, vt aliter facere non poſſent!* IN MEA *poteſtate eſt prælium inire; at in mea poteſtate non eſt potiri victoria. In mea poteſtate eſt ingredi mare; at in mea poteſtate non eſt euadere periculum.* IN *poteſtate mulieris eſt occaſioni ſe offerre; at poſtquam illi ſeſe obtulit, in eius poteſtate non eſt culpam euitare.*

Cibum olla corrumpit. Plut. de lib. educ.

A ceſtite ſuo virgulta non diſcrepant. Caſſ 2.14.

Æquum eſt ſementi ſpicam adſcribi. Nazianz.

Quamuis cara ſit, heu carie non caritura caro. Tobias.

† *defecatæ.*

Ad ſemen nata reſpondent. Sen.ep.87.

Telle mere, telle fille. Prouerb.

Scilicet expectas, vt tradat mater honeſtos, aut alios mores, quàm quos habet? Iuuenal. Sat. 6.

Mores effingunt à parentibus liberi. Cic. diuin.2.

Ἴση μὲ ὄμμα, γλῶσσα ϑ' παιδιλωΐχαι.
Κλεὶς ὠσὶ κεῖσθω, μηδὲ πορνεδοι γέλως.
Nazianz. Sent. monoſt.

Caſus ab exemplo vitare debemus. Sidon. 3.ep.22.

Timor fundamentum ſalutis eſt, Tert. de cult. fœm.

Ludendo ſæpe paratur amor. Ouid. art. 3.

Nemo diu tutus eſt proximus periculo. Cypr. 1.ep.11.

Pudor veluti veſtis, quanto obſoletior eſt, tanto incurioſiùs habetur. Apul. apolog.1.

Galeatum ſerò duelli pœnitet. Iuuenal. Sat.1.

Qui ſe præcipitauit, ſuſtinere ſe cùm velit, non poteſt. Cic. Tuſcul. 4.

In præceps datis corporibus nullum ſui arbitrium eſt. Sen.1.ira.7.

Vitare, plagas in amoris ne iacjamur, non ita difficile eſt, quàm captum retibus ipſis exire. Lucret.lib.4.

Amor animi arbitrio ſumitur, non ponitur. Mim.

Ὅμοθεμμ' ἔρως πόσσ' ἐστὶ, πόση σέθεν ἄπλετ' ἀλκή. Oppian.κυν.6. 410.

ὠδὲν ἐμποδὼν ψυχαῖς ἐφιεμένοις ἀλλήλων ἀῤῥήκτοις σειρόδοις ὁμῶσε χωρεῖν ϗ συμπλέκεσθ. Syneſ.ep.140.

Qui ipſe haud amauit, ægrè amantis ingenium inſpicit. Plaut.mil.cohibete intra.

Ogni occhio per nimico d'amore ch'ei ſia, à vn piacceuole & leggiadro aſpetto diuiene humile e manſueto. Heliod.

Ideò ſummè cuſtodiendus eſt oculus, quia ianua cordis eſt & nuncius. Aug. ad fra. in erem. ſerm.31.

Amor primus apud homines carnificinam commentus. Plaut. Ciſtell, credo ego.

CAPVT XII.

Perſequitur ſermonem cœptum Imperator, ſuadens Fauſtinæ, vt filiæ (peccandi) occaſiones adimat.

AT *enim Fauſtina neminem dices filiam tuam alloqui, quin audias, aut videre, quin videas; neque illam ſe abſcondere, quin abs te inueniatur, aut pactiones cum vllo facere poſſe, quin animaduertas. Quid? An tu* MALEVOLENTIA *ſuffuſos contumelijs inter ſe certare; amore verò mutuo flagrantes mentibus inter ſe colloqui ignoras?*

Nihil aliud in fœmina, nisi quod feriat proximantem. Cypr. de singular. Cleric.

Libido cognata & coniuncta luxuriæ est, cuius sequela immunditia, finis indubitatus confusio. Saresb. 8. 6.

Δεσμὸν ἔρως οὐκ οἶδε βιημάχος. *Silent. epigr. lib. 7.*

Quò magis tegitur, tantò magis æstuat ignis. Ouid. met. 4.

Amor mansueto fanciullo e fiero veglio. Petrar. triump 1.

Nec noram, quid amans esset; vt illud eram. Ouid. Heroid. 11.

Τί μου μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα ἐμφὺς, ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκβδέλλα πέπωκας, *Theocr. Idyll 2.*

Τὸ ἐρᾶν ἐπισκοτεῖ ἅπασιν, ὥς ἔοικε, καὶ τοῖς εὐλόγως, καὶ τοῖς καλῶς ἔχουσιν. *Menand. Stob. 624.*

Tantum licentiæ prauis ingenijs adijcit illa fiducia; Quis enim sciet? Plin. 4. ep. 25.

Solus amor morbi non amat artificem. Proper. 2. 1.

Caritate accesa lega la lingua altrui, gli spirti inuola; Chi può dir cont' egli arde e' n picciol foco. Petrar. sonet. 138.

Malus clandestinus est amor; damnum est merum. Plaut. Curcul. 1.

Plus est mente, quàm corpore copulari. Ambr. contr. Symm.

Aperte la via per gli occhi al core. Petrar 2.

Oculos cor nefariè sequi solet. Nazianz. aduers. mulier. comptas.

O quantum est subitis casibus ingenium! Martial. 1. 14.

Ingenij est experientis amor. Ouid. 1. eleg. 9.

Nil transit amantes. Stat. Thebaid. 2.

Diducere amantes non queat inuitos Iupiter ipse duos. Prop. 2. 7.

Venus sine Mercurij præsentia nihil vnquam fecit. Apul. l. 6. Asin.

Μόνοι οἴδασιν οἱ ἐρῶντες τὰ τῶν ὁμοίων τραύματα. *Achil. Tac. 5.*

La distantia de las moradas no nispega el amor de los corazones. Celestin.

† *Mutis vsu lingua carentibus non defuisse ingenium, cuius sedes cor est, quo suis prospicerent amoribus. I.*

Ὀφθαλμὸς φιλίας πρόξενος. *Stob. 566.*

Amores.

1. *Masinissæ & Sophonisbæ; Liu. lib. 30.*

Non latet haustus amor, sed fax vibrata medullis in vultus atque ora redit. Stat. 1. Achil.

τῶν ἐραστῶν ἐν τῷ βλέμματι πάντα ἐνθὺς γνωρίζει ὁ ἐρώμενος. *Aurel. Imp. li. 11.*

AMOR nouus, qui in ætatis vere ex recenti pullulat sanguine, venenum est, quod subito per venas manat; aconitum, quod viscera confestim penetrat; spasmus, quo membra subitò torpescunt; angina, quæ cor statim strangulat; bonæ denique mentis pestis est & interitus.

Quid dicam, nescio, etiamsi, quod dicere volo, sentiam. NVNQVAM enim amorem in lingua habui, quin dolorem intus in pectore grauissimum perceperim. Ouidius libro de arte amandi dicit: Est amor, nescio quid? venit, nescio vnde? immittitur, nescio à quo? nascitur, nescio quomodo? capitur, nescio quibus? sentitur, nescio quando? interimit, nescio quamobrem? Denique AMOR virulentus carne foris illæsa, sanguinem è visceribus intimum nobis exhaurit. Quid sibi his verbis Ouidius velit, non intelligo: At cùm verba illa proferret, mentis eum non magis, atque ego nunc sum, compotem fuisse scio. QVI inter se amant, Faustina, è cordium veluti specula fumant, in somno sermocinantur, signis colloquuntur. MVLTA enim foris verba, exigui intus amoris indicium; AMORIS interni magnitudo silentium foris imperat. Inflammata intus amore præcordia, mutam foris linguam reddunt. QVI vitam in amoribus agit, os habeat obseratum oportet.

Ac ne fabellam tibi narrari putes, historijs id vetustissimis planum faciam. In monimentis priscis anno ab V. C. CCLXX. Hetruscum iuuenem Romanum mutum, itemq́ 262 Veronam, virginem Latinarum pulcerrimam, mutam fuisse reperimus: qui cùm in ludis in monte Cœlio se inuicem vidissent; amore inter se non ficto exarserunt, cùm mentes illorum tam ad amorem liberæ, quàm linguæ ad sermonem vinctæ essent: quæ res vt tum visu mira, sic narratu nunc incredibilis est. Nam puella Salonâ Romam, iuuenis Româ Salonam subinde XXX. annorum spatio vltro citroq́ commeabant, vt nec animaduerteret quisquam, nec vnquam ipsi colloquerentur, donec mortuis Latinæ marito, & Hetrusci coniuge, re patefacta, ambo matrimonium contraxerunt. Ex his mutis filius natus est, auter felicissimæ gentis Scipionum nostrorum, qui longe armis, quàm maiores linguis, expeditiores fuêre. Considera ergo rem singularem, † quàm parum ad reprimendos mutorum illorum amores linguæ vincula, nisi ipsa eximerentur corda, profuerint.

Quid de Masinissa Numidarum regulo, & Sophonisba, fœmina Carthaginensi nobili dicam, qui cùm in limine inter se obuiam facti essent, & ille cupiditatem suam prodidisset, eamq́ hæc intellexisset, fracto formidinis remigio, sublatis verecundiæ ancoris; confestim cordium vela demiserunt, nauibusq́ inter se corporum concurrerunt? Vnde & pri-

& primum oculorum intuitum, & notitiam vtriusque, & animorum nexum, & corporum complexum, & dignitatis iacturam, & famæ labem; vno die, vna hora, vno momento, in ipso liminis transitu peracta esse manifestum est.

Quid amplius in hanc sententiam vis afferri? An nescis Helenam Græcam & Paridem Troianum, natione tam dissimiles, terris tam dissitos, ex vnico in fano quodam conspectu, voluntatibus ita conglutinatos fuisse, vt quamuis Paris ad capiendam ipsam parum videretur animosus & validus; ipsa tamen, quò minùs caperetur, non valde reluctante, & victoriam illo vrgente, hac non morante, Paris patri interitus, Helena marito probri; vterque verò sibi mortis; regnis exitij, seculis omnibus sermonis, ex vnico tantùm intuitu, causſam præbuerint.

Ad Alexandrum M. Amazonibus bellum inferentem, Regina & dux illarum, forma iuxtà ac virtute præstans, adeundi cognoscendiq; illius auida, in ripa fluuij cuiusdam venit: vbi ad horæ spacium alter alterum summo cum silentio intuentes, in castra redierunt, ducum ferocia in amantûm delicias commutata.

Pyrrhus constans Tarentinorum protector, & Epeirotarũ Rex inclytus, bella in Italia gerens, Neapolim venit, vbi nec
263 *antea, nec postea plus vno die fuisse illum constat. Imperabat tum ciuitati illi Gemellitia, generis nobilitate, formæq; præstantia præcellens, cui miseræ & prægnationem & famam in Italia siniſtram, & exilium, & post partum etiam mortem, quæ fratris manu affecta fuit, dies ille attulit.*

M. Antonium amatorem suum Cleopatra in Bythinia in nemore † Sethim conuiuio excepit famoso; quæ licet ipsa non admodum bonæ famæ esset; gynæceum tamen habebat modestißimum. Verùm enimuerò cùm multam in noctem producta esset comessatio, nemusque densißimum foret; ea fuit puellarum in quærendis latebris, & iuuentutis Romanæ in detegendis illis solertia, vt cùm LX. essent senatorum filiæ, LV. inter spineta illa grauidæ fierent; quæres & pessimi ad subditos exempli fuit, & infamiam auxit Cleopatræ, & autoritatem imminuit M. Antonij. Quod de paucis istis dico, idem de aliis possem dicere. Nec viri omnes viri, nec fœminæ omnes fœminæ sant: quod propter ea, quæ dicturus sum, dico; quæ mordeant sanè eas, quas tetigerint; & intelligantur ab iis, à quibus potuerint Sunt naues quædam adeò leues, vt leuißima impellantur aura; sunt molendina quædam tam agilia, vt minima circumagantur aqua: Ita fœminæ quædam sunt adeò fragiles, vt vitri instar digituli talitro frangantur, & tentatæ in tenuißimo cœno adhæreſcant.

Diabolus hanc primo exhibet lenitatem, vt duas naues oblectet ad inuicem conuenire. Cypri. de singul. Cler.

Vicis in animum per oculos via est. Fab. declam. 1.

Dos que se conocen, de lexos se saludan. Adag.

Diriguit facie, quem non stupefecerat hostis. Manil. lib. 6.

2. *Paridis & Helenæ*;

Quien lexos va à se casar, o veengannado, o va à engannar. Ad.

ὀξὺς ὁ ἐρῶν ἰδεῖν τὸ πεθαμένον. *Heliodor.*

Οἱ ὀφθαλμοὶ ξυμβαλὸν δ' ἐρῶν. *Philostr. epist. ad Athenod.*

Ignarus suorum, domus alienæ recensetinfortunium. Apul. 9. as.

Non caret effectu, quod volùêre duo. Ouid. 2. eleg. 3.

L' amor dolcemente ne i principii applaude, è tessedi nascosto inganno è fraude. Arioſt 13. 4.

3. *Alexandri & Thalestris*;

Curt. lib. 6.

Amoris vulnus idem, qui sanat, facit Mim.

Αἰχρὸν τὰς ἀνδρας ἐλόντας γυναικῶν ἡττηθῆναι. *Basil. de leg. Græc.*

L' accord & le discord luy seruent de pasture; de tel arbre tel fruit: c' est d' Amour la natura. Ronsard. 6. 64.

4. *Pyrrhi*;

Pyrrhus Tarentinæ petulantiæ animosus magis, quam efficax defensor. Valer. Max. 4. 3.

Par trop grand appetit Vient souuent la pance pleine. Marott. chanſ. 26.

Amor post perfectionem, vulnus dat pœnitentiæ, venenumq; peccati. Fulg. Mythol. 3.

5. *Antonii & Cleopatræ*;

ὅλων ἑλκη πάντοτ' ἔρως, δεχλὼ δὲ ὄναρ οἵδε φόβε. *Philodem. epigram. lib. 7.*

† *Sete Stephano Bithyniæ vrbs.*

Quæ non faciet, quod Principis vxor? Iuuenal. Sat. 6.

Refractis pudoris & reuerentiæ clauſtris, omnia patent omnibus; nec inducuntur, sed irrumpunt. Plin. 2. epist. 14.

Quid salui mulieri est, amissa pudicitia? Liu. lib. 1.

ἡ Κύπρις πάφυκε τῷ σώτῳ φίλη. *Archil. Stob.* 623.

Celari vult sua furta Venus. Tibul. 1. eleg. 2.

Παρθένῳ ἐμὶ βέβηκα, γυνὴ δ' εἰς οἶκον ἀφεςήκω. *Theocr. Idyll. vlt.*

Qui solicitus est; is vere poterit esse secutus. Tert. de cult. fœm.

Oculi nos in omnia quotidie vicia præcipitant. Fab. decl. 1.

Confringi vas citò Samium solet. Plaut. Bacchid. sc. 4.

Vtile finitimis abstinuisse locis. Ouid. remed. 2.

La ſommerſa honeſta non torna à riua, è poi ch'è eſtinta, più non ſi rauuiua. Diffet. diſcord. 14.

Citius illic delinquitur, vbi ſine ſuſpicione ſecurum poteſt eſſe delictum. Cypr. de ſingul. Cleric.

Si te vel modicè meus igniculus affflauerit, vteris intimè. Apul. lib. 2. aſin. aur.

ἔρως παχεῖαν μὲν ἔχει τὴν ἀπόδοσιν, βεβαίαν δὲ τὴν ἀπόλυσιν. *Theophr. Gnom. Grac.*

Leges contemptæ nocent contemtoribus, quamuis ſeductis ad aliquod tempus & ineſcatis illecebra. Philo de ſacerdot. præm.

Quis legem det amantibus? Maior lex amor eſt ſibi. Boet. 4. conſol. met. 12.

Plectuntur interim quidam, quò cęteri dirigantur: exempla ſunt omnium, tormenta paucorum. Cyprian. ſerm. 5. de lapſis.

Pœna vnius eſt multorum metus. IC.

Factum) perſonæ claritate famoſum, ſeueritate exempli ſalubre, rei magnitudine æternum. Plin. 2. epiſt. 11.

Vtilius eſt vnius improbi ſupplicio multorum improbitatem coercere, quam propter multos improbos vni parcere. Cic. Verrin. 8.

Facito contagia vites. Ouid. remed. 2.

Sæuior eſt tanto, quanto eſt occultior hoſtis. Victor.

Olla cabe tizones ha meneſter cobertera, y la moça, do ay varones, la madre ſobre ella. Adag.

Facilior cautio eſt, vbi manifeſta formido eſt. Cypr. tract. 3.

Si volumus non decipi, vigilandum eſt. Leo Serm. 1 quadrag.

Mauelis lupos apud oues relinquere, quam hos domi cuſtodes. Plaut. Pſeudol. Exite.

† *Siracid.* 42.

Aduerſus congreſſus etiam, & ſuſpiciones impudicas prouidendum omni modo. Tert. de cult. fœ.

Magna ſolertia eſt domeſtici hoſtis inſidias euitare. Ambroſ. Rom. 8.

In vacuo pectore regnat amor. Eleg. 1.

Donna ociosa non puo eſſer virtuoſa. Bocac.

Res age, tutus eris. Ouid. Remed. 1.

La moca coma es criada, la eſtopa como es hilada Adag.

Delitiæ ianua ſunt peccati. Ambroſ.

Variam ſemper dant ocia mentem. Lucan. lib. 4.

Amor ocioſus eſt, & occupat pigros. Plut. Erotic.

ἔρως πόθος ἐπὶ ψυχῆς σχολαζούσης. *Theophr. Stob. 626.*

At enim filiam cum patruelibus tantùm colloqui, vel eum conſobrinis verſari permiſſu tuo Fauſtina reſpondebis! Ego verò hac in parte & matrem decipi, & filiam præſentiſſimo in periculo verſari aio. An te fugit à prunæ candentis ardore non ſolùm lignum vel viride, vel aridum minimè tutum eſſe; verùm petras etiam duriſſimas conſumi? An beſtias neſcis repentina fame ſtimulatas dentibus, quos edidêre, fœtus laniare? An Deos legum autores omnibus rebus ignoras, præterquam amoribus, leges dediſſe? NVLLAM enim amantes legem ferunt. Ac iuſtum profectò eſt, vt cùm fatuis, tanquam mente captis, leges Romanæ parcant; amantibus etiam, tanquam ſenſu à ſe orbatis, nullas dij pœnas inferant.

An tu oblita es, cùm in Cenſura mea ex patre filia, ex filio mater, & ex patruo neptis peperiſſet, condemnatos ſententia mea parentes, vt beſtiis obijcerentur; liberos, vt viui ſepelirentur; infantes, vt in Campo Martio comburerentur. Quæ res adeò fuit horrenda auditu, vt nec oculis aſpicere abominandos illos homines ſuſtinuerim, & edicto ampliùs illorum mentionem fieri vetuerim: Quæ ſeueritas quemadmodum pauorem viris attulit; ita fœminis Romanis caſtigationis loco eſſe debet. Quòd ſi patris igne, & filia vſtulata, & 264 propinqui infumati, & ipſemet combuſtus eſt; putáſne flammas libidinis tam acres ſibi temperaturas, quo minus amitinam aut conſobrinam, conſanguinitatis verecundia reſtincta, attingant? Si caro nimis contumax rationi parêret; filiæ tuæ cum conſanguineis familiaritas tolerari poſſet. Verùm cùm in hoc negotio libidini ratio ſuccumbat; filiam ne fratrum quidem fidei committendam cenſeo. Sanè carie † in lignis generata ligna abſumi, & à tineis in veſtimento natis ipſum veſtimentum abrodi, experientia magiſtra diſcis: Ad eundem modum SÆPE intra parietes aliquis eum nutrit, cuius ſcelere deinde & vita & dignitate ſpoliatur.

Quicquid hactenus, Fauſtina, dixi, commonefaciendi gratia dixi; cui verba hæc poſtrema conſilij loco addo: Si & te Fauſtina curis, & filiam tuam periculis liberare cupis; vt ſemper aliquid agat proſpice. MANIBVS enim exercitio laudabili occupatis, vacui ſunt à vagabundis cogitationibus animi. SINGVLA iuuentutis delicta ſingulas de vitæ noſtræ arce (vt ita loquar) pinnas deijciunt. At OCIVM iners quacunque intrat, hoſtis inſtar portas viciis aperit vniuerſis. Scire cupis Fauſtina, vnde iſta naſcatur hodie in puellis Romanis corruptela; quæ vix in lucem editæ, de amoribus iam cogitant! Ego, ſi audire voles, dicam. PATRVM negligentia, matrumque indulgentia facit, vt

laborem

laborem miſellæ honeſtum fugiant, & inhoneſta amplectantur oblectamenta. PER OCIVM deſes, & ſuperuacaneas cogitationes oculi aberrare, mens perturbari, voluntas deprauari ſolet. Poſtremò, dum ſe punctum rentur eſſe, ad quod ſolum amantes collineant; communis manent omnium vicioſorum ſcopus. Sed vt finiam, NIHIL eſt, quod in hoc ludo cogitationis (vt ſic loquar) pilam fortius repulſet, quàm manus operi admota.

CAPVT XIII.

MARCI AVRELII Imperatoris de filiarum coniugiis ſolicitudo.

MARCVS AVRELIVS Imperator, vt ingenio acerrimus, & appetitu moderatiſſimus; ita & præteritorum obſeruantiſſimus & in præſentibus prudentiſſimus, & de futuris circumſpectiſſimus erat. Itaq; IMMINERE exitium Principibus perſpiciens, ſi vel de alienis tantùm ſoliciti, propriorum curam abijcerent, vel propriis tantùm intenti,
265 *alienorum prorſus obliuiſcerentur; Sic animo ad omnia parato excubabat, vt neq; grauiſſima illum Imperij negotia ab obſeruãdis vel minimis domus ſuæ rebus auerterent, neq; omnes domus ſuæ res impedimẽto eſſent; quò minus vnicum Imperij negotium curaret. Quamobrem cùm quatuor haberet M. Aurelius filias, Lucillam, Porſenam, Macrinam & Domitiam; matrem illæ potius pulcritudinis excellentiâ, quàm patrẽ vitæ honeſtate prudentiaq; referebant: quæ licèt foris, à conſpectu patris remotæ, educarentur; ex memoria tamen illius nũquam excidebant: Sed QVANTVM anni filiæ, tantum in animo patris curæ creſcebant: & ſimul atq; ætatem puellæ nubilem attingebant, iam remedium pater inuenerat.*

Erat autem non lex quidem, ſed conſuetudo laudabilis, vt qui munera gerebant Senatoria, non niſi data ab Imperatore licentia vxores ducerent, vtque Imperatoris filiæ arbitrio nuberent Senatus. Cùm ergo filiarum vna & ætate & voluntate à nuptiis non aliena eſſet; M. Aurelius quod animo iam dudum deſtinauerat, perficiendi occaſionem nactus, quoniam veletudine erat tenui, Fauſtinam rem cum Senatu communicare iuſſit. Illa verò ſummis contrà viribus nitebatur, quippe de alio clam agens matrimonio, & hac vtebatur in ſpeciem excuſatione; & teneræ puellam ætatis eſſe, & patre deorum beneficio ſuperſtite, nunquam defuturam rationibus filiæ proſpiciendi occaſionem. Quo animaduerſo, Imperator vxorem in cubiculum, in quo æger decumbebat, accerſitam ſic allocutus eſt.

Affluit incautis inſidioſus amor. Ouid. remed. 1.

Ἀρχὴ κακοεργίας ἀρχή. *Baſil. Stob.* 381.

Amor ocioſo cauſſa ſolicitudinis. Mim.

Sibi quæq; videtur amanda. Ouid. art. 1.

Otii vicia negocio diſcutiuntur. Curt. lib. 7.

Aliquo ſemper opere inſidiantis ocii tergenda rubigo eſt. Pacat. Panegyr.

Δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, μεμνῆσθαι μὲν τῶν γεγενημένων. προσέχειν δὲ τοῖς ἐνεστῶσι. σκοπεῖν δὲ τῶν μελλόντων ἀσφαλίζεσθαι. *Bias Stob.* 94.

Difficile in maioribus prudens, in minoribus non ſapit. Ambroſ. Rom. 1.

Moderationis beneficio medius ſemper inter ſecundas & aduerſas res animi firmitate verſatus eſt. Val. Max. 4. 1.

Fortuna interdum optimos decolorat. Symm. 1. 34.

Præteritorum memor præſentium diligens, prudens futuri. Sym. 1. ep. 32.

Bonus gubernator nunquam fecit naufragium. Fab. 5. cap. 10.

Magnarum rerum curam non diſſimulabunt, qui animum etiam leuiſsimis aduertunt. Tacit. Annal. 13.

Hæc in publicis cura vſus, priuata non neglexit. Dio. lib. 50.

Obſerua ſermones, ſecreta cuſtodi, omnium dierum noctiumq; momentis ſagax ſcrutator inſiſtit. Fab. declam. 18.

Non nimis poteſt pudicitiam quiſquam ſeruare ſuæ filiæ. Plaut. Epidic. Non oris.

σὸν ἐστὶ θυγατρὸς μεῖζον βάρος. *Lucil. epigr. lib. 2.*

Καλὸν δυσήρετον ἔφυ παίδων τοκέσσι. *Phocyl.*

Caſa el hiio, quando quiſieres, y la hija, quando pudieres. Adag.

Κύδιον βροτοῖς πένησι χρηστὸν, ἢ κακὸν κὴ πλούσιον γαμεῖν πεπαῦσθαι κὴ φίλον. *Eurip. Andromach.*

Nuptias cum Pompeiano, & Fauſtina, & filia quæ dabatur, inuitæ habuerunt. Capitolin.

Inter epulas Senatus rogatũ Gracho ſiliam Africanus deſpondet. Liu. lib. 38.

Lex alia ſolio eſt, alia priuato toro. Sen. Agamemn. 2.

Non eadem, vulgusque decent & lumina rerum. Ouid. ad Liuiam.

Sic, qui volunt differre nuptias, excuſare conſuerunt, vt prætendant immaturæ ætatis infirmitatem. Ambroſ. Pſal. 118.

Matres quam ſplendidiſsimis nuptiis iungi filias volunt. Liu. lib. 9.

MVLTA

Qui vident aliud Principem præ se ferre, aliud agere; non minas eius metuunt, sed facta imitantur. Dion. lib. 6.

Quod Principes deceat, aliis non conceſseris. Fab. lib. 11. c. 1.

Celsiores fortunas idem loquī decet atque sentire. Ammia. lib. 17.

Non est viri boni, alia in ore, alia in pectore gerere, Dio. lib. 52.

Quid expectent extraneorum iura, si sic meretur affinitas? Cass. 5. epist. 43.

Νύμφοῦ μήτιν τὸ ἐμὸν πατὴρ ἐμὸς μέλλουσαν ἔξει. *Eurip. Androm.*

ἐν τῇ φύσει τὸ ὀρωμένων, ἀλλ' ἐν τῇ διαθέσει τὸ ὁρώντων αἱ ψῆφοι γίνονται. *Chryſost. orat. Antioch.* 21.

Si forma placet, venientibus annis cedet amor: Sola est senium quæ nescit, honestas. Victor.

Insida custos castitatis est necessitas. Prouerb.

Maius decus adfert deformi amor moribus conciliatus probis quam si ob pulcritudinem diligeretur. Plut. præc. coniug.

Nimia est miseria pulcrum esse hominem nimis. Plaut. milit. glor. sc. 1.

Aliquo modo expugnatur quod vndique incessitur, Hieron.

Pudicitiæ frustra intrinsecus laborioso agone custodit, quod forinsecus efficit infamari. Cypr.

Libido aspectu maxime concitatur. Lact. 6. 19.

Τὸ γὰρ τὸ αὐτὸν ἀλλοιότερον φαίνει μοχθηροῖς ὀφθαλμοῖς, ἀλλοιότερον τοῖς ἐρασταῖς νομίμοις. *Maxim. Tyr dissert.* 9.

Perditissima ratio est diligere formam, negligere famam. Cic. Heren. 4.

Facies, non vxor amatur, Iuuen. Sat. 6.

Amor à forma corporis incensus, durabilis non est. Plut. præc. coniug.

E vn mal fondamento d'amore, à fermarlo à vn bel color di volto. Orati. Ital.

Al fin lonque codicia mucha gente, ninguno lo posſee seguramente. Araucan. 296.

Τὸ κάλλος ὡς ἐπὶ πᾶν ὄγκον ἢ δεσπόλον ἦθος ἐποίησεν. *Antipat. Stob.* 648.

Forma animo corrupta superbo plus aloes, quam mellis habet. Iuuen. Sat. 6.

ἔλαθεν ὠραίαν τίς, ὃν δεῖ γίνεσθαι μᾶλλον πρόγημαντος, ἢ τὸ γειτόνων. *Anaxa. Stob.* 639.

Fastus inest pulcris, sequiturq; superbia formam. Ouid. fast. 1.

Subsessores alienorum matrimoniorum oculi metuendi. Valer. Max. 2. 1.

θεὸς τέκτων ὀχυρὸν ἄστυ ἐποίησεν θυρὰν, οὐ κάλλος μοιχὸς οὐκ εἰσέρχεται. *Apollod. Stob.* 188.

MVLTA in hominibus priuatis ferimus, quorum ne minimum quidem in iis, qui velut in specula constituti pro omniū excubant salute, toleramus: NEC vnquam promtè paretur Principi, qui autoritate parum apud subditos valet. Hæc eò dico, Faustina, quòd ipsa aliud clam agens, aliud palam præ te fers, quòd & fidem minuit tantæ Principis, & tanti autoritatem Imperatoris eleuat. Si vota mea piissima parum apud te valent ad tuorum salutem liberorum; quid abs te boni ad salutem liberorum alienorum expectabitur? Rectùmne tibi videtur iis filiam, qui à matre illam petunt, dari; & quos pater elegit, negari? Vt fœmina quidem veniam mereris; vt mater verò culpam auges. An istarum nuptiarum ducem fortunam, harum prudentiam esse nescis? QVI filias à parentibus petunt, oculos, mihi crede, magis in vtilitate propria, quàm animos in bono defigunt alieno.

Quondam te audiui dicentem, te quidem filias eniti; Deos verò illas maritare, qui pro dote incredibili illas ornarent pulcritudine. Ante fugit PVLCRITVDINEM fœminis alienorum cupiditatem, vicinorum suspiciones, potentiorum vim, inferiorum inuidiam, parentum infamiam, & vitæ periculum attrahere? DIFFICILIS est eius rei, quam multi expetunt, custodia. PVLCRITVDO certè, vt idem repetam, fœminarum nihil aliud est, quàm vagabundorum illecebra, leuiumque irritamentum; Vnde à cupiditatibus alienis fama pendet propria. Equidem HOMINES leues in optanda coniuge formæ excellentiam vitæ integritati anteponere non nego. Veruntamen FOEMINÆ, quæ propter formam solam ducitur, nihil aliud quàm vitam in senectute insuauem, expectandum affirmo. ITA enim comparatum est, vt cui amorem pulcritudo eximium, eidem odium deformitas acerbissimum conciliet. 266

Quantas, dij boni! suscipit molestias, cui pulcra nubit! Ferenda est ipsius superbia: PVLCRITVDINIS enim comes indiuiduus est stulticia. Toleranda profusio: Nam STVLTICIA in cerebro, & in facie pulcritudo duo vermes sunt, qui & vitam arrodunt, & fortunas vorant. Sustinenda iurgia: OMNIS enim fœmina pulcra sola domi imperare vult. Dissimulandæ delitiæ: OMNIS enim fœmina pulcra vitam in deliciis cupit agere. Patiendi fastus: NVLLA enim fœmina pulcra priorem quenquam patitur. Patienda est arrogantia: OMNIS enim fœmina pulcra cunctis anteponi vult. In summa QVISquis pulcram ducit, variis se præparet infortuniis oportet.

Quæris quamobrem? NON tam arctè me hercule Carthago à Scipionibus obsessa fuit, quàm domus pulcræ fœminæ ab hominibus leuibus. O virum infelicem! cuius

dum

dum quiescit animus, & dormit corpus, adsunt, qui domum circumambulant, qui vitæ insidiantur, qui per fenestras inspectant, qui parietes transcendunt, qui dicteria scribunt, qui cytharas pulsant, qui ad fores excubant, qui per lenas solicitant, qui tegulas deijciunt, qui angulos obsident: quæ omnia in pulcritudinem quidem vxoris, tanquam scopum diriguntur; ad mariti verò infelicis redundant opprobrium: Cuius rei testis locupletissimus & ego sum, cui cum tua nupsisti pulcritudine; & fama, qualis vrbem peruasit, mea.

Multa quidem dico; sed plura, mihi crede, sentio. Nemo de dijs queratur, quòd fatis ita volentibus vxorem nactus sit de-
267 *formem. Argentum nitidissimum in pice elaboratur atra; arbor tenerrima cortice conseruatur scabro; DEFORMIS coniugis maritus de fama est securus. Equidem vt liberam cuilibet optionem relinquo; ita VIRVM aio, qui pulcram ducit, & famam hastæ & vitam periculo subijcere.*

Apud maiores adolescentia armis exercebatur. Hodie iuuentus Romana puellis deseruiendo tempus terit. Simulatque pulcritudinis alicuius fama increbuit, certatim ab omnibus extemplò expetitur; dum & puellas demereri iuuenes satagunt, & ipsæ spectandas se præbere non recusant. NVLLAM vnquam, Faustina, puellam vidi Romanam forma celebrem, quin probri aut particeps, aut saltem suspecta fuerit.

Non multa quidem legi; sed hoc tamen animaduerti, quoties fœminarum forma excellentium, Græcarum, Latinarum, Spartanarum, Ægyptiarum, Romanarum mentio fit, non ob pulcritudinem earum memoriam literarum monimentis esse consecratam; sed propter pericula ipsarum grauissima, & casus, quos ob pulchritudinem ipsarum illo æuo alij perpessi sunt, miserabiles; cum & pulcritudine spectatores allexerint plurimos, & vbique terrarum in summa fuerint infamia.

Qua tempestate Carthaginensium ciuitas, vt opibus potentissima, ita armis infelicissima, philosophorum sapientum consilijs regebatur, & mercatorum impigrorum locupletabatur industria; non minus autoritate apud Pœnos Arminius philosophus, quàm apud Græcos Homerus, inter Romanos Cicero, valebat. Ab illo autem tempore, quo lucis vsura ipsum frui dij voluerunt, vsque ad eum diem, qua vitam cum morte commutauit, anni interceſſerunt CXXII. de quibus XXC. annos viri illius moderatissimi arbitrio gubernata fuit ætas illa fortunata.

Cùm autem perinde à mulieribus abhorreret, ac librorum erat studiosissimus: Senatus eum & negotiorum publicorum cura frangi, & oblectamentis naturæ conuenientibus

Nihil tutum, in quo populi vota susp[e]rant. Hieron.

Ῥίζα μοιχείας ἡ σωφροσύνη. διὰ τὸ ὄψεων. *Chrysost. Stob.* 293.

Nihil inuitæ tristis custodia prodest. Propert. 2. 6.

La muger y el vidrio siempre estan en peligro. Adag.

Κρεῖττον ἐν τετραμμύλῳ λαθεῖν γυναῖκ' ἀσφαλῶς, ἢ κακὸς μὴ λεπτόπους. *Diod. Stob.* 649.

Pulcritudinem formæ non libidinis habeas inuitamentum, sed gloriæ. Curt. lib. 4.

Molestum custodire, quod omnes cupiunt; molestissimum possidere, quod nemo habere dignetur. Hieron.

Vt lux noctu effulgens, sic pulcritudo omnium oculos ad se rapit. Athen.

Vxor nulla deformis est marito suo. Tert. de cultu fœm.

ἐπαχλαίνουσι γὰρ πρὸς τὸ ὁρώντων εἰς ὄψιν τὸ κάλλος. *Heliodor. lib.* 4.

Ninna y ninna, y peral y harar malos son de gua dar. Adag.

Magno cum periclo custoditur, quod multis placet. Mim.

Semper formosis fabula pœna fuit. Propert. 2. 33.

Quanto castitas maior, tanto in eam vigilantior libido. Petrar. remed. fort.

Due gran nemiche, bellezza & honestà. Idem.

Tenera est virginis verecundia, & lubrica pudoris fama. Ambr. Luc. 1.

Formosam rarò non sibi quisq; petit. Propert. 2. 35.

τὰ καλὰ παίζως ὁμοίως τέρπει τοὺς κρίνοντας εὖ καὶ ἐπιστημένως. *Rufin. Epigram. lib.* 7.

πολλοὺς δὲ πλούτῳ δόξῃ γαυρουμένους γυνὴ κατήγαγεν ἐν δόμοισι νηπία. *Eurip. Stob.* 650.

Arganthonius Gaditanus XXC. annis regnat. *Plin.* 6. *cap.* 48.

Quid tam circumcisum, tam breue, quàm hominis vita longissima? Plin. 3. c. 7.

Epicurus rarò dicit sapienti ineunda coniugia, quia multa incommoda admixta sunt nuptijs. Saresb. 8. 11.

Σκοπεῖτε μοι μνηστῆρες, ἐσθλῆς ἢ κακῆς τέξῃ σὺν μητρὸς λαθεῖν. *Eurip. Androm.*

Cæsar, casar suena bien, y sabe mal. Adag.

Qui potest mulieres vitare, vitet. Plaut. Stich. Qui manet,

Τί δεῖ καλῆς γυναικὸς, εἰ μὴ ζῶι φρένας ἀρηιὰς ἔχει. *Menand. Stob.* 650.

† *Bianti tribuitur apud Gellium.* 5. 11.

Ἑλαβεν τὶς ψάρχειν, ὃ βιωτὸν ἐς' ἔτι. *Anax. Stob.* 639.

Vbi pudicitia, ibi vacua pulcritudo. Tert. de cult. fœm.

Splendida coniugia vt aliquando illustrant, nõnunquam funditus domos euertunt. Val. Max. 7. 1.

Boni petitores mores discutiunt, non decorem; nec aspectus offensione reuocantur, cùm virtute animi prouocantur. Ambros. Luc. 18.

Chose defendue est la plus desideree. Adag.

Minore miseria deformis habetur, quàm formosa seruatur. Hier.

Permissum fit vile nefas. Corn. Gal.

Illicita amantur; excidit, quicquid licet. Sen. Herc. Oet. 2.

Quod licet, ingratum est, quod non licet, acriùs vrit. Ouid. 2. eleg. 19.

Vile est, quod licet. Arb. Satyr.

Quod facile potiri possumus, segnius appetimus. Nazi. orat. 13.

Hinc difficilis gratia; quia facilis inuentio. Sidon. 8. ep. 16.

Placet inconcessa voluptas. Ouid. 3. eleg. 4.

Auidius periculosa, quibusq; prohibentur, mortales petunt. Aurel. Victor. de Cæsar.

Vetat optari faciem Lucretia. Iuuenal. Satyr. 11.

Animi bonum, etiam oppresso corpore non amittitur. Aug. 1. ciuit. 18.

Quam peccare pudet; tuta sat est. Propert. 2. 6.

Mens peccat, non corpus; & vnde consilium abfuit, culpa abest. Liu. lib. 1.

Mirabile dictu: duo fuerunt, & adulterium admisit vnus. Aug. 1. ciu. 19.

Ψυχάτης κτῆμ' ἐστὶν ἐχθρὸς παιτρί. *Menand. Stob.* 672.

Immaturam maritali consuetudini tradere, nihil est aliud, quàm iniuriam naturæ facere. Zosim. lib. 5.

ἀψχεῖν, πρὸ γάμου μὴ χρῆσθαι. πρὸ λήθης δὲ αὐτοῦ μεμνῆσθαι. *Isocrat. paneg.*

Procliuis res est malitia, vel nullo impellente. Nazian. orat. 10.

* *Herculaneum.*

Quando à tu hija le veniere su hado, no aguardes, que venga su padre del mercado. Adag.

Qui non facit, cùm potest; non facit, quando vult. Guil. gestis. Philip. 496.

Semper nocuit differre paratis. Lucan. li. 1.

† *præteritæ ætatis vigor.*

Semper & nocet, & nocuit dilatio longa paratis. Guil. Philip. lib 3.

* *iam nimis adultæ.*

*destitui videns, vt vxorem duceret, instanter rogauit, vt scilicet viri tam insigniter sapientis memoria ad posteros propagaretur. Verùm cùm assiduis Senatus flagitationibus constantissimè refragaretur; Nolo, inquit, vxorem ducere. † Si enim deformem duxero, odium; si diuitem, seruitus; si pauperem, impensæ; si pulcram, custodiendæ illius labor me manet; quarum pestium quælibet ad perimendos mille viros satis est. Hac sapiens ille excusatione vsus est; qui tamen nimia in studijs diligentia, oculorum in senecta acie hebetata, dulcique librorum sodalitio erepto, molestam coactus est amplecti mu- 268
lieris societatem, quæ filiam peperit, à qua orti sunt Amilcares Carthaginenses, Scipionum Romanorum æmuli, non minus in defendenda Carthagine strenui, quàm nostri in augenda Roma fortunati.*

Dices fortè Faustina, in filias tuas non cadere eiusmodi suspicionem, quas & virtus sua periculo liberatura, & vitæ honestas sit securas redditura. Ego verò arcanum tibi quiddam patefaciam. NIHIL *est, quod pluribus oppugnetur artibus, quàm mulier tum casta custodia, tum fœmineo pudore cincta: at* TEPIDE *expetitur, & segniter quæritur, quod adeptu facile est.* NIHIL *exploratius, quàm commodum aliorum proprij mali causam esse. An nescis Faustina honestissimam quamque à nostra potissimùm tentari improbitate? Certè ipsarum pudor & continentia tela sunt ad expugnandam integritatem nostram. Neque natalium splendorem, neque diuitias, neque pulchritudinem incentiua fuisse legimus, quæ ad Lucretiam illam infelicem quenquam inuitarent; sed potius serenitate vultus, morum grauitate, vitæ sanctimonia, seuera familiæ disciplina, exercitiorum honestate, existimatione inter ciues & fama inter exteros illustri stimulatum Tarquinium illum stultũ, vim illi intulisse. Vnde hoc oriri credis? Ego tibi explanabo.* EA *est improborum prauitas, vt bono male vtamur bonorum; idq; non vitio virginum Romanarum. Nam veneranda vitæ ipsarum sanctitas ream apud deos peraget sceleratam nostram prauitatem.*

Per ætatem nondum tempestiuam coniugio filiam esse Faustina ais. AN *boni patris esse nescis, inde à pueris filios erudire, & filiarum rationibus ab incunabulis prospicere? Etenim si patres iuxta ac matres suo fungerentur officio; simulatque in lucem edita foret filia, † arcanum in corde nodum (vt aiunt) nectere illos decebat, non ante soluendum, quàm maritum filiæ conciliassent.* DVM *enim patres auari dotare filias recusant, & matres ambitiosæ opulentiores expetunt nuptias, & alter hoc, altera illud causantur; † tempus elabitur, & interim filiæ senescunt; atque ita vt nubant natu grandiusculæ; vt solæ habitẽt, nimis puellæ; vt seruiãt, * nõ ita*

assuefa-

assuefactæ sunt: Vnde vitam & ipsæ insuauem, & parentes anxiam, & propinqui ne fortè aliquam concipiant maculam verentes, solicitam agunt. Quot virgines, clarissimorum Senatorum filias, non quòd ob rei familiaris angustias dote carerent, aut parum virtute præstarent; sed ob solam negligentiam & procrastinationem, repentina morte parentibus orbatas, eò vidi redactas esse, vt nihil ipsis esset desertius; dum illi quidem extincti terra; hæ verò obliuione fuerunt sepultæ!

269 Mentiar, si me in legibus Rhodiorum, vbi de maritandis liberis agitur, hæc verba legisse negem: De maritandis decem filijs pater ne vnum quidem diem; at de collocanda in matrimonium vnica spectatæ virtutis filia, vel decennium laborato; vel si aquis oretenus immergi, guttas sudare sanguineas, humi reptare pectore, filios exhæredare, opes amittere, salutis denique discrimen adire ipsum necesse sit. Huius legis verba vt in filias mitissima; ita aduersus filios minimè aspera sunt. DECEM enim filios ipsa virorum conditio ad lustrandum terrarum orbem deuincit; at filiam vnicam ipsa honestatis lex ne vnâ quidem domo exire patitur.

Quid dicam, quòd cùm omnia caduca, & ad ruinam prona sint, id peculiariter teneræ ætatis virginibus accidit; quibus omne tempus vsque ad nuptiarum diem tanquam superuacaneum & inutile perit? Homerus Heroinas Græcas ait solitas numerare annos vitæ, non ab eo quo natæ essent, sed ab eo, quo nupsissent, die. Itaque interrogata fœmina Græca, quot annos haberet, viginti respondebat, si tot anni post nuptias exierant, non XL. si tot anni, postquam nata erat, elapsi essent; confirmans scilicet, ex quo domui regendæ & administrandæ præesse cœpisset, ex eo vitam se exorsam esse. Pepon postquam in cucumerario maturuit, aut decerpitur, aut furto surripitur; SIC VIRGO, † quæ diu viuit innupta, aut raptus, aut infamiæ periculum vix effugit. Finem faciam, vbi hoc addidero, quòd sicut vineæ, simul atq; vuæ matuescunt, mox custos & tuguriolum additur; sic virgo

Iam matura viro, iam plenis nubilis annis (*Virg. 7. Æn.*) marito & custode indiget; quem illi qui conciliat pater, & domum periculo liberat, & animum suum cura leuat, & rem facit filiæ gratissimam.

Ἀνὴρ κἂν ᾖ πολιὸς, παῖδα νεηφυῆ γαμήσῃ γαμέτην τ' ὢν γυναικὸς ὁ μικρὸς καιρὸς, κἂν τοῦτο μὴ πολύσπορον ᾖ, ὀδεῖς θέλει γῆμαι τοῦτο. *Arist. Lysist.*

Filiæ peccatum est tuum infortunium. Plut. de tranquil.

Quien tiempo tiene, y mejor le espera, tiempo viene, que se arreptente. Celestin.

La castita virginale con niuna cosa meglioesa custodi, che con accelerato matrimonio. Teatr. 186.

Chi ha tempo, non aspetti tempo. Adag.

Χρὴ κακῶν λέκτρων μὴ ἐπιθημίαν ἔχειν, μηδ' εἰ ζαπλήτας οἴσετ' ἐκ φερνὰς δόμους. *Eurip. Andromah.*

Quanto magis crescit puella, tanto magis est impendendum in ea. I.C.

Ὑγιάτριον ἔχε, ὄρα μὴ ἀμαθὲξηται τὸ βλάστον. *Chrysost. Col. 4. homil. 10.*

Lubricæ ætati fides facilè haberi non debet. Ambr. 1. Timot. 5.

Ἀνὴρ ὅταν ᾖ ἔνδον ἄλγηται ξυνών, ἔξω μολὼν ἔπαυσε νόσους χόλον. *Eurip Med.*

Δεῖ σωφρονίζειν αὐθρώπους ἐκ τῶν ἑαυτῶν γυναῖκας, τὸν μὲν ἡλίκιον παῖδα ὄντας, τὸν δὲ φρονεῖν, γυναῖκας. *Cleobul.*

Teor et la moça de cæsar, quæ de criar. Adag.

Ἡλείας ἦβη ἥδιστον σκιρτᾷ σέλας. *Eurip. Stob. 648.*

Diu desiderata dulciùs obtinentur; citò data vilescunt. Aug. serm. 5. in Matth.

Φιλότης δ' ἐρώτι ἐληλάμεθ' ἀνδράσι μετ' ἄρσενας ἀχέτῳ ὁρμὴ. *Oppian. ἁλ. α.* 491.

Nihil minoris difficultatis, quàm vel sine duce malum fieri. Nazianz. orat. 21.

* *præmatura viro.*

Nascitur ad fructum mulier, prolemque futuram. Claudia. Eutrop. 1.

Ὑγιάτης ἐπίγαμος κἂν ὅλως μηδὲν λαλῇ, ἀλλ' ὅμως πᾶν πλεῖστα δεικνύτης λέγει. *Menand. Stob. 672.*

Quando en casa engordo la moza, y al cuerpo el baço, y al Rey la bolsa, con mal anda la cosa. Adag.

οὐκ ἔστιν ὅστε τεῖχος, ὅστε χρήματα, ἀλλ' ἄλλο δυσφύλακτον ὄφιν, ὡς γυνή. *Alexid. Stob. 653.*

Contingit abortus vel saltantibus, vel magnopere vociferantibus, vel ira excandescentibus, vel nimio repente pauore correptis. Gal. ext. fol. 42.

Σωφρονέστερον οἶμαι δ' μὴ δεῖν ἐγκαλεῖν, δ' πεῖν πιεῖν φυλάξασθ' δ' μὴ πιεῖν. *Gaii. Stob. 94.*

CAPVT XIV.

Fœminis grauidis, maximè principibus, & summatibus, diligenter cauendum, ne quòd fœtui creent periculum, quòd olim grauidæ, cupiditates indomitas explendi potestate permissa, miserabiles habuerint exitus.

Σοφοὶ μέλλοντα τριτῶον ἄνεμον ἔμμεν, ἀεὶ νῶν κέρδε βάλον. Pindar. Nem. 7.

Tutißimum iter, quod ſuſpectißimum. Sen. ep. 59.

Niſi explorentur aduerſa, citò occupant. Ambr. offic. 1.

Auſcultandum vtile conſilium proponenti. Nazianz. ora. 40.

πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἥδε κρεῖσσ θεῶν ψῆφος κέκρανται, καὶ θανεῖν τ' ὀφείλεται. Eurip. Andromah. extrem.

ἔπι γὰρ ἀνδρες ζώομεν ἡμεῖς πάντα. πότμος δ' ἐπὶ πᾶσι πέπυκται. Coint. 6. 433.

Che più d' vn giorno è la vita mortale? Petrar. 196.

El primer eſcalon de locura es creer ſer ſciente. Celeſtin. 66.

Omnis prudens conſilium quærit. Caſſ.

ἐν μυελάκις ὧμὰ σοφοὶ, ἀνθρωποι ἐσμὲν, καὶ χρείων ἔχομεν συμβέλας. Chryſt. Stob. 95.

Præcipua prudentia, alios prudentiores arbitrari. Plin. 8. ep. 23.

Fache dei; che ſia, che può. Adag.

Λάμβανε καὶ βελλὼ παρὰ οἰκέτα εὖ φρονέοντα. Phocyl.

Agnoſcere ſuam ignorantiam, finis eſt ſcientiæ. Philo de migrat. Abrah.

σοφία γάρ ἐστι καὶ μωραίνειν ὃ μὴ νοεῖς. Menand. Stob. 93.

Troppo s' arriſchia, chi del proprio giudicio s' aſſicura. Adag.

ἀδεὴς ἀνθρώπων ὠὼς ἄπαντα σοφός. Theogn.

Miſerè colui, che di preſumendo il conſiglio laſcia di chi ſa più di lui. Metamor. del virt. 242.

οἱ νέοι φιλόπμοι καὶ φιλόνικοι. Ariſt. 2. rhet. 12.

Iuuentus ad amorem liberior, ad lapſum incautior, ad infirmitatem fragilior, ad correctionem durior eſt. Ambr. Pſal. 118.

A teneris conſueſcere multum eſt. Virg. Georg. 2.

Ad cuncta, ad quæ poſſibile eſt, ſtatim ab initio melius eſt aſſueſcere. Ariſtot. 7. polit. 17.

Malum cùm perſeuerat, augetur. Caſſi. 3. 14. Ariſt. 2. eth. 1.

Fons virtutis & honeſtatis vitæ eſt inſtitutio proba. Plut. lib. educ.

Exiguum interdum malum neglectum, ingens periculum parit. Nic. Greg. 1. 6.

† *Plaga medicinæ adhibeatur.*

ἀδὲν ἄπως δύχρηστον ἔστε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις. Xenoph. Oeconom.

αἱ δὲ χαὶ μεγέθει ἔσαι μικραὶ τῇ δυνάμει μεγάλαι εἰσὶν. Ariſtot. gener. animal. 5. 7.

Homicidij feſtinatio eſt, prohibere naſci. Tert. apolog. 9.

Latens in vtero fœtus non minoris æſtimatur, quàm editus. Philo de caritat.

QVI iter per regiones longinquas & montoſas facturus eſt, priuſquam id ingrediatur, vias omnes diligentißimè exploret, neceſſe eſt. Nam & TÆDIOSVM & periculoſum eſt, itineris labore, cùm iam quietem quis ſperat, denuò defatigari. VNIVERSAM hominis vitam nihil aliud eſſe, quàm peregrinationem longinquam, nemo eſt, qui 270
neget, cuius initium dies natalis, finis dies emortualis eſt. VITAM enim vel longam vel breuem habere, nihil eſt aliud, quàm ad ſepulturam ſerius aut citius peruenire.

ME quidem iudice, HÆC omnem deliorationem ſuperat ſtultitia, cùm quis conſilio, quo alios iuuet, abundare; alijs verò omnibus conſilio, quo ipſe vtatur, deſtitui videtur. MERITO quippe inſipiens eſt dicendus, qui cæteros omnes deſipere; ſe verò ſolum ſapere putat. Æquißimum quidem erat, ſeruari ab vnoquoque præceptum;

Eſto quod es; quod ſunt alii, ſine quemlibet eſſe; & ſi quis omnino ſibi ſapere videretur, ne deſipere amicum crederet: cùm PRVDENTIA tanta nemo ſit præditus, quin maiore indigeat; NEMO adeo ſapientia polleat, quin omni ſua indigeat ſapientia. NEMINEM enim vnquam vidimus adeo vel ætate vel vſu peritum, vt nihil omnino ſapientiæ & fidelitatis plenum ei prodeſſet conſilium. Quod ſi in ſenibus vſu venit grandæuis; quid illis fiet adoleſcentulis, quorum caro non arida, ſed ſucci plena (ac viridis;) ſanguis non frigidus, ſed feruidus; calor non extinctus, ſed viuus; appetitiones bratæ nõ ſopitæ, ſed concitatißimæ ſunt? Vnde fit, vt IVuenes iudicij proprij miratores, alieni contemtores ſint.

Arbores dum teneræ ſunt, vt rectæ ſurgant, palis alligantur; equi vt frenum pati aſſueſcant, dum pulli ſunt, frenantur; aues vt tanto citius cicures euadant, nido detrahuntur; animantes item, dum teneræ ſunt, capiuntur, vt ſeruire vſibus hominum diſcant: Ad eundem modum INDE ab incunabulis pueri bene viuendi artem docendi ſunt. Itaque & patres, quibus filij, & matres, quibus filiæ ſunt, monitos velim, CVRANDÆ prauæ filiorum inclinationi aptißimum eſſe remedium, ſi à teneris ſeuera educentur diſciplina. PRÆSENTISSIMVM enim ſaucio periculum imminet, niſi in tempore † ſanguis ſubducatur (vel ſiſtatur.)

Vt igitur ad inſtitutum veniam, cùm omnibus in rebus ordinem modumq; ſeruari deceat; quo pacto educandus ſit infans dicemus, & ante omnia oſtendemus, maximam adhibendam à fœmina cautionem; poſtquam infans & conceptus eſt, & viuere ac moueri in vtero materno incipit. DECET enim fœminas Principes & illuſtres accurata ſemper, poſtquam fœtum in vtero moueri ſentiunt, circumſpectione vti.

Equidem

Equidem his tractandis, quia & religiosius sum, & cœlebs, supersedere poteram. Verùm cùm & legerim nonnulla, & audiuerim; licere mihi arbitror, vt audaciùs meam exponam sententiam. SÆPE enim meliùs de re, quàm legit eruditus quispiam, quàm indoctus aliquis licèt eiusdem ceperit experi-
271 *mentum, differit; quod medici & ægroti exemplo probari potest, quorum hic quidem morbi dolores sentit; & ex illo tamen, quid morbi sit, quo nomine dicatur; quod sit eiusdem remedium, scisciatur: Vnde plus medicum ex arte, quàm ægrotum per experientiam nosse manifestum est. Sic fœminas Principes & illustres prægnationis molestias partusq; pericula per experientiam scire nemo inficias ierit: cùm mali (fontem &) originem, ac remedia illi conuenientia ignorent. MVLTI enim sunt, qui de furtis queruntur, neque fures tamen norunt.*

Primùm ergo me iudice curandum grauidis, vt pedetentim placideque incedant, omniq; ambulatione & cursu contentiore abstineant. Quòd si qua proprio parum mouetur periculo; fœtus saltem sui debet salutem respicere. Quo pretiosior est liquor, & vas, quo continetur, (fragilius ac) tenerius; eò maior est periculi metus. Cùm ergo grauidarũ natura nihil fragilius, & infantuli animula nihil pretiosius sit; accuratissima custodia opus esse quis non videt? Nam OMNES Indiarum thesauri, illi quem aluo prægnans baiulat, æquiparabiles neutiquam sunt.

Qui vites plantat, mox (fossa aut) sepimento illas vallat, ne vel à bestiis, dum teneræ sunt, depascantur, vel à viatoribus vuæ matureſcentes decerpantur. Hoc cùm agricola vindemiolæ causſa faciat, cùm quidem vinum nec animæ nec corpori semper prosit: quanto maiore (in se custodienda) vti par est fœminam grauidam diligentiâ, quæ & Creatori de sua creatura, & Ecclesiæ de Christiano, & marito de filio rationem cogetur reddere? Mea quidem opinione, QVANTO exactior in morte reddenda ratio, tanto solicitior in vita adhibenda cautio est. TAM exactè enim res vitæ nostræ DEVS nouit, vt nemo futurus sit, qui illo die in ratione reddenda ipsum fallat.

Quis tanta est patientia, vt perferat; quis ea duritie, vt dissimulet, si voti compos vxorem quidem grauidam sed postea (cum iam partus appropinquaret) absurdi appetitus gratia, cui satisfieri parum omnino referebat, & matrem miseram mori cogi, & prolem insontem nasci non posse videat? Quando fœmina sana est, & in gestando vtero nihil aduersi sentit; in reprehensionem incurrit iustissimam, (& culpam contrahit maximam,) si cursitando, saltando, subsiliendo calamitatis alicuius causſam præbeat. Nec minùs iustã marito

Medicus, sicut arte sciuntur, omnes ferè morbos corporis nouit; sicut autem corpore sentiuntur, plurimos nescit, quos ipse non passus est. Aug. Ciu. DEI cap. vlt.

Maiore cum autoritate suadet peritus vsu. Columel. 1.4.

πάντες ἄνθρωποι πλείας ἐπιστήμας ἔχουσι περὶ τῆς ἀκοῆς ἢ τῆς ὄψεως. *Isocr. Panathen.*

Difficillimum, vt qui opera ipsa non tractat, perite valeat iudicare. Aristot. 8. Polit. 6.

Ab his negotium aptius explicari potest, qui quotidiano eius vsu callent. Val. Max. 8. 13.

Τὸν λύχνον ἀπώλεσα, ὅτι ἐν τῷ ἀγρυπνεῖν μοι χρήσιμος ἦν ὁ κλέπτης. *Arrian.* 1. 29.

Fur facile quem obseruet, videt; custos qui fur sit, nescit, Plaut. Rudent. Intelligo.

Inter abortionis causſas est labor improbus ex cursu, saltu, choreis, lapsu ab alto, gestatione ex equo succussatorio. Par. 23. 30.

οἱ γονεῖς φέρουσι τὰ τέκνα, ὡς αὐτό τι ὄντα, τὰ δὲ τέκνα τοὺς γονεῖς, ὡς ἀπ' ἐκείνων τι ὄντα. *Aristot.* 8. *ethicor.* 14.

Adeoq; incessus, atque omne, quicquid dici potest, in grauida refert. Plin. 7. cap. 6.

Totus mundus iste precium vnius animæ æstimari non potest. Bernh.

Τίμιον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, τίμιον δέ, εἰ δεῖ αὐτὸν ἐπαινεῶσθαι χρείας. *Synes. epist.* 57.

Quæ studiosius diligimus, maiori gratia custodimus. Cass. 1. ep. 44.

Vbi maius periculum, cautius est prouidendum. IC.

In ipsis prosperis, dum nescimus, aduersa consurgunt. Hieron. Eccleſiast. 11.

Quantum valeat salus hominis, ex morte Christi cognoscitur. Ambros. Rom. 14.

Præses dominusq; mundi Deus, de singulorum factis cogitationibusq; iudicabit. Lact. 7. vlt.

Orandum est manè, vt futura bene fiant: serò, vt præterita mala facta remittantur. Hieron. discip. de temp.

Plerunq; abortus causſa fit odor à lucernarum extictu. Tanti perire potuisti. Plin. 7. 7.

Nidor enim penetrat, qua succus non it in artus. Lucret. 4.

Prius acerbitatem mortis, quam dulcedinem aliquam percipiunt luminis. Arnob. lib. 6.

In præcipiti est voluptas; ad dolorem vergit, nisi modum teneas. Sen. epist. 22.

Chi piu conosce il valor de vna cosa, piu è tenuto à douerla tener casa. Metam. 289.

Quo propius accesseris ad spem fruendi, hoc impatientius careas. Plin. 6. epist. 1.

Est omne desiderium post spem impatientius. Pacat. paneg.

Tost Zephyros plus læsit hyems, Dares.

Non pudendo, sed non faciendo, quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus. Cic. orat. 1.

Inordinati rapidioresq; motus uteri ligamenta dissoluunt. Paræ. 23. 30.

Index custosq; dignitatis habitus. Tert. de pallio.

δῶρον θεοῦ κάλλιστόν ἐστιν ὁ τέκνον, καὶ πατρὶ συνέγκης, δόξαν οἴσεις ἄξιον. Nazian. in Iambis.

Vox quædam est animi, corporis motus. Ambros. offic. 1.

Vide, ne deteriorem facias confidentia causam. Petroni.

Liberos homines modico par est gradu iræ; præsertim in re populi placida. Plaut. Pœnul. Ita me dy.

Nequaquam tam lætum vincere, quam triste vinci. Liu. lib. 26.

† *Plut. in Pyrrho.*

Q. Fabio V. Q. Decio Mure. IV. coss. Pyrrhus regnare cœpit. Vell. 1. Anno Vrbis 472. Plin. 8. 6. Paus. lib. 1.

Admirationem, quæ terrori primum fuerant, consumta nouitate meruerunt. Fab. declam. 1.

Nihil libentius P. R. aspexit, quam illas, quas timuerat, cum turribus suis belluas. Flor. 1. 18. Ammian. lib. 19.

Fœtus post conceptum, & vbi iam maturuit, si agitetur vehementius animo vel corpore mulier, facilime reuellitur; tempore intermedio firmior est coalitus. Rhodig. 15. 22.

Ad id quod ne timeatur, fortuna facit, nimis tuti sunt homines. Liu. lib. 25.

Abortuum exempla.

Infidiæ autor nullum fere humanæ vitæ gaudium solidum ac perpetuum esse patitur. Nic. Greg. 44.

Difficilis est patientia gaudiorum. Symm. 1. 33.

1. *Ex saltatione.*

Plus mali illico adest, boni si obtigit quid. Plaut. Amphitr. Satin, parua.

συμπέσοιμι τῷ γαμετῷ σὺν ᾧ ἔτι· οὐδὲν αὐτοῖς τελοῦσι συμπεσεῖν τὸ βέβαιον ἀποφεύγειν. Zosim. libr. 4.

Tone modum lætis. Stat. Theb. 2.

Niun bene senza Pen. adag.

Nihil est improuisorum dolore torrentius, & factæ malorum contentione mentes, ad inexpectata caligant. Fab. declam. 17.

Dictatoris est summum imperium, sub quo cæteri magistratus cessant. Polyb. lib. 3.

casus infelix dolendi & conquerendi caussam affert, Grauissimo enim dolore (ac mœrore) hortulanus afficitur, quando ex arbore floribus in vere onusta; sed gelu postea (vel pruina) obusta fructus nullos percipit.

Neque verò fœminis prægnationis tempore cursitare & saltare noxium solummodò; sed etiam (indecorum &) probrosum est, maximè illustribus, NAM FOEMINÆ saltatriculæ (& lasciuæ) malè semper audiunt. FOEMINAS cùm omnes, tum imprimis Principes & summates sedatè ingredi & quietas (minimeque motorias) esse decet. CORPORIS enim motus placidi mentem indicant (moderatam ac) honestam. INSITA fœminis omnibus à natura est honoris & dignitatis cupiditas. Meminerint ergo, NIHIL esse ad conciliandam fœminæ inter ciues autoritatem aptius, quàm si in loquendo circumspecta (ac lenis,) & incessu placida (ac sedata) sit. FIERI enim aliter non potest, quàm vt fœmina incessu leuis, & lingua procax inhonorata & contemtibilis est. 272

Anno ob V. C.† CCCCLXVI. Curius Dentatus aduersus Pyrrhum, qui Tarentum tenebat, plurimaque inde Romanis damna inferebat, missus est. Romanis enim vt alienas prouincias occupare animosum; sic ditiones suas ab exteris inuadi intolerabile videbatur. Is Curius Dentatus & Pyrrhum tandem vicit, & primus elephantos in triumpho Romæ duxit, quorum ferocitas magno Romanis (miraculo &) terrori fuit. Nam se Reges catenis onustos videre flocci pendebant; elephantos verò ligatos aspicere magni æstimabant.

Porrò sororem Curius Dentatus vnicam, & vnicè caram habebat. Cùm enim septem fuissent eorundem parentum liberi; duobus bello cæsis, & tribus pestilentia extinctis, sola reliqua stabat soror, quæ idcircò tenerrimè ab illo amabatur. LIBERORVM enim in deliciis habitorum mors, amoris erga liberos priùs spretos incentiuum est. Cùm autem Curij soror Consuli Romano matrimonio iuncta, & septimum iam mensem grauida esset; die, quo frater triumphauit, transacto, forte fortuna adeò tripudiis, choreis, saltationibusque nocte triumphum secuta, fratris amore victa indulsit, vt è vestigio abortum faceret; tam infelici casu, vt & mater extingueretur, & filius minimè vitalis esset, & triumphi lætitia finem haberet, & infantis pater doloris magnitudine obmutesceret. SVBITA enim mœroris plaga omnem cordi sensum adimit. Hanc historiam Tibullus Græcus lib. III. de casibus triumphorum fusius narrat.

Nono anno post Reges, stuprum à Tarquinio Lucretiæ oblatum, vrbe eiectos, nouum Romani magistratum crearunt,

runt, quam Dictaturam vocarunt, & qui munus hoc gerebat, Dictatorem, penes † quem summam totius reipublicæ ditionem habebant. Viderunt enim Romani NON posse rempublicam nisi vnius arbitrio (nutuque) regi. Et quoniam eandem Dictatores, durante magistratu, potestatem, quam nunc Imperator, habebant; ne tyranni euaderent, non vltra sex menses magistratum illum retinere ipsis licuit, quibus exactis alius creabatur; quæ spacij semestris definitio sapien-
273 *tissimi profectò fuit consilij. SÆPE enim dignitatis perpetuitas remissiores in exercenda iusticia Principes facit. Primus autem Dictator Romæ fuit T. Largius Mamilius contra † Volscos, acerrimos illa tempestate Romanorum hostes creatus. TALI quippe fato Roma condita fuit, vt paucis amori, multis odio semper fuerit. T. Liuius autor est * Largium Mamilium Volscos vicisse, & de illis triumphasse, eiusque belli fine Coriolos vrbem potentissimam, aliasque arces & oppida illius regionis euertisse. ANIMI enim crudeles non tantùm homines trucidant; sed in ipsa etiam saxa iram suam effundunt.*

Cùm autem cladem Largius Volscis ingentem intulisset, viros innumeros deleuisset, maximam pecuniarum vim rapuisset, & captiuos in triumpho plurimos duxisset; inter cæteros captiuos virginem genere & forma præstantem, quam domi in deliciis haberet, adduxit. PRISCI enim Romani opes bello partas populo in belli vsum dabant; viciorum verò & voluptatum instrumenta in domos suas inferebant. Cùm autem puellam grauidam Largius animi caussa in hortos, vbi præcoces fructus iam maturescebant, deduxisset; tum appetitu prægnātium, tum fructuum præcocium copia decepta, adeò sese illis ingurgitauit, vt abortum è vestigio hinc fœtu, inde vomitu erumpente, faceret. Accidit hoc in hortis Vulcani, tertia post triumphum Largij Mamilij die. O rem dictu miserabilem! Et filius partu editus, & mater ex qua natus, & pater à quo procreatus erat, vno eodemque die communi fuerunt sepulcro, non sine vberrimis vtiq; totius vrbis lacrymis, conditi. Nam si lacrymarum vi redimi vita posset; è tribus illis nullus in sepulcro mansisset.

Primus è ciuibus bellum matri suæ Romæ intulit Tarquinius Superbus: Secundus Cn. Martius, qui inde è Lucanis contra illam arma mouit; Tertius Sylla crudelis, è Campania progressus ipsam oppugnauit; qui tres ciues tot tantisque genetricem suam Romam affecêre cladibus, vt leuia cum iis comparata trium bellorum Punicorum damna videantur. Hostibus enim ne mœnia quidem vrbis videre licuit; at ciues illi nullum penè lapidem super lapide reliquerūt.

Quòd

† *Fenestel. cap. 8.*

Dictator moderator ac magister Consulibus appositus. Liu. lib. 2.

Plurimum imperium bello inutile est. Idem. lib 3.

Processu temporis vir iustus potest iniustus euadere. Volaterran. lib. 36.

Nihil tam ciuile, tam vtile, quam breuem esse potestatem, quæ magna est. Sen. 7. contr. 8.

Appian. ciuil. 1.

Dictatura erat cuiusuis insanabilis mali vnicum remedium, & extrema spes salutis. Dion. lib. 5. extr. vid. Oros. 5. 21.

† *Sabinos.*

Romani imperii diuitiarumque auidi ac ieiuni. Iustin. lib. 38.

Falsi in amore odia non fingunt. Tacit. annal. 6.

* *Imò posthum. Cominium. Liu. lib. 3.*

Iniquum est bellum susceptum aduersus homines, sæuire in res innoxias. Philo de charitat.

Todo le es iusto y licito, al que vince. Araucan. 290.

τῆς ἡδονῆς τὸ ἄμετρον ἐπισπαστὸν λύπην πολλάκις ἐγέννησεν. *Helidor. lib. 2.*

Fugitiua successuum repentinorum voluptas, vt occupat, sic relinquit. Pacat. paneg.

Victoriæ gloria Romano nomini vendicanda, opum luxuria sociis relinquenda. Iustin. 31. extr.

Abortum facit violenta exercitatio potissimum primis vltimisue mensibus. Augen. 6, 7.

Quam citò illa omnia ex læticia & voluptate ad luctum & lacrymas reciderunt? Cic. pro Arch.

2. *Ex pomorum esu.*

Abortionis caussa vomitus effrenis. Paræ.

βαρυτέρα ἐστὶν ἡ ὀπώρα πολὺ τῶν σιτίων. *Aristot. probl. 22. 1.*

Voluptas, quæ immodicè capitur, turpis atque improba est. Macrob. 2. Saturn. 8.

Fletus humanarum necessitatum verecunda execratio est. Sen. 10. contr. 1.

Molles in calamitate mortalium animi. Tacit annal. 4.

Succensere nefas patriæ. Sil. lib. 7.

Martius Coriolanus Volscorum contra patriam dux, Liu. lib. 3. Val. Max. 5. 4.

Niun altera cosa le minaccie sono, che arme del minacciato Boccac. 8. 7.

Serò & post sceleris pœnitentiam pius: Sen. 5. benef. 16.

Syllana laceratione & domestica intestinaque pernicie Roma vsque ad medullas penè euiscerata & exesa est. Oros.

Scipio plane infelicem iudicabat remp. stantibus mœnibus, ruentibus moribus. Plut. Apopth.

Ταῖς μὲν πόλεσι τὰ τείχη, ταῖς καὶ ψυχαῖς ὁ ἐκ παιδείας νοῦς κόσμον καὶ ἀσφάλειαν παρέχεται. *Democr. Stob.* 704.

A publico parricidio priuata pietate reuocatur; Liu. lib. 3.

Chi attende à vindicare ogni sua onta. o cade de alto stato, o non vi monta. Adag.

Vindicta bonum vita iucundius ipsa, Iuuen. Sat. 13.

ἀθανάτων ἐνὶ γούνασιν ἐστήρικται ὅς τε θάνῃ κατὰ δῆριν ὑπέρβιον, ἠὲ σαωθῇ. *Coint.* 6. 310.

Altius iniuriæ, quam merita descendunt. Sen. 1. benef. 1.

Matris & neptis lacrymis exarmatur. Flor. 1. 22.

Vnius parentis aspectus bellum atrox salutari pace mutauit. Val. Max. 5. 4.

τρεπτὸς νόος ἀνδράσι πέλεται ἐσθλοῖς, οὐδ' αἰεὶ χαλεπὸν θέμις ἔμμεναι, οὐδ' ἀσίφηλον. *Coint.* 9. 518.

Abortum faciunt, quæ maternam aluum vterumque comprimunt, quò iunceæ appareant. Paræ.

Vn poco dolce molto amaro appaga. Petrar. 183.

3. *Ex cinctura nimis stricta.*

οὐ γὰρ ἅμ' ἀνθρώποισι θεοὶ τελέουσιν ἅπαντα, ἀλλ' ἐσθλῷ κακὸν ἀγχιπαρίσταται ἐκ τινος ἄισης. *Coint.* 7. 9.

Fugiunt voluptates, & bonæ cuiusque rei tam breuis vsus, quam leuis sensus est. Symm. 1. 42.

Fortuna suam seruat in mutabilitate constantiam. Boet. 1.

Ite nunc mortales & magnis cogitationibus pectora implete. 1. Arbit.

Fortuna, quæ fecit magna gaudia, nisi ex malis? aut quæ mala immensa, nisi ex ingentibus gaudiis? Plin 7. cap. 42.

Abortum fecit, dum se prægnantem esse puellariter nescit, ac per hoc quædam custodienda prægnantibus omittit, facit omittenda. Plin. 8. epist. 10.

Bellorum Punicorum occasio, cum de Pœnorum impotentia, fœderata Siciliæ ciuitas Messana quereretur. Flor. 2.

† *Siciliæ, Sardiniæ, Corsicæ.*

Exercitus voracibus impensis onerosi. Val. Max. 7. 1.

κερδέων χρὴ μέτρον θηρευέμεν. *Pindar. Neme. extr.*

Quòd si acerbissimum fuit à tyrannis istis tot domos desolatas, tot ædes euersas, tot viros interfectos, tot fœminas constupratas, tot pupillos parentibus orbatos: Longè fuit, tot scelera & facinorosos in vrbem introduci, acerbius. NON *enim ædificiorum splendidorum & sumtuosorum raritas; sed sceleratorum multitudo & virtute præstantium paucitas rempublicam pessundant.* 274

Porrò ex tribus istis Romanis Martius ter Consul, semel Dictator, & quater Censor fuerat; cumq; ad extremum in exilium missus summa cum ignominia fuisset; iniuriam vlturus agmine infesto vrbem petiit. ANIMVS *enim malè affectus & superbus, non antè, quàm hostem (vel deleuerit vel) vltus sit, acquiescit. Cùm ergo ad portas penè vrbis accessisset; nullis legatorum, vt vrbi parceret, obsecrantium precibus flecti potuit; donec mater & neptis, quàm tenerè amabat, in castra profectæ precibus lacrymisque euicerunt, vt ira deposita obsidionem vrbis solueret.* MVLTORVM *enim animi comploratione citiùs miserabili, quàm deprecatione, iustisq; franguntur rationibus.*

Porrò magnam venustatis partem in eo ponebāt Romanæ, si comam prolixam flauamque alerent, & demissis humeris vinctoq; pectore essent. Cùm ergo Marcij neptis grauida foret; quo die pax inter auum & Romanos facta est, cingulo, venustatis conciliandæ gratia, nimis arctè succincta abortus caussam præbuit; quo casu miserando & infelici tum infans in ipso vitæ ingressu extinctus est, tùm mater animā exhalauit, tum matris morte conspecta, ipsa etiam auia mox exanimis concidit: Vnde omnis voluptas & hilaritas in luctū (desiit &) conuersa est. Ita enim antiquitus comparatum est, CVM *maximè læticia exultant homines, vt inopinantes (nihilque tale cogitantes) fortuna opprimat. Extat hæc narratio apud Tibullum & Porphyrionem autores Græcos.*

CAPVT XV.

Recitat alios euentus infelices, qui grauidis acciderunt.



BELLI *Tarentini finem insecutū est bellorum Punicorum initium; quorū bellorum & diuturnorum & grauissimorum caussa fuit de* † *Balearium insularum possessione contentio; quas dum alteri inuadunt, alteri defendunt; in quadragesimum vsq; annum certatum est.* SÆPISSIME *enim in bellis impensæ & iacturæ emolumentum, super quo contenditur, infinitis superant partibus.*

In iis autem bellis primus dux Romanorum fuit C. Duellius; Cartha-

us; Carthaginensium autem Hanno, qui classibus in Siculo dimicarunt mari, tantoq; fuit atrocius prælium, quoniam in mari commissum fuit, vbi non minus fluctuum furor, quàm hastarum impetus timendus, quorum vtrumlibet ad vitæ
275 *periculum satis est. In ea pugna victor Romanus, XVI. naues mersit, XXX. cepit, tria millia occidit,† totidem Carthaginensium millia captiuos abduxit; Eaque prima victoria, qua Pop. Roman. in mari potitus est, tantò gratior Romanis fuit, quòd cùm terra Romani inuicti haberentur; iam etiam mari plurimum possent.*

C. Duellius victor è Sicilia Romam reuersus est, vbi sororem non minus virtute, quàm diuitijs formaq; præcellentem habebat, in cuius domum diuertit, epulumq; Senatoribus, quotquot Romæ erant, itemq; tribunis, quos è bello reduxerat, solenne dedit. VIRI enim luxui dediti nihil habent, quo suam erga amicos beneuolentiam magis declarent, quàm si ad geniales illos epulas inuitent. Cæterùm soror C. Duellij tum reditu fratris, tum cõuiuij apparatu læta, largius quàm & solebat, & grauidæ conueniebat, cœnauit: vnde vomitu inter conuiuas concitato, tum dapes, quas ventriculo ingesserat; tum sanguinem, quem in venis habebat; tum fœtum, quem vtero gestabat; tum denique (moriens) animam è corpore eiecit: Qui sanè casus non minus cæteris flebilis fuit, dum scilicet Caius sororem; maritus (vxorem &) filium; ipsa vitam, vrbs deniq; fœminam tam præstantem (& generosam) amisit, & quod grauissimum, in ipso tantæ lætitiæ ac festiuitatis tempore illud accidit. NIHIL enim inauspicatius, quàm lætitiæ festiuæ casum aliquem infelicem interuenire. Meminit huius casus Blondus de inclinatione Imperij.

Secundo bello Punico, quod inter Romanos & Carthaginenses gestum est, anno ab V. C. DXL. L. Paullus Æmilius & C. Varro Coss. nobilissimam illam ad Cannas pugnam ambo in Apulia commiserunt. Nobilissimam dico, quia nunquam tantum nobilitatis, ac iuuentutis numerum Roma, quantum illo die perdidit. Nam Consulum alter, Æmilius Paullus cæsus est; alter salutem sibi fuga comparauit, insigniq; Annibal potitus est victoria, cum cæsi essent † XXI. Tribuni militum; LXXX. Senatores, aut qui eos magistratus gessissent, vnde in Senatum legi deberent; XL. millia peditum, duo millia septingenti equites. In summa, vltimus ille Populo Romano dies fuisset; si Annibal, quemadmodum vicerat, vti victoria sciuisset.

Cæterùm non multò ante, quàm vrbe signa mouerentur, vxorem Varro duxerat ciuem Romanam, ætate & forma florentem, Sosiam nomine, quæ septimum iam mensem grauida Romæ mansit. Cùm ergo Æmylium Paullum occisum, ma-

τὰ πολλὰ τῶν πολεμίων ἐλάσσονι παρεσκευασμένων τὸ κρατεῖν ἐξῆν. Thucyd. lib. 2.

Qui secundos optat euentus, dimicet arte, non casu. Veg. 3. præf.

Liu. 17. Plin. 34. 5.

Ostendit Romanus, nihil interesse virtutis, equis an nauibus, terra an mari dimicaretur. Flor. 2. 2.

† *VII. millia. Eutrop. lib. 2.*

Scientia rei bellicæ dimicandi nutrit audaciam. Veget. 11.

τὸ δ' ἐκ Διὸς εὐθρώπεις σαφὲς ἐχ ἕπεῖ τέκμωρ. *Pindar. Nem. extrem.*

O nulla longi temporis felicitas! Sen. Agamemn. 5.

ἑορτὴ γαστριμαργίας ἀφορμή. *Antisth. Stob.* 299.

Conuiuia mera ostentatio magnæ opulentiæ Phil. de vita contempl.

Nihil homini tutum atque exploratum est. Sym. 1. 42.

4. *Ex cibi ingurgitatione.*

Plethora ex ciborum ingestorum copia maiore, abortum sæpè facit. Paræ.

Prægnantem neq; implere cibo, neq; esurire oportet. Varro. re rustic. 2.

πολλῷ βοὶ πλέονας λιμὸς κρέων ὤλεσεν. *Theog.*

Non idem vigor cordis est sub onere cibi, qui sub leuitate ieiunij. Leo. serm. 4. ieiun. Pent.

ὑπερβολὴ τῶν ἡδονῶν ἐς ἡλίων πόλεμον ἐκτὸν φιλεῖ. *Heliodor. lib. 9.*

ὅπστε φῶλ' ἀνθρώπων νόστι γόᾳ ζώουσι, ἢ εἴποτε χάρμα φέροντι. *Coint. 7. 635.*

Homines capiunt voluptates, capiunt rursus miserias. Plau. Amphit. Durare nequeo.

Fortuna plerumque prosperis rebus triste aliquid agglutinat. Nazar. paneg.

Penè vltimum imperij vulnus Cannæ. Flor. 2. 6. Plut. Annibal.

Stultitia est, propter incerta bona inuolui malis certissimis. Philo. de Abrah.

Nil turpius, quam sine certamine cessisse regno; nil præclarius, quam pro dignitate ac maiestate omnem fortunam experiri. Liu. lib. 42.

Varroni Cos. detestanda anima, atque exitiosum patriæ imperium fuit. Polyb. 3.

† *Locus ex Liu. lib. 22. correctus.*

No consiste en vencer sola la gloria, Sino en saber vsar dela vitoria. Arauc. 290. Flor. 20. 6.

Sapientis est ducis fractis rebus cunctando consulere; secundis non deesse fortunæ. Pacat. paneg.

Altera iam fato functa parit, alter ante elatus, quàm natus est, Val. Max. 1. 8.

5. *Ex subita animi consternatione.*

Vehementes & continuæ animi perturbationes, ex ira metuve, inter abortus causas censentur. Paræ.

ὥστως, ὡς ἀνέβηλε, καὶ ἔφθετο. *Coint.* 7. 44.

Iamas prospero tiempo fue durable, ni dexo de durar el miserable. Aurac. 276.

Prius quàm vnum est iniectum telum, instat alterum. Plaut. Pœnul. Satis spectatum.

Miseros fortuna tenaciter vrget. Ouid. Heroid. 3.

Fortuna plerunq; eos, quos plurimis beneficiis ornauit, ad duriorem casum reseruat. Cæsar. 4. bel. ciuil.

συμφορῶς τὸ ἀσφαλὲς ἀφόρητον. *Heliodor. lib.* 2.

Sic mortalium negotia fortuna versat. Val. Max. 5. 1.

Ne culpam malis addas. Liu. lib. 8.

† *Samnites L. annis ita subacti ac domiti, vt hodie Samnium in ipso Samnio requiratur. Flor.* 1. *c.* 16.

* 39. *Eutrop. lib.* 1.

† *L. Papyrius Dictator.*

Tecta sunt semper consilia fortunæ. Pacat. panegyr.

Felicitatis pedissequa superbia. Philelph. Apul. lib. 7. Asin.

* *Tribus hastis iugum fit, humi fixis duabus, superq; eas transuersa vna deligata. Liu.* 3.

Hostilis quæ forma iugi est, hanc efficiet. II. *Auson. Idyll.* 12.

Vltionis quemadmodum acres, ita iusti aculei. Val. Max. 9. 10.

Ἀξιόμητον τὸ ἀνθρώπινον, ἢ ἄλλοτε ἄλλα φερόμενον. *Heliodor. lib.* 5.

οὐκ τ' ὀλοῆς νόσοιο πέλει ὀφέλλειν, ἔκτε μέδοιο εἰρύειν, τὸ ἢ πάλιν χρόνῳ μεταμείβεται ἔγρῳ. *Coint.* 9. 109.

Πέπονθας οἷ ἔρεξας ἐοῦλον ἡ δίκη. *Crinagor. epigr. lib.* 4.

Non prius finis cædibus datus, quàm iugum & hostibus & duci capto reposuerunt. Flor. 1. 16.

Explicata legis est inuidia, cùm quis quod patitur, & fecit. Fab. declam. 11.

Non facias alteri, quicquid ipse ab altero pati nolis. Lact. 6. 23.

ritumq; suum victum resciuisset: subito consternata pauore expirauit, infante in vtero etiamnum viuo. Ac ne quid ad summam deesset calamitatem, C. Terentius Varro, postquam & victus ab hoste, & interitus Consulis collegæ, & tantæ cladis populi Romani spectator fuerat, fortuna velut coronidem malis imponere satagente, eo ipso tempore (Romam reuersus) interuenit, quo & vterum (vxoris) ad eximendum filium, & terram ad humandam matrem suis ipse oculis vidit aperiri. T. Liuius ait, tantum dolorem C. Varronem percepisse, quòd & victus fuerat, & vxorem tam (inopinato ac) miserabili casu amiserat, vt reliquo vitæ tempore, neque barbam tondere, neq; in lecto dormire, neq; mensæ cibi capiendi gratia accumbere voluerit; quod non miremur. SÆPE enim vnica hora tantum affert dolorem, vt tota inde vita nunquam desit fletus materia. 276

Si fidem habemus T. Liuio (lib. VIII. & IX.) diuturna Romani & difficilia cum Samnitibus, † LXIII. *annorum spatio bella gesserunt, donec Ancus* Rutilius Consul, ingenio miti & spectatæ virtutis, pacem illis honestis dedit conditionibus. VIRORVM enim nobilium & fortium est, ad pacem hostes semper inuitare. Verùm ardente maximè bello T. Veturius & Sp. Posthumius Romanorum duces à Pontio Samnitum Imperatore fortissimo victi sunt, qui potitus victoria rem fecit nunquam ante auditam, nunquam visam, Romanorum scilicet, quotquot ceperat, ceruicibus † iugum imponens, cum hoc titulo: Roma, velit nolit, sub iugo erit Samnitum. Romani, cùm exulceratos ignominia animos ad vltionem ira stimularet: ANIMI enim fastu turgidi ne cogitationes quidem in alijs arrogantiores pati possunt; L. Papyrium feliciorem, quàm pulcriorem; erat enim luscus; ducem aduersus Samnites crearunt, qui rem adeo tum strenuè, tum feliciter gesit, vt non tantùm Samnites vicerit, fugauerit, deleuerit; sed illatam etiam Romanis à Samnitibus cõtumeliam pari ignominia pensarit. EA quippe est fortunæ inconstantia, vt quos heri in culmine vidimus felicitatis humanæ, eos hodie in rudetum aliquod quisquiliarum instar abijci videamus.*

Idem L. Papyrius Samnites demum victos captiuos habere non contentus, tum iugum ceruicibus illorum imposuit, tum loris vinctos arare binos, stimulis eos pungentibus & vrgentibus Romanis, coëgit. Quod si æqua Samnites in Romanos victos statuissent; Romani idem aduersus ipsos victoria potiti fecissent. Quamobrem NON minus bono prospera consilio, quàm salutari res ægræ indigent remedio. QVI enim in prosperis misericors non fuerit, nullum in aduersis amicum se inuenire non miretur.

Cæterùm L. Papyrius vnicam habebat filiam, Torquato

Senato-

277 *Senatori Romano collocatam, Hippolytam nomine; quæ cum esset grauida & partui vicina, (honoris ergo & amoris) obuiam patri, quod non oportuerat, profecta est: Cumq; obuiam euntium turba ingens, & ipsa vtero grauis esset; in portæ ingressu conferta multitudine ipsam vndique premente, animi deliquium passa est, quod & ipsi vitam, & patri lætitiam ademit. Cæterùm adeo dolenter filiæ mortem subitaneam Papyrius luxit, vt mœroris magnitudine offenderetur omnis ciuitas, cui vir ille & fortissimus & prudentissimus ita succumberet, vt nihil iuuari prudentia videretur; quod tamen mirari neminem decet. MVLTOS enim inuenias ad effundendum sanguinem † hostilem satis animosos; ad reprimendas verò oculorum lacrymas imbecilles. Annius Seuerus libro III. de infelice fortuna dicit, quo die calamitas illa Papyrio contigit, sublatis eum in cœlum oculis cum fletu hæc verba protulisse: Tu quidem fortuna omnium mortalium deceptrix, prælio victorem, vt me deciperes, fecisti; Iam verò vt affligar, me vis in pace superari.*

*Hæc ergo, quæ de veterum historijs depromsi, exempla moneant singulas, quàm FRAGILES sint fœminæ grauidæ, & quàm anxia virorum cura & circumspicientia indigeant: nihil enim æquè tenerè molliterq; tractandum, nihil æquè vitreum ac fragile est. Quippe VITRVM (quantumuis sit res fragilis) inuenias, quod humi cadens non frangatur; at grauidam contorto paullum sandalio videas * abortire.*

Τὸ χαρᾶς ὑπερβάλλον εἰς ἄλγηδόν με-
ελέτη πολλάκις. *Heliodor lib. 2.*

τὰ δ' τεκόντων ὄμμασιν ἥδιστον βλέπειν.
Sophocl.

Pro paulluld via magna merces soluenda est. Liu. lib. 8

6. *Ex turbæ compressione.*

Infans donec erumpat in lucem, mollibus naturæ vinculis detinetur. Macrob. 1. Saturn. 8.

Vt sapientu est fortuitos casus magno animo sustinere: ita dementis est ipsum sibi malam facere fortunam. Columel 1. 3.

Inhumanitas est suorum funera iisdem, quibus ipsos, oculis videre. Sen. ep. 99.

† *humanum.*

Insperata accidunt magis sæpe, quàm quæ speres. Plaut. Mostel. sc. 3.

Nulli præstat velox fortuna fidem. Sen. Hippol. 4.

ὥσπερ κυμαίνουσ' ἡμῖν ἡ τύχη ἐν ἀγαθοῖν
ἐπιχάσσει, τεῖ' ἐπαντλεῖ πάλιν. *Diphil. Stob.* 828.

Ad rationem vitæ exemplis erudimur. Plin. 9. ep. 18.

Consilium futuri ex præterito venit. Sen. ep. 83.

El contento es principio de tristeza. Araucan. 10.

Oscitatio in enixu lethalis est. Plin. 7. 6.

* *vel ipsam periclitari, vel aliquod fœtui damnum afferre. G.*

Cautor in bonis ambulas, si te mala non lateant. Bernh.

Elementario mundo dignior est rationabilis homo. Cypria. serm. de natiu. Christi.

CAPVT XVI.

Fœminas grauidas, in primis principes & summates, amanter à maritis & officiosè tractandas esse; (amouendo omnes molestiarum dolorumque causas: cauendum item fœminis, vterum gerentibus, à voracitate & absurdo appetitu.)

Plerisq; animantibus tam sobria partus cura, seruandi, vt vbi conceptionis munus agnouerint, coitum non putent esse repetendum, ne receptorum seminum fiat adulterina permixtio. Ambr. Ps. 118.

Equas grauidas dentib. ac calcitratione pedũ defendunt ab vrsis validi caballi: Pulli cursu elapsi pauorem semper retinent. Ola. epist. lib. 11.

Non refert, natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet. Tert. apolog. 9.

τὰ δ' χειμαινῶν θέσμια ψυχὴν σώσειν
μᾶλλον ἢ ἀπολέσειν εὐλαβεῖσθαι, καὶ ἥδιστ'
ἄσμενον ὅλον ἀπλάξιον αὐτῆς ἀποφαίνοντας. *Nicet. Andron. Com lib. 1.*

Filio Dei pro nobis in adsumta carne nato atq; passo, quanti Deus hominem pendat, noscimus. Aug. 7. ciu. 31.

Παῦ ζῷον ἀδεὲς ὅτιος ὠκείωται, ὡς τὰ
ἰδίῳ συμφέροντα. *Arrian. 2. Epictet. 22.*

Omne animal seipsum diligit, & simul ac ortum est, id agit, vt se conseruet. Cic. fin. 5.

Si quæ superioribus capitibus diximus, probè intelleximus; grauidis periculum creatum intelligemus alijs ex saltatione, alijs ex cupedijs, alijs ex ciborum ingurgitatione, alijs ex spectaculorum frequentatione, alijs ex nimio elegantiarum studio: quorum omnium finis, vt homicidij in sese admissi culpam ipsæ sustineant.

Grauissimam sanè mereri reprehensionem fœminas Principes & summates, si propria culpa infeliciter pariant, tum hominum ratione præditorum, tum brutorum etiã exemplis

euinci poteſt. NVLLA enim in ſyluis montibus q3 beſtia tam ab omni ratione aliena eſt, quæ non omnia vitæ diſcrimina declinet. Vrſæ, leænæ, lupæ concepto fœtu, ſpelæis latibulis q3 rariſſimè prodeunt, tantùm vt à paſtorum venatorumque impetu (inſidijs q3) tutæ ſint. Quod ſi beſtiæ faciunt, quarum partus hominibus pernicioſi ſunt; quippe quarum catuli famelici innoxios deuorant greges; quanto magis id fœminæ grauidæ faciendum, cuius partu felici populus augetur Chriſtianus? Si fœminæ non parerent, ſi infantes non naſcerentur; etiamſi terra eſſet, nemo tamen foret, à quo frequentaretur. OMNIA enim condidit DEVS, vt homini ſeruiant; ipſum verò hominem, vt Creatori ſeruiat. 278

In caſtaneas, iuglandes, auellanas, tanquam in ſpeculum intueantur fœminæ grauidæ, quanta cura & ſolertia fœtus illarum, è flore veluti conceptos, natura occultet, muniat, protegat; caſtaneæ quidem echinati calicis; iuglandis verò lignei putaminis operimento (& non abſimili auellanæ quoque;) vt neque aquis madeſiant, neque ventis excutiantur. Cùm arbores, quæ altricem tantùm vitam habent, & beſtiæ, quæ animâ ſolummodò ſenſitiua præditæ ſunt, tanta cura grauidatæ muniantur, (inſtante tempore) vt in lucem fœtus ſuos producant: quanto magis fœminas, anima rationali præditas, aduigilare par eſt, ne incuria ſua † abortum faciant? Iudicet quiſque, quàm parui ſit homini æſtimanda iuglandium aut caſtanearum iactura; quanti ex aduerſo interſit Eccleſiæ fœminas prægnantes partu feliciter defungi! Sancta enim mater Eccleſia non vineas gelu aduſtas; ſed animarum luget & deplorat interitum.

Vt (ergo) maritus exoptatum benedictionis diuinæ fructum videat, & vxor grauida feliciter pariat: tum maritus, ne nimio coniugem labore oneret, caueat; tum immoderatis vxor voluptatibus abſtineat. Eſt enim regula minimè fallax: GRAVIDAS ob nimios labores abortire, ob immoderatas voluptates periclitari. IMMANIS & hominis vocabulo indignus eſt, qui parem ab vxore in prægnatione, atque ante eam laborem exigit. Non enim æquè expeditè veſtitus, quàm nudus aliquis currit.

Ariſtoteles lib. VII. de animalibus autor eſt, leæna vterum ferente, non modò in venationem profectum leonem & ſibi & ipſi victum parare; verùm diuturnis etiam nocturnis q3 illam cuſtodijs defendere. Vnde fœminas Principes & ſummates, vteri ferendi tempore, amanter & officioſe tractari à maritis æquiſſimum eſt. NON enim tanta poteſt vxor ante partum à marito voluptate cumulari, quanta ipſum enixa filium (filiámve) perfundit. Si inter ſe periculum, quod inter partum vxor adit, & moleſtia, quam operæ illi nauandæ gra-

tia vir

Ἀτρωπίδῃσι μερόπων ἥρωσι βέβηλοι. *Oppian. κυν. β. 208.*

ὅτε ἠλυτέρου πικτὴ, πείσων ἀνθρώπων ἀλεείνῃ. *idem. κυν. ε 202.*

ἔ ἢ πέλῃ κρυπτέρτερον ἀνδρῶν νόσφι θεῶν. *Idem, ἁλιεύ. 5. 10.*

In terra præcipuum animal homines ſumus. Apul. de Deo Socr.

Vt Deus cuncta viuentia ſubiecit homini, ſic ipſum hominem ſibi. Lactant. 3. 9.

Quid tam regium, quàm ſubditum DEO animum corporis ſui eſſe rectorem? Leo. Serm. anni. 3.

Nulla ars imitari ſolertiam naturæ poteſt. Cic. 1. de nat. deor.

Πειρᾶται φύσις ἀμῶσθαι. *Epigram. Græc. lib. 3.*

Plin. 15. 22. & 23.

In hirſutis caſtanearum operculis abſconditus fructus inquiritur. Hieron. in Eccleſiaſt.

Libentiùs ergo de miraculis hominum, quàm naturæ diſſeruerim. Apul. florid. 1.

Si vna anima perierit, innumerabilium mors corporum huic damno non poteſt compatari. 24. q. 3. c. Si habes.

† *& ipſæ, & fœtus partu infelici intereant.* G.

Anima Dei domus, Chriſti ſponſa, Spiritus S. templum. Auguſt. Rhodig. 3. 3.

Magna res anima, quæ Chriſti ſanguine redempta eſt. Bernhard. ep. 54.

1. *Grauidæ labore nimio non onerentur.*

Homini non prodigè vtendum eſt homine. Sen. ep. 88.

Videndum, ne grauidæ laborent pluſculum, aut ne frigidis locis ſint. Varro. de re ruſt. 2.

Nunquam pernicioſa ſeruant modum. Sen. ep. 84.

Omni miraculo, quod fit per hominem, maius miraculum eſt homo. Auguſ. 10. ciu. 12.

2. *Amanter à maritis tractentur.*

Μηδὲν ἀλλοφρεῖς θ φονεύσῃ θ φόνε πυεμαχεῖν ἀσθφασιν. *Nicet. Iſa. Ang lib. 1.*

Lætum eſſe debet & officioſum mariti imperium. Plut. præc. coniug.

Blanditijs ſolent obtineri, quæ autoritate non poſſunt. Ambr. 1. Tim 5.

Quis mulierum non miſereatur, propter periculum & ipſam liberorum procreationem? Iuſtinian. in l. 12. aſſiduis. C. qui por. in pig. hab.

tia vir suscipit, conferantur: infinities id, quo illa perfungitur, eo quod hic perpetitur, grauius est. Etenim vxor in pariendo plus misella, quàm potest, præstat; maritus verò quantumuis obsequiosè illi seruiat, minus quàm debet, facit.

279 *Vir generosus, virtute præstans ac benignus, (amoris item misericordiæque particeps) simul atque vxorem grauidam factam sentit; ne punctum quidem temporis ab ea discedere debebat; cùm MARITI probi oculi prospiciendo, manus deseruiendo, opes indulgendo, animus cumulatè satisfaciendo, vxori operam nauare (ex officio) debeant. Non grauentur viri vxoribus grauidis seruire & indulgere, cùm ipsorum quidem in viribus; harum verò in ipsis consistat visceribus labor; & quod miserius, quando infelices onus suum deposituras se sperant, vnà cum illo tumulo inferantur.*

Nec verò fœminis plebeis (& infimi ordinis) patrocinamur, quæ grauidæ ab omnibus laboribus domesticis immunes esse volunt; quod neque illas facere, neque maritos ferre decet. OCIVM enim iners tantum abest, vt ad cœlum promerendum faciat, vt abortus etiam (partusque difficilis) mulieribus caussam præbeat. Si hinc matronam, quæ vterum ferens omnibus (ex voto) luxuriat delitiis; inde opificis cuiuspiã (aut humilis viri) vxorem, quæ mediocri exercetur labore, statuamus; MAIORI, me quidem iudice, periculo fœminarum in molli viuentium (citra omnem laborem) ocio, quàm labori assuetarum partus obnoxij sunt. Caro præpinguis fastidium affert; nimis macra insipida est; Subpinguis, saporis est gratissimi. Curet ergo, pro eo ac debet maritus, vt labore coniux immodico abstineat; vxor verò pro eo ac decet, delitias fugiat nimias. MEDIOCRIA quippe exercitia felix (& salutaris) partus sequitur.

Fugienda item fœminis grauidis, maximè nobilibus, voracitas & crapula; cùm MVLIERES etiam non grauidas sobrietatis amor in primis deceat. MVLTI enim cibi fœmina vix satis casta erit. Solent immoderatiùs cupediis sese effarcire grauidæ, & sibi fœtuique alimentis opus esse prætexentes, licitum sibi putare, vt in capiendo cibo modum nonnihil excedant. Sed hoc tum iniustum, tum matri indecorum, tum fœtui damnosum est. MATRIS enim in prægnatione intemperantia multos filio in omni vita morbos parit.

Cauendum item diligenter viris, ne ira vxores, quas grauidas esse sentiunt, incendantur (aut molestia aliqua afficiantur.) SÆPIVS enim fœminis iracundia aliis iritantibus exardescere, quàm cibis se ingurgitare abortiuum est. Quòd SI FORTE prægnationis tempore ab vxore maritus ad iram prouocetur; prudenter id dissimulandum est, habita potiùs

Partus omnem superat naturæ admirationem. Galen. 15. de vsu part. 8.

3. *Indulgenter habeantur.*

τέκνα, ἢ γυναῖκες ἢ γενεῖς ἡμιώτερα τῆς ἰδίας ἐστὶ ἑκάστῳ ψυχῆς. *Dionys. lib. 4.*

Amor officiorum modum non tenet. Symm. 2. 88.

Proni studii certius indicium est supra vires niti, quam viribus ex facili vti: Alter enim quod potest, præstat; alter etiam plus, quam potest. Val. Max. 4. 8.

Mater per mœrorem in partu ad hoc venit, vt fit mater. Theophyl. Ioan. 16.

4. *Plebeiæ tamen desidiæ se minimè dedant.*

θελικώτατον τὸ τρυφᾶν ἐστι. *Plutarch. in Alexand.*

τίκτουσι ῥᾳδίως πυκνοχῶ αἱ εὐφυΐαν πονοῦν. *Aristot. 4. generat. 6.*

Mediocritatis regula optima est. Cic. offic. 3.

Ὃ μετρίως ἐνόων σὸν αὖ ἀμφιβάλλουσι. *Xenoph. Hippare. Parch.*

μήτης τῆς ἐνδείας ἡ ἀργία. *Ignat. ad Tarsens.*

In multo contristatur natura, mediocri gaudet. Isidor.

τὸ πολὺ, κἂν ἦ γλυκὺ, μοχθηρόν. *Aristoph. Suid. fol. 378.*

τῷ ἐπιμηθεῖ τὸ μὲ μέλειν σὸν ἰῶ, τὸ δὲ μετεμέλειν ἐνῆν. *Synes. epist. 4.*

Non vigilia; non somnus sine mensura quadam salubria. Sen. 6. quæst. nat. 2.

5. *Crapulæ ne indulgeant.*

Voluptates abeuntes consideremus. Val. Max. 7. 2.

Τ' ἐδεσμάτων τ' ἀφροφερομένων ἀεὶ πολίου φαίνεται πολλάκις τὸ παιδίον. *Arist. 6. histor. anim. 4.*

Multi, quæ à matribus acta sunt, dum gestabantur, vitæ totius moribus retulere. Viues.

Se' l mal tuo c' hai si vicin, non vedi, peggio d' altrui, c' ha da venir, prouedi. Ariost. 3. 35.

6. *Ad iram non prouocentur.*

Animum vincere, iracundiam cohibere, fortissimi est. Lactant. 1. 9.

Cum ira nihil rectè fieri, nihil considerate potest Cic. offic. 1.

Ita iræ indulgere oportet, vt potior ira salus atque vtilitas habeatur. Liu. lib. 23.

Præsto nasce, & præsto more, quasi vn fogo di paglie, ogni appetito. Arioſt. 10. 6.

Ambo nobis inuicem remittamus, qui ambo deliquimus. Symm. 4. 54.

7. *Venere abſtineant.*

Plutarch. de amore prolis.

Φαινομένων ἔργων πέρας ἐστὶ μακρολογία. *Chryſoſt. Stob.* 379.

In re aperta piget eſſe prolixum. Symm. 7. cap. 11. & 10. 63.

Vel pecudem imitare, vel Deum verere. Ambroſ. Luc. 1.

Præter mulierem pauca animalia coitum nouere grauida. Plin. 7. Ariſtot. 7. hiſtor. animal. 4.

Quid deceat magis, quam quid libeat, expende. Symm. 2. 28.

Polygamia ex virorum paucitate & mulierum copia.

Fœminarum quam virorum duplo ferè maior eſt numerus. Pauſan. lib. 7.

Regum vxoris pietas in modum genialis tori, propinquæ mortis ſecura conſcendit. Val. Max. 2. 1.

† *è veſtigio. G.*

L' honore è di più pregio, che la vita, ohe à tutti altri piaceri è preferita. Arioſt. 38. 4.

Ex mulierum contra raritate, & virorum frequentia.

Fœminas tanti æſtimant, vt cum à piratis captæ aduehuntur, tribus aut 4. viris vnam redimant. Diodor. lib. 5. fol. 206.

ἀπαρείλητον ἔχει τὴς γυναῖκα ἴσχυσε νόμος. *Heliodor. lib. 4.*

Eſſæos non conſueuiſſe cum vxoribus grauidis Ioſephus refert. lib. 2. de bell. Iud.

ἐ δὲ τοι θήρεσι νόμος, μαζὸς ὅτε πλήθει, ἐς λέχος ἐρχομένοις τελέειν φιλοτήσιον ἔργον. *Oppian. κυν. γ.* 151.

Grauidæ templo inclusæ triplici fine

χρὴ τὰς ἐγκύους καθ' ἡμέραν τινὰ πορείαν τοῖς θεοῖς ἀποδεδρακέναι, ἢ ἑλληνικὸν τὸ τῆς γαστρὸς μέλος. *Ariſtot. 7. polit. 16.*

Minimis etiam rebus religio inſerit deos. Liu. lib. 27.

† *Pollio.*

Honor grauidis habitus in Pannonia.

Mali tantum patris intereſt, vt matri minus liceat, Fab. decl. 8.

potiùs fœtus, quem vtero gerit, quàm iniuriæ vel incuriæ, quæ peccat, ratione. NVNQVAM enim tanta poteſt eſſe matris culpa, quin maior ſit filij innocentia.

Nihil opus eſt, vt in libris legamus, quod oculis intueri licet, omnes ſcilicet, aut pleraſque certè animantes à conceptu Venerem vel non expetere, vel etiam arcere. Ad eundem modum viros nobilitate & dignitate præſtantes ab vxorum prægnantium (vteroque turgentium) conſuetudine ipſa auocare honeſtas debebat; quod quanto quiſque maturius fecerit, tanto continentior habebitur; non quòd planè illud neceſſarium, & qui ſecus fecerint, peccati ſe aſtringere ſtatuam; ſed vt conſilium virtutis amantibus impertiam. ALIA quippe facere neceſsitas iubet; alia honeſtas ſuadet. 280

Mauritaniam Diodorus Siculus refert adeò fuiſſe à viris inopem, à fœminis diuitem, vt quinæ pro ſingulis viris fœminæ inuenirentur. Itaque lege cautum fuiſſe, vti tres maritus quiſque vt minimum vxores duceret. Porrò alia quoque lex erat durior, quòd ſi mortuo marito aliqua vxorum ſuperſtes erat; eundem cum illo tumulum (viua) ſubire cogebatur; quod niſi † intra menſem faceret, aut non moreretur; publico afficiebatur ſupplicio PERICVLOSVM enim viduam domi ſolam viuere; at eidem cum viro inferri tumulo honeſtum eſſe dictitabant.

Contrarium in inſulis Balearibus accidit, vbi tot naſcebãtur mares, & tam paucæ fœminæ, vt ſepteni pro ſingulis fœminis eſſent viri. Itaque moris erat, inprimis inter tenuiores, vt quinque viris vnica nuberet mulier. Ditiores enim è peregrinis ſibi regnis fœminas adduci curabant, cùm ita naues mulieribus onerarent mercatores venalibus, ſicut aliis hodie mercibus onerantur. Itaque moris in iis inſulis erat, vt fœminæ grauidæ, cùm adeò paucæ eſſent, ſeptimo accedente prægnationis menſe, à viris ſegregatæ templis includerentur, & ex ærario illic alerentur publico. Adeò quippe religiosè priſci deos ſuos venerabantur, vt neminem eſculenti quippiam templo priuatim inferre paterentur; ſed iis, quæ numini iſti conſecrata erant, veſci illos neceſſe eſſet. Porrò coniuges barbari ſuas eo tempore includebant, partim vt deos, quorum incluſæ templis erant, in partu magis haberent propitios; partim vt omnem tali tempore tollerent periculi metum; partim etiam, quòd tum maritorum vti conſuetudine turpiſſimum iudicarent.

Publius † philoſophus clariſſimus libro V. de moribus antiquorum refert in Pannonia, quæ nunc Hungaria eſt, tanto in honore habitas fuiſſe fœminas grauidas, vt ſi qua domo exiret, quicunque illi occurrerent; conſiſtere & deducere

illam

illam cogerentur. Quæ enim sacramento nunc eucharistiæ præstatur reuerentia; eandem fœminæ tum grauidæ barbari
281 *præstabant. Non minora Carthagine, dum florebat vrbs illa, prægnantes habebant priuilegia. Nam vt homicidæ hodie intra † Ecclesiæ septa refugientes, præscriptam legib. vltionem declinant: sic illi ad grauidam aliquam confugientes, eamque prehensantes, ius asyliæ consequebantur.*

Galli Transalpini, autore Frontone libro de veneratione deorum, non modò reuerentissimè prægnantes colebant; sed partum etiam (facilem ac) felicem incredibili procurabant vigilantia. PARVM enim naui prodest, si postquam incolumis omnia transierit maria, portu demum in ipso impingat. Cùm autem antiquitus gentiles vniuersi deos in fanis maiores; domi verò quisq; suæ minores, quos lares & penates indigitabant, haberent; quoties fœmina aliqua parturiret, vicini deos singuli domesticos in conspectum illius adducebant, quãto maior fuisset deorũ turba, tanto potentiores illos, ad ipsam partus periculo liberandam, futuros persuasum habentes. Verùm enimuerò si tanquam Christiani loqui volumus, imbecilles profectò deastri illi erant, quorum nullus absque cæterorum ope parturienti poterat opitulari.

CAPVT XVII.

De Pisto philosopho, eiusq; sentẽtiis ac præceptis, quibus grauidas instruxit.



Imperante Octauio, Pistus Philosophus Pythagoricus Romæ floruit, & tum Octauio Cæsari (intimus ac) familiarissimus, tum populo carissimus fuit; quod non exiguæ laudis est. PLERVNQVE n. qui Principi summus atq; intimus, idem subditis odiosus est. † Tanta erat Octauius humanitate (ac comitate,) vt prandens cum ducibus semper de rebus bellicis, cœnans cum philosophis de scientiis disciplinisque loqueretur, † nullumq; se præsente verbum turpe aut futile proferri pateretur. Cùm esset autem Pistus in seriis grauissimus, in iocis & facetiis suauissimus; diuersis temporibus diuersis de rebus ab Imperatore interrogatus fuit, quarum tum quæstionum, tum responsionum hîc pauculas subijciam.

Primùm interroganti, quemnam eorum, qui in terris viuunt, stultissimum censeret! Me, inquit, iudice STVLTISSIMVS est, cuius ex oratione nihil commodi percipi potest. Etenim NON tam stultus est, qui saxa; quàm qui verba iactitat ociosa.

Quærenti, quisnam meritò rogandus, vt loquatur; cuinam meritò imperandum, vt taceat! TVM loqui bonum est, inquit,

Persarum Reges singulis mulieribus singulos aureos prægnantibus duplices dabant. Alex. 48.

Carthagine.

† *Cassiod.* 3. 47.

Senatus sanxit, vt fœminis semita viri cederent; confessus plus salutis reip. in stola, quam in armis fuisse. Val. Max. 5.2.

In Gallia.

Mulier grauida excusatur, si non veniat ad iudicium, licet non sit valetudine impedita. I. C.

Cum ex alto puteo ascenderis, maximum periculum inde est, à summo ne cadas. Plaut. Mil. sequimini.

Periculosior est tempestas, quæ nauim appellere, quam quæ exire non sinit. Plut. affectiones vtræ peiores.

Non ante laudari gubernator potest, quàm in portum perduxerit nauem. Ambr. de bono mortis.

Sacrilegii vel maximi instar est, humi quærere, quod in sublimi debeas inuenire, Minut. pag. 369.

Cum mulieres, prius quàm maturos partus ederent, grauidæ morerentur; Æsculapius se, credo, excusabat, quod ἀρχίατρον se, non obstetricem profitebatur. August. 3. ciu. 17.

Res anima preciosa est, nec ipso se homimini quicquam potest carius inueniri. Arnob. lib. 1.

αὔθρωπος φυτὸν οὐκ ἔγγειον, ἀλλ' οὐράνιον. *Plat. Timæ.*

Non est nostrum æstimare, quem supra cæteros, & quibus de caussis Princeps extollat. Tacit. annal. 6.

Spharus Octaui, pædagogus & libertus. Dio. lib. 48.

αἱ ἀπὸ τῶν δυνωτάτων θεραπεῖαι καὶ χαρὰν ἐμποιοῦσι μεγίστην. *Xenophon. Hieron.*

† *Tanto flagrabat amore rerum eximiarum cunctarum.*

ποιεῖν τὰ αἰσχρὰ καὶ λέγειν ὁμοίως ἀπρεπές. *Heliodor. lib.* 7.

† *& si quis coram ipso de re inhonesta loqueretur, eum pro inimico habebat, & qui futile quid afferret, eum acriter obiurgabat, & auersabatur. G.*

Problemata Pisto, proposita.

1. *Quis stultissimus!*

λόγος ἀδελφὸς διανοίας ἐστί. *Philo. deter. insid. potior.*

αἱρετώτερόν σοι ἔστω λίθον εἰκῇ βάλλειν, ἢ λόγον ἀργόν. *Pythag. Stob.* 389.

2. *Quando loqui vel tacere bonum!*

σφραγίζου τοὺς μὲν λόγους σιγῇ, τὴν καὶ σιγὴν καιρῷ. *Sol.*

Quod tacitum est aliquando dici potest tamen; non item quod dictum est, taceri. Plut. de garrulit. & educand. liber.

inquit, cùm ex sermone separatur vtilitas; tum bonum tacere, cùm ex sermone damnum metuitur. DVM enim alteri bonum propugnare, alteri malum tueri satagunt, bellum in toto orbe commouetur. 282

3. *Quid parentibus maximè curandum.*

Τροφαὶ δ' αἱ πεπαυμένων μέγα φέρειν εἰς ἀρετήν. *Eurip. Iphig. Aulid.*

Morte amitti melius, quam contumelia liberos. Liu. lib. 3.

4. *An mentiendum.*

Qui vt mentiretur, induci potuit, vt peieret, exorari facile poterit. Cicer.

τὸ κρατίστην ἀγαθὸν ἡ ἀλήθεια. *Basil. Stob.* 235.

ἁδεὶς ἂν ἐπιορκεῖν βέλοιτο. Φοβέμαι δὲ τὴν τε παρὰ θεῶν τιμωρίαν, καὶ τὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις αἰσχύνην. *Aristot. Rhet. Alex.* 18.

Sciscitanti, quanam à re maximè liberos auocare parentes debeant! NVLLA, inquit, in re magis aduigilandum, mea opinione, parentibus, quàm ne liberi euadant vicioſi. BONI enim patris est potiùs optare, vt benè filius moriatur, quàm vt viuat, & viuat malè.

5. *Quies vt paranda.*

Cui minimum est negotiorum, is maximè tutus. Dio. lib 38.

Iners quidem, iucundum tamen, nihil agere, nihil esse. Plin. 8. ep. 9.

μήτε πολυῤῥήμων, μήτε πολυπράγμων ἦσο. *Aurel. Imper. lib.* 3.

Percontanti, si alterutrum factu necessarium sit, vt aut veritatem dicens aliquis sibi noceat, aut mendacium loquens incolumis euadat, vtrum sit eligendum, VIR, ait, virtutis amans potiùs optabit cum veritate vinci, quàm cum mendacio vincere. NEQVE enim fieri potest, vt diuturna sit homini mendaci proſperitatis poſſeßio.

6. *Quis sapiens.*

Difficile est habere aduersus liuidos quotidie bonum stomachum. Martial lib. 12.

ἑνὶ ἑνὶ συμβαίνει, ὃ ἐχὶ σὲ πέφυκεν φέρειν αὐτό. *Aurel. Imp. lib.* 5.

Quaerenti, quid faciendum viro prudenti, vt quietem consequatur! Mihi, inquit, NEMO quietis compos futurus videtur, niſi turbarum & negotiationum fugitans. MVLTIS enim implicitos negotiis multæ comitantur curæ. MVLTARVM verò curarum pediſequæ sunt ingentes moleſtiæ.

7. *Quid expetendum.*

Quam pauca sunt vota, quæ facere coram teste, possumus! Sen. 6. benef. 38.

Sciscitanti, quanam re sapientis opinionem sibi conciliare aliquis facillimè poſſet! NIHIL, inquit, rerum omnium magis sapientem demonstrat, quàm in perferendo ſtolido tolerantia. NAM ad tolerandam iniuriam plus animo prudentia, quàm scientia prodeſt.

Interroganti, quidnam homini virtutis ſpectatæ liceret expetere! Etſi, inquit, QVICQVID bonum & nemini detrimentoſum est, expeti honeſtè potest; me tamen iudice, SOLVM id expetendum, quod ſine dedecore & palàm peti fas est.

Nihil à Deo petamus, quod velle nos indecorum sit hominibus confiteri. Macr. 1. Satur. 7.

8. *Quomodo tractandæ grauidæ?*

† *ante tempus iuſtum pariant, aut fœtum mortuum enitantur. G.*

Percontanti, quomodo tractandæ à viris grauidæ coniuges, ne† abortum faciant! NVLLA, inquit, durior prouincia, quàm curare fœminam prægnantem. Nam SI maritus vxori ſeruiat, ipſi laborioſum (ac tædioſum;) ſi minùs fortè illi ſatisfaciat, vxori periculoſum est.

Parui mobilis rebus est animus muliebris. Liu. lib. 6.

Satis exemplorum nobis alienæ calamitates præbent; ne quæramus quomodo cæteris exemplo ſimus. Liu. lib. 3.

Leges ei, qui abortui cauſſa fuiſſet, pœnam ſtatuerunt. Galen. tom. 1. fol. 328.

Itaque hac in parte, (porrò inquiebat) ſumma fœminas Romanas earumque maritos cura, & in ſeruandis iis, quæ dicturus ſum, ſolicitudo decebat, quæ quidem conſulendi potiùs, quàm præcipiendi gratia dico: quanquam NON minùs in virtutis amante conſilium ſalubre, quàm in improbo (vicioſoque) præceptum ſeuerum valere par est. Cum ſis Octauii clementißimus, (ac mitißimus,) & Coſſuciam ſobrinam prægnantem habeas: & prægnationem & partum illi feliciter euenire (& doloribus partionis liberatam proſperæ vti valetudine) optares; cuius optati compos eris, ſi quæ dicam, obſeruaris.

Felix, quicunque dolore alterius diſces poſſe carere tuo. Tib. 3. eleg. 6.

Præcipua eruditio est, diſcere velle. Plin. 8. 23.

Nobilis equus vmbra quoque virgæ regitur; ignauus ne calcari quidem potest concitari. Curt. lib. 7.

Imponit finem ſapiens & rebus honeſtis. Iuuenal. Sat. 6.

Primùm

283 *Primùm à prægnante choreæ, saltationes & cursus in festorum celebritate fugiantur. Sæpe enim ob saltandum loquelam viri, & vitam prægnantes amittunt. NEQVE iustum est, vt ob matris stultitiam in dubiam vitæ necisque aleam filius eat.*

Deinde caueat prægnans, ne hortum multis abundantem pomis ingrediatur, ne nimia pomorum ingurgitatio abortus causam præbeat. NEQVE enim æquum est, vt liguritionis maternæ pœnam insons luat filius.

Præterea caueat prægnans, ne cingulo nimis arcto vinciatur (& constringatur.) Multæ enim matronæ Romanæ, vt (pulcriores ac) venustiores videantur, vestibus vtuntur adeo compressis, vt fœtus interimant suos; cùm INIVSTISSIMVM sit vita priuari sobolem, vt mater solummodo (magis, quàm natura ipsius fert) pulcra videatur.

Adhæc cauendum, ne qua prægnans epulo interesse solenni audeat. SÆPE enim sola cibi ingurgitatio immodica repentini abortus causa fit. EST autem iniquissimum, vt propter cœnæ breuem voluptatem, & mater, & filius vitam perpetuùm amittant.

Porro cauendum, ne qua prægnans nuncio repentè tristiore percellatur. PLVS enim discriminis ex auditione rei ingratæ, quàm ex morbo diuturniore metuendum: NEQVE iustum est, vt ob rei cognitu parum necessariæ notitiam, & mater paritura, & filius in lucem proditurus, non sine maximo totius familiæ dolore, præsentissimum adeant vno momento periculum.

Cauendum item prægnanti, ne (spectacula adeat, néve) confertæ sese hominum frequentiæ misceat. Sæpe enim fit, vt prægnans (compressa &) collisa, priusquam voce periculum prodat, vitam amittat. Quid autem indignius, imò INIVSTIVS, quàm fœminam, videndi filios alienos cupiditate, orbos relinquere filios proprios?

Postremo caueat maritus, qui coniugem habuerit prægnantem, (ne illi verbis obluctetur, aut) ne quid illi rem honestam petenti neget. Fieri enim potest, vt concessum illud parui momenti, negatum irreparabilis damni causa sit. Nec verò æquum esset, cùm partus ad vrbis ornamentum & incrementum faciat, pati ciuitatem, vt vlla mulier grauida afficiatur ignominia.

Hæc & respondit Pistus ad quæstiones propositas, & Octauio Imperatori, vt prægnantibus præciperentur, suasit: quæ si fuerint obseruata; futurum promitto ac recipio, vt multis & fœminæ generosæ liberentur periculis, & mariti subleuentur molestijs.

Vt autem ijs, quæ diximus, Colophonem addam; fœminas

Vitentur grauidis.

1. *Choreæ & saltationes.*

Saltibus concitari abortiuum. Macrob. 1. Saturn. 6.

Ad plures exemplum, quàm calamitas pertinet. Liu. lib. 26.

2. *Pomorum esus.*

Difficile est, temperare voluptati, qua te non putes diu vsurum. Tacit. histor. 2.

Quæ acciderunt, accidere possunt. Liu. lib. 28.

3. *Cinctura nimis stricta.*

Γυνὴ τῷ προσώπῳ κοσμουμένη τὴν τῆς ψυχῆς ἀμορφίαν ἐμφαίνει. *Aristip. Stob.* 609.

Pudica & incompta pulcritudine nihil minùs laboriosum. Nazianze. aduersus mulieres ornat. studios.

4. *Ciborum ingurgitatio.*

Poco gnadagno & infinito danno. Ariost. 33. 10.

Prægnantium desideriis sæpè in vtero gestatorum commaculatur caro, inuriturque tenellis expetitæ rei nota. Rhodig. 20. 15.

5. *Pauor repentinus.*

Etiam fortes viri subitis terrentur. Tacit. annal 15.

Adeò pauor etiam auxilia formidat. Curt. lib. 4.

Quæ præter industriam negliguntur, ignoscenda ducuntur. Symm. 1. 19.

6. *Turba conferta.*

Festinatio improuida est & cæca. Liu. 22.

Homicidij festinatio est, prohibere nasci. Tert. apolog. 9.

Breui alle gezzr e lunghi leutti. Ariost. 33. 10.

Voluptatis finis pœnitentia est. Saresb. 6. 23.

7. *Nihil grauidæ negandum.*

Si quid negocio iustitiæ deest, remitte pietati. Symm. 2. 14.

Extimulant sæpe viros, multo verò sępius fœminas acriores cupiditatum aculei. Pausan. lib. 8.

Μὴ χρὴ ἀρκεῖσθαι μόνῳ τῷ μαθεῖν, ἀλλὰ καὶ μελέτην πρὸς λαμβάνειν, εἶτα ἄσκησιν. *Arrian. 2. Epictet. 9.*

Quotidiè pridie caueas, ne facias, quod pigeat postridie. Plaut. Stich. qui manet.

Labor præmium, amor fidem, vteri tumor honorem postulant. I.C.

Τὸν ἄνθρωπον εἰσήγαγεν θεὸς θεατὴν αὐτοῦ τε, καὶ τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ. καὶ οὐ μόνον θεατὴν, ἀλλὰ καὶ ἐξηγητὴν αὐτῶν. *Arrian.* 1. *Epict.* 6. *Sen.* 6. *benef.* 23.

ὦ ἄνθρωπε, τολμηροτάτης τῆς φύσεως ἄγαλμα. *Zoroast.*

Quò præstantior causa, eo debet esse cura attentior. Amb. 1. offic. 44.

χρὴ γυναικῶν εἰ τέκοι τὶς ἄνδρα χρηστὸν τῇ πόλει, ταξίαρχον ἢ στρατηγὸν, λαμβάνειν τιμήν τινα. *Aristop.* θεσμοφ.

Vt certus siderum cursus, ita vita hominum disposita delectat, senum præsertim. Plin. 3. ep. 1.

Sicut non peribit capillus de capite: sic non peribit momentum de tempore, de quo non oporteat nos reddere rationem. Gregor. Discip. de temp. 208.

Cœna tempus vt plurimum tribuebatur eruditis fabulis, vt nō solùm corpus, verùm & anima suis reficeretur deliciis. Philo. legat. ad Caium.

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πόλλ' ἀνεγείρειν, ἀτραπὸς εἰς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη. *Epigram. lib.* 1.

Omnium obseruatio non fortuito motu, sed diuina prouidentia constare creditur. Val. Max. 1. 5.

Illa sola non respuenda, quæ ex fide proueniunt & referuntur ad gloriam Dei. Saresb. 2. 1.

Principijs omina inesse solent. Ouid. fast. 1.

Romani in magnis minimisque rebus auspicia atq; omina solebant obseruare. Alex. 1. 26.

Bona domus in ipso vestibulo debet agnosci. Aug. 4. doct. Christ. 21.

In magnis domibus interiorem ornatum vestibula declarant. Nazar. panegyr.

Difficilè discernitur, domini plùs ne sit cultum rus an ingenium. Sidon. 8. ep 4.

Tanquam migraturus habita. Sen. ep. 70.

† *illæ inambulationes subdiales.*

Vide Plin. 2. *ep.* 17. *&* 5. *ep.* 6. *Item Sidon. lib.* 2. *ep.* 2.

In atrio, qui dominum salutatum venerant, priùs quàm admitterentur, consistebant. Macrob. 7. *Satur.* 8.

Non domo dominus; sed domino domus honestanda est. Cic. offic. 1.

Cùm multa ædificaueritis, cùm ingentia; tamen & singula corpora estis & paruula. Sen. ep. 89.

Villam dominus habes communem cum asino. Var. 3. rust. 2.

PRINCIPES & summates aio vteri ferendi tempore oportere longè maiorem, quàm infimates & plebeias, adhibere circumspectionem. VBI enim maior est spes emolumenti, ibi maior adhibenda cura est. Eorum, quæ diximus, autor est Pollio lib. III. de moribus antiquorum, & Sextus 284
Chæronensis lib. V. de legibus œconomicis. De Pisto verò multa Plutarchus scripsit.

CAPVT XVIII.

De triplici consilio, quo Secretarium quendam, amicum suum, & Neronis Cæsaris domesticum, Seneca instruxit; itemq; de ordine, quo diei horas M. Aurelius disposuit, (ipsemet clauem Musei, in quo Bibliotheca erat, asseruans, quam moriturus seni cuidam Romano tradidit, verbis ad eum vsus memorabilibus, in primis, quàm parum iuuet Principem res armis gerere maximas, si à nemine memoriæ mandentur & exornentur.)

AEmylius Varro, præcipuus cui Neronis Imperatoris secreta innitebantur, cùm Romæ prope portam Salariam habitaret; domum extruxit magnificam (& splendidissimam,) eamq; dedicaturus L. Senecam ad prandium inuitauit, vt felix & fortunata domus esset. Romani enim ex eius, qui primus domum nouam ingrediebatur, in eaq; cœnabat & dormiebat, fortuna, omina de illorum, qui deinceps eam incolerent, vel aduersitate vel prosperitate capiebant.

Cùm ergo Æmylij Varronis amici sui precibus annuisset L. Seneca, & opiparè ambo epulati essent: spectatum ædes nouas & luculentas abierunt; monstrante & explanante minutatim Senecæ singula Secretario & dicente: Hi andrones hospitibus, hæc atria negotiantibus, ista triclinia gynæceo, ista cubicula ministris, illa meniana prospectui, † illa hypætra apricationi, stabulum illud equili, camera ista cellæ vinariæ destinata sunt. Quid multis? domum ei monstrauit adeo numeris omnibus absolutam, vt ne Momus quidem in ea quicquam desideraturus videretur.

Cùm ergo totas perambulassent ædes, & futurum Æmylius Varro speraret, vt hospes Seneca illas, quemadmodum sanè merebantur, deprædicaret: is, quasi nunquam eas spectasset, & nunc primùm foribus propinquaret; Cuius, inquit, hæc domus est? Ibi Varro; facetum verò hospitem? ait. Equidem ex-

dem extruendis (ornandisque) ædibus hisce omnes impendi fortunas; hasce ædes vt inspiceres, te circumduxi; conuiuium in hisce ædibus tibi paraui; ædes totas tibi monstraui; ædes ipsas meas esse tibi dixi: Tu verò nunc demum, cuius eæ sint, interrogas? Cui Seneca: Hospitum quidem, inquit, diuersorium, seruorum cubiculum, mulierum cameram, equorum stabulum mihi monstrasti: At in tota domo ne pedem quidem latũ mihi ostendisti, quem solus cum nullo communem obtineas: Ita proprietas ad te domus ad illos possessio, quæ po-
285 *tior est, pertinet. Ego te & virum prudentem ac sapientem arbitror, & mihi ex animo fauere scio. Quare cùm hodie comiter abs te fuerim acceptus; vt aliquo te remunerer beneficio par est, consilium scilicet salutare tecum communicans. GRATIAM enim conuiuatori pecunijs peregrini, narrandis mendacijs homines vani, falsè dictis nugatores, adulationib. homines perditi; consilijs verò salutaribus viri boni & integri solent persoluere. Cùm ergo multis & laboribus & molestijs & impensis domus hæc tibi cõstiterit; lætitiam ex illa vt capias, æquissimum est. Itaq; triplex à me consilium habeto, maiorem fortassis inde vtilitatem, quàm ex peregrinorum nummis percepturus. MVLTI enim pecunijs ad construendas ædes affluunt; fruendi verò illis (& administrandi) scientia destituuntur. Primum ergo monitum esto, vt neque vxori (licet vnicè dilectæ, omnem voluntatem tuam) neque amico, quantumlibet caro, omnia animi tui arcana patefacias; sed peculiare aliquod arcanum tibi semper soli reserues. Nam secundum Platonem, CVI secretum, eidem libertas committitur. Alterum, vt neque priuatis, neque publicis te negotijs adeo totum tradas, vt agendo, loquendoq; omne consumas tempus; sed ternas vt minimum in singulos dies horas, tuæ tum recreationi, tum quieti tribuas. Postremum, vt conclaue in ædibus quoddam secretum sit, cuius clauem solus habeas; vbi & libros asseruabis, & de negotijs tuis cogitabis, & cum amicis sermocinaberis; in summa secretarium eo loco tuarum cogitationum, & laborum delinimentum erit. His ad Æmylium Varronem, amicum suum verbis vsus est L. Seneca, tali tantoq; viro profectò dignissimis: cumq; lautissimæ fuerint dapes; infinities tamen lautius fuit symbolum à L. Seneca collatum. MAGIS enim prudentibus consilijs animus, quàm epulis exquisitis corpus afficitur. Libuit autem hanc Senecæ historiam referre, vt aditum facerem narrandæ cuidam M. Aurelij & Faustinæ, coniugis ipsius historiæ; quam ne ordine præpostero commemoremus; prius hic, quàm accuratè omnes vitæ partes Imperator ordinauerit, explanabimus. NVNQVAM enim rectè & ex ordine regetur respublica; nisi rectè & ex ordine regatur*

Cùm in domum alienam veneris & surdus & mutus esto. Capitol. in M. Antonin.

Domus non tam varietate ædificiorum ornatuq; illustratur, quam supellectile vtili ac necessaria. Xenoph. Oeconom.

Quisquis famæ petitor est, vires suas excedit, & non quid possit: sed quid aliis placeat, attendit, & illud festinat implere. Saresb. 1.2.

Initium loquendi, edundi finis. Gell. 6.13.

Conuiuarum dignitas ornat eum, qui excipit conuiuio. Philo. de victimis.

Τροφὴ ψυχῆς λόγοι καλοί. *Athen. fol.* 270.

Cœnæ sapientum in vtilitatem animæ, non in satietatem ventris vertuntur. Theophyl. Luc. 14.

Non semper veracia sunt ora laudantium. Leo. serm. 5. quadrag.

Triplex Senecæ monitum ad Varronem.

Bonum consilium, qui consulit & qui consulitur, bonum habendum. Varr. 3. rust. 2.

Ornanda est dignitas domo; non ex domo tota quærenda. Cic. offic. 1.

1. *Arcana tibi retineto.*

Seruo d' altrui si fa, chi dice' l secreto à chi non lo sa. Prou.

Mit schweigen verredt man sich nicht. *Prouerb.*

Das zweien ist reht / dast zenge drin. *Tyrol.*

2. *Aliquando tuus esto.*

Aliquid temporis tui sume etiam tibi. Sen. breuit. vit. 18.

Requies est laborum condimentum. Plut. lib. educ.

3. *Secretarium tibi reseruato.*

Augustus si quando quid secretò, aut sine interpellatione agere proposuisset; erat illi locus in edito singularis. Sueton. 72.

Γλώσσης θ' ἡσυχίη ὀνήσιμος ἐν ἀνθρώποισιν ἄμεινον φειδωλῆς. πλείστη δ' χάρις ἔπλετο μέτρον ἰδυίης. *Hesiod.*

Spiritales epulæ non obesse solent, sed prodesse satiatis. Ambr. Psal. 118.

ὁ βασιλεὺς αἱρεῖται, ἐχ ἵνα ἑαυτῷ καλῶς ἐπιμελῆται, ἀλλ' ἵνα οἱ ἑλόμενοι αὐτῷ τὸν οὖ πράττωσι. *Xenoph. memorabil.* 3.

ἡδὲν ἀτακτοῦντ φύσει τῇ κατὰ φύσιν. *Arist. 2. Phys.* 1.

Egregij Principis est, vt non modò ipse omnia ex officio agat; sed quomodo reliqui omnes optimi fiant, prospiciat. Dion. lib. 52.

Quicquid *præcipiti via certum deserit ordinem; Lætos non habet exitus. Boët. 1. consol. met. 6.*

Quæ ordine carent, vel malè ordinata sunt, etiam ea, quæ benè sunt ordinata, dissipant. Plato 7. de leg.

Offendunt plerunque præpostera. Ambr. Psal. 118.

Temporis præcipua nos decet parsimonia. Philo. de vit. contempl.

οὐδὲν τῶν ὄντων ἐστὶν ἀποτόμως οὔτε κακὸν, οὔτ' ἀγαθὸν: ἀλλ' ὅπως ἂν χρήσηταί τις. *Isocrat. Archidam.*

Tempus malum, non per naturam; sed propter ea, quæ in illo fiunt. Theophyl. Ephes. 5.

Non dies mali; sed nobis accessu dierum malitiæ incrementa cumulantur. Ambros. de bono mortis.

M. Aurelius quot horas tribuerit.

Non humana duas admittunt pectora curas. Iuuenal. Sat. 7.

† *deses & sui negligens G. plurimis occupatus negotiis. I.*

Ipse dies pulcro distinguitur ordine rerum. Iunenal. 1.

1. *Somno.*

Vita vigilia est. Plin. præfat.

2. *Cibo capiendo.*

Comœdis cœna distinguitur, vt voluptates quoq; studiis condiantur. Plin. 3. ep. 1.

3. *Negotiis prouinciarum.*

Nequaquam satis, in re vna consumere curam. Horat. 2. Sat. 4.

4. *Domesticis.*

Ha poco tempo, e' l poco e' ha, dispensa con gran misura, e in vanno, l lascia gire. Ariost. 43. 50.

5. *Extraordinarijs.*

Miseratio debetur infelicibus. Philo. de iudice.

6. *Lectioni & exercitiis literatis.*

Nobilitatis indicium literas nosse. Sidon 8. ep. 2.

Σχολὴ μέγιστον ἀγαθὸν, ἢν ἔποι τις ἂν ὥσπερ χώραν πάμφορον ἅπαντα καλὰ φέρειν τῇ τοῦ φιλοσόφου ψυχῇ. *Synes. ep. 100.*

Quando cubitum ire solitus.

χαλεπὸς γὰρ ἐπειγομένῳ μάχεσθαι οἶνος ἀπειρέσιος, καὶ ἀϋπνοσύνη ἀλεγεινή. *Coin. 2. 153.*

Credas abscedere vitæ, quod sopor eripuit tempus. Sil. lib. 12.

Qui dort iusques au solei leuant, il meurt pouure finablement. Prouerb.

Πᾶσι διαμαχητέον πρὸς τὸν ὕπνον, ὡς πλείονα χρόνον τοῦ ζῆν διὰ τὴν ἐγρήγορσιν μεταλαμβάνειν. *Clement. Stob. 303.*

vita Principis. EVM autem necesse est Principes seruare vitæ ordinem, vt & negotiorum Imperij varietati priuata domus suæ negotia; & his recreationes ipsorum respondeant; ita quidem, vt ad libellam breuitatis temporis exigantur 286
omnia. BONVM enim Principem nec destitui tempore ad negotia, nec abundare otio ad vitia decet. Vulgus hominum tempus bonum, quod prosperum; malum, quod aduersum illis fuit, appellant; quam sententiam nunquam meo probabo suffragio. Sed BONVM est tempus, quod virtutibus impenditur; malum, quod in vitia collocatur. Nam TEMPORA semper eadem sunt; homines verò iam ex improbis boni, iam ex bonis improbi fiunt.

His ergo momentis tempora M. Aurelius Imp. opt. partiebatur, vt & suis rebus, & negotijs publicis curandis satis haberet temporis. VIR enim à curis (ac solicitudine) solutus (& nō iners) multa vel breui; † solicitudine districtus pauca vix longo expedit tempore. Ita autem tempus ordinabat, vt septenas de nocte horas dormiret; vnam meridiaretur; duas prandio cœnæq; tribueret, non quòd tam diu pranderet aut cœnaret; sed quod philosophorum disputationibus conuiuium produceretur. NVNQVAM enim totis septendecim annis cibum visus est capere, quin vel anagnosten vel philosophum audiret.

Cumq; multis imperaret regnis ac prouincijs; singulas Asiæ, Africæ & Europæ negotijs horas dabat; binas verò singulis diebus horas cum liberis, vxore, amicis familiariter versabatur. Vnam item negotijs tribuebat extraordinarijs, vtpote audiendis querimonijs vexatorum, querelis inopum, grauaminibus viduarum, spoliationibus pupillorum. ÆQVE enim audiendi sunt Principibus clementiæ laudem amantibus inopes, qui parum possunt, quàm diuites, qui plurimum habent.

Quicquid vel diurni vel nocturni relinquebatur temporis, librorum lectioni, operum scriptioni, carminum compositioni, antiquitatum inuestigationi, eruditorum sermonibus, philosophorum disputationibus impertiebatur; quippe cùm NIHIL ipsi literatis colloquijs esset iucundius.

Nisi bellis impediretur difficilibus, aut negotijs arduis auocaretur; ordinariè hyberno tempore hora nona cubitum semper ibat, quarta cubitu surgebat; ac ne otiosus esset, librum semper ceruicali subiectū habebat, cuius lectione tempus, dum lucesceret, transigebat. Solenne enim erat Imperatoribus Rom. ignem præferri, prunas (interdiu) scilicet ardentes; noctu verò lampades in cubiculis accendi; vt ipsis vigilantibus cerei, dormientibus lucernæ arderent. Institutum autem

autem à Romanis fuit, vt OLEVM ex olea natum, & cera apum industria parata, ante Principes vrerentur, vt æquè se
287 *placidos ac mites, quàm oleum ex olea natum, æquè vtiles Reipublicæ, atq; in alueari apem, esse oportere meminissent.*

Circiter sextam cùm surrexisset, publicè non vulgari, sed maxima potius cum iucunditate vestiebatur, circumstantes percontando, quo pacto noctem totam transegissent; aut quid somniasset, quid meditatus esset, quid legisset, exponendo. Vestitus iam os manusque aquis lauabat odoratis; quippe qui gratis odoribus inprimis delectaretur, tam acri præditus odorandi sensu, vt nonnunquam loca transiens sordida (ac fœtida) non parum offenderetur. Primo manè bolum vnum atq; alterum manducabat † electuarij diastœchados, & bibebat (tres cyathos vini Cretici vel) paullum liquoris stillaticij; quòd nimirum stomacho (& pectore) propter nimiam in studiis contentionem, esset imbecilliore. QVI enim studiis sunt dediti, variis, quod experientia docet, morbis sunt obnoxij; quippe qui studiorum deliniti dulcedine vitæ detrimentum non sentiunt.

Tempore æstiuo primo manè ad ripam Tiberis circiter duas horas pedes spaciabatur, & compellantes stans audiebat; idq; profectò sapienter: SEDENS enim Princeps breuiloquētem semper eum, qui dicit, facit. Procedente paullatim die, & calore inualescente, in Capitolium ascendebat, vbi à Senatu expectabatur; † quo dimisso, in Titi amphitheatrum, vbi legati & procuratores prouinciarum conueniebant, se conferebat, bonamque diei partem ibi morabatur. Vbi pransus erat & paullùm secesserat; Vestalium ædem adibat, singulasq; nationes, ordine ipsis à se assignato audiebat. Semel tātùm de die, idque aliquanto seriùs; sed suauiter & affatim cōedebat, ferculis gaudens † paucis, sed optimis: Cùm EPVLÆ peregrinæ (& variæ) morbos semper peregrinos (& infirmitates) pariant.

Non temere plus, quàm semel singulis septimanis per vrbem deambulatum prodibat, sine vllo vel suorum vel alienorum comitatu (X. aut XII. duntaxat stipatus ministris,) vt libera esset omnibus egenis & orphanis alloquendi, & de officiariis suis, si qui vellent, querendi potestas. FIERI enim nullo modo potest, vt reipub. medeatur, nisi is, cuius id munus est, morbos illius penitus cognoscat.

Adeò verò in conuersatione affabilem, in verbis suauem, erga maiores grauem, erga minores æquabilem, in petendo moderatum, in agendo integrum, in ferendis iniuriis tolerātem, pro benefactis (memorem ac) gratum, erga bonos benignum, aduersus malos seuerum se præbebat; vt BONITAS amabilem, iusticia formidabilem cunctis faceret.

Ignis inter honores Augustales. Rhodig. 15. 15. Alexand. 1. 28.

Olei ceræq; significata.

El abeia todas las cosas por ella tocadas conuierte en meior de loque son Celest.

Dei totius acta. Galen. parte 5. fol. 90.

Nihil in vita nisi laudandum aut fecit, aut dixit, aut sensit. Vell. lib. 1.

Perire omne tempus arbitrabatur, quod studiis non impenderetur. Plin. 3. epist. 5.

Redeunt cum luce labores. Sil. 12.

ὀσμὴ πᾶσα βαρύνει κεφαλήιν. *Arist. 3. problem. 13.*

Ambitiosam, mensam fortuna, parcam virtus apponit. Ammian. lib. 16.

† *Capiebat interdum medicamentum, quod theriacum appellant, quod erat infirmo stomacho & pectore. Dio. lib. 71.*

Vacuis committere venis nil nisi lene decet. Horat. 2. Sat. 4.

Nihil reportauit, nisi bonam conscientiam, & malam valetudinem. Sym. 9. 39.

Vicibus ocii omne negotium distinguitur. Idem. 3. 18.

Qui sedentes agunt, hoc quod sedent, quasi debilitantur & deprimuntur Plin. 2. epist. 19.

† *vbi expeditis negotiis, quæ fuerant. I.*

Modum seruat, qui sui potens est & in mensa Sicula. Macrob. 7. Satur. 5.

Veniebat ad cœnam, vt animo quieto satiaret desideria. Cic. fi. 2.

Ieiunus rarò stomachus vulgaria temnit. Horat. 2. Sat. 2.

Valentinianus lætus erat non profusis epulis, sed excultis. Ammian. lib. 30.

† *non pluribus & variis, sed paucis & bonis. G.*

Apponitur cœna non minus nitida, quàm frugi. Plin. 3. ep. 1.

Multos morbos, multa fercula fecerunt. Sen. epist. 95.

Interpone tuis interdum gaudia curis. Cato.

Ambulat, nec minus animum quam corpus exercet. Plin. 3. ep. 1.

Ante morbos necesse est esse cognitos, quam remedia eorum, Liu. lib. 44.

Non semper aquila supra nubes eleuata peruolitat, sed etiam remissioribus aliquando pennis descendit ad terram. Sedulius. Fabric. Poët. Christ. 523.

Ita probanda est mansuetudo, vt adhibeatur reip. caussa seueritas. Cic. offic. 2.

ἀνδράσι γὰρ πινυτοῖσι πέλει νόος ἤπιος αἰεί. *Coint. 4. 379.*

Τοσοῦτον ἀγαθὸν τὸ φιλεῖσθαι, ὥστε νομίζω τῷ ὄντι αὐτάρκως ἀρκεῖν τῷ φιλουμένῳ χάριτας καὶ παρὰ θεῶν, καὶ παρὰ ἀνθρώπων. *Xenoph. de vectigal.*

Beneuolentiæ vis magna, metus imbecilla Cic. offic. 2.

Det tibi Cæsar, ætatem DEVS, quam mereris, seruetque animum, quem dedit. Plin. panegyr.

Principes regnorum pulcerrimum decus, orbis salutare præsidium, Cass. 1. epist. 1.

Ocium tuum molibus aulicis motibusq; furare, Sidon. 8. epist. 3.

Exue curis pectus, & assiduo temet furare labori. Stat. 4. Sylu.

Interualla negotiorum otio distinxit; Semper aut belli, aut pacis seruiit artibus. Vellei. lib. 11.

† *In thesauro, quasi in secretario quodam & penetrali interiore. Augustin. Ioh. tract.* 23.

Sua cuiq; res est carissima. Arbit.

1. *M. Aurelius filiam suam Cl. Pompeiano dedit, genere Antiochensi, nec satis nobili, quem postea bis Consulem fecit. Capitolin.*

Facultates fortuna præstat; caritas iudicio fœderatur. Sym. 8. 52.

Adminiculum est doctrinæ, non possessio librorum, sed vsurpatio. Plut. lib. educ.

τὴν δὲ βιβλίων δίψαν ἔγιψεν, ἵνα μὴ γογγύζων ἀποθάνῃς, ἀλλὰ ἵλεως, ἀληθῶς καὶ ἀπὸ καρδίας ὀχάρις καὶ τοῖς θεοῖς. *Aurel. Imp. lib.* 1

Multo satius est paucis te autoribus tradere, quàm errare per multos. Sen. Tranquill. anim. 9.

Nostra post mortem non opuscula, sed opera pensanda meminerimus Sidon. 8. epist. 4.

Ingenii acumen vel tarditas, præmium vel pœnam in futuro non collocat. Pet. Lomb. 2. 32.

Dum suppetit vita, enitamur, vt mors quàm paucissima, quæ abolere possit, inueniat. Plin. 5. epist. 5.

ἄλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι ὀρνέων, ἄλλοι θηλῶν ἐρῶσιν. ἐμοὶ δὲ βιβλίων κλῆσις ὑπῆρξε δεινὸς ἔρως. *Iulian. epist. ad Edici.*

μᾶλλον τήρει τοὺς τῶν λόγων, ἢ τοὺς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας. *Isocrat. Stob.* 706.

Libri liberis cariores sunt parentibus quanto mentis filii sunt præstãtiores, quàm corporis. Plat. epist.

Rona doctrina mala opera habere non potest. Ambr. 1. Tim. 4.

† *absoluta. G.*

Hominis officium est, perennem potiùs vitam quàm perennem memoriam quærere. Sulpit. prolog. dialog. 1.

Neque verò parui æstimandus populi vniuersi erga Imperatorem (magnanimum & Principẽ) optimum amor. Cùm enim pro status sui felicitate Romani magnifica in cæteris regnis (ac prouinciis) omnibus, offerrent sacrificia; longè magnificentiora, quemadmodum Sextus Chæronensis ait, Romæ sacra, vt vitam dÿ Imperatori prorogarent, quàm pro reipublicæ statu & (propria) prosperitate faciebant. Nec sanè immeritò. VITÆ enim laudatæ Princeps anima & cor est reipublicæ. 288

Neque verò miror tam charum Populo Romano Imperatorem optimum fuisse, quippe qui nullum cubiculo ianitorem, præterquam binis illis, quibus cum Faustina (vt diximus) secedebat, horis addidit.

Porrò peractis iis, quæ commemorauimus, Imperator domum reuertebatur suam, cuius in penetrali secretiore, iuxta L. Senecæ monitum, conclaue habebat obseratum, cuius clauem solus retinebat, nullius eam fidei credens, vsque ad summum vitæ diem, quo Pompeiano seni grandæuo, his vsus verbis, eam tradidit:

Equidem te, quod meministi Pompeiane, humilem adhuc dignitate ornaui; pauperem diuitiis auxi; iniuriis obnoxium in domum meam recepi; absens honorem tibi meum credidi; viduo filiam vxorem dedi: Nunc verò clauem hanc accipe, qua data, cor tibi vitamque meam tradi existima. Non enim, mihi crede, tam acerbam è terris migrationem illud facit, quòd vxorem liberosq; Romæ relinquo; quàm quòd libros mecũ inferre tumulo nequeo. SI optio mihi à diis daretur; mallem libris stipatus in sepulcro agere, quàm vitam inter rudes viuere. Si enim defuncti legant, viuos illos iudicarim; at vi si non legant, mortuos æstimo. Sub huius, quam tibi trado, clauis custodia sunt libri Græci, Hebræi, Latini, Romani, & quod maximum, mei sudores, meæ vigiliæ, mei labores; libri nimirum satis multi à me scripti, vt CORPORE à vermibus absumto, cor saltem meum in libris inuentum iri integrum confidam.

Itaque vt clauis huius custodiam magni æstimes, denuò te moneo. VIRI enim (eruditi & sapientes quod viui vnicè amarunt, ei quem vnicè carum habent, morituri commendant. Multa, fateor, in museo reperies meo & bene scripta manu mea, & præclarè constituta: sed ex iis pauciſsima à me † præstita te inuenturum itidem fateor: quæ tu licet scribere nequieris, præstiturus; atq; ita præmium operis à diis, vt ego scriptionis inter homines gloriam, consecuturus mihi videris. Cùm ergo & dominus, Pompeiane, tuus, & socer, & pater, & patronus & ante omnia amicus, quod cæteris omnibus pluris est, fuerim: PLVS enim amicus vnicus, quàm omnes in terris

parentes

parentes, valet: Per hanc te amicitiam obtestor, vt memoria perpetuò teneas, aliis me vxorem, aliis opes, aliis domum;
289 *tibi verò existimationem (peculiariter) commendasse meam. NVLLAM enim sui Principes memoriam exiguam vel magnam, præter eam, quam monumenta tribuunt literarum, relinquunt.*

Ego annos vndeuiginti Romanorum Imperator fui; LXIII. in vita morior † ærumnosa; quibus annis multorum victor præliorum euasi, multos piratas extinxi, multa extruxi ædificia, multos euexi viros bonos, multos puniui improbos, multa subegi regna, & multos deleui tyrannos. Sed quid faciam infelix, cùm ciues & sodales, qui operum meorum testes oculati fuêre, socij mei in sepulcro futuri sint vniuersi? Elapsis mille annis, vbi, qui nunc viuunt, mortui fuerint, quisnam dicet: Ego M. Aurelium de Parthis triumphare, ædes in Auentino condere, amari à subditis, patrem orphanorum, castigatorem tyrannorum esse vidi? Quæ omnia nisi libri (mei vel amicorum) explanarint, an mortuos ad illa (prodenda ac) prædicanda in vitam reuersuros credam?

Quàm graue visu est Principem, inde à primo, vsque ad supremum vitæ diem, tanta conflictari paupertate, tot adire pericula, (tot sustinere incommoda) tot dissimulare contumelias, tot amicitias † simulare, vim tantam fundere lacrymarum, tot emittere suspiria, tot promissa facere; neque aliam ob caussam tam miseram (atque ærumnosam) ducere vitam, quàm vt aliquam sui relinquat memoriam! Nemo est in mundo Principum, cui non ad habitandum magnificè, ad epulandum splendidè, ad vestiendum sumtuosè, ad remuneranda aulæ suæ ministeria, suppetant copiæ: qui tamen † infausti honoris ergò labrorum tenus vndis non mergatur, & tantùm non humi † raptetur.

Sanè experto mihi meritò hac in parte creditur, quod scilicet NON ALIVM sibi finem proponant Principes, regna subigentes aliena, totque suos obiicientes miseriis, quàm vt quib. Principes præteritos ipsi præsentes ornari audiunt præconiis; iisdem absentes futuris ornentur seculis.

Vt igitur dicendi finem faciam, & rem in pauca conferam; PRINCIPI generoso & famæ immortalis cupido videndum aio, quodnam historiæ suæ scriptoribus relinquat argumentum. PARVM enim prodest, res eum maximas gerere; si scriptore, cuius illæ calamo (etiam postquam ore celebratæ sunt,) illustrentur, careat.

Hæc vbi dixerat Imperator opt. clauem musei Pompeiano seni venerando tradidit, qui monumenta inde omnia in Capitolium transtulit, vbi æquè in honore à Romanis, atque

Non omnis moriar. Hor. 3. car. 301.

Volumina thesauros esse oportet. non libros. Plin. præfat.

Fieri non potest, vt rectè quis remp. gubernet absque amicis sociis ac fidelibus. Plat. epist. 7.

Πάντων κτημάτων κράτιστον φίλος σοφὸς καὶ ἀγαθός. *Xenoph. memorab.* 2.

Quem referent Musæ, viuet. Tibul. 1. elog. 4.

Carmine fit viuax virtus. Ouid. 4. Pont. 8.

† *moror. I. & G.*

Τὰ πρὸς θεὸν εὐσεβὴς, τὰ πρὸς πολιτευομένους δίκαιος, τὰ πρὸς δεομένους φιλάνθρωπος. *Synes. epist.* 58.

Ingeniorum crescit dignatio; nec ipsis tantùm habetur, sed quicquid illorum memoriæ adhæsit, excipitur. Sen. epist. 21.

Non potest quicquam abiectum & humile cogitare, qui scit de se semper loquendum. Mamert. in Panegyr.

Quæ mors tristissima habet, obliuio sunt, ignoratio & tenebræ. Plut. contr. Epicur.

Iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accederet. Cic. pro Archia.

Literæ omnis industriæ atque omnis laudis nutrices. Eum. paneg.

Δόξαν δίωκε μήτε πᾶσαν, μήτ' ἄγαν. *Naz. sent. tetrast.*

† *contrahere. G.*

Ex historia viri fortes, qui fatum suum impleuere, immortalem adipiscuntur gloriam, & à posteris laudantur Dio. lib. 1.

Vix est, qui vanæ gloriæ non insistat. Saresb. 8. 2.

* *falsi. G.*

Petit omnibus ausis, quod nequeat sentire decus. Sil. lib. 3.

Principibus præcipua rerum ad famam dirigenda. Tacit. annal. 4.

† *reptare cogatur.*

Non in genua, quod dicitur procidens, sed in os prostratus. Ælian.

Decet posteros historiam intuentes, non facillimum, sed generosissimum vitæ genus sequi. Dion. lib. 1.

Cum dignis fructus tribuitur; eandem vitam capessentibus spes paratur. Sym. 1. 37.

Annalium munus, vt prauis dictis factisque ex posteritate & infamia metus sit. Tacit. annal. 3.

Primas commendationis gradus est, qui ab animi dote prouenit. Saresb. 8. 2.

Boni Principes, quæ faciunt, recognoscũt; mali, quæ facere debeant. plin. panegyr.

Quæcunque (M.) scripsit, omnia cum ipso sine fructu posteritatis abierunt. Plin. 5. epist. 9.

De perpetua potius vita, quam memoria cogitandum. Sidon. 8. Epist. 4.

Τὰ μεγάλα τῶν ἔργων, οὐ μὴ τύχῃ λόγων κυρύκων, ἀπορρεῖ τῆς μνήμης, ἢ λύθλῳ ἀμπίσχεται, παρ' αὐτὸν μόνον τὸν ἐκ πάλαι δοκεῖν κεῖσθαι, ἐν τοῖς ὁρῶσιν αὐθεντεῖν. Synes. epist 99.

Studia præstant, vt etiam præteritis seculis vixisse videamur. Fab. 12. cap. 4.

Nihil doctrina præstantius esse putes, quæ sola illorum est, qui eam possident. Naz. sentent. tetrast.

Par le cousteau de la langue emplumée On fait plus en vn iour, qu' en cent ans vne armée. Ronsard. 7. 142.

Μὴ αὖτε μεγάλα, ἵνα μὴ δυοῖν θάτερον ἢ τυγχάνων λυπῇς, ἢ μὴ τυγχάνων λυπῇ. Synes. Epist. 64.

Γνωθι δὲ ἐδὲν εἶδὲ, πλεῖον ἢ βάλεπειν. *Prouerb.*

Siempre en lo que mucho se dessea no ay breuedad, quæ dilacion no sea. Araucan. pag. 288.

Magna interim ingenii pars est dolor. Sen. 4. contr. procem.

Libri liberis sunt cariores, quanto mentis filii sunt præstantiores, quam corporis. Plato. epistol.

Libri studiorum instrumenta, non cœnationum ornamenta sint. Sen. tranquill. anim. 9.

De bien. peu nous sort le Grec & le Latin, Quand le faim nous assaut l' estomac au matin. Ronsard. 7. 205.

Omnium rerum cupido langueſcit, cum facilis occasio est. Plin. 8. epistol. 20.

L' attente d' vn bien augmente le desir. Ronsard 5. 65.

Diliguntur immodicè sola, quæ non licent. Fab. declam. 14.

Diu desiderata dulcius obtinentur; citius data vilescunt. Augustin. serm. 5. in Matt.

Efficacissimè rogat, qui reddit causam rogandi. Plin. 2. epist. 14.

Κάθυβρα γὰρ ὅμμα' ἐρόντων. *Asclepiad. Epigram. lib.* 7.

Oculis vxorius instat imber. Stat. 5. Sylu.

Il n' est rien si cruel, que le cœur feminin, Neren de par douceur gracieux & benin. Ronsard. 7. 196.

Ingenium acuit dolor. Nazian.

Amor fiduciam nutrit. Sym. 1. ep 31.

Dolor verba aspera dictat. Sil. lib. 10.

Grande doloris ingenium est. Ouid. metam. 6.

Amicis nostris iusta cupientibus vsui esse debemus. Symm. 5. 37.

Libentius pudor annuit, quod cum fiducia postulatur. Symm. epi. 23.

Quod vult, bene vult mulier. Prou.

Con tale modo sa tesser gl' inganni, che men verace par Luca è Giouanni. Ariost. 16. 13.

Plerunque officiis simulatur affectio. Symm. 9. 87.

Quòd tibi non nocet & alteri prodest, id præstandum est. I. C.

atque Sanctorum à Christianis reliquiæ, habebantur. Sed ea monimenta, vnà cum aliis innumeris, Roma à barbaris vastata, perierunt. Gotthi enim vt in perpetuum Romanorum de- 290
lerent memoriam, muros quidem intactos reliquerunt; libros verò exusserunt: quo quidem facto immaniores aduersus Romanos Gotthi fuerunt, quàm si liberos illorum trucidassent, aut muros euertissent. Siquidem MAIOR fama testis est viuens & semper loquens litera; quàm saxa, calx aut arena (quibus arces constant.)

CAPVT XIX.

Faustinæ Augustæ clauem museoli à M. Aurelio marito petentis oratio (continēs molestiarum, quas à viris fœminæ accipiunt, commemorationem; & infelicis coniugij culpam ab vxorib. in maritos transferens.)

QVM ergo museum, quemadmodum dicebamus, M. Aurelius Imp. in secretiore palatij recessu haberet, eiusq; clauem sibi retineret, neque coniugem illuc vnquam, neq; liberos, neq; familiarissimos intromittebat; quippe qui subindè dictitaret, ÆQVIORE animo se laturum, thesauros sibi auferri, quàm libros reuolui.

Porrò Faustina Augusta vterum gerens, omnibus quodam die persuadēdi artibus adhibitis, vt clauem sibi musei tradere dignaretur, obsecrauit. Quod minimè sanè mirandū; cū ITA natura cōparatum sit ingeniū mulierū, vt vltrò data aspernāt; negata afflictim expetant. Vrgebat autē petitionem suā Faustina, non ioco, sed seriò; non semel, sed sæpius; nō verbis solummodo: sed verbis simul & lacrymis; his ad illū vsq; rationibus:

Cùm sæpe clauem abs te musei tui petierim; ioco semper me reiecisti; quod facere Domine non debebas, grauidam me esse cogitans. SÆPE enim viri quod hodie per iocum reijciunt (& aspernantur,) seriis cras lacrymis deplorant. Meminisse debebas me Faustinam esse toto orbe celeberrimam, qua nihil est in oculis tuis pulcrius; cuius laudes in ore semper tuo versantur, quam in deliciis, quam ex animo vnicè charam habes. Si ergò verè cordi infixam me geris, cur tuas mihi lucubrationes ostendere dubitas? Imperij mecum arcana communicas, & tui me libros Musei celas! Cor mihi tuum, quo nihil tenerius, tradidisti; & clauem iam ferream, qua nihil durius, negas? Iam nunc statuere cogor, amorem tuum simulatum, verba duplicia, cogitationes à me alienas, delicias ludificationes fuisse: alioquin enim fieri non potuisset, vt clauem, quam petebam,

mihi

mihi negares. VBI enim amor perfectus, non simulatus est; quod ioco petitur, † seriò conceditur.

291 *In more habetis viri, vt fœminas decepturi magnis illas oppugnetis donis, verbis permulceatis suauissimis, promissis oneretis amplissimis, montes auri pollicentes: Easdem fraude circumuentas omnium acerbissimè persequimini. Si solicitatæ à viris fœminæ (recusandi) constantiam præstaremus; breui iugum vobis & tomices imponeremus. Iam verò vt vinci nos patimur; ita vobis decretum est nos deserere & contemnere.*

Patere, quæso, Domine, vt museum inspiciam tuum, prægnantem me esse, eiusq; videndi desiderio contabescere cogitans? Quod si oblectandæ mei gratia nolles facere; at tui dolore liberandi gratia facito. Cùm enim mihi appetitus hic vitæ duntaxat periculum creare possit; geminam tibi iacturam, & filij scilicet in lucem prodituri, & matris parituræ minatur: Quam fortunæ aleam cur animus iste generosus subire sustineat, non video; vt vno scilicet ictu vterque pereamus; ego tam iuuenis moriens; tu coniugem amittens tam charam. Per deos immortales obsecro, per matrem te Berecynthiam obtestor, aut clauem mihi des, aut in museolum me tuum intromittas, neque in consilio hoc inconsulto obstinatus perseueres; sed decretum inconsideratum in deliberationem de integro reuoces. QVICQVID enim temere decretum est, irritum, si ita res ferat, & tempus postulet, fieri potest.

Qui librorum lectioni dediti, & liberorum amantes sint, passim quotidie videre est. Vt autem librorum amore liberi odio habeantur; id verò nunquam in cogitationem cuiusquam cadere posse cogitaui: cùm libri ex verbis compositi alienis; liberi verò nostris è visceribus orti sint, (& nostro nutriti sanguine.)

ANTEQVAM aggrediantur aliquid viri cordati; respicere prius solent, quæ inde nasci possint incommoda. Si igitur clauem mihi dare nolueris, & in sententia obstinatus perseueraueris: & Faustinam tuam amittes; & coniuge carissima orbaberis; & filium, quem vtero gero, perdes; & domus tuæ autoritatem pessundabis; & vrbi vniuersæ sermonis (sinistri) materiam præbebis, & nunquam ex animo dolorem illum euelles. NVLLAM enim animus æger (lætitiam aut) consolationem admittit, cùm dolorem, quem patitur, sua sibi culpa accersiuit.

Si & deorum arcano permittitur iudicio, & fata id mihi † minantur infesta, & tua, Domine, voluntas ita fert, vt ob negatam clauem istam mihi, dummodò quod animo destinasti, fiat, moriendum sit; mori non recuso. Veruntamen

† *sponte promtoq; animo.*

Extimulant sæpè viros, at multo sæpiùs fœminas acriores cupiditatum aculei. Paulan lib. 3.

Καιροὶ φρένες, ἥδὺ λάλημα. *Mosch. Idyll.* 1.

E linguis dulcia dicta datis corde amarè facitis. Plaut. Trucul. 2.

Fucata tergiuersatio magis accendit cupidinem. Philo. 1. vit. Mos.

Vincuntur molli pectora dura prece. Tib. 3. eleg. 4.

In melius mutare propositum, non leuitas, sed virtus; neque culpa, sed gratia est. Ambr. Psal. 118.

In cuius manu est quid, ne fiat, eius iam deputatur, cùm iam fit. Tert. Aduers. Marcion. 1.

Amanti negare, non constans, sed durum videtur. Plin. 6. ep. 34.

Quid tam malignũ, quàm nolle prodesse, cùm possis? Tertul. aduers. Marcion. lib. 1.

Minimis in rebus pertinacia reprehenditur. Cic. Academ. quæst. 4.

Quem quis amat, sciens non lædit. Fab. 5. 10.

Non est leuitas, à cognito & damnato errore discedere. Sen. 4. benef. 28.

Nemo doctus vnquam mutationem consilij inconstantiam dixit esse. Cic. At. 16. 7.

El proposito muda el sabio, el necio persevera. Cel. pag. 107.

Necessitudinis & liberorum amor naturæ congruus. Apul. de philos.

Nulla studia tanti sunt, vt amicitiæ officium deseratur. Plin. 8. ep. 9.

ἆρ' οὐκ ἄλις; ἴσως γὰρ καὶ φιλεῖ σ' ὁ εἰκῆ τις. *Arrian.* 2. 22.

Tu quod cauere possis, stultum admittere est. Terent. Eun. 4. 6.

Nihil stultius, quàm offerre se periculis sine causa. Cic. offic. 2.

Haud quisquam honestè flere; quod voluit, potest. Sen. Hip. 4.

Cùm coactæ malorum causæ existunt, moderatè dolendum, nullius delicti conscientia animum flagellante. Nic. Greg. 6. 12.

Qua venit (ex merito) pœna dolenda venit. Ouid. Heroid. 5.

Omnia actionis suæ vela quodam velut vento miserationis implet. Plin. 2. ep. 11.

† *merentur I. & G.*

Plurimum in peruicacia mali est. Plut. præcept. gerend. reip.

iam nunc auguror futurum, vt te facti pœniteat. NON *rarò enim cordatis quoque viris accidit, vt remedio iam olim amisso, subitam agere cogantur pœnitentiam (& fiat, quod prouerbio dicitur: Nil iuuat amisso claudere septa grege.) Mirari tuam, Domine, hac in parte obstinationem satis nequeo, cùm omni illo, quo coniuncti viximus, tempore, animis nos sensibusq; vixisse concordißimos noueris.* 292

Si clauem mihi dare abnuis, quia tua sum Faustina: si dare non vis, quia coniux tua sum carißima; si dare non vis, quia prægnans sum: legis vetustæ virtute mihi illam, vt tradas, postulo. LEGEM *enim Romanis antiquißimam esse nosti, ne quid fœminarum grauidarum cupiditati negetur. Non semel his ego oculis maritos ab vxoribus hanc ob causam in iudicium vidi vocari, teq; edixisse, Domine, ne quis prægnantium violaret immunitates. Quod cùm ita sit, cur leges in alienorum liberis seruari, in tuis violare vis?*

Quod vt maximè ipse vis; ego tamen, quod debita cum obseruantia dictum volo, vt idem velim, non teneor; vt maximè ipse id facias, meum tamen non est assentiri, vt maximè tu imperes, meum non est obtemperare. MARITO *enim iustas vxoris preces non admittente; ad iniustum mariti imperium exequendum vxor non astringitur. Vos mariti vxores obsequentes habere vultis, easq; vobis in vniuersum obedire cupitis; & ne minimis quidem illarum precibus locum datis.*

Vos viri fœminas omnis amoris (stabilis certique) expertes esse dicitis, cùm vos ab omni amore vacuos esse res ipsa loquatur. Hinc enim amores vestros simulatos esse perspicietis, quòd satiatis cupiditatibus vestris, mox amor omnis euanescit.

Suspicionibus fœminas indulgere viri dicitis, cùm in vos potius, quàm in nos crimen istud competere verißimum sit. Quam enim aliam ob causam tot iam Romæ fœminæ nobiles infeliciter nubunt, quàm quòd infinitis maritorum suspicionibus sunt obnoxiæ? Ingens inter vxoris suspicionem, & mariti Zelotypiam discrimen est. NON *enim aliam ob causam, si modò intelligere id velint, vxores suspectos maritos habent, quàm vt amoris erga illos vehementiam declarent. Fœminæ simplices cùm præter maritos suos neque nouerint aut quærant alios; neque cum alijs negotij quicquam habeant; nec ament, aut exoptent alios; à maritis item præter vxores suas nec agnosci, nec quæri, nec amari, nec exoptari alias vellent.* COR *enim quod in vnius tantùm amore totum acquiescit, sedem illam præter se patere nemini vellet.*

Verùm

Prouidentia præstantior, quàm pœnitentia. Dion. lib. 11.

Vor gethan vnd nach betracht/
Hat manchen in groß Leid gebracht.
Adag.

Medicina mortuorum sera est. Fab.

Accepto claudenda est ianua damno. Iuuenal. Sat. 13.

Optimè libertati venia obsequio præparatur. Plin. 3. ep. 4.

Miserum ab illo lædi, de quo non possis queri. Mim.

Omnium est communis inimicus, qui fuit hostis suorum. Cic. Verrin. 1.

Vxori malæ tractationis contra virum actio datur. Alexan. 4. 8.

τοργὴ φυσικὴ ἡ πρὸς τὰ τέκνα, qua sublata vitæ societas tollitur. Cic. Attic. 7. 2.

Plus habet ponderis tecta veneratio. Symm. 4. 42.

Quid alijs facere credatur, qui non parcit suis? Ambr. 1. Cor. 6.

A quel que niega lo que es iusto, lo malo aprueva ya, y se hàze iniusto. Arauc. 188.

Imperare vir mulieri debet, vt animus corpori. Plut. præcept. coniug.

Maior obsequij gloria in eo, quod quis minùs velit. Plin. paneg.

Vincendi studium parit litem. Ambros. Rom. 14.

Quamlibet sæpe obligati, si quid vnum neges, hoc solum meminerunt, quod negatum est. Plin. 3. ep. 4.

ἡ ἐράστου φιλία οὐ μετ' εὐνοίας γίνεται, ἀλλὰ σιτίου τρόπον χάριν πλησμονῆς. Plat. Stob. 630.

Credat fœmina nulla viro. Ouid. fast. 3.

Peior odio amoris simulatio. Plin. paneg.

Cio che vna donna fa ad vn marito geloso a torto, per certo non condennare, ma commendare si doverebbe. Boccat. 7. 5.

Mulieres magis iracundæ, quàm viri. Plut. de ira cohib.

Magnus dolor iratus amor est. Sen. Herc. Oet. 2.

Riualem possum non ego ferre Iouem. Propert. 2. vlt.

Verdahter valsch lat sich wöl spehen. *Tyrol.*

Zelotypia molestissimus affectus, graues calamitates secum afferre solet. Philo. de special. ll.

Nec regna socium ferre, nec tædæ sciunt. Sen. Agamem. 2.

293 *Verùm enimuerò tam versipelles, tam fraudulenti aduersus vxores estis, vt cùm placere vobis ob seruitia & obsequia illis præstita debeatis; offensione & deceptione illarum gloriemini; cùm verissimum sit, NVLLA in re animi generositatem nobilitatemq; magis quàm in fauore erga illam etiam, quæ nominari honestè vix potest, declarari. Blandiuntur vxoribus viri, mellitis subinde verbis eas demulcentes: at digressi quibus & corpora & fortunas dent, ipsi norunt scilicet. Crede mihi Domine, si tantam fœminæ in viros, quantam in fœminas viri, potestatem & autoritatem haberent, vt quod in vicinia isti, in toto illæ populo inquirerent: plus illæ (fraudium, deceptionum,) erratorum ab istis vno die; quàm isti ab illis tota vita commissorum inuenirent.*

Maledicas esse fœminas viri dicitis, cùm meras serpentum caudas esse linguas vestras constet; quippe qui & viros bonos damnatis, & matronas infamia Romanas afficitis. Nec est, quòd cogitetis; dum malè alijs dicitis vestris vos parcere; Cùm LEVIVS malum sit alienam lingua lædere, quàm vxorem propriam suspicione infamem reddere. VIR enim, qui vxorem suspectam habet, licentiam omnibus dat malè de illa sentiendi.

Nos fœminæ cùm rarò in publicum exeamus, paucas peragremus terras, pauca videamus: vt maximè velimus, non possumus esse improbæ. At vos viri cùm multas peragretis oras, multa audiatis, videatis, sciatis; nunquam non multa murmuratis. Quicquid fœmina mali potest † dicere, in hoc consistit, vt vel aures amicæ præbeat animo perturbatæ, vel famulas increpet ignauas, vel vicinas carpat pulcriores, vel ijs, à quibus iniuriam accepit, conuitia ingerat. In summa QVANTVMVIS maledica sit fœmina, nisi ijs, quæ in eodem habitant vico, obtrectare non potest. Vos autem viri & vxores vestras suspicionibus infamatis, & vicinas verbis oneratis, & in alienas linguæ tela crudeliter torquetis, & erga amicas minimè (sinceri ac) fideles, omni inimicas, quantum potestis, infortunio mactatis; apud præsentes de (absentibus &) præteritis conquerimini; præteritas vt desereretis, mille vsi estis fallacijs; adeo denique tum bilingues, tum ingrati estis, vt quas nondum adepti estis, ijs multa promittatis; & quas adepti estis, eas floccifaciatis.

Equidem haud negârim, vt sit vxor, quam esse conuenit, necesse esse, vt domi se contineat; & si domi se contineat, fore vt vitam agat inculpatam; & vitam si egerit inculpatam, famam colligat bonam; & hanc adepta, in amore sit omnibus: Veruntamen si horum quippiam defuerit;

Nulla viro iuranti fœmina credat. Catul. de nupt. Pelei.

Fœdum certamen inquinandi famam alterius, cum suæ famę damno. Liu. lib. 29. extrem.

Coniuges inuicem, quæ volunt, impetrare debent persuadendo non pugnando aut rixando. Plut. præcept. coniug.

Fidelem haud fermè mulieri inuenias virum. Terent. Andra. 31.

Multi viri sunt, non tamen omnes laudandi. Fulgent. mythol. 3.

οὐ κρύπτει πλαστὸν ἔρρατα χρόνος. *Meleag. Epigram. lib. 7.*

Vxor te, si adulterares, digito non auderet attingere. Cato. Gell. 10. 23.

Quando os pedimos, duenna os dezimos; quando os tenemos, como queremos. Adag.

Improbus, qui ab vxore pudicitiam exigit, ipse alienarum corruptor vxorum. Sen. epist. 94.

Parum prouidum sperare ex alijs, quod tibi ipse non præstes. Plin. 2. ep. 10.

Alienæ innocentiæ interpretationem de suis quisq; moribus trahit. Fab. declam. 18.

In amoris præcepto contemptus nunquã admittitur. Fulgen. mythol. 3.

Indigniùs læditur, quem religio non permittit offendi. Sym. 3. ep. 18.

Ἱστοὶ γυναικῶν ἔργα κ' οὐκ ἐκκλησίαι. *Prouerb.*

ἡμῖν δ' οὐδὲ φάλος λεύσσειν θέμις, ἀλλὰ μελάθροις κρυπτόμεθα ζοφεραῖς φροντίσι τηκόμεναι. *Agath. Epigram. lib. 7.*

Ingenia humana ad suam cuiq; leuandam culpam nimio plus facunda sunt. Liu. lib. 28.

ἡμῖν ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν. *Eurip. Andromach.*

Fidelem si putaueris, facies. Sen. ep. 3.

Ingeniosior ad excogitandum simulatio veritate. Plin. paneg.

Semper aut minus quàm canem, aut plusquam seniorem fœmina iacit. Scalig. 3. poet. 14.

La donna sempre corre à gli estremi, ò loda troppo, ò biasima troppo. Metamor.

Oscula & complexus arctiores non augent amorem, sed exercent. Sen. 7. benef. 13.

Nulla viri speret sermones esse fideles. Catul. Nupt. Pel.

Obsequio plurima vincit amor. Tibul. 1. 4.

Iniquum est, vt id exigas, quod ipse præstare non possis. Lact. 6. 23.

In altero arguere non potes, quod à te admissum meministi. Symm. 5. 82.

Qui nullius boni sibi conscius est, omnes alios criminatur. Theophyl.2.Tim.3.

† *Exigui.G.*

* *inuenit.G.*

Vn clauo con otro se expele. Cel.

Cupiditas blandum facit. Fab. 6. declam.

Negotiis plerunq; apposita est expostulatio, sine labe concordiæ. Symm.1.31.

Vn solo golpe no derriba vn roble. Cel.

Coniuges inuicem quæ volunt imperare debent persuadendo, non pugnando aut rixando. Plut. præcept. coniug.

† *Pateris.*

Negare non constans, sed durum videtur. Plin.6. ep.34.

Verecundiam creant inefficaciter postulata. Sym. 5.54.

Quem quis amat, sciens non lædit. Fab.5. cap. 10.

Quien de præsto se determina, de espacio se arrepiente. Adag.

Marito turgidi sui ventris lenocinio commouet miserationē. Apul. asin.aur.6.

Meus interpres semper in deteriora inclinatus. Liu.lib.28.

Libenter omnibus modis præbemus assensum, quoties vox se iusta poscentium. Cass.1.14.

Primis petitionib. nostris multum ponderis addit iteratio. Symm.5.ep.57.

Videmur imbecilla oratione precari dum illi denegatur effectus. Ambr.Rom.8.

In nullo sit minor, qui cunctis est potior, nec ideo melior, quia maior; sed ideò maior, quia melior. Chrysost.

Si reticeam, aut superbus aut obnoxius videar: quorum alterum est hominis alienę libertatis obliti, alterum suæ. Liu. lib.23.

Λεκτέον ἀμφαδίην μελεδήματα. *Silentiar. Epigr.lib.7.*

Cupiditati sociatur stultitia comes, suadens id amari & quæri, quod tenere non potest. Saresber.7.17.

Lacrymæ ad ostentationem doloris paratæ. Arbit. pag.12.

Tu contumeliam alteri facias; tibi non dicatur? Plaut. Asinar. Quid hoc est.

Et refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati simus. Cic. Tusc.2.

ὁπποῖον κείπησθα ἔπος καὶ ἐπακούσαις. *Homer. Epigr.lib.1.*

Proximo ne maledicas, auditurus alioquin, quæ tibi doleant. Chilon. Laërt lib.1.

Βούλει λέγειν τι, καὶ λέγων μηδὲν κλύειν. *Sophocl. Antigon.*

Contumeliam si dices, audies. Plaut. Pseudol. Malus & nequam.

Nulla sum tibi verecundia obstrictus. Liu. lib.30.

εἰ ἡμᾶς κακῶς ἐρεῖς, ἀκούσει πολλὰ, οὐκ ψεύδε κακά. *Eurip. Alcest.*

*non mox à viro idcirco repudianda est. QVOS enim in vxore maritus næuos inuenit, † pauci; at quas in marito vxor * conuelat nequitias, plurimæ sunt.*

Longius dicendo, quàm statueram, atque etiam audacius, quàm debebam, prouecta sum: Sed veniam mihi Domine dabis, quoniam in animo non habui te irritare (vel offendere;) sed persuadere. Omnino autem QVICQVID inter maritum ac coniugem agitur, ineptus est, vter ex illis pro iniuria habet. Nihilo tamen secius, quod initio dixi, in eo perseuero, & si † opus est, denuò te rogo, vt clauem mihi museoli tui dare digneris; quòd si aliter, quod in tua manu est, feceris; virum te quidem, qui es; non autem prudentem, qui censeris, præstabis. Non tam factum mihi tuum dolet, quàm causa, quam mihi præbes, tum infeliciter edendi, quem vtero gesto, partum; tum suspicandi pellicem abs te aliquam in museo celari. VIRI enim, qui in iuuenta nequiter egerunt, etiamsi vestis, quam gestant, lacerata nondum (aut detrita) sit; nouam tamen semper gestiunt induere. Vt igitur & abortus periculis me eripias, & eiusmodi suspicionibus liberatum animum meum exhilares; quantillum est, vt museum me tuum intrare patiaris? 293

CAPVT XX.

M. Aurelii Imp. ad Faustinam clauem musei petentem responsio, (qua VII. virtutibus principi bono necessarijs carere se fatetur; molestias item ex coniuge natas exponit, & vxores à maritis segregatas inter barbaros fuisse narrat.) Caput est notatu dignum.

MARCVS Aurelius Imp. Faustinam tam accuratè perorantem, & singula, quæ proferebat, verba lacrymis, quod maximum erat, quasi perfundentem cùm audisset; responsum seriò agenti serium in hanc sententiam dare statuit: Cum & dixeris Faustina, quicquid voluisti; & meā in audiendo tolerantiam videris: vt & tolerantiam, quam tibi præstiti, mihi præstes; & eâdem, qua te auscultaui, attentione me audias, rogo. In huiusmodi enim colloquijs SIMVL atque lingua ad proferendum verbum aliquod vehementius soluitur, aures confestim ad accipiendum responsum oportet aperiri. NONDVM enim natus est, qui dicere, quæ non debebat, audeat, & ab audiendis ijs, quæ nollet, immunis sit.

Prius-

Priusquam autem quænam ipsa sis, & qualis esse deberes, explanem; quis ego sim, & qualis esse deberem, indicabo. Sic enim habeto Faustina, adeò malum me esse, vt quæ de me inimici dicunt, vix minima pars sint eorum, quæ illi, qui me amant, si me penitus nossent, dicturi essent. Et enim PRINCIPEM, vt probus sit, neque in tributis auarum, neque in
295 *mandatis superbum, neque aduersus bene meritos ingratum, neque aduersus templa irreligiosum, neque aduersus afflictorum querelas surdum, neque aduersus orphanos crudelem, neque in negotiis segnem, (lentum, aut oscitantem) esse decet: His viciis qui caruerit Princeps, & hominibus amabilis & diis carus erit.*

Iam verò ad primum quod attinet; ego auarum me (& fuisse &) esse fateor: quippe ILLI demum sunt Principum ministri gratissimi, qui minimis illos molestiis afficiunt, & pecuniis iuuant plurimis. Deinde superbum me esse fateor. NVLLVS enim Princeps vsque adeò abiectus est, qui tanto altiores spiritus gerat, quanto humiliore fortuna vtitur. Adhæc ingratum me esse fateor. Nam QVÆ obsequia Principes accipimus, multa; quæ verò præmia persoluimus, pauca sunt. Præterea negligentissimum me templorum cultorem esse fateor. RARO enim Principes sacrificia diis, nisi ab hostibus (cincti ac) circumsessi, offerimus. In audiendis item (afflictorum) querimoniis negligentem me esse fateor. FACILIVS enim dant audientiam Principes adulatoribus, ad assentationes dicendas, quàm litigantibus miseris ad querelas suas exponendas. Porrò pupillos etiam à me negligi fateor. Nam IN AVLIS (curiisque) Principum ditiores & potentiores in intimis habentur; orphani verò miseri ne audiuntur quidem. Postremò in absoluendis iis, quibus negotij aliquid in aula est, segnem me esse fateor. SÆPE enim Principibus caussarum expeditioni non maturè prospicientibus, multa existunt & magna in regnis incommoda.

Ecce tibi Faustina, qualem me esse, quemadmodum dicebam, ratio iubebat, & qualem me esse sensus doceat. Neque verò erroris confessionem parui pendas. MAGNA enim emendationis in eo spes est, qui culpam spontè agnoscit.

Iam vt de te quoque, Faustina, dicamus, ex iis, quæ de meipso dixi, quid de te possimus afferre, coniectura facillimè capies. EA quippe est hominum peruersitas, vt scrupulosissimè vicia examinemus aliena; propria verò ne audire quidem velimus. Certò certius est, Faustina, QVIBVS ex sententia succedunt omnia, plus semper lingua proferrè, quàm pectore custodire. HOMINES enim lingua procaces multa in cœtu dicunt, quæ soli deplorant.

Facilior cura, vbi plaga perspicua Cypr. serm. de zelo.

Magna vicii medicina est confessio & peccati fuga Nazianz. Orat. 26.

Peccata præterita in memoriam reuocari, prouidentiorem reddit in futurum Plat. Seminar.

Princeps sit dandi auidus, accipiendi fastidiosus, detestator criminis, amator æquitatis. Cassiod. 1. epist. 4.

Egregium est, vt foris, ita domi; vt in magnis, ita in paruis; vt in alienis, ita in suis agitare iustitiam. Plin. 8. ep. 2.

Prince qui reuere Dieu, Iustice & la Loy, vir tousiours fleurissant & tousiours voit sous luy le peuple obeyssant. Ronsard. 7. 116.

Sapiens sibi est reus prius quam cæteris, nec tam pudenda apud eum publicatio flagitii, quam conscientia est. Ambros. 3. offic. 5.

A nullo periculo fortuna Principum longius abest, quam ab humilitate. Plin. paneg.

Initium bonorum operum confessio est operum malorum. Augustin. Iohan. tract. 12.

Vicia sua confiteri, sanitatis indicium est. Sen. ep. 54.

Μόνη ἴασις ἁμαρτίας ὁμολογεῖν τε ἁμαρτάνοντα, καὶ δῆλον εἶναι ἐπ' αὐτῷ μετάγιγνώσκοντα. Arrian. expedit. Alex. 7.

Magna est medicina fateri, quod nocet abscondi. Sedul. oper. pasch. lib. 3.

Magis Deum miseri, quam beati colunt. Sen. 8. controu. 1.

Quando el cossario promete missas y cera con mal anda la galera. adag.

Rotæ fumant felicib. aræ. Sil. lib. 7.

Non impetrant adulatores, quod petunt, nisi quasdam insidias auribus fecerint. Arb. pag. 3.

Si ogn' vn troua in principe ben grata vdienza, non vi troua pero facil credenza. Ariost. 18. 1.

Æquiore animo feras præcidi spem, quam trahi. 8. n. 2. Sen. benef. 5.

Expedit reip. vt sit finis litium. I. C.

Sua vulnera nutrit. Qui tegit & plagam trepidat nudare medenti. Sedul. oper. Paschal. 3.

Hoc est propria delicta corrigere, quod non facere. Cass. 9. 12.

Wol gebeicht/ist halb gebüsset. *Adag.*

Est proprium stultitiæ aliorum vitia cernere, obliuisci suorum, Cic. Tuscul. l. 3.

Semper potius ducas tua peccata tegere, quam aliena indagare. Apul. apolog. 1.

Lætitia loquax res est & ostentatrix sui. Symm. 1. 31.

Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu. Tibul. lib. 4. extrem.

Planè contrarium in mœrore affectis euenit, qui miseriarum ne dimidiam quidem partem proferunt. CORDA *enim magno dolore pressa oculis lacrimas, linguæ silentium imperant.*

HOMINES *vani verborum vanitate ac leuitate voluptatum suarum vanitatem leuitatemque publicant; at prudentes acerbas animi affectiones orationis prudentia tegunt.* HVIVS *enim vitæ miseriis hominum more affici humanum est; easdem verò prudenter dissimulare, prudentum est.* SAPIENTVM *sapientissimus est, qui se minimum scire arbitratur; & rudium rudissimus, qui se plurimum scire autumat.* SIQVIS *enim est, qui multa nôrit; semper inuenias alium, qui plura nôrit.* HOC *prudens ab ignorante præcipuè distat, quòd prudens etiam interrogatus in respondendo (tardus &) grauis; vanus verò (& rudis) etiam nondum interrogatus in respondendo leuis est.* Nam VBI *sedem ac domicilium generositas & prudentia habent; ibi diuitiæ absq; mensura, verba vix vnciatim dantur.* 296

Hæc eò dixi, Faustina, quòd tanto mihi tædio verba tua molestissima, tantæ miserationi lacrymæ vberrimæ, tantæ acerbitati iudicia vana fuerunt; vt nec quod volo possim dicere; nec te, quod dicam, intelligere posse iudicem. MVLTA *sapienter monuerunt, qui de coniugio scripserunt: Sed omnibus libris molestias, quas vnica mulier vnico viro vnico die affert, haudquaquam sunt complexi. Præclarè locuti sunt veteres, de coniugiis loquentes; dum quoties de coniugio vel dicerent, vel scriberent semper addidêre;* Onus matrimonii. NISI *enim in adipiscenda coniuge proba felix sit aliquis; vel vnico die maritum esse onus & opus est omnium onerosissimum (atque operosissimum.)*

An exiguus tibi, Faustina, labor videtur, ferre maritum vxoris iurgia, tolerare dicta, pati facta; dare, quæ petit; quærere, quæ cupit; dissimulare, quæ non vult? Ego verò tantum laborem hunc esse iudico, vt PEIVS *nihil imprecari inimico possim, quàm vxoris peruicacis coniugium. Si vir superbus est; vos illum humiliatis.* NON *enim vir vllus est, quantumuis superbus, quem pedibus mulier effera non subijciat. Si stolidus est; vestra opera cordatus euadit,* OMNES *enim vincit sapientia, qui vxorem ferre morosam nouit. Si rixosus est; vos illum mansuetum redditis. Tantum enim temporis oblatrando vos consumitis, vt ne ad loquendum quidem illi spacium relinquatur. Si ignauior est; vos † illi calcar additis. In hac enim, vt vobis satisfiat, cogitatione ita defixus est, vt nec quietus cibum capere, nec securus dormire miser audeat.*

Si loquacissimus est; vos illum intra paucos dies mutum

Iusto desunt sua verba dolori. Ouid. Heroid. 12.

Difficile est, tristi fingere mente iocum. Tib. 3. 6.

Μοῖραν τερπνῶν ἐς μέσον χρὴ παντὶ λαῷ δεικνύναι, ἀθληκνηκότα πρὸς τύχην σκότει κρύπτειν. *Pind. Stob.* 848.

Quod boni est, id tacitus taceas tute tecum, & gaudeas. Plaut. Epidico. scen. penult.

Trimum scientiæ vestibulum puto, scire quod nescias. Fulgent. mythol. 1.

Maxima pars eorum, quæ scimus, est minima eorum, quæ nescimus. Themisti. Thom. Garz. discors. 101.

Vt æra tinnitu; sic hominum ingenia verborum forma cognoscuntur. Sabell. lib. 1.

Speculum cordis hominum verba sunt. Cassiodor. lib. 23. præfat.

Qualis est homo in mente, talem verbositas depingit in ore. August. serm. 3. ad fra. in eremo.

Qui plus balbutiunt, plus loquuntur; affectant enim copiam, pudore defectus. Sym. 1. 70.

Non oculis aut digitis contrahendum matrimonium. Plut. præcept. coniug.

Ζευχθεὶς γάμοισιν, οὐκ ἔτ' ἔστ' ἐλεύθερος. *Philem. Stob.* 641.

L' homme grossier les femmes aimera, L' homme gaillard ne les estimera. Ronsard. 5. 147.

χαλεπὸν φορτίον ἡ γυνή. *Lysias. Stob.* 614.

χαλεπὸν γυνή, καὶ τὸ τῆς συνευνάσεως φίλτρον βλάψει μᾶλλον ἢ ὠφελήσειν. *Nice. Isaac Angel. & Alex.*

In bona vxore tanto maior laus, quanto in mala plus culpæ est. Tacit. Vit. Agricol.

L' homme vrayment est digne de grand blâme, qui perd son age à seruir vne femme. Ronf. 8. 88.

οὐδὲν γυναικὸς βαρύτερον. *Epichar. Stob.* 640.

τότε τὰς γυναῖκας δεδιέναι μάλιστα δεῖ, ὅταν περιπλάττωσι τοῖς χρηστοῖς λόγοις. *Menand. Stob. serm.* 73.

Coniux quantum iure coniunctior, tantum aut morum dulcedine mellea, aut felle malitiæ toxica. Fulg. mythol. 1.

Quando fueres yunque, sufre como yunque; quando fueres martillo. Adag.

Nulla ferè caussa est, in qua non fœmina litem mouerit. Iuu. Sat. 6.

Poure est la maison, ou les gelines chantent, & le coe se taist. Adag.

† *asellus* * *illum Pegasum facitis.*

Magna amaritudo in domo est vxor tristis. Ambr. 1. Cor. 7.

La nuict leur soit longue, & le lict plus poignãt, que s' ils estoient conchez au milieu des orties. Ronsard. 6. 142.

tum efficitis. Tot enim ad singula verba interpretatiunculas & responsiones in promtu habetis, vt tutissimum illi sit, digito labellum compescere. Si suspicax est; vos illum stilum
297 *vertere cogitis. Tot enim in singulas horas de amoribus alienis illi lites intentatis, vt quod domi suæ videt, dicere non audeat. Si euagatur liberius; vos citò efficitis, vt domi semper delitescat. Adeò quippe negligenter rem familiarem tractatis, vt nulla res alia, quàm præsentia ipsius mederi illi possit. Si libidinosior est; viam illi citò obsepîtis. Tantis enim animum illius curis oneratis, vt * viciorum illum facilè capiat obliuio. Postremò si pacis amans est; breui litigiosum illum facitis. Tantæ enim & tam assiduæ sunt querimoniæ vestræ, vt nullius eas animus dissimulare; nullius lingua silentio præterire possit.*

Inest fœminis à natura cunctis in rebus SPIRITVS contradictionis, vt si loqui velis, taceant; si ambulare, subsistant; si ridere, plorent; si lætari, mœreant; si mœrere, lætentur; si pacem optes, bellum; si bellum, pacem velint; si cibum capere velis, ieiunent; si ieiunare, cibum capiant; si dormire, vigilent; si vigilare, dormiant. Quid multis? ADEò natura peruersæ sunt, vt quicquid odimus, ament; quicquid amamus, oderint. Itaque me iudice viri cordati, quibus negotij cum mulieribus aliquid est, si voti compotes fieri cupiant, quiduis potius, quàm id quod exoptant, petant. TVM enim venæ sectio ægroto prodest, cùm in latere fit aduerso. Et venam in aduerso latere mittere idem est, ac diuersum ab eo, quod animo exoptes, ore à muliere petere: aliter si facias, nec precum assiduitate, nec lacrymarum copia voti compos euades.

Puerilibus quidem infantum deliciis nihil iucundius esse, insicias ire, Faustina, nequeo: Sed neque tunegabis nihil esse, quàm matrum importunitatem, toleratu acerbius. Faciunt subinde infantes, vt voluptate afficiamur: at vos illorum matres nihil facitis, vnde molestiam non capiamus. Magnæ viro voluptati est, cùm peregrè rediens domum conuersam (mundamque) mensam stratam, cibum paratum inuenit; si modo † nihil hic fraudis occultetur. Sed quid dicemus, si cùm minimè putabat, liberos eiulantes, vicinos offensos, ministros altercantes, & ante omnia coniugem (clamitantem ac) vociferantem inueniat; vt longè satius misero sit ieiunum foras se proripere, quàm domi manere & inter iurgia cibum capere? Ego verò maritis autor fuerim vniuersis, vt æquo animo voluptatibus ex liberis careant; dum modò matres illorum nullas sese amplius ipsis molestias recipiant exhibituras. Nam QVICQVID voluptatum ex liberis percipitur, cum risu simul

Mulierum verbalibus vndis & causidici cedunt & pragmatici mutiunt; rhetor tacet, & clamorem præco compescit. Fulg. myth. 1.

Etiam illud, quod scies, nescieris; ne videris, quod videris. Plaut. Milit. Satin' abiit.

Quien no tuuiere que hazer, arme nauio ô tome muger. Adag.

Oue femine son, ion liti è risse. Arioſt. 43. 120.

Si amatori fœmina dicat per hyemem; in lacerna diligo te: eligit tremere, quam displicere. Augustin. de verb. Apost. serm. 18.

* *ægrè visus ad.tus ad corpus pateat. G.*

Dos est vxoria lites. Ouid. art. 2.

Non est virtus, non posse peccare; sed nolle. Ambr. Luc. 18.

Ὅπῃς βούλεται ζῶ ἡδέως, ἑτέρων γαμέντων αὐτὸς ἀπεχέσθω γάμων. *Men. Stob.* 641.

ἀρῶν γυναῖκα Φεύγε, μὴ σ' ἕλῃ πόθῳ. αἰρεῖ γὰρ ὅμμαθ' ἁνδρῶν, ἐξαιρεῖ πόλεις, πίμπρησι δ' οἴκους. εὖ δ' ἔχει κηλήματα. *Eurip. Troad.*

La donne sempre inchina à quel che men far deue. Arioſt. 27. 108.

Malitia certare (cum improbis) miseria est Plaut. Persa Satin' hæc.

Γυναῖκες πρᾶγμα δυσμετεχείριστον. *Synes. ep. 66.*

Quam longissimè sanguis inde, vbi lædit, mittendus. Celsus. 2 9.

Medici aiunt, ictus sinistrorum in dextris partibus sentiri. Plut. præcept. coniug.

Omnibus milieribus hæc ars vsitata est, vt cum aliquid eiusmodi velle cæperunt, malint coactæ videri. Apul apolog. 2.

Μηδὲν κακῶν πέφυκε φορτίον γυνή. *Prouerb.*

Τὸ ἧλυ φιλολοίδορον, καὶ πεμψίμοιρον. *Arist. Sc. 3. pol. 14.*

ὡς ἀγαθόν ἐστι πρᾶγμα τὸ γλυκεῖ πινὸς πατέρα. *Menand. Stob. 668.*

Bonum, malum quo accedit, mihi dari haud desidero. Plaut. Mercat. scen. 1.

Γαμεῖσιν οἱ ἄνθρωποι, ὅπως εὐδαίμονες ὦσιν. *Arrian. 1. 11.*

† *fieri ita possit. G.*

καὶ γὰρ τὸ γῆμαι, καὶ τὸ μὴ γῆμαι κακόν. *Sontari. Brodæ. Epigram. lib. 1.*

Vereor, ne nos alterius fuga, viroque despõliet. Symm. 6. 65.

Vt visum fuerit naturæ, ita viuendum. Dio. lib. 38.

Facile hic plus mali est, quam illic boni. Terent. Andr. 4. 3.

Coniux aut perpetuale refugium, aut perenne tormentum. Fulgent. mythol. 1.

Τὸ γυναῖκ' ἔχειν, εἶναι τε παῖδων παλίγκαπον, μεριμνας πᾶσι βίου πολλὰς φέρει. *Men. Stob.* 641.

ὁ ἔχων γυναῖκα πονηρὰν, ἅμα τὰς μιὰς ἅμα τὰς ἀπομιᾶς αὐτὸς ἐκμισεῖται. Chrysost. Stob. 605

simul finitur; à matribus verò ortæ moleſtiæ per vitam durant vniuerſam.

Inde punimur, vnde delectamur. Bernh. Meditat. 13.

Mille combats au monde ſont venus Par le moyen de la folle Venus. Ronſard. 5. 146.

γυνὴ λέγεται χρηστὴ ὑπερβάλλων φίλος. Menand. Stob. ſerm. 73.

Nulla beſtia comparabilis malæ mulieri. Chryſoſt.

χρὴ δ' ἐν δόμοισιν ἄνδρα σοφὸν τέκτονα γυναῖκα χρηστὴν κάγαθὴν, ἢ μὴ τέκτονα. Eurip. Iphig.

Facilius eſt vitare diſcordem, quam declinare fallacem. Leo. ſerm. 5. quadrag.

Malis vxoris pœna nulla acerbior. Mim.

Hazes mal, eſpera ozro tal. Adag.

Triſtes voluptatum exitus. Boët. conſol. 3. 7.

Si per viri indulgentiam peccet vxor, non tam ipſa, quam vir accuſandus. Xenoph. Oeconom.

Viri in eo culpa eſt, ſi fœmina modum excedat. Tacit annal. 3.

Tentatur patientia & tentata contemnitur. Liu. lib. 1.

Vnum Romæ vidi, in quo nunquam deceptus ſum, quòd ſcilicet MALORVM, *quæ viri admittunt, pœnas dij maximam partem in futuram reijciunt vitam. At ſi fœminæ gratia aliquid committimus; eiuſdem fœminæ opera, dius ita volentibus, in præſenti, non in futuro punimur ſeculo.* NON EST *truculentior aut capitalior viri hoſtis, quàm vxor, quam vir habet, ſi viri more viuere cum illa neſcit. Nimis enim indulgenter habita, mox male morata euadit. Sectentur ergo puellas Capuanas iuuenes Romani (& tanti pœnitere emãt.)* NVNQVAM *enim vir leuis amoribus aliquandiu fœminæ illicitis indulſit, quin vel capite, vel fama pœnas, eiuſdem fœminæ opera, luerit.* IMMENSVM *enim ad virtutem calcar deorum habet iuſticia, cùm ipſorum vt in ferendis improborum ſceleribus tolerantiam; ita in puniendis iiſdem ſeueritatem videmus.*

Vnum illud exploratiſſimum habeo, quod non audiui; ſed tecum, Fauſtina, expertus ſum; FOEMINAM *ſcilicet, cuius deſideriis vniuerſis maritus annuerit, nihil vnquam eorum, quæ maritus imperat, facturam.* NVLLA *enim re facilius in officio continere vxorem maritus poteſt, quàm ſi quandoque aliquid ipſi deneget, aut verbis etiam aduerſùs illam vtatur aſperioribus. Ingens meæ opinione crudelitas eſt, quòd pro mancipiis à barbaris vxores habentur: Sed longè maior leuitas (vanitaſque) eſt, quòd dominarum eaſdem Romani, quod faciunt, loco habent. Neque adeò macram carnem eſſe conuenit, vt faſtidium afferat, neque adeò præpinguem, vt nauſeam moueat: ſed pinguedine quaſi virgulatam, vt ſaporem gratum habeat (& bene nutriat:)* NEQVE *tam arctè habenda viro prudenti vxor eſt, vt ſeruа videatur; neque tam laxè, vt heræ ſibi partes ſumat. Si enim* VIRI *inimiam imperandi poteſtatem vxoribus concedant; facilè fit, vt ab illis flocci fiant.*

Vſque adeò MEDIOCRITATIS *omnis hoſtes, Fauſtina, mulieres eſtis, vt vel leuiſſima fauoris aurula ad ſuperbiam intolerabilem efferamini; & minima contrà odij procella ad capitales abripiamini inimicitias.* NVLLA *eſt fœmina, quæ ſuperiorem ſponte ferat; nulla quæ æqualem æqua mente patiatur: Vnde colligo, à vobis neque ſuperiores amari, neque inferiorum imperia patienter accipi.* IN AMANTIVM *verò inæqualitate frigidi ſemper amores ſunt. Etſi me abs te, Fauſtina, non intelligi ſcio: tamen vel plura, quàm intelligis, dicentem; vel plura, quàm velles, dicturum audi. Quot ego Romæ vidi, quæ ſi bis mille*

Vsque adeò MEDIOCRITATIS *omnis hoſtes, Fauſtina, mulieres eſtis, vt vel leuiſſima fauoris aurula ad ſuperbiam intolerabilem efferamini; & minima contrà odij procella ad capitales abripiamini inimicitias.* NVLLA *eſt fœmina, quæ ſuperiorem ſponte ferat; nulla quæ æqualem æqua mente patiatur: Vnde colligo, à vobis neque ſuperiores amari, neque inferiorum imperia patienter accipi.* IN AMANTIVM *verò inæqualitate frigidi ſemper amores ſunt. Etſi me abs te, Fauſtina, non intelligi ſcio: tamen vel plura, quàm intelligis, dicentem; vel plura, quàm velles, dicturum audi. Quot ego Romæ vidi, quæ ſi bis mille* 298

Velut acceptas referunt ſpecula optima formas, ſic exempla virum vxores accepta ſequuntur. Victor.

αἱ γυναῖκες ὑφ' ὧν δεῖ περιαγαπᾶσθαι ἐστὶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίως καλοῦνται. Epictet. cap. 62.

τῆς μὲν κακίας ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ ἔλλειψις τῆς δὲ ἀρετῆς ἡ μεσότης. Ariſt. 2. ethic.

Domna, danno Guic.

Hauß Ehr liegt am Weib vnd nicht am Mann. *Adag.*

πρὸς ἔχειν ἄξιον ἵνα ἀφθόνως διότι ἐπ' ἐσθλὰ ἀλλὰ τιμῶν, ἢ τὴν κόσμιαν φαίνεσθαι, καὶ ἀδήμονες ἐν σωφροσύνῃ. Epict. cap. 62.

Mulier quod dicit amanti, in vento & rapida ſcribere oportet aqua. Catul.

Sibi imputet, qui talem elegit. I.C.

Non ſolent ſibi aduerſa ſociari. Boët. conſolat. 2. 6.

ἐκ δὲ τοι ζυλοισι πέλει συγερώτερον ἄλλο. Coint. 6. 37.

Mulierculæ etiam parua mouent. Liu. lib. 34.

Simul pares eſſe cœperint, mulieres, ſuperiores erunt. Idem. ibid.

Firmiſſima eſt inter pares amicitia. Curt. lib. 7.

H. S. in censu domi habebant, plus quàm ter mille stultitias
299 *in capite circumferebant; in quibus illud omnium pessimum, quòd mortuo nonnunquam marito, census omnis perit; at de stultitia ne tantillum quidem decedit.*

Auscultа porrò Faustina, quæ dicturus sum. MVLIERES cunctæ loqui, & vniuersos tacere volunt; omnes liberæ, at cæteros captiuos esse volunt; omnes regere, nullæ regi volunt. Denique VNVM omnes cupiunt, & in eo consentiunt, frui scilicet ijs, quos amant, & vlcisci, quos oderunt (& auersantur.) Ex quibus omnibus planum fit, IVVENES leues, quibus ipsarum vanitates cordi sunt, mancipiorum instar ab ipsis conculcari; prudentes verò, qui appetitus suos sapienter coërcent, instar hostium odio haberi. QVANTVMVIS enim acriter nos ament; amor tamen illarum pondere & mensura constat; & quantumuis leuiter nos oderint ac (contemnant;) odium tamen illarum (& contemptus) numero modoq; caret.

In annalibus Pompeianis quiddam memoratu dignissimum me legere & notare memini, hoc scilicet. Cùm Pompeius Magnus, in prima expeditione Asiatica, fortè ad montes Riphæos accessisset; in barbaros incidit, qui bestiarum more agrestium in montium illorum asperis victitabant: neque bestias à me appellari montium Riphæorum accolas Faustina mireris. Vt enim oues molliore vescentes gramine, lanam gestant delicatam: sic HOMINES in regionibus educati asperis (horridisque,) & corpore, & animo sunt agrestes.

Illi ergo barbari legem habebant & consuetudinem, vt binos singuli in montibus illis patresfamilias specus, quoniam domos soli asperitas non ferebat, haberent; quorum in altero maritus, filij & famuli; in altero vxor, filiæ & famulæ habitabant: Cumq; bis singulis hebdomadis & cibum & somnum vnà caperent; toto reliquo tempore congressu omni abstinebant. Interrogante ergo Pompeio, cur ita viuerent, cùm simile nihil in toto terrarum orbe vel inueniretur, vel audiretur, vel legeretur: senem quendam in hunc modum respondisse historia narrat:

Cùm exiguum nobis, Pompei, vitæ spatium, respectu longi illius æui, quòd olim homines viuebant, dij dederint; & LX. solummodò, vel LXX. ad summum annos viuamus; quicquid nobis vitæ conceditur, pacificè cuperemus transigere. ADEO quippe breuis vita est, vt vix satis sit temporis, quo pace fruamur; quanto magis ergo nos bello volunt abstinere? Vos quidem Romani delitijs diuitijsq; vitam vobis breuem efficitis; nobis verò licet in labore & egestate viuentibus longa tamen vita est. Toto enim anno nullum ce-

Firmissima est inter pares amicitia. Curt. lib. 7.

Censen' te posse reperire vllã mulierem, quæ careat culpa? Tert. Hecyr. 4. 4.

Nil non permittit mulier sibi. Iuuenal. Sat. 6.

ὀργὴ δ' Διός ἐστι γυνή. *Pallad. Epigram. lib.* 1.

Ah crudele genus, nec fidum fœmina nomen! Tib. 3. eleg. 4.

Ma heureux est & digne de misere, qui fait appuy de chose si legere. Ronsard. 5. 147.

Mulieri genuinum est rarenter benè facere. Rhodig. 14. 15.

ἀδὲν ὠφέλιμον ἐφάμιλλον γυναικὸς πονηρᾶς. *Chrys. Stob.* 609.

Inflatæ ac ambitiosæ mulieri (Præciæ) nõ parua videbatur merces, si tantus eam Vir (Lucullus) publicè coluisset. Plutar. in Lucul. 6.

ὅταν ποθεῖν σε κὴ τέρεγλ λέγλ γυνὴ, φοβοῦ πάρ' αὐτῆς πλέον ὧν λέγλ κακό. *Socrat. Stob.* 609.

Quanto sapiens pro viri sui salute suam opponit animam pignori; tanto maligna ad mariti mentem etiam suam vitam reputat nihili. Fulgent. Mythol. 1.

Ἓν αἰεὶ νάιεσι. θεμισ-δύει ἢ ἔκφασ-πυόδων ἠδ' ἀλόχων, ἠδ' ἀλλήλων ἀλέγουσι. *Homer odyss.* 1. *v.* 111.

ποιοῦσι καὶ οἱ ὕπνοι ἀφαίρουσι δὲ ἧδη. *Aristot. hist anim.* 8. 29.

αὐτοῖς δ' αὐτῆς ἡ τύχη μεμέρικεν. τοῖς μὲ ἀνίοις τ' ἀνδράσιν, ζῆς ἢ πλῆθος διδοῦσα. *Agathar. de mar. rub.*

Quanto cœlum asperius, tanto & corpora & ingenia duriora. Iustin. lib. 2. Gell. 12. 1.

ἀδίκου ἐστὶ γυνὴ σύμφωνος ἀκοίτη, ἠδὲ κὴ ὢν χρυσῷ μιγνυμένη διαπέρᾳ. *Palla. Epigram. lib.* 1.

Τὸ εἰς πῦρ κὴ εἰς γυναῖκα ἐμπεσεῖν, ἴσον ὑπάρχει. *Pythag. Stob.* 505.

O sexe ingrat & remply de malice, indigne helas qu' on luy face seruice! Ronsard. 5. 118.

Caussarum ignoratio in re noua, miratione facit. Cic. diuin. 2.

Quicquid insolitum, etiam in turba notabile est. Sen. 4. contr. proœ.

Σμικρὸν ἔχρημα τὸ βίος. τοῦτον δ' χρὴ ὡς ῥᾷστα, καὶ μὴ σὺν πόνοις διεκπερᾶν. *Eur. Supplic.*

Quid est longum, quod aliquando finitur? Aug. Ioan. tract. 33.

σύμμικτὸν χρόνος πᾶς ὁ βίος ἐστί. *Plutarch.*

De cent millions qui viuent en ce temps. Vn à peine doit viure ou trente ou quarante ans. Ronsard. 8. 204.

Quomodo fabula, sic vita, non quàm diu, sed quàm benè acta sit, refert, Sen. ep. 77.

τῆς δύτυχίας, ὥσπερ ὀπώρας παρέσης ἀπολαύειν δεῖ. *Epict. Stob.* 820.

Thracia natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrat. Val.Max.2. 1. Strabo l. 11.

μικρᾷ ἢ βιότᾳ ζωὴν ἐπιμήκεα κρεών. *Athenæ. fol.* 336.

Quien se casa por amores, tiene malos dia, y buenas noches. Adag.

Non vt diu viuamus, curandum est, sed vt satis. Sen. ep. 93.

ἀδεῖ τὸ ζῆν λύπας αὐθαιρέτους ἔχοις ἡτιμωμένον. *Thales. Stob.* 641.

Humo y gotera, y muger parlera echan al hombre de su casa fuera. Adag.

Semper habet lites alterna; iurgia lectus, in quo nupta iacet Iuuen. Sat. 6.

Natæ soboles primo parentes die hilarant; mox pij metus breuem gratiam fugant. Symm. 4. 34.

ἀδὲν γυναικὸς χεῖρον ἀδὲ τῆς ἡλιῆς. *Prouerb.*

Vxor viri naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum. Secund.

Quien prende el anguilla por la cola, y la muger por la palabra, bien puede dezir, quo no tiene nada. Adag.

Amour qui rechato ville en nous les appetits, Domte aussi bien les grands, comme il fait les petits. Ronsard 5. 101.

Iniuria amantem cogit amare magis, sed bene velle minùs. Cat.

Verum est nequire hominem cuncta voto amica sortiri. Symm. 6. 68.

Naturæ mulieri ad beneuolentiam viri parandam multum contulit adiumenti. Plut. erot.

Vita breue tempus sortita, non debet malis rebus longa reddi. Plut. Conuiu.

Τὸ γαμεῖν ἡμῖν μὲν ἔστιν, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἡμῖν. *Menand. Stob.* 633.

ἐ γὰρ ἰς αὖαὶ ἑστιν ἔρωτος ὁδὸς ὀλέσθαι ὅς κεν ἔρωτα δύηφόωνομίῃ τε, καὶ στέρνοισι φυλάσσῃ. *Oppian. ἁλι. γ. ver.* 30.

ὁ πλεόεις ὄντως εἰς βυθὸς ἄδυλος ἔρως. *Gemin. Epigram. l.* 4.

Quæ nocuere sequor; fugio, quæ profore credam. Horat. 1. ep. 8.

ἀδὲν γυναικῶν ἀσφαλέστερον νόσοι, ὅταν παρῇ κύπρις ἠδῶσιν φρένας. *Eur. Hippol.*

Plus in me valet deterius inolitum, quàm melius insolitum. Aug. dulciloq. 2. cap. 6.

Tenera amoris est titillatio, quæ ex improuiso adfectum excitat. Ambros. de fide resur.

lebramus festum solennius, quàm cùm è vita hac ærumnosa moriens noſtrûm aliquis discedit. 300

Si multos, Pompei, annos viuerent homines: satis haberent temporis, vt riderent, & plorarent; vt animo vel æquo vel ægro viuerent; vt diuites vel pauperes, læti vel tristes essent; bellum vel pacem amplecterentur. Verùm in hac vitæ breuitate, quid attinet tot sibi attrahere vicissitudines? Dum nobiscum vxores habebamus, viuendo moriebamur. NOCTES *enim audiendis illarum querelis exigebamus; dies tolerandis earundem iurgijs consumebamus. At postquam eas à nobis seiunximus; nec ora illarum tristia conspicimus, nec filiorum ploratu cruciamur, nec graues illarum querimonias audimus, nec verbis oneramur molestis, nec solicitationibus obtundimur assiduis. Quid multis? & liberi in pace educantur, & parentes à bello immunes sunt; ita & cum ipsis bene, & nobiscum optimè agitur.*

Hoc responsum barbarus ille quærenti Pompeio dedit. Ac sanè, Faustina, quamuis barbaros vocemus Massagetas, Latinis hac in parte sapientiores illos esse aio. NON *exigua namque peste liberatur, qui à coniuge discedit rixosa. Quòd si barbari isti in montibus illis asperis coniuges suas nec perferre, nec edomare potuerunt; quomodo nos quæso in delitijs (voluptatibusq;) vrbis id in vobis præstabimus? Vnum dicam, Faustina, quod vtinam deorum dono intelligas? quòd scilicet, si absque bruto foret carnis appetitu, quo virorum voluntas ad expetendas, seu velint, seu nolint, fœminas cogitur; vehementer dubito, an tolerari fœmina, nedum amari posset. Cùm enim* NATVRÆ *munere habeant, cur amentur; à seipsis, cur odio habeantur, sumunt.*

Profectò si AMOREM *(istum) dij voluntarium fecissent, quemadmodum naturalem fecerunt, vt si modò vellemus, possemus; non quemadmodum nunc, velimus quidem, sed non possimus; omni supplicio dignissimus foret, qui ob fœminæ amores ipse perditum se iret. Ingens hoc mysterium est, quod sibi dij reseruarunt; at ingens est virorum (qua sunt à dijs affecti) miseria, quòd cum adeo sit imbecillis caro; eam tamen animo libero vim affert, vt quicquid nobis nocet, procuremus, & illud ipsum, quod odimus, sectemur. Ac prodigio simile est, quod cum maximè id sentiant homines, neminem tamen video, qui mederi nouerit. Siquidem de carne conqueruntur vniuersi; & carni tamen deditos video cunctos; & quanto minus aliquid prodest, tanto auidius expetitur.*

Nihil est, quod dijs viuis, vel hominibus defunctis inuideam, præter duo: Dijs quidem, quòd vitam agunt à timore impro-

improborum securam: mortuis verò, quòd mulierum nihil indigentes gaudent: quæ auræ duæ sunt adeo noxiæ, vt omnia inficiant: duæ sunt pestes adeo exitiales, vt animis corporibusque exitium afferant. Tam altas, Faustina, carnis amor in carne radices egit, vt cum ioco à vobis caro aufugit, animum vobis prædæ seriò relinquamus: & si ratio sua functa officio fugæ se tradit, caro antiquum obtinens confestim sese captiuam vobis tradat.

301

Οἱ ζῶντε ἀεὶ παντεὶ οἷα πεῤῥῶσιν ἐς κακὰ, τοὶ δὲ κακῶν εὗρον ἄκος φθόμενοι. *Archi. Epigram. lib. 1.*

Χρὴν ἄλλοθέν ποθεν βροτοὺς παῖδας τεκνοῦσθαι θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος ὅτω δ' ἂν οὐκ ἢ ἡδὲν ἀνθρώποις κακόν. *Eurip. Med.*

Continuus timor non sinit esse felicem. Boët. consol. 2. 4.

Fragilitas humanæ conditionis facilè in delicta prolabitur. Leo. serm. 6. Epiphan.

CAPVT XXI.

M. Aurelius Imperator institutum cum Faustina sermonem prosequitur, (pericula demonstrans, quæ nimiam cum fœminis familiaritatem consuetudinemq; comitantur, & XVIII. regulas tradens maritis, vt pacificè cum vxoribus viuant. Caput est memorabile.)

Πολλὴ πρὸς τὴν κακίαν ἐστὶν ἐκκαλία, τὰ ὀξύρ' τρόπος ἐπὶ τὸ χεῖρον ἡ φύσις. *Gregor. Nyss. Stob. 39.*

Quæ per insuauitatem medentur, & emolumento curationis offensam sui excusant, & præsentem iniuriam superuenturæ vtilitatis gratia commendant. Tert. de pœnitent.

Septù che crini hauesse occhi il maritò, Non potria far, che non fosse prodito. Ariost. 27. 72.

SÆPE & cum animo recordor meo, in iuuentute cùm carni essem obnoxius, carnis me vitio offendisse, ita vt ad eundem lapidem me denuò non offensurum statutum haberem: & fateor, licet castæ honestæq; cogitationes animo sæpe inciderent, momento inde horæ (malis omnibus deditum ac) pronum in vitia ruisse. ITA enim natura comparatum est, vt commisso peccato è vestigio pœnitentia subsequatur: & pœnitudine transacta ad idem peccatum denuò redeatur. DVM enim in carnis imbecillæ (fragilisq;) tabernaculo æuum agimus, sensuum appetitio dominium sibi vendicat, ratione ne primis quidem foribus admissa.

Τὸ ἀναμάρτητον θείας ἀντικρός ἐστι καὶ μοίρας καὶ φύσεως τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς οὐκ εὖ γενομένοις ἐρύθημα σωφροσύνης τὶς ἂν ἀπεθήνατο. *Synes. epist. 67.*

Sentit amans sua damna ferè, tamen hæret in illis. Ouid 4. Trist. 1.

Cogitationes bonæ similes conatibus expergisci volentium, qui superati soporis altitudine emerguntur. Aug. 2. dulcil. 2.

Mali sumus, fuimus, erimus. Sen. 1. benef. 10.

El amor a ninguno da honor, y a todos dolor. Adag.

Terrena secuti plus carnis, quàm mentis habent. Victor.

Nemo nostrum non peccat; homines sumus, non dij. Arbit. pag. 34.

Non sunt in rebus duo tam contraria, quàm voluptas carnalis & scientia. Philo, quòd Deus immutab.

Facilè est cuiuis comminisci sermones bonos in speciem: sed pro malis moribus bonos assciscere difficile. Philo. allegoriar. lib. 2.

In defectu rerum nihil operæ indulgere verbis. Symm. 1. ep. 9.

Λέγομεν τὰ καλὰ, ποιοῦμεν δὲ αἰσχρά. *Arrian. 3. 7.*

Quod sentimus, loquamur; quod loquimur, sentiamus; concordet sermo cum vita. Sen. ep. 75.

Nisi doctrinæ iungatur vita fideli, maiores facie coniuncta scientia pœnas. Alcim.

Inter spemq; metumq; & curas inter & iras omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Horat. 1. ep 4.

Nemo omnium Romæ est, qui in congressibus quotidianis non mirificum præ se ferat cùm virtutum cæterarum, tum in primis castitatis, veracitatis, pacis & taciturnitatis studium. At si illos, quibus cum versatur (ac rem habet,) & vicinios proximos interroges: fallacem, mendacem, blasphemum, bilinguem, periurum esse deprehendes: Ita nimirum ORATIONIS suauitate homines decipiuntur; operum improbitate dij offenduntur. PARVM prodest lingua virtutes buccinare, si ad opera manus ignaua sit. NEQVE enim iustus dicitur, qui bonus esse cupit; sed qui ad virtutem summo studio & labore contendit.

NIHIL est, quo magis homines mundi amantes mundus nequam infatuat, quàm vanis illos spebus lactando,

Deus conuersioni tuæ indulgentiam promisit, dilationi tuæ diem crastinum non promisit. Aug.

Ira Dei est non intelligere delicta, ne sequatur pœnitentia. Cypr. 1. ep. 3.

Ne te venturas differ in horas. Ouid. remed. 1.

† *pauci. I.* * *dies. G.*

Iterare promissa, fallaciæ meditatio est. Symm. 3. 13.

Nulli nos vitio natura conciliat. Sen. ep. 94.

Nulli tuta datur requies in carne caduca. Alcim.

γινώσκων τὰ κακὰ ἄνθρωπος ὅτι κακά ἐστι, ὁμῶς πράττει αὐτὰ, ἐξὸν μὴ πράττειν. *Plat. Protagor.*

Bonos laus, malos querela comitatur. Cassiod 5. 27.

Fallere insidiantes fas est, & decipere gloria. Idem. 7. 7.

Omnis cupiditas quantum diligitur, tantum ardescit, & peccatricem suæ carni configit maculam. Fulgent. mythol. 3.

Τὸν ἑτέρου ἐπιμελούμενον, τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι πᾶσα ἀνάγκη. *Epictet c. 8.*

Per seculũ sine contagione seculi transeamus. Cypr. tract. 2.

Qui alteri culpæ ducit officij negligentiam, pollicetur de se operam promtiorem. Symm. 3. 20.

Si operam medicantis expectas; oportet, vt vulnus detegas tuum. Boet. consol. 1. 4.

Haud sine aliquo morsu resilitur à malis, quæ voluptate tenuerunt. Fab. declam. 15.

Omnis inconueniens sodalitas mulierum: gluten est delictorum. Cypr. de singul. cleri.

ἡ σὰρξ κρατείσθω καὶ δαμαζέσθω καλῶς. *Nazian. Mono.*

Vtile propositum est sæuas extinguere flammas. Ouid. remed. 1.

ἐπαινοῦσι πάντες τὰ καλὰ ἐπιτηδεύματα, μιμεῖσθαι δ' αὐτὰ οὐδεὶς ἐθέλει. *Xenoph. polit. Lacedæm.*

Animus prauitate impeditus, delectum boni non habet. Nazar. paneg.

Quod vereor, amplector; quod amo perhorresco. Nazian. orat. 27.

Per actum carnis absorbetur intellectus. Aug. Rittersh. ad Op. 71.

Sepè boni peccant, vitiis perit obruta virtus. Alcim.

† *ego rebellis aduersus ipsos.*

Malum summum & acutissimum telum diaboli, mala mulier. Chrys.

Studium cum spe senescit; quod quis assequi non potest, sequi desinit. Vell. lib. 2.

Quàm diu viuimus, pugnamus, quàm diu pugnamus, periclitamur. August. in Euangel. secund. Ioh. serm. 42.

Inutiliter aliquid concupiscere, & in eo perseueranter morari, exitio vicina dulcedo est. Val. Max. 7. 3.

*quasi satis supersit ad amplectendam virtutem temporis. Interim enim DVM infelices & miseri vitiorum voragine mersi diem emendationis exoriturum sperant; sepulturæ prius nocte obruuntur. Quot vidimus, qui & hominibus promiserant, & dijs vouerant, & apud animum seriò statuerant, antequam † multi abirent * menses, virtutis studium sese amplexuros; quos paucos intra dies vermium famelicorum escam factos conspeximus?* 302

DII virtutis, mundus contrà & caro vitiorum nobis amorem suadent. SATIVS autem est, me iudice, deorum mandato obedire, quàm mundi carnisq́ voluntati morigerari. PRÆMIVM enim virtutis gloria; pœna vitij infamia est. Si animum Faustina aduertis; HINC à dijs ad virtutes, inde à mundo & carne ad vitia nos inuitari (atque impelli) videbis. (Qua in re) ego suaserim, vt virtutem nos amplexuros dijs ostendamus; mundo verò & carni, si temporis aliquid superfuerit, vitijs nos operam nauaturos spem faciamus. ITA enim opere dijs satisfacere, ita verbis mundum carnemq́ differre debemus, vt tantum vitæ honestati impendamus temporis, vti ne proferendo quidem verbo improbo spatium supersit.

Quicquid hactenus dixi, Faustina, contra me dixi, qui cùm inde à pueritia propositum semper habuerim, honestissimum; in vitijs tamen consenui. O quoties in iuuenta mulieres cognoui, earumq́ conuictu, colloquijs & consuetudine vsus sum! quoties ipsis credidi; quoties ab eis deceptus, & iniurijs ignominiaq́ affectus sum? At licet cùm penitus eas cognouissem, ab ijs discesserim & refugerim: tamen si decem dies ratione duce illarum commercio abstinui; vel decem hebdomadas, appetitu me reuocante, cum illis exegisse me fateor. O deos crudeles! ô mundum malum! ô carnem fragilem! Quid hoc quæso mali est, quòd AD VIRTVTES me ratio volentem ducit; libido verò etiam inuitum ad vitia rapit? Non me videre Faustina censes, quàm bonum sit, bonum esse; quàm malum, malum? Sed quid agam miser, qui nullum dignitatis & existimationis meæ hostem capitaliorem habeo, quàm ipsam carnem meam, quæ bellum inuito perpetuum facit? Quapropter DEOS semper oro, vt cùm † egomet mihi hostis sim, contra meipsum me tueantur.

Magnam quidem culpæ partem in hoc aspero bello caro; sed longè maiorem fœmina fatua & leuis sustinet. Si enim exploratum viri haberent, castas, verecundas, modestas, ac temperantes fore fœminas; in animum inducerent eas non expetere, nec tempus in sectandis eis consumerent, nec fortunas illarum obsequijs impenderent, nec tantas,

dum

dum illis potirentur, perferrent contumelias. CVIVS enim consequendi spes nulla affulget, eius persequendi cupi-
303 *ditas animum non inuadit. Sed quid faciemus, quæso, Faustina, cùm adeò nunc, quod melius ipsa, quàm ego, nosti, fœminis Romanis perierit pudor, adeoq; dissolutè fœminæ Italicæ viuant, vt viros ipsarum incuriosos exuscitent, fugientes vocent, discedentibus appropinquent, seueriores exhilarent, tacentes ad loquendum adigant? In summa SÆPE viris ioco amare incipientibus, ita se totas dedunt, vt mox illi ament seriò.*

Ingentem esse Faustina scito immoderationem carnis à natura viris insitam; sed longè maior est verecundia, quàm dij fœminarum indidêre faciei. Cùm ergo, quod res ipsa loquitur, immoderationem illam carnis viri non amittant, & vultus verecundiam fœminæ perdant; fieri non posse credo, vt vlla Romæ sit fœmina virtutis amans & casta. NIHIL autem ea ciuitate perditius, in qua verecundiam fœminæ perdiderunt. Quàm iustas, ô fœminæ, caussas habent fugiendi, qui vos fugiunt; latendi, qui latent; deserendi, qui vos deserunt; discedendi, qui discedunt; obliuiscendi, qui vos obliuiscuntur; peregrinandi, qui peregrinantur; auolandi, qui auolant; moriendi, qui moriuntur; tumulum subeundi, qui sepeliuntur, (potius, quàm vt vestris se dedant vanitatibus!) NIHIL enim in tumulo vermes præter carnem rodunt fragilem: at vobis & fortunæ, & dignitas & vita nostra prædæ sunt. VTINAM intelligerent animi generosi, quantam malorum Iliada mulierum familiaritas (nimia) secum traheret! Futurum iurarim, vt non modò demereri illas, quemadmodum nunc faciunt, desinerent; sed ne respiciendi quidem illas cogitationem susciperent.

Quid amplius Faustina vis dicam? quàm quòd è manibus vestris euadunt alij infames, tanquam effœminati; alij linguis vestris sauciati; alij factis vestris afflicti; alij fraudibus vestris decepti; alij † insatiabili animo à vobis contemti: alij ob inconstantiam vestram desperantes; alij cupiditatum vestrarum vanitate ex hausti, alij ob malè collocata beneficia indignantes: in summa cùm optimè cadit, omnes animo vestro spreti (illusique) & vanitate diuexati discedunt. Hæc igitur cùm sibi perferenda vir nouerit (vniuersa:) an non stultissimus est, qui vos vel amare, vel demereri vult? IVMENTVM sanè, quod semel in cœno adhæsit, ne verberibus quidem, vt eadem denuò transeat, cogi possit.

Proh, quantis sese periculis offert, cui cum fœminis res est! Si enim ipsas non amat, pro stolido; sin amat, pro leui,

Labori oportet incumbere, vbi effectus promittitur. Fab. decla. 6.

κακῶν γυναικῶν ἔρχα δ' ἥλεια φρὼ ποιεῖ μ' ἄθυμον πεμπιλεῖν τ' αὖω κάτω. *Aristoph. Lysistrat.*

Non est ratio conandi, vbi non est spes vlla complendi. Paneg. Flau.

Appetendi omnis conatus perit consequendi desperatione. Hiero.

Tousiours l' humilitè gaigne le cœur de tous; au contrarie l' vrguil attize le corrous. Ronsard. 4. 10.

Facilè irati verbo mutantur amantes. Propert. 2. eleg. 5.

Læsi seruit tamen ira mariti. Stat. Theb. 3.

Ampla satis forma pudicitia. Propert. 1. eleg. 2.

Qui flos tam pulcer, quam vultus virginis ad verecundiam institutus? Ælian. 13.

Virginem) pudorem gerere magis decet quam purpuram. Plaut. Pœnul. Negotii sibi.

Fœmina, amissa pudicitia, alia non abnuit. Tacit. annal. 4.

ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων πασῶν ἀναίδεια. *Eurip. Med.*

ἐδὲν ἔστω δεινὸν, ὡς γυνὴ κακή. *Planud. Adag.*

ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε, μάτην ὅδε μοθῶ· ἀλλᾶτα ὕβρις ἐμιὸν ἐρίθει μᾶλλον ἐρωμανίαν. *Silentiar. Epigram. lib. 7.*

Manifestato periculo, excitatur diligentia cautionis. Leo. serm. 5. de ieiun. X. m.

Demens est, qui perstat in errore. Sen. 4. benef. 36.

Fœmina virum, quem serpens tentare non ausus est, cibo oris & vi amoris inflexũ, molli quadam & conciliatricula vxoriæ sedulitatis adfectione traduxit. Ambros. Psal. 118.

Euentus stultorum magister. Liu. lib. 22.

Muta animalia cum fraude capiuntur, fiunt postmodum cautiora. Lact. 6. 24.

† *in humano.*

Εἰ Ἴις δύδασκ' τοὺς γυναικῶν σμικρὰν λαβὼ ἔδεν ἐμεῖψεσιν αὖτω λιπαρᾶς χειρουργίας. *Aristoph. Lysistr.*

Sicut muta animalia cibo inescantur; sic homines non caperentur, nisi aliquid morderent. Arbit. pag. 114.

Bruta vbi vel se, vel alia periclitari viderunt, locum suspectum habent. Polyb. lib. 15.

Il can scottato dall' aqua calda, ha paura anco della fredda. Adag.

De linna viene la tinna. Adag.

Fœmina mala naturalis tentatio, domesticum periculum. Chrysost.

† *timidum, inertem.*

Φίλαυτον γυνὴ, κὴ ζηλότυπον ἐ μετρίως, κὴ δεινὸν παραλύσαι ἤδη ἀνδρὸς. Phil. Stob. 609.

γυναικὸς ἀγαθῆς ἐπιτυχεῖν ἐ ῥάδιον. Diphil. Stob. 641.

τότε τὰς γυναῖκας δεδιέναι μάλιστα δεῖ ὅταν περιπλάττωσι ταῖς χρησταῖς λόγοις. Menand. Stob. 653.

Viscus merus (mulierum) est blanditia. Plaut. Bacchid. 1.

Mulieris illecebra maior est mundo. Fulgent. Mythol. 2.

Multiuola est mulier. Catul.

Le petit amour veut. estre touſiours des plus grands le maiſtre; & iamais il' na eſté compagnon de maieſté. Ronſard. 2. 149.

Γυνὴ πονηρὰ δέσποτε ἡμερεῖται, ἀλλ' ὑβριζομένη μαίνεται, κὴ κολακευομένη ἐπαίρεται. Chryſoſt. Stob. 608.

Cum male tractas, vxor fit peior, peſſima, quando bene. Morus. Epigram.

Qui touſiours prend & rien ne ſoult, l'amour de ſon amy ſe toult. Adag.

Serò clypeum poſt vulnera ſumo. Ouid. remed. 1.

Temporibus medicina valet, data tempore proſunt. Ouid. remed. 1.

Inſolens malum eſt beata vxor. Sen. 1. controu. 6.

Ὅμιλος ὁ γάμος ἄφοβος. Æſchyl. Prometh. vinct.

αὐδὴ μὲν ἔστιν ἐν χερσὶν μέγα θέλγος, γυναικὶ δ' ἐν γενέσι κὴ φίλοις τὰ πράγματα. Eurip. Androm.

Malam ſortitus coniugem, pœnas extremas tori larisq; ſuſtinet. Apul. lib. 9. aſin. aur.

Quis matrimonium renuat, quod dotalia duo regna ſequantur. Sylu. Hiſtor. Boem. 53.

Caſar y compadrar cada qual conſu ygual. Adag.

κακοδαίμων ἐγὼ, εἰς ἐμαυτὴν εἰσεκύλησα πράγματα. Ariſtoph. Θεσμοφ.

Calceus nouus & pulcer vbi me premat, nemo veſtrum nouit. Plut. Stob. 661.

M. Aurelio crimini datum, quod adulteros vxoris promouerit. Capitol. in.

Τῶν καλῶν σωτὴν ἔλα. Callim. Epigram. lib. 3.

Magnum eſt periculum ab aſinis ad boues tranſcendere. Plaut. Aulul. Præſagiebat mihi.

Τὸ πρὸς ὀσφῦν φασὶ κρέας εἶναι γλυκύ. Athen.

In malo aureo eſt, quod videas; non eſt, quod comedas. Fulgent. Mythol. 3.

habent; ſi ipſas negligit, † *tepidum; ſi ſectatur, nequam cenſent; ſi ipſis ſeruit, floccipendunt; ſi non ſeruit, oderunt; ſi ipſas vult, auerſantur; ſi non vult, ſectantur; ſi inſtat, importunum; ſi fugit; vecordem appellant; ſi loquitur, frigidum; ſi tacet, rudem vocant; ſi ridet, fatuum; ſi non ridet, truncum* 304
appellant; ſi dat, parui æſtimant, ſi nihil dat, triparcum dicunt: Poſtremò qui ipſas frequentat, infamis; qui non frequẽtat, viri nomine indignus cenſetur. Hæc ergo videns, audiens, ſciens quid faciet vir infelix, maximè ſi ſit paullo cordatior? ABSTINERE enim ſe à fœminis non ſinit caro; ſectari eaſdem non patitur ratio.

Omnino quidem perſuadent ſibi viri, delitiis & obſequiis ſeſe mulieribus ſatis facturos. Sed mihi credant NVNQVAM cupiditati mulieris ſatisfieri. Quin etiamſi vir, quicquid vel tanquam vir poteſt, vel tanquam maritus debet, faciat, & ſupra vires etiam neruos omnes contendat, proprioque inopiæ ſudore medeatur, & illius gratia diſcrimini ſeſe in horas ſingulas offerat; tamen ad extremum ingrata vxori erunt omnia, aliam ipſi cariorem, & quicquid faciat, dicis tantum cauſſa ab eo præſtari dictitanti.

Hæc cum iam pridem tibi, Fauſtina, dicere cupierim, hactenus diſtuli, futurum expectans, vt aliquam mihi dicendi iſta cauſſam præberes, cum iſta ſentiendi plurimas dederis. EA quippe ſapientibus maximè probatur oratio, quæ ad rem facit maximè. Sextus hic annus eſt, ex quo pater tuus Antoninus Pius me ſibi generum, tu me tibi maritum, ego te mihi vxorem legi, fatis ſcilicet mihi iratis ita volentibus, & Adriano domino meo ſic imperante. Antoninus Pius ſocer meus te, Fauſtina, vnicam filiam ſuam vxorem mihi dedit, adiecto dotis nomine Imperio ampliſſimo; idemque de theſauris ſuis bonam mecum partem communicauit; & Vulcani hortos animi recreandi gratia mihi adſignauit. Verùm vtrunque noſtrum deceptum credo: illum quidem, quòd me ſibi filium optauit; me verò, quòd te vxorem duxi.

Pater, Fauſtina, tuus, idemque ſocer meus Antonini Pij nomen meruit, quòd erga omnes pius (& miſericors) fuit, me excepto, in quem crudeliſſimus fuit; quippe qui EXIGVÆ carnis portioni os ingenti pondere addidit; cui quidem nec rodendo dentes firmos, nec concoquendo ventriculum ſatis calidum me habere fateor; imo quod omnium peſſimum, non ſemel, ne illo ſtrangularer, veritus ſum. Non poſſum, quin aliquid dicam, licèt acerbum tibi auditu futurum ſciam; ob formæ ſcilicet præſtantiam eximiam multis te amabilem; ob morum prauitatem omnibus

bus inuisam (ingratamque) esse. NIHIL enim aliud sunt fœminæ pulcræ, quàm catapotia deaurata, quæ aspectu oculis grata, gustu tentata insuauia sunt.

305 *Præclarè iuxtà mecum nosti Faustina, orto quodam die inter Drusum eiusque coniugem Brusillam, vicinos nostros, iurgio, cùm ad manus ventum esset, & ingens vtrinque clamor exaudiretur; his me verbis Drusum compellasse: Quid hoc rei est, Druse? Cùm & festum hodie sit matris Berecynthiæ, & prope illius ædem simus, & tam honoratus adsit cœtus, & quod caput, adeò formosam habeas coniugem; qui fieri potest, vt vllæ sint inter vos vixæ (& querimoniæ?) QVI vxores habent deformes, vt tanto citius illæ moriantur, nihil aliud quàm cum ipsis rixari: AT Qui vxores pulcras habent, vt diutius illæ viuant, indulgenter illas semper tractare debent. FOEMINÆ quippe formosæ, vel centum annos natæ, præmaturè; deformes verò etiam decimo anno serò moriuntur.*

Drusus, vt vir afflictissimus, sublatis in cœlum oculis ductoque ex intimis præcordiis gemitu; Ignoscat, inquit, mihi mater Berecynthia; ignoscat sanctissima illius ædes; ignoscat honestissimum hoc sodalitium! Ego, enim, ita me dij ament! me † Chaldæam nigerrimam, quàm Romanam pulcram vxorem duxisse mallem. Quò enim illa (candidior &) pulcrior; hoc atrior & miserior mihi vita est. Meministi profectò Faustina, verba hæc tam acerba proferenti Druso lacrymas de facie me absterssisse, cubitoque latus pupugisse, & in aurem, ne vlteriùs in sermone progrederetur, rogasse. Siquidem PROBOS maritos decet, si minùs eiusmodi vxores fuerint, acriter illas in secreto castigare, & in publico deinde plurimum honorare.

O quam infestis vteris Faustina fatis! quàm iniquè tecum dij partiti sunt! qui formam tibi & opes, quibus interires, dedere; optimum verò quod erat, nimirum vt prudens esses & bene morata, ad illa conseruanda tibi negarunt. Proh QVANTA intrat illo die domum viri calamitas, quo filia nascitur pulcra, nisi deorum indulgentia simul contingat, vt cordata & honesta sit! FOEMINA enim & iuuenis, & stulta & pulcra, cùm ciuitati damno; tum vniuersæ familiæ dedecori est. Crudeliter tecum, Faustina, deos egisse denuò dico, quòd in eos te prouexerunt sinus, vbi improbæ omnes † periclitantur, & vela tibi ac remos, quibus probæ omnes euadunt, ademerunt. XXXVIII. anni, quibus cœlebs vixi, totidem mihi dies visi sunt: at sexennio solo coniugij, sexcentos vitæ annos mihi peregisse videor. NVLLVS enim cruciatus appellandus est, præter eum, quem malè maritatus sustinet.

Si la pildora bien supiere, no la doraran de fuera. Adag.

πρὸς μὲν δὴ ταχέως τις σοφὸς γένηται, ἡδὺ γυνή, πρὸς ἄπαντα, φλογερὸν πάντοτ' αὐαπλόιδμον. *Pallad. Epigram. lib.* 1.

Nullæ sunt inimicitiæ nisi amoris acerbæ, Propert. 2. 9.

καὶ γυναιξὶν ὡς Ἄρης ἔνεστι. *Sophoc. Electr.*

Quasi venator tu quidem es; dies atque noctes cum cane ætatem exigis. Plaut. Casin. Vna edepol.

ἐδεὶς κάμνει ὠφελούμενος. *Aurel. Imp. lib.* 7.

κόρος δ' ἐδεὶς τῶν καλῶν. *Plat. Epigram. lib.* 3. *Obsop.*

τῶν ἀγαθῶν δ' ἀεὶ δεχόμεθα κόρον. *Leonti. Epigram. lib.* 3.

Ἀριστέλης ἐρωτηθεὶς διὰ τί τῶν καλῶν ὁ ἔρως, τυφλῶ, εἶπεν, ἡ ἐρώτησις. *Plutar. Stob.* 563.

ψυχρὸν παραγκώλισμα γυνὴ κακὴ ξύνευνος ἐν δόμοις. *Sophocl. Antigon.*

Omne in amore malum, si patiare, leue est. Propert. 2 5.

Nihil eorum, quæ damnosa sunt pulcrum, est. Plut. de vicioso pudor.

† *Æthiopissam, Indicam.*

Quod studeas ponere ferre graue est. Ouid. 2 amor. 4.

Maritale secretum non diuulgandum. Apul. Apolog. 2.

Bien souuent l'amitie par vn ioyeux combat, renforce de moitié. Ronsard. 5. 93.

τὸ ἀκόλαστον ἐν γυναικὶ εἰ μὴ καθ' ἡμέραν ἐπικόπτοιτο ὡς τῷ δένδρῳ καθυλομονεῖ. *Hippocr. Stob.* 661

La mugar polida, la casa suzia, la puerta barrida. Adag.

Formosis scuitas semper amica fuit. Propert. 2. 17.

Beaté auec chasteté sagesse accompagné, de richesse ieunesse auec continence, & vie illesse sans maladie, sont raement en compagnie. Adag.

Κάλλος ὀξύτερον πυρώσει βέλους, ὃ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥεῖ. *Plut. Stob.* 566.

Bonam ego quàm beatam me esse nimium dici mauolo Plaut. Pœnul. 2.

οἷς γάμοι μὴ πίπτουσιν εὖ, τοῖς τ' ἔνδον εἰσί, θ', τε ζῆν δυστυχεῖς. *Eurip. Stob.* 643.

Principes omnia facilius, quàm sua cognoscunt, Dio. lib. 55.

Post tempus prædæ præsidium paras. Plaut. Asinar. Hercle verò.

M. Aurelii diuina omnia domi militiæq; facta consultaq; , imprudentia regendæ coniugis attaminauit. Aurel. Vict.

Notißimum quodq; malum maximè tolerabile. Liu. lib. 21.

Multa diu tulimus; vitiis patientia victa est. Ouid. 2. amor. 10.

Nihil est , quo possit offendi, cui ignoscendi est consuetudo. Ambr. Luc. 16.

En casa de muger rica, ella manda siempre y el nunca. Adag.

Παθὼν ἕκαστος ὧν τύχῃ λέγει. *Sophocl. Stob.* 643.

Vxoris vitia aut tollenda aut ferenda. Gell. 1. 7.

Temeritas stulta & infelix. Liu. lib. 22.

Æquum est peccatis veniam poscentem reddere rursum. Horat. 1. Sat. 3.

Vxor seruari impudica non potest, pudica non debet. Hieron.

Custode & cura natura potentior omni. Iuuenal. sat. 10.

Stro in Schuen/Spindel im Sack/ ein Hur im Hauß/gucken allweg herauß. *Adag.*

Cui mens tam illiberalis, vt obiurgatione non corrigatur, is etiam ad plagas durabitur. Fab. lib. 1. cap. 4.

Qui delicti sibi sunt conscii, tamen cum male audiunt, obirascuntur. Apul. apolog. 1.

ὅταν προσκόπτης ἐπίτινος ἁμαρτίᾳ, εὐθὺς μεταβὰς ἐπιλογίζου, τί παρόμοιον ἁμαρτάνεις. *Aurel. Imp. lib.* 10.

Repentina mentem frangunt , præuisa assuefaciendo affligunt minus. Heliodor. lib. 1.

Nemo miles ad bellum cum delitiis venit. Tertull. ad martyres.

ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κυνότερον ἄλλο γυναικός. *Homer.* Οδυσ. δ.

Ein blind Man/ ein arm Man/viel ein armer Man/der sein Weib nicht zwingen kan. *Adag.*

Luctando accendimus ignem. Ouid. 1. amor. 2.

Quò plus potest vir , eò moderatius vti imperio debet. Liu. lib. 34.

Sapiens non tam pugnam quam victoriam quærit. Saresber. 3. 14.

Varium & mutabile semper fœmina. Virg. Æn. 4.

Nulla diu fœmina pondus habet. Propert. 2. 26.

Mulieres sibi nimis placent; minusque operam dant , vt placeant viris, Plaut. Pœnul. Fuit hodie,

Hoc mihi crede Faustina , si quod nunc scio , priùs sciuissem, & quod nunc sentio , priùs sensissem ; nec deorum iussu, 309
nec Adriani domini mei precibus adduci potuissem , vt meam cum opulentia tua pauperiem , cum Imperio tuo quietem cõmutarem. Verùm postquam tuo bono , meo malo sors ista me contingit , MVLTA taceo , plura fero. Et si autem multa in te, Faustina, dißimulanter tuli; adeò quidem vt ampliùs iam nequeam : Hoc tamen fateor , NVLLVM virum tanta vti erga vxorem tolerantia, quin maiorem eidem debeat, si scilicet & ipse virum se , & ipsam mulierem esse cogitet. QVI enim (vltrò (inter vrticas sese abiecit, quid aliud inde, quàm pustulas auferat ?

Cùm magna sit mulieris, quæ iurgio cum marito contendit , confidentia ; STVLTISSIMVS vir est , qui iudicio coniugem palàm arceßit. Si enim bona est; fauore prosequenda est , vt melior fiat : Sin mala ; toleranda , ne deterior euadat.

MAGNVM vxori ad improbitatem calcar est , si à marito minimè probam se iudicari cogitet. EA quippe est fœminarum ambitio , vt quas improbas esse luce meridiana clarius est , se probitate omnes vincere credi à nobis velint. SI deorum timor , infamia propria , sermones vulgi ab improbitate fœminam non reuocant ; ne omnibus quidem , mihi crede Faustina , quæ poßunt excogitari , castigationibus inde abducetur. OMNIA quippe delicta humana castigari se patiuntur; sola mulier , cùm deliquit , etiam vltrò supplicari sibi vult. VIRI quidem animus generosus; at mulieris ita delicatus est , vt exigui benefacti amplum præmium; magni delicti nullam pœnam velit.

Antè quàm vxorem ducat vir prudens , quid agat etiam atque etiam cogitet. At posteaquam societatem cum fœmina inire iam decreuit eodem , quo in militiam profecturus aliquis, animo sit, obfirmato scilicet ad omnia, quæcunq; euenerint. Non temere bellum voco vitam, quam coniuges infelices domi agunt. ACRIVS enim bellum nobis fœminæ linguis, quàm hostes lanceis faciunt. Magna est in viro cordato inscitia , cuncta coniugis delicta scrupulosè ad rationes reuocare. SI enim OMNIVM quæcunque fœminæ vel dicunt, vel faciunt , voluerint viri inire rationem ; neque finem neque rationem vllam inuenturos sese sciant.

Si vnam rem semper cuperetis fœminæ Romanæ , si vnam affectaretis , si in vna perseueraretis ; vel propriis impensis gratificari in ea vobis , Faustina , viros iuuaret. Sed quid dicam ? Quod nunc vobis placet, paullò pòst displicet; quod ma- 307
nè petitis, meridie aspernamini; quo meridie delectabamini, eo vesperi offendimini ; quod vesperi amabitis , id manè odio habetis

habetis; quod heri magni æstimabatis, id hodie floccipenditis;
307 *cuius videndi desiderio superiore anno tantùm non moriebamini, id hoc anno ne audire quidem sustinetis; quod lætitiam vobis modò afferebat, id nunc mœrorem vobis summum affert; quod fletu prosequi vel debebatis vel solebatis, id nunc risum vobis mouere videmus. In summa PVERIS similes estis fœminæ, qui malo placati, aurum humi abiiciunt (nulla habita precij ratione.)*

Sæpe quidem apud animum cogitaui meum, an leges possem tradere, aut literis mandare, quibus obseruatis, pace frui domi suæ viri possent. Sed tum ratione, tum experientia tecum, Faustina, propria edoctus, intelligo, FIERI non posse, vt vlla coniugibus lex feratur, (& vt maximè feratur, parum tamen ipsis illam profuturam;) cùm SINE lege fœminæ viuant. Nihilo tamen secius præcepta nonnulla tradam, de mutua inter coniuges tolerantia, deq; vitandis, si voluerint, (rixis &) contentionibus. VIRIS enim & vxoribus inter se belligerantibus, pacem habere ciuitas nullo pacto potest. Quæ opera si mihi infelici (& infortunato) marito, parum profuerit; alijs, quibus bonæ (forsitan) sunt vxores, seruiet. SÆPE enim quod oculis non prodest collyrium, † calcaneo prodest.

*Non sum nescius, fore, vt ob ea, quæ vel dixi, vel dicturus sum, & tuas, Faustina, & tui similium in me inimicitias capiam, quòd scilicet verba, non animum dicentis spectatis: Sed deos testor immortales, nihil me spectare aliud, nisi vt bonas, quæ multæ sanè sunt, commonefaciam, & malas, quæ non pauciores, castigem. Quod si neque his, neque illis fidem fecero, hæc animo dici, quæcunque dicuntur, optimo: non idcirco probas ab improbis, & improbas à probis desinam secernere (& internoscere.) Mihi enim BONA vxor phasiani instar videtur esse, cuius parui plumas, magni carnes æstimamus: MALA verò instar * vulpis, cuius in precio pellem habemus; carnem spernimus & abiicimus. Feram ergo leges, quibus obseruatis pacificè mariti cum suis viuent vxoribus.*

Sit igitur hæc prima lex: Vxorem stomachantem (& iracundam) placidè maritus & æqua mente tolerato. NVLLVS enim in terris serpens adeo venenatus est, vt fœmina ad iram commota.

II. Operam maritus dato, vt quantum omnino fieri potest, de omnibus vxori prospiciat, quæ tum ipsius, tum domus necessitas postulat. SÆPE enim accidit, vt res necessarias inuestigaturæ fœminæ, in superuacaneas & parum honestas impingant.

Animum ne crede puellis: Namque est fœmineæ tutior vnda fide. Q. Cic. Auson. Scalig. pag. 345.

Hodie veniet, si qua negauit heri. Propert. 2.15.

Immoderatum ingenium, in quæcunque proruerit, modum non habet. Apul. de philos.

Cabello luengo, y corto el seso. Adag.

Puerâ omne ludicrum in precio est. Sen. ep. 95.

Ὅς ἂν ἢ πάσας σωφρονεῖν ψευδῆ λόγῳ γυναῖκας, ἐξῆς σοφός ἐστι, κἀ σοφός. *Eurip. id. Obsop. Epigram. lib.* 1.

Ἄρχε ἀπὸ σαυτοῦ, καὶ σεαυτῶν πρῶτον ἐξέπεζε. *Aurel. Imp. l.* 10.

Domum suam coërcere plerisq; haud minùs arduum, quàm prouinciam regere. Tacit. Vit. Agric.

Φίλαυλον γυνὴ, καὶ ζηλότυπον ἀμετρίως, καὶ ἀλγεινὸν παραλυτικὴ ἤδη ἀνδρός. *Stob.* 609.

Domi victa libertas virorum impotentia muliebri, in foro quoq; obteritur & calcatur. Liu. lib. 34.

Nulla lex satis commoda omnibus est. Idem. ibid.

Sine legibus respublica, non est respubl. Oros. 7. 43.

† *talis..*

ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον βίον ἀξιελέγκτως μισεῖται. *Arrian.* 1.26.

Inter coniuges pullulent quotidie honor, gratia, amor mutuus atque fides. Plut. præcept. coniug.

Optima nulla eligi potest; alia aliâ peior. Plaut. Aulul. 3.

Wenn eine zur Bübin wird / so erfehrts jhr Mann am letzten. *Adag.*

Δολερὸν κέαρ, οὐλον ἦτορ. *Oppian. κυν. γ.* 145.

Γυναῖκές εἰσιν ἐξαπατᾶν εἰδυῖαι. *Aristoph. ἐκκλησ.*

* *martis.*

Leges coniugales ex antè dictis concinnatæ.

Necesse est rectũ fieri, quicquid ad sanam applicatur regulam. Philo de Gigantib.

1. *Maritus multa dissimulato.*

Castigare irascentem & vltrò obuiam ire, incitare est. Sen. 3. ira. 40.

Frangitur in tacito fœmina sæpe viro. Propert. 2.19.

2. *Necessaria procurato.*

Miserum illum virum, qui quod ipse non dedit, datum ab alio videt. Liu. lib. 34.

Δεινὸν ἐν ὀφθαλμοῖσι ἀκοίτεο ἀμφαδὸν εἰσορόωσαν ἐπ' ἀγρέσι δηλυτέρησι. *Coint.* 14. 54.

3. *Praua sodalitia arceto.*

Κακῶν ὁμιλῶν καὶ κακὸς πάντως ἔσῃ. *Nazian. Stob. 69.*

Con mala persona el remedio, mucha tierra en medio. Adag.

4. *Modum vbiq; teneto.*

Zu wenig vnd zu viel/ verderbt alle Spiel. *Adag.*

Nihil decorum est sine modo. Saresber. 8. 12.

Meretrix præsumitur, quæ alienas domos frequenter intrat. IC.

5. *Cum vxore ne contendito.*

Ἵνα γὰρ δέῃ, ἔνδον καὶ αἰδῶς. *Plat. Stob.* 382.

αἰδὼς οἰκουρὸν πάντων γλυκύτερον καὶ κρεῖσσον. *Nazi. ad Olympiad.*

6. *Vxori fidito.*

Doue è amore, quivi è fede. Adag.

Vult sibi quisque credi, & habita fides ipsam plerunq; obligat fidem. Liu. lib. 22.

7. *In partem curarum eam admittito.*

Ad labores non minùs quàm ad voluptates vxor ducta est. Pontan. 3. obed. 3.

Vxor familiæ domina æquè atq; ipse vir. Dion. lib. 2.

8. *Tempori seruito.*

Wer das Fewer will han/ muß den Rauch leiden. *Adag.*

Sint pari libra grauitas comitasq;. Plin. 9. ep. 9.

9. *Iurgia cum vicinis auertito.*

ὀργῆς μαρτύρια εἰσὶν αὗποι λόγοι. *Æschyl.*

Buon cauallo & mal cauallo ueole sprone; & buuonua femina & mala femina uuol bustone. Boccat. 99.

10. *Delinquentem priuatim corripito.*

Πολλάκις δεσπότου ὀργιζόμενοι μείζω κακὰ ἔπαθεν ἢ ἐποίησαν. *Xenoph. 5. rer. Grac.*

Cum vxore præsentibus extraneis non iurgandum. Cleobul. Laërt. lib. 1.

11. *Manus ab illa abstineto.*

οἱ λόγοι καταπαλαίουσιν λόγους. *Eurip. Iphig. Aul.*

Turpe, vir & mulier iuncti modò protinus hostes. Ouid remed. 2.

12. *Coram vicinis ipsam laudato.*

Ni caualgues en potro; ni tu muger alabes à otro. Adag.

Omnis in fœminas venit maritorum prædicatione reuerentia, Fab. declam. 18.

III. *Vt cum hominibus bonis vxor familiariter conuersetur, maritus curato. SÆPE enim indignantur & vociferantur fœminæ, non tam à viris prouocatæ, quàm vicinorum improborum calumnijs & iniurijs irritatæ.*

IV. *Vt nulla in re modum excedat vxor, mariti cautio* 308
esto; vt videlicet neque perpetuò domi clausa sedeat, neque leuissima quaq; occasione domo abesse sinatur. Nam VXOR ambulatrix & famam suam periculo, & rem familiarem (mariti) damno exponit.

V. *Ne in certamen cum vxore descendat, maritus caueto, ne scilicet verecundiam (erga ipsum) illa abijciat. QVÆ enim semel verecundiæ erga maritum fines transiit vxor, bene & nauiter impudens esse consuescit.*

VI. *Talem sese maritus præbeto, vt vxori fidem apud se esse ostendat. TALI quippe est ingenio fœmina, vt quod neutiquam facturam credidisses, tanto faciat promptius: (vt quod fieri ab ea nolles, faciat citius; quod fieri velles, omittat.)*

VII. *Maritus prospicito, vt rei familiaris curam neque totam fidei credat, neque potestati penitus adimat vxoris. SI enim RES familiaris omnis vxoris curæ committitur; parum augetur: sin ab ea penitus excluditur, & suspecta habetur (vxor;) multa furtim subducit.*

VIII. *Vultum vxori maritus modò hilarem, modò tristem ostendito. EO quippe SVNT ingenio fœminæ, vt viros hilaritatem vultu præ se ferentes ament; tristitiam ostendentes metuant.*

IX. *Diligentissimè caueto maritus, si prudens est, ne cum vicinis aut alienis iurgia litesq; moueat vxor. Sæpe enim Romæ euenire vidimus, vt ob vnicam vxoris cum vicina contentionem, & vitam maritus, & fortunas vxor amiserit, & ingens in ciuitate perturbatio fuerit orta.*

X. *Eam præstato maritus tolerantiam, vt si quid vxorem videat delinquere, non alibi quàm priuatim illam corripiat. NIHIL enim aliud vxorem coram arbitris castigans maritus facit, quàm quòd in cœlum expuens, oculis sputa rursus excipit.*

XI. *Sibi temperato maritus, ne castigandi gratia manus vxori afferat. QVÆ enim verbis asperis, & amaris non emendatur vxor, ne fustibus quidem aut pugionibus cæsa corrigetur.*

XII. *Qui pacificè cum vxore cupit viuere maritus, plurimùm apud vicinos & alienos eam laudato (& prædicato.) Præter cætera enim HOC BONI mulieres omnes habent, vt ab omnibus laudari velint, & à nemine culpari se (corrigiq;) patiantur.*

XIII. Ca-

309 *XIII. Caueto maritus, ne audiente vxore sua fœminam laudet alienam. Ita enim comparatum est fœminarum ingenium, vt QVO DIE fœminam vir in ore alienam habet, eo de corde illum suo coniux, aliam ab illo amari, se verò contemni iudicans, euellat.*

XIV. Ante omnia monitus esto maritus, vt quamuis deformis sit vxor, formosissimam illam esse & dicat & ipsi persuadeat: NIHIL enim maiores inter coniuges turbas ciet, quàm si ob deformitatem vxor à viro se cogitet repudiari.

XV. In memoriam subinde maritus vxori reuocato infamiam, & sinistros de improbis in ciuitate sermones. FOEMINÆ enim, vt sunt auidæ gloriæ, ne de se dicatur, quod de alijs dicitur, fortè non facient, quod aliæ faciunt.

XVI. Ne plurium colat (vxor) amicitias, (maritus) prospicito: SÆPE enim vxoribus amicitias contrahentibus vetitas, grauissimæ inter coniuges oriuntur contentiones.

XVII. Cuicunque vxor malè vult, eidem malè se velle maritus simulato, & fidem illi facito. ITA enim ingenium est mulierum, vt si, quod ipsæ oderunt, maritus amet, quicquid ille amat, mox oderint (& auersentur.)

XVIII. In rebus parui momenti vxori maritus vehementius contendenti cedito & annuito. MAGIS enim victoriam vel in mendacio adepta mulier, quàm decies mille sestertiûm censu aucta lætatur.

Nihil addam hîc amplius, Faustina, nisi vt te à me respici respicias, te à me videri videas, te à me obseruari obserues; & ante omnia, meam conniuentiam ad vitæ tuæ emendationem satis esse debere arbitreris. * *(Sic enim habeto, si quis mihi inimicus est, vbi ita nos viderit inter nos animatos, plenam illam inimicitiarum futuram esse vltionem.)*

CAPVT XXII.

M. Aurelius Imp. sermonem cœptum persequens de claue petita pressius respondet.



POSTQVAM è corde virus expressi inueteratum; petitioni iam tuæ, Faustina, respondebo. EA quippe petitionum & responsionum inter sapientes lex est, ne quod lingua verbum, nisi data à corde venia, proferat. Medicorum illud est, NON prodesse ægroto remedia, ni-
310 *si stomachi prius oppilationes remoueantur. Ad eundem modum CVM amico nullus, quemadmodum par est, loqui potest, nisi quanam ab illo re sit offensus, prius aperiat.*

13. *Alienus ne prædicato.*

Excitatur laude æmulatio. Fab. 1. c. 3.

Ne amor, ne signoria non voglion compagnia. Adag.

14. *Deformitatem ne exprobrato.*

Maius decus adfert deformi amor moribus conciliatus probis, quàm si ob pulcritudinem amaretur. Plut. præcept. coniug.

Delectant etiam castas præconia formæ. Ouid. art. 1.

15. *Malarum infamiam ipsi proponito.*

De reprehensione antecedentis exempli nascitur emendatio. Symmach. relat.

Coniuges per mutuam caritatem sese inuicem anteponant. Tacit. Agricol.

16. *Amicitiis implicari illam ne sinito pluribus.*

Multum in amore fides, multum constantia prodest. Proper. 2. 27.

Mulier viri amicis vtatur. Plut. præcept. coniug.

17. *Eosdem quos ipsa, odio habeto.*

Maximum amoris mutui signum, eosdem amare. Plin. paneg.

οὐ χρὴ σ' ὁμοιοῦσθαι κακοῖς, οὐδ' αὐτιτείνειν νήπι' αὐτὶ νηπίων. *Eurip. Med.*

18. *In paruis cedito.*

Consanguineæ caritatis inuincibilis ardor maritale obumbret imperium. Fulg. Mythol. 3.

Et vincere & vinci scire pulcrum, vbi perniciosum vincere. Plut. de lib. educ.

Ταῦτ' εὖ φρονῶν σ' ἐπῆλθον οὐκ ὀργῆς χάριν. ἢν δ' ὀξυθυμῆς, σοὶ μὲν ἡ γλωσσαλγία μείζων, ἐμοὶ δὲ κέρδος ἡ προμηθία. *Eurip. Androm.*

* *Ex versione Gallica addita.*

ἐξ εὐτυχοῦς, ἥδιστον, ἐχθρὸν ἄνδρα δυστυχοῦνθ' ὁρᾷν. *Eurip. Heraclid.*

Τὸ γυναιξὶν αἰσχρὸν ἐν γυναικὶ χρὴ στέγειν. *Soph. Stob. 659.*

Θνατοῖς ἐν γλώσσῃ δολία νόσος. ἀχάλινος ἀφροσύνα τίκτει πολλάκι δυστυχίαν. *Theocr. Epigr. lib. 4.*

Τοῦτό ἐστιν ἀρετὴ, ἔκκλισις ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησις ἀγαθοῦ. *Basil. Stob. 32.*

Mucho vale y poco cuesta à mal hablar buena respuesta. Adag.

Prima pars disciplinæ culpam auertere; secunda virtutem inducere. Ambros. de viduis.

Si inimicus insultat, ferendus est; Amicus si errat, docendus; si doceat, audiendus. Saresb. 3. 14.

Eiice, quod malum est, vt quod bonum est, percipere possis. Augustin. manual. cap. 26.

Non intellecti nulla est curatio morbi. Gal.

Precibusq́ minas regaliter addit. Ouid. Med. 2.

Amicorum ineptæ & absurdæ petitiones, non acerbè sed mansuetè sunt reijciendæ. Plut. præcept. polit.

Verba & componere fraudes, hoc vnum didicit fœmina semper opus. Propert. 2.10.

Ein from Weib ist deß Lebens Heil/
Man findets aber selten feil. *Adag.*

Quatuor fœminarum vitia.

1. *Cupiditates immoderatæ.*

φιλεῖ τᾷ δυστρόπῳ γυναικῶν ἁρμονίᾳ δύστανος ἀμηχανία συνοικεῖν. *Eurip. Hippol.*

Maiorem famem habent, quàm ventrem. Sen. ep. 89.

2. *Præpropera festinatio.*

Tardum est differre, quod placet. Arbit. pag. 7.

Est omne desiderium post spem impatientius. Pacat. paneg.

3. *Peruicacia obstinata.*

Ne contumaciam cum pernicie, quàm obsequium cum securitate malis. Tacit. hist. 5.

Nulla in re domesticâ maior est pestis, quàm vxoris insolentia. Pontan. 3. obed. 7. extrem.

4. *Impatientia morosa.*

No es cosa mas propria del que ama, que la impatientia. Cel.

Ὅταν γυνὴ ἐς εὐνὴν ἠδικημένη κύρῃ, οὐκ ἔστιν ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα. *Eurip. Med.*

Nunquam temere tinnijt tintinabulum; nisi qui illud tractat aut mouet; mutum est. Plaut. Trinum. Huic ego diei, extrem.

Lex non debet fieri propter bonas fœminas, quia raræ sunt; sed propter malas, quia multæ. IC.

Manns List ist behende/
Frawen List hat kein Ende. *Adag.*

Γυναῖκες ἐς μὲν αἰσθλ' ἀμηχανώτατα, κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώτατα. *Eurip. Med.*

Qui nihil contra morem cupiunt, nihil per metum vetantur Tacit. annal. 3.

Νόμους τίθεσθαι ἀνθρώποις ἀναγκαῖον, καὶ ζῆν κατὰ νόμους. *Plat. de ll. 9.*

Est quædam proxima innocentiæ verecundia, præbere se legib. Sen. 7. contr. 8.

Quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat. Liu. lib. 1.

ἔνεστι κἂν θεῶν γένει τόδε, τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο. *Eurip. Hippol.*

πλοῦτος ἄριστος ἡ τῶν ἐπιθυμιῶν πονία. *Clem. Stob. 782.*

Maximum studium antiquis non solùm obseruandæ, sed etiam amplificandæ religionis fuit. Val. Max. 1. c. 1.

Res Deo deuotas nemo sibi adsciscere potest. Alex. 3. 22.

ANTE enim fundamenta, si labefactata sint, instaures oportet, quàm nouam superstruas molem.

Clauem tibi museoli Faustina mei vis dari, additis minis, illa negata, te abortu mox facto (partu scilicet appropinquante) perituram. Ego verò nec verba, nec petitionem tuam miror, nec quod feceris, mirabor. Vos enim FOEMINÆ in concupiscendo immoderatæ, in petendo festinæ, in agendo peruicaces, in tolerando impatientes estis.

Non sine causa fœminas in concupiscendo immoderatas esse aio. SVNT enim res nonnullæ, quas fœminæ desiderant, ita absurdæ, vt neque mortuis visæ, neque viuis auditæ vnquam fuerint.

Præproperas in petendo fœminas non frustra dixi: Eo quippe sunt ingenio fœminæ Romanæ, vt simul atque in mentem illis venit aliquid concupiscere; extemplò id linguam petere, pedes vestigare, oculos spectare, manus (capere &) seruare, imò cor ipsum amare iubeant.

Non temere in agendo peruicaces fœminas esse dixi. Nam si cuius fœmina Romana imminet exitio; neque ab accusando illo verecundia, neque à persequendo egestate, neque ab occidendo animaduersionis timore reuocatur.

Impatientes denique in tolerando fœminas non frustra dixi. Nam hoc mulieres quædam, non omnes dico, sunt ingenio, vt nisi illarum cuipiam è vestigio, quod volebat, aut petebat, datum sit; vultum mutet, lingua conuicietur, clamoribus domum repleat, totam offendat viciniam; spumas denique ore emittat, vt nemo illo die compellare ipsam audeat.

Luculentam habetis grauidæ occasionem, quòd abortionis prætextu omnes cupiditates vestras à nobis expleri vultis. At quando Senatus, Camilli illius fortunati æuo, legem in honorem Romanarum prægnantium tulit; non adeo libidinosæ erant fœminæ. Iam verò nescio quo pacto OMNIS boni fastidio, & absurdo omnis mali appetitu laboratis vniuersæ. Itaque causam tibi, Faustina, latæ legis illius explanabo; Ita an illius frui beneficio debeas, videbis. LEGES enim tum iuga sunt, sub quibus mali arant; tum alæ, quibus boni volitant & libero cœlo fruuntur.

Cùm Camillus Romanorum dux in bellum proficisceretur; matri Berecynthiæ votum fecit, si dijs fauentibus victor reuerteretur, statuam se illi argenteam positurum. Cùm ergò, parta de hostibus victoria, votum matri Berecynthiæ vellet soluere: neque ipse diues, neque vlla argenti selibra Romæ erat. Illa enim tempestate ROMA virtute præstantium diues, & pecuniarum inops erat. Nec ignoras Faustina, priscos illos maiores nostros, & religiosos

Deo-

Deorum cultores, & deuotos templorum (à se munificè ex-
311 *tructorum) veneratores, (cultuique diuino prorsus deditos) nulla neque inopia, neque desidia fuisse impeditos, quò minùs vota (diis facta) exoluerent; quod adeò sanctè Romani obseruabant, vt triumphum nulli duci darent, nisi & iuratus, num quod votum fecisset, aperiret, & quomodo id soluisset, doceret. Florebat autem illo æuo Roma & ciuium præstantissimorum, & Philosophorum Græcorum, & ducum fortissimorum & ædificiorum splendidissimorum copia: & quod caput est, à nequitia quidem (inanissima &) vacuissima; excellentibus verò matronis refertissima erat. Nec sanè perfunctoriè; sed pleno potius ore deprædicant historici prisci præstantissimas illas fœminas antiquas. NON minus enim bonis ad rempub. fœminis, quàm fortibus ad bellum ducibus opus est.*

Cùm ergo adeò virtute & generositate præstarent matronæ illæ Romanæ; à nemine vel compellatæ vel admonitæ, in Capitolium statuerunt vniuersæ ascendere, vbi in frequentissimo Senatu & monilia ex auribus pendentia, & annulos digitorum, & brachiorum armillas, & vittarum vniones, & collorum torques, & pectorum bullas, & corporum cingula, & cingulorum fibulas, & vestium clauos (& quicquid auri, argenti gemmarumque habebant) obtulerunt ac dono dederunt.

Cùm autem ad pedes Senatus tantam opum vim matronæ Romanæ posuissent; omnium nomine, quod annales illius temporis referunt, ita Licinia locuta est: Non monilia, P. C. quæ ad faciendam matri Berecynthiæ statuam damus; sed hoc magni æstimetis, quòd vitam filij maritique nostri victoriæ consequendæ impenderunt. Quòd si omninò aliquo in numero hoc qualecunque meritum nostrum habere libet; non exiguum id, quod offerimus; sed quod eramus, si facultas adesset, daturæ, respicite.

Ac sanè Romani, licet multum fuerit, quod matronæ dederunt; PLVRIS tamen voluntatem, qua dabant, quàm id, quod dabant, æstimarunt: cùm quidem tantas donarint opes, vt non solùm ad exoluendum votum ponendamque statuam sufficerent; sed ad bellum etiam prosequendum sumtus superessent. Cæterùm quo die monilia matronæ in Capitolio sua præsentarunt; mox quinque illis priuilegia sunt à Senatu concessa. Nam quo tempore Roma florebat, NVLLVM accipiebat Respub. beneficium, quin summam declararet in referenda gratia magnificentiam.

Damnata voti ciuitas nullius rei potiorem curam, quam religione se exoluendi habeat. Liu. 5.

Quod in diuinis rebus sumas, sapienti lucro est. Plaut. Milit. cohibite intra.

L'honneur est le seul prix que demandent les Dieux, Aussi l'homme mortel ne leur peut donner miex. Ronsard. 7. 62.

εὔχομαι καὶ οἴκοι καὶ ἐπὶ τῶν κοινῶν ἱερῶν ὑπερχεῖν τῆς ἀδικίας τὴν δίκην, καὶ πονηρίας ἐκκαθαρθῆναι τὴν πόλιν. *Synes. epist.* 121.

Cretensium acerbissima erat imprecatio, vt ii, quos deuouebant, mala delectarentur consuetudine. Alexand. 3. 22.

Quid prodest foris esse strenuum, si domi malè viuitur? Valer. Max. 2. 4.

Eadem est viri ac mulieris virtus. Plutar. de virt. mulier.

Matronæ communi decreto aurum & omnia ornamenta sua in ærarium detulêre. Liu. lib. 5.

Donantis liberalitas, non accipientis voluntas donationem efficit. IC.

Nihil paruum, in quo magnæ gloriæ locus est. Curt. lib. 9.

Donum animo ac voluntate eorum, qui libentes darent, quam re maius ampliusq; acciperent. Liu. lib. 22.

Exemplorum hæc est natura, vt persuadendo simul oblectent. Plutar. de virtut. mulier.

En tiempo y lugar, el perder eganar. Adag.

Vice miraculi habetur, cum mulier donat. Bald.

Non precium rei æstimatum, sed occasio liberalitatis est honorata. Valer. Max. 5. 2.

Mihi videntur beneficia plus conferre præstanti. Symm. 7. 46.

Magis ex quanto quis agat, quam quantum quis faciat, pensandum. Chempis.

Sola voluntatis forma monetat opus. Tobias.

Pro benefactis sola boni animi exoptanda merces. Symm. 7. 52.

Quintuplex honor ab Senatu matronarum munificentiæ habitus:

οὐ τὸ ἔργον, ἀλλὰ τὴν βούλυσιν κρίνει ὁ νόμος. *Bas. de virg.*

Pondus ab singulis auri acceptum, æstimatumq;, vt pecuniæ soluerentur. Liu. lib. 5.

Officiorum diligentia fructu vicissitudinis incalescit. Sym. 3. 71.

Gloria cuique sua est. Tib. 1. 4.

Seculo bono laudem perennem pia facta conciliant. Sym. 4. 68.

Primùm matronis Romanis Senatus conceßit, vt funebri die publica oratione laudarentur, earumque virtutes prædicarentur. Antiquitus enim non licebat oratoribus nisi viros defunctos pro concione laudare; cùm mulierum funera ne quidem comitari viris licitum esset.

II. Concessum illis fuit, vt in templis sederent. Antiquitus enim quoties rem diuinam Romani faciebant, senes sedebant, sacerdotes † humi se prosternebant, mariti se acclinabant; fœminis verò, licèt nobilibus (& claris natalibus,) neque loqui, neque sedere, neque se acclinare fas erat. 312

III. Concessum illis fuit, vt binas singulæ vestes preciosas haberent, iisque non petita à Senatu venia vterentur. Antiquitus enim si qua ciuis Romana absque Senatus permissu vestem aliquam vel gestaret, vel compararet (nouam;) illâ mox priuabatur; maritus verò, quòd id permisisset, in exilium ire iubebatur.

IV. Concessum illis fuit, vt in morbis grauioribus vino vterentur; cùm consuetudinem fœminæ Romanæ haberent inuiolabilem, vt vel in præsentißimo vitæ discrimine nō vinum, sed aquam biberent. Quo enim tempore disciplinæ seueritas Romæ vigebat, maiori infamiæ fœminæ erat vinum bibere, quàm adulterium committere.

V. Concessum illis fuit, ne matronæ Romanæ vtero graui quicquam negaretur. Maiores enim nostri, nescio quo fine, magis grauidarum, quàm puerperarum habuêre rationem.

Hæc quinque priuilegia, quæ matronis Romanis data sunt, iustißima profectò fuêre, & promtißimâ, mihi crede Faustina, Senatus voluntate concessa. QVID enim rationi magis consentaneum, quàm summæ fœminarum probitati summos ab omnibus honores haberi? Cæterum quintæ illius legis, quæ negari quicquam prægnanti vetat, ferendæ quam habuerit caussam Senatus singularem, tibi, Faustina, explanabo.

Nunquam prisci tam Latini, quàm Græci sine grauißima caussa leges subditis aut mandata dabant. MVLTA enim mandata partim malè custodiuntur, partim multorum caussam præbent malorum (& turbarum.) Itaque optimè fecisse priscos legum multitudinem fugientes, nemo est qui neget. SATIVS enim est hominem rationis in vita ductum, quàm legis præscriptum sequi.

Anno ergo ab vrbe condita CCCLXIII. Fuluio Torquato bellum cum Volscis gerente; Romam equites Mauritani virum vnoculum, in desertis Ægypti in veneratione captum adduxerunt, iis ipsis diebus, quibus Torquati vxor,

(Macrina

1. Laudatio funebris. Liu. lib. 5. Plut. de virtut. mulier.

Laudentur incogniti, vt eorum merita in occulto sita testimonii splendor irradiet. Symmach. 1. epist. 88.

2. Sessio in templis.

Potestas pilento ad sacra ludosq; vtendi. Liu. 5.

† genibus nitebantur.

Populus in Ecclesia non habet sedendi potestatem. Optat. lib. 4.

Honor est præferendus omni commodo pecuniario. IC.

3. Vestes preciosæ.

Simul lex modum sumtibus vxoris tuæ facere desierit, tu nunquam facies. Liu. lib. 34.

Malitiis hominum est obuiandum. IC.

Fastus & odium fortunæ grandioris vitia sunt. Sym. 4 56.

4. Vsus vini.

Proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem. Val. Max. 2. 1.

Plin. 14. 13.

Saturitatis abundantia libidinem creat. Fulg. mytholog. 2.

5. Grauidarum priuilegium.

Non quæ contingunt, sed quæ contingere possunt, euitanda docet sapiens incommoda. Guillerm. Philipp. lib. 6.

Filii non tantùm parentib. sed etiam reip. nascuntur. IC.

Nutriunt præmiorum exempla virtutes. Cass. 2. 16.

Bonæ artes honore nutriuntur. Symm. 1. ep. 37.

Studia virtutum sine remuneratione torpescunt. Ambros. Luc. 6.

Mater ante partum onerosa, in partu dolorosa, post partum laboriosa. IC.

Leges multiplicare non debet optimus legum conditor. Plat

Nam mala dum crescunt, crescit cautela malorum, munimenque nouum contra noua tela repertum est. Guillerm. Philipp. lib. 11.

Corruptißima republica plurimæ leges. Tacit. Annal. 3.

Τρόπος ἐστὶ χρηστὸς ἀσφαλέστερος νόμου. *Prou.*

Arimaspi vno oculo in fronte media insignes. Plin. 7. 2.

Herodotus se credere negat, viros nasci vnoculos. lib. 3. & 4.

Distortis & quocunque modo prodigiosis corporibus, apud quosdam maius est precium, quam iis, quæ nihil ex communis habitus bonis perdiderunt. Fab. 2. cap. 5.

(Macrina nomine) quam prægnantem reliquerat, partui propinquabat. Cùm autem non minor illa tempestate matronarum honestarum, quàm nunc petulantium Romæ esset
313 *copia; Torquati tamen Consulis vxor omnes (moribus probas) antecellebat; quippe cuius virtutibus prædicandis non minus temporis, quàm mariti victoriis & rebus gestis narrandis vrbs tota impenderet.*

Narrant illorum temporum annales, Torquatum Consulem in prima expeditione Asiatica, XI. annos domo abfuisse, quo toto tempore pro certissimo habetur, nunquam ad fenestram ab vllo visam ipsius coniugem: quod fœminæ præstantissimæ factum tantò maiorem meretur laudem, quòd, cùm illo æuo neque viri tam audaces, & tam honestæ fœminæ Romanæ essent; modò fores clauderent, illis de fenestra cum prætereuntibus colloqui mulieribus licitum erat. Illa verò hoc non contenta, adeò (inclusa ac) solitaria vixit, vt totis illis annis XI. neque per vrbem ambulare, neque fores vnquam aperire visa, neque marem octenni maiorem domum suam ingredi passa sit: imò quod pluris est, toto illo tempore nec vir, nec fœmina faciem illius detectam viderit.

Sed & aliud fecit Romana illa, partim vt celebrem sui memoriam relinqueret, partim vt virtutis exemplo vrbi præiret vniuersæ. Cùm enim tres haberet filiolos, quorum natu maximus quintum non excedebat annum, simul atque octauum ætatis annum aliquis eorum compleuerat, mox ad auos extra domum illos suam amandabat, ne filiorum salutandorum prætextu alij domum suam ingrederentur iuuenes.

Quàm multi multæque hodie sunt, Faustina, qui præstantissimam illam matronam acerbissimè deplorant (& desiderant:) at quàm pauculæ, quæ vitam illius imitantur? Quis ab vlla iam matrona Romana impetraret, vt annos XI. se contineret, ne ad fenestram accederet? cùm eò nunc peruentum sit impudentiæ, vt non solùm prospiciendi gratia ad fenestras accedant; sed etiam (garriendi &) confabulandi gratia † puluinis fenestras insternant. Quis à fœmina iam Romana obtineret, vt fores totis XI. annis non aperiret? cum res ipsa loquatur, si vnum maritus diem fores claudi iubeat, totum illum diem vxoris clamoribus ædes (fremituque) reboare. Quis efficeret hodie, vt fœmina Romana ita XI. annis domi se contineret, vt nunquam per vrbem spaciaretur? cùm reuera nullus basiliscus, nulla vipera tantum ore veneni, quantum fœmina effundat, nisi semel vrbem singulis peruolet hebdomadis. Quis hodie impetrabit à fœmina Romana, vt continuos XI. annos ita peragat

Libera captiua tamen sint lumina. Pon. amor. coniug. 1.

Quo minus gloriam appetis, eo magis assequeris. Sal. Catilin.

Mens & gloria non queunt humari. Sidon. 4 epist. 11.

Μεγίστη γίγνεται, σωτηρία, ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ. *Eurip. Med.*

Αναχωρήσεις ζητεῖν ἰδιωτικώτατόν ἐστιν, ἐξὸν, ἧς αὖ ὥρας ἐθελήσῃς εἰς ἑαυτὸν ἀναχωρεῖν. *Aurel. Imp. lib 4.*

Adeò pudica, vt extra gynæconitin nunquam sit egressa, nec virum vnquam viderit, vel a viro visa sit. Macrob. 1. Sat. 12.

Cupiditates prius natæ sunt, quam leges, quæ iis modum facerent. Liu. lib. 34.

Carendum non solum crimine turpitudinis; verum etiam suspicione. Fab. 2. cap. 2.

Marito formam suam vxor approbet & placere desideret. Valer. Max. 6.3.

Αἰδοῦ σαυτὸν, καὶ ἄλλον οὐκ αἰσχυνθήσῃ. *Theophr. Gn. Græc.*

In ætatem infirmam & iniuriæ obnoxiam nemini debet nimium licere. Fab. 1. cap. 4.

Maxima debetur puero reuerentia. Iuuenal. Sat. 14.

Qui inter vicia nutriuntur, non magis sapere possunt, quam benè olere, qui in culina habitant. Arbit. pag. 2.

Nece en el huerta lo que no siembra el hortelanno. Adag.

Fœminarum, æuo Aurelii petulantia.

ἔοικε δὲ θνητὸν ἐόντα πάντα φέρειν, ὁπόσ' ἐσθλὰ διδοῖ θεὸς, ἠδ' ἀλεγεινά. *Coint. 7. 54.*

Præsentia inuidia, præterita veneratione prosequimur. Vell. lib. 2.

Fœminæ:

1. *Bubones in fenestra.*

Ad culpas aditum laxa fenestra facit. Pontan. amor. coniug. 1.

† *per plateas bonam diei partem vagentur. G.*

2. *Picæ in porta.*

Quæ casta est, thalamo gaudet laribusq; paternis; Turba nocet; turbæ crimina vbique placent. Pontan. ibid.

ἐρᾷ γὰρ ὄψις τῆς θύραθεν ἡδονῆς. *Menand. Stob. 660.*

3. *Dæmones in domo.*

Muger aluendera sos di santos hilandera. Adag.

Bacchæ bacchanti si velis aduersarier, ex insana insaniorem facies. Plaut. Amphitr. Satin' parua.

Sulpicius vxorem dimisit, quòd eam capite aperto foris versatam cognouerat. Val. Max. lib. 6. cap. 3.

Antistius, quod in publico cum quadam libertina vulgari loquentem viderat. Idem.

La muger quanto mas mira la cara, tanto mas destruye la casa. Adag.

Pedes temere gradientes morbum arguunt, aut morbo mouentur. Nazian. orat. 36.

Γυνὴ ὀξύθυμος ῥᾴων φυλάσσειν, ἢ σιωπηλὸς σοφός. *Eurip Med.*

ὦ γυναικῶν λέχος πολύπονον, ὅσα δὴ βροτοῖς ἔρεξας ἤδη κακά! *Eurip. Med.*

Omnia noua placent. IC.

Nouitas omnium oculos conuertit. Arbit. 27.

Gaudium semper imperat, nec potest moras ferre lætitia. Cyprian. 2. epist. 6.

Nouitas consueuit ad repentinas visiones animos hominum pellere. Apul. lib. 4. asin. aur.

Nihil est crudelius calamitate, quam gaudia reducunt. Fab. declam. 11.

Fertur quædam viso contra spem filio expirasse. Sen. 8. controu. 1. Gell. 3. 15.

Doleo maximam fœminam eripi oculis ciuitatis, nescio an aliquid simile visuris. Plin 7. epist. 19.

* *Cui potior vita fama secunda fuit.*

Præterita magis reprehendi possunt, quàm corrigi Val. Max. 3 3.

Νόμος βούλεται μὲν εὐεργετεῖν βίον ἀνθρώπων, οὐ δύναται δὲ, ὅταν αὐτοὶ βούλονται πάσχειν. *Epict. Stob.* 452.

Le prince qui ne peut gouuerner sa maison, Sa femme, les enfans, è son bien domestique, Ne scauroit gouuerner vne grand' republique. Ronsard. 9. 30.

Nemo sine culpa priuandus est iure, Guill. de gest. Ludou. f. 440.

Dignus est priuilegium perdere qui concessa sibi abutitur potestate. Saresb. 6. 13.

Filius casta matre natus, non in cella emtæ nutricis, sed in gremio ac sinu matris ducetur. Fab. de orator. dialog.

Tolerabilius non acquirere, quam amittere. Sen. tranquill. anim. 8.

χαλεπὸν τὸ κτήσασθαι, καὶ ῥᾴδιον τὸ ἀποβαλεῖν. *Aristot.* 2. *Rhetor.* 13.

Non graue est non adipisci; at cum adeptus sis, rursum amittere, id molestum est. Ælian. lib. 14. initio.

Quæ parare & quærere arduum fuit, nescio, an tueri difficilius sit. Liu. lib. 37.

Plerique noua operafortius auspicantur, quam tuentur perfecta. Columel. lib. 5.

peragat, vt faciem nemini conspiciendam præbeat? cùm maximam diei partem repurganda veste & fucanda facie consumant. Quis à matrona iam Romana obtineret, vt nullos XI. annis salutandi gratia amicos & necessarios admitteret? cùm aduersus eos, à quibus rariùs visitantur, maximas fœminæ suscipiant inimicitias.

Sed vt ad institutum redeam, cùm vnoculus ille præter fores duceretur ædium vxoris Torquati; quæ pulcrè plena marito in bello absente erat: fortè fortuna famula quædam vnoculum præterire renunciat; cuius videndi desiderio tantopere exarsit, vt appetitu illo absurdo subitò exanimaretur. Sæpissimè procul dubio regionē, in qua ipsa habitabat, vnoculus ille, Faustina, transierat; nec tamen aut de fenestra prospicere, aut ad fores accedere vnquam illa voluerat. Cæterùm acerbissimum omnibus matronæ illius, cuius similem multis iam annis Roma non viderat, interitus luctum planctumq; attulit; eiusque in tumulo populi rogatu, & Senatus decreto hoc scriptum fuit Epigramma: 314

Hic Macrina iacet, Torquati nobilis vxor,
Quæ * voluit famæ morte parare decus.

Cùm ergo, me iudice, lex illa lata sit, Faustina, non vt matronæ illius morti obuiam iretur, quippe quæ iam erat mortua; sed vt tum vobis exemplum vitæ illius, tum vrbi vniuersæ monumentum mortis perpetuum relinqueretur: iustissimum certè est, vt lex prægnantium honestarum gratia constituta, non nisi erga spectatæ virtutis prægnantes seruetur. Itaq; fœminas, quæ grauidarum in se legem seruari petunt, ex ea ipsa lege, sintne honestæ, interrogari fas est. Scito autem Faustina, in septima nostrarum legum tabula hæc verba extare: Qui moribus corruptis fuerint, eis immunitates ne seruantor.

CAPVT XXIII.

Fœminæ Principes & illustres filios, Dei dono datos, suo lacte nutrire non dedignentur: (quod vt persuadeat autor, tum argumentis aliquot vtitur, tum historias ex antiquitate plures adducit.)

OMNES viri nobiles, & (ingenio illustri iudicioq; limato ac polito præditi, tum vt optatis potiantur, animo semper excubant; tū vt parta tueantur, neruos omnes contendunt; gnari scilicet, FORTITVDINE gloriam quidem parari; prudentia verò & solertia gloriam vitamq; conseruari.

Postquam

Postquam ergo fœmina, quæ fœtum IX. menses in vtero tanto cum labore gestauit, & extremo penè cum discrimine postea in lucem edidit, partu Dei dono feliciter defuncta est; non rectè mihi videtur agere, si in eo, quod magis refert, in educanda scilicet sobole, negligens sit. NON enim stultitia caret, quod summo cum ardore partum est, summa postea cum leuitate spernere.

315 *Cùm autem innumera sint, quæ à fœminis naturaliter expetuntur; præ cæteris quatuor aut quinq; in votis habent maximè. Primùm forma optant excellere mulieres. MALVNT enim pauperes & pulcræ, quàm diuites & deformes esse. Deinde maritatæ esse cupiunt. ANTEQVAM enim maritum nanciscatur fœmina, (absque intermissione) ab imo suspirat pectore. Tertium votum est, vt (fœtum concipiant ac) grauidæ fiant, idq; non iniuria. DVM.n. peperierit vxor, pro amico potius habere virum, quàm pro marito videtur. Quarto loco partum felicem optant; quod omnium rectissimè faciunt. MISERABILE.n. est arborē in primo vere floribus oneratā, & mox primo illos diluculo gelu adustos videre.*

Postquam ergo Dei beneficio & formosæ natæ, & maritos ex sententia nactæ, & grauidæ factæ, & partu feliciter defunctæ sunt; cur adeo sunt ingratæ mulieres, vt infantes partu editos domo eijciant, & rus inter agrestes educandos ablegent? Me quidem autore, mulier eminentium nobilis sublimitate natalium, & moribus proba, simulatq; infantem in lucem edidit, sublatis in cœlum oculis (manibusq;) toto pectore gratias illi, qui partum felicem dedit, agere debet. Quæ enim partus (laborem ac) periculum euadit fœmina, illo se die in lucem venisse (ac viuere cœpisse) debet cogitare.† PROLEM item, cùm nata fuerit, diluendam celerius spiritali generatione non negligat. Adeo quippe tener nascitur infans, vt nemine videnti, nemine sentiente vita nonnunquam orbetur. Præterea mulier partu liberata, Creatori creaturam animo deuoto in ipso cubili suo offerat, suppliciter DEVM orans, vt cùm ipsam matrem voluerit esse infantis, vt nasceretur; eiusdem pater esse dignetur, vt saluus & incolumis conseruetur. Denique omnibus, quæ partus requirit, peractis, proprio sobolem lacte mulier nutriat; cùm MONSTRI simile sit, infantem ex intimis natum matris viscеribus, mulieribus peregrinis lactandum atque educandum dari.

Vt apertius dicam, nullo habito vel nobilitatis vel humilitatis respectu, singulas MVLIERES decere aio atque affirmo, vt partu Dei beneficio perfunctæ suis ipsæ vberibus infantes nutriant. NON solùm enim ad pariendum idoneas natura fœminas fecit; sed ad alendum lactis etiam illis copiam submiſtrat. Nullum hactenus animal vel ex feris, vel ex

Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri. Ouid. art. 2.

Gell 12.1. *Macrob.* 5.11.

Enel mejor panno ay mayor inganno. Adag.

Difficilia omnia cariora ijs, quæ nullo vel exiguo constant labore. Aristo. 9. ethic. 7. Rhetor. 2.

Matres gratias agant, quia coniugij præmijs honorantur: Stipendium enim militiæ suæ filij sunt. Ambros.

Fœminarum vota quatuor.

1. *Forma.*

A donna non si fa maggior dispetto, che quando ò vecchia, ò brutta le vien detto. Arioſt. 20. 120.

2. *Coniugium.*

Φιλότητι δ' ἔρωτι ἑλκόμενα απδύσαι μετ' ἀρσένας ἀρίστω ὁμῆ. *Opp.* ἁλ. 1. v. 491.

3. *Soboles.*

Tudor est fœminis nuptiarum præmia non habere, quibus hæc sola causa est nubendi. Ambros. Luc. 1.

4. *Partus facilis.*

ὃν τρόπον ἡ ἀφορία, καὶ ἡ βασιλὶς ὡς αὐτὰς ὠδῖνας ἔχουσι *Macar. homil.* 42.

Tutius, expectare suos in littore ventos, quàm rate iam fracta nautas errasse fateri. Guillerm. Philipp. lib. 6.

Grauida in absolutione plus periculi, in dilatione plus tædij est. Ambros.

Steriles transmisimus annos: Hæc æui mihi prima dies, hæc limina vitæ. Stat. Sylu. 40.

† *Verba Fulgentij epist.* 4.

In osculo infantis ipsas adhuc recentes DEI manus cogitemus, quas in homine modò formato & recens nato exoſculamur, quando id quod Deus fecit, amplectimur. Cyprian. 3. ep. 8.

Redemtoris ope homo iam natus reformetur Baptismatis Sacramento, cuius opere priùs formatus in vtero. Fulgent. ep. 1.

Vbig. maius gaudium, maiore molestia præcedente. Aug. 2. dulciloq. 11.

Naturæ opus est, alimentum genito præbere. Aristot. 1. Polit. 10.

Alienæ educationis beneficium quid aliud est, quam parentum ipsorum condemnatio? Philo. de specia. ll.

Πρόβαλον σὸν ἀπολείπει τὸ αὐτὸ ἔκγονον, ἥδε λύκῳ, ἀνθρωπῳ δ' ἀπολείπει. *Arrian.* 1. *Epict.* 23.

Eadem ferè & nutrices & matres esse melius. Varr. re rust. 2. 10.

Fœmina vbera admoueat infanti, matremq; se gerat. Flor. 1. c. 1.

ὡς αἰγῶν κῆροι φίλας ἐνομέσσι θοκῆας γηθοσύνης, ὅτε δισσὰ πολύσπονα γύα πεδήσῃ *Oppian.* κυν. 3. 350.

Bestiæ specula naturæ. Cic. fin. 2.

Καὶ ἤρησιν ἀμήχανον & ὠτοδιδακτος συντέφετω τεκέων πόθος. *Oppian. ἁλι. α.* 705.

Oportet, quæ sunt inhonesta, non quasi illicita, sed quasi pudenda vitare. Plin. 5. ep. 18.

Naturaliter à matre cunctis nutrimentum suppeditatur. Arist. X. con. 2. Varro 2. rust. 4.

Quæ tigris non filijs suis mitis immurmurat, & pacata feritate blanditur? Aug. 19. ciu. 12.

A natura ipsa impellimur, vt eos, quos genuimus, diligamus. Cic. fin. 3.

Simiarum generi præcipua erga fœtum affectio Plin. 8. 54.

Τὰ σίλια τὶς τ' τεκέσης μᾶλλον ἐπὶ πέμψεν αὖ. *Aristophan. Κνκλη.*

Simiæ catulos magna ex parte complectendo necant. Rittershus. Oppian. Cyneg. 2. v. 605.

Natura nulla nos magis quàm eorum, qui è nobis essent procreati, caritate deuinxit. Macrob. 1. Satur. procem.

Bestiarum in educatione laborem cùm cernimus; naturæ ipsius vocem videmur audire. Cic fin. 3.

Φύσις κρατερώτερον ἄλλων. *Oppian. κυν. γ.* 112.

ἡ φύσις ἐστὶ φύσις. *Iulian. Epigramm. lib.* 4.

Ἂν ἅπαξ ῥίψητε παιδίον, οὐκέτι ἐφ' ἡμῖν ἐστι μὴ τρέφειν, μηδὲ φροντίζειν ἐπ' αὐτῷ. *Arrian.* 1. *Epict* 23.

Omne genus animantium, natis præsentibus, ardentiùs pugnat. Plato. 5. de rep.

Εἰσὶν πινὲς ἢ κὴ γλυκεῖς φυλακτόροι, ὁ κὴ σωωτίνεσι τᾶις ἡλυτέρεις. *Philo de perdi.*

Αἰχμὴς ἄξιον τ' ἀλόγων ὀρνίθων ὑστερεῖν καὶ' ὄρτιλὼ. *Basil. Stob.* 691.

Τόσον ἀρίζηλόν ἐστιν ἡ γυῖ ἁλης φίλτρον, ὄνι κραδίη τάξεν θεός. *Oppian. κυν. γ.* 107.

Αἰδὼς ὦ πόσον, πόσος πόθος ἐστὶ τοκήων. *Oppian. κυν. ε.* 375.

O nimium potens quanto parentes sanguinis vinclo tenes natura! Sen. Hippol.

Dulcia vitæ pignora proprio spiritu cariora sunt. Val. Max. 7. 6.

Pro catulis acriùs quàm pro seipsis pugnant bestiæ. Xenoph de venation.

Bestiæ pro suo partu ita propugnant, vt nulla vulnera, nullos ictus reformident. Lactant. Rittersh. Oppian. *κυν. γ. v.* 84.

Quantulum interest inter eum, qui cùm maximè vitam accipit, & illum, qui maternorum viscerum latens onus est. Sen. epist. 124.

Omnia prima maiore studio amplectimur. Arist 7. polit. 17.

mansuetis legimus aut vidimus, quod fœtus naturæ dono datos alijs animantibus educandos committeret. Sed quod dicturus sum, eo quod dixi, notabilius est, quòd multæ animantes, simulatq; de matre ceciderunt, antequam oculos ad patres agnoscendos aperiant, iam (nutrimenti, incrementi augmentiq; gratiâ) matrum suxerunt vbera; imò quod plus est, 316
animantes nonnullas videre est, quæ denos enituntur fœtus, quod in lupis & suibus fit, quos tamen omnes absque aliorum adiumento suis vberibus nutriunt: Et non turpissimum est fœminæ, quæ non plus vno parit, nutriendi illius animum deesse! Verissimum, quicunq; librum hunc legerint, esse deprehendent, & si voluerint, perinde atq; ego, experientia teste cognoscent, simiam catulos suos, ab ea, qua peperit hora, donec ablactentur, nunquam è brachijs dimittere; imò tam acriter nonnunquam inter se simium simiamq; contendere (ac certare,) vter ipsorum catulos vlnis baiulare debeat, vt fustibus aut contis eos dirimi necesse sit. Sed omissis animantibus, quæ in agris victitant, & catulos pariunt; de auibus dicamus, quæ in nidis viuunt, & ouatantùm, vnde pulli excludantur, pariunt; lacte verò, quo alantur (atq; educentur,) carent. An non prodigij instar est, auiculam (paruulam) V. vel VI. pullos sub alis fouentem intueri? qui cùm nascuntur, nec parentes vel lac habent, quod sugendum præbeant, vel frumenti (aut alterius seminis) granulum, aut micam panis, quæ manducanda dent; nec pulli ipsi vel plumas, quib. tegantur, vel alas habent, quib. euolent. Et tamẽ in summa ista debilitate (& inopia) pullos suos auiculæ nemini alteri alendos tradentes, tũ ipsos nutriunt (& educant,) tũ seipsas sustentant. An non mirabile, quod in cygnis natura prospexit, maximè quando in aquis (pullos) alunt, q; toto educationis tempore matres interdiu cũ pullis in nido manent; noctu verò patres suis illos alis in flumine natantes (reficiendi gratia) vehunt? Cùm ergo pullos suis cygni humeris gestent; credibile vtiq; est longè cõmodius vlnis eosdem, si viri essent, gestaturos, & vberibus, si fœminæ essent, (pro cuiusq; conditione) nutrituros. Leones, vrsi, lupi, aquilæ, gryphi, feræ denique omnes, quemadmodum Aristoteles dicit lib. VI. (cap. XVIII.) de hist. animal. non alio tempore ferociores & sæuiores (inter se mutuò) sunt, quàm quo tempore fœtus teneros educant; q; sanè experientia confirmat. Multæ quippe animantes cùm effugere venatores possint, tantùm vt natos conseruent, redeunt, & vel discerpi se patiuntur (atq; in mille partes dilaniari, quàm illos relinquere aut deserere malunt.) Plato lib. III. de legib. nunquã cariores, nunquam amabiliores esse liberos ait, quàm dũ matris vberib alũtur, & vlnis patris gestãtur; ac profectò verè dicit. OMNIB. n. in rebus primus amor verissimus est.

Hæc

317 Hæc de brutorum educatione attuli, ad illa (tanquam ad tribunal) fœminas citans (grauidas ac) puerperas, vt nimirum videant, maternam quidem ab illis pietatem in sobolem declarari, dum & vberibus suis eam nutriunt, & (vigilantia ac solicitudine incredibili custodiunt, & quoad vires valent) sub alis in nidis protegunt (& propugnant:) contra verò fœminas matres esse crudeles, dum & domo liberos eijciunt, & alienis (ignotisq;) nutriendos cõmittunt. Mirificum quidem amorem matres erga liberos verbis testantur; sed odium erga illos re ipsa singulare declarant; vt haud sciam, nummos an liberos magis ament? NVMMVM enim Indicum vt in domum inferant, & filium proprijs è visceribus natum vt domo (eijciant atq;) expellant, tantùm non mori illas video.

Cæterùm rationes, quibus moueri matres ad liberos (quos suis gestarunt visceribus, suis etiam vberibus) nutriendos decet, multæ sunt. Prima hæc est, quia respicere mater debet, quòd infans solus, paruulus, inops, delicatus, nudus, tener, nullius rei gnarus nascitur: quibus cum incommodis cùm ex vtero emittatur materno; tempore tam necessario aliarum illum fidei committi iniquum est. Bona venia fœminæ, seu nobiles, seu plebeiæ, me audiant: QVÆCVNQVE mulier tali tempore sobolem suam deserit, non mater misericors; sed nouerca & hostis crudelis dicenda est.

Si nudum non vestire crudele est; quis infante recens nato nudior? Si tristem non consolari crudele est; quid infante, qui cum fletu nascitur, tristius aut flebilius? Si necessitatibus pauperis non succurrere inhumanum; quid infante recens nato, qui nec matris officia implorare potest, miserius? Si damnum ærumnoso cuipiam, qui loqui nescit, dare crudele est; quid infante ærumnosius, qui nec queri, imò nec loqui potest? Qui domo liberos eijcit proprios (ne illos nutriat,) eum alienos nutriturum sperabimus? Quando filius iam grandior & robustior est, & loqui, laborare, sibi prospicere, & victum parare potest; paruam matri gratiam debet, si ab illius latere nunquam dimittatur, & in delitijs habeatur. MAGIS enim tum filij opera & obsequijs mater, quàm matris educatione filius indiget.

Si ex vnguibus, cubitis, digitis, pugnis (pedibúsve) nascerentur liberi: minus mirum esset alienis illos nutriendos dari nutricibus. Sed quænam illa cordis duities est, quòd mulier suis è visceribus natum filium manibus audet cõcredere alienis? An vlla hodie matrona illustris est, quæ tanta vllius vel amici, vel propinqui, vel vicini familiaritate vtatur, vt clauem illi arcæ, qua pecuniæ (& monilia) asseruantur, credat?

318 Nihil verò minus. O matres crudeles! parum abfuit, quin nouercas crudelissimas appellarem: Aurum execrabile, è terra natum

Αἱ ἠρεμαῖαι αἱ ἀκλόητοι οὐκ εἰσὶν ἀξιμοι. τοῦ τε μητέρων τὸ γάλα ἀγαθὸν, καὶ τὸ πρὸς ὁμαιμ. καὶ αἱ φιλόλογοι φίλαι. Xenoph. de venat.

Φυσικὴ ἐστι πρὸς τὰ ἔκγονα φιλοστοργία. Arrian. 1. Epict. 23.

Non multò minor amandati ad nutricem aliam filij, quàm morte amissi obliuio est. Gell. 12. 1.

Mostra in fatti, quel che in nome suona. Ariost. 104. 45.

Infans dum in naturæ officina clauditur, pars matris censetur. Philo. de special. LL.

Matres liberos alant.

Vtilissimum cuique lac maternum. Plin. 28. 9.

1. *Quia imbecillimi sunt.*

Absit vt adflictis per nos adflictio crescat. Guillerm. Phil. lib. 7.

Vt quisq; maximè opis indiget; ita ei potissimum opitulemur. Cic. offic. 1.

In primo statim natiuitatis suæ ortu infantes plorantes ac flentes, nil aliud faciunt, quàm deprecantur. Cyprian. 3. ep. 8.

Nihil tam inops & nudum, vt homo à partu statim conspectus. Plutarc. de amore prol.

Quid infelix iste peccauit aliud, quàm quòd natus est? Sen. 10. controu. 4.

Precum loco sit, precari non posse. Fab. declam. 5.

Αἰδημοσύνη καὶ νηπίοις γε τοῖς κακοῦν ἐγγίνεται. Eurip. Iphig. Aul.

Genus est rogandi, rogare non posse. Sen. 10. controu. 4.

Tacet strepitu, clamat affectu. Aug. 2. dulcil. 12.

Lacrymæ pondera vocis habent. Ouid. Heroid. 3.

Infans ob id ipsum miserabilis, quia nondum sentit calamitatem ad ipsum redundantem. Curt. lib. 4.

Hospitalem remuneraturis esse, affectus auaritiæ est. Ambr. Luc. 14.

Ἡ προφὴ δεῖται, ὅσπερ οὐδ ζώη γε αὖθις, εἰ μὴ τρέφοιτο. Xenoph. memorab. 2.

Vilet enim, qui se nullo conamine præstat, Diligiturq; magis res acquisita labore. Guillerm. Philipp. lib. 1.

Non est homini ferreum pectus, nec cor silice concretum. Fab. declam. 6.

Non est homo è saxo sculptus, aut robore dolatus. Cic. Acad. q. 4.

Ea magis solemus amare, quæ cum duriore acquirimus labore. IC.

O bien heureux meral, par qui heureux nous sommes: le sang, les nerfs, la force & la vie des hommes! Ronsard. 7. 201.

Muliebrium viciorum fundamentum auaritia est. Sen. 2. controu. 7.

natum, intra vestra reconditis præcordia; & filium insontem, vestram progeniem, domo eijcitis! 318

Quod si fœminæ se & fragiles ac delicatas esse, & bonas filijs nutrices conquisiuisse dixerint: Parum omnino diligi à nutrice, à qua alitur, infantem posse respondeo, quæ tantum matris, ex qua natus est, odium (rigoremq́) videat. Siquidem, QVÆ cum dolore filium peperit mater, sola cum amore illum nutrit, (aut nutrire debet.)

Deinde IVSTISSIMVM (rationiq́ consentaneum) est à matribus nutriri filios, vt ingenio fiant illis similes, alioquin hostes non filij futuri. FIERI enim non potest, vt qui matrem, ex qua natus est, non (reueretur &) honorat filius, vita (diu) fruatur felici & prospera. Cùm hunc sibi finem proponant in alenda sobole parentes, vt parentibus senescentibus filij seruiant; hunc affectum erga parentes vt induant, plurimum interesse sciant, quo lacte nutriantur. FIERI enim nullo modo potest, vt indolem matris infans conseruet propriæ, nutricis vberibus educatus alienæ. Si ouis lacte hœdus alatur; & capillum habebit teneriorem, & indolem mansuetiorem, quàm si capram suxisset: sin capræ lacte agnus alatur, & lanam duriorem & indolem inquietiorem habebit, quàm si ouem suxisset: Vnde verum esse efficitur, quod prouerbio dicitur: NON vbi nascaris; sed vbi pascaris refert. INGENS bonum est hominem indole natura bona esse; sed longè magis refert, bene ab incunabulis educari. Siquidem PLVS nobis mores, quibus viuimus, quàm natura, qua nascimur, prosunt.

Tertiò liberos suos matres (lactent &) alant, vt perfectæ non dimidiatæ matres sint. Cùm enim ex altera parte mulier pariendo, ex altera nutriendo mater fiat; perfecta mater vocanda est, quæ filium & parit, & (vberum suorum lacte) alit. Post venerationem, quam Deo Patri, quòd nos condidit, & Deo Filio, quòd nos redemit, debemus, proxima mihi videtur veneratio, quam matri singuli, quòd nos peperit, debemus; longè illi plus debituri, si nos etiam aluisset. Nam QVOTIES matrem filius probus aspexerit; amorem potius, quo nutritus, quàm dolorem, quo in lucem editus fuit, magni æstimabit (& prædicabit.)

CAPVT XXIV.

Suadet etiam hic autor fœminis, vt ipsæ liberis nutricatus officium præstent, (& in fœminas inuehitur, quæ honorificum sibi catellas sinu fouere; infantes verò suos domi nutrire indecorum existimant.)

ANNO

Pleriq́ mariti tenellis vxoribus suis parcendum esse volunt. Paræ.

Parcendum matri, ne ad nixus laboriosos nutricationis munus graue accedat. Gell. 12. 1.

Matrum amor naturalis, nutricum mercenarius. Plutar. de lib. educ.

2. *Quia* ad ingenij similitudinem lactis magna vis est. Gell. 12. 1.

Semper & lac, & spiritus maternus longè magis ingenij atque incrementa corporis auget. Columel. lib. 7. c. 12.

In moribus inolescendis magnam ferè partem nutricis ingenium & natura lactis tenet. Macrob. 5. Satur. 11.

Cauendum, ne pignorum nostrorum indoles in profectu deseratur. Symm. 6. 35.

Μεγάλη ἐστὶ διαφορὰ πρὸς τὴν τῶν σωμάτων δύναμιν ἡ τροφὴ, ὁποία τις ἂν ᾖ. *Aristot. 7. polit. 17.*

Il faut bien commencer: celuy qui bien commence, son ouurage entrepris de beaucoup il avance. Ronsard. 4. 20.

Non natura tantum, sed etiam disciplina mores facit. Colum 7. 12.

Die Jungen soll man lehren / die Alten ehren / die Weisen fragen / die Närrischen vertragen. *Adag.*

3. *Ne imperfectæ & dimidiatæ matres sint.*

Non sat est cura generandi, nisi suppetat efficacia nutriendi. Ambros. Luc. 21.

Alumni ex nutricibus imitantur mores. Sylu. Histor. Bohem. c. 14.

ἡ μητὴρ σὺν τῷ κυῆσαι, καὶ γεννῆσαι, καὶ τιθηνῆσαι μυρίους ἄλλους ἀνέλησε πόνους. *Phalar. Epist. 19.*

Non in nutrices, nec in ministeria seposuit; suis aluit vberibus, suo fouit amplexu. Fab. declam. 18.

Est ita comparatum, vt antiquiora beneficia subuertas, nisi illa posterioribus cumules. Plin. 3. ep. 3.

Apud Germanos sua quemque mater vberibus alit: nec ancillis aut nutricibus delegantur. Tacit. de morib. Germ.

Φύσεως ἐστὶν ἔργον, τροφὴν τῷ γεννηθέντι παρέχειν παντὶ τοῦ ἐξ οὗ γίνεται, τροφὴ τὸ λειπόμενόν ἐστιν. *Aristot. 1. polit. 10.*

ANNO *ab V. C. DII. finito bello internecino inter Carthaginenſes & Romanos, cuius duces celeberrimi fuerunt, Carthaginenſium quidem Annibal, Romanorum verò Scipio: mox*
319 *cœptum fuit bellum Macedonicum cõtra Philippum, quo finito, ſecutum fuit Siriacum contra Antiochum Syriæ Regem. Annis enim D C. X X X. continua Romani bella in Aſia, Africa, Europa geſſerunt. Cæterum ad hoc bellum gerendum miſſus fuit à Romanis L. Cornelius Scipio Conſul, Magni illius Scipionis Africani frater; & poſtquam † vario ſæpe vtrinque euentu pugnatum fuerat; ad Sipylum Aſiæ maioris vrbem victus fuit Antiochus eiuſque regnum euerſum. AMPVTATIS enim arboris radicibus, breui areſcunt & pereunt poma.*

Superato autem Antiocho, eiuſque regno ſpoliato, Romam reuerſus L. Cornelius Scipio triumphauit de Aſia, vnde factum, vt frater ipſius ab Africa victa Africanus; ab Aſia verò victa ipſe Aſiaticus fuerit cognominatus. Adeò quippe gloriæ cupidi Romani duces erãt, vt nullum aliud laboris præmium, quàm à prouincia ſubacta cognomen expeterent. Neque id ſanè immeritò. ANIMOS enim generoſos, & viros præpotentes parui incrementa opum; magni verò famæ immortalitatem decet æſtimare. Cæterùm penes Cornelium Scipionem, quemadmodum Sextus Chæronenſis lib. III. de ambigua iuſticia refert, longo tempore ſumma imperij fuit; cùm & Cõſulatum, & Cenſuram & Dictaturam geſſerit. Erat enim tum fortiſſimus, tum prudentiſſimus; quod in viro magni æſtimandum eſt; cum Ariſtoteles in dubio relinquat, ſitne maioris præſtantiæ, in gubernanda republica prudentem; an in rebus militaribus fortem eſſe (ac ſtrenuum.)

Cùm eſſet ergo Dictator Cornelius Scipio, quod perinde erat, ac ſi Imperator nunc eſſet; X. tribuni, qui cum ipſo bello Aſiatico interfuerant, ad virgines Veſtales quodam die ingredi tentarunt; qui licèt tum res in bello maximas geſſiſſent, tum cognatione Romæ erant ampliſſima: tamen capitis à Dictatore damnati ſunt, vt ſecuri percuterentur. SEVERIVS enim Romani eos, qui virgines honeſtas tantùm ſollicitabant, quàm qui violabant maritatas, puniebant. Cùm autem Cornelius Scipio tum à plurimis rogaretur ciuibus, vt ſententiam tam crudelem mitigare (ac mutare) dignaretur; tum præter cæteros inſtantiſſimè à fratre Scipione Africano vrgeretur; nihil (neque illorum neque huius) preces valuerunt. Tandem verò fœminæ cuiuſdam collactaneæ ſuæ precibus Scipio tribunos illos condonauit: Quod cum ægrè Scipio Africanus ferret, plus illum nutricis filiæ, quàm matris ſuæ filio detuliſſe cauſſando: Scito, inquit ille, frater,

Legatur Paræus lib. 23. cap. 26. & 21.

Antiochinum, Syriacum ſiue Aſiaticum bellum cœptum anno. V. C. 561. Aurel. Victor. de viris illuſtrib. Sigoni. in faſt. Liu. lib. 37.

Philippo & Antiocho, poſt Carthaginem ſubactam, deuictis, ſumma imperii ad P. R. peruenit. Vell. lib. 1.

Nunquam poſt mortem Numæ à bellorum cladibus fuiſſe ceſſatum, Iani parentes ſemper pottæ indicant. Oroſ. 3. 8.

Tyrannorum mox qui fuit vltor, ſucceſſor effectus eſt Oroſ. 2. 14.

5. Poſt Carthaginem vinci neminem puduit. Flor. 27.

** fortuna ſeſe fauentem illi præbuerat. G. I.*

Radice ſublata, ſtirps facilè perit. Sulpic. Seuer. hiſt. ſacr. lib. 2.

Sine radice inutiles rami ſunt; & ipſæ radices his, quæ genuere, adiuuantur. Sen. epiſt. 95.

† *& regno prorſus exuto. G.*

Vide Appianum in Syriacis. Iuſtin. lib. 31.

Honoris augmentum non ambitione, ſed labore vnicuique contingit. I. C.

μάλιστα τύτυς τιμῶσιν ἅπαντες καὶ θαυμάζουσιν, οἵτινες ἀμφότερα ἐν διώνυται, καὶ πολιτεύεσθαι καὶ στρατηγεῖν. *Iſocr. orat. ad Philip.*

ὁ πόσοισι ἦ κράτος ὀπιδεῖ καὶ πόνος, οὐκ ἀμάχητον πολυγήθεα κῆρα πνέων. *Coin. 14. 197.*

Durus & arduus limes, qui tendit ad gloriam. Cypr. tract. 2.

ὡς γὰρ δεῖ τὸ δέον πραχθῆναι, καὶ ὡς τῶν ἐπὶ τοῖς προχθεῖσι δόξαν. *Aurel. Imper. lib. 1.*

Non pluris apud me diuitiæ valent, quam fama. Symm. 2. 30.

Multæ res extiterunt vrbanæ maiores clariores q; quam bellicæ. Cic. offic. 1.

βασιλεὺς χρεὶ τὸ βουλεῦς ἄρχος. *Pindar. Nem. 8.*

Pompeius dux bello peritiſſimus, ciuis in toga modeſtiſſimus. Vell. l. 2.

Dictatoris edictum pro nomine obſeruatum. Liu. lib. 8.

Hanc torquem donaui tibi, ornamentum in proſperitate, vinculum in aduerſitate. Philo. de Ioſeph.

Maxima cura priſci cauebant, ne qua Deo dicatis virginibus vis fieret. Alex. 5. 12.

Vbicunq; iuris clementia eſt, habet locum deprecatio. Fab. 7. c. 5.

Cordis virginitas carnis virginitati præponderat. Fulg. epiſt. 3.

Nemo tanti debet eſſe, vt in parcendo vni malum publicum fiat. Liu. lib. 4.

Qui confeſſum defendit, non abſolutionem ſceleris petit; ſed licentiam. Fab. declam 13.

Victus coniunctio intentio quædam est beneuolentiæ. Plut. lib.

Toute tigueur s' amollit par priere. Tout gentil cœur s' eschauffe d' amitié. Ronsard. 9 118.

Permagnum est, alieno debere idem, quod parenti. Cic. pro Planc.

Infantis amor in ea sola, vnde alitur, occupatur. Gell. 12. 1.

Iudex laudem potius humanitatis, quam voluptatem vltionis concupiscat. Fab. 5. cap. 13.

συνεχῶς χρὴ ὑπομιμνήσκεσθαι τὰ παλαιῶν τινος, τὰ ἀρετῇ χρησαμένων. Aurel. Imp. lib. 11.

Καλλιγόλας καῖσαρ τὴν ἑαυτοῦ πθλύλλου ἐπιμήζασαν αἰσίας, ἐς ἀνάγκλω θανάτου καλέσησε. Suid. excerpt.

De Alexandri in nutricem amore Curt. lib. 8. Iustin. 12.

Lo que se vsa, no se escusa. Adag.

4. *Vt à liberis in senecta vicissim nutriantur.*

ἔιχον ἐλπίδας ἐν ὑμῖν, γηροβοσκήσειν τ' ἐμὲ, καὶ καθαιρεθέσαν χερσὶν οὐ περιστελεῖν, ζητλωτὸν ἀνθρώποις. Eurip. Med.

† *Saturo.*

Μητὴρ ὡς παῖδας κομέει, γήρᾳ δ' ἐνὶ μητέρα παῖδες. Oppian. κυν. β. 344.

Quem laborem valentiores infirmioribus impendunt, eius fructum recipiunt effœti à valentioribus in senectute Arist. Oecon. 3.

† *timoris deficientia.*

Kleine Kinder/ kleine Sorge / grosse Kinder/ grosse Sorge. *Adag. Rittersh. Oppian.* κυν. β. 349.

Propter fastidia plurimorum etiam ipsa, sine quib. viui non potest, alimenta condienda sunt. August. 4. doctr. Christ. 11.

Obliterantur & abolentur natiuæ pietatis elementa. Gell. 12. 1.

Quæcunq; parentibus præstiteris, à filiis expecta. Laert. lib. 1.

Sapientium plures caruisse liberis vtilius dixere. Aurel. Vict. Cæs. 3.

Hijos y criados nolos has de regular, si los quieres gozar. Adag.

Sine animo ingrato vix vllum magnum facinus accreuit. Sen. 1.

Τέκνον ἐμὸν παῖδες τ' ἀίδεα καὶ μ' ἐλέησον αὐτῶν, εἴ ποτέ τοι λαθικηδέα μᾶζον ἐπέσχον. Homer. Iliad. χ.

Iustin. lib 16. de Antipatri matre.

Per cunas alimentaq; prima precatur. Ouid. metam. 10

Ventrem feri, exclamat Agrippina, Tacit. annal. 14. & Dio. lib 61.

Quæcunq; nexus accepere naturæ & quæ sanguine viscerib⁹q; constricta sunt, non laxantur diducta, sed pereunt. Fab. decl. 17.

† *Vbera.*

Non decet eam rem commemorando re-

magis mihi matris loco esse, quæ me aluit & nō peperit; quàm quæ me quidem peperit, sed vbi peperit, deseruit. Illam igitur cùm matrem veram iudicarim; hanc (illius filiam) vt sororis carissimæ loco habeam, æquissimum est. Hæc super venia X. tribunis data inter Scipionem vtrumque gesta sunt.

Cùm scrupulosè inquisiuerim; in librorum sacrorum iuxtà ac profanorum lectione animaduerti, eò sæuitiæ progressos multos tyrannos, vt matres, ex quibus nati fuerant, interfecerint: cùm in nutrices, à quibus alti fuerant, ne minimam quidem irreuerentiam (aut inobedientiam) ostenderint. Sanguinem enim alienum tyranni immanes sitiūt; lac verò proprium (quo aliti & nutriti sunt) reformidant.

QVARTO liberos suos nutrire matres debent, vt tantò magis ad præstanda illos obsequia deuinciant. DIV quippe viuendo in liberorum manus parentes veniant necesse est. Nec est quod dicant parentes senes, dum penes ipsos domus imperium sit, nunquam detrectaturos obedientiam liberos. (Fieri enim potest, vt rationes falso conficiant.) Nam per iuuentutem vitæ molestiam iuuenes nondum sentiunt, neque intelligere possunt, quàm DVLCE sit, domi habere, quod edas. Nam CRVDO † stomacho omnes cibi fastidium (nauseamque) mouent. Ac potest fieri, cùm liberi domi non sint enutriti, vt nec ministros agnoscant, nec parētes diligant, nec amore fratres aut beneuolentia sorores prosequantur; aduersus patres ingrati, & aduersus matres inobedientes sint: Vnde † ferociæ abundantiâ, & disciplinæ penuria prolapsi, tam infame quādoque flagitium admittant, vt & ipsi iuuenes vitæ, & parentes fortunarum, & cuncti simul honoris iacturam (turpissimè) faciant.

Vt (ergo) morigeros semper liberos parentes habeant; nihil est commodius, quàm vt (domi illi doceantur, educentur, nutriantur, & materno lacte alantur. Matrem enim, quæ à filio quippiam petit, non vterum illi monstrare decet, ex quo natus est; sed vbera, quæ suxit. Cuius enim cor adeò sit ferreū, vt per vbera quæ suxit, petenti quippiam negare possit? Ex Græcis Antipatrum, ex Romanis Neronem tyrannos famosissimos fuisse historici narrant; quos duos Principes infelices non eorum, quæ tyrannicè fecerunt, multitudo; sed vnius facinoris atrocitas famosos reddidit. NON enim gulosum helluonem vocamus, qui singulis horis subinde aliquid edit; sed qui vno accubitu plus, quàm toto cæteri die, vorat.

Cæterùm in Græcia Antipater, Romæ Nero matres suas occidere decreuêre. Et ad Neronem, qui matrem occidi iusserat, nuncium à matre missum historici narrant, qui 321
percontaretur, cur ipsam occideret; eumque respondisse: se saturum videndi † brachia, quibus nutritus esset, ideo ipsam occidere,

occidere, quòd vterum, è quo prodiisset, videre cuperet. Quod facinus adeò fuit detestabile, vt multi censeant satius fuisse illud silentio præteriri. Sed vt concludam; quemadmodum immeritò matres infaustas vitam amisisse mortalem; sic meritò infamiam sibi filios peperisse immortalem aio. NVLLVM potest scelus maius esse, quàm à filiis matres, quæ ipsos (cum dolore) pepererunt, (& cum amore nutrierunt) interfici. Attamen nutrices ab alumnis suis vel occisas, vel etiam irreuerenter tractatas nusquam legimus.

Iunius Rusticus lib. V. de educandis pueris autor est, Gracchos Romanorum nobilissimos, fratrem habuisse tertium † nothum, virum non minus in bellis Asiaticis strenuum, quàm in Africanis ipsi erant. Is cùm aliquando, suos vt inuiseret, Romam venisset, & matrem, ex qua natus, & nutricem, à qua alitus fuerat, domi offendisset: Illi quidem cingulum argenteum; huic verò monile dedit aureum. Matre verò distributionem iniquam ægrè ferente, & sibi, quæ mater esset, solummodò argentum; alteri verò, quæ nutrix tantùm fuisset, aurum dari expostulante; Non mireris, inquit filius, factum mea mater. Tu enim nouem menses vtero me gestasti; ista verò triennium me suis aluit vberibus; & quando me infantem à tuis reiecisti oculis; ista me excepit & in suo gremio ac sinu educauit.

QVINTO annitendum est mulieribus, vt liberos suos lactent, quò sint de illorum securiores custodia, néue in cunis lectulisué, suppositis aliis, permutentur. Aristoteles autor est, † genus quoddam auium esse, quæ vbi oua in nidis posuerunt, illorum aliquandiu curam abijciunt; tum alias superuenire aues, fractisq; ouis illis, sua reponere; ita priores aues reuersas posteriorum auium ouis incubare, seq; alienos pullos exclusisse agnoscentes illos occidere; inde tam diuturno parentes certamine confligere, vt omnes vita orbentur; quorum nihil metuendum esset, si suos quælibet auis pullos educaret.

Philippo Alexandri M. patre in Macedonia regnante, Epeirotarum Rex erat Artabanus; cui cùm iam seni (& decrepito) filius natus esset; is vnicus regni hæres furtim è cunis ablatus, aliusq; pro illo infans suppositus fuit, nutrice, à qua nutriebatur, conscia, & pecuniæ ingentis cupiditate superata. CVIVS enim in animo regnat auaritia, nullum est facinus & flagitium, quod non committere audeat. Longo post tempore mortuus Artabanus successorem habuit filium subditicium, quòd verus filius furto periisset. Sed non multum
322 *abiit temporis, quàdo eadem, quæ plagij fuerat conscia, secretum nutrix (totumq; sceleris ordinem) aperuit; verũ se regni hæredẽ (& legitimũ Artabani filiũ) monstraturam professa: Qui. n. iam regaliter nutriretur, nobilis cuiusdam esse filium.*

Verùm

nouare, cuius omnino rei memoriam omnem tolli funditus ac deleri oportebat. Cic. pro P. Quinctio.

ἀλλὰ χρὴ πεπρᾶχθαι, πύθηται κηλῖδα ἔχει διδόναι τῇ λήθῃ. *Synes. epist.* 67.

Sueton. cap. 34. *Dio. lib.* 61.

Tacit. ann. 14.

Γῆ μήτηρ πάντων μητροφόρον ἐ δέχεθ' ὧδε. *Epig. lib.* 1

Obliuione digna silentio tegamus. Nazi. Orat. 28.

Satius erat ista in obliuionem ire, ne quis postea potens disceret. Sen. breuit. vit. 13.

† *vterinum.*

Hæc in populi audientiam vel rarò, si aliquid vrget, vel nunquam omnino mittenda sunt. August. 4. doctr. Christ. 9.

Iniquissima magnorum conditio meritorum est; si quid non fuerit adiectum; de prioribus perit. Fab. declam.

ὃ, τι ὠνῆς ποιῇ ἓ λέγη, ἐμὲ δεῖ ἀγαθὸν εἶναι. *Aurel. Imp. lib.* 7. *Val. Max.* 9. 7. *de Equitio.*

Τοῖς τεκοῦσι δυσλιπὴς, ὃς ἂν μὴ τὰ δικαίως τέκνων. *Euripid. Supplic.*

Quien bien ama, tarde oluida. Adag.

5. *Vt sobolis vitetur permutatio.*

† *Cuculi historiam habet. Aristot. lib.* 6 *hist. anim.* 7. *& Vlyss. Aldrou. lib.* 5. *Phile. cap.* 22. *Antigon. mirab.* 50.

Incuria sequens prioris prouidentiæ beneficia corrumpit. Apul. lib. 5. asin. aur.

Primum & maximum amoris vinculum, plurima & maxima beneficia accepisse. Val. Max. 5. 5.

Κόκκυγος νεοττὸς ὃδε ἐκ ἐφύτευσεν. *Antigon. mirab.* 109.

Matres longe vigilantiores sunt in liberis suis educandis, quàm stipendiariæ nutrices, Par. 23. 20.

Erit vobis laudabilius, mihi gratius, quòd spontaneus adfectus elegerit. Symm. 6. 39.

Χάλκεα νικᾷ θώπευμα δεσμὸς χρυσοῦ· ὁ παγὺς μείλιγμα. *Silentiar. epigram. lib.* 7.

Nullum est in illo corde iustitiæ vestigium, in quo sibi auaritia fecit habitaculum. Leo. Serm. 9. de passione.

Sæpe solent auro multo subesse mala. Tibul. 1. eleg. 9.

Δεινὸς ἔρπειν ὁ πλοῦτος ἀνθρώποις τε τὰ βαλὰ, & θεοῖς γ' ἄσαλα. *Sophoc. apud Plut. de aud. Poet.*

Non oportet clarissimis familiis ignotas sordes inseri. Val. Max. 9. 7.

En la boca del discreto el publico es secreto. Adag.

Vnum in malis bonum, mala sua ignorare. Sen. Thyest. 4.

Cura nocet, ceſſare iuuat. Manil. lib. 4.

Sæpe cruentis veritas patuit malo. Sen. Oedip.

Δεινὸν τὸ πάλαι κείμενον ἤδη κινεῖν ἐπιγείειν. *Sophoc. Oedip. Colon.*

Non expedit in omnia curioſe inquirere, ne id noſtra ſtet pernicie. Dio. lib. 44.

Gallica verſio hic variat.

Ignoratio futurorum malorum vtilior eſt, quam ſcientia. Cic. diu. 2.

Muliebris garrulitas id ſolum poteſt tacere, quod neſcit. Sen. 2. contro. 5.

Ψυκολόγητον ἐν τῷ βίῳ τὸ σιωπᾶν, ἃ μὴ δεῖ λαλεῖν. *Ariſt. gnom. Græc.*

Alienam ſtultitiam opperiri loco ſapientiæ eſt. Tacit. hiſtor. 1.

Verane hæc; adfirmare non auſim. Intereſt exempti, vt vera videantur. Plin. 9. epiſt. 13.

αἴλιον ἀπεινότητος ἡ ἀδρανείας ἢ τοῖς ἐχυροπίστοις ἀλληλοφθονία. *Dion. lib. 4.*

Do fuerza vleue, derecho ſi pierde. Adag.

Multa quæ libera fuerant, tranſeunt in ius occupantium. Fab. declam. 13.

Quæſita ferro perbreuis poſſeſſio eſt. Adag.

Poſſeſſione vacua, fortuitis dominorum mortibus, ſicuti caduca occupant. Iuſtin. lib. 19.

Tyranni ad ſe pertinere ditionem autumant, quam haſta aſſequi poſſunt. Plut.

* *in Lucania Oroſ. 3. 11. Prope Pandoſiam. Iuſtin. lib. 12. eius initium ad Olymp. 109. refert. Diodor. lib. 16.*

Paullatim oriens Romanorum, diſcordia conſanguineorum Regum factus eſt. Iuſtin. lib. 40.

Id in ſumma fortuna æquius, quod validius. Tacit. annal 15.

πολλὰν τ' ὄρσει πῦρ ξενὸς σπέρματος ἀνθρῶν αἰζηῶν ὕλαν. *Pindar. Pyth. 3.*

σπινθὴρ αὐάπλει ἢ βραχὺς πολλὴν φλόγα. *Nazian. tetraſtich.*

Ex rebus primo aſpectu leuibus magnarum ſæpe rerum motus oriuntur. Tacit. annal. 4.

Parua ſæpè ſcintilla contemta magnum excitauit incendium. Curt. lib. 6.

Scoti veteres degenerare putabant, ſi ad aliena filii admouerentur vbera. H. Boëth. Zvving. theat. fol. 3667.

Νομίζομεν ἐκ τῶν πάντων ἀνθρώπων τὸν πρεσβύτατον τῶν παίδων τῆς ἀρχῆς ἔχειν. *Herodet. lib. 7.*

Bonum exemplum ad facientem circuitu reuertitur. Sen. ep. 81.

Sicut vterus matris eſt camera filii; ita vbera ſunt cellarium. Vincent. ſerm. 2. de natiu. Mar.

*Verùm enimuerò cùm per incuriam peccatum iam fuiſſet; ſatius regni infelicis incolis fuiſſet, ſecretum illud à fœmina nunquam fuiſſe detectum. SÆPE enim fit, * vt intempeſtiua cura equus mutilus & inutilis reddatur. Sed quid fœminis faciemus plebeiis & infimi ordinis; (de nobilibus & virtutis amantibus, quæ multæ ſunt, non loquor:) quæ nonnũquam non antè ieiunium ſoluunt, quàm id, quod oratione ſeria animoque ſincero ipſis creditum eſt, detegant? Cæterùm patefacto plagio, tam atrox inter Principes ambos bellum exarſit, vt tandem in prælio vterq; vno die occumberent, altero dum alienum tueri, altero dum proprium recuperare nititur, vitam profundente.*

Erat tum Olympiadi, forma & virtute præſtanti fœminæ, Philippi coniugi, & Alexandri matri, frater nomine Alexander, vir in acquirendo ſtrenuus, & in rapiendo callidus; qui cùm & Epeirotas in factiones diuiſos, & Reges ambos in prælio cæſos accepiſſet; regnum illud vi potius, quàm iure nixus inuaſit. Nec verò mirum nulli, regnum illud à Rege non laceſſito occupatum fuiſſe, videatur. Nam antiquitus Principes TYRANNI cuicunq; ad reſiſtendum vires deeſſent, iure optimo ad ſe pertinere cenſebant. Hic Alexander ille eſt, qui propter Tarentinos, cùm à Romanis defeciſſent, in Italiam tranſiit, & in prælio † prope Capuam cecidit, negata corpori etiã ſepultura. IVSTIßimum enim eſt, vt tyrannus, qui dum viueret, vita multos exuit, turpi (& infami) morte pereat, & ſepulturæ honore careat.

Hanc hiſtoriam recitare placuit, vt videant fœminæ principes & illuſtres, ſi filium ſuum Artabani vxor ipſa nutriiſſet, futurum fuiſſe, vt neq; è cunis ille furtim auferretur, neque ambo principes in prælio occumberent, neque reſpublica illa interiret, neque regnum Alexander alienum inuaderet, neq; Italiam oppugnatum iret, neque ſepultura infelix careret. SÆPE enim ob non extinctam exiguam ſcintillam, nemus amœnum (& ingens domus) funditus conflagrauit.

Plato diuinus apud Græcos, & Lycurgus apud Lacedæmonios, legibus conſtituerunt & iuſſerunt, vt omnes fœminæ (mediocres & plebeiæ liberos ſuos; Principes verò & delicatiores ſaltem primogenitos lactarent. Plutarchus de regimine Principum dicit, ſextum Lacedæmoniorum Regem Othomiſten, cùm moreretur, duos reliquiſſe filios, & ex his natu 323
minorem patri in regno ſucceſſiſſe, quòd à matre lactatus eſſet; non maiorem, qui à nutrice alitus fuerat: vnde in pleriſq; Aſiæ regnis conſuetudo inualuit, vt qui matris lacte alitus non fuiſſet, paternarum opum hæres non eſſet.

Nulla vnquam fuit aut futura mater eſt, quæ talem habeat filium, qualis fuit virgo Θεοτόκος, *quæ* CHRISTVM

filium

filium habuit; neque fuit vnquam aut erit filius, qui talem in terris matrem habeat: Attamen neque lacte alio filius ali voluit, ne alia mater vocanda esset; neque alij mater illum nutriendum dedit, ne filius ab ea dici posset.

Fœminas Principes & summates nutricibus alendos dare filios non miror; sed illud mihi offendiculo est, quòd quæ filium concepit & peperit, alere eundem turpe & ignominiosum retur. Equidem fœminas primates meriti loco, filios concipere; eosdem verò † vlnis baiulare, pro peccato habere arbitror. Quibus verbis vel dicam, vel scribam, quod dicturus sum, nescio; quòd scilicet eò iam processerunt dementiæ fœminæ summates & aliæ, vt CATELLOS complecti magnificum; filijs mammam dare turpe existiment. Equidem cogitare non valeo, vnde ista vobis, matres crudelissimæ, insit durities, vt cùm in caueis auiculas, in fenestris simias, in sinu catellos videatis & teneatis; filios vestros in villis pauperculis velut exulare patiamini? NEQVE honestas permittit, neque pudor patitur, neque conscientia sinit, neque lex vlla vel diuina vel humana concedit, vt quas matres Deus filiorum fecit, ipsæ canum se nutrices faciant.

M. Porcium Catonem, cuius vita & doctrina speculum & exemplar toti populo Romano fuit, Iunius Rusticus lib. III. de dictis antiquorum, autor est, velut offensum hæc in Senatu verba quodam die protulisse: O P. C. ô vrbs infelix! quid (porro) visurus sim nescio, cùm tanta in vrbe monstra videam: viros scilicet manibus psittacos gestare, fœminas canes vberibus alere (proprijs.) Cumq; responsum à Senatu esset: Dic ergo M. Porci, quales nos, qui iam viuimus, vis esse, vt maioribus iam defunctis similes simus? FOEMINAM, ait M. Porcius, quæ matronæ sibi Romanæ nomen vendicat, domi inter texentes texentem, foris in templis orantem inueniri; itemq; VIRVM Romanum & generosum, domi inter libros legentem, foris in campis (pro suo suorumq; honore) pugnantem conspici decet. Digna tali viro oratio.

† Annius Minutius ciuis nobilissimus, & Pompeij Magni præfectus, post pugnam Pharsulicam Iulio Cæsari familiarissimus fuit, quòd & senex esset, & in consilijs egregius; vnde nullus abijt annus, quin vel Senator, vel Consul, vel Censor esset. Tanta quippe fuit Iulij Cæsaris clementia erga eos, quibus veniam dabat, vt quos in bello hostes habuerat acerrimos, eos in pace tractaret humanissimè. Is ergo Annius Minutius cùm Censor esset, quod munus Romæ erat, quale est iustitiæ præfecti; cùm amici cuiusdam sui coniugem paullò ante enixam visum ijsset, & ob lactis copiam illam catellæ mammam dare inuenissent; hæc in Senatu verba dixisse perhibetur: Quod hodie in vrbe prodigium vidi, P. C. ingens breui

Maria donum incorruptæ fœcunditatis & fœcundæ integritatis accepit. Fulg. de incarnat. c. 6.

Nupta peperit, sed virgo concepit; nupta concepit, sed virgo generauit. Ambr. Luc. 2.

Lactans virginitas Mariæ per stellam de cœlo est indicata, & magorum muneribus honorata. Aug. de temp. serm. 19.

ἀδὲν κακὸν κ᾽ φύσιν. *Aurel. Imp. lib. 2 extrem.*

† *uberibus nutrire.*

Τὸ ὑκτὸν ἀνάγκης ἔργον ἐστὶ, τὸ δ᾽ ἑκτρέφειν φιλοσοφίας. *Dio. Stob.* 589.

Scal. exercit. 212.

Μείζονος ἐγκλήματος ἔχεται) τὸ δ᾽ μεθ᾽ ἡδονῆς ἀμαρτανόμενον, ἢ ὡς τὸ μὴ λύπης. *M. Aurel. lib. 2.*

Ad nutrimenta nascentis fontibus lactis fœcundum pectus exuberat. Nec enim decebat aliud, quàm vt sapiens animal à corde alimoniam duceret. Lact. de opifici 2.

Αἰσχρὸν εἰπεῖν, ἢ σιωπῆσαι βαρύ. *Aristoph. Lysistr.*

Infantiæ blandimenta sinu & osculis fouenda. Val. Max. 2. 2.

Μητὴρ καλεῖται, μητρὶ δ᾽ ἡδὺ ἐξισοῦ. *Sophoc. Electr.*

Durat adhuc peruersa recti verecundia. Sen. ep. 81.

Omnes omnium virtutes tantæ sunt, quãtas videri eas voluerim; eorum ingenia, qui vnius cuiusq; facta descripserunt. Vopis. in Probo.

Catoni id solum visum rationem habere, quod haberet iustitiam. Velle. lib. 2.

Pudorem rei tollit multitudo peccantiũ, & desinit esse probro commune maledictum. Sen 3. benef. 16.

Tale quid Cæsari tribuit. Plut. in Pericle.

Si permutatio detur, Morte viri cupiant animam seruare catellæ. Iuuenal. Sat. 6.

Γυναικὸς δρετὴ, ὅ τι δεῖ αὐτὴν τὴν οἰκίαν σῴζειν, σώζουσάν τε τὰ ἔνδον, & κατήκοον οὖσαν τοῦ ἀνδρός. *Plato Menon.*

Fœminæ semper sunt intra domum, vno plurimum loco, leuib. officiis affixæ. Fab.

Ἀνδρὸς μὲν δρετὴ πόλιν εὖ διοικεῖν, γυναικὸς δ᾽ οἰκίαν. *Plato Menon.*

O virum grauitatis antiquæ. Fab. declam. 4.

† *Munatius Plancus Octauio. Augusti cognomen tribuit. Sueton 7.*

Planci & Lepidi censura neq; ipsis honori, neq; reip. vsui fuit. Vell. lib. 2.

Cæsar dum clementiam, quàm præstiterat, expectat, incautus ab ingratis occupatus est. Vell. lib. 2.

Ἐγὼ μὴ τῷ κρατῆσαι τοῖς πολεμίοις συνέγνων. ἔπαθον δ᾽ ἂν ὑπ᾽ αὐτῶν ὅσα ἐμέλησε τῇ Δίκῃ. *Iulian. de Cæsarib.*

Pariendi & alendi finis est non necessitas; sed amor. Plut. de amor. prol.

Δεινόν γε πάντων φίλτρον ἔθηκε θεὸς ἀνθρώποις. *Eurip. Stob.* 688.

Ἀδικεῖ πολλάκις ὁ μὴ ποιῶν τι ἢ μόνον ὁ ποιῶν τι. *Aurel. Imp. lib.* 3.

Homine imperito nunquam quicquam iniustius. Terent. Adelph. 1. 2.

6. Ratio sumta à valetudine.

ὃν ἔστιν ἀνθρώπῳ ὡς ἀνθρώπῳ πρὸς φύσιν ὁ πόνος, μέχρις ἀνοσιωτάτου ἕως ἀνθρώπου. *Aurel. Imp. lib.* 6.

Vitandum auersi corruptiq; sanguinis periculum. Gell. 12. 1.

Natura non vult intercipi sua beneficia, multò antè præparata ad conseruationem generis. Phil. de charitate.

† *mammas exiccandi.*

De his gloriam capimus, de quibus salutem speramus. Tertull. de cultu fœmin.

7. A delitiis ex infantum lusibus.

Quoties puellum aspicio ludentem & balbutientem, festiuum & liberale mihi videtur, puerilemque decere ætatem. Plat. in Gorgia.

Nihil est in liberis dulcius annis innocentibus. Minut. circa initium.

† *Verba nonnulla geminat. G.*

† *balbutit. I.*

Et teneris meditans verba illuctantia labris. Stat. Theb. 4.

Τὰ παιδία ἀγνοοῦντα τὰς παιδείας τύπτουσιν· ἡ οὐ δοκεῖ τοῖς ἀγνοοῦσι φυσικὴ εἶναι, ὃ ποιεῖ ἀφ' ἑαυτοῦ πεφυκέναι τοιοῦτον τὰ παιδία λέγειν ἀδίκως. *Aristot. magn. moral.* 34.

In liberis adhuc dimidiata verba tentantibus loquela ipso offensantis linguæ fragmine dulcior. Minut.

† *Conniuent.* † *Vlnis excipi. I.*

Κἄρφ ἑλὼ τροφὸν ἀμφαγκαπίζει, ἀμφὶ δ' οἱ πλέκεται. *Oppian. alii* Δ. 284.

Τὰ παιδία ἢ πίθανὰ ἢ ἁβρὰ ἐστὶν, ἵνα οὖν ἀναλεῖται πρὸς τὸ συμπάσχειν αὐτοῖς, καὶ συνέρπειν, καὶ συμψελλίζειν. *Arrian.* 2. *Epict.* 24.

Τίς ἐχθρὸς χαίρει νηπίοις ἀθύρμασιν. *Eurip.*

Fructuosior est adolescentia liberorum; sed infantia dulcior. Sen. ep. 9.

Illud iucundius, vbi fructus vberior. Symmach. 7. 37.

Secundum naturam est, vt commoda cuiusq; rei sequantur eum, quem sequuntur & incommoda. IC. l. x. ff. de reg. iur.

Parentes liberos onere sentiunt. Sen. 5. benef. 5.

Actum est de reb. humanis, si sola seruatur vtilitatum fides. Fab. decl. 16.

malum vrbi euenturum denunciat. Fœminam enim Romanam filijs lac negare & canibus mammam dare vidi. Nec sanè immeritò Annius Verus Censor factum illud inter prodigia monstrosissima retulit. Cùm enim NVLLVS *sit amor suauior & ardentior, quàm inter parentes & liberos; quid aliud possumus dicere, quàm matrem, quæ filio, quem peperit, abiecto, brutum amplectitur, aut prudentia carere, aut stultitia abundare?* STVLTVS *enim quod odisse debet, amat, & quod amandum est, odit.*

Quòd si matres, quia matres sunt, mammam dare soboli suæ nollent; vel valetudinis, quod imminet, periculo moueri ipsas oportebat. Vt enim saniores viuunt fœminæ, quæ pariunt, quàm quæ non pariunt: ita rectius valent, quæ lactant, quàm quæ non lactant. Nam FOEMINIS *filiorum nutritio laboriosa quidem; sed ad sanitatem vtilissima est. Turpe quidem mihi dictu; sed matronis summatibus turpius factu est, quòd eas cataplasmata & succos scapulis,† auertendi lactis gratiâ, videmus imponere; atque inde iustissimo Dei iudicio, non rarò, quod lactis abigendi gratia faciunt, id ipsis vitam adimit.*

Quæro item; Si matres voluptatem ex liberis nõ capiunt, dum paruuli sunt; quando percepturas se sperant? Quàm dulce est infantem videre, cùm risurus ocellos claudit; ploraturus labella comprimit; locuturus digitulis indicat; ambulaturus manibus pedibusq; nititur, & ante omnia cum fari incipit,† in verbis alijs hæsitat, in nonnullis suauissimè† titubat? Quid patri aspectu, matri permissu gratius, quàm cùm lactantes paruuli altera manu papillas detegunt, altera capillos trahunt, & super omnia pedibus calcitrant, & ocellis† argutantur? Quale est videre iracundulos, quando à patre† se prehendi nolunt, & pugnorum ictibus matrem repellunt, aureola quoq; proijcientes crepundia, & mox vel piro (vel malo) vel virgula mitigantur? Quid iucundius, quàm simplices audire ad interrogata responsiunculas, in loquendo senilitates (& ineptias;) videre, vt cum catellis lusitent; vt catos persequantur; vt arena cribranda occupentur; vt 325
casulas ex argilla in vijs publicis ædificent; vt auiculas fletu insectentur præteruolantes? quæ omnia nihil aliud in parentum oculis, quàm lusciniæ ad canendum, & faui (ac bellaria) ad edendum sunt.

At enim matres ideo se liberos non lactare dicent, quòd in infantia molesti (onerosiq;) sint: postquam ætas aliquid prudentiæ collegerit; oblectamento illos sibi futuros. Ego verò respondeo, non inficias ire matres posse, qui in liberis, postquam enutriti iam sunt, nonnulla horum concurrant; vt aut superbi, aut inuidi, aut auari, aut pigri, aut luxurioſi, aut

furaces,

furaces, aut blasphemi, aut helluones, (aut lucrones) aut turbulenti, aut aleatores (aut fatui) sint; atque vtinam non euadant in vitijs inemendabiles, & aduersus parentes planè contumaces!

Facilè adducor, vti credam, plurimas hodie & matres esse, quæ à filijs iam educatis (& adultis) honorem & obsequia debita sperabant; quæ quidem delitijs speratis æquissimo animo carerent, modò nullæ in earum locum succederent molestiæ. Quo enim tempore gaudere maximè & frui liberis debebant; id ipsum tempus deplorandis & corrigendis, quæ per ætatem admiserunt, erratis impendendum est.

Itaque monitas, rogatas, oratasq́; velim fœminas Principes & summates, vt filios nutriant, ijsque perfruantur, dum teneri sunt, futurum scientes, vt quò magis adolescunt, eo crebriores in singulos dies accipiant nuncios, filium aut captum, aut lethaliter sauciatum, aut abreptum, aut ludendo vestem perdidisse, aut vitam cum meretrice infamem agere, aut † aliena furari, aut hostium peti insidijs, aut cum improbis inire consortium. Denique ADEO (tum mali, tum) à bono alieni sunt filij, vt sæpissimè parentes potius bene mortuos liberos, quàm malè viuere debeant gaudere.

Tam arcto mihi videntur amoris vinculo colligari mater & filius, vt non solùm extra domum illum suam non educare; sed ne vnum quidem diem præsentia illius carere mater debeat? Quippe illum cùm videt, eum videt, qui ex ipsius ortus est visceribus, quem tantis enixa est cum doloribus; quem hæredem est habitura bonorum; in quo maiorum victura est memoria; qui denique, postquam debitum naturæ ipsa persoluerit, successurus est muneri ipsius vicarius. Itaque vt rem in pauca conferam, cum Plutarchò illo magno, à quo maximam huius capitis partem mutuatus sum, MATRIS esse dico, si suo velit officio fungi, filium vlnis, educandi gratia; &
326 *postquam adoleuerit, corde, iuuandi gratia, gestare. *FILIVM enim materno lacte non alitum (certissimum & ineuitabile) damnum; alieno lacte nutritum commodum rarissimè videmus capere.*

CAPVT XXV.

Fœminis Principibus & illustribus etiam atque etiam videndum, cuiusmodi nutrices filiis alendis eligant; itemq́; VII. conditiones, quæ in nutrice bona requiruntur; quas rationibus & historiis autor memorabilibus, scituq́; & lectu iucundis confirmat.

Cohibendæ cupidini, ingenium ni iuuet, eruditio imbecillis est Aurel. Victor. Cæsar. 19.

Liberorum amarissima voluptas. Tert. ad vxor. lib. 1.

Filij se diligi sentientes quoddam patiuntur de parentum sedulitate fastidium. Sido. 5. ep. 4.

ἴσως, ἴσως βουλήσεται κάφωνον υἱὸν εἶναι. *Aristoph. nubib.*

Conseruandum veteris officij meritum nouo videtur. Plin. 3. ep. 4.

Paucos vsq; ad verum fructum à liberis percipiendum perduxit ętas. Sen. 5. benef. 5.

Filij tortores. Boët. 3. cons. 8.

Τὸ τρέψαι δ' ἐν βροτοῖσι πολλάκις πλείω πορίζει φίλτρα τοῦ φύσαι τέκνα. *Eurip. Stob. 673.*

† *rem familiarem.*

Liberos nutrientibus fructus ipsa educatio est. Sen. ad Marciam 12.

Ex impatientia diligendi descendit, vt facilè credas, quod timeas. Fab. declam. 18.

Carens liberis infortunio felix est. Boet. 3. consol. 8.

Filiorum delicta sępe videre patribus contingit. Virtutes rarò. Plut. de amor. prol.

Γυνὴ τρέφει οὔτε προπεπονθυέα οὐδὲν ἀγαθὸν, οὔτε γιγνώσκον τὸ βρέφος ὑφ' ὅτου συμπάσχει, οὐδὲ σημαίνειν δυνάμενον, ὅτου δεῖται. *Xenoph. memorabil. 2.*

Quis non magis filiorum salutem, quàm suam curet? Tert. aduers. Marc. 2.

Nulla caritas ita plena est, vt augmentum non capiat. Sym. 7. ep. 63.

Non est filius iam genitus proprij, atque consueti, atq; cognati sanguinis alimonia priuandus. Gell. 12. 1.

* *Plurimum enim plerunq; mali & matri & filio videmus accidere, quòd ipsa illum non aluit: simul ex eo, quòd alieno lacte nutritus fuit, non adeò multum plerunq; commodi, & minus interdum honoris euenire. G.*

L' ufficio delle balie è d' alleuar bene i fanciulli, insegnargli ottime creanze, disciplinargli come si deue, tenergli in obedienza & à freno, è farsi temer da loro, & rispettare à guisa delle madri. Tho. Garzoni. discors. 130.

Lac est omnium rerum, quas cibi causa capimus, liquentium maximè alibile. Varr. rust. 2. 11.

† *gubernandi populos.* † *Mercurius.*

† *Phoroneus vrbis condendæ autor. Pausan lib. 2.*

Ante Lycurgos & Solonas omnes Moyses & DEVS. Tert. aduerſ. Marcion. 2.

Conantur ſinguli legislatorum geſta ad antiquitatem referre, vt non imitatores aliorum, ſed ipſi alijs legitimè viuendi duces fuiſſe videantur. Ioſeph. 2. contr. Apion. Polyd. Virg. 2. 1.

Legem ferre in primis deorum eſt. Galen. tom. 1. fol. 328.

Non ſecundùm legem, ſed regum præceptionibus populus regebatur. Ioſeph. cont. Apion. 2.

Arbitria Principum pro legibus erant. Iuſtin. lib. 1.

Τὰς πολλὰς τῶν ἡδέων ἐπιβαίνειν ὁρμὰς ἀνάγκη, ἐν οἷς αὖ ἕκαστοι πεῤῥύθμισται. *Iſocra. areopag.*

Victorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricemque virtutum. Cic. de leg. 1.

Vnrecht vnd Klage meret ſich alle Tage. *Adag.*

Multiplex eſt vicioſitas, variaque audet. Plut. 8. Sympoſ. 9.

Secundum legem decet viuere omne, qui in politicæ rei vniuerſitate verſantur. Saresber. 42.

Leges bonæ ex malis moribus procreantur. Macrob. 2. Sat. 17.

† *leues ac vanæ gloriæ cupidæ. G.*

Τοῦτό ἐστι τὸ δόγμα ἐγκύκλιον ὅλων ἡμῶν, ἐξ οὗ καὶ εἰς οὗ. *Aurel. Imper. lib. 9.*

Quædam iura non lege, ſed natura nobis attributa. Sen. 9. contr. 5.

Cautela prodit affectum. Caſſiodor. lib. 1. ep. 44.

Natura comparatum eſt, vt quibus impendimus ſtudium, præſtemus adfectum. Sidon 7. ep. 2.

Nulli propria res à diſcedente committitur: niſi de cuius bene conſcientia iudicatur. Caſſiod 1. ep. 15.

† *totius orbis, ſi illas haberet. G.*

Diſce homo, vbi grandis & precioſus ſis. Vilem te terra demonſtrat; ſed glorioſum virtus facit; fides ratum, imago precioſum. Ambr. Pſ. 118.

Homo eſt digniſſima creaturarum. IC.

Affectio boni animi capax eſt augmenti, quoties meritis prouocatur. Symm 3. 32.

Quæ iſta eſt acerbitas, ſi idem fiat in te, quod tute in alio feceris? Gell. 20. 1.

Non eſt iniuria pati, quod prior feceris. Sen. 2 ira. 30.

Mala exemplà in eos redundant, qui faciunt. Sen. ep. 7.

Nihil amarius, quàm id ipſum pati, quod feceris aliis. Tert. aduerſ. Marcion. 7.

Nutrices eligantur, Honeſtæ & probæ.

Αἰχρὸν) τῶν παγκὼ ἀφ' ἑὸς τῶν παιδευομὲν, ἐπὶ τοῦ βορβόρου τὸν ἐγκέφαλον τρέχειν. *Chryſoſt. Rom. 13. homil. 24.*

QVI leges † viuendi dederunt, præcipui fuerunt † Prometheus Ægyptiarum, (Solon) Salaminius Græcarum, Moſes Hebræarum, Lycurgus Lacedæmoniarum, Numa Pompilius Romanarum legum conditores. Nam antequam Principes illi extiterunt, non legibus ſcriptis; ſed laudatis conſuetudinibus antiquis populi fuerunt gubernati. Porro viris illis non fuit propoſitum leges maioribus, qui iam è viuis exceſſerant, dare. Neque verò ſui tantùm ævi hominibus, qui improbi erant; ſed poſteris etiam, quos minimè bonos futuros rebantur, illas dederunt. QVANTO enim magis annis mundus creſcit, tantò magis & vitijs & vitioſis repletur.

Hæc dixi, vt oſtendam, ſi fœminæ Principes & ſummates ſuos ſingulæ filios nutrire vellent, facile me labore impertiendi illis conſilij ſupersedere potuiſſe. Sed cum fœminas, quæ poſt noſtrum parituræ ſunt ſeculum, non minus arrogantes, quàm noſtri ævi † voluptariæ ſunt, futuras cogito: non poſſum facere, quin leges nonnullas & commonefactiones tradam, qualem ſeſe mater erga nutricem, & qualem ſeſe nutrix erga alumnum gerere debeat. Eſt enim IVSTISSIMVM, vt cùm in deſerenda ſobole ſua mater immiſericors & temeraria fuerit; in eligenda ſaltem nutrice benignam & prudentem ſe præſtet. Si quis theſaurum inueniſſet ingentem, eumq; cuſtodire penes ſe non auderet; ſed apud ambiguæ fidei hominem illum (aſſeruandum) deponeret; eum profectò fatuum vocaremus. QVÆ enim ſtudioſius diligimus, maiori cura cuſtodimus. Etenim meritò pluris æſtimare matrem decet vteri ſui theſaurum, quàm † Indicas opes; & quæcunque mater contra facit, filiumq; ſuum poteſtati permittit nutricis (exteræ,) non quàm optimam exquiſiuit, ſed quàm paratu facillimam inuenit; non quidem inſanam, quod aliquantò turpius; ſed totidem literis deliram, quod nonnihil honeſtius eſt, dicemus.

Ex ijs, quæ mundi finem appropinquare argumento ſunt, 327
non poſtremum eſt, quòd videmus, quàm exiguo filium mater amore in infantia, & quanto matrem in ſenecta odio filius proſequatur. Sed FILII erga patrem matremq; ἀντιτύπια pœna talionis eſt, vt quemadmodum pater filium infantem domi ſuæ nutrire noluit; ita patrem ſenio confectum, domo non recipiat filius.

Vt igitur ad rem accedamus; poſtquam omnino decreuit fœmina, fontem illum ſanctiſſimum corporis (generis humani educatorem) arefacere & exiccare; ſumma diligentia INVESTIGARE nutricem debet, quam non ſolum lacte ſano; ſed vita etiã honeſta præditam eſſe oportet; quod niſi fiat,

non

non tantùm filio lactis candore proderit, quantum matri improbitate vitæ nocebit. Etiam atque etiam vigilantes velim esse fœminas Principes & summates, in cognoscendo nutricum ingenio, priùs quàm suos illis filios committant. NVTRICES enim illæ si vitæ famæque parum integræ sunt; instar serpentum ore matrem mordent, cauda filium pungunt. Mea quidem opinione LEVIVS matri malum foret, in ipso partu extingui filium, quàm pro nutrice in domum admitti fœminam improbam. DOLOREM enim ex morte filij tempus (mitigat ac) sanat: dedecus domesticum, quàm diu vita manet, durat.

Autor est Sextus Chæroneus M. Aurelium Imperatorem nutrici cuidam, quæ pulcrior esset, quàm probior, filium alendum dedisse; quare animaduersa Imperatorem optimum non solùm domo illam expulisse; sed ex vrbe etiam relegasse, sanctissimè iurantem, nisi filio mammam dedisset, se iussurum, vt frustillatim concideretur. MALÆ enim famæ fœmina capitali supplicio affici iure optimo potest.

In eligendis autem nutricibus non decet magnopere respicere fœminas Principes & summates; sintne deformes nutrices, an pulcræ. Si enim LAC dulce & album est; facie sit nutrix alba an nigra, parum refert. Et Sextus Chæronensis in libro de nutriendis infantibus ait; Vt terra nigra fertilior est, quàm alba; ita fuscæ mulieres lac † salubrius habent, quàm candidæ.

*Paulus Diaconus in historia maiore narrat, Odoacrum Imperatorem antecessoris sui Zenonis Imperatoris filiam vxorem duxisse, cui nomen erat * Arielnæ; quæ cùm filium peperisset, nutricem adduci ex Pannonia, forma præstantissimam iussit. Accidit autem, vt ex nutrice illa, quod forma excelleret, tres Imperator filios ordine susciperet, vxore infelice nullum ampliùs post primogenitum pariente. Itaque credibile est Arielnam Augustam non solùm pœnituisse, quod nutricem pulcram in domum introduxisset; verum etiam optasse, vt filius nunquam fuisset natus, quòd*
328 *pellex dominæ locum occupauit; domina in perpetuum repudiata.*

Nec verò hæc eò spectant, quasi non multæ sint fœminæ deformes improbæ, aut non formosæ multæ inueniantur virtute conspicuæ: sed vt fœminæ Principes & illustres in legendis filiorum nutricibus (commodis & idoneis,) ingenium spectent maritorum. ADEO quippe viri nonnulli hac in parte cupiditatibus suis imperare nequeunt, vt si aquulam † paulò limpidiorem videant, bibendæ illius desiderio mox contabescant. Quamobrem in eligendis nutricibus

Nutrices, quantum res patitur optimæ eligendæ. Fab. l. 1. cap. 1.

Nutricum & pædagogorum pueri referunt in adolescentia mores. Sen. 2. ir. 22.

Pudoris iactura flagitiorum omnium certissima est parens. Nazian. ad Olympiad.

ἐξ ἀρχῆς τὰ τῶν τέκνων ἤθη ῥυθμίζειν προσήκει. *Plut. de lib. educ.*

Puerorum infantia primo errorem cum lacte bibit. Prudent. 1. contr. Symm.

Pedetentim progrediens extenuatur dolor. Cic. Tuscul. 3.

Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec amnibus vllis elui potest. Idem. de leg. 2.

Malè nati & malè educati paruam honestatis rationem habent. Dion. l. 9.

τί κακὸν ἢ ξένον γέγονεν, εἰ ὁ ἀπαίδευτος τὰ τοῦ ἀπαιδεύτου πράσσει; *Aurel. Imp. lib. 9. extrem.*

Tre cose mettono fuoco in casa, vn figliuol prodigo, vna moglie adultera, & vna balia ruffiana. Thom. Gartzon. disc. 130.

Fuscæ candidis sunt calidiores, alimentum in sanguinem perfectius concoquunt & excrementa digerunt melius. Paræus. 23. 21.

αἱ μέλανες γάλα τῶν λευκῶν ὑγιεινότερον ἔχουσι. *Aristot. hist. ani. 3. 21.*

† *magis alibile, pinguius.*

Augustæ torum nutrix formosa occupat.

* *Ariadne Zenonis Imp. vidua nubit Anastasio Imp. Zonar. tom. 3. & Iornan. lib. 1.*

Vmb deß Kindes willen küsset man die Amme. *Adag.*

De Odoacro vxorem repudiante Sylu. hist. Boem. 27.

ὁρῶ ἥβην τὴν μὲν ἔρπουσαν πρόσω, τὴν δὲ φθίνουσαν. *Sophocl. Trachin.*

Nouam nuptam nihil minus quam pulcrior pronuba decet. Sidon. 12. epist. 10.

φοβοῦμαι, μὴ πόσις μὲν ἐμὸς καλῆται, τῆς νεωτέρας δ' ἀνήρ. *Sophocl. Trachin.*

Deligenda nutrix, quæ iam secundo aut tertio peperit: nam mammæ impleri consuetæ, copiosioris lactis capaciores sunt. Paræ. 23. 21.

Γλυκεῖ, ὀπώρα φύλακος, ἐκ λελοιπότος *Plut. Erot.*

Inter omnia Christianorum certamina, sola duriora sunt prælia castitatis, vbi quotidiana est pugna & rara victoria. August. de temp. 250.

† *Prou. 9. vers. 9. Syr. 26. vers. 15.*

γλυκύ τι τὸ κλεπτόμενον μέλημα κύπριδος. *Clem. Alex. lib. 3. pædag. cap. 11.*

Omnium retum cupido langueſcit, cum facilis occaſio eſt. Plin. 8. ep. 20.

Citius nos corrumpunt viciorum exempla domeſtica. Iuuenal. Sat. 14.

Ein krummes Holtz gibt ja ſo wol gute Kolen/ als ein gerades.

2. *Rectè valentes.*

Propter lactis & educationis vitia ſæpe infantes degeneraſſe compertum eſt. Alexand. 2. 25.

Generoſius in ſua quodque ſede gignitur; inſitum alienæ terræ in id quo alitur, natura vertente ſe, degenerat. Liu. lib. 38.

De arborum mutatione Scalig. exerc. 169.

Lac melius eſt à valentibus & ab iis, quæ nondum veteres ſunt. Varro. 2. ruſt. 11

Lectiſſimarum nutricum alumnos animo fero multos agnouimus; eosq; parentibus partim bonis, partim malis.

Scal. exer. 212.

Ab edito in lucem maſculo nutrix præferenda eſt. Paræ 23. 21.

Sæpe videas arborem lætam & nitentem, ſi in locum alium transferatur, ſucco terræ deterioris elanguiſſe. Macro. 4. Satur. 11.

Laterales & familiares Principum ſolicitant, & magnarum domorum, non modò officiales, ſed ciniſiones rogant, vt memi nerint ſui. Saresb. 7. 19.

Por no gaſtar lo que baſta, la que era eſcuſado ſe gaſta. Adag.

Plerunque ſine diſcrimine, quæ id temporis lactans eſt, adhiberi ſolet. Gell. 12. 1.

Non eſt maior habenda ratio gratiæ petentium, quam liberorum ſalutis. Plut de lib. educ.

Dem ärgſten Zimmerman gibet man das beſte Beyhel. *Adag.*

Nutrices ſtipendiariæ non tam fœtum, quam fructum amare ſolent. Paræ.

Lac vſurpandum pro potu non eſt; ſed vt cibus, vim validam & ad nutriendum copioſam habens. Plut. de ſanit. tuend.

αἱ μέλιτται νοσοῦσιν. Ariſtot. Probl. 1. 27.

Simplici cibo vtentibus familiaris ſanitas. Macrob. 7. Satur. 4.

Μικραὶ μεταβάσεις μεγάλων ἀλλοιοῦσιν, ὡς αὐξήσεις, ἀλλ' ὅτι συμβαίνει δρόμῳ συμμεταβάλλειν. Ariſtot. gener. animal 5. 7.

† *opificum. G.*

Ipſius cibi qualitas gignit horrorem, corrumpit valetudinem corporum, grauiorque eſt hominibus talis alimonia quam pœna ieiunii. Symm. 6. 15.

Multiformis alimonia morborum cauſſa. Macr. 7. Sat. 4.

Non coaleſcit planta, quæ ſæpe transfertur. Sen. ep. 2.

Infrugibus pecudibusq; non tantum ſemina ad ſeruandum indolem valent, quantum terræ proprietas, cœliq; ſub quo alluntur, mutat. Liu. lib. 38.

HOC primum obſeruent fœminæ ſummates, vt prius quàm domum intret nutrix, vitæ ipſius honeſtas & integritas exploretur. Nam vtrùm deformis vel pulcra ſit, parum omnino; an verò vitæ ſit integerrimæ, plurimum refert.

Secundò, NECESSE eſt nutricem, quæ infantem alit, non ſolùm vitæ conſuetudine inculpatam eſſe; ſed etiam corporis valetudine proſperâ vti: cùm regula minimè fallax ſit, EX LACTE, quod infantes ſugimus, omnem vitæ noſtræ pondêre ſanitatem. Perinde eſt infantem alendum dare, atque arborem ex vno loco in alium tranſponere. Quod cum ita ſit, omninò par eſt, vt ſi forte non ſit melius ſolum, in quod tranſponitur, ſaltem non ſit deterius illo, in quo nata eſt. CRVDELITATIS enim ſummæ eſſet, à matre ſucci plena & ſana, nutrici filium debili & valetudinariæ alendum dari. Sæpe fœminæ Principes & nobiles alendis filiis fœminas eligunt (exuccas,) imbecilles & morbidas; Cuius erroris cauſſa, non illarum voluntas; ſed harum vanitas eſt, quòd videlicet, dum fœminarum ſummatum nutrices audire affectant, partim operæ precium exiguum poſtulant, partim precatores innumeros allegant.

Cùm partitudo appetit fœminæ Principi aut illuſtri; mulierum videas certamina, inter ſe contendentium, quænam ſit futura nutrix, dum quæ nunquam proprios lactarunt filios, alendis alienis ſe parant & lac colligunt. Vt autem affectare illud à ſtulticiæ exceſſu: ſic precibus eiuſmodi annuere, à prudentiæ defectu mihi videtur proficiſci. Ingens enim calamitas eſt, quando nutriendo infanti fœmina eligitur, non quòd ei muneri maximè ſit idonea; ſed quòd in ambiendo illo cæteras gratia & induſtria vicit.

Nec eſt, quod arbitrentur fœminæ Principes & ſummates, ſi minus proba fuerit nutrix prima, ſecundam capi poſſe (meliorem;) quæ ſi voto parum reſpondeat, tertiam eligendam, atque ita progrediendum, donec bona inueniatur. Mihi enim credant, PERNICIOSIORES infantibus eſſe crebras lactis mutationes, quàm ſenibus varietatem ciborum. Longè plures mori fœminarum ſummatum, quàm 329
plebeiarum liberos, quotidiana teſtatur experientia; cuius rei cauſſam dicemus, non quòd hæ liberos indulgentius (molliuſque) educant, aut quod epulis † mechanicorum vxores exquiſitioribus veſcantur: ſed quòd ſæpe vſu venit, vt fœminæ pauperculæ filius vno eodemque lacte totum biennium nutriatur; fœminæ verò illuſtris filius nutrices bimeſtri ſpacio tres habeat. Si illud ſpectarent fœminæ Principes & ſummates, vt ſatis ſanæ & idoneæ forent nutrices, quibus filios alendos credunt; non vt hominum

impor-

importunorum precibus annuerent: futurum esset, vt & molestiis matres plurimis carerent; & longè rectius liberi alerentur.

Inter æui prisci Principes glorioſos Titus memoratur, Veſpaſiani filius, Domitiani frater. Eum Imperatorem optimum Lampridius † refert maximam vitæ partem grauibus obnoxiam morbis egiſſe; cuius rei cauſſa fuit, quòd alendus à matre in infantia datus eſſet nutrici morbis obnoxiæ. Ita Imperatori optimo, quòd paullum ſuxerat lactis putridi, in perpetuo vita fuit exigenda cruciatu.

Tertiò, prolis ſuæ temperamentum cognoſcere & ſcire fœminas Principes ac ſummates oportet, vt ad illud nutricum (bonarum & vtilium) electionem accommodent, prout ſcilicet infans vel biliоſus, vel pituitoſus, vel ſanguineus vel melancholicus fuerit; vt nimirum qualis humor fuerit, quo † peccat infans, tale ipſi lac à matre procuretur (& eligatur.) Si in curando ſene eſſœto, humorum in adhibendis medicamentis habetur ratio: cur nutriendo infanti (tenero &) innoxio non quæratur lac ipſius reſpondens temperamento?

Quòd ſi æquum omnino eſſe dicas, ſenum carnes putridas ſuſtentari (& ali;) quoniam conſilio iuuare alios poſſunt: ego quoque æquiſſimum eſſe dico, imò neceſſarium maximè, vt rectè (ſolliciteque) nutriantur infantes à quibus inſtaurandum eſt genus hominum. Non enim dicimus, TEMPVS eſt vt puer iſte panem ſenibus relinquat, Sed contrà, Senes pueris panem relinquere iam tempus eſt.

Ariſtoteles libro de Secretis ſecretorum, & Iunius Ruſticus libro X. de geſtis Perſarum dicunt, Darium Regem infeliciſſimum, qui ab Alexandro M. victus eſt, filiam habuiſſe forma præcellentem; eiuſque nutricem toto Lactationis tempore nihil, niſi venena comediſſe (aut bibiſſe,) & finito triennio puellam ablactatam nihil, niſi colubros & id genus venenata, manducaſſe. Sæpe audiui Imperatores priſcos in more habuiſſe, vt filios regnorum hæredes futuros venenis nutriendos curarent, ne veneno poſtea (infici vel) tolli poſſent; qui error ab iis oritur, qui multa ſibi tribuunt, & pauca intelligunt: Ideoque me audiſſe, non autem legiſſe dico. IN NARRANDIS enim hiſtoriis multi potius ab aliis audita, quàm à ſeipſis lecta inculcant.

330

Illud tamen conſtat, Reges & viros præpotentes æui priſci, quemadmodum nunc Chriſtiani in locello reliquiarum ſanctarum aliquid de pectore ſuſpendunt; ita gentiles illos anulum in digitis, aut bullam in pectore veneno plenam geſtaſſe; quo more vtebantur Principes pagani, qui neque inferni pœnas metuebant, neque paradiſi præmia ſperabant;

vt ſi

τὸ κατὰ ὀλίγον, ἀσφαλὲς, καὶ ἄλλως ἡνίκα ἐξ ἑτέρου ἐφ' ἕτερον μεταβαίνῃ. *Hippoc. ſect. 2. aphor. 51.*

Titus Imp. valetudinarius.

Nutricis morbi in alumnum tranſeunt. Paræ.

† *Venenum Britannico propinatum guſtaſſe ait. Suet. cap. 2.*

Caſus dementis, correptio ſit ſapientis. I. C.

ἡ δὲ χὴ ἰσχυρά. *Ariſt. problem. 1. 35.*

3. *Temperamento alumni conuenientes.*

In carne ſolida calor vegetior eſt, & magis coactus. Paræ.

Animos temperamentis corporum affici ac mutari, naturæ doctrina demonſtrat. Pachym. 3.

† *abundat. G.*

Similibus ſeruator vnumquodq; contrariis ad intemperaturam recidit. Rhodig. 9. 12.

Eſt operæ redundantis nota replicare. Symm. 6. 32.

Similibus ſimilia nutriuntur. Macrob. 7. Satur. 5.

ἐτέρης, ἕτερος, καθήκοντος, ἐκβήσῃ. *Aurel. Imp. lib. 3.*

Admitte poſteros, cede venientibus. Fab. declam. 4.

Τὸ γὰρ ὑστερεῖν ἐστιν ἡδὺ νέοις ἐλπίδ' ὀφείλοντας. *Ariſtot. probl. 30.*

Quien antes naſce, antes paſce. Adag.

Non fit ab aſſuetis paſſio. Petrar. Senil. lib. 15. epiſt. 1.

Rodig. 11. 13. Scalig. exer. 175. Lang. lib. 1. ep. 12.

Diſſidet nutrimentum à medicamento venenoſo. Hoc enim vim corporis vincit, illud ab hac vincitur. Galen. tom. 1. fol. 304.

Τὰ σωθέντα ἐκεῖ φάρμακα, ἀλλὰ τροφὴ γίνεται. *Ariſt. probl. 1. 46.*

Mithridates quotidie venenum bibebat. Plin. 24. 2.

ὃ πᾶσι τοῖς φαρμακοῖς, ἀλλ' οὐκ οἷοις ἴδια. *Ariſt. Problem. 1.*

Vani eſt illud narrare, ſtulti credere. Val. Max. 4. 7.

Aliter viſa, aliter audita narrantur. Hieron. præfat. pentat.

Rittershuſ Oppian. κυν. γ. 45.

Veteres ſub gemmis venena claudebant, anuloſq; mortis gratia habebant. Plin 33. 5.

Ego euenire poſſe non arbitror vt cuiuſcunq; difficultatis articulo, liceat propria autoritate homini mortem ſibi inferre, nec vbi caſtitas periclitatur. Saresber. 2 2.

Iudicis ſui ſententiam anteuertit, qui ſeſe ipſe morte condemnat. Hierocl. Morn. de verit. pag. 263.

Prisci aliud esse inferos negauerunt, quam ipsa corpora. Macrob. 1. Som. 10.

Cum omnia vbique sint, non tamen omnia omnibus gratiosa: quia eligit quisq; quod magis apud illum habet gratiam. August. quæst. V. & N. T. 115.

Sub eius custodia regio more ad incerta fortuna venenum erat. Liu. lib. 30.

Atra bilis delirantes homines concinnat citò. Plaut. Amphitr. Satin' parua.

Τοῖς σπληνικοῖς τὰ πικρὰ ὠφέλιμα, τὰ δὲ γλυκέα βλαβερά. *Pythag. Stob. 252.*

† *De Roman. prin. lib. 2.*

Palæologorum familia Græcorum imperium propè CC. annos tenuit. Cusp. Cæsar. fol. 625.

A capite bona valetudo; inde omnia vegeta sunt atque erecta, aut languore demissa, prout animus eorum viget aut marcet. Sen. 2. Clem. 2.

Adflictus populus quasi Principis podagram arguit & conuincit. Saresb. 6. 20.

Non grauiora sunt carnificum tormenta, quam interdum cruciamenta morborum. Cic. Philipp. 10.

Le medicine vogliono esser complessionate. Domenic. pag. 368.

Morbi omninode inter se implicati & commixti semper aliquid noui faciunt. Plutar. 8. Symp. 9.

Morbis, quos amara excitauit bilis, mel inimicum. Galen. lib. 3. de potent. nat.

Melancholiæ risu effuso discussæ exemplum apud Zuing fol. 1716 theatr.

De melancholicis vide Aristot. Probl. sect. 30 quæ. 1.

Alterius casus tecum te doceat perpendere, quanta sit attentione bonæ valetudinis conseruationi studendum. Plut. de tuend. sanit.

Nunquam ex similibus duplicatis contrarietas emergit. Macro. 2. Som. 15.

4. *In victu temperantes.*

Saturitatis germana proles est petulantia. Philo de agricultur.

* *at non corruptum. Arist. de gen. ani. 4. 8.*

Quod exquisitè album est, optimum lac est. Nihil enim aliud est lac, quam sanguis dealbatus. Paræ.

Sola lactis confectio dispensatioque ad demonstrandam naturæ prouidentiam sufficit. Plut. de amor. prol.

Saturitatem libido solet sequi, & tum demum agere suum negotium. Philo de agricultura.

vt si quando in prælio periculum ipsis vitæ immineret, veneno potiùs hausto mortem sibi consciscerent, quàm in hostium manus ignominia afficiendi peruenirent.

Quòd si Principes illi veneno nutriebantur; non vtiq; consciscendæ mortis gratia venenum secum gestaturi fuissent. Itaque vt quod sentio dicam, in more habuisse aio Principes Persarum, vt nato filio vel filia, quali illi temperamento essent; tali & lacte nutrirentur. Cùm ergo humore melancholico Darij filia illa peccaret; toxico & veneno nutriendam censuerunt. QVICVNQVE enim puri melancholici sunt, iis ingrata vitam, iucunda mortem afferunt.

Egnatius Venetus † in vita quinque Palæologorum, Imperatorum Constantinopolitanorum, Principum fortissimorum, refert secundum ex illis, Palæologum Ardacem quadragesimo ætatis anno tantis oppressum fuisse morbis, vt de XII. anni mensibus IX. in lecto ægrotus ageret; vnde illo ægrotante, pessimè curata fuerint Imperij negotia. NON enim potest quartana Princeps laborare simplici, quin gemina laboret respublica.

Cùm autem vxorem Palæologus haberet Huldouinam Augustam, eaque adductis ad maritum vniuersis Asiæ medicis, tentatisque omnibus remediis, nihil se efficere videret: anus Græcula, botanomantiæ gnara, ita illam compellauit: Si Imperatorem maritum tuum diu superstitem cupis. Augusta domina; vide vt singulis hebdomadis vt minimum bis ad iram vehementissimè commoueatur. Abundat enim humore puro melancholico; & qui delicias illi facit, ac recreationi illius seruit, mortem illi accelerare cupit. Paruit anus Græculæ consilio Huldouina, & effecit, vt viueret adeò sanus Imperator, vt cùm antè IX. mensibus quotannis morbo conflictaretur; deinceps XX. annis ne tribus quidem mensibus ægrotaret. Cùm enim suasisset anus, vt bis tantùm singulis hebdomadis stomachum ei commoueret; illa has sibi partes sumsit, vt quater singulis diebus bilem illi moueret.

Quartò, prospiciendum matri probæ, vt in victu temperantissima sit filij nutrix, ita vt DE multis cibis parum, de paucis non multum edat. Quod vt melius intelligatur, sciendum lac album esse sanguinem concoctum. † Vt autem sanguis vel bonus, vel viciosus sit; non alia plerunque caussa est, quàm personæ in comedendo vel temperantia, vel ingluuies: ideoque & SALVBRE & necessarium admodum est, vt vno tantum cibi genere, eoque bono fœmina, quæ lactat, vescatur. Est enim regula tam in viris, quàm in fœminis generalis; IN CIBI parcitate nihil periculi, in eiusdem abundantia nihil commodi esse. 331

Lupum

Lupum animal esse omnium voraciſsimum, atque paſtoribus maximè formidabile, inter omnes conſtat phyſicos. At Ariſtoteles hiſtoriæ animalium lib. VI. † *dicit, lupam, vbi ſe concepiſſe ſemel animaduertit, lupum tota reliqua vita non admittere. Alioquin enim ſi ſeptenos aut octenos ſingulis annis lupa catulos (quod fieri ſolet) pareret, oue vnum modo agnum (pro more) pariente; infinities plures futuri eſſent lupi, quàm vaccæ aut arietes. Sed aliud lupa peculiare habet, quòd nimirum cum beſtia ſit adeo vorax, edito fœtu, mirum in modum in edendo (præter naturam ſuam) temperans eſt, vt ſcilicet lac alendis catulis commodum habeat; & quod maximum, non plus quàm ſemel de die paſcitur, idq; ex venatione lupi vtriſq; victum parantis. An non viſu monſtroſum, auditu mirandum, relatu penè turpe eſt, lupam, quæ octo lupos (lactat &) alit, vno (& ſimplici) cibo (pabuloq;) veſci; fœminam, quæ vnicum (lactat &) nutrit infantem, octo poſcere fercula? quod quidem inde fit, quia beſtia illa tantùm vt alatur; fœmina verò lactans, tantùm vt delicatè viuat, comedit.*

Omnino ſumma decet vti vigilantia fœminas Principes & ſummates, vt ſciant, quid, (quando) & quantum liberorum ſuorum nutrices edant. Adeo quippe & teneri infantes, & delicatum lac eſt, vt tum hoc varia comedendo vitietur, multumq; comedendo ſpiſſetur; tum illi lacte quidem ſpiſſo (craſſoq;) nutriti in morbos incidant; vitioſum verò ſugentes ſæpenumero ſani cubitum ponantur, mortui cubitu leuentur.

Thraciæ quidem incolas adeo fuiſſe immanes Iſidorus † *in etymologijs refert, vt humana carne veſcerentur, & quò ferociores apparerent, recentem virorum ſanguinem in oſſibus capitum defunctorum potarent. Verùm licet adeo crudeles viri fuerint, vt carnem humanam vorarint, & ſanguinem è venis biberint: tamen fœminæ, quæ pueros lactabant, ita in capiendo cibo fuêre moderatæ, vt præter vrticas in lacte caprino coctas nihil ederent; qua temperantiæ fœminarum Thracenſium fama commotus Solon Salaminius, Philoſophus maximus, Athenas earum nonnullas adduxit. NON minore enim cura veteres bonas domi fœminas, quàm ſtrenuos militiæ duces quærebant.*

Φησὶν τὰς λύκας ἄπαυστος εἶ. Ἔ ὐπιωΐ πίνειν. *Antigon. mirabil mem. 61.*

† *Cap. 35. Fertur vulgò; ſed verum non videtur, lup's ſemel in vita parere.*

ὑγιεινὸν τὸ δ' τροφῆς μὴ ὑποτέλειαν, πονεῖν ϑ πολέω *Ariſtot. problem. 1. 46.*

Lupæ edito partu temperantia. De leana videatur. Phile. c. 32.

Immoderata ciborum congeſtio lethifera naturaliter & venefica, concoctionem non admittentibus quæ alia ſuper alia ingeruntur. Philo de mund. opificio.

De vrſa Ariſtot. hiſt. ani. 8. 17. Phile. cap. 32.

Saluberrima ſunt alimenti citra ſatietatem vſus alacritas impigra ad labores, naturæ ſeminis conſeruatio. Plut. de tuend. ſanit.

Multiplici victu ſimplex & paratu & concoctu facilior. Plut. 4. ſympoſ.

Ἡ ποικίλη τροφὴ νοσώδες παρασκευάζει ϑ ἡ μία πίνις. *Ariſtot. probl. 1. 15.*

Inconſtans variusq; ex diſcordi cibo morbus eſt. Sen. ep 95.

Saturitas caſtitatem prodit, nutrit illecebram. Aug. de temp. ſerm. 77.

Varia mixtura damnoſa eſt, & alienas generat qualitates. Plut 8. Symp. 9.

Neceſſe eſt inter ſe tam diuerſa diſſideant, aliis aliò nitentibus. Senec. ep. 95.

Ex iis morbi nobis contingunt, quibus viuimus Plut 8 Symp. 9.

† *Lib. 9 cap. 2.*

Atalanta vultum habebat virilem ac trucem ex ferino victu, quod vrſam habuerat nutricem. Ælian. lib 13. initio.

Litant diis ſanguinem humanum; bibunt in oſſibus capitum. Flor. 3 4.

Dum lac totum non conſumitur à puero, coagulatur corrumpiturq; in mammis. Paræ. 23. 21.

Chi più mangia, manco mangia. Adag.

Laconicas nutrices nonnulli exteri liberis mercabantur. Plut. in Lycurg.

Naturæ prouidentia admiranda ſanguinem quo pueri nutriremur, in lac dealbari voluit. Paræ. 23. 21.

Χρόνον ὅν μ' ἐχρῆν ὑπ' ἀγκάλαις μητρὸς τραφῆναι, καὶ τι περφθῆναι βίᾳ, ἀπεσερήϑην φιλτάτης μητρὸς τροφῆς. *Eurip. Ion.*

Μάλιστα οἰκεία τοῖς σώμασιν ἀοινοτέρα τροφὴ, ϗ τὰ νοσήματα. *Ariſto. 7. polit. 17.*

Quiſquis exit in lucem, iuſſus eſt lacte & panno eſſe contentus. Sen. excerpt. & epiſt. 20.

CAPVT XXVI.

332 Alias tres conditiones ponit autor, in nutricibus infantum ſpectandas, vt ſint abſtemiæ, pudicæ, bene moratæ.

Eo nutrimento contentus quisq; sit, quod suæ congruere naturæ compertum habeat. Plut. 8. symp. 9.

Delicatus victus & ocium, multum prauumq; gignunt nutrimentum. Ibidem.

Danda opera, vt ciborum qualitate copiam minùs molestam reddamus. Plut. de sanit. tuend.

5. *Abstemiæ & inuiniæ.*

οἶνος μὲν πυρὶ ἴσον ἔχει μένος. *Callim. Epigramm.* 4.

Vinum terræ sanguis. Plin. 14. 5.

Vinum homines perinde ac aues pinnulæ, incitat & subleuat. Pausan. 3.

οὐ χρὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν. *Plat.* 2. *de ll.*

Sen. 2. *de ira, cap.* 20.

ὁ οἶνος τῇ θερμότητι τῇ αὐτοῦ μαραίνει τὴν φυσικὴν θερμότητα. *Arist. probl.* 3. 16.

Μὴ πυρὶ πῦρ ἔπαγε. *Oenoma. Eprigr. lib.* 4.

Tabuli sapor apparet in lacte. Sen. nat. quæst. 3. 21.

Vino forma perit, vino corrumpitur ætas. Propert. 2. 34.

Viuere castè cum mala satietate & pleno ventre, maius miraculum quàm suscitare mortuos. Bernh. Vincent. de S. Luca.

Μέτρον ἄριστον τοῦ οἴνου χρήσεως, ἡ χρεία τοῦ σώματος. *Basil. Stob.* 301.

Sio haurè mai vn figliuolo, s' egli non vorra male al vino io vorrò male à lui. Frid. III. Imp. Domenich. 246.

Lac vini expers sit, propter morbos. Arist. 7. pol. vlt. Corn Cel. 1. 4.

La leche con el vino, torna se venino Adag.

Patiemur infantem pernicioso contagio infici? Gell. 12. 1.

Cum temperantia diligitur, velociter profutura succedunt. Cass. 2. 26.

Omnis qualitas geminata crescit. Macrob. 2. somn. 15.

Virgine fanciulla à virtu auezza, Bacco come nimico odia & disprezza. Guicc. pag 45.

Venter mero affluens facilè despumat in libidinem IC.

Παρὰ Ῥωμαίοις ἀπείρηται γυναιξὶ πίνειν οἶνον. *Athenæ. lib.* 10.

Do entra beuer, sale saber. Adag. *Gell.* 10. 23. *Alex.* 3. 11.

οἰνοπότιδες, προδότιδες λάλοι, οὐδὲν ὑγιὲς, μέγ' ἀνδράσι κακόν. *Aristoph.* θεσμοφ.

Omne vicium ebrietas & incendit & detegit. Sen. epist. 83.

Stuprum & ebrietatem, vt muliebrium delictorum grauissima puniri Romulus iussit. Gell. 10. 23.

Veterum memoria pueri puellæque donec ad coniugium accederent, aquam bibebant apud Coos. Heraclid de politiis.

EX hoc igitur exemplo fœminæ Principes & generosæ discant, quanti ipsarum intersit; cùm fœminæ Thraciæ nihil nisi lac & vrticas comedentes, viros enutrierint tam robustos; nostri verò æui fœminæ varijs vescentes edulijs, viros educant infirmos (& debiles.)

Quinto, opera danda fœminis nobilibus, vt filiorum nutrices non solùm in comedendo moderatæ; sed in bibendo quoque vino, quod venenum, non vinum antiqui vocabant, temperantissimæ sint: Cuius rei ratio manifestissima est. Si enim cibos vetamus, qui ob crassitiem in ventriculo sidunt; multò æquius est, vt vinum prohibeamus, quod cùm adeo liquidum sit, dum bibitur, mox vniuersas corporis venas penetrat. Addo & hoc quòd cùm infans non aliud nutrimentum habeat nisi lac; id verò ex sanguine generetur: si id vino veluti tingatur, quod natura calidum est; consequentiâ certissimâ efficitur, si multum vini fœmina lactans bibat, perinde esse, ac si vt parum lactis coquas, magnum aheno ignem addas; vnde & ahenum comburitur, & lac crematur.

Fieri quandoque posse non nego, vt infans temperamenti robustioris à nutrice alatur temperamenti imbecillioris, & lac ille aliquanto ad alendum validus poscat, nutrix nimis tenue præbeat: Quod si vsu veniat, etsi alia spissando lacti idonea possint adhiberi; concedendum fœminæ, vt paullum vini bibat; veruntamen tam parum, & tam dilutum, vt eo potius aquæ cruditas corrigatur, quàm vt saporem eius lingua percipiat. Non frustra hoc dico. Sæpe enim fragilitatem & imbecillitatem nutricis, lactisq; tenuitatem prætexentes, vt & plus iusto comedat, & vinum aliquanto fortius bibat, faciunt; atque ita theriacam nutrici dare se rati, aconitum dant, quo pereat alumnus.

Si meo tempore Romanæ illæ præstantissimæ & antiquæ viuerent, aut si illarum æuo viuere mihi contigisset; etsi quòd Christianus sum, hoc illi præferendum est: facilè illarum in edendo temperantia, & in bibendo vino sobrietas hoc me labore subleuaret: quippe quibus non tantùm bibere; sed etiam olere vinum nefas erat: cùm maiori infamiæ esset matronæ Romanæ vinum bibisse, quàm in adulterio deprehendi (aut maritum deserere.)

Dionysius Halicarnassæus (libro II.) de legibus Romanorum, Romulum vrbis conditorem, magis quidem struendis ædificijs ad ampliandam vrbem, quàm ferendis legibus ad gubernandam ciuitatem occupatum fuisse narrat. 333

Sed

Sed cùm XV. duntaxat leges tulerit; septima fuit, ne mulieri Romanæ vinum in vrbe fas esset bibere, capitis constituta pœna delinquenti. Ex hac lege consuetudinem Romæ inualuisse idem historicus memorat, vt si qua nobilis Romana vinum bibere, & conuiuium instituere solenne vellet, extra vrbem in villas se conferret. Nam INTRA vrbis mœnia vinum ne olere quidem matronas Romanas licitum erat. Si Plinio credimus, historiæ naturalis libro XIV. (cap. XIII.) mos erat Romæ antiquissimus, vt propinquus agnatæ occurrens, osculum daret, ideo tantùm more inuento, vt scirent, an temetum mulier oleret; Quòd si qua vinum oluisset; Censor relegare illam poterat: agnatus verò si extra vrbem deprehensam occidisset, fraudi non erat. Intra vrbis enim pomœria neminem supplicio affici fas erat.

Vt autem Romulus in temulentas, quemadmodum dicebamus; ita in adulteras pœnam Rutilius sanxit, & à Romulo ad Rutilium anni fuerunt CCCXXV. Tot ante seculis in ebriosas, quàm in adulteras pœna constituta fuit. Cùm autem vitium sit maximum, vel adulteram, vel temulentam esse fœminam; vtrum leuius sit, haud facilè dixerim. ADVLTERIO namque fœmina famam; temulentia verò ipsa famam, maritus rem familiarem perdit.

Iam verò si honestas ipsa ad moderationem in cibo, potuque fœminas deuincit; quantò magis à fœmina lactante (moderatio, sobrietasq;) illa exigitur; in qua non solum de ipsius dignitate, sed etiam de alumni salute, vitaque agitur? Est ergo ÆQVISSIMVM vinum prorsus interdici fœminis, cùm in illius vsu & honor & vita periclitentur.

Sextò videant fœminæ Principes & summates, & singulari diligentia prospiciant, ne nutrices, quibus alendos dedêre filios, grauidæ reddantur; cuius moniti ratio manifesta est. Cùm enim prægnationis tempore vsitatæ cessent purgationes; sanguis menstruus retentus puro sanguini, ex quo lac nutriendo alumno gignitur, permiscetur: Vnde fit, vt lacte infantem se nutrire autumantes, veneno illum interimant. QVID autem iniquius, quàm infantis etiamnum nascituri gratia iam natum periculo obijcere? Si quis curiosius obseruet, mirum visu est inter bruta, dum lactant, neque à fœmina marem admitti, neque à
334 *mare fœminam expeti. Illud verò inter aues magis mirandum, quòd non solùm fœmellæ masculorum consuetudinem refugiunt; sed oua non ante generare conspiciuntur, quàm pulli priores adulti volent.*

Ebrietas vnius horæ hilarem insaniam longi temporis tædio pensat. Sen. ep. 83.

Vini vsus Romanis fœminis ignotus. Val. Max. 2.1. & Aug. quæst. V. & N. T. 115.

Πάντων δεινῶν μητρόπολις ὁ οἶνος. *Athen. fol. 219.*

Romanæ fœminæ cognatos osculo salutant. *Plut. de virt. mul.*

Ἀσπὸ: ἐξίστησ' ἡ ἡδονὴ οἶνος πόλεως. *Aristoph. θεσμοφ.*

Plerasq; vino & epulis graues, quos sibi & papillis inter dormiendũ admouerant, infantulos suffocarunt. Paræ.

Disciplina facta consuetudine confirmauit sensum suum, vt retineret quod prodesse didicerat. August. quæst. V. & N. T. 115.

Quæcunq; vini vsum immoderatè appetit, & virtutibus omnibus ianuam claudit, & delictis aperit. Val. Max. 6.3.

Ardescit vicio vicium, viresq; ministrat Bacchus. Manil. lib. 5.

Non est animus in sua potestate ebrietate deiectus. Sen. ep. 83.

Veneris hortator & armiger Liber. Apul. lib. 2. Asin.

ὦ πόλις μόνη τῶν γυναικῶν, οὐ πέρδομαι δ' ὑμᾶς. *Eurip. Ach. f. 270.*

Stuprum dementiæ, ebrietas stupri origo. Dion. lib. 2.

ὦ θεσμοθέται γυναῖκες. ὦ πολίσται. ὦ μέγα κακὸν πολίταις ἀγαθὸν, ἡμῖν δ' ὦ κακόν. *Aristoph. θεσμοφ.*

Ebrietas naufragium castitatis. August. in. differt. 47.

Mensura bibendi officium vt præstent mensq; pedesq; suum. Ouid. 1. art.

Vino sæpe suum nescit amica virum. Propert. 2. 34.

6. *Pudicæ & continentes.*

Menses viti consuetudine prouocantur & lac odoris gratiam in deterius mutat. Gal. 1. de tuen. san.

Concipere nutrices exitiosum. Plin. 28. 9.

Nocentius puello adhuc lactenti nihil est, quàm nutricem in vtero concipere. Galen. vt sup.

Lactantes si concipiunt, lac extinguitur, Arist. de gen. anim. 4. 8 & hist. anim. 7. 11.

Duos meatus repleri vno fonte difficile est. Symm. 8. 23.

Quicquid sanguinis est optimum, in fœtum absumitur. Non minor modò, sed deterior redditur grauidæ sanguis; & lac tum peius, tum exiguum colligitur. Gal. vt sup.

Ἀμφότερον ὃ γάμῳ παιδοτροφίητε μέμηλεν. *Oppian. de vrsa. κων. γ. 161.*

Animantes suscepto fœtu maribus repugnant. Lact. 6. 23.

Sic quæri debet ex nuptijs fructus, vt cohibendus sit lubricæ voluptatis excessus, Fulg. ep. 1.

Omnes homines aliquo errore ducuntur; hic in illo, in hoc alius sibi indulget. Plin. 9. ep. 12.

Pestilentia sæpe curis grauioribus atque animi desperatione oritur. Aurel. Victor. Cæsar. 33.

Schame zieret reinu Wib / vnd wirdet edelen Mann. Marner. parænet. 445.

ἔστοτε ἥλυς αὐγμὸς λήθετο μαχλοσύνης, τελέει δ' ὅσα θυμὸς ἀνώγει. Oppian. κυν. γ. extr.

† *plurimum, parum diuitiarum accipiant.*

Nimium faciles aurem præbere puellæ. Propert. 2. 22.

Trahunt promissa puellas. Ouid. 1. art.

Quis custodiet ipsos custodes? Iuuen. Sat. 6.

Ea delictorum, quæ grassari immodicè cęperint, plus penè quàm seuerè excidenda. Aurel. Vict. Cęsar. 20.

Facinus vbi admissum est, debet expiari. Symm. 9. 119.

Hæc amplexibus tuis nota ceruix, ad supremos nudatur ictus. Fab. declam. 15.

Facit plerunque ratio aut fortuna causarum, vt in controuersijs alter æquitate, alter iure nitatur. Symm. 10. 52.

Præbenda est gladio pulcra hæc & candida ceruix. Iuuen. Sat. 10.

Deprecari & fauorabilius, & tutius, quàm defendi. Plin. 5. ep. 14.

Quantò infirmius vasculum, tantò maius fit naufragium. Chrysost. difett. 51.

Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa est. Iuuenal. Sat. 6.

Est supplicio se liberare, tam facilè supplicium perpeti. Val. Max. lib. 3. c. 2.

Dignitas eius, in quem est peccatũ tuenda est; ne prætermissa animaduersio contemptum eius pariat. Gell. 6. 14.

La deshontra eternamente dura. Arauc. 238.

Prima che mai lasciarti l' honor totte, Dei mille vite perdere, non ch' vna. Ariost. appen. 2. 42.

Ædes nostras nequitiam non patimur introire. Cassiod. 8. 19.

Dolor ex contumelia grauissimus sentitur. Val. Max. 2. 1.

Non tam iucundum vindicari, quàm decipi miserum. Plin. lib. 6 ep. 22.

Τοῖς ἐνθλοῦσι τ' ἀμύνειν μάλιστ' ὀρθῶν μόνοις τ' ἀκούειν εὐσεβῶς ἔχει κακῶ. Sophocl. OEdip. Tyrann.

Iniquus, qui eorum, quæ aduersarijs obiicit, ipse coargui potest. Dio. lib. 43.

Suos actus nullus damnat in altero. Cassiod. 5. 21.

σὺ δ' ἔστι πικρῶς ἐξελέγξαι, τί πίστ' ἀκτᾶσθαι τοῖς ἄλλοις, ἂν μὴ παρ' ὑμῶν τοῦτο τὸν ἀρχὴν τὰ πράγματα λέγοι τὰ σά. Demosth. Olynth. 2.

Plutarchus libro VII. de Principum regimine dicit, Cn. Fuluium, Pompeij fratrem patruelem, cùm Consulatum gereret, Capuæ, quò pestilentiam fugiens secesserat, puellæ cuiusdam orbæ, nomine Sabinæ, amore captum ex ea filiam suscepisse, quæ postea Drusia Pulcra cognominata fuit, forma scilicet quàm pudicitia celebrior. SÆPE enim vsu venit, vt fœminæ formosæ & inhoneſtæ sic institutos relinquant filios, vt dedecoris † potius materni, quàm magnarum opum hæredes sint. Cùm autem Sabina peperisset, & more in vrbe recepto filium infantem lactaret; ab equite quodam Consulis ministro, custodiæ illius præposito, compressa concepit: Quod cùm factum, & nihilo secius infantem ab ea lactari resciuisset; illum quidem securi percuti; ipsam verò puteo mergi iussit.

Cùm ergo dies, quo de vtroque supplicium erat sumendum, adesset: Sabina infelix per internuncios Consulem rogauit, vt priusquam vita priuaretur, vnum audire verbum dignaretur; quo in conspectum omnium prodeunte, sic locuta est: Non vt vitam mihi concederes, vocari te, Cn. Fului, volui; sed ne dolorem non visi vultus tui, mecum moriens auferrem. Quanquam meminisse te oportebat, & fœminam me & fragilem esse; & vt Capuæ tecum peccaui, ita cum alio Romæ, quod factum est, delinquere me potuisse. ADEO quippe huic imbecillitati sumus obnoxiæ mulieres, vt dum vitam hanc viuimus ærumnosam, certam sibi nulla securitatem polliceri possit. Tibi quidem mors meæ lætitiæ; mihi verò vita tua neutiquam dolori est. Futurum enim certa sum, vt cùm vltimæ necessitatis hora adfuerit, quòd vita me priuâris, te pœniteat.

Cui in hanc sententiam Cn. Fuluius respondit: Deos testor immortales, Sabina, nihil animo meo posse accidere acerbius, quàm quòd occulti criminis tui præco est supplicium publicum. HONESTIVS enim est, à viris vestram tegi (& occultari) fragilitatem, quàm crimina puniri. Sed quid vis faciam, cùm quod feciſti, feceris? Ita Deos habeam propitios, ita me magnus seruet Iupiter! vt ego morte me clandestina extinctum opera tua mallem, quàm tantum domui meæ dedecus illatum. Nosti enim illud Romanorum sermone tritum verbum; SATIVS esse honestum mori, quàm infamem (& probrosum) viuere.

Nec verò ideo te interfici iussam arbitreris, quòd oblita fidei mihi debitæ, cum eo rem habuisti, cuius curæ custodiæq; commissa eras. Cùm enim vxor mea non esses; quam habueras libertatem Capuâ mecum Romam proficiscendi, eandem cum alio Româ Capuam redeundi habebas. 3 : 5

TVRPIS-

TVRPISSIMVM enim viris improbis, eorum criminum pœnas ab aliis exigere, quibus ipsi sunt obnoxij (imò flagitiosè immersi.) Sed supplicij in te constituti caussa fuit, quòd legis priscæ recordatus sum, quæ capitis pœna denunciata, vetat, ne fœmina (vel nutrix,) quæ lactat, grauidam se reddi patiatur: quæ lex profectò fuit æquissima. NEQVE enim patitur honestas matronarum, vt filium vberibus nutrientes, alium visceribus occultent. Hæc inter Cn. Fuluium Cos. & Sabinam eius amiculam gesta sunt: Addit autem ibi Plutarchus, Consulem misericordia commotum, venia data, illam hac lege relegasse, ne Romam vnquam reuerteretur.

C. Fabricius, referente Cinna Catulo, libro de XX. COSS. vnus ex maximè insignibus, quos Roma habuit, Consulibus fuit. Is cum grauibus aliquoties morbis conflictatus est, non aliam ob caussam, quàm quòd IV. menses † matris grauidæ lacte nutritus erat. Itaque suo commonitus periculo, simul atque sobolem nutrici alendam dabat, in æde illam virginum Vestalium includebat, in quo secessu triennium (abditæ atque inclusæ) manebant. Interrogatus autem Consul, cur non domi liberos educaret! Si domi, inquit, enutriantur liberi; facilè potest fieri, vt illorum nutrix grauida fiat; Quod si eueniret; & lacte infantes corrupto perimerentur, & ego in illas animaduertere cogerer. Cùm ergo illas includimus; & amittendæ vitæ occasiones illis adimimus, & cauemus; ne periculo filios exponamus.

*Diodorus Siculus * in Bibliotheca, & fusius etiam Sextus Chæronensis in vita Marci dicunt, morem fuisse in insulis Balearibus, vt fœminæ, quæ liberos siue proprios, siue alienos lactarent, biennium à viris segregarentur; & si qua mulier intra illud tempus, ex marito etiam proprio concepisset, quamuis non adulteræ more puniretur; omnibus tamen in ore erat. Dum autem biennium illud abiret, ne aliam maritus vxorem duceret; statuebat lex, vt aliam acciperet puellam, aut seruam emeret, qua perinde atque vxore vteretur propria. Inter barbaros enim illos honoratissimus habebatur, qui vxores duas, alteram † puerperam, alteram grauidam habebat.*

Ex his igitur, quæ retuli exemplis, cognoscent fœminæ Principes & summates, quanta sit adhibenda cura & vigilantia, vt pudicè viuant nutrices, cùm ex illis tum filiorum carissimorum salus, tum domorum nobilissimarum existimatio pendeat.

336 *Septimò, opera danda fœminis Principibus & illustribus, vt mulieres, quarum opera ad alendos filios vsuræ sunt,*

Tam omnibus ignoscere crudelitas est, quam nulli. Sen. 1. cle. 2.

Principes decet acrimoniam seueri iuris inflectere. Symm. 10. 36.

Quatenus exemplo non nocetur, ignoscendum. Vell. lib. 2.

In ambiguis rebus humaniorem sententiam sequi oportet. Fab. 5. declam. 11.

Iudex per iustitiam reddit peccatis sententiam; per misericordiam peccati temperat pœnam, Greg. Theodor. Garzoni discors. 146.

M. Aurel. omnia crimina minore supplicio, quam legibus plecti solent, puniebat. Capitolin.

His quæ malè sunt facta, correctis malimus reintegrare disciplinam, quam augere vindictam. Leo. epist. 5.

Laudare viros claros, & vituperare improbos, non simplicis vtilitatis opus est. Fab. 2. cap. 5.

Was man mit schaden lernet / behelt man lang. *Adag.*

† *nutricis. G.*

Chica es la punta de la espina, mas à quien duelo, non la oluida. Adag.

Caligula filiam Mineruæ alendam & instituendam commendat. Suet. 25.

A Venere omnino abstinendum, quæcunq; lac præbet. Galen. 1. de tuend. san.

Potius cauenda iniuria, quam vindicanda. Val. Max. 6. 3.

Πῦρ ἐγγὺς καλάμης οὐκ ἀσφαλές. *Naz. in distich. v. 105.*

* *Lib 5 vbi tamen huius moris nulla mentio.*

Innocui viuite, numen adest. Ouid. 1. art.

ἔχρη τὴν εὐτυχοῦνθ' ὅτι πλείστας ἔχειν γυναῖκας, ὡς τὴν κακὴν ἐξέβαλλε, τὴν δ' ἐσθλὴν ἡδέως ἐνάζετο. *Eurip. Stob. 640.*

Alex. lib. .cap. 24.

Non seminandum, vnde nihil nasci velis, aut si quis existat fructus, eius pudeat, & occultetur. Plut præcept coniug.

* *partu defunctam.*

A conceptu deprauatæ nutritionis alumno, paupertatis alimenti fœtui incommodum timendum. Paræ.

Homicidij crimen est in hominis salute peccare. Cassiod. 6. 19.

Naturæ bonitatem socordia corrumpit, vicium doctrina corrigit. Plut. lib. educ.

7. *Bene moratæ.*

sunt, ingenio bono sint, ne videlicet liuidæ, superbæ, lingua procaces, (mendaces,) versipelles & malitiosæ sint. MINVS *enim virulenta vipera est, quàm praui ingenij fœmina.* AVINO *fœminam arceri; vt parum comedat, rogari; à marito seiungi; parum prodest, si naturâ trux & male morata est.* NON *enim adeò pernitiosum infanti est, si nutricem bibacem & voracem; quàm si liuidam & maliciosam habeat.* FOEMINA, *quæ infantem lactat, si fortè prauæ naturæ sit; mera tum sibi, tum domui, in qua habitat, crux est. Hero enim importuna, heræ molesta, alumno damnosa, familiæ, cum qua versatur, odiosa, & ante omnia animo nunquam quieto est: * in summa,* PARENTES *sæpe sobolis mortem æquiore animo ferunt, dummodò à nutrice liberentur.*

Inter omnes, quos legi, Principes, Romanos dico antiquos, nunquam tam boni patris, quàm fuit † Drusus Germanicus, tam malus fuit filius, quàm fuit Caligula, quartus Romanorum Imperator. Nam vt amplificandis patris laudibus nunquam satiari historici possunt; ita nullum faciunt finem exaggerandi probra filij; non à matre illa, qua natus est; sed à nutrice, à qua alitus fuit, profecta affirmantes. SÆPE *enim fit, vt arbor in natiuo solo viridis & bona, aliò transposita arefiat & pereat.*

*Dio Græcus lib. † II. de Cæsaribus, infelicem illum à Priscilla Campana, fœmina detestanda, lactatum ait, quæ præter naturam pectore non minus, quàm viri barba, * hirsuto erat. Eandem equitandi præterea, iaculandi, sagittandi peritia pauci ex Romana iuuentute æquabant. Cùm autem aliquando mammam Caligulæ datura iracundiâ commota esset; puellulæ diuulsæ dilaniatæque sanguinem papillis illeuit, & lac simul sanguinemque sugendum alumno dedit. Idem Dio in Caligulæ vita refert, in more habuisse fœminas Campanas, vnde oriunda erat Priscilla, vt infantibus mammam daturæ papillas prius erinacei sanguine inungerent, vt tantò ferociores euaderent filij; Vnde talis & Caligula euasit; qui aliquem vita priuare non contentus, de † pugione aut gladio (quo is occisus erat) sanguinem lambebat.*

*Homerus poëtarum Princeps, Pyrrhi immanitatem exaggeraturus, sic de illo in * Odyssea cecinit.*

Græcia te genuit, primas tibi tradidit artes
Arcadia, Hyrcanæque admorunt vbera tigres,

bestiæ scilicet truculentæ: quasi diceret, Pyrrhum, quòd 337
natione Græcus, doctum; quòd in Arcadia educatus, fortem (atque animosum;) quòd belluino lacte nutritus esset, præfractum & crudelissimum fuisse. Vnde Pyrrhum Græcorum

Quid prodest homini filium habere, nutrire; amare; si æternis eum nutriat tormentis? Augustin. de castitat. serm. 1.

Non mammosa, non armosa, non bibosa, non procax. Gell. 3. cap. 12.

Eos, quorum animæ viciis imbutæ sunt, nec curari queunt medicina sapientiæ, emori præstat. Apul. de Philosoph.

Μίαν σὺν ἄρ' εἴποις τῶν νῦν γυναικῶν Πηνελόπην, φαίδρας ἁπαξαπάσας. *Aristoph.* θεσμοφ.

ὁ τοσπέρμα παραχῶν, οὗτος τῶν φύντων κακῶν αἴτιος. *Demosthen.* περὶ στεφάν.

* *Denique licentiam nimiam indulgendo nutricibus parentes, delictorum ipsis causam dant; vnde interitum tandem, qui inde sequitur, infantum dolent. G.*

† *Cæsar, Drusi, filius: Caligula Drusi nepos.*

Pudicæ est, non modò vt ne quid peccet; sed ne suspicionem quidem vllam turpem de se præbeat. Dio. lib. 37.

χρὴ τὰς αἰτίας ἐπιφέρειν οὐ τοῖς κακοῖς ἐπὶ τῇ τελευτῇ γιγνομένοις, ἀλλὰ τοῖς πρώτοις τῶν ἁμαρτημάτων. *Isocr.* περὶ εἰρήν.

† *lib. 59. de Caio agit.*

Omnes Germanico corporis animiq; virtutes, & quantas nemini vnquam contigisse satis constat. Sueton. Calig. 2.

* *Suet. cap. 50 de Caligula.*

Τοὺς ἐξ ἀγαθῶν γενομένους οἰκός ἐστι, τοῖς προγόνοις ὁμοιοῦσθαι. *Aristot. Rhet. Alexand. 36.*

Hombre roxo y nembra barbuda de lexos los saluda. Adag.

Natura crebro tanquam ex industria malos è bonis, agrestes è doctioribus seu contra gignit. Aurel. Vict. Cæsar. 3.

Hombre sennala do o muy bueno, o muy malo. Adag.

Tiberii facinora, quamuis atrocissima visa, Caius tantum superauit, quantum Tiberius Augusti. Suid. excerpt. Eutrop. lib. 7.

† *Caligula summam ex cædibus voluptatem cepit, sanguinis effusi spectaculo citra sacietatem intentus. Dio. 59.*

* *Iliad. π. Virg. Æneid. 4.*

Caligulæ filiæ infans infestis digitis ora & oculos simul ludentium infantium inuolabat. Suet. 25.

Vbera præbuerat paruo lupa. Silu. lib. 15. Marc. 5. 11. Gell. 12. 1.

Difficile est mutare animum, & si quid est penitus insitum moribus, id subito euellere. Cic. Q. fr. ep. 1.

corum præstantissimum, ob lactis mali alimentum, moderato caruisse ingenio colligitur.

Narrat idem historicus (lib. 57. & 58.) in vita Tiberij, fuisse illum potatorem maximum, quòd nutrix, à qua alitus fuerat, non solùm vinum bibisset; sed etiam ablactatum puerum offulis vinosis nutriisset.; quæ procul ambiguo mulier execrabilis munus peccasset, si pro lacte virus infanti dedisset, quàm quòd potando illum vino assuefecit, vnde illi labes infamiæ illata est. Quippe leuem omnino iacturam imperium Romanum, mortuo in infantia Tiberio, fecisset; at è re † Tiberij fuisset maximè, si nunquam vinum potare didicisset.

Hæc eò dicta sunt, vt commonefaceremus fœminas Principes & summates, si filios suos nutrire recusantes, immites (crudelesque) se præbuerunt; vt bonas saltem nutrices illis quærentes, mites (piasque) se præstent. SÆPE enim liberi magis naturam lactis, quod suxerunt, quàm ingenium matris, ex qua nati, vel patrum, à quibus procreati sunt, referunt. (Proinde hac in re summam adhibeant vigilantiam, cùm ex ea tum ipsarum ac maritorum existimatio, tum liberorum prosperitas pendeat.)

CAPVT XXVII.

De agitata coram Alexandro Magno quæstione, quàm diu lactandi sint infantes.

ALexandrum Magnum, vltimum Macedonum Regem, primumque Græcorum Monarcham, autor est * Q. Curtius, cùm victo Dario, Asiæ vniuersæ imperio potitus esset, colligendi sui gratia Babylonem se contulisse. EST enim hoc solenne bellatoribus, finito bello diuturniore suam quemque domum recreationis gratia petere. Philippus M. Alexandri pater, semper filio suasit, vt ad subigendum terrarum orbem viros in castris fortissimos haberet, & ad gubernandum imperium è regnis sapientissimos eligeret; quo nihil sapientius suadere pater filio potuit. QVOD enim virorum fortium virtute partum est, id sapientum consilio conseruatur.

Cùm ergo Babylone ageret Alexander, terrarum orbe subacto; quòd & prouincia illa corruptissima, & tam diuturna militia defuncti milites essent, horum occupationes e-
338 *rant, rapere aliena; sua ludendo perdere; stuprare fœminas; agitare conuiuia; ebrietati se dedere; (inter se rixari) turbas mouere; vt vix sciam, fuerítne maior in armis rubigo, an in*

Tiberius Nero vini auidus, Biberius Mero dictus. Suet. 42.

Nullum vicium in hominem cadere potuit, quod non ipse de se prædicaret Tiberius. Dio. lib. 57.

Ferè violentiam crudelitas sequitur. Sen. epist. 83.

* *illius.*

Tiberius bonis initiis perniciosus. Aurel. Vict. Cæs. 2.

Non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis ac seminis, quam ex eis rebus, quibus alimur & viuimus. Cic. pro lege Agrar.

Prouisatem ad certos mores cum lacte sugimus. Viues.

Quid iuuat errores mersa iam puppe fateri? Claud. Eutrop. 2. 7.

ἡ ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον. *Aristot. Problem.* 10. 15.

Chrysippus nutricum, quæ adhibentur infantibus, oblectationi suum quoddam carmen adsignat. Fab. 1. 17.

Ablactationis certus non est terminus. Paræ. 23. 24.

Homines quamuis in turbidis rebus sint; tamen si modo homines sunt, interdum animis relaxantur. Cic. Philip. 2.

Quiescendum, vbi inertiæ crimen effugeris. Plin. 3. ep. 1.

* *Lib.* 5 & 10.

Ociari interdum sapienti familiare est, non vt virtutis exercitium euanescat; sed quo magis vigeat & recreetur. Saresb 8. 12.

Τέλος εἰρήνη μὲν πόλεμος, σχολὴ δ' ἀσχολίας. *Aristot. 7. polit.* 15.

Post multa virtus opera laxari solet. Sen. Hercul. furent. 2.

Nulla res est, quæ perferre possit continuum laborem. Fab. lib 1. cap. 4.

Demus alienis oblectationibus veniam, vt nostris impetremus. Plin. 9. ep. 18.

Ἔρρειν συναγαγεῖν σωρὸν ἐν πολλῷ χρόνῳ, ἐν ἡμέρᾳ δὲ μιᾷ διαφορῆσαι ῥᾴδιον. *Diaphil. Stob.* 262.

Boni, maliq; in rep. nihil est, quod in diuersum traduci nequeat moribus præsidentium. Aurel. Vict. Cæsar. 13.

Victoria promtissimè licentiam subministrat. Val. Max. 6. 5.

Ocio qui nescit vti, plus habet negotii. Ennius. Gell. 19. 10.

Ex copia ocioq; lasciuiunt animi, Liu. lib. 2.

Mens frustra vacans, nihil bonorum parit. Imp.

an in moribus corruptio. HABET *enim hoc malitia humana proprium, vbicunque ocio porta aperitur, vt ibi turmatim irrumpant vicia.*

Alexander, ne desides otio demitterent animos, & clade imperium amplissimum afficerent; certamina Babylone celeberrima edicto seuerissimo imperauit, vt vires illis suas viri militares exercerent. Ac sanè tam acriter, quod Aristoteles libro de quæstionibus Babylonicis refert, certabatur, vt plures interdum mortui vel saucij ex certaminibus ludicris, quàm ex cruento cum hostibus conflictu, discederent. Si gentilium nobis more loqui licet, qui nec gloriam ex virtutibus (cœlestem) sperabant, nec inferorum in spectaculis illis extincti tormenta metuebant; iustissimum Alexandri edictum fuit. Illo enim facto, & MILITEM *viciis perniciosissimis liberauit, & æternam sibi memoriam peperit, & securitatem imperio certiorem comparauit.*

Cæterum non contentus Princeps optimus, si exercitia militibus necessaria præscriberet; singulis diebus Philosophos disputare apud se voluit, ipse disputationum argumenta proponens; Vnde fieret, vt & certior ipse, si qua de re dubitabat, redderetur, & suo Philosophi singuli fungerentur officio. NON *minus enim puluere libri, quos non aperias, obruuntur, quàm ærugine arma, quibus non vtare, consumuntur. Est inter cæteros Aristotelis libros quidam titulo quæstionum Babylonicarum, vbi Alexander proposuisse, philosophi disputasse, Principes Persiæ adstitisse, & Aristoteles sententiam tulisse, & quàm diu mensæ Alexander accumbebat, disputationes durasse dicuntur. Ad mensam enim Alexandri M. vno die duces de rebus militaribus disserebant; altero Philosophi de Philosophia disputabant.*

Blondus de Italia illustrata autor est in more habuisse Principes Persarum, vt nulli discumbere ad mensam ipsorum liceret, nisi Regi, qui alium in pugna Regem vicisset; & nemini ad mensam ipsorum loqui fas esset, nisi Philosopho; qui mos profectò (præclarissimus &) laudatissimus fuit. NIHIL *enim absurdius, quàm multis aliquem & insignibus à Principis munificentia beneficiis velle cumulari, quamuis multis & insignibus eam non sit promeritus obsequiis.*

Cùm autem semel tantum singulis diebus cibum caperet Alexander; primam quæstionem hanc proposuit: Quænam ei, qui semel tantùm vno die cibum caperet, hora capiendo cibo ad valetudinem esset commodissima; matutina, vespertina, an meridiana! Quæ tum inter Philosophos acriter fuit agitata quæstio, dum suam quisque opinionem plurimis 339

Præpotentia imperia nimia quiete in desidiam resoluuntur. Val. Max. 7. 2.

Virtus quiete languescit. Pacat. paneg.

σὺκ ἔστιν ἐμπορεύματα λυσιτελέστερα, ἢ ὅσα ἄνθρωποι ἄθλον ὠνοῦνται. *Xenoph. Hieron.*

Licentia ex diutino ocio colligitur. Liu. 28. Curt. 5.

Est familiare virtuti delinimentum exercitii sensibus adhibere. Symm. 3. epist. 74.

Vires militum luxu corrumpuntur. Tacit. histor. 2.

Exercitus labore proficit, ocio consenescit. Veget. 3. 25.

Τεθνεῶτας δεῖ κρίνεσθαι. *Plat. Gorgi.*

Quem in ipsa re trepidare nolueris, ante rem exerceas. Sen. epist. 18.

Periculosa sunt ocia secura virtuti. Ambr. Psal. 118.

Vigilanter cauenda sunt illa discrimina, quæ de ocio ipsius pacis oriuntur. Leo. Epiph. serm. 6.

Solet cibus, cum sumitur, tacitos efficere, potus loquaces. Macrob. 7. Satur. 1.

Alexander inter pocula disserendo cum amicis multum extraxit temporis. Plut. 1. Symp. 6. & in vit. Alexand.

σὺκ ἔστιν οὐθὲν τοῦ πονεῖν σοφώτερον. *Athenæ. fol. 102.*

Disputantes in dicendo eruditionem, in audiendo patientiam experiuntur. Politian. lib. 5. epistol. pag. 143.

Nunquam sine aliqua lectione cœnatum est, vt non minus animo quam ventre conuiuæ delectarentur. Corn. Nep. vit. Attic.

Non minus quam dulcedo vini hilarant verba conuiuium. Macr. lib. 7. Sat. 1.

Persarum Reges omnes, quorum vtebantur opera, suæ mensæ faciebant participes. Plut. 7. Symp. 4.

Qui in periculo, & in conuiuio comites sint. Paul. Diacon 1. 23.

ἐν Σκύταις σὺκ ἐξὼν πίνειν ἐν ἑορτῇ τινι σκύφον περιφερόμενον, τῶν μηθένα ἀπεκτακότι πολέμιον. *Arist. 7 polit. 2.*

Benignitas superioris nisi cultu teneatur, amittitur. Sym. 1. ep. 40.

Prandet Aristoteles, quando Philippo placet, Diogenes, quando Diogeni Plut. de exil.

Ex tempore satis idoneè respondere, haud facile est; post considerationem verò non difficile. Galen. 8. decret. Platon. 3.

Πάντες ἅπαξ τρώγουσιν. *Maced. n. Epigram. lib. 2.*

Bis in die saturum fieri Plato improbat. ep. 7. Cic. Tusc. 5.

Disputatio non solum schismata non vnit; sed etiam hæreses ad contentiones maiores adducit. Socrat. 9. tripart. 19.

plurimis tueri argumentis contendit. Quippe NON *minus ingenia docti fatigant sua, vt disputando superiores discedant, quàm duces strenui, vt prælio victores euadant, neruos omnes contendunt. Definitum autem fuit, quemadmodum Aristoteles ibi refert, & in problematis (sectione* I.*) etiam meminit, ei qui semel tantùm de die cibum capit, paullò ante noctem, cùm iam vesperascit, cibum esse capiendum. AD SANITATEM enim plurimum facit, vt digestione in ventriculo inchoata, primum somnum aliquis capiat.*

Secunda quæstio ad disputandum ab Alexandro proposita hæc fuit; Quænam esset ætas aptissima, qua puer aut puella à lacte remoueretur? Cuius quæstionis hæc fuit occasio, quòd Alexandro filiola esset lactens, quàm ex Amazonum Regina susceperat, & an iam ablactandi illius tempus esset vel secus, acerrimè inter medicos disceptatum fuerat. Vt enim lactaretur, ætas; vt ablactaretur imbecillitas filiæ non permittebat.

Hanc narrare historiam visum est, tantùm vt ostenderem, coram Alexandro Babylone agitatam fuisse hanc quæstionem, quot scilicet annos lactare infantem conueniat: cùm ea sit infantum in illa ætatula simplicitas, vt neque petere bonum, neque de malo conqueri nouerint. Sciendum autem circa hanc quæstionem; sicut varia sunt tempora, & diuersæ regiones ac prouinciæ: ita varios fuisse modos ac rationes diuersas infantes educandi, lactandi, & ablactandi. Quæ enim in morte & sepultura defunctorum in diuersis populis fuit varietas; eadem in educandis & lactandis infantibus seruata fuit.

Sine aduersario nulla luctatio est. Cicer. de fato.

Satius est superuacua dici, quàm non dici necessaria. Plin. 6. ep. 2.

Differentium inter se reprehensiones non sunt vituperandæ. Cic. fin. 1.

In omni quæstione ad propositum interrogationis pertinere debet sensus responsionis. Tertull. adu. Marc.

Antiquitus prandium vicio vertebatur; ad cœnam negotijs iam defuncti se conferebant. Plut. 8. Sympos. 6.

Ante proruptos dentes si ablactantur pueri, & solidiore cibo nutriuntur; multis à cruditate morbis obnoxij fiunt. Auicen. citante. Paræ.

Æque peccat, quod excedit, quàm quod deficit. Sen. 2. benef. 16.

Thalestris ad communicandos cum Alexandro liberos venit, fœminini sexus retentura, marem redditura patri. Curt. lib. 6.

Sine solidiorum ciborum appetentia, & in tenui variaque valetudine pueri ablactari non debent. Paræ.

Chrysippus nutricibus triennium dedit. Fab. 1. *cap.* 2.

Puellum, quoad primores dentes emiserit, solo lacte alendum docet. Galen. 1. *de tuend. sanit.*

Post quinquies septem menses infans incipit lac nutricis horrescere, nisi fortè ad patientiam longioris vsus continua consuetudine protrahatur. Macrob. 1. *Somn.* 6.

Δοτέον δὲ ἐν τῇ ὥρῃ, καὶ τῇ χώρῃ ἐν τῇ ἡλικίῃ καὶ τῷ ἔθει. *Hipp. lib.* 1. *aph.* 17.

Quicunq; fecerit hoc malum, perdit Baptismi sacramentum. August. Serm. 215. de temp.

Latrocinium facilius in viro; veneficium in fœmina credas. Fab. 5. c. 9.

Qui nec felicem in futuro vitam, nec modò habere vult piam, talibus sacris mortem quærat æternam. August. 7. ciu. diu. 35.

Gratiam Dei & huius malitiæ exercitium nullus assequitur. Saresber. 2. 28.

Quarundam gentium, quæ ex aduentitia stirpe non sint, principes terrigenas fuisse, non difficile rudis antiquorum credulitas recepit. Censorin. c. 3.

Neq; Athenarum vrbs, neq; Argiuorum regnum nomen acceperat, solis Sicyoniis in Græcia florentibus. Euseb. præfatio. Chron. Herod. lib 5. *Diodor. l.* 20.

Arcades primæ originis terram perpetuò incoluêre. Pausan. lib. 5.

CAPVT XXVIII.

De multiplicibus incantationibus & superstitionibus, quibus prisci liberos nutriendos daturi vsi sunt, quas fugere verè Christianos summo studio oportet: (de variis item & diuersis moribus, quibus veteres, maximè Sicyonii, Ægyptii, Chaldęi, Mauritani, Allobroges & Indi, in lactandis, nutriendisq; infantibus vsi sunt.)

340 NON *multa quidem, sed ad institutum aptissima exempla referam, tum antiquissima, tum singularia. Strabo de situ orbis dicit, post Assyrios, qui primi in mundo regnarunt, & principatum cõstituerunt, Sicyonios fuisse, qui longo post tempore Arcades fuerunt appellati, inter*

Ἀρχίδης, οἱ δὲ πρόδικος σπλωναίους ὑδέοντας ζώειν φησὶν ἐόντας ἐν ἕξεσιν. *Apollon. lib. 4. 22.*

Armati saltabant. Athenæ. lib. 1.

† *Gallos. G.*

Sicyonij Lunam venerantur.

Luna corporũ præsul. Macrob. 1. Satur. 19.

Nutrices cauent admodum infantulos Lunæ ostentare. Plut. 3. Sympos. 10. Macro. 7. Saturn. 16.

* *Cùm lactis copiam Luna vberibus maternis sufficeret: eandem effecturam, vt lac infanti tenero salubre esset. G.*

Αἴτια τὴ ἰδιότητος τ χώρας ἡ πρὸς ἥλιον διάμεσις, θερμασία πήξασα, ξηρότητι πιλήσασα, φέγγει λαμπρύνασα. *Diodor lib. 2. 135.*

Sol autor spiritus, caloris ac luminis humanæ vitæ genitor & custos est. Macrob. 1. Satur. 19.

Humor à Luna diffusus aggrauat corpora. Plut. 3. Sympos. 10.

Si solennitates Ægyptiorum omnes sequerentur, mundus desertus ab hominibus ferocissimis bestiis impleretur. Ioseph. cont. Apion. 2.

Chaldæi ignem.

Sentiendi natura de Sole crescendi de Luna ad nos peruenit. Macro. 1. Somn 19. Vide Diodor Sicul. lib. 1. fol. 7.

Persæ deum esse ignem arbitrantur. Herodot lib. 3

Γῆς γένεσις ὕδωρ, ὕδατος ἀὴρ. ἀέρος πῦρ κὴ ἔμπαλιν. *Aurel. Imp lib. 4.*

ἀδὲν ἀξιόλογον οὕτω πυρὸς ἀνθρωποι, τ πρὸς τ βίον χρησίμων κεχωρισμένα.

Xenoph. memorab 4.

Apud Romanos sponsi ignem & aquam in limine appositam tangebant. Alexan. 2. 5.

Antiqui ob cognationem cum sacro & perenni igne omnem ignis interitum abominabantur. Plutar. 7. symp. 4.

Prouerbium Chaldæorum.

Gell. lib. 14. cap. 1.

Omnes antiquæ superstitiones à Chaldæis manarunt. Zuing theat. fol 3107.

Apud Persas supplicandi genus repulsæ secutum erat, si supplex ignem sese in profluentem minaretur abiecturum. Plut. de primo frigido.

Gezwungene Liebe vnd gemachte Farbe weret nicht lange. *Adag*

Melius Romani in Viriplacæ sacellum veniebant, & Charistia celebrabant. Val. 2. 1.

Bonum & iustum est, vt qui mulierẽ accipit, ex qua liberos gignat, morem gerat eius affectibus. Ioseph 4. arch. 8.

* *morosum ac difficilem.*

Mala vxoris pœna nulla acerbior. Mim.

quos maximi & clarissimi fuerunt athletæ & pugiles, ex iisq; oriundi erant optimi gladiatores, quibus in ludis vtebantur Romani Experientia namque magistra, quemadmodum Trogus Pompejus ait, Romani didicerunt, ad res serias aptissimos esse † Hispanos, ad ludicras Arcadas.

*Porrò Sicyonij, vt antiquissimi fuerunt; ita multas habuerunt in ritibus ineptias, & præter cæteras, quòd pro numine Lunam coluerunt, & quando in cœlo Luna fulgebat, infantibus mammam dabant, persuasum sibi habentes, * si radios Luna in vbera materna spargeret, longè salubrius infanti lac futurum: Cuius rei autor est Cinna Catulus libro de educandis pueris.*

Idem historicus refert Sicyoniorum hostes capitales fuisse Ægyptios, adeo quidem, vt quicquid alteris placuisset, contrarium eligerent alteri; quod ex eo manifestum est, quia Sicyonij olim oleis, glandibus, vestitu lineo & veneratione, cultuq; Lunæ, quam pro dea habebant, delectabantur: Ægyptij contra nec oliuas serebant, nec quercus ferebant, nec lino vestiebantur, & Solem pro deo venerabantur, & ante omnia quemadmodum ad Lunam Sicyonij; ita ad Solem Ægyptij mammam infantibus dabant.

Inter alias Chaldæorum ineptias & hæc fuit, quòd ignem pro deo coluerunt idq; adeo religiosè, vt nemini cœlibi ignem domi suæ accendere fas esset; deorum curam non nisi viris iam senibus (maritisq;) credendam dictitantes. In matrimonijs hoc vtebantur ritu: Die nuptiali Chaldæi alicuius domum veniebant sacerdotes; nouum ignem accensuri, quem ante emortualem viri diem extingui nefas erat. Quòd si forte vtroque coniugum superstite, ignis nuptiarum die illis datus, extinctus inueniretur; dissolutum erat inter vtrunque coniugium, etiamsi XL. annos simul vixissent.

*Ex hoc Chaldæorum more natum est prouerbium vetus, multis lectum, sed paucis intellectum: Caue, ne me irrites, vt aquam igni infundam; quibus verbis Chaldæi matrimonia distracturi vtebantur. Si enim vxori minus placeret maritus; paullum aquæ igni infundens, alteri nubendi consequebatur licentiam; ad eundem modum marito ignem extinguenti, mox alteram sibi matrimonio iungere licebat. Equidem vxorem nunquam habui: Sed iam nunc auguror multos esse è Christianis, qui libertate, hac in parte, Chaldæorum frui cuperent; nec dubito quin multi futuri essent viri, qui aquam igni affunderent, vt ab vxoribus liberarentur; nec non plurimas futuras mulieres iuro, quæ non solum ignem extinguerent; sed ipsas etiam fauillas, (titiones & carbones) defoderent, vt suum cuilibet maritum, maximè Zelotypum & * infelicem, dimittendi potestas esset.* 341

Sed

Sed vt eò redeat, vnde digressa est oratio, omnes maioris momenti res Chaldæi ad† lumen peragebant, perinde ac si in conspectu DEI agerent. Ad ignem enim cibum somnumq; capiebant; ad ignem negotia contrahebant & transigebant; nunquam matres infantibus nisi ad ignem mammam dabant. Tum enim lac infanti salubre esse autumabant, si coram igne, numine suo, illud sugeret. Autor est horum Cinna Catulus.

*Mauritani, quod hodie *Marrucorum regnum est, olim bellicosissimi fuerunt, & grauissima cum Romanis bella gesserunt; & quantò viri bello strenuiores, tantò fœminæ illorum magicis artibus, (incantationibus, veneficijs) & idololatriæ magis erant deditæ. NEQVE mirandum marito, si ipso diu absente malis artibus animum vxor adijciat. Cicero de natura deorum memorat, idemq; fusius narrat Bocatius, singulos, quotquot in regno illo erant, viros fœminasq;, peculiares sibi deos habuisse, cùm alio nullo communes, idq; diebus duntaxat non feriatis: Festis enim deos habebant ordinarios, quos simul omnes colebant.*

In eligendis autem dijs hac vtebantur consuetudine. Si qua mulier vtero grauis esset, ad idoli accedebat sacerdotem, seque grauidam esse indicabat, vt infanti in lucem edendo deum daret rogans: acceptum verò à sacerdote sigillum vel lapideum, vel argenteum, vel aureum, vel ligneum, mater amuleti instar de (infantis) collo suspendebat, & quoties infanti mammam dabat, super faciem illius simulacrum collocabat; alioqui ne stillam quidem lactis illi datura, nisi & lac & mammam deo prius suo consecrasset. Parum hoc est respectu illius, quod dicturus sum, quòd videlicet vel infante ante tempus fortè mortuo, vel adolescentulo aliquo casu infeliciore extincto, vel viro ante senectam è viuis sublato; defuncti parentes & propinqui conueniebant, & idolum correptum vel lapidabant, vel in crucem agebant, vel humi raptabant, vel cremabant, vel† aquis mergebant: iustum esse dictitantes, deos à quibus contra fas homines occiderentur, ab hominibus merito affici supplicio.

Idem Bocatius lib. II. de natura deorum narrat Allobroges, qui nunc Delphinatus est, in more habuisse, vt qui*
342 *sacerdotes deorum futuri essent inde ab vtero materno eligerentur; ita vt dum in lucem prodiret infans, priusquàm mammam attingeret, à sacerdote domum asportaretur. Ritibus enim illorum continebatur, vt quicunque res profanas gustasset, indignus haberetur, qui in deorum fanis ministerio fungeretur. Inter alias eorundem sacer-*

Hæc omnia plena sunt pestiferæ curiositatis, cruciantis solicitudinis, mortiferæ seruitutis Augustin. 2. doctr. Christian. 24.

† *ignem.*

Τὸν ἡδισμένων ἄρχειν ἐστὶ τὸ πῦρ. *Plut. præcept. Sanit. Rh. dig. lib. 15 cap. 14 & 15. Polyd. Virg. 5. 7.*

Μία φυλακὴ εὐσεβείας. *Hermes. Lact. 2. 15.*

Cultus & custodia sacri ignis tessera fuit obseruantiæ aduersus omnes ignes. Plut. 7. sympos. 4.

* *Marochorum, Vide Ortelium.*

Mulierculæ & viris simpliciorib. & infirmioribus in fide dæmonum malitia magis illudit. Saresb. 2. 17.

Incantatorum genus impium improbum, fraudulentissimum. Polyd. Virg. de prodig. lib. 1.

Ἅπαντες τῆς δεισιδαιμονίας ὀρχηγὲς οἱόντται ὡς γε αἰκὸς ἁπαντον εἰπεῖς αὐτὴς καθ' αὐτὸν ζῶν νῦ ἐσκεπται τετέστος. *Strab. lib. 7.*

Bini genij in domibus, quæ essent maritatæ, colebantur. Censorin. c. 3.

Dæmones spiritus nocendi cupidissimi, superbia tumidi, inuidentia liuidi, fallacia callidi. August. 8 ciuit 21.

Qui errat in minimis paullatim ad maiora prolabitur. Saresb. 2. 27.

Genios binos cuique in lucem edito deorum munere datos Empedocles putauit. Alexan. 6. 4.

Veteres ex omnib. aliquid diis sacrabant, magis adeò vt se gratos approbarent, quàm quòd deos ijs arbitrarentur indigere. Centorin. cap. 2.

Superstitio mentes deprauat, & nonnunquam sapientum animos transuersos agit. Alexand. 6. 26.

Εὐσεβὲς ἀνθρώπῳ ἐδαίμων ἦκος, ὅτε ἐμφερμένη κρατεῖ. *Hermes. Lactant. 2. 15.*

Multa mala de mediocrib. exitialia reddidit superstitio. Plut. de superstitio.

† *puteo profundo.*

Nimirum eiusmodi diis etiam cultus consentanei præstandi erant. Nazianz. Orat. 2.

* *genealogia.*

Non tollitur superstitione tollenda religio. Cic diuin. 2.

Consuetudo malè inuenta quanto diuturnior, tanto periculosior. 16.

Nimij in hoc genere antiqui, non vt propensos ad superstitionem facerent, sed vt ad studium referendæ gratiæ præstandæq; operæ nos adsuefacerent Plut. 7. Sympos. 4.

Flamines non licebat videre feriis opus fieri. Macrob. 2. Satur. 16.

dotum leges erat, vt non solùm nefas illis esset per vim sanguinem humanum effundere; sed etiam eundem vel videre, vel tangere; vt simul atque sacerdos fortuitò sanguinem tangeret humanum, sacerdotio extemplò priuaretur. Adeo verò rigidè seruata lex illa fuit, vt Allobrogum sacerdotes non solum ad virilem ætatem cùm venissent, à profundendo, bibendo, tangendóve sanguine humano abstinerent; sed ne in infantia quidem matrum lac sugere permitterentur: hanc nimirum ob causam, quòd lac sugere perinde esse dictitarent, ac sanguinem bibere. Nihil aliud enim lac album, quàm sanguinem concoctum; sanguinem verò rubicundum, nihil aliud quàm lac crudum esse.

Pollio lib. II. de educandis pueris autor est, antiquos genus quoddam cannæ habuisse, ex qua dissecta lac egrediebatur album, eoq́ suam mulieres aluisse sobolem.

Sed quicquid sit, lex illa, quæ infantes ad sacerdotum in fanis munus obeundum à lacte arcebat, magorum mihi potius superstitiosorum, quàm sacerdotum religiosorum videtur. NVLLA enim vel diuina, vel humana lex aut vult, aut iubet id prohiberi, sine quo vita hominum agi nequit.

His ergo moribus & ritibus veteres in educandis & lactandis liberis vtebantur; quorum ego facta non miror. Æquè enim diuino honore à gentilibus idolum aliquod execrandum (ac detestabile) afficiebatur, atque à nobis (Christianis omnipotens &) verus DEVS afficitur. Hæc autem ex gentilium antiquitatibus commemorare placuit, vt eorum quidem lectione, & cognitione fœminæ Principes, & summates oblectarentur; non autem quòd vlla ex parte (comprobanda aut) imitanda censeam. Quàm enim ex religionis Christianæ doctrina certi sumus, DEVM superstitionibus illis offensum fuisse; tam exploratum habemus, ab illis abhorrentes rem DEO facere gratissimam.

Quàm diu lactandi sint à matribus infantes, quod sit à lacte remouendi illos tempus aptissimum; neque ea quæ legi, neque ea quæ percontando cognoui, mihi satisfaciunt; nisi quòd Aristoteles libro supra citato definit, infantem vt largissimè biennium, vt breuissimè sesquiannum lactandum esse. Si enim citius à lacte remoueatur, infirmæ valetudinis periculum esse: sin diutius lactetur; verendum, ne dilicatus nimium euadat. 343

Non possum, quin referam, quod Sextus Chæronensis lib. IV. de republica narrat, cuius Bocatius etiam lib. III. de genealogia deorum meminit. Quo tempore Magnus Alexander Indiam peragrauit; præter cæteros philosophos illustres, in comitatu suo Aretam habuit. Cùm autem fortè

Nyssæ

Fabris nisi materia accedat, ars cessat. Oros. 7. 1.

Flamini diali feralia attrectare fas non erat. Alexand. 6. 12.

Opiniones fictæ atque vanæ diuturnitate extabuerunt. Cic. 2. nat. deor.

ἕλκει τὸ ἔμβρυον ἀπὸ τοῦ αἵματος τὸ γλυκύτατον. *Hippocr.*

Gothi pueros ad aram verberabant, vt multus exiret sanguis, vt vitæ seueritatem cum lacte materno imbiberent. Olaus epitom. lib. 8. pag. 262.

Cùm à spiritu multo & calore exalbuit, idem sanguis est in vberibus, qui in vtero fuit. Gell. 12. 1.

Indi arundines olim comederunt. Ælian. lib. 3. Scalig. exerc. 164. Quiq́ bibunt tenera dulces ab arundine succos. Lucan. lib. 3.

Non habemus necesse omnia credere, quę historia continet gentilium. Aug. 21. ciuit. 6.

Quod naturalis iuris est, nulla ratione ciuili tolli potest. IC.

Amœnitas intertexta fastidio narrationū medetur. Macrob. 5. Saturn. 16.

Consuetudo autoritati cedat, prauum vsum lex & ratio vincat. Isidor.

Nihil in speciem fallacius est, quàm praua religio. Liu. lib. 39.

Non commendandum, si quid pietas ipsa suasit superstitiosius; sed ratione corrigendum est. in Ægidio. dial.

De exemplo veniunt, quæ cauemus. Symmach. 10. 27.

De incantamentis. Plin. 28. 2.

Parua quæstio; sed tamen quæstio. Plin. 4. ep. 12.

Nihil tam necessarium, quàm cognoscere, quid sibi sit necessarium. Ambros.

Ludouicus Rex Hung. plurimum arguere solitus nutritores, quod delicatissimè nutritus esset. Olaus epitom. lib. 8.

Plato 7. de ll. triennium videtur definire. Vide Aristot. 7. polit. c. 17.

Admirationem stupor prodit. Macrob. 1. Saturn. 14.

Πέφυκε τὰ παράδοξα ἕλκειν ἅπαντας ὡς ἐπίπαν πρὸς ἑαυτά. *Theodori. δ. κθ.*

ἀνδρὶ σωφῷ πᾶσα γῆ βατή. ψυχῆς γὰρ ἀγαθῆς πατρὶς ὁ ξύμπας κόσμος. *Democ. Stob. 554.*

Nyssæ, quæ vrbs est Indiæ vetustissima, moraretur, eique vrbem omnem, quod peregrini solent, lustranti Indus singula monstraret; philosophus ille in eadem spectanda viri cordati & sapientis fungebatur officio. HOMO *enim imperitus effectus tantùm, quales eueniunt, spectat: Vir doctus verò etiam caussas inquirit & examinat, quomodo & vnde veniant.*

Inter alia monstrata fuit Aretæ domus ingens in extrema vrbe, in qua erant multæ fœminæ, quarum singulæ singula habebant cubicula, & in singulis cubiculis binos lectos, quorum iuxta alterum herbæ erãt vrticis similes; iuxta alterum frondes arboris rosmarinum referentes; in medio denique domus visebantur infantum conditoria.

Interroganti ergo Aretæ, quis esset domus tam amplæ vsus! Indus respondit: Domus hæc infantum orphanorum, per mortem aut alia de caussa à parentibus desertorum, educationi destinata est. Moris enim in hac † terra est, vt infantem patre orbatum mox pro filio recipiat ciuitas, vnde filium deinceps ciuitatis à qua educatus; non patris, à quo procreatus est, vocari illum oportet.

Quærenti rursus philosopho, cur tot in ea domo fœminæ forent, ne vno quidem inter illas viro comparente! Indus respondens, in hac, inquit, regione mos est vt toto illo tempore fœminæ, quo nutriendis occupantur infantibus, à virorum remoueantur commercio. Nolunt enim dij nostri fœminam vtero grauem mariti porrò vti consuetudine; idque non solùm dum fœtum enitatur; sed etiam quoad infans ablactatus sit.

Tertiò quærenti philosopho, cùm vnica domus esset, cur singulæ singularum cellulæ forent! Indus ille, Iam nosti, inquit, tanquam philosophus, eam A NATVRA *prauitatem mulieribus insitam, vt alienæ semper felicitati inuideant. Quòd si vnà simul cunctæ versarentur; futurum esset, vt iracundia subinde commotis illis, lac, quo alendi infantes essent, corrumperetur.*

344 *Quartò percontanti philosopho, cur in singulis cubiculis bini essent lecti, maior vnus, alter minor; cum vna tantùm fœmina & infans vnus esset! respondens Indus ille; Non licet, inquit, apud Indos in eodem infantes teneros lecto cum nutricibus dormire. SÆPE enim fœminæ somno arctiore correptæ per incuriam infantem, in eodem lecto iacentem, suffocant.*

*Quintò interroganti, quid sibi vrticæ lecto additæ vellent, herba *tam insipida gustu, tam ingrata attactu! Indus respondit: Nullum in India infantem scito contra communem naturæ cursum plorare, quamdiu lacte alitur: Hoc*

Strab. lib. 15. Diodor. lib. 3.

La sciocca turba non mira piu lungi, ne comprende, di quel, ch' inanci à gli occhi si ritroua. Arioſt. 30. 27.

Innumera sunt, quorum cum substantia in aperto sit, caussæ latent. Plut. 5. Symp. 6.

Admiratio, quæ maxima est, non parit verba, sed silentium. Gel. 5. 1.

Aretas Nyssæ ἐφανοτεροφεῖον *spectans varia quærit:*

Ea quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta. IC.

ἐν ἔντεσι τοῖς ἐμοῖς ἴσασιν. *Aristot. 5. Eudem. 9.*

Curiosus spectator excutit singula & quærit. Sen. 1. nat. quæst. præf.

Quod vidimus nunquam, nescire haud esse ducimus turpe. Arnob. lib. 3.

In iudicis iubentur esse tutela, qui à parentibus deseruntur. Sym. 9. 45.

1. *Cur domus tam ampla:*

† *vrbe.*

Bello cæsorum filios ciuitas Attica vsq; ad tempus pubertatis alit. Thucyd. 2.

Autor est bonorum sequentium qui relinquit exemplum. Sym. 10. 70.

2. *Cur nulli in ea viri!*

Plato in triuio nutrices cum pueris conuenire iubet, liberioris aurꝶ, & castioris vitæ gratia. Rhodig. 28. 11.

ἐὰν συλλαμβάνωσι ἡλικιῶται καὶ συλλάβωσιν, ἐπισβέννυται τὸ κάλλος. *Arist.*

Τὰς ἐγκύους τῶν γυναικῶν σωφρόνως πλησιαζούσας τοῖς ἀνδράσιν εὐκόπως τίκτειν εἰρηκεν Ἀριστ. ἐν τῇ ια τῶν ἰσρικῶν. *Apollon. mirabil.* 14.

3. *Cur singulæ fœminæ seorsim habitent.*

Τὸ φθονερὸν πλησίον βλέπειν ἐστίν. *Arist. Rhetor. Alexand.* 37.

Fœmineum genus præ iudicii tenuitate prolabitur in iram. Dio. fragment.

ὦ πανδημαγωγοὶ καὶ λεκιθοπλάκται νοπόλιδες, ὦ σκοροπανδοκευτρίαι τοπόλιδες. *Aristoph. Lysistr.*

4. *Cur bini in cellis lecti.*

Animus vereri qui scit, scit tuto aggredi Mim.

Exemplum ex aliis capias, quid tibi vitandum sit, ne in idem incidas malum. Plut. de sanit. tuend.

Καὶ οἱ ἔμπειροι πολλάκις ἐξαμαρτάνουσιν. *Aristot. Rhetor. Alex.* 15.

5. *Cur vrtica iuxta lectum.*

* *neque aspectu, neque odoratu grata.*

Plus tacito flatu quam vlla vox mouet. Liu. lib. 3.

Ploratus infantibus vtilis. Arist. Pol. 7. 16. *Contra Plato sentit*, 7. *de ll.*

Vagitu puer omnia complet, cui tantum in vita restat transire malorum. Lucr. lib. 5.

6 *Cur frondes rosmarino similes.*

Βάσκανος ὁ τῶ γειτόνων ὀφθαλμός. *Plat. Epistol. Alcipp.*

Homines intuendo infantibus potissimum nocent. Plut. 5. symp 7.

ἐδὲ ὠδὶ ἰγρέμμ' ἀναγδὲς ἐστι, ὡς γυναῖκες. *Aristoph. Lysistrat.*

Pueris turpicula res in collo quædam suspenditur, (ne quid obsit) bonæ fœuæ caussa. Varro. ling. Lat. 6.

Vtile est in publicam proferre notitiam, quod velis correctum, vt denunciatione futuri periculi ad consulendum cunctorum cura moueatur. Symm. 5. ep. vlt.

ἡ δεισιδαιμονία κακία ἐστὶν, ἀρετῆς πρόσωπεῖον περικειμένη, διὸ φιλοσοφία τὸ τέλον ἔστιν τῆς ἀθείας εἶδος ἐφώρασεν. *Synes. epist.* 67.

Ars omnis habet à natura originem, ab vsu & ratione processum. Saresb. 2. 17.

Infantibus cordis figuram in bulla ante pectus annectebant Romani, quam inspicientes, ita demum se homines cogitarent, si corde præstarent. Macrob. 1. Sat. 6.

Morte digni sunt, qui à morte conantur scientiam mutuare. Saresb. 2. 27.

Morbi nisi periculosissimi sunt, pharmacis non irritandi. Plat. Timæ.

Vbi perfidia, ibi cæcitas est. Ambros. orat. funeb. Theodos.

Quò plus scit, qui peccat, tanto grauiorem pœnam sibi accersit, Theophyl. Luc. 12.

Qui versatur in sordibus, sordescit amplius; & quem gratia deserit, fiunt semper nouissima illius deteriora prioribus. Saresber. 2. cap. 26.

ἐ ζῶμεν ἤτε εὐτυχίαν, ἤτε κακοδαιμονίαν ἀνὰ δίεσιν. ἀλλὰ τὸ αὐτὸς ἔχειν ἑαυτῷ τὸ παντελῶς τὸ εὐδαιμονίαν ἀεὶ τὸ πανδυσχερὲς ποιεῖ. *Dio lib.* 38.

Dum personam publicam portas, gratiæ te priuatæ memorem semper esse oportet. Sidon. 4. 14.

Ideo literas adfabra rerum vel natura vel industria peperit, vt nunquam muta esset adfectio; & si quando absumus, vt linguæ opera fungerentur signa verborum, Symm. 3. 17.

Nel porto sicuro tanti beni gode colui, quante procelle nel mare ha superato. Teatr. mor 245.

Δύσκολος ὁστις ζῇ μελάγχολον βίον. *Antiphan.*

fine vrticas prope lectum habent, vt ad fletum infantes prouocent. Philosophi enim nostri docent, SI binas singulis diebus horas ploret infans, tum ad ipsius incrementum, tum ad vitæ prorogationem plurimum conducere.

Postremò, sciscitanti philosopho, cur iuxta lectum frondes haberent, quæ rosmarinum referrent! respondit Indus: Malum scito in India peruetustum esse, vt à fœminis veneficis & incantatricibus tuti esse nequeamus; quæ veneficis suis & intuitu oculorum multos interimunt infantes. Quicunque autem infans herba ista suffumigatus fuerit, ei fœminæ maleficæ oculos noxæ non esse perhibent.

CAPVT XXIX.

Epistola M Aurelij Imperatoris ad Dędalum amicum, qua respondens ad XII. capita epistolę, ad Imperatorem scriptæ, sub finem in primis inuehitur in fœminas, quæ infantum, quos lactant, morbos incantamentis curant.

VTRVNQVE diligenter caueant fœminæ Principes & summates, ne vel liberorum nutrices veneficæ sint, vel liberos inde ab infantia medicamentis (in cibo potúue propinandis) assuescere sinant. Nam medicamenta quidem vitæ infantis periculum creant; incantatio verò non solum corpori alumni; sed animæ quoque altricis (ac nutricis) nocet. Ad maiorem veterum gloriam, & maius præsentium dedecus velim ij, qui hæc lecturi sunt, epistolam legant à M. Aurelio Imperatore ad amicum missam, ex cuius fine apparet, quantopere abhorruerint veteres à filiis per incantamenta (ac veneficia) educandis. Nam, vt verum fatear; maiorne fuerit illorum, vt gentilium, temperantia; an nostra, qui Christiani sumus, temeritas, nescio. Sequitur ergò epistola, in cuius fine in fœminas veneficas inuehitur.

EPISTOLA M. AVRELII IMP. ad Dædalum. 345

Marcus Imperator Romanorum, Annij Veri fratris in imperio collega, Dædalo amico singulari salutem & fortunam in aduersis prosperam.

CVM ab eo die, quo è portu Ostiensi soluisti, nec literas abs te in hanc horam vllas legissem, nec de tuis quenquam vidissem, nec, quod grauissimum, vlli certò constaret, viueres, an mortuus esses: ideoque nos amici tui te vel aduersa tempestate naufragium fecisse, vel quod terra illa non placeret, de reditu iam cogitare arbitraremur:

QVI

QVI enim maria, perinde ac tu, nauigant, ij ne tempestatibus mergantur, metuunt; aut si minus mergantur, propter ipsam regionum exterarum solitudinem † animum despondent: Viso Frontone ministro tuo mirificè delectatus sum, & longè quidem magis, postquam te superato itinere tam periculoso, viuere cognoui: nec minori mihi voluptati fuit, postquam te regione illa delectari ex literis tuis perspexi. Mihi enim PLANè nouum videtur, hominem in deliciis vrbanis educatum peregrina regione (& gente) delectari.

*Cùm Roma floreret, & Italia magna Græcia diceretur; ex omnibus populis eò concurrebant, partim vt virtutem & morum honestatem compararent; partim vt vicia & voluptates exercerent. Si enim Liuio * credimus, OMNES opes suas Roma Asiæ impendit, & omnia vicia & voluptates suas Asia Romam inuexit.*

Tot res literis complecteris, tot noua Fronto minister tuus ex illa terra affert, vt nesciam, ita saluus sim! quid vel tibi scribam, vel ministro tuo respondeam. NOVARVM enim rerum nuncij mirifici vt læticiam auribus afferunt; ita ipsa incredibilitate fidem sibi derogant. VIRI honesti (ac generosi,) qui veraces haberi ab aliis exoptant, etiam si res mirabiles suis ipsi oculis viderint; in referendis illis lingua sint moderatissimi oportet HOMINI enim verecundo magno pudori est verbum vllum proferre, de quo dubitari possit, verúmne sit an secus. Equidem breuissimè ad singula Epistolæ tuæ capita respondebo: quæ responsio si ad stomachum tuum non faciet; meum certè de te & mundo iudicium declarabit. Antè autem, quàm ad rem accedam, ignoscat quæso tua prudentia singularis, meæ in scribendo libertati. PER annorum enim paucitatem mundum cognoscere tibi nondum licet: Mei verò mihi CANI potestatem dant, & te commonefaciendi, & de illo sententiam ferendi.

Ingens in mari te periculum adiisse refers, & ad exonerandam nauem bonam fortunarum partem in profundum abiecisse. Tu verò magnas, mea opinione, mari insano gratias debes, quòd cùm vitam auferre tibi posset, solis contentum fortunis fuit. QVI enim maria nauigant, postquam se periculum euasisse vident, non opum, quas perdiderunt, iacturam; sed vitæ, quam conseruarunt, incolumitatem spectare debent.

346

Quòd in itinere maritimo comitatum te habuisse alienigenarum, & plures quàm vel cogitâras, vel optâras, dies retardatum esse scribis: sic habeto mi Dædale, licèt multos moratus sis dies; plures tamen numero molestias te accepisse.

Auec le florin, roncin & latin; par tout l'vniuers on trouue le chemin. Adag.

† *animi ægritudine conficiuntur.*

Circumnauigare multas vrbes, pulcrum; habitare in præclarissima, vtile. Plut. lib. educ.

Κακὸν ζώει βίον, ᾧ δόμος ἀναῦς. *Mosch.*

Amicorum releuat sospitas nunciata. Cassiod. 8.2.

Μέγα τι τὸ ἔθος ἐστὶν ἑκάστοις φύσις γὰρ ἤδη γίνεται. *Aristot. probl.* 28.1.

Flagitia diuitiarum alumni. Apul. apolog. 1.

Homini felicitatem nullus locus adimit, vt neque virtutem, neq; prudentiam. Plutar. de exil.

* *Lib.* 38. & 40

Τὸ τῆς χώρας εὐτύχημα τοῖς κατοικοῦσιν ἀτυχίας αἴτιον γίνεται, διὰ τὸ τὴν φύσιν ὡς ἐπίπαν τοῖς αὐθρώποις μετὰ τῶν ἀγαθῶν διδόναι τὰ βλάπτοντα. *Diodor.* 3.

ὀφθαλμοὶ γλώσσης ἀξιοπιστότεροι. *Marci. Epigr. lib.* 7.

Ignoratio caussæ fidem historiæ derogat. Plut. 5. sympos. 7.

Aliter audita, aliter visa narrantur. Hieron. præfat. pentat.

Qui ea dicunt, quibus fides non habenda videatur; scurræ iudicantur. Dio. lib. 53.

De longas vias longas mentiras. Adag.

Vir bonus præstare debet, ne mentiatur; prudens, ne mendacium dicat. Gell. 11. c. 11.

Qui peregrinati sunt, se interrogari gaudent, & visa libenter narrant. Plut. 2. Symp. 1.

Audi; sed crede, quæ vera sunt. Apul. lib. 11. asin.

Quanto sabes ne diras; quanto vees, no iuzgaras, si quieres viuir in paz. Adag.

Van di par l'esperientia è gli anni. Ariost. appen. 2. 107.

Senectutis prolixæ beneficio multis experimentis instruimur. Apul. lib. 5. asin.

M. Aureliùs respondet Dædalo.

Οἱ ποντοναῦται τῶν παλαιπώρων βροτῶν. *Stob.* 743.

1. *De iactura fortunarum;*

ὅσσον μητρειῆς γλυκερωτέρη ἔπλετο μητὴρ, τόσσον ἁλὸς πολιῆς γαῖα ποθεινοτέρη. *Antipat. Epigr. lib.* 1.

πάσαις ὁλκάσι μοῖρα κλύθων. *Cyllen. ibid.*

Quien bien esta, y mal busca, si bien le viene. Dios le ayuda. Adag.

2. *Comitatu oneroso & mora longiore;*

Viriculas patrimonii peregrinationis atterunt impensæ. Apul. lib. 11. asin.

QVI

Tanto maturius desit annona, quanto pluribus erogatur. Veget. lib. 3. cap. 1.

En longue voye paille poise. Adag.

Nihil viatico leui grauius. Sidon. 7. 2.

Auff eine schwere Reyse mag man wol ein Xvor ein V schreiben. Adag.

Quo plures sumus, pluribus rebus egebimus. Liu. lib. 34.

Sicut ad belli munera pauci sumus; sic nimis multi pro inopia commeatuum. Idem lib. 36.

3. *Articulari morbo;*

Maior pecunia fauces auaritiæ non claudit, sed extendit; non irrigat, sed accendit. Aug. hom. 30.

Molestum ocium podagrici pedes. Macrob. 2. Saturn. 7.

παρὰ τῷ πλέτῳ ποδαγρῶντες. *Aristoph. Plut.*

Λυσιμελὴς βάκχος ἢ λυσιμελὴς ἀφροδίτη γυναῖκα γυμάτης λυσιμελὴς ποδάγρα. *Epigram. lib. 2.*

Pauper locupletem optare podagram non dubitat Ladas. Iuuenal. Sat. 13.

Quis non erubescat, si sortis suæ gratiam, non virtuti debeat, sed taxillis? Saresb. 1. 5.

4. *Medicorum multitudine;*

Superuacuus inter sanos medicus. Tacit.

Los yerros del medico la tierra los cubre. Adag.

Malæ disciplinæ signum, iudicibus ac medicis indigere. Plato. de rep. 3.

Πόνοι δ' ἔζω ἡδέως ἡγεμόνες. *Xenoph. pæd.* 1.

Edacitas cibos terit; sed oculos vorat. Saresb. 8. 6.

Bonæ valetudinis mater frugalitas inimica luxuriosis epulis. Val. Max. 2. 1.

5. *Abundantia lignorum.*

Pulcrum fœnificia videre arida in tabulato, vindemiam in cella, in granario messem. Varr. rust. 32.

Censoria castigatio erat, minus arare, quam verrere. Plin. 18. 6.

Doue sono i fouchi grandi, i granari sono piccioli. Teatr. moral. 245.

Nec sanitati, nec expeditioni idoneus est miles, qui algere compellitur. Veget. 3. 2.

Necessitatis inuenta antiquiora sunt, quàm voluptatis. Cic. orat.

Paruis nutrimentis quanquam à morte defendimur; nihil tamen ad robustam valetudinem promouemur. Sym 1. 17.

6. *Aquarum copia.*

† *puteos.*

Magna vrbis vtilitas est, cum perennes fontes murus includit. Veget. 4. 10.

Non pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Gregor. Polyd. Virg. lib. 5. cap. 11.

QVI enim diu nauigat, fieri non potest, quin à nautis molestia afficiatur, & ventorum semper metu torqueatur. Ad comitatum autem, quem tibi magnum assuisse dicis, quod attinet, respondeo, quod QVò pluribus oneratus comitibus proficiscebaris, tantò minore pecuniarum pondere premebaris. Nosti enim regulam generalem. VBI iter longinquum, & comitatus numerosus est; marsupium laxius reddi necesse est.

Quòd ex humore marino, simul atque terram attigisti, articulari te morbo correptum dicis; ad hoc ita respondeo; aut podagra te, aut chiragra laborare. Si illa laboras, occasionem habebis domum seruandi, atque ita nemo opes tibi rapere audebit: Sin hac; caussam habebis, ne aleæ lusui, quemadmodum solebas, indulgeas; atque ita nec tuas pecunias, nec alienas, quod solebas, perdes: & si ingenium, quod habebas, non mutasti, vel ideò bonam in partem te morbum articularem accepturum certus sum, quòd ad incrementum rei familiaris faciat.

Quòd in regione ista ad curandos morbos tuos inueniisse te dicis multos claroque medicos, & doctrina & vsu præstantes: cùm Platone respondeo, VBI multi medici sunt, ibi multa vicia, multosque esse vicioso. Nam NIMIÆ deliciæ morbos homini, moderati labores sanitatem afferunt. Quàm diu maiores illi nostri antiqui medicis Romæ caruerunt, quod annos CCCC. factum; tam diu (& non vltra) in cibo potuque sobrij fuerunt. VT enim sanitatem temperantia; sic medicinam ingluuies præcedit.

Quòd terram istam rebus omnibus, & inprimis lignis, quorum magna hîc caritas est, abundare dicis; sic habeto: SI multa ligna habeas, parum te panis habiturum. Vetus enim illud adagium est: VBI magni furni, ibi parua granaria. Quòd si istius terræ lignis delectari te ais; Italiæ panem mihi non displicere scito. Quicquid enim fiat, SEMPER faciliora inuentu ligna sunt, quibus furnum calefacias; quàm frumenta, quæ in molendinum feras. BONVM sanè est lignis ad hyemem instructum esse; sed pane ad hyemem & æstatem instructum esse longè melius est. NON enim annonæ caritas dicitur, cùm ligna senibus; sed cùm panis pueris deest.

Quòd regionem istam ais aqua abundare, & quidem limpidissima & gelidissima, cuius tanta sit copia, vt singulæ domus singulos habeant † fontes: sic respondeo; physicorum axioma esse: VBI aqua abundat, ibi plerunque sanitas abest; quod quidem minimè miror. LOCA enim valde gelida (& humida) semper habentur (intemperata &) insalubria. Si ætas iam esset aurea; quando quid vinum

347

esset,

esset, homines ignorabant, & aquam cuncti bibebant; terra ista nostrâ hac longè melior esset. QVAM enim fœdum est vino madere; tam suaue & vtile est aqua inebriari. Nosti † fontem, quem in hortis via Salaria habebam, in causa fuisse, vt vna æstate septem è domo mea efferrentur funera. Quòd nisi quasi vena aperta aquam subduxissem residem; & mihi, & vniuersæ familiæ lethalem futuram fuisse arbitror.

Quare de conseruanda potius valetudine cogites, quàm terra ista frigidula te oblectes, rogo. Ad me enim quod attinet, ego ILLVM tantùm fortunatum censeo, qui corpore sano, & animo tranquillo est. Itaque terram quantum libuerit laudato; eius algore quantum volueris vtitor; aqua illius gelida te exaturato, & ad amicos denique oppilationibus illam mederi scribito: Ego verò, mi Dædale, plus pecuniæ ad comparandum vinum Creticum ex vrbe exportatum, quàm aquæ frigidæ dolia ex ista insula in vrbem importatum iri iuro.

Tot ac talia nasci in terra ista pomorum genera ais, vt nunquam ijs satiari posse videaris. Ego verò etsi nulla re iucundius, quàm pomis hybernis vescor; tamen licet eorum nec videndorum, nec edendorum copia detur, animo æquo fero. REGIO enim quæ pomis ad hyemem abundat, (febribus &) caloribus semper æstiuis obnoxia est. Octauius Imp. felicis memoriæ, vrbem per æstatem morbis infestari animaduertens, graui constituta pœna vetuit, ne Salonâ poma in vrbem vendenda importarentur; quæ res, mirabile dictu, effecit, vt tum vrbs rectè valeret, tum medici sponte ex vrbe discederent. MAGNVM enim populi rectè valentis signum est medicus pauper.

Multos in terra ista histriones, aretalogos & gesticulatores, quòd esse dicis, sic respondeo; non tantam fore oblectationem (ac voluptatem,) quam ex illorum iocis ludisq́; capies, quin maior sit ex perdita pecunia dolor & mœstitia. SCVRRÆ enim & ludiones per iocum ludos exhibent, & mercedem seriò exigunt.

348 *Vineis item abundare terram istam dicis, vinumque & odoratu fragrantissimum, & gustatu suauissimum (dulcissimumq́;) esse. Ego verò vix tantam esse credo vinearum in campo copiam, quin maior sit temulentorum in populo numerus. Quo enim die sobrinam meam Topinam Getulico auunculo meo despondimus; licet vnica tantùm Salonæ vinea esset; eius tamen prouentu tum ipsum, tum familiam vniuersam, tum conuiuas nuptiales omnes inebriatos fuisse nosti.*

Non sine lacrymis, quod dicturus sum, dico, antiquitus scilicet Romæ Martem belli præsidem religiosissimè cultum

Νοσώδης ἡ τοῦ ὕδατος μεταβολή. *Arist. probl.* 1.15.

E flumine semper antelucanas auras Homerus insalubres verissimè tradidit. Plin. 18.6.

οὐδεὶς κόρος πέφυκε σωφρόνως ἔχειν. *Nazian. Stob.* 298.

† *puteum.*

In potu fontium ideò maior est sitis, quia sapor dulcior. Symm. 8.61.

Malæ aquæ potus veneno similis, pestilentiam bibentibus generat. Veget. 3.2.

I tesori della vita, sono la sanita, & la mente buona. Teat.

Non est felix, qui hoc frequentius potius esse, quàm semper iudicatur. Sidon. 1.7.

Τὸ εὖ ζῆν ἐστὶν ἐν τῷ ποιεῖν, ἃ ἐπιζητεῖ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις. *Aurel. Imp. lib.* 8.

Augustus, querente de caritate vini populo, prouisum ait ab Agrippa, perductis pluribus aquis, ne homines sitirent. Sueton. 42.

7. *Pomorum varietate.*

Pestis ex incongruo humore æstatis, & autumni diuitis indigesta illecebra. Oros. 3.4.

Ἡ ὀπώρα ἔχει πολὺ πῦρ καὶ ὑγρότητα. *Arist. problem.* 22.

ἐν τῷ θέρει ἀρχὰς νόσων ἀνάγκη πλείους γίνεσθαι. καὶ γὰρ οἱ νέοι καρποὶ τότε εἰσίν. *Idem problem.* 1.25.

οὐκ ἐθέλω φθινόπωρον, ἐπεὶ νόσον ὥρια τίκτει. *Bion.*

Morbi ex repugnantium sibi humorum discordia nascuntur. Macrob. 7. Satur. 4.

Κακῶς ἔχει ἅπας ἰατρὸς, ἂν κακῶς μηδεὶς ἔχῃ. *Philem. Stob.* 805.

8. *Histrionum frequentia.*

Pecuniarum flumina in ignauos ventres profunduntur. Nice. Man. Comn. lib. 2.

Mimos & professiones obscœnas fouere beneficiis, illicitum est & infame. Saresb. 8.2.

9. *Vini copia & præstantia.*

Non est natura, sed vsus in culpa. Ambr. Psal. 118. serm. 18.

Οἴνου κατιόντος εἰς τὸ σῶμα ἐπαναπνέει ἔπεα κακά. *Herodot. lib.* 1.

Nullum est in luxuria crimen locorum. Symm. 8.23.

Violentiam insitam ingenio intemperantia vini accendit. Liu. lib. 44.

Οἶνος ἀναισιμοῦται πλέον ἐν τῇ, ὁρτῇ, ἢ ἐν τῷ ἅπαντι ἐνιαυτῷ ἐπιλοίπῳ. *Herod. lib.* 2.

Comes ebrietatis obliuio. Macro. 1. Somn. 12.

Martia Romanis orbis pater induit ora. Manil. lib. 4.

Qui patitur fieri, quod poteſt prohibere, ipſe facere videtur. IC.

Res diſciplinæ inimiciſſima ocium corrumpit militem. Vell.2.

Ἀκρήτῳ γὰρ ἀμαλδύνονται ὀπωπαὶ καὶ νοῦς αἰζηῶν, ὁπότ' ἐς φρένα χάνδον ἵκηται. *Coint.* 13.

Negotium P.R. meliùs commiſſum, quàm ocium. Val. Max. 7.2.

Appetitus priuationis ſoboles. Scalig. exerc. 317.2.

Galli vitem vel oleæ cultum, Roma iam adoleſcente, didicerunt. Macro. 1. *Somn.* 16.

Natura regionum ſuis meritis, non noſtris quæſtibus æſtimanda eſt. Symm. 7.7.

10. *Procerum & nobilium frequentia.*

Duces & milites fortiter à ſe facta ſemper dicturiunt. Macrob. 7. Saturn. 2.

† *in libertate perpetua enutriti.*

Ad id quiſque, quod audijt, adijcit aliquid. Liu. lib. 28.

No hables ſin ſer preguntado, y ſeras æſtimado. Adag.

11. *Fœminarum pulcrarum multitudine.*

Bellezza le follia ſouiente in compagnia. Adag.

Vna donna bella rade volte manca d' infamia. Teat.

Schön vnd from ſeyn / ſtehen ſelten in einem Stall. *Adag.*

12. *Sagis & veneficis.*

Hæc eſt fraudulentia malignorum ſpirituum, vt quod vltro faciunt, facere videantur inuiti. Saresb. 2.27.

Illa vera ſunt remedia, quæ fugatis morbis cauſisq; languoris, poſtea non ſentiuntur. Fab. decl. 14.

Reſpuunt medicinam morbi contracti è veneficiis. Philo de ſpec. ll.

Malefici dæmones habent exactores in pœna, quos habuerunt ſuaſores in culpa. Ola. Epit. lib. 3.

Melius eſt omnia pati quàm malo conſentire. IC.

Inceſti ac vagi ſpiritus, vt turbent omnia, & errores humanis pectoribus offundant, ſerunt ac miſcent falſa cum veris. Lactant. lib. 2. c. 16.

Caius & diſciplinis liberalibus pulcrè excultus & gratioſus apud populum erat propter paternarum virtutum memoriam. Ioſeph. lib. 18. arch. 8.

D' uouo bianco, ſpeſſo pulcin nero. Adag.

Damnati, qui amuleta collo geſtarent. Spartian. in Caracal. Rhodig. 9.23. *Ammian. lib.* 16. *de Conſtantino.*

fuiſſe; iam verò Bacchum vini numen ſanctiſsimè coli & honorari. Quòd enim temporis exercitijs in campo Martio militaribus ſolebat impendi, id nunc ludendo & potando in tabernis conſumitur. Titus Liuius (lib. V.) in annalibus dicit, Galliæ tranſalpinæ incolas, audito Italos vineta plantaſſe, expeditionem Italicam ſuſcepiſſe. Quòd ſi nullas tum Italia vineas habuiſſet; nec regio (tam amœna) à Gallis fuiſſet vaſtata. Romani priſci, quâ erant in rebus omnibus prouidentia, cùm vinum exitio ſibi eſſe animaduerterent; Senatus Conſulto vites toto imperio (tolli &) extirpari iuſſerunt. Accidit autem mirum quiddam, quòd finito bello, nullus in tota Italia Gallus manſit; cùm vineas in ea iam nullas eſſe innotuiſſet.

Multos item in terra iſta viros ſpectabiles, multos quoq; præſtabili dignitate patritios eſſe, eorumq; te colloquijs & familiaritate tempus fallere refers. Quod ſi ita eſt; multos in terra iſta viros otioſos eſſe neceſſe eſt, & veritatis parum amantes. Emeriti † enim & ſcutiferi, QVI iuuentam militia triuerunt, vbi conſenuerunt, audiendis nouis, & dicendis mendacijs tempus conſumunt.

Multas in terra iſta fœminas ais eſſe (forma conſpicuas) geſtu venuſtas, & corpore elegantes. Ego verò ſi multæ ſint formoſæ; multas (inhoneſtas ac) malè nuptas eſſe reſpondeo. NISI enim formæ coniunctam habeat fœmina prudentiam (ac pudicitiam;) & ſibi periculum & marito curas accerſit.

Fœminas item (magas) ſagas & maleficas in terra iſta inueniri memoras, quæ ſanandi & ablactandi infantes artem (præ cæteris) ſibi vendicant. Ego verò ſatius duxerim, infantes nunquam conualeſcere aut ſanari, quàm talium arte muliercularum curari. NON enim tantum pharmacis palam proſunt, quantum (periculi infantibus attrahunt, & quantum ſuis) clam veneficijs nocent. Erat Torquato Laërtio agnato meo filia, cariſsima iuxta ac formoſiſsima, vnica totius patrimonij hæres futura; quæ cùm infans die quodam multum ploraſſet; nutrix à qua alebatur, infantem placatura, dum veneficio ſomnum illi conciliaturam ſeſe retur, mortem conciliat; vt filiæ miſellæ fletu ſedato, matris infelicis eiulatus inciperent.

Caligula, Germanici optimi filius, licet inter Cæſares quartus, inter tyrannos primus fuerit; tamen cùm Romæ ſchedulæ contra quartanam, & ad curandos infantes ven- 349
derentur; edicto cauit publico, ſi quis vir aut mulier eas faceret, vt capite pœnam lueret; ſi quis autem illas vel emeret, vel venales Romæ circumferret, (alijſve daret;) virgis cæſus perpetuum exularet.

Idem Fronto miniſter tuus nuncium mihi attulit, quo mirifi-

mirificè sum delectatus, natum scilicet filium tibi bellulum (& scitulum:) simul autem illum à fœmina Samia nutriri, quæ, vini austeri instar, veneficæ nota insignita sit, dixit. Per deos te obtestor immortales, perq; eum, quo te prosequor, amorem obsecro, confestim domo illam eijcias, & fœminam tam malam ne diem quidem vnum domi tuæ viuere sinas? QVICVNQVE enim cum veneficijs (& incantamentis) educatur infans; aut vitam habebit breuem, aut fortunam aduersam.

Non parum mirari mi Dædale me scito Romanos plurimos, qui veneficijs liberos suos curari tum permittunt, tum studeant; quod ideo dico, quia persuasissimum habeo, QVICVNQVE deorum voluntate ægrotant, hominum diligentia, quantacunque ea sit, neutiquam sanatum iri. Infantes vel ob temperamenti prauitatem, vel quia vitam illis adimere dij volunt, ægrotant. Si ergo ex temperamento prauo morbus nascitur; naturalia à medico petantur medicamenta: Sin mali causa deorum offensa est; sacrificijs illos parentes placanto. FIERI enim nulla omnino ratione potest, vt animorum morbi vllis corporum medicamentis sanentur.

Diutius in hoc capite, quàm in cæteris, immoratum me non mireris Dædale, dum scilicet persuadere tibi conor, vt à veneficijs liberos tuos custodias. Alioqui PLVS veneficium malum infanti oberit, quàm lac bonum proderit. Quod vt ad te scriberem, partim amore erga te meo sum impulsus; partim quòd ex te in Senatu non semel audiui, quanto filij desiderio tenereris; quem cum & votis ipse impetraris, & lacrymis vxor tua Pertusa obtinuerit; nollem veneficijs abs te deos ad iram prouocari. Nam QVANDO deos parentes propitios habent; filij me hercule veneficijs non indigent.

Erant præterea multa, quæ ad te scriberem, quorum nonnulla cum Frontone ministro tuo communicare, quàm literis mandare malui: quod te mirari nolim. TOT enim EPISTOLÆ sunt periculis obnoxiæ; vt virum prudentem deceat non plura epistolæ credere obsignatæ, quàm palam in foro Romæ auderet loqui. Ignosce mihi Dædale, si neque
350 *cupiditati tuæ, neque desiderio meo scribendo satisfacio. Multa enim tibi scitu necessaria sunt, quæ chartæ credere non audeo. De me quod scribam nihil est, nisi quòd articulari morbo assiduè vexor, & quod omnium pessimum, quantò magis ætate proficio, tanto valetudo magis deficit. VETVS enim hoc fragilitatis humanæ malum est, quòd VBI securissimos nos remur incedere, ibi maxima reperimus offensacula.*

13. De filio nato.

Ἀδύνατον γυναικὸς ἀμαχώτερον, ἢ παῖδος. ἢ οὐκ οἶσθα οἰκοδομὴν ἀδάμια πόρδαλις. Aristoph. Lysistrat.

Valetudini, cuius curationem cura nostra noninuenit, potentia superna medeatur. Sidon. 2. 12.

Non debet via aperiri maleficiis. IC.

Ineluctabilia nulla arte, nullo auertuntur ingenio. Macrob. 1. somn. 7.

Magni interest quos quisq; audiat domi, quibus cum loquatur puer. Alexan. 2. 25.

Sic desinunt, quæ incipere non debent. Fab. declam. 18.

Wer sich in der Schalckheit befleisset / kan leichtlich in der Büberey Meister werden. *Adag.*

Θεὸς φύσει τὸ εὐσεβὲς οὐ πανοῦργος κακοῦ. Herm. Lact. 2. 15.

Adiecti Ezechiæ XV. anni per misericordiam eius, qui futurorum euentus in sua posuit potestate. Saresb. 2. 25.

Certa si decreta sors est; quid cauere proderit; Cuncta incerta si feruntur; quid timere conuenit? Mim.

Vtcunq; fata decreuêre, ita cuncta mortalibus proueniunt. Apul. lib 1. asin.

Fati beneficium per medici manus ad nos venit. Sen. 2. nat. q. 38.

Corporis vires animi redintegrant vigorem. Symm 1. 39.

Seruare animas alius, nisi Deus omnipotens non potest. Arnob. lib. 2.

Quæ in potestate posita sunt, sic, & non sic esse possunt; quæ in necessitate, sic esse necesse est. Saresb. 2. 24.

Ea tamtum medicamenta innocenter dabuntur, quæ potentiæ suæ qualitate consumta, desinunt, cùm profuerunt. Fab. declam. 14.

Non minùs peccat, qui illicita docet, quã qui addiscit. IC.

Non rumpitur humanis consiliis fati necessitas. Liu. lib. 1.

Cùm sanitas videatur esse de fato; debetur & medico. Sen. 2. nat. quæst. 38.

Τὸ τὴν ἐπιστολὴν πρῶγμα οὐκ ἐγκυθον, ἀλλὰ φύσιν ἔχει τὴ παρρησίᾳ παροδιαλέγεσθαι. Synes. epist. 137.

Aptius est negotiis intimandis viuę vocis indicium. Symm 3. 30.

E più sicuro à hocca, che per scritto trattar. Ariost. 1. appen. 68.

Verba meliùs ex oris fontibus fluunt, quã mandantur textis papyri. Symm. 3. 12.

Plena & infesta varijs casibus vita est, à quibus nulli longa pax, vix inducię sunt. Sen. ad Mar. 15.

Testatur insomnes curas imbecillitas corporis. Symm. 9. 39.

Κρατερὸν δὲ χρόνῳ ἀμαθύνεται ἦτορ. Coint. 2. 333.

Puerilibus consentanea crepundiis sunt ista. quæ vires atq; opes humanæ vocantur. Valer. Max. 6. extrem.

Plerique ijs potissimum donant, qui donare maxime possunt. Plin. 9. ep. 30.

Εὐάγωγον εἰς τὸ ῥαδίως τὶ τολμῆσαι θυμὸς γυναικός. *Democr. Stob.* 657.

Ne quid ex gratia beneficij petitio defringat, vsquequaque sit gratuitum. Apul. flor. 3.

Chi ben dona, caro vende, se villan non è chi prende. Adag.

Paruum munusculum, si æstimetur precio sui; religiosum, si amore pendatur. Sym. 9. 88.

Initium nouę liberalitatis, consummatio est prioris. Plin. 5. ep. 12.

Omnis gratia simplex it, duplex redit. Fulg. Mythol. 2.

Lætitia est cum munere muneris autor. Ouid metam. 8.

Omnis benignitas properat; Proprium est libenter facientis citò facere. Sen. 2. benef. 5.

παρὰ τοῦ αὐτιφιλοῦντος ἡδεῖαι αἱ αὐτιβλέψεις, αἱ ἐρωτήσεις, αἱ ἀποκρίσεις. *Xenophon. Hierone.*

Wer was liebes hat / der sihet es gern. *Adag.*

Amicus eum, quem diligit, pariter ac se cupit prosperis rebus potiri. Plut.

ἐστὶν ὁ τοιοῦτος φίλος, ὅς τις ἃ οἴεται ἀγαθὰ εἶναι ἐκείνῳ, πρακτικός ἐστιν αὐτῶν δι' ἐκεῖνον. *Arist.* 1. *Rhet.* 5.

Nihil præstabilius, quam posse dicendo tenere hominum cœtus, mentes allicere, voluntates impellere, quò velis; vnde velis, deducere. Cic. 1. de orator.

ὑπέρτερος ἄλλων μήδεσι καὶ μύθοισι, τὰ τ' ἀνδράσι κάρτος ἄεξει. *Coint.* 5. 241.

Ἄτοπόν ἐστι, τὸ τοῖς ἔργοις προτεύοντα, φαίνεσθαι τῶν τυχόντων τοῖς λόγοις ὑστερίζοντα. *Arist. Rhetor. ad Alex.* 1.

Vt corpori ferrum; sic oratio animo non ictu magis quàm morâ imprimitur. Plin. 1. ep. 20.

Μέγα κράτος ἀνδράσι μῦθος γίγνεται εὐφροσύνῃ μεμιγμένος, ἠνορέη τε ἄπρηκτος τελέθει. *Coint.* 5. 262.

Omnem hominis actum sermo præit. Apul. apol. 1.

Tacere præstat, cùm loqui vtile est; quàm loqui, cùm tempus indecoro sermoni silentium indicit. Nazianz. ad Olymp.

Loqui nobis communiter datum est; solus ornatus est, qui discernit indoctos. Cassiod. præfat.

Τὸ τῷ λόγῳ βοηθεῖν ἑαυτῷ μᾶλλον ἴδιόν ἐστιν ἀνθρώπου τοῦ σώματος χρείας. *Arist.* 1. *Rhet.* 1.

Mutos nasci, & egere omni ratione satius fuisset, quàm prouidentiæ munera in mutuam perniciem conuertere, Fab. 4. capit. 1.

Quem mihi misisti Psittacum, Faustina continuò sibi vendicauit. Ac sanè admiratu dignum est, quòd ita expeditè loquitur. Verùm enimuerò TANTA est fœminarum potentia, vt cùm libitum est, & silentium viuis imponant, & mortuos in tumulis loqui faciant. Pro eo, ac tibi cupio, debeoq́, imò etiam soleo, exiguum admodum est, quod tibi mitto. Quod ideo dico, quia nihil in præsentiarum tibi mitto, præter duos equos Mauritanos, & decem gladios Alexandrinos, & Frontoni ministro tuo iucundi nuncij præmium in Sicilia præfecturam dedi, ex qua ad XX. millia HS. quotannis percipiat.

Faustina mihi dixit, se Pertusæ vxori tuæ arcam mittere, plenam aromatis è Palæstina allatis, itemq́ alteram plenam vestimentis, quibus vtatur; quod quidem munus non contemnendum mihi videtur. NATVRA enim fœminæ propriarum opum parcæ, in alienis profundendis liberalissimæ sunt. Dij te præpotentes seruent, & sinistram à me fortunam auertant! Eosdem deos precor, vt & ego te, & Faustina mea Pertusam vxorem tuam saluos incolumesq́ propediem Romæ videamus. NVLLA enim maiore animus afficitur lætitia, quàm cùm amicum diu multumq́ exoptatum videt. Marcus de monte Cælio m. p.

CAPVT XXX.

Ostendit in genere, ingens esse hominis decus, bene dicendi, (& animi sensa eleganter exprimendi) facultatem; (esse item nonnullos adeo in loquendo tædiosos, vt cùm alii vel X. annos citra offensam audiantur; ipsi ne paruo quidem spatio audiri possint; indecorum denique Principibus & dynastis facere quid, cuius rationem nequeant reddere.)

EX præstantissimis donis, quibus Conditor homines ornauit, est loquendi vis & facultas. Alioquin enim, si animam excipias, parum (admodum) à brutis homines muti differunt. Aristoteles in œconomicis politiam Pythagoricam Stoicæ longissimè anteponit, illam rationi magis, quàm hanc consentaneam esse affirmans. Nam Pythagoras quicunq́ muti essent, absque vlla contradictione, ciuitate eijci iussit; hac nimirum adductus ratione, quòd linguam dicebat per mentis conceptus moueri; qui ergo linguam non habet, 351

cum

eum mente carere; qui mente caret, nihil nisi bestiam esse; qui verò bestia est, eum bestiæ instar seruire, aut cum bestiis in syluas (tanquam bestiam) extrudi oportere.

Magnum donum est, non esse hominem mutum, vt cæteræ animantes sunt; sed maius donum est loqui, vt homines rationis participes loquuntur: At infinities maius est bene loqui, vt Philosophi eloquentes loquuntur. Alioquin enim, SI IS qui * *audit, non sententias potius, quàm verba ponderat; sæpe maior ex pistacorum in caueis garrulitate, quàm ex virorum in Academiis facundiâ voluptas capietur.*

Iosephus libro de bello † *Iudaico refert, Herodem cunctis regni opibus iuuisse, & vniuersa cum factione ac gente sua secutum esse M. Antonium & Cleopatram huius amicam, bellum cum Octauio, secundo imperatore Rom. gerentes; tandemque M. Antonio victo & Cleopatra capta, victoria potitum Octauium; cuius mali vniuersi culpa penes Antonium fuit. QVI enim ob fœminæ amores bellum mouet, fieri non potest, quin aut vitam amittat, aut infamis viuat. Cæterum Herodes Antonij patroni sui viso interitu, ad Octauium Imp. proficisci decreuit; in cuius conspectum admissus, diademate ad pedes Imperatoris abiecto, orationem habuit verbis adeò dulcem, sententiisque exquisitam, vt non solùm veniam Octauius Herodi, qui hostis fuerat acerrimus, dederit; sed regnum etiam illi de integro confirmarit, & inter intimos eum amicos receperit. Nam* INTER *animi generosi viros multis malefactis pauca medentur benedicta.*

Si Blondo de Româ triumphante credimus; Pyrrhus magnus Epeirotarum Rex, cùm animo fortissimus, rei bellicæ peritissimus, in beneficiis tribuendis liberalissimus, in aduersis tolerantissimus fuerit; hoc nomine inprimis celebratur, quòd in verbis suauissimus, in responsis sapientissimus fuerit. Imò tantum eloquentia Pyrrhum valuisse perhibent, vt quemcunque semel allocutus esset, cum ita in partes suas traduceret, vt & absentis deinceps defensor, & præsentis vel cum vitæ dignitatisque periculo propugnator esset acerrimus. Idem Bloudus memorat, quod Liuius reticuit, Romanos, qua erant in omnibus rebus prouidentia, perspecta Pyrrhi facundia, senatus consultum fecisse, ne quis legatus Romanus cum Pyrrho aliter, quàm per interpretem loqueretur. Alioquin enim oratione eius capti, cùm legati abiissent Populi Romani; Pyrrhi procuratores Romam reuertebantur.

352 *Fuit quidem M. Tullius in curia Senator, in imperio Consul, inter diuites ditissimus, & inter viros militares fortissimus: Sed enim nihil horum immortalem ipsi memoriam*

λόγῳ μεθ' παιδείας ἡγεμών ἐστι βίᾳ. *Aristot. Rhetor. Alexand.* 1.

Vtinam muti omnes homines essemus! minus improbitas instrumenti haberet. Gell. 18. 7.

Alit æmulatio ingenia. Vell. lib. 1.

Nulla sui parte magis homo qualis sit, facilius deprehenditur, quam sermone. Sabell. 9. 11.

* *loquitur.*

Ipsa orandi maiestate nihil dii immortales melius homini dederunt. Fab. lib. 11.

Omnia bona cumulat lingua diserta. Cass. 8. 13.

† *Rer. ant. lib.* 15. *cap.* 16.

Qui eloquenter dicunt, suauiter; qui sapienter, salubriter audiuntur. August. 4. doctr. Christ. 5.

ὥσπερ βίᾳ ἄλυπος, αἰρετὸς, ὅταν λόγος σωτὸς, ἀγαπητός. *Aristot. Rhetor. Alex.* 1.

Eloquentiæ Principalis exempla.

ἐν μὲν πολέμῳ πρὸς ὠφέλειαν σίδηρος χρυσοῦ κρείττων, ἐν τῇ ζῇν δὲ ὁ λόγος πλέτου. *Isocrat. Euagor.*

1. *Herodes magnum animum nihil suppliciter orando præstat. Appian. ciu. lib.* 5.

L' Amour porte en ses mains closes plus de chardons, que de lis, ny de roses. Ronsard. 7. 15.

Cleopatræ & Antonii amor tum ipsis perniciem, tum Ægypto vniuersæ attulit mala plurima. Appi. Ciuil. lib. 4. *Ioseph.* 15. 4.

Augustus Herodi diadema imponit, & maximos honores habet Ioseph. 15. 10.

Cum abunde foret iram remittere; adiecit etiam caritatem. Val. Max. 6. 8.

Iritabiles animi sunt optimorum sæpe hominum, & iidē placabiles. Cic. 1. Att. 14.

Aduersantibus asper; si cedas, placabilis. Liu. lib. 36.

2. *Pyrrhus* artem conciliandi sibi homines eam habuit, vt Itali Regis externi, quam P. R. imperium mallent. Liu. lib. 38.

Rarò quisquam vitæ sanctioris, aut iustitiæ probatioris visus, Iustin. lib. 25.

Erat Pyrrhus comis ac perbenignus & ad referendam gratiam apprimè liberalis. Plut Vita Pyrrh.

Nondum domum ingressus es, & iam vis corrumpere dominum? Saresb. 5. 15.

Cyneas Romam cum ingentibus à Pyrrho donis missus, neminem, cuius domus muneribus pareret, inuenit. Iustin. lib. 18

Qualis fueris in factis, talis comprobaberis in verbis. Augustin. serm. 3. ad fr. in erem.

Flor. 1. 18 *Oros.* 4 1.

3. *Cicero.*

Amicitiarum plerunq; respectu causarum celeritas adiuuatur. Symm. 2. 10.

Eloquentia vniuersa sub principe operis sui erupit Tullio. Vell. 1. extr.

Cicero in omnibus quæ in quoq; laudantur, eminentissimus. Fab. lib. 12. 20.

ὁ ἓν λέγων σὺν ἐστὶ μακρὸς, μὴ δ' αὖ σφόδρ' εἰπὼν πολλὰ & πολλῶν χρόνον. *Phile. Sentent. Græc.*

Doctiora sunt omnia Ciceronis errata, quam nostra omnia bene dicta. Viu. Ciudiu. 22. 11.

Ciceronis oratio optima, quæ maxima. Plin. 1. ep. 20.

Insanus qui ea scribit, quæ mirentur potius homines, quam intelligant, Sueton. Aug. 86.

Facile est orationem apud fauentes æquis auribus accipi. Liu. lib. 35.

Voluptati aurium morigerari debet oratio. Gell. 2. 17.

Vt hominis decus ingenium; sic ingenii ipsius lumen est eloquentia. Cic. in Bruto.

Καὶ τὸ ἔργων, ἢ τὸ ἀληθῶν μάτων ἁπάντων ἡγεμὼν ὁ λόγος. *Isoc. Nicocl.*

In omnibus, quæ simpliciter expetibilia sunt; quo intensiora sunt qualitate boni, eo expetibiliora sunt. Saresber. 8. 12.

ὁ λέγων τὰ δέοντων μηδὲν ἐν μακρός ἐστι, κἂν δύο εἴπῃ συλλαβάς. *Philem. Sent. Græc.*

In quibusdam virtutes non habent gratiam; in quibusdam vitia ipsa delectant. Fab. 11. cap. 2.

Plerunq; pro differentium viribus & eloquentiæ potestate etiam perspicuæ veritatis conditio mutatur. Minut. pag. 365.

Cum dico, silentio non minus quam clamore delector; sit modò silentium acre, intentum, & cupidum vlteriora audiendi. Plin. 2. ep. 10.

Cum cœpit dicere, secundum principium statim fuga fit. Sen. 3. contr. proœm.

Τῶ λόγε μέτρον ἐστὶν ἐχ ὁ λέγων, ἀλλ' ὁ ἀκούων. *Plato. Stob. fol.* 396.

Quale quisque ingenium habeat, indicio est oratio. Terent. 2. Heaut. 3.

Iucundissima in oratore humanitas, facilitas, moderatio, beneuolentia. Fab. 11. 1.

No ay cosa mas fidicili (bien mirado) que conocer vn necio, si es callado, Arauc. 160.

Profert mores plerunque oratio & animi secreta detegit. Fab. 11. c. 1.

Vt te videam, aliquid eloquere. Apul. flor. 1.

πᾶς ἂν ἀπρόῤῥητος, φρονιμώτατος ἐστι σιωπῶν. *Pallad. epigram. lib.* 1.

Assai sa, chi non sa, se tacer sa. Bocca.

Non manus potest esse mentis testimonium, quam qualitas inspecta verborum. Cassiod. 5. 22.

Qualis es, tales sermones loqueris, talis & mens comprobatur. August. serm. 3. ad fr. in erem.

ὁῖος ὁ λόγος, τοῖος ὁ βίος. *Clem. Alex. 3. Strom.*

riam, quam vni debet eloquentiæ, attulit. (Solum) quippe eloquentiæ flumen tantam illi existimationem conciliauit, vt tres continuas horas sæpe in curia orans, neminem verbum vllum proferente, auditus fuerit; quod profectò non exiguæ laudis, aut leuiter transeundum est. Ita enim comparatum est ingenium hominum, vt QVATVOR aliquis horas facilius loquatur, quàm vnam horam patienter alium auscultet.

Antonius Sabellicus narrat Amilcarum Pœnorum temporibus, Carthagine Philosophum quendam, Afranium nomine floruisse, qui XXCI. natus annos in primo bello Punico mortuus est. Is quid sciret? interrogatus aliquando; nil nisi bene loqui se scire respondit. Iterum interrogatus, quid didicisset? nil nisi bene loqui se didicisse inquit. Rursum interrogatus, quid doceret? nil nisi bene loqui se docere ait: hoc scilicet innuens, nihil aliud (vno &) XXC. annis se & didicisse, & cognouisse, & docuisse, quàm bene loqui: nec sanè immeritò. Ex PRÆCIPVIS enim vitæ humanæ ornamentis est linguæ (in dicendo) suauitate & dulcedine præcellere.

Quanta cum admiratione duos in eodem concilio differentes, alterum in proponendo torpidum, alterum in dicendo elegantissimum audimus? Inuenias nonnullos, quos si tres horas auscultes, non defatigeris; cùm ex aduerso alij sint ita in loquendo tædiosi (ac rudes,) vt si labia solummodò (ad loquendum) mouentes videamus, foras nos extemplo proripiamus. NIHIL enim me iudice molestius, quàm hominem tædiosum tanto temporis spacio, quanto Symbolum Apostolicum vel Nicenum ter recitari queat, audire; & contra nihil iucundius, quàm prudentem (ac disertum) vel sexcentos annos audire. Plato ille diuinus libro de legibus dicit, NVLLA ex re magis hominem, quàm ex verbis, quæ loquitur, cognosci. EX VERBIS enim, quæ audimus, interius illud, quod non videmus, vel bonum vel malum iudicamus.

Laërtius (lib. 11.) in vita philosophorum refert, ad Socratem philosophorum principem, Athenis degentem, adductum aliquando adolescentem patria Thebanum, vt in suorum illum gregem reciperet, & in schola doceret atque informaret. Cùm autem adolescens, tanquam peregrinus & verecundus, loqui apud magistrum vereretur; Loquere, inquit Socrates, amice, vt te cognoscam. Hæc Socratis sententia cùm sensu tincta sit; huius operis lectorem rogatum velim, vt in ea ponderanda parumper subsistat. NON enim ex gestibus, quos præ se fert; sed ex oratione vel bona vel mala, quam profert, hominem Socrates vult cognosci. 353

Cæte-

Cæterum cum eloquentia ac facundia & ad augendam dignitatem, & non minuendas opes plurimum in singulis valeat; infinities tamen splendidius emicat, magisque necessaria est in Principum & megistanum aulis. QVI enim munera gerunt publica, & ciues audiant, & cum peregrinis loquantur necesse est. Vt idem apertius dicam; NON solùm existimationis tuendæ gratia; sed etiam quod ex vsu est reip. Principi necessaria est eloquentia. Cùm enim vnus sit Princeps, eique seruiatur ab omnibus; fieri non potest, vt tantum habeat, vnde præmia persoluat (& gratiam referat) omnibus. Itaque aliis pecunia satisfaciat, alios verbis benignis sustentet, necesse est. GRATIVS enim animo generoso est verbum beneuolum, quàm † beneficium illibenter datum.

Non possunt Plato, Liuius, Herodotus, Sulpitius, Eutropius, Diodorus, Plinius, aliique innumeri historici prisci extollenda celebrandaque Principum Græcorum ac Latinorum eloquentia, seculorumque illorum, quæ sapientes habuêre Principes, felicitate satiari. Nec sanè immeritò. MVLTI enim Regum diademata, Imperatorumque sceptra adepti sunt (& obtinuerunt) non tam victoriis bello partis, aut sanguinis, quo orti erant, claritate; quàm sapientia & eloquentia, qua fuerunt ornati.

M. Aurelius ciuis Romanus; etsi in monte Cœlio natus, patrimonio pauper, † sanguine obscurus, gratia humilis, & à propinquis honoratis inops fuit: tamen ob solam virtutis præstantiam, doctrinæ copiam, & eloquentiæ excellentiam in matrimonium accepit Faustinam, Antonini Pij Imperatoris filiam: qui cùm à multis, quòd filiam Philosopho inopi vxorem daret, reprehenderetur: Ego, inquit, generum malo Philosophum inopem, quàm † Principem fatuum.

Pollio libro VII. de legibus Romanorum refert, legem fuisse sanctissimam, & inde à Consulum initio pro consuetudine in vrbe introductam, vt Dictatores, Censores & Imperatores semel, vt minimum, singulis hebdomadis curiam ingressi, de reipublicæ statu rationem redderent. Quæ lex vtinam nostro seruaretur æuo! NEMO enim æquabilem omnibus iusticiam administrare magis nititur, quàm qui futurum cogitat, vt à se ratio muneris reposcatur.

*Caligula * quartus Romanorum Imperator, non solùm (turpis) flagitiosus & immanis in vita; sed eloquentiæ planè expers, & in dicendo ieiunus fuisse perhibetur, † vt primus ex is, qui rerum potiti sunt, alienæ facundiæ eguerit:* 354 *vnde tantum infelix incurrit odium, vt crudeli & infami morte*

Eloquentia Principibus maxime ornamento est, Cic. fin. 4.

Extorquet arma è manibus iratorum ciuium boni ciuis autoritas & oratio. Idem. de clar. orator.

Non modò domi, verum militiæ quoque dicendi copia præstat, qua vel ardua procliuius conficiuntur, Aurel. Vict. Cæs. 42.

Memoriæ minimum tribuit, qui spei plurimum. Sen. 3. benefic. 4.

Certum habeo, vos non tam liberalitatem intueri meam, quàm voluntatem. Curt. lib. 7.

Copiæ paruæ singulorum sunt; eorum, qui his egeant infinita est multitudo. Cic. offic. 1.

Plerique sunt qui beneficia asperitate verborum & supercilio in odium adducunt, eo sermone vsi, ea superbia, vt impetrasse pœniteat. Sen. 2. ben 4.

† *remuneratio cum oratione odiosa coniuncta. G.*

Τέσσαρα δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἔχειν ἀνδρα. νοεῖν τε ὀρθῶς φράζειν τε ὡσαύτως τὰ νοηθέντα καλῶς, φιλόπολιν εἶναι, καὶ χρείσσω χρημάτων. *Thucyd. Schol lib. 2.*

Multum vtilitatis habet moribus armata facundia. Cassiod. 7. 12.

Μέγας δ' εἰς ἀρὴν ἄξιος Ἀνὴρ, εἰ μὴ οἱ νωιτὴ ἐπὶ μῆλα ἔπητυε. *Coint.* 5. 264.

Qui eloquentiæ veræ dat operam, dat prudentiæ. Cic. de clar. orator.

Βαιῶν δὲ πόνων μέγα κέρδος ὀπηδεῖ. *Oppian. ἁλ. γ.* 87.

† *Pater Annius Verus in Prætura decessit. Capitolin.*

Non minus ad prouidentiam Principis pertinet bene dicendi, quam rectè faciendi disciplina. Eumen. paneg.

Ad id virtutum omnium fastigium ascendit, vt cuncta ista, quæ sapienter monentur, facunde prædicantur, vita superauerit. Censorin. de die natal.

† *diuitem.*

Nihil aliud est eloquentia, nisi copiosè loquens sapientia. Cic. partit. orator.

Quid tutò cuiquam nedum summa resp. permittetur, si ratio non sit reddenda? Cic.

Negligentior est, qui se non putat solum debere rationem. Fab. declam. 10.

Magistratus meritis datus, spem sui debet æquare. Symm. 18. 18.

* *Nero Sextus.*

Caligula omnes arte dicendi præstare cupit. Dio. lib. 59. Ioseph. 18. 11. Sueton. 53.

† *Verba Taciti de Nerone, annal. 3.*

Insuperabilis fati necessitas, etiamsi præsciatur, caueri non potest: sed tam diu homines sibi vana spe blandiuntur, donec in illius casses incidant. Ios. 8. antiq. extrem.

morte extincto, perque vrbem raptato, hoc titulo monimentum fuerit positum.

Dedecus Imperij, Caligæ cognomine, Cæsar
Hîc situs est, vita pessimus, arte rudis.

HAVD scio, cur sibi placeant Principes, quod animosi, elegantes, equitandi & decursionis hastatæ periti sint; eloquentia verò non glorientur! cum dotes illas, quam diu vita modo durat, ipsis prodesse constet: ELOQVENTIA verò non solùm ad gloriam in vita comparandam; sed ad famam etiam defunctorum augendam prosit. Multos enim Principes grauissimas in imperio seditiones sola sedasse eloquentia, & memoriam simul immortalem sibi peperisse legimus.

Suetonius Tranquillus lib. I. de Cæsaribus memorat, Iulium Cæsarem illum felicissimum, cùm annum ageret XVI. a *defunctam Romæ amitam* b *Corneliam, è more pro Rostris* c *laudasse; qua in ætate tam tenera eloquentiæ vim mirificam demonstrauit, & tantopere illo die Populo placuit, vt virum in imperio Romano illustrem futurum augurarentur vniuersi: Quo die Sylla, quemadmodum Appianus refert, hæc protulisse verba perhibetur: Mea de Caio Cæsare sententia hæc est, quòd LINGVÆ audacia futuræ hominis potentiæ præsagium sit. Videant ergo Principes & Dynastæ, quanti sua intersit, vt facundi & eloquentes sint. Quid enim aliud QVOTIDIANA testatur experientia, quàm alium ex humili ad summum locum eloquentiæ beneficio euehi: alium nobilium primum, (sed infacundiorem & lingua in promtum cadere &) infra omnes infimos abijci?*

Hæc dicere libuit ad monendos, persuadendos rogandosque Principes ac megistanes, vt inde à primis incunabulis filiis suis viros adiungant eruditos & sapientes, à quibus non solùm viuendi; sed etiam loquendi rationem discant. IN SVMMO enim gradu constitutis viris nihil turpius, quàm aliquid vel agere, vel moliri, cuius reddere rationem nequeant.

Polydorus libro III. commentariorum dicit, Lacedæmonios pugna † Milina, sic dicta, quòd ad ripas Milini fluminis commissa fuit, ab Atheniensibus fusos, Euxinum philosophum, qui de pace cum Atheniensibus ageret, misisse. Eum verò eloquentia insignem, eiusmodi in Senatu Atheniensium habuisse orationem, vt non solum pacem patriæ exoptatam reportaret; sed æternam etiam sibi gloriam compararet. Eidem in patriam reuersuro, huius sententiæ epistolam Athenienses dederunt. 355

Caligulæ turbata mens vim dicendi non corrupit. Tacit. 13. annal.

Χρὴ μὴ καταφρονεῖν τοῦ πλήθους, μηδὲ παραμικρὸν ἡγεῖσθαι τὸ παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμεῖν, *Isocrat. orat. ad Philip.*

Il n'est rien qui tant l' homme ameine à la raison, que l' art persuasif d' vna douce oraison. Ronsard. 4. 39.

Eloquentia alumnis suis venerandam quandam maiestatem apud homines conciliat. Nazi. ad Vitalian.

Futuræ post mortem famæ consulendum est. Cic. fin. 3.

Verbis facundis ira, consternatio, arma cedunt. Val. Max. 8. 9.

νόῳ δέ τε πάντα τελεῖται *Coint.* 5. 250.

Constantius Imp. quod ferè vix, aut multo sanguine obtinendum erat, eloquentia patrauit. Aurel. Vict. Cæs. 24.

Erudita eloquentia & Reges, quò vult ducit, & populos trahit. Nazian. ad Vitalian.

Dictator Cæsar summis oratoribus æmulus. Tacit. annal. 13.

a *tum patrem amisit.* b *Iuliam.* c *in quæstura. Suet. cap. 1. & 6.*

Stultus valde est, qui non prius verbum ducit ad linguam rationis, quam educat ad linguam oris. August. Serm. 3. ad fr. in eremo.

Cæsar honores tribuere, & largiri pecuniam potest; oratorem facere non potest, Dio. lib. 69.

Famam benignitatis conciliat sermo bonus & lingua gratiosa. Saresb. 4. 8.

Leuis est animi iustam gloriam, qui est fructus veræ virtutis honestissimus, repudiare. Cic. in Pison.

Omnes artes omniaq; opera quotidiano vsu & iugi exercitatione proficiunt. Veget. 3. 10.

Magnos modica quoq; eloquentia parit. fructus. Fab. lib. 12. extr.

Perficiendum est, si quid agere vis vt homines te non solum audiant, verum etiam libenter studioseque audiant. Cic.

Nomen legati eiusmodi esse debet, quod non modo inter sociorum iura, sed etiam inter hostium tela incolume versetur. Cic. Ver. 3.

† *Spartanorum clades celebris est ad Pylum. Thucyd. lib. 4.*

αἱ συνθῆκαι τροπαῖον εἰσὶ πολὺ κάλλιον τῶν ἐν τοῖς πολέμοις γινομένων. *Aristot. Rhetor. 3. 10.*

Ea demum victoria minimum inuidiæ habet, quæ plurimum humanitatis habet, Val. Max. 5. 1.

Egregiorum virorum virtus hostib. quoq; admirationem excitat, cum sedata iracundia, facinus in se ipso consideratur. Nazian. orat. 32.

CAPVT XXXI.

355

Epistola Atheniensium ad Lacedæmonios.

SEnatus, populus & Sapientes Atheniensium, Senatui, populo & Sapientibus Lacedæmoniorum S. & pacem.

DEOS testamur immortales, in prælio proximo non minus dolori nobis fuisse, quòd victi fuistis; quàm lætitiæ, quòd victores discessimus. TANTA enim bellorum infelicium damna sunt, vt victi detrimentum certum, victores emolumentum incertum auferant. Maluissemus quidem hac voluntate vos antehac fuisse, & quod nunc petitis, ante petijsse. Sed quid faciamus? Si ita fata malè vtrisque propitia voluerunt, vt & vos in hoc bello succumberetis, & nos ex clade vestra nihil emolumenti caperemus. Est enim regula minimè fallax; QVICQVID à dijs constitutum (decretumq́;) est, nec ingenio humano corrigi, nec potentia impediri posse.

Quòd bellum deponi, & trium mensium, quibus de concordia agatur, inducias iniri petitis; sic habetote, non esse hunc amorem Atheniensium, vt inducias ad bellum redituri faciant. LEGEM enim habemus Athenienses antiquissimam, vt alacriter & bellum accipiamus asperum, & pacem concedamus perpetuam. Nos operam damus, vt in scholis (gymnasiisq́;) VIROS pacis tempore sapientes habeamus, quorum belli tempore consilijs vtamur. Illi autem nobis suadent, ne quas inducias suspectas admittamus; quod cõsilium profectò salutare est. PAX enim ficta (& fraudulenta) bello aperto periculosior est.

Euxinus Philosophus legatus vester, tam ornatè & facundè in senatu locutus est, vt negare illi quicquam eorum, quæ petit, nefas arbitremur. HONESTIVS enim est pacem verbis (amicis) petenti, quàm hasta (infesta) poscenti offerre.

Scitote ergo Senatum, sapientes & populum Atheniensium animo lubentissimo Senatum, sapientes populumq́; Lacedæmoniorum (omni dissensione & discordia funditus sublata) bello liberare, pacemq́; eis perpetuam concedere; idq́; ideo, vt vniuerso terrarum orbi innotescat, TANTVM Atheniensibus tum aduersus audaces animi, tum erga sapientes beneuolentiæ inesse, vt & duces stultos castigare, & Philosophorum cordatorum imperia pati (ac perferre) nouerint.

Præliorum delicta emendationem non recipiunt, cùm statim pœna sequatur errorem. Veget. 1.13.

Viri fortes, etiamsi ferro inter se cominus decertarint; tamen illud contentionis odium simul cum ipsa pugna armisque ponant. Cic. pro Mil.

Inemendabilis est error, qui violentia Martis committitur. Val. Max. 7.2.

Νίκαι ἀνθρώποις πολλαὶ δὴ καδμεῖαι γεγονασί τε καὶ ἔσονται. *Plato.*

Præterita mutare non possumus. Cic. in Pison.

Fati vim effugere nulla possunt homines ratione. Pausan. lib 1.

οὐ γὰρ ἐπὶ φθιμένοισι πέλει κότος, ἀλλ' ἐλεεινοὶ Δήϊοι οὐκ ἔτ' ἐόντες, ἐπὴν ἀπὸ θυμὸς ὄληται. *Coint.* 1.706.

Certum est & ineuitabile fatum. Manil. lib. 2.

Nulla vis humana vel virtus meruisse vnquam potuit, vt quod præscripsit fatalis ordo, non fiat. Ammian. 23.

Μοίραισιν ἀναλθέα φάρμακα πάντα. *Bion.*

Nulla prouidentia fatum imminens moueri potest. Liu. lib. 25.

Nullo fata loco possis excludere. Martial. 1. 140.

Si egregium est hostem abiicere; non minùs tamen laudabile est scire infelicis misereri. Val. Max. 5.1.

Pœnæ genus est, vidisse precantem. Claudian. bell. Getic. 92.

Cùm victor arma posuit, & victum decet deponere odia. Sen. Herc. fur. 2.

In pace suspecta tutius bellum. Tacit. Histor. 4. Cic. Philipp 12.

Frequentiùs conuentionum pacisque simulatio credulis, quàm arma nocuerunt. Veget. 3.3.

Liberale & fructuosum est paullulũ nonnunquam de suo iure decedere. Cic. offic. 2.

Confessa hostium obsequia omnibus triumphis pulcriora. Plin. paneg.

Πολλοὶ καὶ δεινοὶ πόλεμοι γεγόνασιν, οὓς οἱ διαλυσάμενοι μεγάλων ἀγαθῶν αἴτιοι ἀλλήλοις κατέστησαν. *Isocrat. Orat. ad Philipp.*

Sapientes pacis causa bellum gerunt; laborem spe ocij sustentant; nisi illam firmam efficis, vinci an vicisse quid retulit? Sallust. de rep. ordin.

Paci, quæ nihil habitura sit iniuriarum, semper est consulendum. Cic. offic. 1.

Κτῆμα πειθοῦς εἰρήνη, ἀλλ' οὐ τύχης. *Pachymer. lib. 7.*

Maturo vel læta vel aspera rerum consilio momenta regas, nec tristib. impar, nec pro successu tumidus. Claudian. bell. Geti. 116. 16.

La que emendar se puede concordura, no lo emiendes con sangre de innocentes. Araucan. 101.

Aut maximo beneficio gratia hostium emenda, aut grauissima iactura vires confringendæ. Val. Max. 7. 2.

Semper odiorum honestus occasus est, & speciosa in melius animi mutatio. Fab. declam. 9.

Ἀρίστου τέλους τὸ μὴ ἐξαμαρτεῖν. *Aurel. Imp. lib. 6.*

Cœlum ex nubilo serenum hilari aspectu sentitur; bellum pace mutatum plurimum gaudij affert. Val. Max. 4. 2.

Διὰ τοῦτο φιλοσοφίαν τὸν τὰ ἐν αὐλῇ σοι ἀνεκτὰ φαίνεται, τὸν σὺν ἐν αὐτοῖς ἀνεκτὸς. *Aurel. Imp. lib. 6.*

Χρὴ ἐν τῷ κρατεῖν ποιεῖσθαι τὴν εἰρήνην. *Arist. Rhet. Alex. 3.*

Es mas dar la vida, que quitalla. Arauc. 20. 1.

Nihil ita plagas coërcet, vt patientia; & violatorum quies violantibus injicit pudorem. Ioseph. 2. bell. Iud. 16.

ἡ εἰρήνη τοὺς μὲν ἡττομένους σώζει, τοὺς δὲ νικῶντας ὧν ἕνεκεν ἐπολέμησαν, παρέχει ἀπολαύειν. *Arist. Rhetor. Alex. 3.*

Ipsa literarum possessio plenissimam studiis gratiam refert. Fab.

Quæ mox imitere legas, nec desinat vnquam Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas. Claudian. 4. Cos. Honor. 297.

Σοφὸν βούλομαι τὸν πολλὰς χέρας νικᾶν. σὺ δ' ὄχλῳ δὲ ἀμφίβια πλέον κακόν. *Eur. Stob* 508.

† *Pythagoras potius. Gell. 1. 9.*

Amentia vulgus maximè est obnoxium. Dion. lib. 6.

Sic totum cor nostrum obtineat caritatis dulcedo, vt in nobis locum habere nõ possit odii amaritudo. Aug. de tem. Serm. 61.

πολυλογία πολλὰ σφάλματα ἔχει, τὸ δὲ σιγᾶν ἀσφαλές. *Apollon. Stob. 396.*

Ab aure, quàm lingua minus est periculi. August.

δύο πείθει καιρὸς βέλτιον, ἢ τοὺς ὧν οἶδα σοφὸς, ἢ τοὺς ὧν ἀκήκοεν εἰπεῖν. *Isocr. Dem.*

Οἱ φρονοῦντες εὖ κρατοῦσι πανταχοῦ. *Sophocl. Stob. 75.*

Est & hæc Philosophiæ, & quidem pulcerrima pars, agere negotium publicum, quæq; Philosophi docent, in vlu habere. Plin. 1. ep. 10.

Τὸ προέπειν μὴ βουλόμενον, σημεῖόν ἐστιν ἀνοίας. *Aristot. Rhetor. Alex. 1.*

Impossibile est deesse commodũ aliquod, vbi DEVS præsidet solitus plena perfectaq; bona largiri rebus omnibus. Phil. de agricultura.

Cùm autem vnicam belli causam fuisse sciatis contentionem de possessione oppidorum ad ripas Milini fluminis sitorum; His literis deos testes inuocantes testamur, nos omni vobis iure cedere; modò vt Euxinum oratorem & Philoso- 356
phum vestrum nobis concedatis. Fortunata enim Athenarum vrbs potius Philosophum ad scholæ decus, quàm integram prouinciam ad reipubl. commodum expetit. Nec verò factum hoc Athenienſium leuitati (aut stoliditati) tribuatis Lacedæmonij; quòd multis imperandi dominium cum vno viro, qui nobis imperet, permutamus. Hic enim philosophus bene viuendi nos rationem docebit, cùm terra illa malè nobis moriendi causam præbuerit.

Atque vt ex inimicis tam vetustis, veros iam amicos nos factos comprobemus; non solùm bello vos liberare, pacemq; vobis perpetuam impertire; sed ad hanc etiam conseruandam consilio vos salutari instruere placet. Longè enim PRÆSTABILIOR *medicatio est, quæ valetudinem conseruat, quàm euacuatio, quæ morbum tollit. Sit igitur hoc consilium, vt* QVEMADMODVM *exercitys armorum iuuentutem solerter assuefacitis; ita operam detis sedulam, vt pueritia maturè literis imbuatur.* VT *enim hastis rigidis bellum geritur; ita verbis suauibus pax obtinetur. Non frustra nos suadere vobis existimetis Lacedæmonij, vt à pueritia literis liberos vestros discendis assuefaciatis, neque adolescere prius illos, vitijsq; implicari patiamini.* DVM *enim partim viri, quorum consilijs pareatur, eruditi desunt; partim (vani &) otiosi inter ciues abundant; bella in mutuam vtrorumque perniciem commouentur.*

Nolumus etiam vos arbitrari, Lacedæmonij, nos verbosis & garrulis fauere. Socrates † enim, quem patris loco veneramur, instituit, vt qui se ad discendum offerunt, recepti in disciplinam, biennium vt minimum nihil loqui ausi taceant. FIERI *enim nequit, vt in loquendo prudens sit, qui (res omnium difficillimas,) tacere (atque audire) non didicit.*

Si vobis idem videatur, Euxinum philosophum in Senatu nostro retinendum censemus. Ita enim existimate & persuasum vobis habete, si quod nos ex illius præsentia speramus commodum; consilia, quæ nobis daturus est, minimè vobis damnosa fore. Est enim lex Athenis peruetus; Senatui BELLVM *suscipere fas neutiquam esto, nisi iustum iniustumve sit, prius à philosophis ponderetur. Quod reliquum deos nostros vestrosq; precamur, vt vtrosque nos tueantur, & pacem hanc nobis perpetuam conseruare dignentur.* ID SOLVM *enim perpetuum erit, quod deorum fuerit voluntate confirmatum. Valete iterumq;*

valete.

CAPVT

CAPVT XXXII.

357 Nutrices, quæ Principum & megistanum filios lactant, eruditas, si fieri possit, esse oportere: (Romæ omnium linguarũ scholas fuisse; Legati Græci censura de fœminarum Gręcarum doctrina, & ducum Romanor. fortitudine; Viginti Romanarum cum totidem Græcis fœminis concertatio.)

VIATORES, qui per Regiones longinquas, & montes ignotos iter faciunt, rectam tenere viam cupientes, & ne fortè aberrent formidantes, non solum, qua via sit eundum, percontantur; sed donec intento quoq; digito sibi illa commonstretur, instant: CVM molestissimum sit viam ingredi suspectam. Cùm igitur tantopere parentibus suaserim, vt ad bene loquendum liberos (erudiant atque) assuefaciant: ostendere hac comparatione volui, æquum esse, vt ad eum finem † media quærantur idonea. NVLLA enim consilio inest autoritas, nisi qui illud dedit, modum quoque perficiendi illius ostendat.

Etsi autem MVLTVM refert, sitne aliquis natura bona an mala, ingenio hebeti an acuto; idq; tum ad ea, quæ facienda, tum ad ea, quæ dicenda homini sunt: NON leue enim, imo summum beneficium est, (præclara natura &) acri hominem præditum esse ingenio: Tamen non omnes acutos eloquentes, nec eloquentes omnes acutos esse aio. Multos enim videas † materie dicendi instructos, dicendi tamen facultate destitui; & contra alios videas dicendi facultate præditos, dicendi materia destitui; qui nimirum ingenium naturæ dono sublime nacti, per inertiam in humili dicendi genere substiterunt.

Soleo sæpe mirari, cùm video hinc quidem non minoris excellentiæ esse paruuli in lucem prodeuntis, atque senis è vita migrantis animam: Inde verò, tam teneris infantem membris, quibus in perficiendis actionibus anima suis vtitur, præditum, vt exiguam rationis particulam infantes habere videantur. VBI enim vim suam ratio non exerit, parum omnino homo distat à bestia. Mirificum præbent spectaculum infantes iam bimuli, dum pedes attollunt, ingredi meditantes; parietes prensant, † vt se sustentent; oculos aperiunt, cognoscere aliquid volentes; voces effingunt inconditas, fari iam conantes: vt in ætatula

In Dei potestate est vel vita vel interitus generis humani. Lactan. lib. 2. c. 10.

Refert à quibus, & quo quisq; modo institutus sit. Fab. 5. c. 9.

Impensiùs cætero corpore os colendum, quod est animi vestibulum, orationis ianua, cogitationum comitium. Apul. apolog. 1.

Potentiæ magnæ magna eloquentia est. Adag.

Ea laudis via rectissima, quam maiores cuique tritam reliquerunt. Cic. de clar. Orator.

Turpiter desperatur, quicquid fieri potest. Fab. 1. c. 16.

Fortuna totius rei principia sequitur. Liu. lib. 5.

Habet hoc sollicitudo, quòd omnia necessaria putat. Plin. 6. ep. 9.

Caueto, alienam disciplinam temere contemnas. Cato re rust. 1.

Nemo fidelius consilium dat, quàm qui id alteri suadet, quod ipse, si in eodem loco esset, faceret. Liu lib. 37.

Non est consilium, vbi est necessitas. Omnis deliberatio de dubiis est. Fab. 3. 10.

† *magistri.*

περὶ τῶν ἀδυνάτων οὐδεὶς βουλεύεται. *Arist.* 1. *Rhetor.* 2.

Irritus labor est, obstante natura. Curt. lib. 6.

Nihil præcepta atq; artes valent, nisi adiuuante natura. Fab. 1. præfat.

Stultitia est venatum ducere inuitos canes. Plaut. Stich. qui manet.

Non attinet repugnare naturæ, nec quicquam sequi, quod assequi nequeas. Cic. offic. 1.

† *faciles in excogitando.*

Non reperitur, qui sit studio nihil consecutus. Fab. lib. 1. c. 4.

Malè respondent coacta ingenia; reluctante natura irritus labor est. Sen. tranquil. 6.

Cùm corpore mentem crescere sentimus, pariterq; senescere. Lucret. lib. 3.

οὐ πᾶσιν ἐναίσιμόν ἐστι νόημα. *Oppian.* ἁλ. β. 198.

Memoria non modò iam est in paruis, sed tum etiam tenacissima est. Fab. 1. 2.

Animus in ægris æger, in infantibus stolidus, in senectute defessus. Arnob. lib. 1.

Qui mente carent, hos nemo possit excolere, cùm non sint ingenio capaci præditi. Philo de Ioseph.

† *ne cadant. G. Sen. epist.* 121.

Me nihil æquè ac naturę opera delectant. Plin. 8. ep. 20.

Pueros garrulos, planè nudos, sed auro gemmisq; ornatos, Romani & in primis fœminæ luxui deditæ in delitijs habebant. Herodian. lib. 1. Xiphil. in August. & Domitian.

Post ter septem menses sonus infantis in verba prorumpit. Macrob.1.somn.6.

L'odor non se ne va si in fretta, che in nouuo vaso, ò buono ò rio si metta. Ariost. 13 71.

Quod cuiq; discendum est, ne serò discere incipiat. Fab. lib.1.

Si vnam rem serò feceris, omnia opera serò facies. Cato de re rust. lib.5.

Vernacula vicia natos statim excipiunt, & per singulos gradus ætatis cumulantur. Fab dialo.

Vegeta & strenua ingenia; quo plus recessus sumunt, hoc vehementiores impetus edunt. Valer. Max.3.61.

Emissa cum procursu tela plurimum concitantur. Liu.lib.33.

Ipsa quiete impetum ad sæuiendum affectus colligit. Sen. ad Heluian. 16.

Plenum ingenio pectus nascitur. Symm. 1. 9.

Facile est teneros adhuc animos componere. Sen.ira.2.18.

Nutrices primùm audiet puer; harum verba effingere imitando conabitur. Fab. 1. 1.

Ὁ πόταν εἰς τὴν ἑπταετίαν ἀφίκηται τὸ νήπιον, πολλοὺς πόνους διαπλῆσαν καὶ γυμνασταὶ καὶ παιδοτρίβαι τυραννοῦντες. *Plat. Axioch.*

Nihil prouincialib^s incommodius, quàm sui Regis linguam non intelligere. Sylu. Histor. Boh. 55.

Magni interest, quos quisq; audiat quotidie domi; quibus cum loquatur à puero. Cic. Brut.

Studeamus, nec desidiæ nostræ prætendamus alienam. Plin. 4. ep. 16.

Nutrix distinctè & articulatè loquatur; hanc enim solam habet puer loquendi magistram. Paræ.

Ante omnia ne sit vitiosus sermo nutricibus. Fab. 1.1.

Linguarum diuersitas hominem alienat ab homine. Aug. 19. ciuit. 7.

Μικρὰ μὴ κωλυόμενα ἁμαρτήματα, φύεται καὶ ἐπιδίδοται πρὸς μέγεθος συναυξάνοντα. *Philo. Stob. 453.*

Marcus Imp. Athenis doctores omnis doctrinæ annuâ mercede conductos constituit, ad omnium gentium vtilitatem. Dio. lib. 71.

Πᾶς ὁ τοῦ μειρακίσκου χρόνος ἐστὶν ὑπὸ σωφρονιστὰς, καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς νέους αἵρεσιν τῆς ἐξ ἀρείου πάγου βουλῆς. *Plat. Axio.*

Vulgo cum Romani pueri, sicut nunc Græcis, ita Hetruscis literis erudire solebant. Liu. lib. 9.

Nihil admirabilius hac liberalitate, quàm fouendis honorandisve literarum studiis Principes impertiunt. Eumen. paneg.

tula illa infans arborem tempore verno referre videatur. Vt enim illa duobus anni mensibus elapsis folia emittit; ita infans duobus infantiæ peractis annis verba effingit. Hæc ideo dicuntur, ne parentibus cordatis præmaturum videatur, si bene loquendi studium in tam tenera filij ordiantur ætatula. Hoc enim tempore & surculi inseruntur arboribus, & pulli domantur, vt sessorem recipiant, equini. TANTA 358 *quippe sunt huius vitæ pericula, vt si fieri posset, nondum in lucem editum infantem docere parentes debere videantur, qua ratione esset ipsi in mundo viuendum.*

Mea quidem opinione, quemadmodum per longas ambages aqua, defluxus & inclinationis dandæ gratia, ad molendinum circumducitur: ad eundem modum inde à primis vnguiculis in viam deducendus est infans eloquentiæ & facundiæ. Nam vt verum dicam, GENVS *dicendi sublime aut ex vtero secum materno homo affert, aut cum lacte sugit nutricis. Præmaturum nimis esse non negârim, in bimatu aut trimatu rectores infanti & magistros dare. Illa enim ætate magis nutrice indiget, à qua repurgetur; quàm magistro, à quo flagelletur. Verùm* CVM *& teneriores sint infantes, quàm vt bene loqui discant; & magnopere tamen necessarium, vt ab ipsis illud incunabulis discant; autor fuerim fœminis Principibus & illustribus, vt huiusmodi liberis suis caperent nutrices, quæ & sanæ ad præbendam lactis alimoniam, & sapientes essent, ad formandam linguam. Non enim aliter in tam tenella ætatula potest fieri, quàm vt quæ prima mammam dedit, eadem prima infantem verba doceat.*

Sextus Chæroneus libro de diuersitate linguarum primo ait, Hetruscos linguam patriæ vernaculam appellasse maternam, quasi diceres matris nostræ linguam, quoniam nimirum eam à matre, ex qua nati sumus, vel à nutrice, à qua aliti sumus, accepimus: matris enim hac in parte nomen ex æquo vtrique debetur. INFANTES *enim antequam matrem, ex qua nati sunt, agnoscunt, matrem vocant eam, à qua nutriuntur.*

Plutarchus libro II. de regimine Principum dicit, inter cætera, quæ in republ. sua Romani habuerunt eximia, fuisse & hoc, quòd omnium linguarum, & idiomatum toto terrarum orbe vsitatorum in vrbe collegia, academias & scholas habuerint; vt quantumuis barbarus aliquis vrbem ingressus, mox qui linguam suam intelligerent, inueniret: Qua sagacitate & sollicitudine Romani vtebantur, vt quoties legati Roma ad exteros mitterentur, aut ab exteris Romam venirent, suæ gentis, non linguæ aut nationis peregrinæ interpretes, & explanatores haberent; quod quidem

dem ſupienter à Romanis factum. MAGNI enim momenti negotia peſſimè lingua tractantur aliena.

Mirabuntur forſitan multi, vbi quod dico legerint vel audierint, oportere ſcilicet fœminas, quæ Principum liberos nutriunt, eloquentes eſſe. Verùm enimuerò hoc qui miratur, pauca viderit, & pauciora legerit neceſſe eſt. Equidem 359 *haud ſcio, maiorne ſit gloria veterum, tam excellentibus gaudentium fœminis; an præſentium infamia, tàm inhoneſtas tolerantium mulieres.*

Animo me fuiſſe, cùm huc vſque peruenissem, admodum perplexo non nego, cùm ambigerem, vtrum priùs in hoc opere literis deberem mandare, inſcitiam ſcilicet & diſſolutionem fœminarum, quas vidi; an egregia facta & virtutes earum, quas legi. Tandem verò de frumento puro vtilique, paleis ſordidis humi relictis, agere conſtitui. LINGVAM enim generoſam bonarum prædicare bonitatem, vt ab omnibus cognoſcantur; improbarum contrà næuos, ne † faſtu efferantur, ſilentio ſepelire par eſt. VIROS cordatos, non fatuos; generoſos, non viles; eruditos, non rudes; quoties cum fœminis conuerſantur, illas demereri, viſitare, conſolari, defendere, & confirmare ex officio decet; infamia verò vllo pacto afficere non oportet. VIR enim qui lingua fœminam imbellem verberare conatur, quid aliud, quàm contra muſcam gladium ſtringit?

Vt igitur ad inſtitutum me reducam, non intermittant fœminæ Principes & illuſtres docere, quicquid (boni) poſſunt, filias ſuas; neque ipſæ ſe fruſtrentur, mulieres diſciplinarum minimè capaces eſſe dictitantes. Neque enim vniuerſale hoc eſt, ingenio maſculos omnes ſagaci, omneſque fœmellas inerti eſſe. Quin ſi ex æquo vtrique erudirentur, futurum crediderim, vt tot haberemus fœminas eruditas, quot habemus viros rudes.

Cæterùm cùm multæ fuerint excellentiſſimæ ſeculis antiquis fœminæ; nulla tamen gens hac in parte cum Græcis conferenda eſt. Vt enim ROMANIS arma gloriam; ita immortalem Græcis literæ peperêre memoriam. In repub. quidem Romana fœminas multis ſcientiis nobiles eductas (atque edoctas) fuiſſe non nego; ſed hoc tamen inter vtraſque intereſt, quòd fœminæ Græcanicæ omni Philoſophica doctrina politiſſimæ: Romanæ Rhetorices & poëſios fuêre peritiſſimæ: atque inde factum, quòd Athenienſes bene docendi, Romani bene dicendi ſcientia gloriati ſint.

Euphorion lib. IV. de geſtis Rhodiorum dicit, L. (Cornelio) Sylla tertiùm Conſule, cùm orta fuiſſet in curia Rhodiorum inter Oratores Romanum & Græcum contentio;

Propter ſolam linguarum diuerſitatem libentius homo eſt cum cane ſuo, quàm cum homine alieno. Auguſt. 19. ciu. 7.

Pleriq; deſperatione debilitati, experiri id nolunt, quod ſe aſſequi poſſe diffidunt, Cic. Bruto.

Morum in nutrice haud dubie prior ratio eſt, recte tamen & loquantur. Fab. 1. 1.

In tantis viciis hominum plura culpanda ſunt, quàm laudanda; ſi laudaueris, parcus; ſi culpaueris, nimius fuiſſe diceris. Plin. 5. ep. 8.

Pudor vltimus, alto ſanguine productum ſuperari à plebis alumno. Guiller.

Non minorem laudem magnarum rerum æmuli, quam ipſi merentur autores. Mamertin. paneg.

ὅσ ἅς δὲ πίσας σωπηθεὶς ψέγῃ λόγῳ γυναῖκας, ἐξῆς σκαιός ἐσι, κὐ σοφός. *Eurip. Sent. Græc.*

† *genuino illas rodere videamur.*

Si in eo tempore hominem minus probum nomines, in quo punire non poſſis; maiore honore quam contumelia afficias Gell. lib. 6. cap. 11.

ὀνεωικὸν τὸ ἰσχυρίζεσθαι πρὸς τὸ πολὺ ἥπλον. *Ariſtot. problem. 29. 11.*

Der Weiber/Prieſter vnd das Alter nicht in ehren hat/den ſchendet Gott. Adag.

Non eodem modò de pulice ac de fera vindicta expetenda. Dio. lib. 60. Xiphil. Claud.

Omne opus difficile videtur, antequam tentes. Veget. 2. 18.

Nihil eſt quod non aſsidua meditatio facillimum reddat. Idem 1. 9.

Fœmineum genus ſtudiorum ſocietatem cum viris habere debet. Plato. Diffet. 33.

ἐν ὅσαις πολιτείαις φαύλως ἔχει τὸ περὶ τὰς γυναῖκας, ἡμίσου τῆς πόλεως ἀνομοθέτητον. *Ariſtot. 2. polit. 9.*

Πολλὰν ἐσι καπὸ θηλειῶν σοφά. *Eurip. Supplic.*

Multas ad animorum corporumq; cultum nobis artes eruditiſsima omnium gens inuexit. Liu. lib. 39.

Τὸ τ ἐκλιῶν ὄνομα μηκέτι ᾖ ἡμῖν, ἀλλὰ τῆς Δημνείας τεκμήριον. *Iſocrat. paneg.*

ἐν μὲ πολέμῳ πρὸς ἀσφάλειαν σίδηρος χρυσ κρείτων. ἐν δὲ τῇ ζῇν, ὁ λόγ ᾖ πολίτ. *Socrat. Gnom. Græc.*

ἐγὼ γὰρ αὐδὲ συζυγώμεν ἔχω κλύουσ φλαῦρα, συμβαλεῖν ἐπη κακῷ. *Sophocl. Aiac.*

Ingenia noſtra ambitioſi noſtri æſtimatores proxima diuinis credimus. Fab. decl. 13.

Σμικρᾶς ἀπ' ἀρχῆς νεῖκος ἀνθρώπῳ μέγας γλῶσσ' ἐκπορίζει. *Eurip. Andromach.*

Vitandæ insanabiles contumeliæ. Cic. Orator.

Scomma non minus amarum, quam accusatio, si importunè proferatur. Macrob. 7. Satur. 2.

Græci, gens lingua magis strenua, quam factis. Liu. lib. 8.

Patior facile iniuriam, si est vacua à contumelia. Pacuu.

Πολλάκις μικρᾷ σαφηνείᾳ μεγάλων κακῶν ἄλλους ἐπαύσαν. *Isocr. contra Lochit.*

Scommata sæpe non solum in dolores, sed etiam in mortem coniiciunt. Ælian. lib. 5.

Vide Liu. lib. 44. de Rhodiis Perseo fauentibus.

Principalibus armis ii se debent interponere, qui non parentem coërcere possunt. Vell. 2.

Obtrectatio quædam sordens est, suas eminere tantum modo fortunas velle, aliorum res premi. Arnob. lib. 1.

Terra Saliorum à † lancea non transit in colum. Thol. rep. 7. 12. 97

Vicenarum fœminarum disputatio:

Græcis plerisque pro copia volubilitas est, tam longas tamq; rigidas periodos vno spiritu quasi torrente contorquent. Plin. 5. epist. 6.

Tota Asiæ regio inaniera parit ingenia. Liu. lib. 45.

Et similes vniuersi videmur, & dissimiles inter se singuli inuenimur. Minut.

De vtriſque censura.

Respondit plurimis verbis, pauciſſimis rebus. Plin. 5. ep. 20.

Oratoris proprium est rem augere posse laudando, vituperandoq; rursum affligere. Cic. Brut.

Rhodiorum sententia.

Tam ciuitatum, quam singulorum hominum mores sunt Liu. 45.

Inest & in incredibili verum & in verisimili mendacium. Minut.

Honor iisdem habitus.

Habet venerationem iustam, quicquid excellit. Cic. nat. deor. 1.

Sol quidem terras illustrat radiis suis & cœlum; honor vero hominum actiones præclarissimaque facinora. Pontan. 1. de magnani. 1.

Omnes sibi delatum decus iudicant, quod dignus acceperit. Symmach. 9, 102.

Egregios inuitant præmia mores. Claud. 2. Stil. 125.

αἱ πρὸς ἡδέως, αἱ παρὰ τὸ μέγα φρονεῖν, ἢ παρὰ τὸ ἁλίσκοντων. *Isocr. Laud. Helen.*

* *De Colosso Solis Rhodio vide Strab. lib.* 14 *Plin.* 34. 7. *Epigr. lib.* 4 *cap.* 6.

Nec mutari potest probitas, & bonæ artes stimulo præmiorum felicius incitantur. Symm. 8. 30.

Agendum, vt sint imperio digni, quos ad Lamprid. in Heliogab. extrem.

tio; Oratorem Græcum hæc ad Romanum verba dixisse: Vos quidem Romani armis felices; simul tamen in scientiis admodum rudes estis: siquidem plura (de literis) fœminæ Græcæ, quàm (de armis) viri Romani sciunt. Quæ verba cùm Romam 360
enunciata essent; tanto Patribus dolori fuerunt, vt parum abesset, quin tantum super iis bellum inter Romanos & Græcos conflaretur, quantum inter Carthaginenses & Romanos super Siciliæ possessione coortum fuerat: quod quidem nemini mirum videatur. PLVRA enim bella (oriri &) commoueri videmus, ad vlciscenda verba contumeliosa, quàm ob recuperanda bona amissa.

Cùm ergo ad bellum spectarent Græci & Romani; Rhodij sese interponentes ita vtrosque conciliarunt; vt cùm armis contumelia illa vlciscenda esset, disputatione muliebri vindicaretur; quòd sanè consilium Romanis honorificum fuit. MAIORI enim Græcis dedecori erat fœminarum linguis, quàm virorum † lanceis vinci. Cùm ergo ita inter vtrosque conuenisset; XX. fœminæ Romanæ, totidemque Græcanicæ in curia Rhodiorum conuenerunt, insigniter omnes eruditæ; quæ cum & docendo publicè specimen eruditionis singulæ dedissent, & de pluribus diuersisque rebus inter se disputassent; in hoc ad extremum distare visæ sunt, quòd Græcanicæ res sublimes dicendi genere humiliore; Romanæ, non admodum subtiles orationis genere grandi protulerunt. Hoc verò cùm in viris quotidie eueniat; fœminis illis excellentibus accidisse minimè miremur. RARÒ enim in vno homine profundæ scientia & alta eloquentia concurrunt.

*Cæterùm & Græcis Romanas, & Romanis Græcas audientibus fœminas egregiè satis factum est; & hanc super isto certamine Rhodij tulêre sententiam, vt vicenæ illæ fœminæ lauro omnes tanquam victrices coronarentur, & Græcæ grauitatis in sententiis, Romanæ eloquentiæ in verbis laudem obtinerent. Finita ergo disputatione, vt idem refert Euphorion, mulieres aliæ Romam, aliæ in Græciam reuersæ sunt, non minore cum triumpho gloriaque à suis exceptæ; quàm si victoriam è prælio retulissent. Senatus autem Rhodiorum in memoriam vicenarum illarum fœminarum, eo ipso loco, vbi disputatum fuerat, vicenas eximias columnas, nominibus singularum inscriptas posuit, quod ædificium tam sumtuosum fuit, vt post * Colossum ingentem nullum cum eo Rhodi conferri posset. Durarunt autem eæ columnæ vsque ad Imperatoris Heliogabali tempora, qui insigni prauitate flagitia noua excogitabat, & vetusta euertebat ædificia (ac trophæa.)*

Huius historiæ scriptores alia quoque memorant, quæ in regendi necessitatem vis fatalis adduxerit. *fœmi-*

fœminis illis diuersa fuerint, quòd nimirum Græcæ Romanas forma; Romanæ verò Græcas ornatu & cultu corporis ante-
361 *celluerint; itemque quòd Græcæ Romanis † animosiores; Romanæ verò Græcis modestiores fuerint. Quod si verum est; ego fœminis Principibus & summatibus suadeo, vt potius modestiæ matronarum Romanarum, quàm confidentiæ (audaciæque) fœminarum Græcarum æmulentur. NON enim nata est mulier vt prælietur, & in bello viros interimat; sed vt lani- & panificij curam gerat, & bene domi sui viuat. (Hæc ergo quæcunque fecerint, optimè & rei familiari, & dignitati consulent.)*

De iisdem aliorum censuræ.

Artibus ingenuis forma iuuanda bona est. Pontan. amor. coni. 1.

Ogni paese hà i suoi costumi. Adag.

Costume van den Lande en is geen schande. Adag.

† *audaciores.*

Armis Italia non potest vinci, nec Græcia disciplinis. Cic. Heren. 4.

Tacita bona est mulier semper, quam loquens. Plaut. Rud. Serio edep.

Matronarum præcipua laus tueri domum, & inseruire liberis. Fab. dialog.

Les femmes de nature ont le sexe plus doux, enclin à paix, ennemy da courroux. Ronsard. 4.78.

Matronæ domi abditas tueri decet tectum pudorem, Macrob. 7. 1.

Allor la donna de' parlare, quandola la galbina va à pisciare. Adag.

CAPVT XXXIII.

Non minus fœminas, quàm viros sapientes (& eruditas) esse posse; quod si minùs fiat, pigritię potiùs, quàm naturæ, esse tribuendum: (fœminas summates huius æui à veteregloria desciuisse, quòd deliciis vanitatibusque id temporis perdunt, quod antiquę legendo scribendoque consumebant; quæ pluribus historiis lectu dignis, maximè matronarum nobilium, autor confirmat.)

Bonis seculi sui quisque citra obtrectationem alterius, vtatur. Fab. dialog. extr.

In omnium nostrum moribus non amplius habitant prisci animi; sed quæ apud priscos odiosa erant, ea nunc extolluntur. Dio. lib. 78.

Nulla ætas felicior, quam nostra, cui docendæ priores elaborauerunt. Fab. lib. 12. extr.

Ita natura comparatum est, vt proximorum incuriosi longinqua sectemur. Plin. 2. ep. 20.

Exasperat homines imperata correctio; blandiùsime iubetur exempla. Pacat. paneg.

Sola virtutum incorrupta testis vetustas. Fab. declam. 3.

Seruanda singulis temporum suorum meritorumq; prærogatiua. Sidon. 1. ep. 1.

Parens artium antiquitas. Macrob. 1. Sat. 5.

Exempla vetera plurimum solent & autoritatis habere ad probandum, & iucunditatis ad audiendum. Cic. Verrin. 3.

Nil est, quod non exacte vutustas ediderit, longique labor commiserit æui. Claudian. Eutrop. 1. vers. 287.

Ii maxime rerum miraculis fidem non habent, quibus non contigit quicquam intueri, quod esset communi hominum opinione maius. Pausa. lib. 10.

Faciendi vel non faciendi aliquid ratio cum hominum ipsorum, cum rerum etiam ac temporum conditione mutatur. Plin. 6. ep. 27.

Tempus nihil noui efficit, & primum quidq; replicat. Cic. div. 1.

Initium dicendi dedit natura; initium artis obseruatio. Fab. lib. 3. cap. 2.

Omnes artes in meditatione consistunt. Veget. 2. 24.

SED omissis generalibus istis, aliquanto pressius agamus oportet, & ex historiis antiquis in medium fœminas sapientes (& eruditas) tam Romanas quàm Græcas adducamus, vt nimirum quales illæ temporibus præteritis fuerint, perspicientes, quid sui sit officij, videant huius temporis heroinæ. Me quidem iudice, quemadmodum virorum munus exigit, vt veterum in præliando imitentur fortitudinem; ita ad officium fœminarum pertinet, priscarum in bene viuendo generositatem imitari. NIHIL enim hodie est in mundo tam eximium (& singulare,) cuius non exemplum tempus præteritum subministret.

Cùm insolitum & inopinatum quiddam euenit; nunquam simile quid in mundo euenisse (qui tale quid nunquam viderunt) solent plerique dicere; reuera minimè verè loquentes. Nam quòd res ipsis noua videtur, inde fit, quia tanquam idiotæ eam neque inquisiuerunt, neque legerunt; non autem quòd nunquam euenerit, aut quasi eruditorum aliquis non aliud simile literis mandatum monstrare mox possit. HOC enim multæ lectionis vir peculiare habet, quòd

quòd nullam rem, quam vel videt, vel audit, admiratur. Cùm ergo tanta hodie sit fœminarum ignorantia, vt vix paucissimæ ipsa literarum elementa norint; mirabitur scilicet, quicunque hæc legerit, me autorem ipsis esse aliquid discendi: sed cognita veritate, quales fuerint, & quantum sciuerint fœminæ priscæ: iam nunc futurum auguror, vt improbentur & reprehendantur fœminæ præsentis æui. QVOD enim tempus illæ studiis artium tribuebant (& exigebant,) id hodiernæ voluptatibus impendunt.

Bocatius libro de claris mulieribus refert, L. Cornelium Syllam acerrimum æmulum tum Marij Consulis, inde à bello Iugurthino; tum Caij Cæsaris, post primum bellum 362
ciuile, fuisse. Sed vt in commemoranda Syllæ vita sim prolixior, nihil attinet; cùm historici omnes non solùm quàm in hostes crudelis; sed etiam quàm parum fidei fidelibus amicis seruandæ memor fuerit, summa cum ipsius infamia commemorent. Cum autem tres haberet Sylla Consul filias; vna illarum Lælia Sabina nomine, sororibus quidem forma plurimum cedebat; inter cunctas verò Romanas doctissima erat, quippe quæ Romæ Græcè simul & Latinè publicè profitebatur.

Post bellum Mithridaticum Romam rediens Sylla, tria ciuium Romanorum millia, qui manus illi exosculaturi obuiam processerant, & verbis ipsius freti metum omnem abiecerant, securi percussit: quod sanè facinus certissimum iuxtà ac iustissimum L. Syllæ attulisset interitum; nisi orationem filia in Senatu habuisset elegantissimam. SÆPE enim vsu venit, vt parentum (improborum ac) stultorum amentiæ filiorum proborum medeatur prudentia.

Narrant historici Læliam Sabinam non solùm in docendo suauissimam; sed in scribendo (grauissimam atque) elegantissimam † fuisse. Multas enim epistolas & orationes sua manu scripsit, quas Sylla pater memoriæ mandatas, vt erat ingeniosus, ad institutum suum accommodatas in Senatu recitabat. Neque hoc quisquam miretur. SVNT enim nonnulli memoria tam infirma, vt quod multa cura studioque elucubrarunt, proferre non possint; sunt alij ingenio tam subacto, vt quæ semel audiuêre, referentes cum admiratione audiantur. Porrò Sylla, quòd filiam domi haberet tam excellenter doctam, habitus fuit Romæ in dando consilio sapiens, in agendo dexter, in vrgendis cœptis constans, in loquendo elegantissimus. In summa natum inde Romæ est prouerbium istud Syllanum vetus: L. Sylla ciuibus lingua imperat; peregrinis lanceâ dominatur.

Quis

Nescire, quid antequam natus sis, acciderit, id est semper esse puerum. Cic. orator.

Nunc quis prouocatus ad facta maiorum non inertissimus? quis ad verba, non infantissimus? Sidon. 8. epist. 6.

Οἱ μὲν ξένοι ἐν ταῖς ὁδοῖς, οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἐν τοῖς πράγμασι διαπλανῶνται. *Socrat. Stob.* 706.

Omnino superuacua doctrina foret, si natura sufficeret. Fab. 2. cap. 9.

αἱ γυναῖκες ζῶσιν ἀκολάστως πρὸς ἅπασαν ἀκολασίαν καὶ τρυφερῶς. *Aristot.* 2. *polit.* 9.

Duæ eminentiæ cum simul iunctæ in arduum nituntur, simulacrum quoddam contentionis æmulæ pariunt. Gell. 14. 3.

Æmulatio primum bene incipiens, in insidiam latenter euadit. Macro. 2. Somn. 10.

Sylla neque ad finem victoriæ satis laudari, neq; post victoriam abunde vituperari potest. Vell. lib. 2.

Improbas spes hominum decipere, pro moribus temporum prudentia est. Plin. 8. ep. 18.

Sylla pulcerrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo homine vnquam fuit, inquinauit. Liu. epist. 88.

Sylla Legiones duas, quòd crudele est; post victoriam, quod nefas, post fidem contrucidauit. Sen. 5. *benef.* 16. *Appian. ciu.* 1.

Philippo Regi ob Demetrium filium ignoscunt Romani. Liuius lib. 39.

Vita bonum commune quidem; bene viuere solus Nouit, qui ingenii dona beata colit. Pontan. amor. lib. 2.

Præsenti potentia non extinguitur æui sequentis memoria. Tacit. annal. 4.

† *Lælii filia reddidisse in loquendo paternam eloquentiam elegantiorem dicitur. Fab.* 1. 1.

Memoria nihil perdit, nisi ad quod non sæpe respexit. Sen. 3. benef. 2.

Quidam recitatum à poëta carmen suum esse dixit, & protinus memoria recitauit, cum id autor facere non posset. Sen. 1. *cont. proœ.*

Syllam Cæsar admirari solebat Principem reip. sine literis extitisse. Volater. lib. 30. fol. 317.

Omnium honestarum rerum semina animi gerunt, quæ admonitione excitantur, vt scintilla leui flatu adiuta ignem suum explicat. Sen. epist. 95.

Sylla felicis nomen vsurpasset iustissimè, si eundem & vincendi & viuendi finem habuisset. Vell. lib. 2.

Quis Plato ille magnus fuerit, quantum autoritate inter suos iuxta atque exteros valuerit, luce meridiana clarius est; cùm philosophorum illum Græci omnes principem fateantur, & Latini omnes Platonem ipsum diuinum cognominẽt; qua quidem in re nullam feciſſe vlli philosophorum iniuriam videntur. Etsi enim, quod ad vitam attinet, gentilis Plato fuerit; ea tamen, quæ scripsit, captum excedunt humanum. Porro historicus quidam Græcus, Dicæarchus nomine, Lastheniam & Axiotheam narrat fœminas Græcas doctiſsimas, & inter auditores Platonis celeberrimas fuisse; alteram memoria tam capaci, alteram intelligentia tam sagaci, vt sæpe in auditorio Plato (cùm ambæ illæ nondum acceſsiſſent) lectionem ordiri noluerit, & interrogatus à philosophis summis, cur non legeret? ita respondisse perhibeatur: Non legam, 363 *cùm & intelligentia absit, quæ intelligat, Lastheniam abesse innuens; & memoria, quæ conseruet, Axiotheam abesse ostendens. Singularis fuerit necesse est fœminæ vtriusq; doctrina, cùm Plato vir grauiſsimus, vel vtrâq; vel altera absente, legere quicquam recusarit; pluris scilicet istarum ingenium ac memoriam, quàm omnium simul philosophorum eruditionem æstimans.*

Aristippus Socratis discipulus, & ex celeberrimis Atheniensium philosophis fuit. Is filiam habuit Aretam, literis Græcis iuxta atq; Latinis ita eruditam, vt totâ Græciâ animam Socratis in illam migrasse fama esset; quippe quæ ita doctrinam Socratis & traderet, & explicaret, vt eam inuenisse, non didicisse videretur. Bocatius libro II. de laudibus mulierum dicit, Aretam fœminam præstantiſsimam non solum ad suam vtilitatem didicisse; sed alios etiam (erudijsse ac) docuisse; neque id tantum; sed libros etiam scripsisse multos, in primis vnum de laudibus Socratis, alterum de ratione educandi liberos; alium item de pugnis Atheniensium, de violentia tyrannica, de republica Socratis, de infelicitate fœminarum, de agricultura veterum, de miraculis Olympi montis, de vana sepulturæ cura, de formicarum prouidentia, de apum artificio; vnum deniq; de vanitatibus iuuentutis, & alterum de senectæ calamitatibus.

Publicè philosophiam naturalem & moralem in scholis (Academijsq;) Atticis docuit hæc fœmina annis XXXV. libros composuit XL. discipulos habuit philosophos CX. obijt anno ætatis LXXVII. cui tale Athenienses statuêre epitaphium:

Nobilis hic Arete dormit, lux Hellados, ore
Tyndaris; at tibi par, Icarioti, fide.
Patris Aristippi calamumque, animamq; dederunt
Socratis huic, linguam Mæonidæque Dii.

Plato mihi vnus instar est omnium. Cic. Bruto.

Platonem Labeo inter semideos commemorandum putauit. August. 2. ciu. 14.

Lacones quoties aliquem laudant bonum virum, θεῖον nominant. Brodæ. epigram. lib. 3. c. 9.

Tria Platoni orbem conciliarunt vniuersum; integritas vitæ, sanctitas præceptorum & eloquentia. Viues. 22. ciuit. diuin. 28. vide Laert. lib. 3. & 4. Rhodigin. 14. 1.

Nemo desperet fieri posse, quæ facta sunt. Veget. 3. 10.

Hodiè fieri potest, quicquid vnquam potest. Sen. ep. 63.

Caue, ne cùm fœminam te natura produxerit, in virilem tumorem fastumq; prorumpas Nazianz. ad Olympiad.

Bonus præceptor non malignè quæ scit, dispensat, quò diutius sit necessarius; sed cupit si possit, vniuersa transfundere. Sen. benef. 6. 16.

Virtutes artium seculis potius priscis seculorum rector ingenuit: quæ per ætatem mundi senescentis emedullatæ parum aliquid & in paucis mirandum ostendunt. Sidon. 8. 6.

Plurima discenti semper sapientia crescit. Columban.

Græca leguntur in omnibus ferè gentibus; Latina suis finib. exiguis sanè continentur. Cic. pro Archia.

Pythagoras separatam matronarum à viris doctrinam, & puerorum à parentib. habuit. Iust. lib. 20.

Græci omnia sua in immensum tollunt. Macrob. 1. Satur. 24.

ὥσπερ αὐτὸς συ πολιτικοῦ συστήματος συμπληρωτικὸς εἶ, ὅτως καὶ πᾶσα πρᾶξις σε συμπληρωτικὴ ἔστω ζωῆς πολιτικῆς. *Aurel. Imp. lib. 9.*

Aristippus Aretam filiam præclaris monitis instituebat, exercens eam, vt id quod nimium esset, contemneret. Laert. lib. 2.

Est cupidus studiorum quisque suorum, tempus & assueta ponere in arte iuuat. Ouid. 1. Pont. 6.

Non qui plurima, sed qui vtilia legerunt, studiosi habendi sunt & eruditi. Laert. lib. 2.

Aretæ auditor Aristippus metrodidactos fuit cognominatus. Idem. ibid.

Ingenio stimulos subdere fama solet. Ouid. 5. Trist. 1.

Mortuo patre, scholã illius rexit, & viua voce auditores magna frequẽtia docuit. Zuing. 3768.

Guter Weiber Segen / der ist ein so genemet Hort / jhn möchte ein Landt nit wider wegen. *Winsh.*

Studium famæ mihi crescit honore. Ouid. 1. remed. extrem.

Merentem laudare iusticia est. Sen. ep. 102.

Prodiga laudis vetustas. Sym. 2. ep. 1.

Sermo datur multis; animi sapientia paucis. Columban.

Secundum Varronem secta philosophorum veterum supra LXX. fuerunt; quæ tamen ad VII. reduci possunt, quarum tres sunt præcipuæ, nempe Stoicorum, Peripateticorum & Pythagoricorum; & horum princeps fuit Pythagoras. Dicæarchus, Annius Rusticus, Laërtius, Eusebius & Bocatius quidam dicunt, quod vix crederem, nisi tantos haberet autores; Pythagoræ scilicet sororem fuisse non solum doctam, sed si fas est dicere, doctissimam: neque hoc satis est; sed Pythagoram ab illa, non à Pythagora illam philosophiam didicisse affirmant, quod adeo mihi mirum (ac stupendum) videtur, vt nesciam, quemnam hæc mulier magistrum habere potuerit, cùm discipulum habuerit Pythagoram. Fuit autem illi nomen Themistocleæ, ad quam in Samothracia tum degentem hanc Pythagoras, † Rhodi philosophiam docens, scripsit epistolam. 364

Ἡ γυναικὸς φύσις, ὁδὸς χείρων τῆ Γαὐδρὸς ἴσως τυγχάνῃ, γνώμης ἢ ἐπιχώρου δεῖ. *Xenoph. memorab. lib. 2.*

Pythagoras à Themistoclea moralia dogmata accipit. Laert. 8.

Fœmina conspecta virtus inter magnos viros posuit. Sen. Helu. 16.

Nullas vnquam mulieres philosophari docuerunt præter vnam ex omni memoria Themisten. Lactan. 3. 24.

Discendi voluptas est potiùs quàm labor. Cic. off. 3.

Impigerrimus est amor scientiæ, inimicus somno, amicus vigiliis. Philo de temulent.

Non sentitur sedulitate labor. Ouid. fast. 4.

† *Samo patria à Polycrate oppressa Crotonem venit, Italiq; leges dedit. Laert. lib. 8.*

Optimo præditus ingenio si exercitationē negligat, nunquam natura inferioribus qui tamen studio superant, melior euadet. Galen. decret. Plat. 9. 2.

Vnius ætatis sunt res, quæ fortiter fiunt; quæ verò pro vtilitate reipubl. scribuntur, æterna sunt. Veget. 2. præfat.

Non est opus, affingas aliquid; sufficit, ne ea quæ sunt vera, minuantur. Plin. 9. ep. 33.

Πολλοὶ ἢ μέμνανται, κοὐκ ἐπὶ πολὺ φανέντες. *Pind. Olymp. 6.*

Pythagoras matronas pudicitiam & obsequia in viros; pueros modestiam & literarum studium docebat. Iustin. lib. 20.

Præterita tanto gratiora habentur in verbis, quanto grauiora referuntur in gestis. Oros. 4. 1.

Cito scribendo non fit, vt bene scribatur; bene scribendo fit, vt citò. Fab li. 10. 3.

Bono probari malo, quàm multis malis. Auson. sent. sapient.

Iudicio non obstat caritas hominis, quæ ex iudicio profecta est. Plin. 3 ep. 3.

† *Parmenides.*

Est aliqua & laudandi licentia. Sen. ep. 53.

Ἰσοκράτης ἀναγνώσεως μᾶλλον οἰκειότερός ἐστιν, ἢ ῥήσεως. *Dion. Vita Isocr.*

Lator ad puncta censoris omnium voce comprobati. Sidon 8. ep. 6.

Γυναῖκες ἐς μὲν ἐσθλὰ ἀμηχανώτατοι, κακῶν δὲ πάντων τεκτόνες σοφώτατοι. *Eurip. Med.*

Lange Kleider / kurtze Sinn. *Adag.*

Aliæ sunt in historia leges obseruandæ, aliæ in poemate. Cic. de leg. 1.

Veritatis & æquitatis studium historiæ scopus. Dion. li. 2.

ὁ ἐκὼν ψεύδομενος ἀσεβεῖ, καθόσον ἐξαπατᾷ ἀδικεῖ. *Aurel Imp. lib. 9.*

† *calamo cautè modereris. G.*

CAPVT XXXIV.

Epistola Pythagoræ ad (Themistocleam) sororem (scripta, cùm is Rhodi, ipsa in Thracia philosophiam doceret.)

PYthagoras frater, & discipulus Themistocleæ sorori & magistræ & incrementum sapientiæ.

LIBRVM de fortuna & infortunio, quem ad me misisti Soror, à principio ad finem legi, teq; non minus in scribendo grauem, quàm in docendo suauem, quod rarissimum in viris, nedum in fœminis, esse cognosco. Nam Aristippus in docendo aridus, in scribendo argutus; Epimenides † in scribendo breuis, in dicendo copiosus fuit. Tam felices in legendo, scribendoq; progressus fecisti, vt in sententijs, quas vsurpas, omnes te philosophos legisse, & in ijs, quas memoras, antiquitatibus, omnia secula superiora inspexisse videaris: qua in re, mulier cùm sis, muliebrem captum te superare planum facis. MVLIERVM enim proprium est, oculis in præsentia tantum defixis, præteritorum omnium obliuisci.

Allatum ad me est, scribendis patriæ nostræ bellis te iam occupari; de quo nihil aliud possum dicere, quàm vberrimum te scribendi argumentum habere. Tanta enim fuerunt tamq; difficilia nostri æui bella, vt in libris ea legere, quàm oculis intueri malim. Quod si ita est, quod facilè credo; magnopere te rogo & per deos obtestor immortales, vt IN scribendis patriæ rebus † veritatem ames, ne videlicet adulatione aut mendacio opus ipsum contamines. SÆPE enim histo-

historici patriæ res gestas ineptè vel laudantes vel excusantes, meritò suspectam (& dubiam) reddunt scripturæ suam. Cùm ergo prælio proximo Rhodio victos, nostros victores fuisse nôris; nolim te vel in extollendis nostris nimiam esse, quippe qui vlciscendæ iniuriæ gratia pugnarunt; vel in deprimendis Rhodijs modum excedere, quippe qui Romanis tantùm propugnarunt. Hæc eò dico, soror, quia PRO defendendis alienis viri † gallinis timidiores sunt. At enim FORTIS dicendus est, non qui domum propugnat propriam; sed qui petitioni vitam impendit alienæ.

Neque amore me patriæ naturali duci, neque ijs fauere negabo, qui præclarè de illa & scribunt, & loquuntur: Sed HOC non probo, quòd bona exterorum & multa & eximia tacent, & bona patriæ suæ neque multa, neque eximia
365 *deprædicant. NVLLVM enim hodie regnum in terris adeo sterile est, vt nihil habeat laude dignum; nulla gens aut natio est tam perfecta, vt nihil habeat reprehensione dignum. Negare ne quis de tribus, qui viuimus, † germanis me natu maximum; neque ego de tuis discipulis minimum me esse inficiari possum. Vt igitur me, quia tuus sum discipulus, tibi (assurgere ac) morem gerere: ita cùm ego frater tuus sim natu maximus (tuiq; amantissimus,) te mihi fidem habere par est. Hac igitur fretus fide moneo te, soror mea, des operam sedulam, vt IN VERBIS prudentiam (& circumspectionem;) in vita modestiam (ac grauitatem;) in actionibus honestatem; in scriptis (denique) veritatem amplectaris. Cùm enim CORPVS hominis anima remota nullius sit pretij; multò mediusfidius minus os hominis veritate vacuum valet. Vale felix.*

CAPVT XXXV.

Prosequitur institutum autor, suadens fœminis Principibus & summatibus, vt priscarum exemplo sapientes atque eruditæ esse studeant, (& historias ad fidem faciendam adducens memorabiles & antiquas.)

EX hac igitur Pythagoræ ad sororem Themistocleam epistola, tum humilitas illius (vt ita loquar) profunda, tum sublimis huius eloquentia cognoscitur. Dicæarchus Græcus, vt & Plutarchus, libro de regimine Principum, Pythagoram nõ solùm sororem Themistocleam, cuius ope tantos in philosophia progressus fecit; sed filiam quoq; habuisse dicunt, quæ doctrina amitam superauit, patrem æquauit. De hac

Tius est patriæ facta referre labor. Ouid. Trist. 2.

In gestorum confectione mentiri nefas credimus. Guillerm. de gest. Ludou. Reg. fol. 476.

Nec historia debet egredi veritatem, & honestè factis veritas sufficit. Plin. lib. 7. ep. vlt.

Scriptionis historicæ inchoatio inuidia, continuatio labor, finis odium. Sidon. 4. 22.

Primus impetus eis maior quàm virorum est; sequens minor quàm fœminarum. Flor. 2. 4.

Degenerem trepidatio prodit. Prudent. Psychomach.

† *leporibus.*

Honestius est alienis iniurijs, quàm re sua commoueri. Cic. Ver. 5.

Incorruptam fidem professis nec amore quisquam, & sine odio dicendus est. Tacit. Histor. 1.

Per clericos temerariò nostra, iactanter aliena, præterita infructuosè, præsentia semiplenè tu piter falsa, periculosè vera dicuntur. Sidon. 4. ep. 22.

Demta ex historia veritate, narratio omnis inutilis est. Polyb. lib. 1.

Ὁ ἡλίου φρονεῖν ὃς πυρὸς γῆς ἀπομάζων ὄρεις ἄλλῳ ἐπωμεῖ. *Eurip. Stob.* 550.

† *Fratribus.*

Τὸ τέχνιον ὁ ἔμφρης φίλει τέτῳ πρέσαωπον. *Aurel. Imp. lib. 4.*

Veritas historiæ anima & sacrarium; cui qui mendacium præfert, planè sacrilegus est. Pachym. li. 1.

Historia non ostentationi, sed fidei veritatiq; componitur. Plin. 7. ep. 17.

Πᾶσι ψυχὴ ἄκεσις τρέφει τ' ἀλήθειαν. *Arrian. 1. Epict. 28. & 2. 22.*

Nihil humanæ aures libentiùs audiunt veritate. Sabell. 9. 11.

Nihil menti humanæ veritatis luce dulcius. Cic. Acad. q. 4.

Ἀγαθὸν χρῆμα ἡ ἀλήθεια καὶ ἄϊδιον. *Epict. Stob.* 235.

Ζητῶ τὸν ἀλήθειαν, ὑφ' ἧς οὐδεὶς πώποτε ἐβλάβη. *Aurel. Imp. lib. 6.*

Vnus viri & mulieris creator, puluis vnus vterque, imago vna. Nazi. orat. 36.

Non quia difficilia sunt, non audemus; sed quia non audemus, difficilia sunt. Sen. ep. 104.

Quò difficilius, hoc præclarius. Cic. off. 1.

Literarum amor, multaq; eruditio, mitis humanitas, minimeq; spuus animus ingentem fœminę gratiam conciliat. Macrob. Satur. 2. 5.

Omnem mulieribus detrahere virtutem rationi repugnat. Plut. De virt. mul.

Οὐκ αὖ τις εἴπῃ πολλὰ, ἀνωμαλότητες· ὁ μικρὰ δ' ἐπὶ μᾶλλον, αὖ ἢ χρήσιμον. *Philon. Stob. 390.*

Ingenium si fuerit sanum magnum adfert adiumentum; sin infirmum, doctrinæ fundamentum labascit. Niceph. Greg. lib. 1.

Omnia mihi tanto laudabiliora visa, quanto iucundiora, & tanto iucundiora, quanto laudabiliora. Plin. 9. ep. 31.

Aurium iudicium superbissimum. Cic. Orator.

Τὰ σοφῶς τόμοθος ὠνοιχθέντος, καθαίρεσθε ἱερῶ, τὸ τῆ ψυχῆς κάλλα βλέπετον, ὥσπερ ἀγάλματα. Socrat. Stob. 4.

Οἱ ὡς τέχνας ἑαυτῶν φιλοῦντες συγκατατίθενται ταῖς καθ' αὐτὰς ἐξηγήσεσι ἄλλοι ὑπ' ἄλλοι. Aurel. Imp. lib. 5.

† *Damo vocatur à Laert. li. 8. ab alijs Dama.*

Nulli præclusa virtus est; omnib. patet, omnes admittit, omnes inuitat. Sen. 3. benef. 18.

Spernimus in commune omnes præsentia. Auson. Idyll. 15.

Postquam desiimus facere laudanda, laudari quoq; ineptum putamus. Plin. 3. ep. 21.

Certè iam super studiis nulla laus curæ; sed ne posthuma quidem. Sidon. 4. 22.

Quæ dos matronæ pulcerrima? Vita pudica. Auson. sent. sapient.

Periculosa etiam bonis deteriorum imitatio. Sen. Helu. 16.

† *Polycratam Naxiam repentino gaudio expirasse animam, refert Aristoteles.* Gell. 3. 15.

Quicquid est, cui dominus inscriberis, apud te est, tuum non est. Sen. ep. 98.

Viue memor mortis, vti sis memor & salutis. Auso. sent. sapient.

Τέκνα μάθετε ἀκέλφ, ὅ τι γεροδοσκήσουσι τὸ σῶμα, τῶ ὃ ψυχῶ θρέψουσι τῆ αἰδίῳ πρόφῃ. Pythag. Stob. 3.

Nihil grauius, quàm audire; redde. Basil.

Τὰ ἐξῆς ἀεὶ τοῖς παρηκολουθηκόσι οἰκείως ἐπιφέρεται. Aurel. Imp. lib. 4.

Quicquid circa te iacet rerum, tanquam hospitalis loci sarcinas specta. Transeunda est. Sen. ep. 102.

Τὰς ὑφ' σε ἀπόδυζε πεπυδδυμένας μᾶλλον ἢ πλησίας καταλιπεῖν. Epictet. Stob. 682.

† *Lysis eum Damoni filiæ commentaria sua commendasse ait.* Laert. lib. 8.

Πλεῖον οὐ τῆ ἰδίων πόνων δύκημόνες. Socr. Stob. 757.

Hac gradiare via, qua nos præcessimus. Auson. Idyll. 5.

Παῖδες χρηστοὶ κάλλον ζητώματα. Eurip. Stob. 668.

Πατρὶ δὲ γηρασκοντι νέον θέντο ἰῆες ἐόν. Oppian. αλ. ε. 89.

Dignitas filij laus & gloria patris. IC.

quæ narrantur, etsi non minus fidem, quàm quæ de amita leguntur, excedunt; magis scilicet Athenienses illam domi suæ differentem audientes, quàm Pythagoram in schola docentem auscultantes delectatos fuisse: tamen & propter autorum grauissimorum assueverationem, & propter experientiæ quotidianæ testimonium fidem merentur. Nam QVI iocosa tractans, in iocosis gratiosus est; ei qui seria tractans, in seriis tædiosus est, meritò præponitur.

Cùm autem multos legerim autores, qui Pythagoræ filiæq; ipsius meminerunt; tamen huius nomen † apud nullum inueni, præterquam in epistola quadam Phalaridis, in qua hæc leguntur verba; Polycrata Pythagoræ filia, puella fuit & eruditissima; formosior quàm opulentior, adeo propter vitæ puritatem (integritatemq;) venerabilis, tantoq; propter eloquentiæ flumen in honore habita, vt plus ipsius apud colum verbum, quàm patris in schola docentis philosophia valeret. Et porro addit: Tum visu acerbum, tum auditu molestum est, adeo nunc esse fœminas in vita inhonestas, in sermone malitiosas; vt famæ potius vnius fœminæ antiquæ, quàm omnium 366
præsentium vitæ inuideam. VNICA enim fœmina proba cum colu & lana, centum reginis improbis sceptra gerentibus potior est. Ex his igitur epistolæ Phalaridis verbis Pythagoræ filiæ † Polycratæ nomen videtur fuisse.

Cùm autem commentarios Pythagoras plurimos, suos iuxta atq; alienos composuisset, & bibliothecam haberet instructissimam; Metaponti, vbi tandem mortuus est, supremis iam appropinquans, accersitam ad se Polycratam filiam ita compellauit; Instare iam Polycrata filia vides horam, quæ vitæ meæ finem faciet. DII, qui esse mihi dederant, id nunc adimunt; natura, quæ nasci me voluit, nunc mori me iubet; terra, quæ corpus dedit, in cinerem nunc illud rediget. PAVCA bona, eaq; multis mixta laboribus, fata mihi infelicia dederunt; Ita nihil eorum, mea filia, quæ in hoc mundo habui, mihi relinquitur. Cùm enim vtenda omnia acceperim, sua nunc singuli, me moriente, repetunt.

Ego verò lætus morior, quia te relinquo non quidem diuitem, sed optimè eruditam; & vt vnicè caram te mihi esse videas, omnes tibi † libros meos lego, in quibus laborum meorũ thesaurum inuenies; de quibus hoc affirmare habeo, quicquid tibi lego, sudore meo partum, non alterius cum detrimento acquisitum esse. Per eum, quo te complector, amorem rogo, per deos te immortales obtestor, filia, talem tamq; probam te geras, vt me fatorum lege vita orbato, per te saltem mea conseruetur memoria! Nosti enim, quid Homerus de Achille & Neoptolemo loquens dicat; Laudatam scilicet filij superstitis vitam, famã conseruare patris defuncti. Hæc fuit philosophi

è vita excessuri ad filiam oratio; qui si nō his ipsis vsus est verbis; aliis certè verbis has ipsas voluit exprimere sententias.

Vates (ille) Mantuanus Euandrum Regem, Pallantis patrem, & Æneæ amicum summum fuisse, generisq; sui originē ad Troianos retulisse canit; Quā de caussa cū Æneas & Turnus super coniugio Lauiniæ, quæ totius Italiæ hæres futura erat, bello certarent durissimo: Æneam Euander non solùm opibus: sed filium etiam expeditionis comitem illi adiungendo, iuuit. PRO VERIS enim amicis sponte amicos sanguinem effundere, & non rogatos fortunas decet impendere.

Is Euander† vxorem habuit adeò doctam, vt quæ de illius eloquentia sapientiaq; Græci memorant, fabulosa videantur Non enim dubitat autor quidam dicere, nisi ea, quæ mulier ista de bello scripsit Troiano, per inuidiam iniecta in ignem
367 *fuissent; obscurum Homeri nomen futurum fuisse; idq; adeò, quoniam mulier ista tempore excidij Troiani vixit, & quicquid scripsit, tanquam testis oculata scripsit. Homerus verò, post excidium Troiæ in Achillem pronior, & vt Græcorum amicus, Troianorum hostis scripsit. At enim CVM scriptor de aliquo scripturus affectibus indulget; fieri † non potest, quin † maculam operi adspergat.*

Erat autem Euandri matri nomen Nicostratæ, licèt ab aliis Carmenta dicatur, idq; ob eloquentiam in carminib. versibusq; singularem. Eâdem quippe facilitate in oratione ligata, qua alij in solutâ, præcelluisse perhibetur. Ac historici gentiles vatem illam fuisse affirmant, quæ Troiæ excidium XV. antè annis, item q; Æneæ in Italiam aduentum, & bella super nuptiis Lauiniæ prædixerit. Eadem Ascanium Æneæ filium Albam Longam conditurum, & à Regibus Latinis Romanos orituros, & duriorem fore vltionem Romanorum de Græcis, quàm Græcorum de Troianis fuisset; omniumq; maxima bella Romanos cum Africæ Principibus gesturos; postremò Romam de omnibus vbique terrarum regnis; de ipsa verò Roma deniq; in perpetuum gentem quandam incognitā triumphaturam vaticinata est. Eusebius Cæsarienſis scripta ista tam religiosè à Romanis in Capitolio, quàm Sacramentum venerabile in religione Christiana, asseruata affirmat.

Darius Rex primo prælio victus ab Alexandro, prius quàm secundo prælio funditus euerteretur, varias summo studio rationes conciliandæ Alexandri amicitiæ excogitauit: qua quidem in re tentanda vt Darius prudens; ita in eadem non assequenda infelix fuit. GRATIOR enim Principibus esse debet pax honesta, quàm victoria cruenta. Cùm autem inducia factæ essent trimestres inter monarchas illos potentissimos; sacerdotes Chaldæi pacis interpretes hanc tulerunt conditionem, vt Alexander Magnus alteram ex Darij filiis vxorem duceret,

Quisq; in omnib. fugiat notam, indicens actioni rectitudinem, ne sit reprehensibilis, sermoni cautelam, ne sit contemtibilis; habitui modestiam, ne sit notabilis, Saresb. 8 12.

Amico fido nihil esse par existimes, quem non periculum, sed tempestas exploarit. Nazi. distich.

Ad humanam pertinet laudem, vt patrum decus in prole resplendeat. Leo natiu. Domin. 6.

Virg Æn. 8. Dion. lib. 1.

Ita viuendum in bello, vt vitam nostram virtute comparemus; aliorum, si opus sit, nostra morte tueamur. Scal. poët. 3. 122

ἡδὺς δ' ἀνὴρ τοιοῦτος οἰκήσειν δόμους φίλοις. *Eurip. Supplic.*

† *matrem.*

Omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in casu est. Apul. Flor. 4.

Græcis historicis plerunq; poëticæ similis est licentia. Fab. l. 2. c. 4

Pluris est oculatus testis vnus, quam auriti decem: Qui audiunt, audita dicunt; qui vident, plane sciunt. Plaut. Tiucul. Ne expectetis.

Quicquid ex inuidia dicitur, veritas non putatur. Cass. 1. 9.

Semper dignitatis iniquus iudex est, qui aut inuidet, aut fauet. Cic. pro Cn. Plancio.

† *Vix.*

† *mendacium. G.*

A Latinis dicta est Carmenta, voce à carmine deducta; vel quasi carens mente, ob instinctus diuinos. Plut. quæst. Roman. 56.

ὡἀνάγκη δ' ἐχὶ δυσμαχητέον. *Sophoc. Antigon.*

Non sunt immensis opibus venalia fata. Manil. lib. 4.

Omnes fœminæ vates Sibyllæ sunt à veteribus nuncupatæ. Lactant. 1. 6.

La paix est meilleure quele discord, qui sans amis demeure. Ronsard. 4. 78.

Carmentam fatiloquam ante Sybillæ in Italiam aduentum miratæ fuerant hæ gentes. Liu. lib 1.

ἐς καλὸν ὤλετο πύργος ὁ τρώϊος. ἡ γὰρ ἀνώλοις ἠγέρθη κόμις πάντως ἄωστα πόλις *Bass. epigram. lib. 1. cap. ξθ.*

Ea quæ singulatim ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdemus. Cic. Verrin. 1. in extr.

Gittato in terra Christo in sacramento per torgli vn tabernaculo d' argento. Atiost. 14. 8.

Διὰ τὰς παραινέσεις ἀντέχεσθαι τῆς εἰρήνης, ἐὰν ἐν ὑποτε κακὸν ἐπιλάβῃ *Isoc. de pace.*

αἱ σωθῆναι τέρπιον πολὺ κρίνειν ἢ ἐν τοῖς πολέμοις γινομένοις. *Aristot. 3. rhetor. 10.*

Modum imponere secundis reb. nec nimis credere serenitati, prudentis hominis & meritò felicis est. Liu. lib. 42.

La vittoria sanguinosa spesso far suole il capitan men digno. Ari. 15. 1.

Legati X. millia talentorum, totamq; Mesopotamiam, ac filiæ matrimonium obtulerunt: Plut. Vit. Alex.

Sacro coniugii fœdere omne discrimen victi & victoris excluditur, Curt. lib. 10.

† *Maiore parte regni vsq; ad flumen Euphratem. Iustin. lib* 11.

Puellas circiter ætatem 18. *masculos* 37. *annorum nuptui tradere congruit. Arist.* 7. *polit.* 16.

Wenn der Mann geht ins Mad / soll das Weib ligen im Bad. ex Auentin. citat Neand. anthologiæ, pag. 207.

Ipse vidi ancillas duplici gratia fretas, sermonum & pulcritudinis, plurimum pollere in expugnandis dominis. Philo. omnis prob. liber.

Minus iam cupiditatibus suis imperabat Alexander inter obsequia fortunæ, contiq; quam non satis cauta mortalitas. Curt. lib. 8.

Duxit etiam Statyram Darii filiam. Curt. 10. *Iustin.* 12.

Sapientia mulieris est matrimonii legibus obtemperare. Nazianz. ad Olympiad.

Alexander & amici XC. quinque dies continuos nuptiales epulas celebrauerunt. Ælian. lib. 8.

Mulieri coniugatæ non licet dicere; facio, quod volo de meo; cum & ipsa non sit sua, sed capitis sui. August. epist 199.

οὐχ οἱ πολλοὶς, οὐδ' εὐσεβοῦσι φῶτες ἀσφαλέστεροι, ἀλλ' οἱ φρονοῦντες δίκῃ, κρατοῦσι παντὸς Sophocl. Aiac.

ἐστὶ σοφίη· φέρε, βίης ἔχεο μᾶλλον ἐόν. *Herodot lib.* 3.

Le case grandi dal mezo in sù non si habitano. Guicc.

αὐδὲ νέῳ πίστεως οὐδὲ μὶ πράξεις ὄνησιν φέρουσιν οὐδ' ἀιδοίμεις ὠφέλιμοι ἡγήσῃ. *Philip. Maced. ad Olymp.*

Virtuti addit forma suffragium Pacat. paneg.

Cave ne cum fœminam te natura produxerit, sapientiæ nomine glorieris. Naz. anz. ad Olymp.

† *Petr. Crin. de poet. lat. lib.* 3. *c.* 29. *Fulgos.* 8 3.

Faire des vers ou iouer de la Lyre, Ce sont pauures mestiers, dont on ne fait que rire. Ronsard. 6. 123.

Quorumcunq; stilus est velox, tardior est memoria. Sen. 1 contro. proœm.

Πολλοὶ μὲ πλουτέουσι κακοὶ, ἀγαθοὶ δὲ πένονται. *Solon*

† *Parum gratiosus.*

Fatalis est Principum inclinatio in hos, offensio in illos. Tacit. an. 4.

Μηκέτι σε μηδεὶς ἀκόσμῳ κόσμῳ μεμφομένην τὸν σὸν αὐλητὴν βίον. *Aurel. lib. Imp.* 8.

duceret, cui darius dotis nomine ingentem auri argentique vim daret, adiecta insuper † tertia imperij parte; quæ profectò conditio luculenta fuit. INTER *Principes enim ad (sopienda &) delenda odia vetera, nihil affinitatibus nouis est accommodatius. Verùm Alexander nuptias illas, se vix annum XXIII. excessisse, & per ætatem nondum coniugio aptum esse prætendens, recusauit. Erat enim Lex Macedonum, ne ante XXV. fœminæ, ante XXX. annum viri matrimonium inirent.*

Erat quidem Darij filia pulcerrima, diues, generosa; sed quod optimum erat, eo carebat. Non enim (erudita &) sa- 368
piens erat; vnde vxorem illam Alexander noluit ducere. Illa enim tempestate Sapientia (& doctrina) non diuitiæ in ducenda coniuge spectabantur, & vt quæq; erat doctissima, ita splẽdidissimas sortiebatur nuptias. Annius Rusticus & Q. Seuerus autores sunt, Alexandrum posthabita Darij filia, vxorem postea duxisse Barsinam, pauperem quidem & formam non eximiam; sed literis Græcis Latinisq; insigniter eruditam; cumque à Principib. Macedonum reprehenderetur, quòd contemta diuite, pauperem duxisset; Sic habetote, inquit, amici; IN *Coniugiis satis est maritum esse diuitem, & fœminam, quam duxerit, esse sapientem (atq; eruditam.)* MARITI *enim munus est amissa recuperare; vxoris verò acquisita conseruare.*

Strabo de situ vrbis dicit, quintam Lydorum Reginam fuisse Myrtin, corpore adeò humilem, vt nana videretur; animo sapientiaq; tam excelsam, vt Gignatea diceretur. HOMO *n. animo grandis, corpore pusillus Gigantis; animo pusillus, & corpore procerus pumilionis cognomine dignissimus est. Hanc reginam nobiliss. Myrtin, quòd & in coniugio prudens, & in viduitate castissima, & quod familiam ducit, philosophiæ doctissima fuit; Lydi inter* 7. *Reges, quos se gloriosissimos habuisse iactant, connumerant. Eodem n. prisci fœminas literis eruditas, quo viros bello strenuos (fortesq;) honore dignabantur.*

Cornificius poëta, quemadmodum † *Laertius meminit, sororem habuit Cornificiam, quæ non solũ literis Græcis & Latinis eleganter docta; sed in scribendis etiam versibus & epigrammatis cultissima fuit. De hac fœmina, quod paucis contingit viris, narratur, quòd videlicet meliora ex tempore carmina & epigrammata, quàm frater præmeditatus, composuerit; quod non vsque adeò incredibile est, vt de eo dubitandum videatur.* VELOCIOR *enim est ingenij vegeti stilus, quàm inertis intellectus lingua. Cùm autem Cornificius poëta diutissimè Romæ vixerit; semper tamen & pauper & † inacceptus fuit; licèt eruditione omnes, qui in summa erãt gratia, anteiret, quo quidem in aulis Principum nihil est vsitatius. Ibi enim* VT INTER *intimos admittantur aliqui, non in doctrina aut scitia; sed in fortuna, vt Principi accepti sint,*

sint, plurimum situm est. Aristoteles dicebat: VBI multum de intellectu, ibi parum de fortuna; quo significabat, VT QVISQVE memoria & intelligentia esset ditissimus; ita bonorum mundi esse pauperrimum.

Cùm autem Cornificius per vrbem pauperrimus & contemtissimus incederet: fortè irridendi illius gratia ciuis quidam, Calphurnius nomine, Dic mihi, inquit, Cornifici, an vllum, ex quo natus es, diē vidisti fortunatum? Ego enim XXV. quibus te noui, annis nunquam te gratiosum vidi, & nisi fallor, XV. iam annum † togam istam gestas.

Cui respondens Cornificius; Ego, inquit, amice, vehementer dubito, maiórne sit infelicitas tua, an mea prosperitas! Cumq; Calphurnius excíperet; Quomodo felicem, quæso, Cornifici te potes dicere; cui nec panis est, quem edas, nec toga, quam induas? & quomodo infelicem me esse inquis, cùm quæ † domi meæ supersunt, ad te totam q; familiam exaturādam sufficiant? Respondens Cornificius, Velim sic persuadeas tibi, inquit, amice & popularis Calphurni, NON IN EO situm esse felicitatem meam, quòd parum habeo; sed, quòd minus, quàm habeo, cupio. Tuam verò infelicitatem non in eo positam, quòd multum habes; sed quòd (plura expetis, &) ea quæ habes, parua tibi videntur; & si dies ipse es, inde est, quòd nunquam veritatem dixisti; si ego pauper, inde est, quia nunquam dixi mendacium. Etenim DOMVM diuitiis refertam semper veritatis vacuam videmus. Sed & felicis nomen ideò mihi sumo; quòd sororem habeo tota Italia honoratissimam; tu verò vxorem habes in tota vrbe inhonestissimam. Cùm ergo hæc sit vtriusq; nostrum conditio; non alium quàm teipsum iudicem sumo, vtrùm SATIVS sit, esse pauperem, quod ego sum, cùm gloria; an esse diuitem, & viuere, quemadmodum ipse viuis; cum infamia! Hæc inter Calphurnium & Cornificium poëtam gesta sunt.

Cæterùm pauca ista excellentiæ in fœminis tum Græcis, tum Romanis exempla narrare volui, tantùm vt intelligant fœminæ Principes & illustres, quàm studiosæ antiquitus artium optimarum fœminæ, quantoque à veteribus in honore, eruditionis potius, quàm pulcritudinis gratia, fuerint habitæ. Meminisse (ergo) matronas Principes & illustres decebat, si ipsæ mulieres, si fragiles, si coniugatæ, si delicatæ, si teneræ sint: tales & illas omnes fuisse. In summa nihil valere excusationem illam aio, quòd fœminas ad cognoscendas artes liberales inhabiles esse dicunt. Omnino enim MAIOR inest fœminæ ad consequendam artium scientiam, quàm auiculæ in cauea ad loquendum habilitas.

Non decorū mihi videtur, vt fœminæ Principes & illustres de comarū pulcritudine, de vestium splendore, de pecuniarum abun-

369

Non seruitia in curiis Principum, sed personæ ponderantur. Æn. Syl. histor. Bohem. 3.

Il seruire, & esser fauorito, è dono della fortuna. Teatr. pag. 15.

La vertu ne peut pour vertu se monstrer, si l'impudence forte a l'huis des grands seigneurs sur son dos ne la porte. Ronsar. 8. 162.

Superbiam verborum iracundi oderunt, prudentes irridēt. Liu. lib 45.

La fame suffoca la fama. Adag.

Quæstionum absurditatem absurdioribus interrogationibus licet absoluere. Nazian. orat 36.

Non male respondit, male enim prior ille rogarat. Fab. 5. cap. 13.

† *Lacernam.*

Λιμὸς ὅλως ἡ μανία. *Athenæ. fol.* 270.

Quis dives? qui nil cupiat, quis pauper? auarus. Auson. sent. sapi.

Se cœlo proximos arbitrentur; si de fortunæ tuæ reliquiis pars eis minima contingat Boet. 2. conf. 4.

† *mensa. G.*

Beatus, non qui habet, quæ cupit; sed qui non cupit, quæ non habet. Aus. Scal. 2. 33.

ἴση μέρις μεγάλοισι χαίρειν, σμικρὰ δ' ἡδέως ἔχειν. *Eurip.*

Nunquam parum, quod satis; nunquam multum, quod satis non est. Sen. epist. 119.

Omnia habet, qui nihil concupiscit. Val. Max. 4. 4.

Τὸ πένεσθαι ἐχ ὁμολογεῖν τινι αἰσχρὸν. ἀλλὰ μὴ διαφεύγειν ἔργῳ αἰσχύν. *Thucyd. lib.* 2.

Fieri non potest, vt diuitiis aliquis simul præstet & probitate. Plat. 5. de legib.

Fortuna indignorum fautrix. Plin. 2. 7.

ἐγὼ δὲ πλάτυ μᾶζα χρειοτέρη. *Apollonid. Epigram. lib.* 1.

Non ego omnino lucrum omne esse vtile homini existimo. Plaut. Cap. Iam ego reuertar.

Si ad naturam viues; nunquam eris pauper: si ad opinionem; nunquam dives. Sen. ep. 16.

Κρείσσων πενία μὲν δικαίας κτήσεως ἢ δὲ νόσῳ γε τῆς ψυχῆς εὐεξία. *Gnom. Græc.*

Nihil tam cognatum sapientiæ, quàm locis & temporibus aptare sermones. Macrob. 7. Sat. 1.

Non aurum gemmis immixtum, sed mores & præclara fama optimū mulieribus ornamentum adferunt. Nazianz. ad Olympiad.

Par est omnes omnia experiri, qui res magnas & magnopere expetendas concupierunt. Cic. orat.

Turpiter desperatur, quicquid fieri potest. Fab. lib. 1.

Canis si in ludum iret, potuisset iam fieri, vt probe literas sciret. Plaut. Persa satis fuit.

Qui parum studet, parum proficit. IC.

Multum est non corrumpi diuitiarum contubernio. Sen. ep. 20.

Res secundæ lasciuiam atque superbiam amant. Sal. Iugurth.

Morum simplicitas maxime mulieres decet. Nazian. ad Olymp.

Miseriæ tolerantur; felicitate corrumpimur. Tacit. histor. 1.

Toute beaute n'est que chose fardée, haye autam comme elle est demandée. Ronsard. 5. 146.

πόνος εὐκλείας πατήρ. *Eurip. Stob. serm.* 29.

Rectius ingenii, quam virium opibus gloriam quærere. Sal. Catil.

Constat sanctos prudentesq; sensu mali promtius fieri, contraq; expertes ærumnarum, dum opib. suis cunctos æstimant, minus consulere. Aurel. Vict. 39.

Tam facilis res nulla est, quin ea primum difficilis magis ad credendum constet. Lucret. lib. 2.

Ars hominem format, nec sinit esse malum. Scholiast. Boet. cons.

Simul pudere, quod non oportet, cœperit, quod oportet, non pudebit. Liu. l. 34.

Ingenium placida mollitur ab arte, & studio mores conuenienter eunt. Ouid. art. 3.

Reluctante natura, irritus labor est. Sen. tranquil. anim. 6.

Die Katz isst die Fische gern / sie wil aber nit ins Wasser. Adag.

Nihil pigrius delicatis, aut curiosius ociosis. Plin. 9. 31.

Γυνὴ τὸ σύνολόν ἐστι δαπανηρὸν φύσει *Prouerb.*

Diligentia maximum etiam mediocris ingenii subsidium. Sen. 3. Controu. procem.

Plurimis omnis commendatio ex forma petitur. Idem. ad Helu. 16.

ὑπερήφανον πρᾶγμα ἐστὶν ὡραία γυνή. *Prouerb.*

† *elegantius loqueretur.*

Splendidæ vestes his demum conueniunt, quibus nullus vitæ splendor, nullum virtutis decus suppetit. Nazianz. ad Olymp.

Munditiæ, & ornatus, & cultus, hæc fœminarum insignia sunt. Liu. lib. 34.

ὅπου ἄμιλλα, ἐνταῦθα καὶ νίκη ἐστίν. *Aristot.* 1 *Rhet.* 11.

Elaborandum tibi est, vt tarò loquendo, sermonis tui desiderium semper hominum animis infixum relinquas. Nazianz. ad Olymp.

† *Vnica plurimis silentium, audiendæ ipsius gratia afferret. G.*

Non prorsus omnia bona ex hominibus exterminata: Sunt adhuc antiquæ virtutis reliquiæ. Dio. lib. 71.

Quæ corona non dimicanti, aut quæ sine conflictu victoria? Augustin. tom. 9. de arb. scient.

Iugi pace ac longo ocio absoluta ingenia non corrumpuntur. Aurel. Vict. 15.

Quantulum studiis tempus impertimur? Datur fabulis ocium & insanæ corporis curæ. Fab. lib. 12.

abundantia; quibus cæteras antecellunt, sibi placeant; Sed de hoc glorientur, non quòd plus valeant, sed quòd plus calleant: Siquidem, vt verum fateamur, COMÆ flauæ, vestimenta preciosa, pecuniarum cumuli, palatia magnifica, & id genus 370
delitiæ, non ad virtutem duces; sed viciorum (speculatores &) exploratores sunt. Quàm pulcrum foret, fœminas illustres non de potentia sibi; sed de scientia placere! MAIORIS enim est excellentiæ philosophos ipsos docere, quàm centum (vel mille) equitibus imperare posse.

Me quidem scribere pudet; sed videre magis piget, quòd scilicet de matronarum veterum eruditione & excellentia tam multa legimus, & dominarum nostratium inertiam videmus. Illæ enim, quænam ipsarum plures haberet discipulos (literarum studiis & cognitione claros) certabant: hæ verò, quænam à plurib. colatur, (non modò rudibus; sed etiam improbis & fraudulentis) contendunt. (Quod mihi visu minimè mirum;) quia (hoc æuo) INTER dominas (nobiles) illa se abiectissimam retur, cui pauciores (quàm æquali) comitatum & fauorem præstant equites.

Quid dicam? quòd illæ antiquitus contendebant, quænam meliores scriberet & componeret libros; hæ verò contendunt, quænam preciosiora vel habeat, vel paret vestimenta (& ornamenta.) NON MINORI enim hodie dominæ laudi sibi ducunt, nouum aliquod excogitasse vestimenti genus, quam priscæ illæ philosophiæ mysteria explicasse. Priscæ illæ de eruditione (vitæque honestate;) nostrates de pulcritudine contendunt. Nunc n. nobilis matrona faciem, si daretur optio, candore & rubore suffusam, vniuersæ Græcorum facundiæ anteponeret. Priscæ illæ, quænã † doceret subtilius; nostrates, quænam elegantiùs vestiatur, contendunt. HODIE enim inter matronas nobiles plus honoris curiosius vestitæ (& exornatæ,) quàm honestiori exhibetur.

Summa summarum hæc est, quam diligenter ab huius operis lectore notari velim: Tales erant olim fœminæ, vt † cunctis vna imperaret; TALES sunt hodie, vt de vna cuncti (malè) loquendi materiam habeant. Nec tamen huius verbi gratia quenquam velim eò progredi audaciæ, vt omnes traducere fœminas (& lingua carpere liuidâ) tentet. DEVM enim immortalem, à quo conditus sum, testor, tot esse hodie in mundo heroinas bonas, imò optimas, vt harum, quam secretò agunt, vitam; quàm scientias, quas antiquæ illæ publicè profitebantur, vniuersas æmulatione digniores iudicem. CALAMVS enim meus tantùm in eas stringitur, quibus in vestiendo & (vana) fabulando totus abit dies, quæque ne vnam quidem horam legendo libro alicui impendunt.

Etsi autem ad probandum institutum meum sufficere, quæ supra

supra dixi, debebant; tamen vt videant fœminæ Principes &
371 *illustres, quantò ipsis scientia etiam modica plus, quàm potentia quantumuis magna prosit: in memoriam ipsis reuocabo, quæ matrona quædam Romana ad filios scripsit; vt in vna videant fœmina, quàm & in dicendo facunda, & in consulendo vera mater fuerit: Epistolæ enim scopus hic est, vt belli labores filijs suadeat, tantùm vt à voluptatibus illos (delitijsq;) vrbanis arceat (& submoueat.)*

Multa experiendo fiunt, quæ segnibus ardua videntur. Tacit.annal.15.

Vitanda est improba Seiren Desidia. Horat.2. Sat.3.

Tardè magna proueniunt, vtique si labor cessat. Sen.nat.quæst.7.31.

Omne quod excellens opus eximiumque futurum est, difficiles ortus habet incrementaq; tarda. Mantuan.

Si esset hæc cognitio magna & difficilis; tamen vtilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum discendi laborem impellere. Cic. orator.

Promptiùs de actionibus longinquis ambigendisq; siniſtra quæq; metus augurat. Sidon. 8.6.

Degenerant nati patribus, vincuntq; parentes, Ingeniumque suum retinent. Manil. 4.

Non semper patribus similes nascuntur filij: sed interdum ex malis boni, interdum ex bonis mali procreantur. Ioseph. archæ. 6.3.

Nihil est illo generosius, quisquis ingenij, corporis, opum iunctam in hoc constans operam exercet, vt maioribus suis anteponatur. Sidon. 8.7.

Nouam nobilitatem peperisse melius, quàm acceptam corrupisse. Sal.Iugurth.

Vtile est reip. nobiles homines esse dignos maioribus suis. Cic. pro Cn. Plancio.

Qui genus iactatis, indolem quoque ac mores nobilitate. Nazianz. oratio.12.

Si gloriosum est posteris auitas augere facultates; quanto præstantius hæreditarias excellere virtutes. Cassiod.9.22.

Fromb/ redlich/ weiß vnd mildt/ gehöret in deß Adels Schildt. *Adag.*

Las obras hazen linaje. Celestin.

Celtiberos Gracchorum pater CL. vrbium euersione multauit. Flor.2.17.

Ex vna tibi familia Cornelia duas dabo. Sen.ad Helu.16.

Εὖ ἔρρει, εἰ σωφρονεῖς· ἢ κ' ἄγγελον ἄλλον ἵαλεις. Theog.

Cornelia ostensis liberis, Hæc, inquit, ornamenta mea sunt. Val.Max.4.4.

Gracchi optimis ingeniis malè vsi. Vell. lib. 2.

Dieu ne se voit jamais par la faute assaillir; Le natural. de l' homme est souuent de faillir. Ronsard.4.7.

Ad deteriora faciles sumus. Sen.ep.97.

Ἀνθρωποι τοῖς νεφέλαις ἐοίκασι, αἱ τὰς τῶν ποδήκων μεταβολὰς ἄλλοτε καὶ ἄλλο μέρος ἐπιφερόμεναι. Basil. Stob. 958.

CAPVT XXXVI.

Quænam fuerit Cornelia, fœmina præstantissima, eiusque ad Tiberium, & Caium Gracchos filios epistola, qua suadet, ne relictis militiæ laboribus domum delitiis vrbis fruituri reuertantur. Epistola magnam habet inter matrem & filios vtilitatem.

ANNIVS *Rusticus, libro de antiquitatibus Romanorum, quinque ait fuisse familias Romæ nobilissimas, nempe, Fabricios, Torquatos, Fabios, Brutos, & Cornelios. Etsi enim Romæ aliæ quoque familiæ nouæ erant, viris clarissimis conspicuæ; tamen ex his quinq; familijs orti semper tum obseruati, tum muneribus publicis ante alios præpositi fuêre.* ITA *quippe Roma præsentes honorabat, vt citra præteritorum id fieret iniuriam.*

Cæterùm ex quinque his familijs felicissimam ducebant Romani gentem Corneliorum, qui adeo tum in re bellica strenui, tum in vita ciuili moderati fuerunt, vt nemo vnquam fuerit in ipsorum familia vel vir ignauus (& timidus,) vel fœmina infamis. In hac autem Corneliorum gente, præter alias multas, dicuntur quatuor fuisse fœminæ maximè insignes, & inter eas princeps mater Gracchorum, Cornelia, tota vrbe celeberrima; Cui longè maiorem attulêre gloriam, quas Romæ docebat, scientiæ, quam quas ex Africa filij reportarunt, victoriæ.

Antequam eius filij contra rempubl. conspirarent; nihil erat toto orbe illorum fortitudine celebrius. Quamobrem interrogata aliquando à Romano quodam Cornelia, magisne gloriaretur, quòd tantorum magistra discipulorum; an quòd talium (tamq; fortium & præstantium) mater esset filiorum? Ego verò, inquit, maiori mihi laudi duco, quam parauisse scientiam, quàm filios, quos peperi. Nam FILII *quidem superstitis honorem incolumem; discipuli verò extinctæ memoriam immortalem præstabunt. Et porro dixit: Equidem discipulos*

Studia te tua clarum & nobilem efficient. Sen. ep. 21.

Honesta professio ornat potiùs, quàm destruit dignitatem. Eumen. paneg.

Quid honestius, quàm docere, quod optimè scias? Fab. li. 12. ext.

† *eius domum philosophiæ studiosi frequentarint* Fab. lib. 12. vlt.

In hoc sunt maximi fructus præmiorum, vt digni, quibus tribuantur, habeamur. Eumen. paneg.

Perfectissimi sapientissimique animi est priuatæ vtilitatis cum publicis commodis coniunctam habere rationem. Nazianz. orat. 33.

Cicero effecit, ne Romani, quorum arma vicerant, eorum ingenio vincerentur. Vell. lib. 2.

Cic. in Bruto. Legimus epistolas Corneliæ matris Gracchorum, &c. Gracchi non tam in gremio, quàm in sermone matris educati. Idem.

Nostre vie mondaine est caduque & mortelle, & la belle louange est touſiours eternelle. Ronsard. 4. 119.

Virtus omnibus æqualiter exposita, quid cupiditatis potiùs, quàm quid dignitatis attuleris, æstimat. Val. Max. 3. 3.

† *celeberrima fuerint, maximique precij & emolumenti. G.*

Toute chose humaine en ce bas monde passe. Ronsard. 4. 120.

Plus est ingenij Romani terminos in tantum promouisse, q̃ imperij. Plin. 7. c. 30.

† *militantes. G.*

Per vestigia paternę virtutis decurrentes filii sicuti generi, ita & magnitudini patris succedere studeant. Iustin. li. 19.

Gracchorum eloquentiæ multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cuius doctissimus sermo in posteros quoq; epistolis est traditus. Fab. l. c. 1.

Παῦτες ηϕιλοῦς ζῶ ἐϕιλοῦμι, ἀλλ' ὐ δυνάμεσθα. *Prouerb.*

† *Scipionem Africanum.*

Vnusquisque luctui suo credit accedere quandam dignitatem, si miserrimus esse videatur. Fab. declam. 10.

Corneliam ex XII. liberis ad duos fortuna redegit. Sen. ad Helu. 16.

† *XII. ex Gracho liberos suscepit, vidua cæteros amisit. Plut.*

Patriæ & ipsa vita, si res exigat, debetur. Iustin. li. 18.

Incongruum, militem qui veste & annona publica pascitur, vtilitatib⁹ vacare priuatis. Veget. 2. 18.

Τὸν ζῶντ' ἀνάγκη πολλὰ ϕλυαρεῖν ἔτυμα. *Philem.*

Πάσχειν γὰρ ἀνάγκη ἐν τῷ πόνῳ τοὺς δρῶντας καὶ σώζεσθαι. *Thucyd. li. 1.*

Nam non certanti non est speranda corona. Prosp. in sent.

Ex tuo metiri animo potes, quid leuamini absentibus tribuat assiduitas scriptionis. Symm. 7. 5.

pulos in dies singulos è bonis meliores futuros certa sum: At filij mei, fieri potest, vt in dies singulos è malis euadant deteriores, cum TAM *variæ sint iuuenum cupiditates, vt mentem quotidie mutent. Vno omnium scriptorum ore celebratur Cornelia, in primis vt erudita & casta, & quòd † publicè in schola Romæ philosophiam docuerit. Quare defunctæ posita est Romæ statua supra portam viâ Salariâ, cum huiusmodi inscriptione:* 372

Discipulis felix, Gracchûm Cornelia mater,
Quos docuit; Natis, quos peperit, misera.

Inter Latinos Cicero princeps fuit eloquentiæ Romanæ, qui in scribendis epistolis stilum habuit elegantissimum. Is Corneliæ scripta non modò vidisse, sed etiam legisse; neque legisse tantùm, verùm sententias etiam illius vsurpasse perhibetur; quod nequaquam illi vitio vertendum. NEMO *enim omnium tam sapiens est, quin proficere aliorum doctrinâ possit. Cicero sanè adeo scripta illa laudibus extollit, vt in Rhetoricis huius (fermè) sententiæ verba proferat: Nisi fœminæ nomen Corneliæ obstitisset, inter omnes emineret philosophos. Nunquam enim à carne debili tam graues vidi proficisci sententias. Quæ cùm de Cornelia pronunciârit Cicero; fieri non potest, quin ipsius æuo huius mulieris † extiterint monimenta, & nondum interciderint: quorum tamen nulla iam supereſt memoria, nisi quòd autor, nescio quis, ad suum institutum refert epistolam quandam; & Sextus item Chæronæus, libro de laudibus mulierum, sequentem ponit epistolam, quam ad filios illa in Africa † agentes Româ misit.*

EPISTOLA CORNELIÆ ad Gracchos filios:

Cornelia Romana, paterno genere ex Cornelijs, materno ex Fabijs oriunda, Gracchis filijs in Africa militantibus S. animo materno precatur.

AVdiuisse vos arbitror, Filij, † *patrem meum obijsse, cùm ætatis ego tertium excessissem annum: & annus hic est* XXII. *ex quo vidua sum;* XX. *ex quo Rhetoricen Romæ doceo; septimus, ex quo vestro careo conspectu;* XII. *postquam ingens pestilentiæ vis fratres † vestros, filios meos extinxit; octauus denique, postquam in Siciliam vos visura abij, ne vos me videndi desiderio à bello discederetis; cùm grauius mihi nihil posset accidere, quàm si vos à seruitio reipubl. abstractos viderem. Has vobis, filij, narrare volui vitæ meæ ærumnas, ne vitam vos acturos quietam in animum inducatis. Nam si mihi Romæ agenti labores minimè desunt; nunquam vobis in bello Africano defore pericula persuasissimum habeatis.* NVNQVAM *enim militi fama, nisi vitæ aquipondio aut permutatione comparatur.* 373

Fabius

Fabius iuuenis, materteræ meæ, Fabiæ senioris, filius, III. Cal. Martias epistolam mihi reddidit, quæ quidem voto meo breuior erat, & maluissem non ita à vobis factum. Non enim inter filios tam charos, & matrem natu tam grandem, longum videndi vos interuallum, & breues, quas inter nos scribimus, epistolas esse decet. Ego omnibus hinc abeuntibus do commendationes, & omnes istinc aduenientes de rebus nouis interrogo; quorum cùm alij se vos vidisse, alij vobiscum se locutos esse referunt; animus nonnihil meus acquiescit. TOLERABILIS enim ijs, qui multum inter se amant, videtur rarior congressus, dummodo de † valetudine constet. Ego & sola sum, & vidua, & iam natu grandis. Mortui iam sunt omnes mei propinqui, multos Romæ sustinui labores, & grauissimum omnium est, quòd vestrâ, filij, careo præsentia. MAGIS enim bellum (vt sic loquar) homini amicorum penuria, quàm furiosus inimicorum impetus facit.

Vos cùm iuuenes sitis, non admodum diuites; feroces, & asperè in Africa enutriti; non dubito, quin Romam venire cupiatis, vt in pueritia olim visa rursus videatis & recognoscatis. NON tam enim homines patriam, q. bona sit, quàm quòd in lucem ibi editi sunt, diligunt. Verùm enimuerò nemo est, cui visa aut fando audita Roma sit, temporibus præteritis, quin Romam nunc videns dolore (ac mœrore) afficiatur. EA quippe EST animorum pietas, & oculorum teneritudo, vt spectare sine maximo dolore non possint, quod maxima quondam viderunt cum gloria. O si videretis filij mei, quantum mutata sit hæc Roma ab illa, quæ esse antehac solebat! Cùm enim, quæ de illa legimus, & quæ nunc videmus, inter se cõferimus: aut ludibrium, quod veteres scripserunt, aut somnium, quod aspicimus, esse censemus. NIHIL aliud nunc spectandum Romæ obuersatur, quàm vt videas iustitiam opprimi, rempubl. impotenter vexari; mendacio licentiam (palmamq;) dari, veritatem (expelli &) abstrudi; satyricos tacere, assentatores loqui; seditiosos dominari, pacificos seruire, & quod super omnia pessimumq; omnium, benè cum malis, malè cum bonis agi. Execramini ergo filij mei terram, vbi boni plorandi causam, mali ridendi licentiam habent.

374 *Equidem cùm multa habeam dicere; quomodo dicam, non reperio. Est enim mediusfidius tam misera reipubl. facies, vt sapientissimus quisq; bellum potius Africæ, quàm pacem Romæ inuideat. IN bello enim legitimo videt quisque, à quibus cauere sibi debeat: in pace verò mala, cui se credere debeat, ignorat. Cùm sitis autem filij ciues Romani; qualis iam Roma sit, vobis exponã. Virgines, mihi credite, Vestales viuunt, dissolutè; obliuione iam sepulta est Deorum religio; de bono reip. nemo est, qui cogitet; nulla exercitiorũ militarium memoria;*

Semper apud solicitos in deterius prona persuasio est. Fab decl. 11.

Dignum est compensari prolixo gaudio seram solutionem. Sym. 5. 10.

Caritatem ipsa pericula augent. Plin. 5. ep. 19.

Amicos incolumes cogitare melle ac placenta frui est. Sen ep. 63.

Affectio omnis impatiens etiam iustæ ac legitimæ tarditatis. Sym. 5. 28.

† *prosperitate.*

πόθ' ὅστις ἡδὺς ἢ πικρὸς φίλων φίλοισιν αἰῶνα κραίνῃ. Eurip. Helen.

Longa omnia credunt, qui simul esse volunt. Auson.

Est suspensum & anxium, de eo, quem ardentissimè diligas, interdũ nihil scire. Plin. 6. ep. 4.

Du pais naturel la douceur nous attice,
Et chacun de son feu la lumiere desire. Ronsard. 6. 69.

πατρίδος ἥδομαι αὐδησάσης, ἐ πάντας αὐδᾷ· ἀγαλλόμεθα. Epigram. lib. 5.

Nemo patriam, quia magna est, amat, sed quia sua. Sen. ep. 66.

Omne solum forti patria est. Ouid. fast. lib. 1.

Ea vrbe cares, in qua nihil est, quod videre possis sine dolore. Cic. 7. ep. 3.

Vetus disciplina deserte, noua inducta. Vell. li. 2.

Misera ciuitas, verè misera mater; vix vno tempore à timore luctuum conquieuit! Oros. 4. 12.

Euersi mores; regnat nequitia; in deterius res humanæ, & in omne nefas labuntur. Sen. 1. benef. 10.

Quis tam duro ingenio natus est, vt multorum curis doloris vacuus interfit. Symm. 5. 12.

Potentissimi vilissimo quoq; quasi piaculari dato alienis pœnis elabũtur. Plin. 1. ep. 6.

Animus, quod perdidit, optat, atque in præterita sẽ totus imagine versat. Petron. pag. 97.

Olim virtutis modestiæque; tum procacitatis & petulantiæ certamen erat. Tacit. Histor. 3.

Fortuna cum his potissimùm diuersatur, quos procul, si videret, fugere deberet. Apul. li. 7. asin.

Plerunq; improbi & numero & conspiratione sunt potentiores quàm boni; vt ad eos superandos non tam virtus sit, quàm felicitas necessaria. Lactan. 6 6.

Fraus & dolus obscura, coq; ineuitabilia. Tacit. histor. 4.

Magis quid vitaret, quàm cui fideret, certus. Idem. hist. 3.

Incitantur à paucis, qui viciorum scelerumque impunitate sperant peccare cum plurimis. Veget. 3. 3.

Non minus nobis pugna cum moribus, quàm cum hostibus. Fab. declam. 3.

Ὅπου ὁ χείρων τἀγαθοῦ μεῖζον σθένει, / κοὐκ ἀφίνει τὰ χρησὰ, κ' ὡ δίκαιος κρατεῖ, / τύχας ἐγὼ τὰς ἀνδρὸς ὃ σέβω ποτέ. *Sophocl. Philoct.*

Quàm quisq; pessimè facit, tam maximè tutus est. Sal. Iugurth.

Non ibi consistunt exempla, vnde cœperunt. Vel. lib. 2.

O miseri, quis gloria summa dedecori est! Sili. lib. 12.

Αἱ πόλεις ἀφ' ὧν ἀθανασίαν κατεμένυσι δι' ἃς παρὰ τῶν ἀνθρώπων, κ' δι' ἃς παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίας. *Isocrat. de pace.*

† *promerentur apud. G.*

Non murorum, sed morum munimenta atq; ornamenta ceciderunt. Aug. 2. ciuit. 2.

Inanes flatus quorundam vile esse, quicquid extra vrbis pomœrium nescitur, putant. Ammian. 14.

Priuatarum cupiditatum caussa commodum Reip. proditur. Dio. lib. 44.

Quàm turpe, si ordinatio euersione, libertas seruitute mutetur? Plin. 8. epist. 24.

Dum sua quisque priuatæ rei consulet, communem vniuersorũ perdet. Dion. lib. 6.

Romæ vt in capite mundi morborum acerbitates, celsiùs dominantur. Ammia. 14.

Vrbis ruina penates omnes secum trahat, necesse est. Val. Max. 5. 5.

Lo desir, l' auarice, & l' erreur insensé
Ont sans dessus dessous le Mondes renversé
Ronsard. 9. p. 8.

Obra de commun, obra de ningun. Adag.

† *Vehementer amplifico. G.*
* *debetis.*

Vrbium status non tam murorum ambitu, quàm ciuium claritate taxandus est. Sidon. 7. ep. 9.

Tantum ex publicis malis sentimus, quãtum ad priuatas res pertinet. Liu. lib. 30.

Mala animi, mala vitæ, mala morum tam magna sunt, vt his doctissimi viri, etiam stantib. vrbib. resp. perire confirment. Aug. 2. ciu. 16.

Boni ciues grauius aduersa ferunt, quæ non vident. Symm. 2. 7.

Nimis dulcis est recordatio patriæ, quæ in hostili terra probatur existere. Cassiod. Psal. 137.

De loco peregrinationis proprij domicilij crescit affectus. Idem. ibid.

Ἀνδρὶ, καὶ ναυτιλλομένῃ καλῶς, σὺν ἐστὶ θρέψαι θ' ἥδιον πέδον. *Eurip. Stob.* 550.

Cuncta ex longinquo in deterius aucta afferuntur. Tacit. annal. 2.

Natura accipiendi spiritus & reddendi eodem momento temporis legem dedit. Val. Max. 5. 10.

† *inermes.*

nemo est, qui pupillis & viduis patrocinetur; administrandæ iustitiæ curam nemo suscipit; nullus est dissolutionis iuuenum (finis aut) modus; postremò ROMA bonorũ quondam omniũ domicilium, spelunca nunc (facinorosorum &) latronũ est. Itaq; ne Romæ genitrici nostræ præsentissimũ impendeat grauissimæ ruinæ periculũ, vehementer metuo. Neq; temere ruinam fore dico grauissimam. HOMINES enim & vrbes de fastigio deturbati felicitatis, multò maius † transmittunt ad posteros dedecus, quàm ipsi acceperunt à maioribus gloriam.

At cupido forsan vos incessit, filij, visendi muros & ædificia Romæ! Nam QVÆ primùm pueri in tenera vident ætate, ea tum ardentius amant, tum memoriâ firmius retinent. Sed cùm & ruinis perierint ædificia antiqua, & à paucis noua excitata sint: visendi ea desiderium vos velim deponere. Etenim ANIMI nobiles & mites erubescunt spectatum venire ea, quibus mederi non possunt.

*Nolite arbitrari filij, Romam, etiamsi in moribus detrimentum acceperit, ædificijs saltem accessionem adiunxisse. Scire enim vos, si fortè nescitis, volo, neminem esse, qui labentes muros renouet; neminem, qui ædes ruinosas erigat; neminem, qui vias cœnosas detergeat; neminem, qui pontes fluminis impetu ruptos, reficiat; neminem, qui vitiata antiquitatis monumenta instauret; neminem, qui fontes oppressos inuestiget; neminem, qui nemora cæsa custodiat; neminem, qui senescentibus arboribus plantaria substituat; neminem, qui vias interruptas sternendas curet; fundi publici si alienentur, neminẽ esse, qui asserat. Omnino NIHIL hodie peiore loco Romæ est, quàm ea, quæ Reip. nomine continentur. Quæ omnia etsi ego, filij, † magni (vt par est) æstimo; vos tamen parui * potestis pendere. Hoc enim duntaxat MAGNI æstimandum, & guttis perpetuò cruentis deplorandum est, nempe quòd ædes quidem Romæ frustillatim corruunt; vitia verò cateruatim irrumpunt. O miseram matrem nostram Romam! quæ quanto longius progreditur, tanto minus habet murorum veterum, tantoq; magis nouis cumulatur vitijs.*

Fortassis, filij, cùm ad Africæ limites in præsidio sitis collocati, libido vos (& cupiditas) inuasit videndi cognatos, quos Romæ habetis; quod quidem minimè miror. AMOR enim (natalis soli) à natura nobis insitus, nullo regionum exterarum interuallo adimitur. Quotquot istinc veniunt, nullum ad nos afferunt nuncium certiorem, quàm de multitudine eorum, qui istic vel moriuntur, vel occiduntur in Africa: Quem nuncium cùm istinc ad nos mittatis; non est quod dissimilem à nobis hinc mittendum expectetis. EA quippe MORTIS est licentia, vt armatos in bello trucidet, & † imparatos (inopinantesq;) in pace perimat. 375

Mortua

Mortua est, quod scire vos velim, Lucia soror vestra; excessit è viuis Drusus auunculus vester; diem suum obiit Syluanus vester consobrinus; naturæ concessit Torquatus vicinus noster: huius vxor, consobrina nostra, & tres filiæ, sobrinæ nostræ viuere desierunt: Fabius necessarius vester mortalitatem expleuit; Euander cum duobus filiis naturæ debitum persoluerunt; Bibulus, qui superiore anno publicè meo loco docuit, vitam cum morte commutauit: Tot denique & tam boni viri defuncti sunt, vt † viuere nos superstites pigeat pudeatque. Sic habetote filij omnes istos, & multos præterea, quos viuos Romæ reliquistis, nunc terra conditos à vermibus deuorari, & mihi iam diem à morte dictam, vt sepeliar. Hoc audito, si cogitaretis filij, idem vobis euenturum, quod illis accidit; satius duceretis mille annos cum mortuis plorare, quàm horam vnam cum viuis ridere.

Quoties vos magno cum dolore à me in lucem editos, multo cum labore educatos, & ex ipsis visceribus meis natos esse recordor; tanquam mater (consolandis ac subleuandis) angoribus vos meis (tanquam filios) adesse & interesse vellem. Verùm enim verò, cùm fortia maiorum facta intueor animo, quæ ad eandem posteros fortitudinem deuinciunt; æquiore tam diuturnam absentiam animo fero, dummodò equitum istic nobilium satisfaciatis officio. Malo enim, filij, audire vos equitum more in Africa viuere; quàm videre vos perditè Romæ æuum agere.

Cùm autem labores, filij, in Africa continuos sustineatis; non dubito, quin deliciarum vrbis desiderio flagretis. NEMO enim omnium tam felix est, qui vicini felicitati non inuideat. Sed neque inuidere vos improbis velim, neque vt in vitiis verse mini optare. Nam EA VICIORVM natura est, vt nunquam tantam in accessu voluptatem afferant, quin maiorem relinquant in discessu dolorem. VERA autem voluptas non in delectatione, quæ citò præterit; sed in veritate, quæ diu durat, consistit.

Magnas, diis immortalibus ago gratias pro his omnibus:
376 *Primum scilicet, quòd me sapientem fecerunt, non insipientem. SATIS enim superque fœminæ (onerosa) est sua fragilitas, etiam citra ignorantiæ notam. Deinde gratias ago diis, quòd in omnibus mihi ærumnis rōbur animi semper ad perferendas illas subministrarunt. ILLÆ enim duntaxat ærumnæ merentur appellari, quibus sustinendis patientia deest. SOLVS ille infelix in hac calamitosa vita dici potest, cui tolerantiam dij in miseriis denegarunt. Adhæc gratias ago diis, quòd LXV. vitæ, quos mihi dederunt,*

annis

ὥσπερ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν. Homer. Iliad. ζ.

Homo toties moritur, quoties amittit suos. Mim.

Inter populum frequenti strage morientem nemo considerat, se esse mortalem. Cypr. tract. 1.

Et quis non caussas mille doloris habet? Ouid. 2. remed.

Quid ad rem pertinet, quam diu vites, quod euitare non possis? Sen. ep. 93. extr.

† *videre superstites tot improbos nos.*

Τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν. πὶν νέρθε δ' ἐλθεῖς, μᾶλλον ἐπιμελοῦ δ' ὅτ' εὐχεται θανεῖν Eurip. Iphig. Aul.

Teiores morimur, quam nascimur. Sen. epist. 22.

Rerum summa nouatur semper, & inter se mortales mutua viuunt. Lucret. lib. 1.

Et pace & bello cunctis stat terminus æui. Extremumq; diem primus tulit. Sil. lib. 3.

Cum adest, quod diligitur, etiam delectationem secum necesse est gerat, Augustin. doctrin. Christ. 33.

Si abest, quod ames, præsto simulacra tamen sunt illius, & nomen dulce obuersatur ad aures. Lucret. lib. 4.

Nihil est desiderio suorum grauius. Fab. declam. 6.

Decet quemq; meminisse, ex qualibus qualis ortus sit. Dio. lib. 42.

Non est glorioſa victoria, nisi vbi fuerint laboriosa certamina: Ambr. offic. 1.

Mori satius, vitæ quam ferre pudorem. Claud. bell. Get. 451.

Fortior creditur, quem aduersa non frangunt. Veget. 3. 25.

πάντα γὰρ τὰ καλὰ καὶ παρ' ἀνθρώποις θαυμαζόμενα μετὰ πόνων καὶ κινδύνων. Diodor. lib. 19.

Μὴ φθόνει τοῖς δυτυχέσι, μὴ δοκῆς εἶναι κακός. Charet. Stob. 402.

Esse solent magno damna minora bono. Ouid. 2. remed.

Improbarum voluptatum etiam post ipsas pœnitentia est. Sen. Epist. 27.

ἡδονὴν δ' οὐ πᾶσαν, ἀλλὰ τὴν ἐπὶ τῷ καλῷ αἱρεῖσθαι χρεών. Democ. Stob. 119.

Quicquid vera ratio commendat, solidum & æternum est. Sen. ep. 66.

Pro quinq; donis diis gratias agit,

ὅσῳ ἔστι σοφίας κλῆμα πιωότερον. Menand.

1. *Pro eruditione.*

ἐ ζῶσιν οἱ τι μὴ σωιέντες σοφόν Menand. Stob. 97.

2. *Pro tolerantia.*

Μὴ εἴη αὐτῷ σοι δυσκαταπόνητον, τῷ ἀνθρώπῳ δύναται καταλαμβάνειν. ἀλλ' εἴ τι ἀνθρώπῳ δυνατὸν καὶ οἰκεῖον, τοῦτο καὶ σεαυτῷ ἐφικτὸν νόμιζε. Aurel. Imp. lib. 6.

annis ne vnam quidem horam cum infamia exegi. NON *enim queri de fortuna iure potest fœmina, quæ in omnibus ærumnis honore nunquam destituitur. Præterea diis ago gratias, quòd totis* XL. *annis, quos in coniugio & viduitate Romæ vixi, nullus vnquam vir, nulla fœmina de me querendi caussam habuit. Cùm enim tenuis redeat à fœminis ad rempub. vtilitas,* MALE *moratam fœminam vita priuari optimo iure oportet.*

Postremò gratias ago diis, quòd filios mihi dederunt, & tales quidem, quibus iucundius est militares in Africa labores ferre, quàm Romæ deliciis (ac voluptatibus) frui. Non me existimetis filij adeò omnis materni affectus expertem, vt semper habere vos ante oculos nolim. Sed cùm cogito, quot OPTIMORVM *parentum filij, duntaxat quòd indulgenter apud matres (in vrbe) fuerunt educati, perierint: fortiter absentiam vestram fero, ne vos Romæ deprauari videam.* VIR *enim famæ immortalis cupidus, etiamsi ex patria non relegetur, exilium sibi spontaneum ipse debet imperare.*

Etiam vos atque etiam rogo, filij (dulciss. charissimique) vt BONORVM *semper societatem amplectamini, & inter bonos seniorum, & inter seniores consultissimorum & experientissimorum, & inter experientes tolerantissimorum, & inter tolerantes eorum, qui mundi maximè gnari sunt. Neque verò mundi maximè gnaros intelligatis eos, qui plurima regna viderunt.* NON *enim consilij maturitas ab eo proficiscitur, qui regiones lustrauit plurimas; sed qui grauissimis iactatus est fortunæ fluctibus. Cùm ita comparatum sit, vt*

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducat, & immemores non sinat esse sui:

venit mihi in mentem suspicari, filij, fore vt necessarios fortè & amicos visendi desiderio animi semper pendeatis, animoque ita fluctuante, neque vlla tranquillitate fruamini, & equitum Romanorum deseratis officium: Si equitum strenuorum minùs fungamini officio, fore vt superiores vobis euadant 377
hostes; & hostibus bello præualentibus, pessum vestræ res eant. † *Nam AB hominibus inquietis (& sollicitis) odiosa proficiscuntur seruitia. Quare magnopere vos rogo, & literis præsentibus hortor, ne Romam veniendi desiderio teneamini; quoniam paucissimos, quemadmodum dicebam, inuenietis ex iis, quos noueratis, qui non iam sint vel mortui, vel relegati, vel paupertate oppressi, vel morbo affecti, vel senio confecti, vel euersi, vel afflicti, & sorte sua parum contenti; quorum cùm mederi incommodis minimè possitis; quid visum eos venire attinet? Neque enim Romam nunc quisquam venit,*

Non habemus vllum, nisi ab impatientia dolorem. Fab. decl. 11.

3. *Pro dignitate.*

Dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem. Cic. pro Quinctio.

4. *Pro conuersatione laudata.*

θηλειῶν ἀρετὴ σώματος μὲν κάλλος καὶ μέγεθος, ψυχῆς δὲ σωφροσύνη καὶ φιλεργία ἄνευ ἀνελευθερίας. *Arist.* 1. *Rhetor.* 5.

Ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι. *Sophocl. Electr.*

5. *Pro filiis bene moratis.*

Mutter trew ist immer new: Prouerb.

τοῖς γενναίοις τό, τ' αἰσχρὸν καὶ τὸ χρηστὸν εὐκλεές. *Sophocl. Philoct.*

Inimica virtutum voluptas. Fab. declam. 13.

Turpe est maiorum virtutes dedecorare. Dion. lib. 11.

οἱ φιλόπονοι καὶ συννετοὶ, κἂν ὅποι ποτὲ ἔλθωσιν, εὐποροῦσι, καὶ διάγουσιν ἀνενδεῶς. *Muson. Stob.* 559.

φιλοπόνηρον οὐ χρὴ εἶναι, οὐδ' ὁμοιοῦσθαι φαύλῳ. *Aristot.* 9. *ethic.* 3.

Ad virtutem aut vicium permagni refert, cum quibus consuescas. Nazi. orat. 24.

ξένος κόσμου ὁ μὴ γνωρίζων τὰ ἐν αὐτῷ ὄντα, καὶ τὰ γιγνόμενα. *Aurel. Imp. lib.* 4.

Cum his versare, qui te meliorem facturi sunt. Sen. epist. 7.

ἀνὴρ πέπειρος, τέλειος, ἀκολάκευτος προεστάναι δυνάμενος καὶ τῶν ἑαυτοῦ καὶ ἄλλων. *Aurel. Imp. lib.* 1.

Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt. Hor. 1. epist. 11.

Parentibus & patriæ nos primum natura conciliat. Cic. de arusp. resp.

Ouid. 1. *Pont.* 4.

Animus eius non potest esse in audaciam pronus, qui diuersa fuerit cura solicitus. Cass. 1. 17.

Quod inuitus, ac necessario quis facit, neq; diu neq; diligenter facere potest. Cic. pro Ros. Amer.

Nemo accipit remunerationem eius rei, quam inuitus agit. Ambro. 1. Cor. 8.

* *quæ res tristitiam vobis afferre poterit & efficere, vt tædiosa sint vestra seruitia.* G.

Vtor temporarie omni terra quasi patria, quia quæ vera est in terra penitus non est. Oros. 5. 2.

Μέγιστον εἰς τὸ καθορθοῦν ἐφόδιον, ἡ φιλία τοῦ πράγματος. *Synes. epist.* 57.

Necesse est mentem illo tendere, quo desiderio trahitur. Philo de fortitud.

venit, nisi vt cum viuis lamentetur, vel ob defunctos ingemiscat.

Equidem haud scio, filij, quid delitiarum Roma habeat, quarum gratia relinquenda sit vlli bonorum Africa. Nam si hostes istic habetis; hîc nobis amici desunt, quod grauius est. Si deliciis istic caretis; nos hîc abundamus molestiis, quod deterius est: Si istic gladius est, qui corpus perimit: hîc lingua est, quæ famam iugulat, quod peius est: Si vos latrones istic Africani infestant; hic Italici nos adulatores affligunt, quod tristius est. Postremò cum video, quæ hîc oculis obuersantur, & quæ istinc afferuntur audio; bellum vestrum laudare me dico; & pacem nostram detestari Quòd si magni æstimatis, quæ dixi; pluris æstimate, quæ dictura sum, nempe, quòd de vobis semper audimus, victores vos esse Asiorum, & de nobis semper audietis, nos à viciis esse conculcatos. Quare si verè mater sum, MALIM vos videre memoria illustres immortali inter exteros, quàm infamiâ inter ciues publica notari.

At fortassis spes luculentam cernendi hæreditatem, incentiuum vobis est desiderij Romam veniendi! Quod si in mentem vobis venerit; recordamini filij, patri vestro parum superfuisse, dum in viuis ageret; & matri vestræ deesse multum, dum vidua sum; & quemadmodum nullam ab illo nisi armorum hæreditatem accepistis; ita nullam à me, præterquam librorum, hæreditatem vobis expectandam mementote. MALO enim præclara liberis vitæ agendæ documenta, quàm interitus instrumenta, diuitias relinquere. Non sum diues, neque vt diuitiis affluerem laboraui, hac impulsa ratione, quòd MVLTOS vidi ciuium nobilium filios flagitiosam Romæ vitam agere, hanc vnam ob causssam, quòd cùm defixos tantùm haberent oculos in hæreditatem à maioribus obuenturam; immissis habenis ad vicia præcipites ferebantur. RARISSIMÈ enim præclara solent patrare facinora, quibus à pueris luculenta obuenêre patrimonia.

378 *Quod cùm ita sit, vt reuera est, non me inuigilaturam, sicut alij peruigilant, cogendis pecuniis (thesaurisque) dico: Sed si quas haberem pecunias, † in ignem potiùs illas conijcerem, quàm vobis darem. MALO enim filios meos pauperes & virtute præstantes in Africa, quàm diuites & viciis coopertos Romæ agere.*

Non vos fugit, filij, legem Tarentinis vsitatissimam fuisse, vt nullam acciperent filij à parentibus hæreditatem, præter arma, quibus pugnarent; & filiæ solæ omnium facultatum ex asse hæredes essent, vt maritos nanciscerentur; quæ lex profectò fuit æquissima (& præclarissima.) DE FILIO quippe, qui spe iam patrimonium deuorauit, non est quod

Quien en diuersos lugares el pensaimento pone, en ninguno lo tiene iunto. Cel. pag. 36.

Non tam fugisse cauendo aduersa egregium, quam perdomuisse ferendo. Sil. lib. 6.

Plus togæ læserunt rempublicam, quam loricæ. Tertul. de pallio.

Chi va alla guerra, mangia male è dorme in terra. Adag.

Quid necesse est vitam efficere deplorando miseriorem? Cic. Tusc. 1.

Misera pax vel bello bene mutatur. Tacit. annal. 3.

Quasi ventis vndique sæuientib. paruis maxima, ima summis orbe toto miscentur. Aurel. Vict. 33.

Grassandum ad clara periclis. Sil. lib. 1.

ἐ γὰρ ἔστιν ζωὲ ἄμεμπτος κείνοισιν, ὅσσων μέγα κῦδος, ὄνειδος ἀμφιγάνυ. *Coint.* 13. 287.

Victores gentium luxuria vicit. Macrob. 3. Satur. 18

Gloria inter domesticos frigida. Tert. de habit. mulieb.

Non tam paruos terminos posuit natura famæ, quam patriæ. Sid. 7. ep. 9. concion.

ἁ τὸ πένεσθαι κακὸν φύσιν αἰσχρὸν, ἀλλὰ τὸ λῆμα αἰσχρὸν εἰσιὸν πένεσθαι ὄνειδος. *Apollo. Stob.* 771.

Nemo potest ex eo, quod non habet, prodesse alteri Augustin. doctrin. Christ. 3 10.

Antiquior possessionibus gloria. Cic. diuin. 1.

Iucunda dilatio est, quæ simul plurima bona restituit. Sym. 3. 24.

Satis habeo, si tenues res meæ nec mihi pudori, nec cuiquam oneri sint. Tacit. annal. 2.

Magnus est ille, qui in diuitiis pauper est: sed securior, qui caret diuitiis. Sen. ep. 20.

Maiorum gloria posteris quasi lumen est; neque bona, neq; mala eorum in occulto patitur. Sal. Iugurt.

Σκαιὸν τὸ πλουτεῖν, κἄλλο μηδὲν εἰδέναι. *Eurip. Stob.* 765.

Diis diuidenda hæreditatis aut discordiæ implacabilis, aut concordiæ perpetuæ est principium. Plut. de frater. amor.

In mare gemmas, aurum & inutile, summi materiã mali mittamus! Hor. 3. od. 24.

κακὸς πένεσθαι κρεῖσσον ἢ πλουτεῖν κακῶς. *Anti. h. St.* 775.

† *in mare cum philosopho. G.*

Non est corona, nisi vbi fuerit difficilioris lucta certaminis. Amb. Psal. 118.

Vita ignobile lethum belligeris in pace mori. Sil. lib. 2.

Lex Tarentinorum.

Lycii hæreditates filiabus, non filiis relinquunt. Stob fol. 471.

De bonis paternis maximum atq; honoratissimum amicitia fratris & fides. Plut. de frat. amor.

Diuitiæ militis auaro potius hosti præda optabilis, quam vlla ad vincendum strenuo mora. Val. Max. 9. 1.

Πολὺ λῴϊόν ἐστι ϑαρσαλέως ἀπολέσθαι μᾶλλον κλύοντα, ἢ φυγόντας ζώειν ἀλλοδαποῖσι παρ' ἀνδράσιν αἰσχρὰ ἔχοντας. *Coint.* 2. 39.

Ἄμεινον ἡ ὁμόνοια, καὶ τὸ συμφρονεῖν ἀλλήλοις. *Nazi. Stob.* 267.

Discordia inuidiam ingenerat & obtrectationem, morbos turpissimos & familiarum, imò vrbium pestes. Plut. de frater. amor.

Quem alienum fidum inuenies, si tuis hostis fueris? Sal. Iugurt.

Τὴ φύσει οἰκεῖον ἕδεις κακῷ ἀλλότριον ποιεῖ. *Stob. fol.* 694.

Nefas nocere vel malo fratri puta. Sen. Thyest. 2.

Vbi pertinax intercedit odium, alter alteri quam vterq; contrariis castris certior hostis proficiscitur. Val. Max. 7. 1.

Nil dissociabile firmum est. Prudent. psychom.

Si exercitum ex amicis scribere liceret; multò pauciores facilè plures hostes profligarent. Simplic. Epict 37.

In dissensione nulla salus. Cæsar lib. 5.

αἱ συμφοραὶ προσαπτέαι, ἢν αἱ νῆσοι σωτηρίαν ἔχωσι, καὶ βραχὺ ἐόντα, μακρὸν δοκέειν εἶναι ποιεῦσι τὸν βίον. *Herodot. lib.* 7.

Κρεῖσσον εἰσέπαξ θανεῖν, ἢ τοὺς ἀπάντας ἡμέρας πόρρω κακῶς. *Æschyl.*

Omnes homines oportet aut immortalitatem suam, aut mortalitatem cogitare. Plin. 8. epist. 3.

Speculum intuens indecora canis depone, & de morte aliquid cogita. Sen. 1. nat. quæst. 17.

Οὐ τῷ μακρῷ χρόνῳ πολλὰ μὲν ἐστι ἰδέειν τὰ μὴ τις ἐθέλει, πολλὰ δὲ καὶ παθέειν. *Herod. l.* 1.

Durior est conditio spectatæ virtutis, quam incognitæ. Benefacta pro debitis exigimus. Brut. ep. 16.

τῆς εὐδαιμονίας μέρη εὐτεκνία, πολυτεκνία, εὐγηρία. *Aristot. Rhetor.* 1. 5.

Latum patri, quod comparatus filio suo vincitur. Plin. paneg.

Οὐκ ἔστι πρὸς τοῦτο κάλλιον γέρας, ἢ παῖδος εὐδλῆ κἀγαθῆ πεφυκέναι. *Eur. Sto.* 692.

Videri, quem sequi, cuius debeas implere vestigia. Plin. 8. ep. 13.

εὐγνώμονες παῖδες μεγάλα ποιοῦσι τὰ τῶν πατέρων ἐγκώμια. *Stob.* 691.

Tutissimum in expeditionibus creditur, facienda nesciri. Veg. 3. 6.

Arcanum plurib. aurib. quam vni commissum multifariam erumpit amissoq; arcani nomine fama celebris dici debet. Nic. Greg. 4. cap. 16.

Nihil est tam capax malignitatis sermonumq;, quam bellum. Fab. declam. 2.

quod spem parentes bonam habeant. IS enim demum BONVS dici potest eques Romanus, qui vita gloriam peperit, & opes lancea comparauit.

Cùm autem in regnis versemini exteris; etiam vos atque etiam obtestor, vt fraterno inter vos animo viuatis, memores semper filios vos meos esse, meis vtrunque vestrum vberibus nutritum, & quo die vestram audirem discordiam, illum diem extremum vitæ meæ futurum. MAIORI enim ciuitati detrimento sunt intestinæ duorum consanguineorum inimicitiæ, quàm hostium copiæ. Cùm autem vos concordiam inter vos alere bonum sit; omnibus vos reliquis equitibus Romanis concordiâ coniunctissimos esse necessarium est. NISI enim mutuus inter vos amor in bello conseruetur; nunquam de hostibus victoriam reportabitis. PERNICIOSIORES enim magnis exercitibus sunt dissensiones intestinæ, quàm ipsi, cum quibus bellum gerunt, hostes.

Credo sanè, filij, anxiè vos cupere, quid agam cognoscere, nimirum, rectè an secus valeam; diues sim, an egena; æquo animo, an iniquo sortem meam feram? Quod quidem haud video, quid vestra magnopere interfit scire, cùm coniecturam capere facilè possitis ex laboribus, quos cepi, & ærumnis, quas oculis meis vidi, mundi me huius saturam esse. Verissimè enim HOMINES cordatos, post quinquagesimum vitæ annum, potiùs cogitationibus de excipienda morte, quàm quærendis ad prorogandum vitæ spacium deliciis voluptatibusque fatigari decet.

Quæ est NATVRÆ humanæ fragilitas, delicatè tractari semper vsque ad tumulum desiderat. Et ego cùm carne & ossibus constem, labores, perinde atque cæteri mortales, sentio. Veruntamen NOLITE arbitrari in valetudine aduersa aut paupertate summum esse supplicium; NOLITE item cogitare in valetudine prospera aut diuitiis summam esse gloriam. NON n. alia est senum parentum gloria, quàm filios videre virtute excellentes. Me quidem iudice MAXI- 379
MA in societate ciuili gloria est, si parentes eiusmodi filios habeant, qui rectis parentum (monitis parere &) consiliis vti norint; & vicissim si cordatos filij parentes habeant, qui consiliis (præceptisque) ipsos instruere rectis possint. NIHIL enim felicius filio, qui patrem habet sapientem; nihil felicius patre, qui filio caret fatuo.

Crebriores quidem, filij, ad vos scribo literas; sed lege cautum Romæ est, ne quis ad viros stipendia merentes literas mittat, nisi in diarium illæ prius Senatus referantur. Et licèt ego crebriores, quàm illi vellent, epistolas scribam; pauciores tamen illi, quàm ego optarem mittunt.

Quæ

Quæ lex etsi matribus, quarum filij peregre militant, moleſta eſt; bonam tamen illam eſſe negare non poſſum. Si enim ſtipendia in bello merentium res domi arctas aut perditas ſignificetur; cupiet is relicta militia ad opitulandum aduolare. Sin ſaluas & amplas; cupiditas inuadet reuertendi, vt ijſdem fruatur. Quare non ægrè feratis filij, ſi non omnes meæ in manus veſtras veniunt. Neque enim ego propterea ceſſo pro ſalute veſtra templa viſitare, multaq; (pro honore veſtro) dijs offerre ſacrificia. SI enim DEOS habeatis propitios, non eſt quod hoſtes in bello formidetis.

Quod reliquum eſt, filij, Deos immortales precor, vt ſi vita veſtra emolumento reipubl. futura eſt; de diebus meis adimant, & veſtris addant: Sin vita veſtra detrimento futura eſt reipublicæ; eoſdem deos immortales rogo, vt prius vitæ veſtræ finem audiam, quàm mea vermes ſibi vendicent viſcera. Nam maiorum noſtrorum ſi periclitaretur gloria; damnum ingens foret: at vitam ſi amitteretis; iactura eſſet leuiſſima. Ad extremum deorum vobis immortalium fauorem, famam inter homines † ſempiternam, indulgentiam fatorum perpetuam, fortunam Romanorum, ſapientiam Græcorum, proſperitatem Scipionum omniumq; auorum & proauorum precor.

Inter caſtrenſes curas locum officia ociosa non habeant. Sym. 3. 70.

Inter caſtrenſes curas locum officia ociosa non habeant. Sym. 3.70.

πρὸς ἀδρὸν, δ' ἐν τῷ οἴκοθεν λέχας πονηρὰς τὴν κακόστομος φιλεῖ. *Eurip. Iphig. Aul.*

In quo exercitu milites & Imperator rumoribus vulgi circumaguntur, ibi nihil ſalutare eſt. Liu. lib. 44.

Mens deuota prĕliis non debet aliis cogitationibus occupari. Caſſiod. l. 17.

Non eſt in carendo difficultas, niſi cùm eſt in habendo cupiditas. Auguſt. 3. doctr. Chriſt. 18.

Deorum beneuolentia humanis viribus eſt præſtantior. Dion. l. 8.

Iuſto magis exaudita parentis vota precesq; malæ. Stat. Theb. 11.

Deme meis annis, & demptos adde parenti. Ouid. metam. 7.

Nunquam non felicem me dicam quæ Gracchos peperi. Sen Helu. c. 16.

Plus terrentur natura parentes in liberorum contumelia, quàm in propria. IC.

† *bonam.*

Inſania eſt filiorum gratia in multis aliis occupatum eſſe, illorum autem educationem negligere. Plato. Euthydem. extrem.

In ſolo fœcundo plus cultor, quàm ipſa per ſe bonitas ſoli efficiet. Fab. 2. c. 20.

Ζηλωτὸς, ὅς τις ἠυτύχησεν εἰς τέκνα, κὴ μὴ πόνοισι συμφορὰς σκήπτεσθ. *Eurip. Oreſt.*

Plerique ſe incuriâ diſciplinæ ita omnibus erroribus deprauarunt, vt poſſit videri nullum animal in terris homine poſtremius. Apul. de Deo Socr.

Non videbit autumnus rami fructum, cuius flores ver non vidit. Petrarch. Senil. 11. ep. 7.

Nihil dignius, quàm vt homo ſit ſui autoris imitator. Leo. ſerm 5. quadrag.

Quicquid homo extra (ſcripturam) dicerit, ſi noxium eſt, ibi damnatur; ſi vtile eſt, ibi inuenitur. Aug. 2. doctr. Chriſt. 42.

Satis Deum coluit, quiſquis imitatus eſt. Sen. ep. 95.

Sapiens pediſequus & imitator Dei. Apul. de philoſoph.

Difficilius eſt conſeruare res, quàm parare. Dio. li. 44.

Temporale quid plus diligitur, antequam habeatur; vileſcit autem cum aduenerit: æternum adeptum diligitur adeptum, quã deſideratum. Aug. 1. doctr. Chriſt. 38.

Facilius eſt quædam vincere, quam tueri. Curt. li. 4.

Difficilius præſentia bona tueri, quam abſentia adipiſci. Nazi. orat. 44.

Facilius parta tueri, quàm adipiſci quicquam: ad hoc enim labores & pericula requiruntur; illud curam tantùm mediocrem deſiderat. Dio. li. 52.

CAPVT XXXVII.

Agit in genere de liberorum educatione, quo tempore magiſtris in diſciplinam tradendi ſint, & quantum interſit parentum rectè liberos educari: (quod vt oſtendat autor, plures refert hiſtorias inſignes, in primis patris & filii apud Philoſophum litigantium; illorum querelas, huius ſententiam commemorans.) Caput eſt cordatis parentibus & ſtultis liberis diligenter notandum.

380 QVicunq; mortales & laborare, & præclarum ſui laboris fructum percipere expetunt; in ſuo labore æternum illum in adornando mundo architectum imitari debent. HOMO enim, qui DEVM actionum ſuarum directorem ſtatuit, fieri non poteſt, vt (falli aut) errare in illis poſſit. Hoc & fide certa perſuaſum habemus, & ſacris docemur literis, quòd opifex ille æternus ſpatio mundum breuiſſimo ſua potentia condidit; ſed longiſſimis eundem temporibus ſua ſapientia conſeruat. Vnde BREVEM aliquid faciendi laborem; at diuturnam conſeruandi illud curam (cogitationemq;) eſſe

Quiduis citiùs dissolui posse videmus, quàm rursus refici. Lucret. lib. 1.

Parari singula acquirendo faciliùs, quàm vniuersa teneri possunt. Liu. lib. 37.

Δεῖ φιλεῖν ἐκεῖνον, ὃν θεὸς φιλεῖ. *Pallad. Stob.* 404.

ἐν πεδίῳ δ' ὤκιστα διακρινέει μένος Ἄρης. *Coint.* 6. 55.

Imperfecta dicitur lex, in qua nulla deuiantibus pœna sancitur. Macrob. 2. Somn. extr.

Δύο παιδεύονται τοὺς νέους, ἥτε τῶν ἀδικούντων τιμωρία, καὶ ἡ τοῖς ἀγαθοῖς διδομένη δωρεά. *Lycurg. contr. Leocr.*

Habet vt in ætatibus autoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas. Cic. orator.

Legati & oculi & aures regnorum sunt. Guicc. pag. 430.

τῆς ἀρετῆς οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον, οὐδὲ βεβαιότερόν ἐστιν. *Isocr. ad Demonic.*

Ciuitas non in ædificiis, sed in ciuibus posita. Iustin. 2.

Ædificatio non ad libidines indomitas; sed ad fructuum facienda rationem. Varr. 1. re. rust. 13.

Χαλεπῷ δ' ἔργματι κῦδος ἔχει. *Theog.*

El que azlos malos publicos perdona, la republ. estraga y inficiona. Arauc. 320.

Exigua ratis densis compacta clauis grauius onus gestat, quàm nauis amplissima reuulsas habens compages. Nazi. de beatit.

Quæ incuriosè transmittuntur à legentium plebe, non carent profunditate. Macrob. 3. sat. 7.

Cunctarum nouitas gratissima rerum. Ouid. 3. Pon. 4.

Imperitorum oculi omnia subita, quia caussas non nouêre, mirantur. Sen. ep. 88.

Eadem facta modò diligentiæ, modò vanitatis, modò libertatis, modò furoris nomen accipiunt. Plin. 5. ep. 21.

Quien la maldad no evita, la consiente. Arauc. 320.

Sperienza, madre de scienza. Adag.

Multò plura reperiuntur apud veteres, quæ nobis probanda sint, quàm quæ repudianda. Colum. 1. c. 1.

Iudicij medicinam expetunt, qui negotium criminale parturiunt. Sidon. 6. 4.

Maligna mens non potest nisi timore à viciis facile reuocari. Ambr. Rom. 4.

Non illud modò bonum, vt sint leges: sed etiam vt irrogatæ sint earum contemtoribus pœnæ. Imp. Nouell. 161.

Χείροσι νόμοις ἀκινήτοις χρωμένη πόλις κρείσσων ἐστὶν, ἢ καλῶς ἔχουσιν ἀκύροις. *Thuc. lib.* 3.

colligitur. Vsu crebrò venit, vt dux strenuus (vrbe potiatur vel) prælio dimicet, & victoriam tandem, Deo iuuante, consequatur. Iam si quæramus ex victore illo, vtrum fuerit laboriosius, aut periculosius, reportare scilicet de hostibus victoriam, an partam illam inter inuidos ac maleuolos conseruare! Iurare ausim iuraturum bellatorem eiusmodi, non esse laborem alterum cum altero conferendum. VNA quippe horâ gladio victoria cruento paratur; at eadem vt illibata conseruetur, tota illi vita sudandum est.

Laërtius in libro de vita philosophorum refert, cuius & Plato ille diuinus in libro de repub. meminit, Thebanos, audito Lacedæmonios leges habere optimas, quarum beneficio & apud deos gratiosi, & inter homines honoratissimi erant; (communibus suffragijs) decreuisse Philosophum illuc mittere, magni inter ipsos nominis, Phædonem scilicet; cum his mandatis, vt & leges à Lacedæmonijs peteret, & diligentissimè obseruaret, quales illorum essent consuetudines & ritus. Erant illis Thebani temporibus viri generosi & fortissimi, hunc sibi PRÆCIPVVM finem proponentes, vt & ædificiorum magnificentia (nominis celebritatem ac) famam consequerentur, & nominis sui memoriam virtutis excellentiâ consecrarent. Erant enim in ædificando curiosi, & ad virtutes egregijs instructi magistris.

Phædon Thebis profectus, Lacedæmone vltra annum commoratus est, scrupulosissimè omnia in illo regno introspiciens. HOMINES enim rudes spectant res, tantùm vt oculos pascant; sapiens verò eas, vt mysteria illarum penetret, contemplatur. Postquam ergo ex sententia Philosophus omnia Lacedæmone perlustrauerat diligentissimè; Thebas reuerti statuit: quò cùm venisset, vniuersus ad eum videndum & audiendam populus accurrit. Ea quippe est VVLGI vanitas, vt noua sequatur inuenta & vetera spernat. Cùm ergo omnis conuenisset populus; Phædo in medio foro posuit crucem, forcipem, gladium, flagellum, compedes, manicas: Quo facto, cùm vniuersi Thebani non minus offenderentur, quàm obstupescerent; in hanc sententiam verba fecit.

Misistis me Thebani ad Lacedæmonios, vt eorum leges ritusque cognoscerem. Ac sanè vltra annum ibi moratus sum scrupulosè introspiciens singula. PHILOSOPHORVM 381
quippe est non solum spectare, quid fiat; verùm etiam scire, cur fiat. Scitote ergo Thebani, hoc me responsum ex legatione referre, quòd scilicet Lacedæmonij huic cruci affigunt fures; hoc gladio proditores feriunt; hac forcipe torquent (blasphemos & mendaces) blaterones; hoc flagro cædunt errones vagos; his compedibus vinciunt seditiosos; his manicis ligant aleatores. Postremò non me scriptas leges vobis afferre; sed

re; sed legum conseruandarum instrumenta apportare dico. Cumq; Thebani hoc spectaculo attoniti, cogitare illum iuberent, quòd Lacedæmonem non ad afferenda vitæ tollendæ instrumenta; sed ob bonas regendæ reip. leges missus foret: Respondens Phædon; Vos quidem Thebani, inquit, si tantundem, quantum nos philosophi, sciretis; quàm longè à vero vestræ exorbitent rationes, videretis. Non enim tam virtute excellunt Lacedæmonij propter leges, quas mortui tulerunt; quàm ob conseruandi illas, quam viui inuenêre, rationem. LEGVM.n.autoritas in exequendis potius & conseruandis illis, quàm in condendis & constituendis consistit. Nam LEGES dare procliue est; easdem verò exequi arduum. Et qui illas ferant, mille inuenias, qui exequatur, ne vnum quidem.

Etsi autem exiguum est, quod scimus, qui nunc viuimus, si cum ijs, quæ sciuêre veteres, conferatur: tamen pro intelligentiæ meæ tenuitate non minus præclaras me vobis Thebanis leges, quàm Spartani habent, profiteor daturum. QVID enim facilius, quàm bonum statuere? quid vulgò receptius, quàm malum sequi? Verùm QVID prodest, si sit, qui leges sanciat; nec sit, qui intelligat? si sit, qui intelligat; nec sit, qui exequatur? si sit, qui exequatur; nec sit, qui conseruet? Si sit, qui conseruet; nec sit, qui custodiat? si sit vnus, qui eas custodiat, & mille, qui eas (vituperent &) contemnant? INFINITIES enim plures sunt, qui bono obmurmurent, quàm qui malo detrahant & contradicant.

Offendimini Thebani istis, quæ attuli, instrumentis. Sed mihi credite, SI CRVCEM gladiumq; ad conseruandum id, quod ordinatum fuerit, recusaueritis: tabulas quidem legibus plenas; at rempubl. vitijs refertam habebitis. Plures enim, ita me Deus amet! Thebani sunt, qui Dionysii sectentur voluptates; quàm viri virtute præstantes, qui Lycurgi
382 legibus obtemperent. Si omnino Thebani scire vultis, quibus Lacedæmonij legibus suam conseruent remp. omnes eas vobis recitabo. Sin legere easdem mauultis; descriptas exhibebo; sed ea lege, vt publico vniuersi & singuli iureiurando firmetis, fore vt semel tantùm oculos legendis ijs † pascatis, & quotidie custodiendis pro se quisq; illis inuigiletis. MAIORI enim Principi gloriæ est vnicæ legis seruatæ custodia, quàm millenarum scriptarum promulgatio. Non est quod magni æstimetis Thebani, quòd animo estis virtutis studiosi; quòd ore virtutem quæritis; quòd pedibus ad eam ferimini: Sed hoc magni æstimetis, si quæ sit lex virtutis, cognoscatis; si cognitam mox præstetis; si præstitam conseruare nitamini. NON enim consistit perfecta virtus in actione vna, cum virtute coniuncta; sed in perpetuo conseruandæ illius * studio.

Parum est in ciuitate esse, nisi sint, qui iura tueantur. IC.

Εὐμοιρέστερον τὸ τῶν δεχθῆναι σωιζομένων πασῶν ἡγοῦν, ἢ κρατῆσαι ἀνελεῖν. *Nicet. de reb. post. capt. vrb. init.*

Quid leges sine moribꝰ vanæ proficiunt? Horat. 3. od. 24.

Taria censentur vel non esse, vel esse inutiliter. IC.

Tam diu lex manet, quàm diu causa scribendæ legis manet. Liu. li. 34.

Cùm leges institutæ sunt, non est liberum iudicare de ipsis, sed oportet iudicare secundùm ipsas. Isidor. Etymol. 2.

Superuacuus foret in studiis longior labor, si nihil liceret melius inuenire præteritis. Fab. 3. c 8.

Instituere vel reducere (præclarum exemplum) nō nisi seueri; institutum reductumve exercere etiam leuissimi possunt. Plin. 4. ep. 29.

Leges egregiæ, 'exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum gignuntur. Tacit. annal. 15.

Qui de re nefaria deliberat, id solum quærit, quomodo quàm minimum peccare videatur. Fab. 3. c. 18.

Δεῖ τὰς εὐπολιδουμένας δόξας τοὺς ἐμπεπλεύσθαι γράμμασιν, ἀλλ' ἐν τῆς ψυχῆς ἔχειν τὸ δίκαιον. *Isocr. Areopag.*

Mala multi probant, nemo improbat bona. Fab. li. 12. c. penult.

Τὸ δημόσιον ξίφος ἀφ' ἥπου, ἢ πὲ ἐν τοῖς ἀσταυρώμασι γένοιτο, πόλεως ἡγοῦ τηλοῦ. *Synes. epist.* 121.

Leges ad parietem sunt fixæ clauis ferreis. vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius. Plaut. Trinum. Stasime fac.

El premio y el castigo à tiempo usados sustentan las republicas y estados Araucan. 321.

ἐδὲν ὄφελος ἀπατηλόσεως, ὅταν ἡ ἀμοιβὴ τῶν ἔργων ἐπιδείξει μὴ συμβαίνῃ τοῖς λεγομένοις. *Chrysost. Stob.* 932.

Singulos integra re dissentire fas est: peracta, quod pluribus placuit, cunctis tuendum Plin. 6. ep. 13.

† *occupetis. G.*

Nihil in fructum peruenit, quod non à primo vsq; ad extremum æqualis cura prosequitur. Sen. 2. benef. 11.

Τὸ βίᾳ ἁρπάσαι ἀναλήψεσθαι παύσει τὸ μέρη ἁρπάσαι εἶναι δεῖ. *Socrat. Stob.* 4.

Πᾶσι ἔξεστι ἡμῖν ὑπὸ τῶν ἀρετῶν ἡλλῆλων ἔργων σωέχεσθαι & ἀΐδεται. *Arrian.* 2. 18.

Minus est laudanda incipere, quàm bonum propositum custodire. Cassiod. 8. 22.

* *sudore ac labore. G.*

Ὑπὸ᾽ αὖ σὺ πόλει νόμοι καλῶς φέρουσ᾽, αὖθ᾽ ἕνεκα μὴ καθεστήκοι δέον. Sophocl. Aiac.

Quæ ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu continentur. Fab.12.c.7.

Principis prouidentia virtutes benignè foueantur, vicia seuerè vindicentur. Valer. Max.procem.

Plures pudore peccandi, quàm bona voluntate prohibitis abstinent. Sen.ep 83.

Leuissimi cuiusq; animus facillimè terretur. Fab.3.c.10.

Duo quasi elementa virtutis; spes honoris & metus pœnæ. Plut.de lib.educ.

Salus incipientibus promittitur, & præmium perseuerantibus datur. Isidor.discip. 281.

Non laudantur in Christianis initia, sed fines. Hieron.tom.1.pag.351.

Vt aliquis libenter educationis tædium laboremq; suscipiat, exquisitis adhortationibus impetrandum est. Plin.1.ep.8.

Τροφαί δ᾽ αἱ παιδευόμεναι μέγα φέρουσ᾽ εἰς δρεπτόν. Eurip. Iphig.

Altiùs præcepta descendunt, quæ teneris imprimuntur ætatibus. Senec. Helu. 16.

Puerorum animis teneris disciplinæ facilè instillantur. Plut.de lib. educ.

Eam familiam quique ciues alant, quam cohibere à scelere & maleficio possint. IC.

πρὸς τέλος ἄπαντα δεῖ ἀπαιτεῖν. Aristot. 1. polit. 9.

Exorari in perniciem rogantium, seua bonitas est. Sen. 2. benef.14.

Sapiens non solùm quid habere: sed quid debeat esse consideret. Sidon. 8.8.

Suscipiuntur liberi non solùm patri, sed etiam patriæ; qui non modò patri voluptati, sed etiam qui aliquando vsui reipub. esse possint. Cic. Verrin.3.

Τοῖς τεκοῦσι δοῦναι τι πρέπει τις, ἀεὶ πόσιν μνήμιον ἔχων. Sophocl. Oedip. Col.

Quis non erubescat gratiam bene de se merentibus non referre, cùm videat etiam bestias refugere crimen ingrati? Ambr. 5. hexam.16.

Et discere & dediscere grati confirmatæ difficile est. Cic. pro Quinctio.

Il faut battre le fer, quand il est chauld. Adag.

Hanc ergo habuit ad Thebanos orationem Phædon, qui, vt Plato dicit, pluris verba ab ipso audita, quàm leges ab ipso allatas fecerunt. Qua quidem in parte cùm Thebani, me iudice, laudandi, (ac prædicandi) sunt; tum laudem etiam (& celebrationem) Philosophus eiusq; verba promerentur. Illorum enim scopus erat bonas viuendi leges quærere; huius verò propositum erat rationes inuenire, ad ipsos in virtutis studio conseruandos accommodatas: Vnde optimum illi visum est crucem ipsis & gladium, cum reliquo suppliciorum apparatu ob oculos ponere: cùm MALI sæpenumero à scelere potius formidine pœnæ, quam virtutis amore reuocentur. Quæ hactenus dicta sunt, non aliam ob causam huc referre libuit, quàm vt videant & intelligant omnes studiosi & virtutis amantes, quàm PARVI veteres initia, progressum & finem actionum honestarum, respectu perseuerantiæ & conseruationis illarum duxerint.

Vt autem ad rem ipsam, de qua scribere in præsentiarum instituì, accedam; quæro nunc, quid prosit, Principes ac megistanes amplissimos à Deo principatus accipere; in matrimonijs fortunatissimos esse; summa ab omnibus obseruantia coli; maximos hæredibus cumulare thesauros; & super omnia vxores grauidas, & partus postea laboribus feliciter defunctas videre; ali matrum vberibus infantes, aut nutrices ex animi sententia bonas (sanas honestasque) nanciscì? Hæc, inquam, omnia quid prosunt, nisi filij iam crescentes bonis tradantur magistris, à quibus (rectè gubernentur &) literis imbuantur; & bonis committantur educatoribus, à quibus (vitam agere suo loco dignam &) veræ nobilitatis leges seruare doceantur?

PARENTES, qui suspirijs tantùm non cœlos rumpunt, & diuos impetrandæ tantum sobolis gratia precibus fatigant, perpendere prius debebant, cur liberos expeterent. OPTIMO quippe iure denegatur, quod malo fine flagitatur. Mihi quidem OPTANDVS patri filius videtur, vt habeat, qui suam in senectute vitam cum dignitate tueatur, quique defuncti famam immortalem præstet. Sin minus hoc fine filium pater expetit, saltem optare illum 383
debet, vt suos in senectute canos honoret, suarumque post obitum hæres sit diuitiarum.

Verùm teste experientia quotidiana, RARO id filios parentibus videmus in senecta præstare, nisi honestè sint à parentibus in pueritia (edocti &) educati. NVNQVAM enim boni in autumno fructus colliguntur, nisi pulcris in vere foliis arbor frondescat. Sæpe graues parentum de filijs querelas audio, inobedientiæ illos insolentiæq; accusantium,

santium, neque cum animis suis cogitantium, illis malis semetipsos caussam præbuisse. NIMIA *quippe in pueritia indulgentia, certissimum est inobedientiæ in senectute præsagium. Equidem haud scio, cur Principes ac dynastæ cum vitæ etiam iactura laborent, vt amplas relinquant filiis ditiones; cum ex aduerso in erudiendis atque informandis filiis illos negligentissimos esse videamus: Cùm quidem persuasissimum habere debeant Principes & megistanes;* QVICQVID *in manu relinquitur hæredis improbi, pro perdito ducendum.*

Virorum cordatorum, & quibus conscientia & existimatio cordi est, potissima cura esse debet rectè educandi filios, & simul scrupulosè explorandi filiorum ingenia, sintne idonei principatuum suorum hæredes futuri. Quòd si fortè viderent parentes filios suos ad stulticiam, quàm ad nobilitatem ac honestatem (prudentiamque) procliuiores; nihil mihi videretur absurdius (& indignius,) quàm si patrem viderem honoratum optare vitam cùm molestia transigere, tantùm vt amplissimas filio stulto (& inerti) fortunas relinqueret. Pudendum profectò dictu, neque minùs aspectu monstrosum est videre, quanta sit parentum in congregandis opibus cura; quanta filiorum in iisdem (expendendis, effundendis,) dissperdendis solicitudo & festinatio! Atque hac in parte affirmare ausim vel potiùs affirmo, filium hæreditatem accipiendo fortunatum; patrem verò relinquendo illi, quæ relinquit, stultum esse.

Mihi quidem videntur obligati esse parentes ad rectè educandum filios, tum quia filij sunt; tum quia ipsorum proximi; tum denique quia hæredes futuri. Necesse enim est, CVM MAGNA *mortem vt obeat molestia, (& mœstitia,) qui malè collocatum vitæ suæ sudorem (ac laborem) relinquit.*

Dicæarchus historicus Græcus in libro antiquitatum, & Sabellicus in generali historia, dicunt, ad clariss. & antiquissimum Philosophum Solonem Salaminium veniisse quæstum patrem de filio, & filium de patre, prioremque filium accusationem in hanc sententiam apud Philosophum instituisse: Ego de patre meo queror, quòd cùm ipse dives sit, ego verò pauper; ipse meus sit pater, ego vnicus ipsius filius, viuens
384 *me abdicarit, & filium adoptiuum hæredem fecerit; quod pater meus nec debuit, nec potuit facere. Cùm enim ipsi acceptum referam, quòd naturâ sum tam fragilis; æquum est, vt opes mihi ad sustentandam (fulciendamque) naturæ imbecillitatem subministret.*

Ad hæc pater, Ego, inquit, de filio meo queror, quòd mihi non filij; sed hostis capitalis loco fuerit. Omnibus enim in-

Vtinam nostrorum liberorum mores non ipsi perderemus! Fab. 1. cap. 3.

Pueris bene educatis, omnia nobis recta nauigatione procedunt. Plat. 6. de legib.

Maximam viciorum partem affert praua à teneris educatio. Polyb. lib. 1

Quid aliud agimus docendo discipulos, quam ne semper docendi sint? Fab. 2. cap. 5.

Præstabat non nasci, quam fieri malum inopia curatoris & custodis. Plut. Erotic.

Non tantum celerius, sed etiam perfectius imbibuntur, quæ discuntur à pueris. Veget. 1. 4.

Doctoris intelligentis est videre, quo ferat natura sua quemq;. Cic. de cl. orator.

Intempestiua est illa benevolentia, nec potest probari, quicquid fit alieno tempore. Philo. de special. ll.

Ex Solis ortu statum cœli notare gubernatores solent. Liu. lib. 37.

Alius, prole lætatus, filii filiæue delictis mœstus illacrymat. Boet. 2. consol. 4.

Arctissimum inter homines procreationis vinculum. Valer. Max. lib. 7. cap. 7.

Maximum viciorum omnium signum est, quod ingratus beneficia patris filius non æstimat. Fab. declam. 9.

Ingenti ferrum ignescit ab auro: Par est vita suis. Sidon. carm. 5.

Quamuis effera proles officiis debet molliri victa parentum. Lucret. lib 1.

ἤδη πνας ἐγὼ εἶδον παῖδας, οἷς τὸ λίαν φιλεῖν ἢ μὴ φιλεῖν αἴτιον κρῆσαι. *Plut. lib. educ.*

Suus cuique cura dignus est. Fab. 1. cap. 2.

Mores tuos debes patri approbare, non patris exigere. Sen. 10. controu. 5.

Impium est, filium patri diem dicere, Plato Euthyphron.

Eis, quos amare debebas, irasci nefas ducito. Corn. Nep. vita Att.

Δεῖ γὰρ εἰδέναι τὸν ὠφελημένον ἐξ ἀμφοτέρων ἔργων καὶ παρὰ τῆς φύσεως καὶ παρὰ νόμου δικαίως φέρειν, ἐκόντα ἀποτελεῖν. *Demost. Philip. 3.*

Patri aduersari sine dedecore & scelere summo haud possumus. Plaut. Stich. Qui manet.

Scelus est odisse parentem. Ouid. Metam. 10.

Pater cedendo mitigandus. Sen. 2. controu. 1.

Δεινή τις ὀργὴ καὶ δυσίατος πέλει, ὅταν φίλοι φίλοισι συμβάλωσ' ἔριν. *Eurip. Mede.*

in rebus inde ab ipsis incunabulis semper mihi aduersatus est; ideòque illum viuens exhæredaui, & nihil mihi foret iucundius, quàm si quemadmodum ego hæreditate; ita dij vita ipsum priuarent. CRVDELISSIMA *enim est terra, quæ non viuum absorbet filium execrabilem, cuius nulla est erga patrem reuerentia (& obedientia.) Quod me dicit alium de integro filium adoptasse; id verum esse fateor. At quòd dicit se à me hæreditate priuatum, cùm sit meo procreatus sanguine; ad hoc respondeo: Non me filium meum abdicare; sed ipsius de meo labore luxuriam exhæredare.* NIHIL *enim iniquius, quàm sudore de senis patris corpore guttatim fluente, quasi balneis foueri & recreari filium adolescentem & flagitiosum.*

Huic patris orationi ita respondit filius: Neque me patri molestum fuisse inficior; & luxuriosè etiam (flagitioseque) me vixisse fateor. Sed si verum dicendum est, quòd luxuriosus malusque euasi, patris mei culpa factum, quòd me, dum puer essem, non informauit: & si propterea me abdicat, summa me afficit iniuria. PATER *enim, qui filium iuuenis non bene educat (& erudit,) iniustè eum senex abdicat. Respondens denuò pater, Verum est, fili, inquit, te à me indulgentissimè, quando paruulus eras, habitum. Sed illud quoque te non fugit, te frequenter à me & eruditum & castigatum, cum esses iam grandior: & quòd in infantia te doctrina non imbui, ideò factum est, quoniam in tenera illa ætatula disciplinæ capax non eras. At cùm ego te & doctrina & disciplina bona erudiebam; tum & capax ad præcepta ingenium, & ætas ad agendum idonea, & vires ad exercendum firmæ aderant. Nam* CVI *& habilitas & vires desunt, ei frustra docendi labor impenditur.*

Hîc rursum filius: Quia tu senex es, inquit, & ego iuuenis; tu pater es meus, ego tuus filius; tu (barba & capite) canus, ego imberbis; (tu plus habes experientiæ, vt qui plura vidisti; ego pauciora expertus fui, vt qui ætate adolescens sum:) æquissimum tibi fidem haberi, me condemnari 385
videtur. SÆPE *enim in vita communi vsu venit, vt qui autoritate minus valet, idcircò in caussa iustissima inferior discedat. Fateor, mi pater, cùm puer essem, te curasse, vt literis imbuerer: Sed non ibis inficias, si quam noxam admisissem, te non sustinuisse, vt castigarer (& plecterer;) atque inde factum, vt quia passus es me facere, quod mihi lubebat, dum puer eram; tibi euaserim inobediens, postquam factus sum grandior. Quare iure hoc addo; si (offensæ &) culpæ hac in parte arguor; culpæ profectò meæ culpâ tu non prorsus cares.* NON *enim est parentum, vt in teneris annis*

doceant

Pertinacissimum accusatorum genus victi parentes. Fab. decl. 17.

Vt amorem penitus insitum pater eiiceret, sine magnis filii peccatis fieri non potuit. Cicer. pro Rosc. Amer.

Pater tantum profuit, vt illius iam iniuria ius sit. Sen. 2. ira 30.

Ferme acerrima proximorum odia sunt. Tacit. Histor. 4.

Non habent proximorum odia regressum. Fab. declam. 17.

In eundem circulum res recurrit, vt alter labore alterius perfruatur, sudor mortui deliciæ sint viuentis. Hieron. Eccles. 2.

Absurdum est alium sentire commoda, quorum onera alius solus sustinuit. IG.

Longe fortissima tuendi se ratio est, si quod obiicitur, negari potest. Fab. 3. cap. 9.

Pater irascendo pertinax, filius incendendo contumax. Fab. dec 9.

Qui peccarunt, omnia dicere facere experiuntur, quo pœnam effugiant. Plat. Euthyphr.

Parentes suos non amare impietas est, non agnoscere insania. Sen. benef. 3. 1.

Sapor, quo noua imbuas, durat. Fab. 1. cap. 1.

Guarda ti dall' aceto di vin doulce. Adag.

Nemo potest irasci non habenti rem, quæ data non est. Optat. lib. 5. extrem.

Prima infantia intellectum disciplinarum capere & laborem pati non potest. Fab. 1. cap. 2.

Faciant aliquid pueri necesse est. Idem 1. cap. 2.

Non instandum teneris protinus acerbè & exigendo plena opera. Idem 1. cap. 1.

Nemo inde cæpit; quo incredibile est peruenisse. Idem declam. 1.

Seris venit vsus ab annis. Ouid. metam. 6.

Facile pater reconciliatur, quando impense rogatur. Ambr. Luc. 15.

Λόγος ἐκ τ' ἀδοξούντων ἰών, κἀκ τῶν δοκούντων, αὐτὸς ἐπαυτὸν σθένει. *Eurip. Gell.* 11. 4.

Facilitas veniæ, incentiuum tribuit delinquenti. Ambr. Psal. 118.

Extrema primo nemo tentauit loco. Sen. Agamem. 2.

Vnicis quo plus indulgetur, corruptior animus est. Sen. 2. ira. 25.

Non potest quisquam nostrum subito fingi, neque cuiusquam repente vita mutari, aut natura conuerti. Cic. pro Sylla.

Nemo repente fuit turpissimus. Iuuenal. Sat. 2.

Solon sanxit, si ad nullas artes pater filium allicere posset; ab illo non haberet vitæ necessaria. Plut. in Solone. Rhodigin 11. 17. & 18.

Docemur disputare, non viuere. Sen. epist. 95.

doceant disputare filios, quid sint virtutes; sed vt ad virtutis studium eos assuefaciant & præmiis inuitent. INGENS *enim bonum est, si nos adolescentes ad id prouecti ætatis, qua cognoscere malum possimus, ad bene (deinceps) agendum simus assuefacti (& instructi.)*

Auditis ergo (& accuratè ponderatis) partis vtriusque rationibus; Solon Salaminius, Ego, inquit, hanc fero sententiam, vt adolescentis huius pater, quoniam eum etiam tum puerum non castigauit, sepultura postquam mortuus fuerit careat; & iubeo, vt huius patris filius, quoniam patri non credidit atque obediuit, dum erat adolescens, hæreditate, dum is viuit, careat, ea lege, vt illo defuncto, hæreditatem adeat ipsius filius. INIVSTISSIMVM *enim foret, filij innocentiam paternæ pœnas luere malitiæ. Iubeo item, vt omnia ista bona apud virum bonæ fidei deponantur, qui inde det alimenta patri, quàm diu vixerit, & sepulcrum faciat filio, postquam mortuus fuerit. Hanc sententiam, quæ & vitam & mortem complectitur, non sine caussa tuli.* NON *enim volunt dij duplicem esse vnius criminis pœnam; sed alteros in vita, honore aut opibus ereptis; alteros in morte, memoriâ & sepultura ademtâ, puniri (& castigari.)*

Grauissima profectò fuit sententia, quam Philosophus, ille tulit; atque vtinam iudicem illum seculi nostri haberemus! Quàm multos, obsecro, inueniret hodie filios, quos exhæredaret! quàm multos, quos castigaret, patres! Etenim HAVD *facilè dixerim, matórne sit filiorum in non obediendo parentibus impudentia; an parentum in docendis & castigandis filiis incuria.*

Narrat Sextus Chæroneus libro II. de dictis Philosophorum, ciuem quendam Atticum Diogeni huiusmodi proposuisse quæstionem. Dic mihi Diogenes, quid faciam, vt & deos propitios & homines non infensos habeam? Sæpe enim à vobis Philosophis audio dici, MVLTVM *differre ea, quæ dij volunt, ab iis, quæ homines amant. Cui Diogenes; plus, inquit, dicis, quàm † intelligis, dum aliud deos velle affirmas, aliud homines * amare. Quoniam* DII *nihil aliud sunt, nisi † centrum clementiæ, & nihil aliud homines, nisi abyssus malitiæ.*

386 *Tria tibi faciendæ sunt, si vitæ tranquillitate frui vis, tutamque aduersus singulos conseruare innocentiam. Primùm deos tuos religiosè colito.* QVISQVIS *enim proprios non coluerit deos, omnibus in rebus infelix erit. Deinde maximam adhibeto in rectè educandis liberis tuis diligentiam.* NON *enim capitalior vlli potest hostis contingere, quàm*

Potior honestè viuendi, quam vel optimè dicendi ratio. Fab. 1.1.

Cum manifesto tenetur, anguilla est, elabitur. Plaut. Pseudol. Dulcia atque amara.

Philosophorum præceptis ad vitam agendam, non ad ostentationem vtendum. Corn. Nep. vit. At.

Τίς αὖ δίκλω κρίνοιεν, ἢ γνοίη λόγον,
πρὶν αὐτὰρ ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ.
Eurip. Heraclid.

Ante cognitã causſam nemo est damnandus. Optat. lib. 7.

Iudicia festinata pœnitentiam pariunt. Saresb. 5. 12.

Inter patrem & filium paucis transigi verbis potest; ni pareat, habiturum infortunium. Liuius lib. 1.

Breuissima est iustitia vindictæ, cum facinus mensura pœnæ est. Fab. declam. 11.

Bis ob idem delictum puniri noxium, æquitas non sinit. Plut. de serò punit.

Noxiæ pœna par esto. Cic. leg. 3. extr.

No hiere dios con dos manos, quæ à la mar hizo puertos y à los rios vados. Adag.

Lex naturæ semper in ditione parentum esse liberos iussit, nec vti inter pecudes, sic inter homines potestatem & imperium valentioribus dedit. Plin. paneg.

Refert ad rectam reip. institutionem pueros esse bene institutos. Aristot. 1. polit. vlt.

Non modo reticere homines parentum iniurias, sed etiam animo æquo ferre oportet. Cicero pro Cluent.

Ad parandum Dei hominumq; fauorem.

Deo nisi optima placere non possunt. Sen. nat. quæst. 1. præfat.

Quibus non est datum intelligere ciuilia, multo magis denegatum est differere diuina. Minut. pag. 364.

† *cogitas. G. existimas. I.*

* *expetere.*

Deus centrum omnium. Rhodig. exord. lib. 1.

Tria necessaria;

1. *DEI cultus.*

Malè viuitur, si de Deo non bene creditur. August.

2. *Educatio liberorum.*

οὐκ ἔστ' παίδων οἱ κρίνουσι γίνονται τῆς πολιτείας. *Arist. 1. polit. vlt.*

quàm proprius filius malè educatus. Postremò gratus esto erga benè meritos & amicos. Oraculum enim Apollinis dixit, QVISQVIS ingratus fuerit, execrabilis erit omnibus. Cæterum tibi dico, amice, ex tribus illis, VT HVIC vitæ vtilissimam; sic molestissimam viro esse honestam liberorum educationem. Hoc Diogenes responsum ciui Attico ad quæstionem propositam dedit.

Quàm triste (ingratumque) visu est, adolescentes sanguine æstuante efferuescere; à carne inescari; à cupiditatibus allici; mundi insidiis, dæmonis tentationibus, viciorum illecebris capi! patre tamen interim, ceu nullum omnino haberet filium, æuum incuriosè agente; cùm verum sit, VIRVM virtute & annis grauem ex paucis, quas in adolescentia quondam habuit, virtutibus conijcere facilè posse, quàm innumeris filius circumsideatur viciis. Si periti nunquam rudes; si patres nunquam filij; si fortes nunquam infirmi; si cauti nunquam decepti fuissent: minùs mirum esset, patres aliquando in educandis filiis apparere negligentiores. EXPERIENTIÆ quippe defectus haud mediocriter humano patrocinatur errori.

Verùm enimuerò, cum tu, qui iam pater es, filius priùs fueris; qui senex es, priùs fueris adolescens; & tamen te præcipitem egerit superbia, oblimarit luxuria, sauciarit iracundia, consopiuerit pigritia, euerterit auaritia, vicerit gula: Dic mihi pater crudelissime, cùm tantis laboraueris viciis; cur non in custodiam recipis filium ex te procreatum? Quod si nolles facere, quia filius tuus est; debebas id facere, quia tuus est proximus. FIERI enim non potest, quin à multis adolescens oppugnatus viciis, & auxilio destitutus, ad extremum de gradu deiiciatur, atque etiam cum summa patris infamia (ignominiaque) vincatur. IMPOSSIBILE est carnes, nisi saliantur, conseruari, (& bonum retinere saporem;) impossibile est piscem extra aquam viuere; impossibile est rosam à spina (dudum) auulsam non arescere: IMPOSSIBILE itidem est parentes diuturnam ex filiis capere læticiam, nisi bene illi fuerint educati. Et vt magis rei dignitatem amplificem, aio; in sacra Christianorum religione, VBICVNQVE bona est educatio; ibi semper bona præsumitur esse conscientia.

Notissimum est ex scriptorum monumentis, Æschinem Philosophum Athenis relegatum, cum familia liberisque Rhodum habitandi gratia commigrasse; cui rei caussam præbuerunt acerrima inter ipsum & Demosthenem in repub. certamina; Vnde Athenienses, vno remoto, alterum retinere decreuerunt, & quidem sapienter. Etenim ex Philosophorum dissensionibus bella in populis oriri solent. 387

3. *Gratitudo.*

Ἀχάριστοι δίκην διδόασι, φίλων μὲν ἀγαθῶν ἔρημοι γιγνόμενοι. τοὺς δὲ μισοῦντας ἑαυτοὺς ἀναγκαζόμενοι διώκειν. *Xenoph. memor.* 4.

Nullum officium referenda gratia magis necessarium. Cic. offi. 1.

Educatio maximam diligentiam plurimumque profuturam desiderat, Sen. 2. ira. 18.

Cogita & illum puerum esse, & te fuisse, atque ita hoc, quod es, vtere, vt memineris & te hominem esse, & hominis patrem. Plin. 9. epist. 12.

Qui præsumit, minus veretur, minus præcauet, plus periclitatur. Tert. de cultu fœm.

Hiio eres, padre seras, qual hizieres, tal auras. Adag.

Nocet indulgentia (natis.) Ouid. 2. amor. 19.

Imperitis venia debetur. Sidon. 9. epist 14.

Præteritæ veniam dabit ignorantia culpæ. Ouid. Heroid. 19.

Nunquam ne fecisti, quod à patre corripi posset? Plin. 9. ep. 12.

Considerare debent patres, quoniam & ipsi filii fuerunt. IC.

Malorum acceptorum recordatio ad cauenda similia incommoda nos hortetur. Dio. lib. 44.

Iis quos amplius diligimus, plus timemus. Sidon. 8. epist. 6.

Peiora iuuenes facile præcepta audiunt. Sen. Thyest. 2.

Con viento limpian el trigo, y los vicios con el castigo. Adag.

Prætermissa frustra reuocantur. Plin. 18. 6.

Flagellum sibi præparat, qui filium non castigat. Fasc. temp.

Buena tela hina, quien su hiio erra. Adag.

Secondo il seme, che tu getterai, ricorrai il frutto. Guicc. 25.

Verba mouent animos; oris lasciuia pectus Pulsat, & in venas semina mortis agit. Mantu. contr. impud. scribent.

Vicia nisi primis eximantur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur. Fab. 1. cap. 2.

Lallaga qne al principio no se cura, requiere al fin mas aspera la cura. Arauc. 34.

Talem (quisque) discedit ad terminum, quale cœpit habere principum. Sidon. 6. epist. 4.

Æschines, qui Rhodum exilio delegerat, intulit eo studia Athenarum. Fab. lib. 12. extr.

Sublato maliciæ semine, nequitiæ fructus arescunt. Ambros.

solent. Cùm ergo exul Æschines Rhodi ageret; inter alias habuit orationem elegantissimam, qua acriter obiurgauit Rhodios, quòd in educatione (& institutione) liberorum essent negligentissimi, his eos verbis compellans:

Scire vos, Rhodij, volo, maiores vestros gloriatos esse, & laudi sibi duxisse, quòd originem haberent à Lydis, qui Lydi præter reliquas nationes erant maximè de educandis (docendisq́;) filijs soliciti; cuius rei causa erat lex, quam habebant, huius sententiæ: SI pater multos habuerit filios, bonorum hæredes tantùm ij sunto, qui virtute præstant: Quòd si vnus solummodò fuerit virtutis studiosus; ex asse hæres esto. Sin omnes fortè filij fuerint vitiosi; omnes paternorum bonorum exhæredes sunto. NON enim æquum est, bonorum cum labore partorum hæredes esse filios nequam. Hæc dixit Æschines in senatu Rhodiorum, & licet alia præterea multa dixerit, in ea, quam tum habuit, oratione; ea tamen vt aliena ab instituto nostro prætermitto. Nam INTER graue § scriptores multum decedit autoritatis operi, quando extra propositum, de quo agit, autor euagatur.

Vt autem verum fatear, non miror filios Principum & megistanum esse superbos; non miror esse adulteros; non miror esse luxuriæ deditos; primùm quia IVVENTVS mater est otij; deinde quia EXPERIENTIÆ paruitas magnum est prauitatis ipsorum patrocinium: postremò quia mortuis parentibus non minus hæreditatem vitijs (onerati atque) inquinati, quàm virtutibus ornati adeunt. Si certò scirent adolescentes leues vtendum sibi esse lege Lydorum, ita vt nisi virtute præstarent, hæreditatem nefas esset accipere: fieri non posset, quin ad meliorem aliquando frugem sese reciperent, neque tam laxas cupiditatibus habenas permitterent. MVLTO quippe magis à malè agendo timore amittendi, quod habent; quàm amore faciendi, quod debent, auocantur.

Non nego magnam esse, pro diuersitate parentum, inclinationum in liberis diuersitatem, dum alij naturæ ductum sequentes boni; alij appetitionibus non resistentes, mali sunt: Nihilo tamen secius multum hac in parte ad rem facere dico, si bonus pater à teneris vnguiculis rectè instituat filium, ita vt malum à natura insitum bona institutione
388 *emendet. SÆPE enim bonæ assuetudini praua cedit inclinatio.*

Principes & dynastæ, ne suo desint in educandis liberis officio, ex magistris & moderatoribus cognoscere debent, ad quæ vitia, & ad quas virtutes propendeant filij; quòd factu necessarium, vt in bono foueantur, vtq́; tantò vigilantius in malo refrænentur (& coerceantur.) Non enim pereunt

Πεφύκαμεν μᾶλλον ἀκόλαστοι ἢ κόσμιοι εἶναι. *Aristot.* 1. *Ethic.* 9.

Fons & radix virtutis ac honestatis vitæ est institutio proba. Plut. de liber. educ.

Clemente es piadoso, el que sin miedo por esca par el brazo, corta el dedo. Araucan 34.

Est opus ardentem frenis arcere iuuentã, Nec sinere in mores luxuriare malos. Mantuan cont. impud. scrib.

Filij si erunt ὄνοι λύρας, exheredes sunto Varro Gell. 3. 16.

Guarda mozo y hallaras vielo. Adag.

Lydorum lex.

Omnis res anterior posteriori normam præministrauit. Tertul. 1. aduers. Marcion.

De malis operibus filiorum erit in illa terribili examinatione parentum negligentia iudicanda. Fulgent. ep. 1.

Quis rem vllam seriò sibi sumet gerendam, cuius perfectæ gloria alii sit cessura? Dio. li. 36.

Iniquum est, vt ociosus fruatur alienis laboribus. Philo. de fortit.

Δεῖ τὰς γνώμας οἰκείας φέρειν τῶν πραγμάτων, ἵνα μὴ σκαιὸν καὶ ἀπηρτημένον φαίνηται τὸ λεγόμενον. *Aristot. Rhetor. Alex.* 12.

Iuuentus ad lapsum incautior, ad infirmitatem fragilior, ad correctionem durior est. Ambros. Psal. 1: 8.

Νέος ἔμπειρος οὐκ ἐστι. πλῆθος γὰρ χρόνου ποιήσει τὴν ἐμπειρίαν. *Arist.* 5. *Eudem* 8.

Adolescenti in lubrico ætatis non præceptor modò, sed custos etiam rectorq́; quærendus est. Plin. 3. ep. 3.

Ætas iam dura & intractabilis non potest reformari; tenera finguntur. Sen. ep. 25.

Minus cupiditatibus suis plerique imperant, inter obsequia fortunæ. Curt. lib. 8.

Qui ratione traduci ad meliora nõ possunt, solo metu continentur. Fab, 12. 7.

Πάθος ἅπαν τὸ μὲν ἐξέως γινωσκόμενον εὐβοήθητον. τὸ δὲ χρόνῳ παραπεμπόμενον, ἐγγὺς ἀνίατον. *Heliod. lib.* 4.

Homo ab stirpe ipsa neq; absolute bonus, nec malus nascitur; sed ad vtrunq; procliue ingenium est. Apul. de philosoph.

Omnes res cura & sufficiente opera, & indefesso labore, contra naturam etiam meliores effici possunt. Ælian. li. 1.

Quiduis efficit solertia, si competentes non denegentur expensæ, Veget. 1. 18.

Facillimè tenera concitantur ingenia ad honesti rectiq; amorem. Sen.ep.108.

Non amo (filium) nisi offendo. Idem. ep.25.

Quien no adoba gotera, adoba casa entera. Adag.

Fidelis seruatorum custodia; & erogatio moderata consueuit sufficere pro copia. Veget.3 2.

Emas, non quod opus est, sed quod necesse est. Quod non opus est, asse carum est. Cato. Sen. ep.93.

Nemo pauper, qui superuacanea nõ vult, potest necessaria. Apul Apol.1.

Natura diuitias, quibus contenta est, & parabiles, & terminatas habet. Cic.fin.1.

Mala emtio semper ingrata est; quòd exprobrare stultitiam domino videtur. Plin. 18.5.& 1.ep.24.

Quien compra lo que no puode, vende lo que duele. Adag.

Patrem familias vendacem non emacem esse oportet. Cat.de re rust.3.

Der alles will haben/ das die Augen sehen/ der heist Seltenreich. *Adag.*

Quod malè emtum est, semper pœnitet. Plin 18. c 5.

Interest reip. ne sua re quis malè vtatur. IC.

Parentes seueri iuuenum filiorum non tam cogitent vota, quàm commoda. Sido. 7. 9.

ἃ μέν γε πρὸς τοὺς ἐπ' ἀρχῆς ὄντας πρέπει ποιεῖν ἐντεῦθεν μᾶλλον γίγνονται, ἀλλὰ καὶ ἀφαιρεῦνται τὰ δαπανήματα. *Aristot.* 1. *Rhetor.* 4.

Inepta lenitas patris, & facilitas praua. Terent. Adelph. 3. 4.

Nimius amor multis parentibus, vt ne vere ament, causa est. Plut. de lib. educ.

Nimia illæc licentia profectò euadet in aliquod magnum malum. Terent. Adelph. 3. 4.

Non iudicio discipulorum dicere debet magister, sed discipuli magistri. Fab. 2. c. 2.

Verisum moueret aliis, ipse longum tempus plorauit. Plut.

Risus petulans etiam lacrymas parit. Nam. distich. 20.

ἐμπρὸν τὸ ὄφελος, οἰκότριβα πίνα κὴ συνείθεσιν, πῶς τ' νέων ψυχαῖς τ' δρεπτὸς ἐγγενέσ. *Basil. de legend Græc.*

Sc' I' male nel suo principio non superi, come fartosi grande, lo superi? Metam. pag. 242.

Parentes, neque si ex sententia cedat educatio, tantum vlia alia ex re voluptatis; neq; si contrà eueniat, tantum mœroris capere possunt. Macrob. 1. Satur. procem.

Filij inde à pueritia in potestatis paternæ functione & prærogatiuis educati, ad varia vicia degenerant. Polyb. li. 6.

iam adulti, nisi quòd eis licuit in pueritia facere, quod lubebat.

Sextus Chæroneus libro II. de dictis veterum narrat, ciuem quendam Thebanum multa quodam die in foro Athenis coëmisse, pro conditione personæ ipsius maximam partem superflua, & minimè necessaria: Qua in re non minus delinquunt egeni, quàm diuites, & diuites, quàm egeni. TAM paucis enim natura contenta est ad vitam sustentandam, vt nullus omnino sit, qui tam parum habeat, quin bene ponderatis omnibus, aliquid habeat superfluum. Cùm autem illo ævo & vrbs & politia Attica lumen esset totius Græciæ; lex erat Athenis vsitatissima iuxta & vetustissima, vt nemini liceret quicquam publicæ mercis vel emere vel vendere, nisi precio prius à philosopho quopiam præfinito. Quæ lex profectò optima, vtinam nostro quoque seruaretur seculo! NIHIL enim reipublicæ damnosius, quàm permitti his, vt vendant tanquam tyranni; illis, vt emant tanquam stulti.

Cùm ergo omnia illa Thebanus coëmeret; interuenit philosophus, & his Thebanum verbis compellauit: Dic mihi, quæso, vir Thebane, cur expendis in ea pecunias, quæ nec domi tuæ necessaria, & multò minus tibi ipsi vtilia sunt? Cumque ei respondisset Thebanus: Hæc omnia mercatum me scito, dono danda filio meo, XX. iam annorum, qui nihil vnquam fecit, quod improbârim; nihil vnquam à me petijt, quod negârim; O te felicem, inquit philosophus, si quemadmodum pater es, filius esses, & quod de filio pater dicit, id de patre affirmaret filius! At enim vehementer tuis offendor dictis. Nam VSQVE ad annum ætatis XXV. neque filio licet consilijs patris contradicere, nec bonum patrem cupiditatibus filij oportet annuere. Itaque nunc te patrem infelicem appello, quoniam tu voluntati filij obsecundas, non filius voluntati & arbitrio tuo obtemperat: atque ita ordinem naturæ peruertis, dum pater filij sui filius, & filius patris sui pater est. Itaque deos testor immortales, fore vt cùm senueris, solus deplores, quòd cum filio, quando eras iuuenis, risisti. Hæc verba Philosophi etsi pauca fuerunt; nemo tamen 389
est paullò sanior, qui sententijs ea grauissimis referta non agnoscat.

Summa hæc est, vt Principes ac megistanes accuratissimè filiorum suorum moderatoribus iniungant, vt eos assuefaciant, vt suis indulgere appetitionibus desuescant, itaque eos à sententia propria auertant, & ad sententiam conuertant alienam. PRÆSTANTIVM enim virorum filij, quibus faciendi quicquid collibuit potestas permittitur, fieri non potest, vt laudabiliter educentur.

CAPVT

CAPVT XXXVIII.

Diligẽter cauendum Principibus & magnatibus, ne filii nimis indulgenter & delicatè educentur; (cùm sæpe ita praui euadant filii, vt parentes non solùm asperè à se castigatos illos; sed etiam cum lacrymis sepultos vberrimis fuisse optent: Principes item multos ex antiquis fortissimos euasisse, tantùm ob educationem duriorem; quæ memorabilibus autor historiis ostendit.) Caput accuratè notandum patri, cuius filius nimis delicatè educatus, contumax euadit.

EXperientia docet, *in exercitibus pro hostium conditione (& multitudine) institui munitiones (& propugnacula;) nautas (pericula subeuntes maritima) pro maris natura firmas naues eligere*; OMNES *denique viros prudentes pro natura periculi (imminentis) remedia parare. Sæpe mihi in mentem venit cogitare, an inueniri possit vllus status, ætas, regio, populus, regnum aut seculum, in quo quisquam homo natus vitam hanc, nunquam expertus, quid aduersa esset fortuna, transegerit. Nam si huiusmodi vllus inueniretur; monstri, credo, instar in vniuerso orbe haberetur, neque immeritò cunctis esset, viuis iuxta atque mortuis, inuidiosus.*

Verùm enimuerò subducto calculo, eum QVI *pridie dies erat, postridie pauperem video; qui dudum sanus erat, eum nunc cerno ægrotum; heri qui ridebat, eum offendo hodie plorantem; qui præclarè secum agi putabat, eum suæ iam fortunæ pœnitet: quem modò florentem, nunc adflictum videmus; postremò quem viuum noueramus, nunc sepultum aspicimus; neque sepultum esse satis est, nisi prorsus sit obliuioni traditus. Adeo quippe* INCERTA *est humana amicitia, vt defunctum simulatque humauimus, è memoria penitus ejiciamus.*

Vnum mihi videtur miserrimum, quodque iustissimum viris cordatis dolorem affert, nempe quòd in mundo hoc peruerso, NON *æquis ærumnæ partibus diuiduntur; sed sæpe cumulus calamitatum in vnius caput exoneratur. EA quippe nostra est infelicitas, vt mundus delitias nobis & voluptates gustu det; labores & dolores ad satietatem vsque*
390 *oggerat. Vocetur hodie vir prudens in mediocri vitæ genere*

Non mirum si delicatus adolescens præsertim splendidis opib. vel ex ætate mores, vel ex fortuna trahit. Fab. declam. 9.

Doctores puerorum curent, vt regere & regi discant magistra iustitia. Apul. de Philosoph.

Ἀδιώκτων δὲ τῶν ἐν ἀρχῇ ἡμαρτημένων, μὴ ἀπαυλᾶν εἰς τὸ τέλος ἡνιόχους. *Aristot. polit. 5. 1.*

Priuata publicis, parua magnis causam præbent, si negligantur. Plut. præcept. politic. extrem.

Hunc) tu sic placida formas, sic mente seuera, vt neque desidiæ tradas, nec contrà nixus ouantem confringas animum. Claudian. Stil. 2. 96.

ἀδὲν δὲ τοσόνδε δοκεύντων ἐρρῶσθαι, βεβαίων τῶν ἰχλῶν ἔχει, ἀλλὰ δοι πάνυ εὖ πεφυτευντες ἐξίσης τοῖς λοιποῖς ὠμωξεῦντα. *Xiphilin. in Macrino.*

Necesse est, tanto operosiora esse munimenta, quanto valentiora sunt quibus petimur. Sen. ep. 95.

In serenitate, quæ ad tempestatem vsui futura sunt, conuenit præparare. Plut. de lib. educ.

Ἀρχῶν ἰσῶν πολὺ λῷον ἢ τελευτῶν. *Camer. fabul. 346.*

Homines domicilia morborum. Arnob. lib. 6.

Felicitatis nouerca fortuna amarum quiddam humanis interserit semper negotiis. Fulgent. mytholog. 1.

L'homme en naissant n'a du ciel asseurante, De voir sa vie en egale balance. Il faut sentir da Fortune la main. Tel est le sorte de nostre gente humain. Ronsard. 10. 49.

ὁ ἀνθρώπινος βίος ἀστατος ἐν καὶ ἀβέβαιον, καὶ ἄλλοτε ἄλλα πρεπόμενον. *Heliod. lib. 4.*

Vna sæpe dies alium affligit, alium extollit. Philo. lib. 1. de vit. Mos.

Tanta homines rerum inconstantia versat. Ouid. metam. 13.

Infima summis, summa infimis mutare fortuna gaudet. Boët. cons.

Viuis annexus amor meminisse sepultos desinit. Claud. 2. Stilic. 50.

Dum viuit, hominem noueris; vbi mortuus est quiescas. Plaut. Trucul. ad fores.

Mutantur prospera vitæ. Lucan. lib. 1.

ὡς μέγας καὶ πολὺς ἐφάνεο ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἔτω δὲ τυπτηὸς ὀπίσω καὶ πάλιν ἔσεαι. *Herodot. lib. 7.*

Abunde atq; indulgenter fortuna decidit cum eo, qui iure dici non infelix potest. Plin. 7. c. 40.

Vrget eadem fortuna, quæ cœpit; non patitur hominem calamitosum vno modo afflictum, vno in luctu perire. Cic. pro P. Sylla. extrem.

ἐσθὲν ἀκιδνότερον χαῖτα τεθφὶ ἀνθρώποιο. *Homer. Odyss. 6. l. 29.*

Nulla dies mœrore caret, sed noua fletus causa ministrat. Sen. Troad. 1.

† *moratæ.*

Homo natus de muliere, & ob hoc cum reatu; breui viuens tempore, ideoque cum metu; repletus multis miseriis, & propterea cum fletu. Bernh.

Felix qui patitur, quæ numerare potest. Ouid 5. Trist. 1.

ὧν ὕτω βραχεῖ βίῳ ὁδοὶς ὕτω ἀνθρωπῳ ἐὼν δυσαιμέων πέφυκας, τῷ ἐ πυρος ἡσεται πολλάκις, πεθναίμ βέλεσθαι, ἢ ζῆν. *Herodot. lib 7.*

Σοφοὶ ἢ συγκυπίπτουσι οἰκείας βλάβας. *Eurip. Stob. 848.*

Ne studio quidem operis pulcerrimi vacare mens, nisi omnibus vitiis libera potest. Fab. 12. 1.

ὀκ ἔστι λύπης ἄλγημα μεῖζον τ ἐν ἀνθρώποις φύσ. *Menand Gnom. Græc.*

Melius, mala ferre silendo. Ouid. 5. Trist. 1.

Animi, non corporis dolore pœnæ modus æstimandus. Val. Max. 9. 10

Εἰς ὃς ὃκ ἔχ' ἕρπε, μὴ ἀυλίπ ἔρχ. *Theoc. Idyll. 4.*

Armato nudum congredi dementia est, non temeritas. Curt. lib. 9.

Miserum te iudico, qui nunquam fuisti miser. Sen cur bonis malè 4.

Οἷς συγκεκλήρωσαι πρόσωπα, τέκνα σωφρόνως σεαυτῶν. οἷς σωείληχας ἀνθρώποις, τέκνα φίλα, ἀλλ' ἀληθινῶς. *Aurel. Imp. lib 6.*

Delicata educatio maxima pernicies est. Plato. 7. de ll.

Cuius concupiscendi ignoraueris fructū, facilè non concupisces aduersarium nō habens, concupiscentiam fructus. Tertul. de Virgin. veland.

Vtinam liberorum nostrorum mores nō ipsi perderemus! Fab. 1. c. 3.

Pro licentiam insoleſcit animus humanus. Sal. Catilin.

ὦ πατρὸς καὶ μητρὸς ὅστις ἐκπονεῖ σκληρῶς ἀγῶνας, οἵ γόνοι βελτίονες. *Eur. Stob. 645.*

Parentes liberi prodesse, quam placere malunt. Sidon 7 ep 9.

Vtilia anteponenda iucundis. Sym. 2. 19.

Nunquam hoc continget malis moribus regnum, vt si qua preciosa fecit, fecerit & bona. Fab. 5 c. 12

Αἱ συμφοραὶ τῶν ἀνθρώπων ἄρχουσι κὴ ἔχι οἱ ἄνθρωποι τῶν συμφορῶν. *Herodot lib 7*

Diu quæsita turpis helluo, præsentium cœcus, futuri improuidus, quadam absorbet voragine. Ambros. off. 2.

Auarorum filij dignam disciplinæ mercedem parentibus persoluunt. Plut. de cupid. diuit.

Motio confirmat, Ignauia labefacit. Hippocr. Simplic. Epist. 13.

versatus, & iubeatur exponere, quicquid expertus sit inde ab ætate trium annorum, qua fari primùm cœpit, vsque ad annum quinquagesimum, quod senectæ est initium: Quas ille aduersitates narrabit, quæ sibi obuenerint? hæc nimirum quæ sequuntur omnia; MOLESTIÆ ex filijs insidiæ inimicorum; importunitates vxorum: malè † cautæ filiæ; morbi proprij; graues fortunarum iacturæ; fames toti regioni infesta; patria peste exhausta; asperrima in hyeme frigora; molesti in æstate calores; tristes amicorum obitus; inuidiosa inimicorum prosperitas: TOT denique & tanta accidisse palam fiet, vt sæpenumero vitam deplorârit ærumnosam, placidamq; mortem exoptârit.

Hæc & id genus alia cùm foris exantârit miser homo; quid de ijs diceret, quæ intus pertulit? quid de ijs, quæ secretò sustinuit? quæ viri moderati licet sensu percipiant, pleraq; (cuiquam) dicere nec possunt, nec audent. Verißimè enim LABORES, quos corpus annis L. perfert, vno die possunt enarrari; quos verò (cor &) animus vno die tolerat (& experitur,) vix C. annis recenseri possent. Nemo pro temerario negabit habendum, qui arrepta arundine lanceam gestanti occurreret; & pro stulto habendum, qui spinetum aut senticetum ingressurus, calceos exueret; Sed infinities stultior magisq; temerarius habendus est, qui delicata carne tantas tempestates superari posse autumat. Verißimum enim est, HOMINEM nimis delicatum inter magnas vitam molestias ducere. O felicem, qui nunquam, quid essent delitiæ, gustauit! ADOLESCENTES enim, qui inde ab incunabulis tantùm in delitijs fuerunt enutriti; & prudentia carent ad eligendum bonum, & viribus destituuntur, ad resistendum malo: Vnde fit vt MAGNATVM filij in maximum plerunque turpitudinis crimen incurrant. Est enim regula certißima, QVO QVIS magis se dat voluptatibus, eò magis eum mundi vitijs in fraudem impelli.

Et notatu digniſsimum, & spectatu molestiſsimum est videre, quàm ingeniosè nostri homines res ad dignitatem pertinentes inueniant; quàm animosè eas aggrediantur; quàm fortiter ad eas contendant, quàm feliciter eas consequantur, quàm prudenter eas (constanterq;) tueantur; & quàm miserè demum eas (tamdiu quæsitas, possessas, propugnatas) amittant: Quæ in parte dolendum maximè, quòd NON amittantur dignitas & fortunæ laboris in patre penuria; sed voluptatum in filio (delitiarumq;) abundantia. In summa, PERSVASISSIMVM sibi habeat vir diues, fore vt quod vigilando ipse parat, dormiendo filius perdat.

Inter vanitates, quæ in huius seculi hominibus hodie spectantur, non postrema est, quòd AMORIS erga filium paterni

391

paterni argumentum certißimum creditur indulgentia & mollis educatio ; cùm verißimè eiuſmodi vir non pulcerrimum patris pij nomen ; ſed vitrici ſæui titulum mereatur. Quis enim inficias eat, VBI adoleſcentia, libertas, voluptas & pecunia morantur, ibi ſedem (ac domicilium) cuncta mundi vicia collocare? Lycurgus philoſophus, magnus Spartanorum Rex & legislator, inſtituit, vt omnes pueri in vrbibus (oppidiſque) nati, educandi † vſque ad XXV. ætatis annum rus aſportarentur : Cuius legis ferendæ finis fuit, vt PRIùs adoleſcentum corpora ferendis laboribus, quàm oculi ſpectandis voluptatibus aſſuefierent. Ac profectò ſapienter hoc à Lycurgo fuit inſtitutum. PROCLIVIVS enim eſt operarium vicia diſcere vrbana, quam patricium laboribus inſueſcere ruſticanis.

Ligurum gens, vt Liuius ait, olim amica Capuæ, & infeſtißima Romæ fuit. Apud eos LEX erat, vt nemini ſtipendia merere in bello fas eſſet, niſi vel militiæ educatus, vel in montibus paſtor fuiſſet, nimirum vt alterutro modo DVRATVM aduerſus frigora atque imbres corpus facilius labores ſuſtineret militares † Porrò anno ab u. c. CCCCXL. grauißimum Romani bellum contra Ligures mouerunt, miſſo contra eos cum imperio Cn. Fabricio, qui de ipſis tandem triumphauit, & poſtride quàm triumpharat, hæc in Senatu verba dixit :

Bellum P. C. cum Liguribus quinquennale geßi, atque ita me dij ament ! vt nulla toto hoc tempore præteriit hebdomas, qua non aut iuſta acie, aut acri certamine cum hoſte dimicauerimus: & quod magis mirandum, nullum vnquam barbari dederunt animi timidi aut debilitati ſignum, vt neceſſitate coacti pacem à Romanis peterent. Tanta Ligures bellum ferocitate geßerunt, vt ſæpißime nobis ſpem conſequendæ de ipſis victoriæ ademerint. Nam INTER validos exercitus, præpollens alterius virtus magnum ſemper alteri timorem incutit.

At vnum vobis, P. C. dicam, vt exemplum inde iuuentus Romana capiat. Cùm Ligures à pueris ſint paſtores, & corpora ruri laboribus aſſuefaciant ; adeò ſui iuris ſunt, vt cùm maximè ſit illa regio gelu horrida, æſtuque torrida ; toto tamen me hercule quinquennio ne vnum quidem illorum ad focum in hyeme accedere, nedum ſub vmbra in æſtate requieſcere viderimus. Nec verò arbitremini P. C. hæc me in
392 *Senatu voluiſſe referre, vt maiorem meæ victoriæ conciliarem autoritatem : Sed hoc potiùs fine, vt MAIOREM adhibeatis in milite veſtro vigilantiam, vt ſemper ſit occupatus, neque eum ſinatis ocio marceſcere : GRAVIS enim exercitibus Romanis impendet periculum, ſi victi à viciis, quàm*

Indulgentia nerues & mentis & corporis frangit. Fab. 1. 3.

Ne noceas, dum vis prodeſſe, videto. Ouid. 1. Triſt. 1.

Plura ſæpe peccantur, dum demeremur, quam dum offendimus. Tacit. annal. 15.

τί σαφὲς ἐυπαιδίης, ἢ νέότητος ἀδιαφερομένης ἀφρονέστερον; Haz. Stob. 858.

Perſæ liberos ſuos non prius aſpiciebant, quam ſeptimum impleſſent annum. Val. Max. 2. 1.

† *donec viri facti eſſent. Iuſtin. lib* 3.

Qui aliquid tractaſſe videntur ad gynæces pertinens, longè pellendi à caſtris. Veget. 17.

Primi anni non in luxuria, ſed in opere & in laboribus agendi. in Lycurg.

Libentius ſuſcipitur labor pro deſiderio voluptatis, quam pro amore virtutis. Leo. ſerm. 11. de quad.

Imbelles plerunq; in vbere agro incolæ. Liu. lib. 29.

Emollit gentes clementia cœli. Lucan. lib. 8.

Ingenia hominum locorum quoq; ſitus format. Curt. lib. 8.

* *Ligures Apuanos domat Flaminius, Liu. lib.* 30. *& Fuluius lib.* 40.

Quanto pecunia dites & voluptatibus oppleti, tanto magis imbelles. Tacit. annal. 3.

Fortior miles ex confragoſo venit. Sen. epiſt. 51.

In audaces non eſt audacia tuta. Ouid. Metam. 10.

Ligures maior aliquanto labor erat inuenire, quam vincere. Flor. 2. 1.

τὰ πολλὰ τῶν πλειόνων ἢ ἄμεινον παρασκευασμένων τὸ κράτος ἐσί. *Thucyd. lib.* 2.

Fere penes eos ſolet eſſe victoria, qui inſtructores ſunt. Dio. lib 50.

διαγίνονται πάντες ἢ διὰ τὴν τῶν θεῶν δύναμιν, ἢ διὰ σωμάτων πλῆθος & ῥώμην. *Ariſtot. Rhetor. Alex.* 3.

ὃ τ' αὖτ' ἐς ἠῶ τε καὶ μεσαμβρίην θαυμάζειν φύειν, & αἴδεας ἀγαθὰς τὰ πολέμια. *Herodot. lib.* 9.

Χρὴ ποιεῖν τὰς στρατιώτας πολεμικοὺς, ἢ ὥσπερ σωτῆρας τῶν πόνων διὰ ἔθισμοῦ. *Leo Imp. conſt.* 7. §. 2.

Nemo prouocare, nemo audet offendere, quem intelligit ſuperiorem eſſe ſi pugnet. Reget. 3. 1.

Ligures montani, duri atque agreſtes : Docuit ager ipſe nihil ferendo, niſi multa cultura & magno labore quæſitum. Cic. pro l. Agrar. Liu. lib. 2. & 39.

Plaga cæli non ad robur corporum tantum, ſed etiam animorum plurimum valet. Veget. 1. 2.

quàm si oppugnati ab hostibus fuerint. Atq; vt altiùs repetam, mihi videtur prospiciendum ac mandandum, ne diuitibus fas sit liberos viciosos aut delicatos educare. Nam, vt vno verbo dicam, FIERI non potest, vt nimis delicata corpuscula multas suis manibus consequantur victorias.

Hæc vt dicerem, P. C. adductus sum, vt Ligures non tam virtute Romanorum, quàm fortunæ inclementiâ victos intelligatis, cùm NIHIL sit, in quo magis suam declaret fortuna inconstantiam, quàm in rebus bellicis. Quare etsi in præsentiarum profligati Ligures victique videantur: tamen (clementer tractandos &) in fœdus benignè recipiendos censeo. NON EST enim sapientis sæpe fortunæ arbitrio permittere, quod per concordiam potest confieri. Eorum, quæ dixi, autor est Iunius Pratus lib. III. de concordia regnorum, vbi Cn. Fabricium non minùs prudentem & sapientem ob ea, quæ dixit; quàm strenuum (fortemque,) ob ea quæ gessit, habitum fuisse affirmat.

Antiquitus incolæ insularum Balearium, quæ hodie Maiorica & Minorica sunt, licèt non sapientes, sed barbari barbarorum haberentur; in educandis tamen liberis minimè inertes erant. Adeò quippe illos à pueritia laboribus assiduis fatigabant, & in exercitiis militaribus solertes dabant, vt quinque captiuos Romanos vnico ex Maiorica mancipio Carthaginenses permutarent. Diodorus Siculus autor est, (lib. 5.) in illis insulis matres non tradidisse manibus suis panem paruis filiis, sed † supra tectum, aut rupem eum posuisse; vt oculis panem quidem aspicerent filij, manibus verò contingere non possent: Quòd si vesci illo filij vellent; ex funda destinato lapide illum percuterent, necesse erat. Fuit hoc sanè opus & exercitium puerile; at inuentum ipsum ingenij virilis, ex quo factum, vt Baleares habiti sint viri præstantissimi, tum viribus ad luctandum, tum fundis ad iaculandum. Perinde enim tum temporis fundæ iactu viri, vt nunc sagittis lusoriis scopum petentes, certabant atque ludebant.

Britanniæ magnæ, quæ nunc Anglia dicitur, incolas non possumus negare fuisse inter barbaros plusquàm barbaros: sed tamen fateamur oportet, sequenti æuo regnum illud inter celeberrima numeratum fuisse, cùm quidem Romani sæpe fuerint à Britannis victi. TANTAS enim rebus omnibus mutationes (vicesque) tempus affert, vt quos olim latissimè imperantes noueramus, paullo pòst seruire videamus. Refert Herodianus in vita Seueri Imperatoris, cùm legatus Britannicus quodam die nihil æqui boni in Senatu Romæ impetrasset, hæc illum verba non sine summa protulisse 393

Σῶμα ἀργίη τήκει, ψυχὴν δὲ ἀμελετησίη. *Euseb. Stob.* 379.

Sæpe quos labor roborauerat, desidia consumsit. Sen. 1. controu. 8.

Vulnera ac mortem minus ille timet, qui minus deliciarum nouit in vita. Veget. 1. 3

ἀνδρῶν ἀγαθῶν μὴ ἐστὶ τῇ κατὰ πόλεμον εὐτυχίᾳ ἐπαίρεσθαι. *Thucy. lib.* 1.

Memores rerum humanarum suæ fortunæ moderentur, & alienam ne vrgeant. Liu. lib. 37.

Cum omnia humana, tum maximè imperia sub multis casibus sunt. Idem. lib. 42.

Cogitet Imp. incertos esse fortunæ casus Deumq; ferocib. sæpe succensere. Onosand. cap. 35.

Iis, quos deuiceris, consulendum est. Cic. offic. 1.

Χαλεπαὶ αἱ πρὸς τοὺς ἀπεγνωσμένους πεῖραι μάχης. *Onosand.* 38.

Superuacua pugna, si vlcisci hostem sine periculo possis. Iustin. 3.

Nihil firmius, felicius, laudabilius repub. in qua abundant milites eruditi. Veget. 1. 13.

Qui nihil habet afferre, cur prandeat, impransus ad opus foras extruditur. Apul. flor. 1.

Vilius constat erudire armis, suos, quam alienos mercede conducere. Veget. 1. vlt.

† *lignum erectum.*

Strab. 14. *Veget.* 1. 16.

Cibum puer à matre non accipit, nisi quem ipsa monstrante percussit. Flor. 3. 8.

Labor militiæ assidua frugalitatis consuetudine fit facilior. Iust. 3.

Adeò certo ictu destinata feriebat, vt aues quoque exciperet. Curt. lib. 7.

Non molles deliciis, sed labore exercitatos ornat victoria. Ambr. Psal. 118.

ἅ πανθ' ὁρῶν, καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος. *Sophoc. Gell.* 12. 11.

Plin. 22. 2. *Cæsar. lib.* 5.

Quamuis toto orbe diuisa tamen qui vinceret, habuit Britannia. Flor. 3. 10.

Maxima cuique fortunæ minimè credendum est. Liu. lib. 30.

Rerum vices variæ eueniunt. Apul. apolog. 2.

Necessitas quædam virtutis est desperatio. Veget. 4. 25.

οὐδεὶς οὕτως ἀνόητός ἐστιν, ὅς τις πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται. *Herodot. Stob.* 751.

lisse confidentia: Equidem quòd & pacem repudiatis, & inducias pacisci recusatis, ægrè fero: sed hæc vtraque iustiorem nobis belli caussam præbebunt. SEMEL enim suscepto bello, non aliam quisque sortem, quàm à fortuna assignatam, poterit nancisci. Iam enim delicata Romanorum corpora gladiorum Britannicorum aciem experta sunt.

Porrò historia Britannica refert, (idque reuera ita est) frigidissimam esse regionem illam, & sæpe in ea † congelascere flumina; & habuisse in more fœminas, vt filios ad flumina conglaciata portarent, saxoque comminuta glacie infantum corpora confricarent. Finis autem, cur barbari illi glacie filiorum corpora fricarent, hic erat, vt hac ratione ad ferendos ea labores durarentur; quod profectò prudenter fecerunt. Quæ enim grauior hominibus nimis delicatis iniungi potest satisfactio, quàm vt hyberno tempore ante caminos prostrati, & æstiuo in vmbra abiecti procumbant? Quòd si verum est, vt profectò est, quod de Britannis dicimus; non immeritò credimus Iulio Cæsari in commentariis (lib. 5.) referenti, maxima sese in domandis Britannis adiisse pericula, cùm tam facilè illi se demitterent & abderent in paludes conglaciatas, quàm facilè lassus quispiam in vmbra procumbit amœnissima.

*Lucanus † & Appianus * Alexandrinus inter alios populos, qui auxilium Pompeio Magno in pugna Pharsalica tulerunt, Massagetas commemorant, qui infantibus camelorum lac sugendum, & panem de glandibus confectum comedendum dedisse perhibentur, idque hanc ob caussam, vt & corpore essent ad laborandum solidiore, & cruribus ad currendum leuioribus; qua in re cordati potiùs, quàm barbari censendi videntur. CIBO enim nimio se infercire assuetus, pernix esse neutiquam potest.*

Viriatus natione Hispanus Princeps Lusitanorum, magnus Romanorum aduersarius & hostis, tam in bello felix, tamque strenuus fuit, vt Romani spacio † XIII. annorum bello inuictum experti, veneno illum tollere statuerint; allatoq; Romam de morte Viriati nuncio, ingens extiterit in toto imperio Romano (perinde ac si tota Lusitania potiti forent) læticia: nec sanè immeritò. Etenim nisi vitam Viriatus amisisset; nunquam Romani potiti essent Hispania.

394 *Iunius Rusticus in epitome Viriatum in pueritia pastorem fuisse, bouesque ad ripam Anæ fluuij pauisse scribit. Postea cùm paullum adoleuisset, latrocinari & vias obsidere cœpit, cumque esset annorum circiter XL. dux atque Imperator factus est Lusitanorum, non quidem per vim; sed per * electionem. MVLTITVDO enim ab hostibus circumsessa, viros fortitudine (animi & robore corporis) præstantes, † non*

Mars communis est, & euentus incertus belli. Liu. lib. 30.

Nunquam spes in iis prælocanda, quæ euenire aliter possunt. Polyb. lib. 2.

οὐ παρέχον αἰτίαν τοῦ πολέμου. ὅθεν εὐέλπιδες ἦσαν περιγενέσθαι. *Dion. Chrysost. Troic.*

Excipit hic natos glacies, & matris ab aluo Artus infantum molles nix ciuica durat. Sidon. de Thrac. Carm. 2.

† *Remissiora quàm in Gallia frigora Cæsar ait lib. 5.*

φιλέει ἐκ τοῦ μαλακοῦ χώρων μαλακοὺς γίνεσθαι. *Herodot. lib. 9.*

Interrumpi tenorem rerum, in quibus continuatio ipsa efficacissima est, minimè conuenit. Liuius lib. 41.

Frigora prima ætate perferre & sanitati & rei militari conducit. Aristot 7. polit. 17.

In vrbanas tribus transferri ignominiæ erat, desidiæ probro. Plin. lib. 18 3.

Quotidianus vsus non laborat, etiamsi onerosa gestauerit. Veget. 1. 22.

Gothi nouiter natos ad flammam primum deferebant, & gelu durabant & vndis. Ola. epit. l. 8.

Teneram liberorum infantiam parentes ad salubrium rerum tolerantiam cogunt. Sen. 6. bene. 24.

† *Lib. 7.*

* *Ciuil. lib. 2.*

Σιτέονται οὐκ ὅσα ἐθέλουσι, ἀλλ' ὅσα ἔχουσι, χώρην ἔχοντες τρηχείην. *Herdot. lib. 1.*

Τοιοῦτον σῖτον καὶ ποτὸν προσφέρεσθαι δεῖ, ὁποῖόν τις οἴεται μάλιστα σύμφορον εἶναι πρὸς τὸ μήτε ὕπνου, μήτε ἀφροσύνης ἐμπίπλασθαι *Xenoph. pæd. 4.*

Ad salubritatem & agilitatem aptiora corpora gracilia, quam præpinguia. Xenop. de rep. Lac.

Languent per inertiam saginata. Sen. Cur bon. malè. 2.

Viriatus Hispaniæ Romulus. Flor. 2. 17.

† *X. Iustin. lib. 44.*

XIV. Liu. epit. 54. Flor. 2. 17. & Eutrop. 4.

IIX. Appian. Hispan.

Vincere tardè vinci penè fuit. Claud. Stilic. 1. extrem.

Viriatus dolo interfectus, victoriam (Romanis) sine gloria dedit. Oros. 5. 23.

Viriatus fraude magis, quam virtute interemptus. Vell. l. 2.

Hostem muniri robore mauis, quam peccare fide. Clau. 2. Stil. 96.

Qui in oppido sedent, quam qui rura colunt, seditiosiores putantur. Var. re rust. 2. præf.

* *non iudicio electum; sed vt cauendi scientem secuti sunt. Iustin. lib. 44.*

† *Potius quam sapientiores & minus fortes atq; audaces.* G.

Lycurgus censebat celerius discalceatum, si pedes exercuisset, quam calceatum currere. Xenoph. de rep. Laced.

Athletæ ponderibus plumbeis assuefaciunt manus, quibus vacuis & nudis in certamine vtendum est. Fab. II. *cap.* 2.

* *luxatæ, denudatæ.*

Antiqui in exercitiis duplo pondere vsi; vt cum vera ac leuiora arma sumsissent, alacriores pugnarent. Veget. 1. 1.

Apud Persas nefas filio, in conspectu matris considere, nisi cum illa permisit. Curt. lib. 4.

Lycurgus nihil pueros somni caussa iussit substernere. Iustin. lib. 3.

Alexand. 2. 15.

† *stantes.*

La gola, è l' somno, è l' otiose piume
Hanno del mondo ogni virtus bandita. Petrar. 7.

Iuueni parandum, seni vtendum. Sen. epist. 35.

Flentemq; parentem A rastris ad rostra roga. Sidon. Carm. 2.

Ipsorum tunc manibus Impp. colebantur agri, gaudente terra vomere laureato. & triumphali aratore. Plin. 18. cap. 3.

Cic. 2. de fin. Liu. lib. 3.

Quos pericula reipub. Impp. accersebant, angustiæ rei familiaris bubulcos fieri cogebant. Val. Max. 4. 4.

Mortuo villico relinquere victorias, & reuerti in sua rura postulabant. Plin. 18. cap. 6.

Caligula infans in castris genitus, in contubernio legionum eductus. Tacit. annal. 1.

Sororum stupro ac matrimoniis illudens nobilibus deorum habitu incedebat. Aurel. Vict. Cæsar. 3.

Tam cogitanda sunt exempla, quæ vites, quam quæ sequaris. Sen. ira. 3. 22.

Caligulam rerum natura exitium opprobriumq; humani generis edidit. Idem ad Polyb. 36.

Vnus Caius grauiora patrauit, quam antecessores, quorum posterior quisque præcedentem studuit flagitijs vincere. Ioseph. 19. *ant.* 2.

Mobiles adolescentium animi præmaturis honoribus ad superbiam non sunt extollendi. Tacit. annal. 4.

Marcus Imp. ad proconsulem scripsit, nequis filiæ suæ iter facienti occurreret. Capitolin.

Vanæ laudis appetitus nunquam veritatem inquirit, sed falsa in se adulanter ingesta, velut propria reputat. Fulgent. mythol. 3.

† *non habita ratione viciorum, duces eligit. Quòd si fides habenda est priscis historicis, dum latro Viriatus erat, latrones vt minimum centum circa se habebat, qui calceos gestabant plumbeos, & cum fugiendum esset, eos exuebant: Qua ratione cum pedes interdiu plumbo onerarent, de nocte ceruorum instar pernices erant. Ita enim natura comparatum est, vt quantò magis* * *enodatæ sunt membrorum iuncturæ, tantò euadant ad currendum leuiora crura.*

Libro IV. *de rebus gestis Longobardorum Paullus Diaconus refert, olim Campanos habuisse legem inuiolabilem, vt patres filiis, antequam matrimonium inirent, neque lectum darent, in quo dormirent, neque accubitu illos in communibus epulis dignarentur: Sed eos cibum* † *manibus cepisse, & humi aut in pauimento dormiuisse: Quæ lex profectò fuit sanctissima. Nam* QVIES *& recreatio non pro adolescente etiamnum imberbi; sed pro sene canis obsito, inuenta est.*

Quintius Cincinnatus secundus Romæ Dictator fuit, dignissimus profectò, si merita spectes, totius orbis imperio. Hic vir excellentiss. tam asperè fuit (nutritus &) educatus, vt manus callo duratas, brachia aratro onusta, faciem sudore perfusam habuerit, cùm, vt Dictator Romæ esset, quæreretur. Prisci enim MELIus *secum agi censebant, si illorum parérent imperio, qui nihil nisi arare ruri; quàm eorum, qui nihil nisi feriari (& luxuriari) in vrbe didicerant. Caligula* IV. *Rom. Imp. tam sumtuosè & delicatè fuit à teneris annis educatus, vt dubitarent Romani, vtrùm plus pater, Cæsar Germanicus, in bello in exercitus, an Caligula filius in cunis in delicias expendisset. Iam verò scire ex Principibus & dynastis velim, an in Quintij Cincinnati partes magis propendeant, qui tot suâ virtute subegit provincias; an Caligulæ, qui incesta libidine ne propriis quidem abstinuit sororibus (& visendi gratia adeuntibus fidem non seruauit!) Me quidem iudice, pro responsione expeditissima est illius bonitas, & huius prauitas. Quintius enim Cincinnatus nunquam prælio dimicauit, quin victor fuerit; at Caligula detestabilis nullum prætermisit flagitij genus, quod non exquisiuerit.*

Suetonius Tranquillus lib. II. *(cap.* LVI.*) de Cæsaribus, refert Octauium Cæsarem Augustum, si fortè in Capitolium, vbi Senatus cogebatur, ingredientibus filiis suis,* 395
prætextatis adhuc, senatores assurrexissent, aut adolescentibus honorem aliquem habuissent; ægerrimè id tulisse, & grauissimè questum esse: Eumque in Senatu aliquando interrogatum, cur in filios esset inhumanior, his verbis respondisse ferunt: Si boni fuerint filij mei; vbi nunc sedeo,

& ipsi

& ipsi sedebunt: Si mali; illorum improbitatem Senatus autoritate confirmari nolo. NON enim decet, vt bonorum autoritas & grauitas amplificandæ quasi ancilletur improborum autoritati.

XXVI. Imp. Rom. fuit Alexander, qui licet adolescens, ob virtutes tamen pari in precio fuit apud Romanos, atque Alexander M. apud Græcos. Cæterùm non dicimus optimum hunc Imperatorem longæ experientiæ beneficio gubernandæ Reipublicæ scientiam consecutum, cùm quemadmodum Herodianus autor est, lib. VI. quo die ad imperium fuit ab exercitibus euectus, adeo † paruulus fuerit, vt suorum gestaretur vlnis. Habuit autem fortunatus hic Imperator matrem Mammæam, à qua tam sanctè fuit educatus, vt vndique aulam clauderet, neque adiri à quoquam adolescentem pateretur, cuius vita moresq́; improbarentur: quæ matronæ præstantissimæ cura nequaquam contemnenda est. SÆPE enim bona per se Principum indoles, improborum consuetudine corrumpitur. Cæterùm cùm eam, quam diximus, adhiberet fœmina præstantissima custodiam, ne quis scurris adulationum magistris, aut parasitis mendaciorum artificibus pateret aditus; fortè quidam Romanus sic eam compellasse perhibetur.

Non mihi iustum omnino videtur, Princeps excellentissima, quòd tam solicita filium tenes custodia; & ex aduerso adeo es custodiendi imperij incuriosa. NON enim decet Principes ita se omnium conspectui subducere, vt facilius speranda sit apud deos audientia; quàm vnicum loquendi cum illis verbum licentia. Cui Mammæa Augusta; QVI MVNERE, inquit, imperandi imperantibus funguntur, longè magis vitia Regis, quàm regni hostes timeant necesse est. HOSTES enim vno prælio confici possunt; vitia verò per omnem durant vitam. Denique HOSTES possessiones tantùm terræ vastant; at Princeps improbus bonos Reipublicæ mores euertit. Hoc fuit generosissimæ illius Heroinæ responsum.

396 *Ex his, quas retuli, historijs alijsq́; præterea, quas omitto, pluribus cognoscere poterunt omnes viri præstantes, quanti sua intersit, duriter filij, an molliter (nutriantur &) educentur. Sed iam nunc auguror fore, vt qui hæc legerint, tanquam rectè scripta prædicent, & delicatè nihilo secius filios habere pergant. Verum enimuerò QVI MVLTA LEGVNT, & pauca præstant, nolarum instar sunt, quæ vt alij in ædes sacras veniant, pulsantur; ipsæ verò nunquam sacro intersunt.*

Sed vt ea taceam, quæ præcipua sunt, nempe cultum Deo debitum, honorem patris, & filij emolumentum; vel

Longo tempore, multis magnisq́; meritis paritur autoritas. Liu. li. 42.

Οἷς οὐδεμία προϋπάρχει δόξα προγόνων, οὗτοι φιλοκινδυνότερον ἐπὶ τὰς πράξεις ἁμιλλῶνται. *Onosand. c. 1.*

Tempestiuus est honori, qui iam virtuti maturus est. Val. Max. 3. 1.

Numerat fauor anxius annos. Sil. li. 15.

Æuum virtuti impedimento non est. Aur. Vict. Cæsar. 5.

Nihil, quod ad vltimum sui peruenturum est finem, non & maturè & celeriter incepit. Val. Max. 8. 7.

† *Adoptatus fuit ab Heliogabalo, cùm annum XII. attigisset. Herodian. li. 5.*

Qui cum malis versantur, affricant sibi eorum vicia. Philo. de Ioseph.

Maximum lucrum est quærere familiaritates bonorum. Sym 5. 62.

Stolidorum ingenia proinde agunt, vti monitores sunt. Aurel. Vict. Cæs. 4.

Λαγῷ μὲν κύνα, φύλῳ δὲ κόλακαι φύσει πολέμιον ἡγητέον. *Plut. Stob. 247.*

Reges suos execrantur taciti adulatores, quantumuis fausta ominando propalam. Phil. de migrat. Abrah.

Nihil tam deforme, quàm ad summum imperium etiam acerbitatem naturæ adiungere. Cic. ad Q. fr. ep. 1.

ἀρετὴν μὲν ἔχων πάντα ἕξεις, κακίαν δὲ, οὐδὲ σεαυτόν. *Clitar. Stob. 35.*

Nihil in fructum peruenit, quod non à primo vsque ad extremum æqualis cultura prosequitur. Sen. 2. benef. 11.

Tantum debes in ratione viuendi excellere, quanto eminentiorem te fortuna constituit. Philo. legat. ad Cai.

Quando il signor è buono, i sudditi anco fa buoni, ch' ognun' imita chi regge. Ariost. append. 4.

Pelagi rudis accepit miseræ si iura carinæ, ventorum tenet ipse vicem. Sil. li. 4.

Lacedæmonij ita liberos alunt, vt nunquã impleantur, quò esurire posse consuescant. Heraclid. de polit.

Disciplina fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis. Cyprian. tract. 2.

Probitas laudatur & alget. Iuuenal. Sat. 1.

Ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί, αὐτοὶ δ' ὅταν παιῶμεν οὐ γινώσκομεν. *Eurip. Stob. 254.*

Animus vt luxu soluitur, ita frugalitate firmatur. Minut. 397.

Bonæ senectutis fundamentum in pueris bona corporum habitudo. Plut. de lib. educand.

Οὐ πόνων ὑγεῖα, ἐξ ἰδρώτων σωτηρία. Basil Stob. 955.

A puero exercentes, quæ adultis agenda, magis idonei ad quoduis opus euadunt. Dio. lib. 52.

Schmids Sohn ist der Funcken gewohnt. *Adag.*

Fortissimi viri, & milites strenuissimi ex agricolis gignuntur. Plin. 18. c 5.

Ἀμετεωτέον τὰ τῶν νέων μαθήματα, δι' ἀπαλότητα τῶν ψυχῶν, εἰς βάθος συνημμένα. Basil. de legend. Græc.

Ἔνδεια ὑγείας μήτηρ. Synes. epist. 115.

Educatio delicata & luxuriosa ingenia deprauat. Plat. 6. de leg.

Es muß sich zu guter Zeit krümmen / das auß ein Hake werden sol. *Adag.*

Difficile est eundem pulcritudine corporis, & tolerantiâ cæteris præstare. Dio. li. 44.

Ὁ ζῶν ἡδονὰς ὡς ἀγαθὰς διώκων. τὰς δὲ πόνους ὡς κακὰ φεύγων, ἀσεβεῖ. Aurel. Imp. lib. 9.

In lecticis crescunt, si terram tetigerint, è manibus vtrinque sustinentium pendent. Fab. 1. c. 3.

Diuitiæ parentum puer in conspectu habeat, non in vsu. Sen. ira. 2. 21.

In eo, quem diligimus, totis oculis occupamur, nec quicquam aliud videre delectat. Ambros. Psal. 118.

Μητὴρ ἄχνυθ' ἑῷ παιδὶ, κῶλα λοῦσα ἐπὶ λεχεῖ ἀφίκηται. Coint. 7. 389.

Qui liberorum prodidêre disciplinam, ipsi eorum flagitiis se excruciant. Plut. de lib. educ.

Οἱ ἀσωλούμενοι καὶ λιχνιζόμενοι πένητες. Arist. 5. polit. extr.

Vtil pianta s' è mal culta, mal frutto produce. Petrar. 193.

Ἡ ἀσωτέρεια, κὴ τρυφὴ ἐστὶ κὴ ἡδονὴ, κὴ ὑγεία. τὸ δ' ἐναντίον, λύμη κὴ ἀηδία, κὴ νόσος. Chrysost. Stob. 298.

Lucani ab initio pubertatis in siluis habebantur, vt à primis annis duritiæ parsimoniæq; sine vlio vsu vrbis adsuescerent. Sic ad labores bellicos indurabantur. Iustin. 23.

Seueritate tenerum non infirmatur, sed informatur ingenium. Sidon 5. ep. 16.

Βλάπτεται ὁ ἐπιμέλων ἐπὶ τὸ ἑαυτοῦ ἀπάτης κὴ ἀργείας. Aurel. Imp. lib. 6.

Quid non adultus concupiscet, qui in purpuris repit? Fab. 1 c. 3.

Corpus ad omnem virtutis patientiam durandum. Iustin. li. 36.

De summis egenorum seruitur oculis diuitum. Bernh.

ideo, ne infirmi euaderent, filios à delitijs auocare (& submouere) parentes debebant. Etenim FILII *nimis voluptarij plerique omnes euadunt semper valetudinarij (& morbis obnoxij.)*

Quid enim? An non agricolæ filium videmus, in tunica sine astrigmentis, interula scissa (& lacera,) pedibus nudis, capite aperto, corpore discincto, in æstate sine petaso, in hyeme sine pallio; interdiu arantem, noctu armenta pascentem, pane vescentem hordeaceo (vel auenaceo,) & humi (aut in culcitra paleis farta) dormientem: Et tamen inter omnes istos labores ea puerum esse & valetudine & habitudine corporis, vt talem nemo non exoptet filium?

Contrarium in magnatum filijs vsu venit. Quid enim? An non videmus diuitis filium duplici inuolui linteo telæ Holandicæ; cunabula nouo exemplo fieri; lactis gratia sexcentis nutricem blandimentis deliniri; Si fortè minus belle valeat alumnus, mutari nutricem, aut diætâ curari; patrem iuxta ac matrem noctes diesq; insomnes agere, & ad vigilias totam adigere familiam; nihil ei cibi permitti, præter iusculla gallinarum; ne de scalarum gradibus cadat, frequenti eum stipari custodia; non petere quicquam infantem, quod non dicto citius exhibeatur: Postremò nulli rei tempus impendi, nisi vt illi seruiatur; in nihil effundi pecunias, nisi vt delicatè tractetur; nulla in re, nisi in ipso spectando defigi oculos; nulla denique alia re nisi ipsius amore occupari animos? Verùm enimuerò mihi credant fore aliquando tempus, vt QVI *delicatè tractandis liberis pecunias profundunt; lacrymas deplorandis illis effundant.*

Videre sæpe licet, quàm exquisitè & prodigè vir vanus enutriat filium, præsertim si paullò seniori, & desideranti natus sit filius, dum tantas nonnunquam educatione illius opes disperdit, vt matrimonium tandem initurus egere cogatur; & quod omnium est pessimum, superfluum illud, quod ibi prodigitur, pro bene collocato; frustulum verò panis, egenti datum, pro perdito habetur. At enim magnæ patrum impensæ, intentissimæ matrum curæ, exquisitæ 397
nutricum delitiæ, anxia ministrorum solicitudo (& diligentia) præstat tamen, vt rectius valeant pueri! Nihil verò minus. Imo quò studiosius curantur, eò plus ægrotant; quò plus cibi capiunt, eò magis marcescunt; quò delicatius tractantur, eò peius habent; quantò plus impenditur, tantò minus proficitur: quod quidem non absque singulari prouidentiæ diuinæ permissione euenit. NON *enim placet* DEO, *carius linteola infantum, quàm vestimenta pauperum constare. Nec sanè mysterio caret singulari, quòd pauperum*

perum filios alit & custodit DEVS; at diuitum filij, vt educentur, non permittit. PAVPER enim filium suum citra diuitis detrimentum, & ad reipublicæ emolumentum educat: diues verò filium suum pauperis sudore & in detrimentum reipublicæ alit. Quod cùm ita sit, quemadmodum reipsa est; IVSTISSIMVM est mori lupum, à quo deuoramur, & viuere ouem, à qua vestimur & nutrimur.

Sæpenumerò parentes asperitate quadam vti in rectè educandis filijs nolunt, illos etiamnum teneros, & satis superesse ad erudiendos ipsos temporis dictitantes; vtq; magis errorem suum excusent, magnum inquiunt imminere pueruli valetudini periculum, si in tenella illa ætatula castigetur: Qua parentum circa filios incuria offensus DEVS permittit, vt tot ciuitati offensarum, tot familiæ probrorum autores; adeo parentibus inobedientes, ingenij maligni, moribus (rudes &) intractabiles, doctrinæ inepti, disciplinæ impatientes, amantes mendacij & veritatis inimici euadant; vt non modò illos seuerißimè à se castigatos fuisse parentes optent, sed etiam acerbißimis eos cum lacrymis olim humatos lætarentur.

Accedit aliud notatu dignißimum; at deploratu longè dignius, quod scilicet patres matresq; comitatem prætexentes puerilem, blaterones & locutuleios (scurrasq; & nugatores) educant; quæ res postea temporis progressu ad summum patris dedecus (probrumq;,) & præsentißimum filij periculum redundat. IVVENIS enim inde à pueritia scurram agere assuetus, quid aliud sperare potest, quàm vt morionem senex agat? Cùm autem quod dixi malum sit; longè deterius est, quod dicturus sum, quòd videlicet parentes imo etiam educatores ac nutrices pueros obscænitates, & parum pudica verba docent proferre, quæ neque ætati puerili dictu licita, neque grauitati senili auditu tolerabilia debent esse. NVLLI enim vnquam viri forent impudentes, (ingenio leui & infamiæ contemtores,) nisi pueris, vt nugatores (& dicaces) essent, permissum fuisset.

398 *Omnino qui illustrium virorum liberis educandis præficiuntur; eniti pro virili debent, vt habeant eos in timore, quàm obedientißimos & obsequentißimos; neque contenti sint, si parentes satisfactum sibi dicant. PARENTES enim per amorem, quo liberos prosequuntur, nimium, siue nugatores, siue malè morati euadant, susq; deq; habent. Quod si forte contingat, quemadmodum fieri (sæpe) solet, vt pater magistro obstet, ne filium castiget; id, inquam, si fiat, magister si est vir prudens, non minus patrem debet increpare & reprehendere, quàm castigare & in officio continere filium:*

Nihil vnius cuiusq; tam proprium, quàm quod impendit, in proximum. Leo. ieiun. X. mens. serm. 5.

Potentiæ vbi prauitas accessit, dementia motibus animi additur. Plut. ad Princ. indoct.

Πονηρὰ φύσις ἐξουσίας ἐπιλαβομένη, δημοσίας ἀπεργάδεται συμφοράς. *Dem. Stob.* 520.

Κακοὶ γὰρ εὖ πράσσοντες οὐκ ἀνάσχετοι. *Eurip. Stob.* 521.

Magnorum delictorum magnas oportet esse pœnas. Pachymer. l. 3.

Non in principiis perfecta quæruntur, sed à principiis ad ea, quæ perfecta sunt, peruenitur. Ambros. Luc. 9.

Quidam literis instituendos, qui minores septem annis essent, non putauerunt. Fab. 1. c. 2.

Consuetudine labor fit leuior. Liu. li. 35.

Malorum seminum mala seges. Nazi. orat 38.

Omne durum difficulter mollitur. Plut. de lib. educ.

Natura tenacissimi sumus eorum, quæ rudibus annis didicimus. Fab. 1. 1.

Dominatur homini consuetudo. Ambros. Rom. 8.

ἐν τῷ χρόνῳ, ὅ τ' οὐδὲν ὄφελός ἐστιν, αἰσθάνονται, ὅτι κακῶς ἐβουλεύσαντο. *Dion. Nicæ. lib.* 44.

Λόγος ἔργου σκιή. *Plut. de lib. educ.*

Gaudemus, si quid licentiùs dixerint. Fab. 1. c. 3.

ἐκ τοῦ εὐχερῶς λέγειν ὁπῶν τῶν αἰσχρῶν γίνεται καὶ τὸ ποιεῖν σύνεγγυς. *Aristot. 7. polit. vlt.*

Impudicitia vocatur vrbanitas. Minut. 3. 88.

Verba obscœna risu & osculis excipimus. Fab. 1. c. 3.

Non minor pudicitiæ reuerentia deferenda integritate verborum quam corporis castitate. Ambr. fun. Satyr.

Persica lex: Quæ facere, eadem dicere nefas esto. Herodot. li. 1.

Dociles imitandis turpibus ac prauis omnes sumus. Iuu. Sat. 14.

Inter sermonem, auditionem & actionem paruum est interuallum. Nazi. distich.

Φυλάττου τὰς αἰσχρὰς πράξεις μὴ αἰσχροῖς ὀνόμασι λέγειν. ἵνα μὴ διαβάλῃς τὸ ἦθος. *Arist. Rhet. Alex.* 36.

Vbi non est timor, ibi salus non erit. Isidor.

Magistri timore sapientia crescit & dum quis famam timuerit, sapiens erit. Fulgent. prooem. 3. mythol.

Debent parentes immaturis liberorum desideriis modificari. Apul. lib. 11. asin.

Αἰσχύνην φέρει πρᾶγμ' ἐς χέρας λαβόντ' ἀπώσασθαι τόδε. *Eurip. Hecub. extr.*

Indecorum attrectare, quod non obtineas. Tacit. annal. 3.

quod si parum prosit; suaserim illi, vt officio renunciet. Nam QVIBVS existimatio sua cordi est, si quid semel susceperint, vitam potius amittant, quàm officio non satisfaciant, oportet.

Non inficias ierim æquum esse, vt Principum & magnatum filij in educatione & pueritia lenius tractētur, & reuerentius habeantur, quàm plebeiorum & rusticorum filij. Tenerius enim educatur palma, quæ dactylos præbet, quibus homines vescantur; quàm quercus, quæ glandes producit, quas porci vorent. CAVEANT tamen Principes & magnates, ne indulgentia erga filios adeo vel immoderata, vel diuturna vtantur, vt quando obuiam illis se ituros rentur, iam † fistuloso mundi cancro correptos inueniant. FILII enim nimis molliter (aliti &) educati, aut sunt inobedientes parentibus, aut corporibus infirmi, aut (quod peßimum) moribus vitiosi; vt rectius facerent parentes, si viuos sepelirent, quàm vitiosos (& nequam) educarent.

CAPVT XXXIX.

Quanta cura Principes & megistanes eligere debeant filiorum nutritores, & de decem bonorum magistrorum virtutibus, quæ in iis, qui docendi magnatum filios munus suscepturi sunt, requiruntur. Caput in primis notandum patri, qui & filium habet vnicè carum, & bonum illi magistrum (præficere) exoptat.



QVANDO finis ille finis expers principium dare mundo voluit, hunc in eo creando ordinem seruauit. † Die dominico cœlum terramque condidit; die Lunæ firmamentum; die Martis planetas; die Mercurij Solem & Lunam; die Iouis aues in aëre, & pisces in mari; die Veneris Adam & Euam eius coniugem. Ac verißimè tum in creatione, tum in modo creationis diuinitatem suam DEVS declarauit, quòd absoluta domo, mox † inquilinos in ea collocauit. 399

Sed vt omisso creatore de creaturis loquamur; experientia docet, patremfamilias vinea plantata, mox (fossa aut) sepe (aut qualicunque claustro) eam cingere, ne bestiæ vites depascant; cumque vuæ iam maturescunt, mox vinitorem (& custodem) addere, ne à viatoribus vuæ (& racemi) decerpantur: Ita QVANTVMLIBET paruæ vites nouellæ aut sepe clauduntur, aut à vinitore custodiuntur. Diues aliquis, qui mari negotiatur; postquam nauim fabricauit

Turpe sequi, quod assequi nequeas. Gell. 2.23.

Aut nunquam tentes, aut perfice. Ouid. art.1.

Est difficile, quod cum spe magna sis ingressus, id non exequi vsq; ad extremum. Cic pro Rabir. Posthum.

Modus rerum omnium vtilissimus. Plin. 8.c.5.

Quanquam in aduersa valetudine nihil serui ac liberi differant; molliùs tamen à medicis liberi clementiusq; tractantur. Pli. 8.ep.24.

Artis est mediam viam in omnibus tenere accuratissimè. Plut.de lib. educ.

Omne malum nascens facilè opprimitur: inueteratum fit plerunq; robustius. Cicer. Philip.5.

ἡ πρὸς τοὺς φαύλους τῶν λόγων συνήθεια, ὁδὸς τίς ἐστιν ἐπὶ τὰ πράγματα. *Basil. de legend. Græc.*

† *laqueis mundi irretitos. G.*

Pietatis genus est, coërcere infantiam criminis, ne iuuenescat augmentis. Cass. 3.39.

Puerilis ætas infirma est viribus, inualida ingenio, immatura consilio. Ambr. Luc.18.

Patientior est laboris natura pueris, quàm iuuenibus. Fab.1.c.20.

Τὸν ζητοῦντα σοφὸν, αὐτὸν πρότερον εἶναι δεῖ σοφόν, *Emp.Stob.*705.

Tanto iudicio eligendus, qui instituat, quàm si ipse princeps deligendus fuisset. Æn.Sylu.

προσήκει παρὰ πᾶσι τοῖς μονάρχοις πλέον φέρεσθαι τοὺς τὴν ἀλήθειαν ἀποφαινομένους, τῶν ἅπαντα μὲν πρὸς χάριν, μηδὲν δ' ἄξιον χάριτος λεγόντων. *Isocrat.epist.*4.

Maius est, quàm creare omnia dissidentia & ad non esse abitura continere, fouere, conseruare. Theophyl.ad Hebræ.1.

Vt in hominibus memoria creationis conseruaretur, septenarius est hebdomadæ dierum. Iustin. contr. gent.

Hominem DEVS vltimum fecit, eumque induxit in hunc mundum, tanquam in domum diligenter instructam. Lactant.7.14.

* *rebus eam necessariis pro suæ sapientia potentiaq; instruxit. G.*

1. *Vinea ab incursu hominum pecudumq; munienda. Colum.*11.c.3.

*Viua sepes prætereuntis lasciui non metuet facem ardentem. Varr.re rust.*1.14.

La paura guarda la vigna. Prouerb.

2. *Naui nauclerus quærendus.*

cauit validam, cui circiter sex (septem) millia coronatorum impendit; is inquam, si vir est cordatus (& prudens,) priùs nauclerum quærit, à quo regatur, quàm mercimonia, quibus oneretur. IN SÆVIS quippe tempestatibus validam esse nauim parum iuuat, nisi gubernator sit (cautus &) peritissimus.

Paterfamilias (aut agricola diues) qui & bobus & ouibus abundat, & montes camposque habet pascendis illis idoneos, non modò pastores quærit, à quibus custodiantur; sed etiam canes parat, quorum latratu defendantur, & stabula facit, vbi pernoctent. SOMNVS enim pastorum, & luporum fames nihil aliud sunt, quàm pecorum laniena. Potentes & magni Principes, qui in limitibus ditionum hostibus propugnacula opponunt, † præsidiariis semper fortibus & fidelibus ea committunt: alioquin enim MINVS malum est propugnaculum solo æquari, quàm in hostium potestatem venire.

Quis est tam rudis, qui non intelligat, quorsum hæ spectent, quas adduxi, comparationes? Nimirum vt planum fiat & perspicuum, QVIBVS liberi vnicè cari sunt, iis necessitatem simul imponi, vt bonos illis (magistros ac) moderatores, à quibus educentur, præficiant. PALMA enim dum tenera est, gelu facillimè vritur (& perit;) hoc est, PVER qui magistrum à teneris non habet, facillimè à mundo decipitur. Si cordatus est dominus aliquis (& prudens;) neque maximi momenti arcem, neque nauem validissimam, neque gregem fructuosissimum, (neque vineam fæcundissimam) tanti faciat, vt non pluris æstimet habere filium bonum, quàm ista omnia, imò etiam cætera, quæ mundus habet preciosissima. BONI enim patris est amare liberos tanquam rem propriam; cætera verò omnia tanquam bona fortunæ. Quod si ita est, quemadmodum reipsa est, cùm ad tuendum gregem bonus quæratur pastor; ad custodiendam vineam bonus optetur vinitor, ad gubernandam nauem bonus eligatur nauclerus; ad defendendam arcem bonus inuestigetur præfectus: Cur ad educandos (docendosq;) filios (proprios) non quæruntur viri sapientes & cordati?

400 *Quod iam dixi vobis, Principes & megistanes, idem denuò repeto; Si annum vnum laboraretis, vt filios relinqueretis locupletes; L. annos sudandum esse, vt rectè educatos, (institutos moratosque) relinqueretis. PARVM enim omnino prodest multum portare in molendinum frumenti; si mola corrupta aut fracta sit: hoc est, FRVSTRA cumulantur & relinquuntur pecuniæ ingentes, si filius hæres dispensandi illas iudicio careat (& intelligentia.)*

Omnis vector nihil prius quærit, quam cuius se diligentiæ credat. Arbit. 64.

Maximum in illis discrimen, qui aliis duces sunt. Nazian. orat. 7.

Medicus in desperatione, gubernator in tempestate cognoscitur. Sidon. 8. 10.

3. *Gregi pastor & canes addendi.*

Canis ita pecoris custos, vt eius, quod eo comite indiget ad se defendendum. Varr. 1. de re rust. 9.

Canes interdiu clausos esse oportet, vt noctu acriores & vigilantiores sint. Cato. re rust. 124.

4 *Arci præsidiarii imponendi.*

οὐκ ἐπιχειροῦσιν ἐπιτιθεσθαι τοῖς εὖ παρεσκευασμένοις. *Aristot. 7. polit 11.*

† *præfectis. G.*

Deprehensa subsessa plus periculi sustinet quam parabat inferre. Veget. 3. 7.

5. *Pueritiæ magistri præficiendi.*

Vnum est primum, idemq; & medium & vltimum caput, educatio recta. Plut. de lib. educ.

Inde curationis fiat initium, vbi magis noscitur esse periculum Cass. 5. 39.

τὰς παιδίας εἶναι δεῖ τὰς πολλὰς μιμήσεις τῶν ὕστερον σπουδαζομένων. *Aristot. 7. polit. 17.*

In cunctis rebus curandum, vt rectè ordiamur. Polyb 5.

οὐχ οὕτω τὰ κόσμου πάντα τερπνὰ, ὡς ὁ τῆς ἀρετῆς πλοῦτος τὴν βασιλέα κοσμεῖ. *Basil. paræn. ad fil. im. 8.*

Nescias, vtrum sit efficacius ad rectè viuendum, bene institui, aut feliciter nasci. Plin. paneg.

Quod sapienter sperauimus, perseueranter consectemur. Columel. procem.

Ad agendum hortari eum, qui quid sit agendum nesciat, ludibrii suspicione non caret. Pathym. lib. 4.

Pro illis quisque maximam habet curam, in quibus suam videt positam esse substantiam. Veget. 2. 20.

Non è al mondo la piu bella cosa, che imparare de chi lo sa. Meta. morf. pag. 227.

Tales patres perinde agunt, ac si quis de calceo sit solicitus, pedem nihil cutet. Plut. de educ. lib.

Duplex compellatio admonitionem facit instantiorem. Gell. 13. 23.

Quo tenditis homines, qui rei faciundæ omne impenditis studium, filiis, quibus opes vestras relinquetis, curam perparuam? Plut. l. educ.

οἵγε ὀρθῶς πεπαιδευμένοι σχεδὸν ἀγαθοὶ γίνονται. *Plat. de legibus.*

Magna culpa est parentum malitia filiorum. Vincent. de S. Nicol.

Præceptorem eligere sanctissimum quemq; præcipua prudentibus cura est. Fab. 1. cap. 3.

Quærendi liberis magistri, quorum & inculpata sit vita, & mores iustæ reprehensioni non obnoxii, & peritia minimè vulgaris. Plutarch. lib. educ.

† *Omnia cum amico delibera: Sed de ipso prius.*

Male agitur cum domino, quem vilicus docet. Cato. Colum. 11. 1.

Facilius columbas gallosq; gallinaceos emere, quam asturconem. Arbiter. 36.

Bono viro ad conscientiam, satis est non affectasse publicam curam. Symm. 10. 15.

Studiorum initia à perfectissimo quoque optimè tractantur. Fab. 1. 2.

Medicus malit oculum sanare qui pro multis videat: philosophus promptius curet animum, qui multis debet sapere. Plutarch. cum princ. Philosoph.

Nihil aliis præcipi debet, nisi quod prius quisque sibi imperauit. Val. Max. 8. 6.

† *Ambros. 2. Thessal. 1.*

Tirocinium est rectè viuendi rectè audire. Plut. de audi. poët.

In magistro requiruntur.

1. *Ætas idonea.*

Ita oportet ætate præstare, vt ne propter senectutem minus sustinere possit labores. Var. re rust. 2. 10.

Ita ætate vigeat, vt neq; iuuentus temerarium, neque tardum senectus efficiat. Dio. lib. 68.

Habeat efficaciam de iuuentute, de senectute consilium. Sidon. 7. 9.

2. *Vitæ integritas.*

Doctores eligamus, qui vita docent. Sen. epist. 53.

Non personæ honorinum, sed vitæ merita cogitanda. Sym. 9. 54.

3. *Amor veritatis.*

Nihil homini accipere grandius, nihil largiri Deo veritate augustius. Plut. de Isid. & Osir.

ἓν οὐδὲ πολλῷ ἄξιον τὸ μετ' ἀληθείας τὴν δικαιοσύνην ἐυρωῆ τοῖς ψεύσμασι & ἀδίκοις διαθεῖν. *Aurel. Im. lib. 6.*

4. *Liberalitas.*

Docendi sunt pueri habendi auiditati non studere. Xenoph. pædi. 1.

Beneficentia cum imperio natura est coniuncta. Pachymer. lib. 3.

NEQVE mediocris censeatur ingenij, nutritorem eligere laudatum. Nam PRVDENTISSIMVS est Princeps, qui talem quærit; at qui inuenit, (filius) felicissimus. Etenim meo iudicio non vulgare opus aggreditur, qui prouinciam rectè instituendi (erudiendique) Principem hæredem suscipit. Vir sapiens, quemadmodum Seneca (epist. 3.) monet, † OMNIA debet cum vero amico communicare: Sed primùm sciat oportet, quisnam amicus ipse sit. Quorsum istud? Vt ostendam, BONI patris esse bonum quærere filiis vniuersis institutorem (ac moderatorem,) eiusque illos fidei commendare: Sed priùs nôrit oportet; qualis sit & quisnam is magister. EST enim hominis stolidè inepti, precio persoluto comparare iumentum aliquod, neque visum priùs, neque exploratum, an aliquid habeat vicij.

Cæterùm multæ maximi momenti conditiones & virtutes requiruntur in eo, cui Principum & magnatum filij erudiendi traduntur. Alia quippe ratione coluntur arbores in pomariis satiuæ; alio item pacto curantur (& adolescunt) siluestres in montibus. Itaque non ab re fuerit exponere hîc conditiones aliquot, spectandas in magistris, qui illustrium virorum filiis præficiuntur, quæ efficient, vt & honor illis maior habeatur, & præclarè moratii ipsorum discipuli euadant. † CORONA enim discipulorum magistri est gloria.

I. NECESSE est eum, qui magister futurus est filij viri excellentis, ætate neque vltra neque citra modum iustum esse prouectum, hoc est, neque sexagenario maiorem, neque quadragenario minorem. ÆTAS enim inferior parum habet ad imperandum autoritatis; grandior parum ad castigandum roboris.

II. Magnopere necessarium est, vt educatores & institutores literarij sint quàm honestissimi, idque non tantùm quoad conscientiæ puritatem; sed etiam quoad exteriorem vitæ sinceritatem. FIERI enim non potest, vt magistri dissoluti moderatus sit discipulus.

III. Necesse est, vt gubernatores & magistri Principum ac megistanum sint veritatis amantissimi, non solùm in verbis quæ loquuntur; verùm etiam in iis, quæ tractant, negotiis. Nam vt verum fatear, INIQVISSIMVM profectò est, linguam mendaciis semper scatentem veritatis constitui magistram. 401

IV. Necesse est nutritores ac præceptores Principum & magnatum natura largos & munificos esse. SÆPE enim magistrorum auaritia & tenacitas Principum animos insicit, vt & ipsi sint auari ac tenaces.

V. Opor-

V. Oportet educatores & institutores Principum & magnatum esse in verbis parcissimos, & in decernendo grauitatis ac moderationis summæ; vt PVEROS pauca loqui & multa audire assuefaciant. SVMMVM enim in Principe decus est, auscultare patienter & prudenter respondere.

VI. Necesse est educatores & præceptores Principum magnatumque esse viros cordatos & sedatos, ita vt MAGISTRI maturitate & æquanimitate discipuli refrenetur temeritas & leuitas. NVLLA enim maior regnorum pestis est, quàm Principes adolescentes, & magistros leues esse (& inconstantes.)

VII. Necesse est nutricios Principum & magnatum in librorum diuinorum iuxtà ac profanorum lectione diligenter versatos esse, vt quæ magister verbo Principem docuerit, in literarum monumentis eidem monstrentur ab aliis Principibus facto præstita. MAGIS enim defunctorum exemplis, quàm viuentium oratione mentes humanæ mouentur.

VIII. Necesse est magistros Principum omni lasciuiæ nota vacare. ADOLESCENTES enim cùm & ætatis imbecillitate & naturæ prauitate sint ad libidinem procliues; nec virtute valent, vt sint casti; nec prudentia, vt sint cauti, (neq; se falli patiantur.) Ideoque magistros ipsorum sanctissimos esse necesse est. NVNQVAM enim erit discipulus castus; magistrum videns esse viciosum.

IX. Oportet gubernatoribus & præceptoribus Principum & magnatum quandam inesse dexteritatem (siue comitatem:) quia sæpe MAGNATVM filij indulgenter educati sinisteritatis atque etiam malignitatis labem aliquam contrahunt, quæ ab educatoribus conuersationis potiùs facilitate, quàm disciplinæ asperitate eluenda est. SÆPE enim fit, vt quia moribus nutritor est horridus, parum sit gratiosus Princeps.

X. Educatores Principum & magnatum, non solùm multa vidisse & legisse; sed varias etiam expertos esse fortunæ vices necesse est; idque ideò, quòd cùm megistanum filios amplissimis auctos diuinitus imperiis, multos alloqui, multis re-
402 *spondere, & cum multis agere oporteat & opus sit; vtilissima illis est virorum peritorum consuetudo (& familiaritas.) FORTVNÆ quippe experiens omnibus promptæ ac paratæ in consulendo celeritatis palmam præripit.*

Has X. regulas visum fuit huic libro inserere, vt eas memoria teneant parentes, quæsituri magistros, à quibus filij, quemadmodum par est, educentur: cùm meo iudicio MAGIS in culpa sit pater magistrum eligens improbum, quàm magister improbum educans discipulum. Nam si impe-

5. Grauitas in loquendo.

Nihil est tam præclarum aut tam magnificum, quod non moderatione temperari desideret. Val. Max. 4. 1. extrem.

Tempestiuum silentium res sapiens ac quauis oratione potior. Plut. puer. educ.

6. Æquanimitas & constantia.

Qualem instituisti præstare te, talem vsque ad exitum serues. Sen. epist. 120.

χρὴ τῶν βασιλέων γνώμην ἀμετακινήτως ἔχειν περὶ τῶν δικαίων *Isoc. ad Nicocl.*

7. Doctrinæ copia.

Discere prius oportet; deinde docere. Plat. Seminat.

Pædagogi aut sint eruditi planè, aut se non esse sciant. Fab. 1. cap. 1.

Διαφέρει παμπολὺ μαθὼν μὴ μαθόντος. *Plato.*

8. Castitas.

Iuueniles impetus accuratis rationib. compesci oportet. Plut. l. educ.

Ἅτις ἢ μὴ ἔχει, ἢ μὴ οἶδεν, οὐτ' ἂν ἑτέρῳ δοίη, οὐτ' ἂν ἄλλον διδάξειε. *Plat. in conuiu.*

Dociliora sunt ingenia, priusquam obduruerunt. Fab. 1. 20.

Virorum pariter ac fœminarum præcipuum firmamentum pudicitia. Val. Max. 6. 1.

Nemo libidinum morsus euasit illæsus. Cypri. de ieiun. Christi.

9. Comitas siue dexteritas.

Magister minime sit iracundus; nec tamen eorum, quæ emendanda erunt, dissimulator. Fab. 2. 2.

Pertinebit ad rem præceptores pueris placidos dari. Sen. ira. 2. 22.

Non frons triste rigens, nimiusq; in moribus horror. Stat. sylu. 5.

Libentius imitamur eos, quibus fauemus. Fab. 2. cap. 2.

Læta viro grauitas & mentis amabile pondus, & sine tristicia virtus. Sil. lib. 8. extra.

10. Experientia.

Κουφότεραι ἀπειράτων φρένες. *Pindar. Olymp.* 8.

Nemo facere metuit, quod se bene didicisse confidit. Veget. 1. 1.

Gubernator sine vectorum periculo non tentatur. Petrar. 16. Senil. 8.

Non in foro discas; sed doctus in forum venias. Cic. Bruto.

οὐκ ἂν λάβοις παρὰ τοῦ μὴ ἔχοντος. *Lucian.*

Qui negligenti amico rem custodiendam tradit, suæ facilitati imputare debet. IC.

Malorum consuetudine prohibendi pueri. Nam adfricatur illis aliquid inde vicii. Plut. educ. l. 1.

imperitum ego sartorem elegi; mea culpa est, si vestis corrumpitur.

Cæterùm cùm prouidentissimi fuerint omnibus in rebus Romani æmulatione dignissima videtur disciplina, qua in nobilium ciuium filiis educandis vtebantur accuratissima. Siquidem IMPOSSIBILE est vlla in vrbe remp. esse bonam, nisi debita in erudiendis & castigandis pueris adhibeatur diligentia.

Sabellicus in rhapsodiis dicit anno ab V. C. CCCCXV. Q. Seruilio & L. Genutio † Coss. cùm bellum contra Volscos gereret felicissimus dux Camillus; ortam esse Romæ grauissimam inter plebem & patricios, de magistratibus creandis, contentionem. VETVS enim in magnis rebusp. malum est nimia imperandi in nobilitate insolentia, & parendi in plebe dedignatio. Volebant autem patricij tribunum in Senatu militarem creari, qui omnium equitum, tam absentium, quàm præsentium caussam ageret. Nam cùm semper ipsi militiæ agerent; penes plebem regimen omne ciuitatis esse dictitabant.

Instabant ex altera parte & flagitabant plebeij, nouum creari magistratum, cuius prouincia esset circumspicere & explorare, quo pacto filij ciuium educarentur. Plebeij enim de nobilibus querebantur, quòd dum ipsi maximam temporis partem in bello abessent, filij interim ipsorum Romæ corrumperentur. Decretum ergo fuit, vt crearetur Tribunus militaris potestate & autoritate Consulari, qui vniuersum repræsentaret ordinem (equitum) militantium. Verùm hic magistratus non vltra quadriennium Romæ durauit, donec scilicet reuerteretur, peracto bello, Camillus. QVÆ enim ratione non nituntur, spontè sua corruunt (& euanescunt.)

Cùm autem nobilitas Romana accerrimè pro sua propugnaret potentia; neque segnius plebs illi vniuersa resisteret: Tandem Camillus dux præstantiss. conuocatis patriciis (& equitibus) omnibus, hanc habuit orationem: Ingenti mihi pudori est, eò Romanorum equitum delapsum esse splendorem, 403 *vt in certamen cum plebe infima descendant. Etenim NON tantæ superiori gloriæ est de inferiore victoria, quantæ inferiori ipsa cum superiore contentio. Denuo dico, vehementer mihi dolere ista inter ordines certamina. Nam vt dignitatem vestram equites asseratis, illos aut vincatis oportet, aut occidatis. Vincere non potestis; quia multi sunt: occidere non debetis: quia vestri omnino sunt. Itaque NVLLVM est præsentius huius mali remedium, quàm dissimulatio. IN REBVS enim, quæ nec vim patiuntur, nec æquitatem admittunt, tutissimum est arte sese expedire.*

Quem inuenias, qui docere possit, quod ipse non didicit? Veget. lib. 1. cap. 1.

ὄφελος οὐδὲν τῶν ὠφελιμοτάτων νόμων, εἰ μὴ ἔσονται εἰθισμένοι καὶ πεπαιδευμένοι ἐν τῇ πολιτείᾳ. *Arist. 5. polit. 9.*

Magnum ad virtutem momentum adfert educatio, doctrina, & adsuefactio. Plut. educ. lib.

† *His Coss. moritur Camillus, anno ab V. C. 390.*

Iis, qui pro paribus præmiis certant, studium ad gerendas res solet innasci. Dion. lib. 2.

Qui eadem sunt conditione nati, æqualitatem appetunt, eaq; potiti gaudent, destituti dolent. Dion. lib 52.

Ἀμφότερα λύπει, τότε τῶν τιμῶν μὴ μετέχειν, καὶ τὸ τῶν κερδῶν. *Arist.*

Alte Feindtschafft ist baldt wider erwecket. Adag.

Inter naturaliter dissimillimos ac diuersa volentes crescit odium. Vel. lib. 2.

Discordia ordinum venenum est vrbis. Liu. lib. 3. extr.

Nihil tam incertum, nec tam inæstimabile, quam animi multitudinis. idem lib. 31.

Δεῖ ἐμποιεῖν ἀρχήν τινα τὴν ἐποψομένην τοὺς ζῶντας ἀσυμφόρως πρὸς τὴν πολιτείαν. *Arist. 5. polit 8.*

Multitudo concitata ferme autorib. similis est. Liu lib. 7.

Nihil potest esse diuturnum, cui non subest ratio. Curt. lib. 4.

Quæ in pace latæ sunt leges, plerunque bellum abrogat. Liu. lib. 34.

Οἱ τὰς πόλεις ἔχουσι, κἀξιώματα, τοῖς ἀνθαμίλλοις εἰσὶ πολεμιώτατοι. *Eurip. Ion.*

οὐ πρέπει τοῖς μεῖζον τῶν ἄλλων φρονοῦσιν, οὔτ' αὐτοῖς ἐρίζειν πρὸς τοὺς συμπολιτευομένους οὔτε τοῖς ἄλλοις ἐπιτρέπειν πρὸς αὐτοὺς ἀντιλέγειν. *Isocr. epistol. 5.*

Non oportet eos priuatis odiis dissidere, qui publice summa coniuncti sunt potestate. Val. Max. 4. 2.

Niuna gloria è ad vna aquila, lo hauer vinta vna columba. Boccac. 8. 7.

Demit honorem æmulus impar. Ouid. Metam. 13.

Facit se aduersarium, qui contendit; & vt vincat; par fuit. Sen. in sap. non cad. iniur. 16.

Sæpe satius est dissimulare, quam vlcisci. Sen. ira. 2. 33.

χρὴ τὸν ἄρχοντα καὶ παριδεῖν καὶ παρακοῦσαι τῶν ἁμαρτανομένων. *Plut. in Philopœm.*

Princeps qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoscere. Fab. 8. cap. 5.

Non

Non crearunt equites Romanos dij immortales, vt populos regant; sed vt regna subigant. Atque vt dicta repetam, non crearunt nos, vt nostros leges doceremus; sed vt exteris leges daremus; & si germani essemus parentum nostrorum filij, & Romanorum priscorum imitatores; non contenti foremus nos imperare Romæ; sed imperare ijs vellemus, qui Romæ dominari nituntur. ANIMVS enim verè Romanus parui debet pendere orbis terrarum imperium à se partum, si orbem etiamnum alium nôrit restare subigendum.

Vos tribunum creastis militarem, nobis bellum gerentibus; quo non amplius nunc opus est, postquam in pace agimus: ideo magistratum illum vlterius in republica non feram, idq; hanc ob causam, quia NVLLAS opes, nullas dignitates Romæ esse video, quibus iusta pro meritis nobilitatis Romanæ merces persolui possit. Quod si tribunum militarem esse honorificum ducitis: cùm eum magistratum omnes gerere non possitis; omnes carere illo debere censeo. INTER viros enim nobiles, imò etiam plebeios, rarò æquo animo fertur, vt quod acquisiuerunt & merentur multi, eo tantùm vnus potiatur ac fruatur. Hanc historiam Sabellicus, vt dicebam, refert, autorem citans Pollionem libro V. de magistratibus Romanis, & ob præclarum hoc opus, quod Romæ Camillus fecit, pacem videlicet inter primos imosq; componendo, tam carum illum Romanis fuisse ait, quàm fuerat hostibus formidabilis, idq; non sine iustissima causa. MAIOR enim me iudice gloria est, pacem inter suos conciliare, quàm exteros expilare atque occidere.

Cæterùm ad hunc quod attinet tribuni militaris magistratum, super quo tanta Romæ extitit contentio: haud scio, maiorne fuerit nobilium in constituendo illo temeritas, an Camilli in abrogando illo prudentia. Nam si verum fateri volumus AD DEFENDENDAM potius rempublicam inuentus est ordo equestris, quàm vt domi agat, &
404 *iuri dicundo præsit. GLORIOSIVS enim videtur equiti forti armis esse onustum ad reprimendos hostes, quàm libris stipatum ad dijudicandas controuersias.*

Sed vt ad institutum reuertar, super eo, quod plebei de viris querebantur militaribus, vnanimi omnium consensu decretum fuit, vt crearetur Romæ magistratus, cuius munus esset perambulare totam vrbem obseruandi, ac cognoscendi gratia, si qui essent in educandis (erudiendisq;) filiis negligentes. Quòd si quis fortè inueniretur ciuis filius malè moratus; filius quidem castigabatur; pater verò relegabatur; quæ profectò animaduersio erat iustissima.

Contra vn debol, quanto è più gagliardo, chi le forze vsa, è magior fallo. Arioſt. 4. 57.

Sapientis est, è duobus obiectis malis minus semper eligere. Pontan. 4. obed. 11.

Principatus armis quęsitus, armis tenendus. Vell. lib. 2.

Nihil cuiusquam est, nisi eius qui bellicæ studet rei. Pachym. lib. 3.

Omnes habere in alios imperium cupiunt. Dio. li. 52.

Pro maximis pręmiis maxima certamina subire conuenit. Dion. l. 50.

Arma magis, quàm iura milès scire debet. IC.

Tempora multas res innouant. Dion. li. 5.

Quodcunq; postremum populus iussit, id ius ratumq; esto. Liu. li. 7.

Leges tam diu manent, quàm diu causæ scribendarum legum manent. Liu. li. 34.

Libera vel contra receptas persuasiones rationem sequenti sententia est. Fab. 2. c. 9.

Solis quædam speciosa nominibus, vsu & experiundo plurimum nocent. Sym. 3 9.

Amissa moderatione, nequit concordia retineri. Dio. li. 44.

Ordinum coniunctio ad salutem reipub. pertinet. Cic. offic. 3.

Ocio discordiæ nutriuntur; at vbi necessitas incubuit, postpositis priuatis causis odiisq; in commune consulitur. Oros. 2. 16.

Concordia est infirmis potentiæ causa. Dio. li. 4.

Neq; concordia sine viribꝰ, neq; vires sine concordia sufficiunt ciuitatibus. Sylu. hist. Boh. 51.

Camilli ingenium vtrùm bellicis magis operibus, an ciuilibus suffecerit, in incerto est. Vell. 2.

Cum hoste de iure dimicandum; cum ciue ex æquo & benignè disceptandum. Dion. lib. 10.

Solæ leges, quę in bonum commune procedunt, nunquam patiuntur occasum. Sym. 10. 21.

Ferarum se inuicem perdere natura est. Dio. li. 44.

Τὸ μὴ ἐξίστεσθαι ὀκ τῆ φύσεως ἐπιβεβολὴ, ἀ συμβαίνει τοῖς δυσχυέσιν, ἀλλ' εἰσὶν οἱ πολλοὶ δύτελεῖς. *Arist. Rhetor.* 2. 15.

Clarus sanguis elationem parit, potentiam adfectat; conculcat inferiores, pares contemnit, superiores habere dedignatur. Saresb. 8. 15.

Eo standum, quod plures censent. Liu. lib. 34.

Aristot. Polit. 4. cap. vlt.

Τὰς πόλεις ἐχ ὅτῳ δὲ ὠῶτες, ὡς ἀφ' τὰς ἐφεξῆς οἱονται χρσμίας εἶναι τὰ σώφρονας. *Arist. Rhet. Alex* 36.

Delicta singulorum totam ciuitatem turbis implent. Pachym. l. 4.

Quo sæpius monuerit magister, hoc rarius castigabit. Fab. 2.2.

Quem nimia patris indulgentia heredem reliquerat, publica scueritas exheredauit. Val. Max. 3.5.

Cæsar Dictator moribus præfectus in triennium: Imperatores ex censura vitæ & mores ciuium inquirebant. Sigon. in fast. & triumph. Rom.

Lycurgus pueris virum præesse ex illis voluit, è quibus maximi magistratus constant. Xenoph. de rep. Lacedæm.

† *inter ciues.*

Præses æqui & iniqui debet habere notitiam, & facultatem & animum eius, quod iustum est, exequendi. Saresb. 5.11.

* *De regno* 8. 14.

Rebus omnibus constitutis, nihil distributio proderit, nisi sæpius dominus animaduertat, vt ordinatio instituta conseruetur. Columel. 12.3.

Notum, quid cæde calentib⁹ armis, quantum iræ liceat, motusve quid audeat ensis. Sil. li. 2. init.

Ἄνδρας μὲν κλείνυσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει, τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγυσι. *Homer. Stob.* 572.

Τοιοῦδ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται. *Eurip. Supplic.*

Plurimum proderit pueros statim salubriter institui. Sen. 2 ir 21.

τῆς ὑστέρου χαλεποῖς ἐφαίνη τὰ πρῶτα παιδικὰ ἢ νηπίων ὡς ἀληθῶς φόβητρα. *Plat. Axioch.*

Militaris ætatis certissima mensura est, posse fortiter facere. Fab. decl. 3.

Ἐπιδεικνύμενοι τούτων, φρονήσεις αὖ ἄκρους ὑπερβύσων ἐς ἀλογισμοὶ πίναι τῶν βίβλον ὀλίγον ὑστέρων. *Plat. Axioch.*

τὰ τῶν πρεσβυτέρων ἔκγονα, κρεῖττω τὰ τῶν νεωτέρων ἀτελῆ γίνεται ἢ τῆς σώμασι ἐς τῆς ἀλογίας *Aristot. 7. polit* 16.

Apud Sardos qui ociosè viueret, eum vnde viueret, oportebat rationem reddere. Ælian. li. 4. init.

Nulli fortuna tam dedita est, vt multa tentanti vbique respondeat. Sen. 3. ira 6.

Ἀδυνάτον πολλὰ τεχνώμενον ἄνθρωπον πάντα καλῶς ποιεῖν. *Xenoph. Padi* 8.

Philosophandum est paucis; nam omnino haud placet. En. Gell. 5.15.

a *Heraclitum. Laert. 9. initio.*

b *Alex. exacta puericia per quinquennium sub Aristotele doctore creuit. Iustin. lib. 12.*

c *Viri primarij filius. Laert. 4.*

Degustandum ex philosophia non in eam ingurgitandum. Gell. 5.16.

d *Diogenem Laert. 6. Gell. 2.18.*

GRAVIOREM enim pœnam pater permittendo, quàm filius committendo delicta commeretur. Qua tempestate Roma florebat maximè, totoq; orbe respubl. illa celebrabatur; natu maximi & virtute præstantissimi ciuis prouincia erat, puerilis disciplinæ & vitæ obseruatio. Quod ex eo manifestum, quoniam qui munus illud annum gesserat, sequente anno ad Consulatum, Dictaturam, aut Censuram ascendendi spem habebat, quod in M. Porcio, qui ex inspectore & castigatore adolescentum, Censor aut iustitiæ præfectus † in Pop. Rom. factus est, videre licet. Romani enim iuris dicundi munus ei tantùm committebant, qui in omnibus officijs exercitatus erat.

Patricius Senensis in libris de Republica dicit, Carthaginem, antequam bellis implicaretur Romanis, & virtute excelluisse, & Rempubl. habuisse optimè constitutam. Sed BELLI iam olim proprium est, iugulare homines, absumere fortunas, & super omnia nouas inducere affectiones, & veteres ac præclaros mores abolere. Habebant autem in more Carthaginenses, vt pueri, in primis verò virorum honoratorum filij, in templis inde à tertio anno, vsque ad XII. educarentur: à XII. ad XX. vsque (artes &) opificia discerent; à XX. vsque ad XXV. artes in gymnasio militares docerentur. Completis iam XXX. annis de coniugio cogitabant. Erat enim lex apud illos inuiolabilis, ne ante trigesimum, vt minimum, ætatis annum iuueni, ante XXV. virgini matrimonium inire fas esset. Contracto iam matrimonio intra spatium menstruum necesse erat eos in Senatu se sistere, atque eligere ibi, in quo opificij vitæq; genere vellent viuere; vellentne sacris initiari, aut militiam sequi, aut mari negotiari, aut victum terra parare, aut artem, quam didicerant, factitare: & quod vitæ vel opificij genus illo die amplectebantur, in eo tota vita (manendum ac) perseuerandum erat; quæ lex fuit profectò bona. Nam OPIFICII & vitæ genus subinde mutatum facit, vt plurimi in* 405
mundo mortales nullius precij sint.

Omnes excellentes & magni Principes antiqui summos philosophos pro magistris habuerunt; Quod inde manifestum est, quia Darius magistrum habuit [a] *Lichanium Philosophum;* [b] *Alexander M. Aristotelem; Artaxerxes Menandrum; Polemom Athenienſium* [c] *dux felicissimus magistrum & doctorem habuit Xenocratem Philosophum; Xeniades vnicus Corinthiorum Rex, & ipse magistrum habuit, & pædagogum filijs dedit* [d] *Chilonem. Epaminondas Thebanorum princeps magistro & consiliario vsus esse dicitur*

tur [c] Lysíde. Achilles, quemadmodum Homerus [f] dicit, magistrum atque comitem laborum habuit [g] Phœnicem: Pyrrhus Epyrotarum Rex & magnus Tarentinorum patronus, magistro & historico vsus est Artemone, cui Cicero ad Att. cum acutiorem ad præliandum hastam, quàm breuiorem in scribendo stilum tribuit.

c *Æmyl. Prob. Lysiam vocat.*
f *Iliad. 9. Ælian. lib. 3.*
g *Chironem. Ælian. lib. 12.*

Pyrrhus Tarentinæ petulantiæ animosus magis, quàm efficax defensor. Valer. Max. 4. 3.

Ptolemæus Philadelphus Rex magnus, non modò auditor fuit nobilissimorum Græciæ Philosophorum; sed etiam Rex factus LXXII. Philosophos, missis legatis, ab Hebræis petijt. Cyrus Persarum Rex, qui Babylonem illam magnam euertit, magistrum habuit Pytarchum. Octauius Augustus II. Romanorum Imperator inter alios magistrum habuit Palæmonem, philosophum & poëtam celeberrimum. Traianus Imperator magistro vsus est Plutarcho, qui non solùm in pueritia ipsum erudijt; sed librum etiam ad eum scripsit de sui ipsius & reipublicæ regimine. Ex paucis his, quæ retuli, exemplis, & alijs multis, quæ recitare supersedeo, videre poterunt nostri æui Principes, quanta fuerit Principum priscis seculis solicitudo, vt bonos filijs nutritores & (doctos) præceptores præficerent.

Ptolemeus captus nostræ legis desiderio, in Græcam linguam transferendam curauit. Philo. de vit. Mos. lib. 2. *Athen. lib. 1. Ioseph. antiq. 122.*

Philosophiam adiuuant disciplinæ, & ipsa Philosophia ad tractandum de veritate. Clemen. strom. 6.

Non dedignatus est Cæsar Aristonis ianuam, Pompeius Cratippi frequentare. Non enim imperare, sed rectè imperare cupiebant. Ælian. 7. extrem.

Magister nec habeat vicia nec ferat: non austeritas eius tristis, non dissoluta sit comitas; ne inde odium, hinc contemtus oriatur. Fab. c. 2. 2.

Inter præcipua negotiorũ sæpe curatum est, vt erudiendis nobilibus philosophi præceptores ex Attica poscerentur. Symm. 10. 18.

Facta animosa viros & recti sacra cupido attollunt. Sil. lib. 1.

Nunquam virtutis molle documentum est. Sen. cur bon mal. 4.

Nemo eodẽ tempore assequi potest magnam famam & magnã quietem. Fab. dial.

Atque vtinam vos Principes & megistanes, qui nunc estis, quemadmodum non minus vobis, quàm qui olim fuerunt, arrogatis; ita respiceretis, quid ad tantam illos amplitudinem euexerit, & quid famam illis sempiternam pepererit! siquidem VIRI excellentes famæ celebritatem non per voluptatem, quam ex vitijs perceperunt; sed per laborem, quem ob virtutes pertulerunt, adepti sunt. NON DEBENT, vt idem denuò repetam, Principes prisci famæ perpetuitatem virium præstantiæ, neque corporis elegantiæ, neque natalium splendori, neque regnorum, quæ possidebant, amplitudini, neque pecuniarum, quas cumularant, copiæ; Sed huic vni acceptum referunt, quòd parentes egregios ipsis, dum pueri essent, magistros præfecerunt; & quòd eximios penes se, cùm essent adultiores, consiliarios habuerunt.

406 Lærtius de vita & moribus Philosophorum, & Bocatius libro de genealogia deorum, morem fuisse Philosophis Athenienſibus referunt, vt nulli Philosopho peregrino docere in Academia liceret, nisi profectus prius in physicis & ethicis sui specimen dedisset. Erat enim vetus apud Græcos dicterium; Nefas esse in Academiam Atticam ingredi hominem vitiosum; neque licere ibi proferri verbum otiosum, neque permitti philosopho imperito ibi docere.

Ioseph. antiq. 122.

Philosophiam adiuuant disciplinæ, & ipsa Philosophia ad tractandum de veritate. Clemen. strom. 6.

Non dedignatus est Cæsar Aristonis ianuam, Pompeius Cratippi frequentare. Non enim imperare, sed rectè imperare cupiebant. Ælian. 7. extrem.

Magister nec habeat vicia nec ferat: non austeritas eius tristis, non dissoluta sit comitas; ne inde odium, hinc contemtus oriatur. Fab. c. 2. 2.

Inter præcipua negotiorũ sæpe curatum est, vt erudiendis nobilibus philosophi præceptores ex Attica poscerentur. Symm. 10. 18.

Facta animosa viros & recti sacra cupido attollunt. Sil. lib. 1.

Nunquam virtutis molle documentum est. Sen. cur bon mal. 4.

Nemo eodẽ tempore assequi potest magnam famam & magnã quietem. Fab. dial.

ὦ μεθεκτότητες παρὰ τοῖς πολλοῖς δυσκαταμάθητοι, δόξης δὲ μεγάλης καὶ καλῆς ἐπιθυμεῖν. ὃ μὴ δέποτ' ἐμπίπλαται πεφοιτηκὼς τοῖς πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκοῦσιν. *Isocrat. epist. 3.*

Εὐκλεᾶ μᾶλιστα ἔπεστι τῇ ἀρετῇ. *Xenoph. de rep. Laced.*

Maior cura adhibenda est, vt & teneriores animos ab iniuria sanctitas docentis custodiat, & ferociores à licentia grauitas deterreat. Fab. 2. c. 2.

Non quod in præsentia iucundum est, sed quod in perpetuum prodest, vtile iudicetur. Dio. lib. 41.

Difficile est tenere, quæ acceperis, nisi exerceas. Plin. 8. ep. 14.

Ἡμῖν ἐστὶ σχολὴ μὲ φιλοσοφεῖν, ἀσχολίαν δ' ἀσκεῖν. *Synes. epist. 148.*

Athenarum vrbs domus est, semper habita doctrinæ. Cic. Bru. extr.

Literæ & ciuilis ordo disciplinæ veluti templum Athenas habent. Iustin. 2.

Ἀθηναίων πόλις τῆς ἑλλάδος μυσεῖον. *Athenæus. fol. 94.*

Ingenia solis Athenienſium muris clausa. Vell. li. 1.

Quicquid sincera fide gereretur, id Romani Attica fieri prædicabant. Idem. li. 2.

† *Pythagoras ad Olympicum certamen descendit. Val. Max.* 8. 7.

L' honneur sans le bien laisse Phomme en arriere. Et le bien sans l' honneur ne profite de guiere. Ronsard. 8. 221.

Quæstiones philosophicæ:

1. *Vnde fœminæ improbæ.*

Mulieres sitæ in bonorum malorumve confinio. Saresb. 8. 11.

Crescit licentiâ spiritus. Sen. de ira, 2, 21.

2. *Vnde iuuenes nequam.*

Probi magistri accuratis præceptis adolescentes suffulciunt, vt mores recti inde germinent. Plut. lib. educ.

Morborum ferax est ocium. Symm. 10. 5.

3. *Cur prudentes errent.*

Belle parole e tristi fatti ingannano i savi e' matti. Adag.

Nequaquam rectè facit, qui citò credit. Arbit.

Credulitas est error magis quàm culpa, & quidem in optimi cuiusq; mentem facillimè irrepit. Planc. ad Cic. 10. ep. 23.

4. *A quo maximè cauendum.*

Quàm magnus mirantium, tam magnus inuidentium populus est. Sen. de vit. beat. 2.

5. *Cur initio Principum finis non respondeat.*

Difficilis in perfecto mora est. Vell. lib. 1.

Semper initia laxantur, fines contrahuntur. Tert. exhort. ad cast.

6. *Vnde Principum immoderatio.*

Fidelium amicorum inopia laborant magna fastigia. Sen. 6. ben. c. 30.

7. *Cur recentes priscis dissimiles.*

Crescunt vitia cum tempore. Symm. 3. 13.

† *capere vel capere.*

9. *Cur in aulis vicioſi.*

Nunquam liquidum sincerumq; ex turbido venit. Sen. clem. 2. 5.

9. *Cur plerique inquieti.*

ὀλίγα πρᾶττε, εἰ μέλλεις εὐθυμήσειν. *Aurel. Imp. lib. 4.*

Rape, congere, aufer, posside, relinquendum est. Martial. 8. 44.

10. *Quod interitus signum.*

Ignosci adolescentibus potest, senibus non potest. Liu. li. 2.

11. *Vnde ciuitatis salus.*

Vt anima corpus viuificat, quàm diu in eo est; sic iustitia remp. Plato, de regn. dial. 16.

Cùm autem fortè fortuna conueniſſent multi† ex Olympo Philoſophi; inter alios ſpectatum Philoſophos Atticos venit quidam patria Thebanus, vir, quod poſtea apparuit, philoſophia naturali iuxta ac morali eruditiſsimus; qui cum morari Athenis vellet; examinatus fuit, & de multis diuerſiſq; rebus interrogatus, eiq; præter cætera hæ quæſtiones fuerunt propoſitæ.

I. Interrogatus, quæ cauſa ſit improbitatis in fœmina, cùm pudorem illi naturæ beneficio datum eſſe conſtet? Nunquam, inquit, fœmina improba eſt, niſi in licentiæ exceſſu, & (eam comitante) verecundiæ defectu.

II. Interrogatus, quanam re iuuenes deprauarentur? CORRVPTELÆ, inquit, in adoleſcentibus cauſa eſt otij ad malè agendum abundantia, & magiſtrorum, à quibus ad rectè agendum adigantur, penuria.

III. Interrogatus, quî fiat, quòd viri prudentes decipiantur, perinde ac imperiti falluntur? NVNQVAM, ait, decipitur ſapiens, niſi ab homine, cuius verba quidem bona; conſilia verò (& facta) mala ſunt.

IV. Interrogatus, à quonam maximè cauere ſibi homo debeat? NON EST inter homines, inquit, hoſtis capitalior illo, qui penes te ea videt, quæ ſeſe habiturum ſperabat.

V. Interrogatus; cur multi Principes optimè incipiant, & peſſimè deſinant? IDEO benè incipiunt, inquit, PRINCIPES, quoniam indoles bona eſt; malè verò deſinunt, quia nemo eſt, qui illos in officio contineat.

VI. Interrogatus, cur tanta ſit Principum intemperies? OB eorum, inquit, qui adulando nocent, multitudinem; & eorum, qui vera dicendo proſunt, paucitatem.

VII. Interrogatus, cur antiqui tam ſapientes fuerint, & huius ætui homines adeo ſint ſtolidi? Quoniam PRISCORVM, inquit; vnica cura erat ſapere, at præſentium contra vnicus labor eſt† habere.

VIII. Interrogatus, cur in aulis Principum & megiſtanum tot euadant vitioſi? Quoniam, inquit, REGNAT ibi voluptas, exulat conſilium.

IX. Interrogatus, cur maximam partem homines, viuant inquieti, & pauciſsimi vitam agant tranquillam? NEMO, inquit, inquietus eſt, niſi qui alienis inhiat, & ſua paruipendit. 407

X. Interrogatus, quibus indicijs cognoſcatur imminens ciuitati interitus? NVNQVAM, inquit, metuendus eſt ciuitati interitus, niſi vbi adoleſcentes ſunt leues, & ſenes vitioſi.

*XI. Interrogatus, quanam re conſeruetur ciuitas? NON poteſt, inquit, perire ciuitas, in qua iuſtitia pauperibus admini-

ministratur, tyranni puniuntur, & pondus ac mensura in † *cibariis seruatur; & super omnia, vbi seuera est disciplina adolescentum, & exigua auaritia senum.*

Hæc pluribus verbis exponit Afer historiographus lib. X. de rebus Athenienſium: Ac mihi sane verba philosophi pauca videntur; sententiæ verò plurimæ; neque aliam ob causam huc transferre historiam illam libuit; nisi vt ad institutum meum accommodarem extremum responsum, vbi dicit, OMNEM reipublicæ salutem in eo consistere, si sint & Principes, qui senum auaritiam amputent, & magistri puerilis institutionis. Experientia docet, NISI (iumenta aut) bestiæ alligentur, aut septo segetes claudantur, nunquam frumenta matura colligi. Quorsum hoc? Vt ostendam SEMPER inter ciues fore tumultus (& rixas.) si pueris boni desint parentes, à quibus in officio contineantur (& coërceantur.) & sapientes magistri, à quibus castigentur: Nemo ibit inficias gladium, quantumuis ex chalybe optimo fabricatum, subinde necesse esse exacui: Ad eundem modum puerum, donec ex ephebis excedat, subinde etiam non commeritum castigari oportet.

Equidem haud scio, Principes & magnates, quemnam adhibeatis in consilium, cùm filius vobis nascitur, eique moderatorem aut institutorem adiungitis. Non enim virtute præstantissimum, sed locupletissimum; non sapientissimum, sed inertissimum; non sedatissimum, sed omnibus se negotiis immiscentem à vobis eligi; filium denique non maximè merenti, sed ambitiosissimè petenti committi video. Ego verò iterum vos iterumque moneo, Principes & magnates, NE FILIOS eorum committatis fidei, qui oculos magis in lucellum suum, quàm mentes in vestrum seruitium defixerunt. Eiusmodi enim DVM modò se collocupletent, Principes vicioſos euadere susque deque habent.

Nec verò cogitent Principes, parum sua referre, siue in eligendo educatore felices sint, siue secus. QVISQVIS enim magnatum hac in parte negligens est, grauissimam meretur reprehensionem. Ac ne ignorantiam prætexant, AB eo
408 *sibi caueant, cuius vita suspecta, & cupiditates immoderatæ sunt. In aulis Principum, me iudice, præceptorum munus non ita vt cætera officia, deferendum est, quæ scilicet aut precibus, aut pecuniis, aut flagitationibus, aut familiaritati conceduntur; neque etiam munus id tanquam præmium obsequiorum dandum est. Neque enim si quis legatus in regnis exteris, aut dux magnorum exercituum fuerit, aut amplissimis in aula regia muneribus perfunctus sit; idoneus idcirco habendus est, qui magnatum filios erudiat & instituat. Nam VT DVX aliquis egregius sit, virum for-*

† *annona vendenda. I.*

Voluptuosissimum reputabat, si fortè obortа quæstionum insolubilitate labyrinthica, scientiæ suæ thesauri euentilarentur. Sidon. 4. ep. 11.

Τοῖς νέοις τρία πρέπει ἔχειν, ἐπὶ μὲ τῆς γρῶμης, σωφρονεῖν, ἐπὶ δὲ τῆς γλώττης, σιγήν. ἐπὶ δὲ τῷ πρεσβύτῃ ἀιδῶ. *Plut. Stob.* 857.

Κέρδος καθαίρειν φυτὸν εἰς ἐυκαρπίαν, *Nazianz. tetrast.* 39.

Sic inter vtrunq; regendus est puer, vt modò frenis vtamur, modo stimulis. Sen. ira. 2. 21.

ὡς αὐ ἔχωσιν αἱ δρῦς, ἵνα μὴ τὰ ὑπὸ τῶν δρυῶν ἔχοι. *Aristot. 1. Magn. moral.* 10.

Nemo est tam afflictus, qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, non possit nauare aliquid & efficere. Cic. 5. epist. 1.

Nihil est, quod non arte curaq; si non potest vinci, mitigetur. Plin. 8. epist. 2.

εἰ μὴ διδάσκειν, ἢ διδάσκειν τῷ τρόπῳ, μὴ τῇ μὲ ἔλκειν, τῇ δ' ἀπωθεῖσθ χρεών. *Nazian. tetrast.* 4.

Προτρέπετε τὰς νεωτέρας ἐπ' ἀρετὴν, μὴ μόνον παραινοῦντες, ἀλλὰ & τοῖς ἔργοις ἐπιδεικνύντες αὐτοῖς ὁποίας εἶναι χρὴ τὰς ἀνδρας τὰς ἀγαθάς. *Isocr. Nicocl.*

Quid refert, animo noceat aliquis, an membris? Fab. decl. 14.

Quis non despuat in patres, qui hominibus obscuris, & nulla præclara fama notatis in manum dant liberos? Plut. de lib. educ.

Diogenes malebat Megarensis alicuius aries esse, quam filius. Ælian. lib. 12.

Sæpe temeritas aliquid in se recipientis præpropera in rebus agendis damnum adfert. Dio. lib. 36.

Magnum quid docere est; verum discere periculo carer. Naz. or. 7.

Ne ab eo, quod quis optime facit, in aliud, cui minus est idoneus, transferas. Fab. 2. 9.

Alius medens, ipse vlceribus scatens, factis neruos orationis suæ incidit. Plut. de fraterno amore.

Virtutis præmia occupat ambitio. Veget. 2. 3.

Extremè absurdum est in eligendo magistro adulationibus blandientium vinci vel rogantibus eam amicis gratiam dare. Plut. lib. educ.

Coronas etiam ad imperitos deferre gratia solet. Arbit.

Virtus sua luce conspicua auersatur auxilium commendationis alienæ. Symm. 2. 57.

Moribus potius, quam insignibus æstimemur. Symm. 10. 17.

Sui quisq; operis magister vtilior. Fab. 2. 1.

Pater aliquis vocatus, pluris petentium faciat gratiam, quam liberorum institutionem! Plut. de lib. educ.

Iis qui ætate & scientia præstant, animo æquiore reliqui parent. Varro. re rust. 2, 10.

† *sapiens & virtuosus, fit. G.*

Filii eminens ingenium solicitam quoque parentis diligentiam meretur. Fab. 6. procem.

Σπανιώτατον καὶ χαλεπώτατον εὐπαιδίας τυχεῖν καὶ πολυπαιδίας. *Isocr. Euagor.*

Desine velle, cui nequeas victor superesse, Sil. lib. 11.

Commodius est non subire id muneris, quod implere non queas, quam subeuntem neq; ipsum strenue suscepto fungi munere, & eripere locum alteri, qui nauiter eum possit tueri. Ambros. Psal. 118.

Γένους προάρχειν, κρεῖσσον, ἢ λύειν γένος: ὡς καλὸν εἶναι, ἢ καλῶν πεφυκέναι. *Nazi. tetrast.* 36.

Grauiori animaduersioni fit obnoxius, qui ex optimis prognatus maiores suos vitiis dedecorat. Philo. de creat. Princip.

οἱ λόγοι τῶν ἠθῶν καὶ τῶν τρόπων εἰσὶν οἷον εἰκόνες. *Arist. Rhetor. Alex.* 36.

Tiberius) omnia Syllæ vitia, nullam eius virtutem habuit. Tacit. Annal. 6.

Les arbres qui sont tardifs.

Demeurent plus long temps vifs:
Les fleurs tost espanouyes,
Tost s' en vont esua nouyes. Ronsard. 2 318.

Generosa in ortus semina exurgunt suos. Sen. Troad. 3.

Magnorum fluminum nauigabiles fortes sunt. Fab. 8.

Magna non senescunt. Stat. 3. silu.

Quo crescunt celerius vt sint; eo magis festinant, vt non sint. Augustin. 1. dulcil. 10.

Immodicis breuis est ætas & rara senectus. Martial. 6. 29.

Immature magnum ingenium non est vitale. Sen. controu. 1.

Illud ingeniorum velut præcox genus, non temere vnquam peruenit ad frugem. Fab. 1. 3.

ἠϊθέων δακρυτὸς ἅπας μόρος. *Alcæ. Epigram. lib.* 3.

Fortuna audet etiam laureatis foribus atram inducere vestem. Sen. Polyb. 35.

Tristes quærimus, quod nos amisisse dolemus. Cassiod. 5. 3.

οὐ γὰρ δὴ μερόπεσσι κακώτερον ἄλγος ἐπεισιν, ἢ ὅτε παῖδες ὄλωνται ἑοῦ πατρὸς εἰσορόωντος. *Coint.* 2. 262.

Quod defles, illud amasti. Lucan. lib. 8.

Nullum non acerbum funus est, quod parens sequitur. Sen. Marci cap. 17.

tem & fortunatum eum esse satis est: Vt autem educator sit (& magister) Principum, † virtute præstet, & animo sedato sit, oportet.

CAPVT XL.

De filiis M. Aurelij Imp. quorum alter illi carior mortuus est; & de magistris alteri filio Commodo, imperij hæredi, adiunctis: (itéque de festo Genij ab Impp. Romanis celebrato. Meminit item autor iuris iurandi priscorum, inprimis, quòd nemini fas fuerit, absque venia Senatus iurare.

MARCVS AVRELIVS XVII. Imp. Rom. ex Faustina coniuge, vnica Antonini Pij Imp. filia, duos tantùm suscepit filios, maiorem natu Commodum; minorem autem Verissimum: Quorum alter, qui hæres fuit Imperij, Commodus, tam malus fuit XIII. illis, quibus imperium tenuit, annis, vt Neronis potius immanis discipulus, quàm Antonini Pij (ex filia) nepos, & M. Aurelij illius optimi filius videretur. Fuit hic incommodus Cōmodus adeò lingua procax, adeò vita impudicus, adeò in remp. crudelis, vt dum viuebat, pignus darent plurimi, si vel vnica in illo virtus inueniretur, vel flagitium excogitari vllum posset, cuius expers esset.

Contrà verò alter filius Verissimus, gestu venustissimus, corpore elegantissimus, animoq; sedatissimus, & quod familiam ducit, ob suauem conuersationem omnibus carissimus erat. PRINCIPES enim & forma & virtute præstantes, formæ quidem elegantia spectantium in se oculos conuertunt; at cōuersationis suauitate animos furantur eorum, quibus cum viuunt. Erat hic Verissimus spes populi, & patris senis gloria, sic quidem vt omnium iudicio hæres Imperij, Commodo abdicato, destinaretur: quod mirum nemini videri debet. Æquissimum enim, vt filio ad bonam frugem non redeunte, hæreditatem auertere patri liceat. 409

Sed quemadmodum VOTA optima & delicata filiorum educatio sæpe fatis aduersantibus, aliorsum solent cadere: Sic anno ætatis M. Aurelij LII. Verissimus, vrbis Romæ gloria & patris spes vnica, repentino correptus morbo in portu Ostiensi expirauit; cuius mors non minùs fuit ab omnibus deplorata, quàm vita fuerat ab omnibus exoptata. Miserabile erat videre acerbissimum patris super obitu filij luctum; nec minus miserandum aspicere, quàm ex animo Senatus mortem Principis hæredis deploraret. Nam

pater

pater senior luctu tabescens curia abstinebat; Senatus verò aliquot dies in Capitolio se continebat.

Nec verò Principis pueri mortem tanto omnib. dolori fuisse mirum vlli videatur. Nam SI intelligerent mortales, quãtam paterentur iacturam, Principem virtute præstantem amittentes; nullum vnquam deplorandi illum (lugendiq3) finẽ facerent. Quando vel eques torquatus, vel nobilis scutatus, vel officiarius, vel plebeius aliquis obit; vnus tantùm moritur; & quia vnus moritur, non plus quàm vnicus est deplorandus. At QVANDO Princeps moritur, qui & bonum erat publicum, & in salutem viuebat omnium; perinde habendum, ac si moriantur omnes, dolendumq3 vniuersis, & ab vniuersis ipse deplorandus est. FIT enim plerunque vt duos aut tres Principes laudatos è vestigio turma subsequatur tyrannorum.

Cæterùm Marcus Imp. heroici & excelsi animi vir, etiamsi non poterat funditus euellere omnes doloris interni radices; foris saltem ramos tristiciæ (celare aut) amputare statuit. Nam si verum dicere volumus, NEMO ob vllam rem præ se ferre immoderatam tristiciam debet, præterquam in existimationis iactura, aut in periculo conscientiæ. Itaque opt. Imperator, veluti paterfamilias, cui vineæ, in quarum prouentu spem omnem collocauerat, grandine verberatæ sunt, quoniam aliter non potest, racematione contentus est; mortuo Verissimo filio longè carissimo, adduci in palatium Commodum vnicum hæredem iussit.

Iulius Capitolinus vnus ex iis; qui de temporibus Marci scripserunt, hoc loco dicit, cùm vidisset pater nimiam ferocitatem (leuitatemq3) & exiguam verecundiam, quam præ se ferebat Commodus; lacrimas ex oculis optimi senis manasse, quòd in mentem ipsi veniret verecundiæ & modestiæ, quæ in Verissimo fuerant. ANIMI enim afflicti oculis prosperitatem deflent præteritam; at cordibus calamitatem deplorant præsentem.

Etsi autem Marcus Imp. filij mortem grauissimè (ægerrimèq3) ferebat; non tamen propterea curam abiecit educationis Commodi, priusquam & ætate & corpore magis corroboraretur. Quis enim omnium negare potest, Tales esse in ætate
410 *virili Principes, quales fuerunt educati in pueritia? Prospiciẽs ergo optimus pater, prauas filij inclinationes multum illi ad gubernationem imperij obfuturas; quæri in tota Italia iussit, qui essent MAGISTRI Commodi, viros doctrina præstantissimos, fama celeberrimos, vita integerrimos, senes deniq3 grauitatis ac moderationis summæ. SICVT enim puluis ex panno delicato non nisi bacillo sicco excutitur; Sic NVLLVM est præsentius leuitatis adolescentulorum stolidorum remedium, quam seuera senum disciplina.*

Heu durus fati tenor! estne, quod illi non liceat. Stat. Siluar. 5.

Omnium domos Principis vigilia defendit, omnium ocium illius labor. Sen. Polyb. 26.

Spartæ Rege mortuo, per triduum nihil venditur, & forum paleis conspergitur. Heraclid. de polit.

Ἐνίοτε αὖ ἡ ἀγαθὸν τὸ γένος, ἐγγίνονται ἀμφ' ἓν χρόνῳ ἄνδρες περιττοὶ, κἄπειτα πάλιν ἀναδίδωσιν. Aristot.

Væ populis, quibus regnandi spes in subsecutura Dominorum sobole non relinquitur! Ditmarus lib. 1.

Σπανιώτερον ἐυρεῖν λυπὰς τῶν οἴκων βασιλικῶν· ἐπὶ δὲ ἡ γενεὰς ἀμφ' Ἀγαμέμνονας. Isoc. Panathen.

Maior defunctis liberis præstanda reuerentia est. Fab. declam. 19.

Optimum inter pietatem & rationem temperamentum est, sentire desiderium & opprimere. Sen. Hel. 15.

Quæ amentia est pœnas à se infelicitatis exigere, & mala sua augere? Sen. Marci. 3.

Ἀνδρὸς γὰρ πίνυτοῖο, ἅδε φρεσὶ τλήμμεν ἄλγε' ἀρησιλέως· ἢ μὴ τι κακὸν φιόωσ' ἀνέχηαι. Coint. lib. 3. 8.

Gemmulas & pubescentes herbas adurit atque interficit nocentissimum frigus. Arnob. 4.

Vitam beatam efficiunt tranquillitas conscientiæ, & securitas innocentiæ. Ambros. offic. 2. 1.

Innocentia commodis cunctis anteferenda. Apul. Asin. 3.

Neminem tam alte secunda posuerunt, vt non illi eò magis amicus desit, quia nihil absit. Senec. 6. benef. 20.

Quis cupiat degenerem, & numerum tantum nomenque filii expleturum habere? Sen. Marci. 12.

Bona caduca inflictorum malorum amaritudinem desiderio sui duplicant. Val. Max. 7. 1.

Et post malam segetem serendum. Sen. epist. 81.

Non est periculum, ne sit nimium, quod esse maximum debet. Plin. 8. epist. vlt.

Quod in iuuentute non discitur, in matura ætate nescitur. Cassiod. 1. 24.

Imberbis iuuenis Cæreus in vicium flecti. Horat. art.

Animos ad pleraq; duriores robur ipsum facit. Fab. 1. cap 1.

Ἐυφυὴς ἡ τῶν παίδων ἕξις ἀμφὶ θερμότητα, ὡς ἐς τὸν τῶν ψυχῶν ἄσκησιν. Arist. 7. polit. 17.

Ineuntis ætatis inscitia, senum instituenda & regenda prudentia est. Cic. offic. 1.

Omnia vitia penitus insidunt, nisi dum surgunt, oppressa sint. Sen. Marci. 1.

Edicto

Commodius est non subire id muneris, quod implere non queas, quàm subeuntem neque ipsum strenue suscepto fungi munere, & eripere locum alteri, qui nauiter eum posset tueri. Ambros. Psal. 118.

Accurata consideratio ab initio adhibita, in actionibus sui similis manet, & omnibus emolumento cedit. Dio. lib 36.

Habet, vt obedienter audiatur, quantacunq; granditate dictionis maius pondus vita dicentis. Augustin. 4. doctrin. Christ. 28.

Πολλοὶ βίῳ μὲν εἰσὶ κωφοὶ, λόγῳ δὲ πιθανοί. *Diog. St.* 64.

Omnia deliberata sunt robusta. Cassiod. 8. 13.

Doctores vel à Principe, vel eius iussu iudicio ordinis probari debent. Iulian. Cæs. Tholos. rep. 18. 2. 13.

Primum disce, quod doceas. Leo, de passio. Dom. serm. 11.

Præcipitata raptim consilia neq; reuocari, neq; in integrum restitui possunt. Liv. lib. 31.

εἰς αὖθις ἁ πάνθ' ὁρᾷ. *Eurip. Phæniss.*

Tunc salubriora consilia credimus, si propensiore meditatione examinata videatur. Ambr. Psal 118.

Πλεόνων δὲ τοι ἔργον ἀμείνων. *Homer. Iliad. M.*

Quæ probanda sunt, non quæ vtiq; probantur, sequenda sunt. Vellei. 2.

Facilis inuentio, non facilis electio. Plin. 6. ep. 27.

Præceptor imperitus similes sui pueros efficit. Ælian. lib. 13.

Non potest esse delectus, vbi numero laboratur. Fab. 8. cap. 5.

Est primus discendi ardor, nobilitas magistri. Ambros. 2. de Virgin.

Bonus præceptor non maligne, quæ scit, dispensat; sed cupit, si possit, vniuersa transfundere. Sen. 6. benef.

Vtilia speciosis præferenda. Vell. 2.

τοὺς τέχνας πηγὰς φασὶ τῶν καλῶν εἶναι. *Xenoph. pæd.* 7.

Non omnes, qui habent citharam, sunt citharædi. Varr. rust. 2. 1.

Plerique dum ostentare discipulos circa speciosiora malùt, compendio morantur. Fab. 1. cap. 8.

Prælatio alterius, sine alterius contumelia non potest procedere; quia nec electio sine reprobatione. Tert. apolog. 12.

Dubia est optio, cum de similibus iudicatur. Sym. 18. 27.

Facile inuestigata plerunq; vilescunt, cũ aliqua difficultate quæsita multo gratius inueniuntur. Augustin. 2. doctrin. Christ. 6.

Dignitas est seruum esse potentis. Ambr. 1. Tim. 1.

Edicto ergo Romæ promulgato, & famâ per totam Italiam peruagatâ; accurrerunt ad mandatum Imperatoris multi, varijq; generis viri sapientes, quos omnes explorari iussit, habita quæstione de genere maiorum, de ætate singulorum, de regimine domesticorum, de administratione fortunarum, de existimatione inter ciues, de scientiis, quibus erant exculti. Præter hæc omnia verò non minus accuratè quæsitum fuit de vitæ sinceritate, quàm de personæ grauitate. MVLTOS enim reperias in verbis quidem publicis graues; in actionibus autem secretis leuissimos.

Vt pressiùs loquar; Iussit, vt explorarentur, in astrologia astrologi, philosophi in philosophia, in Musicis musici, in Rhetoricis oratores, & sic in cæteris ordine disciplinis, quarum singuli scientiam profitebantur. Neque satis optimo Imperatori fuit semel id fieri, nisi sæpius fieret; neque vno die, sed pluribus; neque aliorum opera, sed labore etiam proprio. Postremò ita fuerunt explorati omnes, ac si vnus essent vniuersi, isque solus magister esset futurus (Commodi.) Nam AD PERFECTAM rerum cognitionem, ne in illarum electione hallucinemur (aut fallamur,) non solum, me iudice, necessaria est experientia propria, (& intelligentiæ ac) iudicij acrimonia; sed aliorum quoque sententiæ sunt audiendæ. Nam CONFVSA internoscere facile est; at optima quæque eligere, hoc opus, hic labor est.

Quæ ideò dicuntur, quia bonus Imperator iussit eligi educatores filij è multis paucos, è paucis sapientissimos; ex sapientissimis experientissimos, inter experientissimos cordatissimos; ex cordatissimis sedatissimos; ex sedatissimis natu maximos, & ex natu maximis generosissimos; quæ profectò electio est laude dignissima. VIRI enim Principum educatores (præceptoresque) illi demum sunt, qui sunt ortu generosi, ætate senes, vita honesti, scientia instructi, stulticiæ quàm maximè expertes, & plurimo rerum vsu insignes. Cùm autem VII. sint artes liberales; bini singularum magistri sunt electi, vt in vniuersum Principis vnius gubernatores ac institutores essent XIV. Cæterùm tantum abfuit, vt (magistrorum præceptis, &) patris optimi votis filij responderet educatio, vt cùm patris finis esset docere filium omnes scientias; filij studium fuerit omnibus sese dedere (& mancipare) viciis. 411

Ad famam autem tantæ rei, quòd scilicet præficiendi essent præceptores Commodo, vnico Imperij hæredi; & quòd munus illud suscepturi essent, non qui gratiosissimi forent; sed qui sapientissimi cognoscerentur; tot philosophi breuissimo temporis spacio Romam conuolarunt, ac si reuersus in vitam Plato ille diuinus in Græcia fuisset;

quod

quod mirum nobis videri non debet, philosophos hanc (optimi) Imper. consuetudinem (ac familiaritatem) expetiuisse. QVIS enim omnium adeo vel doctrina vel virtute præstat, qui non fauorem aliquando mundi captet?

Cùm autem multi essent philosophi, & XIV. dumtaxat ex omnibus fuissent electi, vt cæteros dimitti (& honestè prudenterq; ablegari) necesse foret; adeo se prudenter hac in re M. Aurelius gessit, vt alijs vultus hilaritate, alijs orationis suauitate satisfaceret; alios spe certa, alios muneribus donisq; oneraret; atque ita dimitteret multitudinem illam philosophorum, vt nullus neq; visus neq; auditus fuerit, qui sibi non satisfactum esse quereretur. NON enim conuenit Principis maiestati, vt eum, qui peregre tantùm demerendi ipsius gratiâ, aduenit, à conspectu suo tristem (indonatumve) abire patiatur. Sic ergo optimus Imp. suam declarauit & sapientiam, tot cogendo sapientes; & prudentiam, alteros eligendo; & solertiam, sine querela alteros dimittendo. Hoc.n. quotidiana docet experientia, QVANTVMVIS bonæ sint electiones; magnas tamen inde oriri animorum alienationes (& offensiones.) Nam IN ELECTIONE præteritis, tum id ipsum dolori est; tum alios electos videre pudori. Itaque non paruipendatur huiusmodi negotia scitè expediendi dexteritas. Sæpe enim maius aurifaber operæ, quam præstitit, quàm argenti, quod dedit, precium poscit: Hoc est, MAIORI nonnunquam gloriæ sunt Principibus media, quæ in negotijs adhibuerunt, commoda, quàm exitus, quos in ijsdem assecuti sunt, vtiles. Alterum enim fortuna moderatur; alterum prudentia dirigit. Cæterùm eo non contentus M. Aurelius prospexit, vt XIV. illi philosophi in palatio suo habitarent, mensæ suæ socij & conuictores essent, & à latere suo nunquam discederent, idque vt cognosceret, an ipsorum vita doctrinæ conformis foret, & an verbis responderent actiones. MVLTOS enim lingua dulces, vita infames inuenias.

412 *Iulius Capitolinus & Cinna Catulus, huius rei scriptores dicunt, mirificam fuisse opt. Imperatoris vigilantiam, diligentissimè spectantis, AN essent in victu sobrij, in potu temperantes, in incessu sedati, in studijs assidui, & super omnia, an essent in sermone cordati, & in vita honesti. Vtinam nostri æui Principes (itidem) essent in hoc curiosi & soliciti, neque in committendis negotijs nihil sua referre arbitrarentur, quantum singulis habeant fidei! Nam quod cum debita dictum volo reuerentia, NON admodum sapienter agit Princeps, magni momenti negotium committens homini, an conficiendo illi idoneus sit, ignorans. Multi offenduntur, & queruntur, cùm Principes & magnates in tantis rebus errant. Ego verò, cùm vlla feliciter cedit, miror. Nam si ardua*

Plures allicit auaritia, quàm peritia. Aug. 7. ciuit. 3.

Dignitas est subiecti affatus meruisse dominantis. Cassiod. 8. 4.

In aula positos ambiendi ita crebra est affectatio, vt diligentis existimationis viri pro alienis viciis erubescant. Symm. 9. 83.

In eligendo plus offensionum, quàm gratiæ. Liu. li. 44.

Difficilem electionem æqualitas facit. Iustin. li. 1.

Sibi difficilem & præteritis grauem electionem futuram videt. Curt. li. 7.

Nil tam exiguum est, quod non honestè Regis humanitas tribuat. Sen. 2. benef. 17.

Qui rex tenax est, & adstrictus ad largiendum; simulacrum regni non regnum tractat. Pachym. li. 3.

In odium eorum, qui quod petebant nacti non sunt, faciliùs incurras, quàm eorum fauorem consequare, quorum voto satisfactum. Dio. li. 52.

Vehemens est, quisquis iniuria vel affectus est, vel affectum se putat. Idem. li 44.

Inuidus alterius rebus macrescit opimis. Horat. 1. ep. 2.

Postpositi contumelia incenduntur. Tacit. annal. 1.

Prælatum sequitur inuidia. Appian. ciuil. 1.

Fieri non potest, vt vnus omnibus placeat. Dio. li. 53.

Nihil tam periculosum, quàm si professioni gesta repugnent. Ambr. 1. Tim. 5.

Philosophi diligentiùs sciunt loqui, quàm viuere. Sen. ep. 88.

Pondus est pudoris grauissimi propria voce conuinci. Cassiod. 5. 21.

Parentibus nihil satis est. Symm. 2. 42.

Fari rectè miserum est, & viuere prauè. Prosper. Sent. 6.

Vnum est, quod doctrinæ anteferre debes, morum sapientiam ac probitatem. Nazi. Nicobul. ad fil.

Difficile est eundem & verbis & factis pollere. Dio. lib. 44.

Bene agere, futuræ bonitatis seminarium est. Fulgent. Mythol. 3.

Regia iussa tepefacta lentescunt, dum res vtilis delegatur infirmis. Cassiod. 5. 9.

Marcus Aur. multis decidenda negocia delegauit, quò magis eorum cum exercitio iuris autoritas cresceret. Capitolin.

Frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur; oratio verò sæpissimè. Cic. Q. frat. ep. 1.

Vulgus hominum pudorem ferè non nisi in oculis habet. Nazianz. ad Nemesi.

Frontis nulla fides. Iuuen. Sat. 1.

negotia viris mandarent (prudentibus ac) peritis, & in vno fortè fallerentur; centena contra ad optatum perducerent exitum. Iam verò CVM Principes fidei se credant hominum inexpertorum, imo quandoque prorsus incognitorum; si in vno collimant, in centenis aberrant.

Quamobrem NIHIL aio esse perniciosius Principibus † nouis, quàm si (in rebus suis) veteribus & fidelibus ministris non credant. Etenim non oritur amor verus, nisi ex conuictu assiduo (& diuturno.) Itaque par est, vt ab hoc Principe exemplum capiant Principes vniuersi, bonos filijs magistros quæsituri. Quod si magistri boni sint, & discipuli euadant improbi; culpa scilicet vacabunt patres. IVSTAM enim excusationem Principes magnatesq; habent, si filios ipsorum non institutionis defectu; sed malitiæ abundantia corrumpi manifestum sit vniuersis.

Porro habebant in more Principes Rom. vt celebrarent festum Genij, qui deus erat natiuitatis; quod festum quotannis die natali Imperatoris tanta per totam vrbem hilaritate celebrabatur, vt illo die captiui omnes ex custodia Mamertina dimitterentur. Veruntamen, si quis in populo seditionis, aut in exercitu proditionis autor fuisset, aut sacrilegio vel alio pacto templa violasset; horum trium facinorum reo nulla Romæ spes erat veniæ.

Sicut autem in religione Christiana sanctissimum iusiurandum est iurare super altari consecrato, aut super sacrosanctis Euangelijs; sic apud Romanos non erat aliud iusiurandum religiosius, quàm per genium (& salutem Principis.) Cumq; esset iusiurandum maximum; nemini illud nisi permissu Senatus, idq; non nisi præsentibus sacerdotibus Genij, iurare fas erat. Quòd si fortè iusiurandum id pro re leui interponeretur; ei qui iurabat, capitale erat. LEGE enim sanctissima Romæ cauebatur, ne cui solenne iuramentum fas esset facere, non petita prius à Senatu venia. Non permittebant Romani, vt hominibus mendacibus & fallacibus quanquam iuratis crederetur; nedum vt iurisiurandi illis potestatem facerent. AB HOMINIBVS enim periuris & deos contumelia affici, & homines decipi dictitabant. 413

Cùm autem Imp. M. Aurelius, de quo supra dicebam; Aprilis die XXVI. natus, ipsoq; Romæ in monte Cœlio in lucem edito, festum Genij celebratum esset; natali die Marci Imp. ad celebranda spectacula, gladiatores, histriones, comœdi ac pantomimi venerunt; quod perinde est, ac si hodie pyrrhichiarios, tympanistas, & gesticulatores dicas. Romani enim in festis solennioribus, tota nocte occupati erant offerendis Deo sacrificijs, totumq; postea diem ludorum & histrionum spectaculis impendebant. Cæterùm adeo faceti festiuiq;

Non alibi magis desunt amici, quàm vbi creduntur abundare. Sen. 6. benefi. 33.

Vbi malum principium, malus sequitur finis. IC.

† *iuuenibus. G.*

Amicitiæ parentum rectè in liberos transferuntur, vt caritas semel inita successoribus eorum hereditario iure proficiat. Sym. 7. 87.

Præsentia frequens prodit dominantis affectum. Cass. 6. 5.

Serò pœnitet neglectę liberorum institutionis, mœrorem ex eorum sceleribus percipientes, quem nulla subsequitur vtilitas. Plut. lib. educ.

Quando præstitimus, quod debuimus, moderatè, quod euenit, feramus. Cic. 6. ep. 4.

Genius deus, cuius in tutela, vt quisque natus est, viuit. Bini genij in domib. quæ essent maritæ, colebantur. Censorin. c. 3.

Lætitiam publicam in festis ethnici augebant solutione vinctorum. Athenæ. 1. 17. Tholozan. 13. 20. 4.

Impium est nos illis esse remissos, quos cœlestis pietas non patitur impunitos. Cassiod. 9. 18.

Si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, deniq; Maiestatem P. R. minuisset, lege Maiestatis in iudicium veniebat. Tacit. annal. 1.

Iuramus, sicut non per genios Cæsarum, ita per salutem eorum, quæ est augustior omnibus geniis. Tert. apolog. 35.

Tutius per Iouis genium peierare, quàm Cæsaris. Minut. 389.

Ἄρνησίς ἐστι θεοῦ ψευδορκία. *Nazianz. tetrast.* 43.

Iurare, nisi vbi necesse est, graui viro parum conuenit. Fab. 9. c. 2.

Τῶν αὐτῶν ἐστὶ τὰ πονηρὰ πράττειν, καὶ μὴ φροντίζειν ἐπιορκοῦντας. *Arist. Rhet. Alex.* 18.

Nullum vinculum ad astringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt. Cic. offic. 3.

Ἐκ πολυορκίας ψευδορκία φύεται. *Philo. de decalog.*

Μάρτυρα καλεῖν ἐπὶ ψεύδει τὸν θεὸν ἀνοσιώτατον. *Idem. Stob.* 360.

Quid est iurare, nisi eius, quem testare fidei tuæ præsulem, potentiam confiteri? Ambros.

Secunda res lætitiâ transuersum trudere solent à rectè consulendo atque intelligendo. Gell. 7. 3.

Habent sua verba miseri, habent felices. Plin. paneg.

In die lætitiæ malorum esse debet obliuio. Nazi. orat. 20.

Romani homines tempora voluptatis laborisq; dispertiunt. Cic. pro Muræn.

Intempestiua iocorum recordatio tempore dolendi. Sidon. 8. 11.

stiuiq; erant histriones illi, vt spectatoribus vniuersis risum moueret. Eam enim Romani in rebus tum ludicris tum seriis constantiam seruabant, vt diebus festiuis non liceret vlli mœstitiam præ se ferre; & contra die funesto nõ liceret lætitiam (percipere aut) ostendere: Vsque adeo IN ACTIBVS publicis cunctos aut plorare, aut ridere oportebat. Refert Cinna Catulus ea fuisse Imperatorem optimum morum facilitate, vt in publica omnium hilaritate hilarescceret, & cunctis ferias agentibus & ipse feriaretur, & quoties Pop. Rom. festos ludorum dies celebraret, sua illos præsentia cohonestaret, non minorem præ se ferens lætitiã, quàm si solus ipse, & præterea nemo, illa festiuitate frueretur. Alioquin enim PRINCIPE mœstitiam vultu ostendente, lætitiam nemo declarare vel debet vel audet. Narrant præterea illius ævi historici, NVNQVAM opt. Imperatorem in ludis & festis solennibus minus se lætum præbuisse, quàm festi celebritati conueniret; nunquam ita effusa exultasse lætitia, vt personæ dignitatem excessisse videretur. INGENS enim Principi virtuoso & magnanimo dedecus est, si in rebus seriis grauitatis obliuiscatur, & in ludicris leuitatis notetur. Vt autem hodie Principes armato incedunt stipati satellitio; Sic optimus Imp. doctissimis philosophis cinctus ingrediebatur; & quòd maius est pluris q; faciendum, cùm diebus festis & in spectaculis celebrioribus Principes incedant onerati parasitis famelicis; in M. Aurelij comitatu viri prudentes erant; quod profectò factum fuit viri sapientissimi. Nam SI BONORVM Princeps commercio gaudeat; fieri non potest, vt vllam de ipso querelam habeant

414 *ciues. Autor est Sext. Chæroneus, senatorem quendam Fabium Proculeium, cùm M. Aurelium curiam & theatra, stipatum semper viris sapientibus, videret intrare; ioco illi dixisse: Dic quæso Domine, cur non is in theatrum, tanquam in theatrum, & in curiam, tanquam in curiam? Nam IN CVRIAM ire decet sapientes, vt consilium nobis impertiant: in theatrum verò ire decet sanniones, vt fallendi temporis gratia nos oblectent. Cui M. Aurelius: Toto, inquit, cœlo erras amice. Nam IN CVRIAM, vbi tot sunt viri sapientes, mallem ego adducere omnes insipientes, vt ibi euaderent cordati, & in theatrum, vbi agunt omnes stolidi, mallem ego adducere omnes sapientes, ne stultum me fieri sinerent. Digna profectò tali viro sententia. Etiam atque etiam HORTOR Principes & megistanes, vt quoties cum scurris & fatuis agunt, nonnullos circa se habeant viros prudentes; in primis verò si fatui sint malitiosi. GRAVIS enim animi generosi verbo malitioso, quàm telo venenato sauciantur.*

Sed vt ad rem veniam; Cùm opt. Imperator ludos Genio celebraret, & XIV. pceptores Cõmodo adiuncti interessent;

Fff 2 *scur-*

Ἡ χρὴ τραγῳδεῖν πάντως ἡ μελαγχολᾶν. *Prouerb.*

Religioni habent Romani quicquam die solenni iniucundum audire aut videre. Dio. 10. extrem.

Festos dies Gentilis iuxta corpus agit: Christianis spiritualiter feriandum est. Nazi. orat. 44.

Μὴ μεμνώμεθα κακῶν χρησὲ ἔχοντες πρὰγμασθαι ἐν χρῷ. *Herodot. lib. 7.*

Marcus adoptatus in aulicam domum, omnib. parentib. suis tantam reuerentiam, quantam priuatus exhibuit. Capitolin.

Humanitas in Principe tam clara, quàm rara est. Pacat paneg.

In alto non altum sapere, Deo carissimũ, apud homines rarissimum. Bernh.

Φαίδρυνον σεαυτὸν ἀπολύτῃ τε καὶ ἀδολ. τῇ τε πρὸς τὰ ἀνὰ μέσον ὀρθῇ καὶ κακίας ἀδιαφορίᾳ. *Aurel. Imp. lib. 7.*

Cauendum, ne elati voluptate in aliquam turpitudinem delabamur. Cic. off. 1.

Nihil populo Romano saturo lætius. Vopisc. Aurelian.

Dubia prudenter tractes, aduersa fortiter, læta moderatè. Sen. 6. benef. 34.

Omnis Principi dies summa cum vtilitate subd torum, cum sua laude condatur. Plin. panegyr.

Principes philosophi cum iis versantes iustiores faciunt. Plut Philosophand. cum Princip.

Τοιοῦτός ἐστι ἕκαστος, οἷσπερ ἥδεται ξυνών. *Eurip Plin. 4. epist. 27.*

Τὸ σπουδαιζομένοις τοῖς φαύλοις ἐπιβλαβὲς καὶ ἐπίφθονον. *Cyrill. Stob. 169.*

Si Principem philosophia studio virtutis impleat; multis per vnum prodest. Plut. vt supr.

Ἡδὺ ὁμιλία πάντων βροτῶν γίγνεται διδάσκαλος. *Eurip. Andromach*

Marcus moderatè etiam cauillationes nonnullorum ferebat. Capit.

Adhibenda abrupta defensio aduersus abruptam prouocationem. Tert. aduers. Marcion. 4.

Theatra incusanda, non tempora. Oros. 4. 21.

Εἰ τοῦτο ἐσία ἀνώμεως, ὁμιλεῖν τοῖς χείροσι, μᾶλλον ἐπὶ τὰ φύσεως, καὶ μηδένα τρόπον παιδαίνειν. *Synes. epist. 57.*

Cùm theatrum ingreditur Princeps, tanquam exemplum ingreditur, quo pacto cæteri spectare debeant. Arrian. 3. Epict. 4.

Πολὺ κρεῖττον ἐς κόρακας ἀπελθεῖν, ἢ ἐς κόλακας. *Athenæ. lib. 6.*

Pertinacius hærent, quæ deteriora sunt. Fab. 1 c. 2.

Themistocles dixit Magistratus à ludis & quibuscunq; leuioribus esse arsendos. Saresb. 1. 4.

scurra quidam cæteris gratiosior fecit, quod id genus hominum tali loco solet facere. Nam IN LVDIS *illis nugatorijs, vt quisq; facetißimè scurratur, ita omnibus est plerunq; gratiosißimus. At M. Aurelius, qua erat prudentia, cum magis oculos XIV. magistris contemplandis intenderet, quàm histrionum nugis spectandis oblectaret; fortè vidit quinq; ex illis magistris præ nimia, quam ex nugis capiebant, voluptate, pedes supplodere, in subsellijs exilire, vociferari, & cachinnos tollere; quæ omnia viris tantæ dignitatis indecôra profectò fuerunt.* CORPORIS *enim honesta compositio magnum est animi sedati argumentum.*

Animaduersa ergo quinq; illorum sapientum leuitate (& inconstantia,) qua vniuersos graues ciues offendi perspexerat; iustißimum animo dolorem concepit Imperator, tum q; illuc eos adduxisset; tum quòd in electione errasset. Sed tanta ibi vsus fuit sapientia, vt non modò nullum doloris signum daret; verum etiam illa se animaduertisse dißimularet. Principum enim sapientum est, dolorem ex rebus more quidem hominum capere; sed eundem more prudentum dißimulare. Noluit autem Imperator illos ibi è vestigio commonefacere; multò minus coram alijs increpare: sed & diem festum, & aliquot insuper dies præterire passus est; quibus exactis, priuatim illos allocutus est, nihil omnino dicens publicè; qua in re Principem se præstitit clementißimum. Etenim INIQVA 415
admodum est obiurgatio publica, quam nulla præcessit commonefactio secreta. Ea verò quæ M. Aurelius quinque illis magistris dixit, quando illos à societate sua dimisit, ipsemet scribit lib. III. cap. V. sub titulo, Ad stultos pædagogos, seq; in hanc sententiam illos allocutum dicit.

CAPVT XLI.

Sermo M. AVRELII Imperatoris ad quinque magistros, de XIV. illis, quos filio pædagogos adiunxerat, quos è palatio suo propter ineptias die festo Genii commissas submouit.



Vtinam, amici, & constituendi, quod subterfugere nequeo, & vobis mandandi, q; mandaturus sum, neceßitate nō constringerer! Vtinam dij & mihi adsint propitij, & vos prosequantur iusti! Vtinam à me & à vobis omnia dij mala auerruncent! VIRO *enim fata aduersa habenti satius est ad mortuos commigrare, quàm inter viuos morari. Equidem cùm vos susceperim summa diligentia quæsitos, hoc animo, vti præceptores essetis filij mei Commodi: Testes facio Deos immortales, ex animo me dolere, vestrumq; dedecus dedecori mihi ducere, ac pœnæ vestræ partem maximam ad me redundare. Sed fieri aliter non potest. Non enim*

decet

Mimi simulatis erudiunt ad vera. Lact. 6. 20.

Miror tot millia virorum tam pueriliter identidem cupere currentes equos cernere. Capio aliquam voluptatem, quòd hac voluptate non capiar. Plin. 9. ep. 6.

Lasciuiens multitudo incompositos corporum dissoluitur in motus, saltitat & cantat. Arnob. 2.

Nimiæ læticiæ decoris sunt & grauitatis immemores. Mamertin. paneg.

Spectator spectaculum factus. Plin paneg.

Plus spectaculi exhibent, qui spectandi gratia veniunt, cùm exclamare & efferri, & exilire cœperint. Lact. 6. 20.

Βοῆς ἐν τοῦ ἐπηγελᾷν τινι, ἢ ἐπιπολὺ ἐπικινεῖσθαι, παντελοῦς ἀπέχου. *Epict.* 49.

Habitus mentis in corporis statu cernitur. Bern.

Ex ijs, quæ in oculis cernuntur, ingenium arguitur. Ælian. li. 7. extrem.

Emendatißimi viri est pœnitenda non facere. Auson. Gratiar. action.

Animi moderatio reprehensionis morsu vacua, & laudis suæ quæstu opulentissima est. Val. Max. 41.

M. Aurelius quamuis esset constans, erat etiam verecundus. Capitolin.

Minimè conuenit apud discipulos magistrum obiurgare. Plut. de discrim. adul. & amic.

οὐχὶ τὸ θυμοῦσθαι ἀνδρικὸν, ἀλλὰ τὸ πρᾷον καὶ ἥμερον. *Aurel. Imp. lib.* 11.

Castiga amicum clanculum, lauda palam. Mim.

Nec eorum, qui fidem nobis habuerunt, spes fallenda, nec superior vita nostra dedecoranda est. Nazi. ep. 15.

Clàm coarguas propinquum, quem palam laudaueris. Auson. Senten. 7. Sapi.

Ipsa obmutescit facundia, si ægra sit conscientia. Ambros. Ps. 118. 20.

Errores Princeps dissimulare nouit, aptū expectans tempus, quando vicia emendare valeat, vel punire. Isidor. de prælat.

Quod acerbitatis habet obiurgatio, significandum est, ipsius causa, qui obiurgatur, susceptum esse. Cic. offic. 1.

Initia in nostra potestate sunt, de euentu fortuna iudicat. Sen. ep. 14.

Reuerentia magistratuum aut contemtus redundat in honorē aut contumeliam subditorum. Saresb. 5. 4.

Οὐ μετανοεῖν, ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ τὸ σοφὸν ἄνδρα. *Epichar. Stob.* 957.

Actorum pœnitentia inutilis. Philo. de Ioseph.

Ausanza dol villan matto, dopo l' danno fa' l patto Adag.

Offensa comes frustratæ voluntatis. Tert. aduers. Marc. 1.

decet tam arctam esse inter homines amicitiam, vt sit illius gratia existimationis discrimen adeundum. Cùm autem, quos quæro sapientes, non tantùm ad erudiendum Commodum; verùm ad corrigendos etiam eos, qui malè viuunt in meo palatio, expetam; contrà ac volebam, euenire video; quòd cùm ex fatuis fieri sapientes debeant, ex sapientibus fatuos fieri animaduerto.

An nescitis, AVRVM purum putum prunarum violentissimarum de igni bonitate (precioque) nihil deperdere; & viri (constantis atque) cordati prudentiam inter hoc genus ineptias elucere? Etenim IN FORNACE auri exploratur puritas; & in stulti (nugis atque) ineptiis prudentia probatur cordati (& prouidi.) An vos fugit; nec sapientem inter sapientes, nec fatuum inter fatuos cognosci; sed inter cordatos obscurari fatuos, & inter fatuos emicare sapientes? IBI enim suam sapiens monstrat sapientiam, vbi stultitia redundant cuncti, solusq; ipse prudentiâ non destituitur. An ignoratis in
416 *vulneribus lethalibus peritiæ suæ specimen edere chirurgum; in morbis desperatis artem suam ostendere medicum; in prælijs dubijs virtutem suam (animique præstantiam) declarare ducem; & in atrocibus tempestatibus experientiam suam probare nauclerum? Ad eundem ergo modum IN MAXIMA vulgi lætitia (ac hilaritate) suam oportet grauitatem exerat sapiens.*

An nescitis, AB ANIMO sedato proficisci in homine intelligentiæ perspicaciam, memoriæ promtitudinem, grauitatem gestiuum, personæ tranquillitatem, famæ puritatem, & super omnia linguæ moderationem? Nam IS DEMVM nomen meretur sapientis, qui maximè tum in actionibus circumspectus, tum in verbis moderatus est. An ignoratis, quàm PARVM profit linguam habere volubilem, memoriam viuacem, intelligentiam perspicacem, scientaim locupletem, eloquentiam vberem, stilum suauem, experientiâ diuturnam; si his omnibus instructi, cùm magistri esse debeatis, viri estis in actionibus (praui & improbi? TVRPISSIMVM profectò est virtutis spectatæ Imperatori magistros ipsum præsicere filiis eos, qui discipuli sunt (stolidorum) scurrarum mendaciumque nugatorum. An vos fugit, CVM mortales in terris vniuersi ad vitæ honestatem deuincti sint; multò magis ad eam obligari, qui maiorem sibi scientiam arrogant, quiq; sua mundum eloquentia se territuros autumant? Est enim regula verissima, SEMPER actiones malas fidem detrahere verbis bonis.

Ac ne quid fingere videar, in memoriam vobis reuocabo antiquissimam Romanorum legem, Cinnæ æuo latam, huius sententiæ: GRAVIOREM pœnam delicti (vel errati) palàm

M. Aurelius fuit per omnia moderatiss. in hominibus deterrendis à malo, inuitandis ad bona; remunerandis copia, indulgentia liberandis, fecitq; ex malis bonos, ex bonis optimos. Capitolin.

ἐδὲν ὑπερφόλον, ὡς τὸ μανέσθαι κρεκόν. *Stob.* 63.

Je höher Berg / je tieffer Thal / je grösser Mann / je schwerer fall. Adag.

Indubitata approbatio artis est rerum semper effectus. Veg. 2. præf.

M. Aurelius tantæ erat tranquillitatis, vt vultum nunquam mutauerit mœrore vel gaudio, philosophiæ deditus Stoicæ. Capitolin.

ὦ μὴ εἷς ἢ ὁ αὐτὸς ἐστιν ἀεὶ ἢ βίε σκοπὸς οὗτ' εἷς ἢ αὐτὸς δὶ ὅλε ἢ βίε εἶναι ἐ δύναται. *Aurel. Imp. lib.* 11.

Quod non es, ne videare, caue. Ouid. 5. Triſt. 14.

Θαυμασὸν ἀνθρωπ@ μέτρι@, ὃς ἐν πολλοῖς τῶν ἀέχων μοχθηροῖς, ἐ διέφαπλαγ. *Aristipp. Stob.* 398.

Τὰ μεγάλα τ πραγμάτων ἰσομέτρων δεῖται φαρμάκων. *Theodor. Stob.* 957.

Maioribus vulneribus diligentior est adhibenda medicina. Leo. ep. 51.

Facile est, ventis dare vela secundis. Manil. lib. 3.

Tranquillo quilibet gubernator est. Sen. ep. 85.

Nequaquam par gubernatoris est virtus, cum placido & cum turbato mari vehitur. Plin. 9. ep. 26.

ἐπισκιάζοντες τὸ ἄγαν χωρὶς ἢ οἱ σωφρονέστεροι τ ἀνδρῶν. *Heliod. extrem.*

ἢ σιγὴν κρέιττον, ἢ λόγον ὠφέλιμον ἔχε. *Pytha. Stob.* 389.

Nihil prodest verbis proferre virtutem, & factis destruere veritatem. Cypr. Serm. de mortalit.

ἐπιτήδευσις ἀπολύτω@ σκαλμὸς ἐστιν. *Aurel. Imp. lib* 11.

Gratiam præteritis auferunt cessantia. Fab. declam. 5.

ὁρῶ ἐνίους ἔτ' ἐυκαίρως ἔχοις ἐπισήμοις χρωμένους, ἔν τε ταῖς πραγματείαις ἀφρονεστέρως, ὁ ἔχις τ μωρῶν. *Isoc. panath.*

In artibus licet tibi nescire, nec pudeat: Non pudet me nescire bene viuere, nunquam dicere audebis. Apul. de Deo Socrat.

Non omnes, quæ pectore latent, ore proferunt; sed facta animi recessus declarant. Nicet. Alex. Com. lib. 3.

Qui aliter facit, quam prædicat, verbis suis ipse se accusat. Ambros. Psal. 118.

In artibus excusatius est voluntate peccare, quam casu: in vita, maxima culpa est, sponte delinquere. Sen. epist. 99.

† *criminis.*

Turpe est artem vitæ professum delinquere in vita. Cic. Tusc. 2.

Hæc condítio superiorum est, vt quicquid faciunt, præcipere videantur. Fab. decl. 3.

Scire debent prælati, quod cum ipsi delinquunt, tot mortibus digni sunt, quot subditos ad perditionis exempla transmittunt. Saresb. 8. 17.

† *eruditi.*

Studiosè plerique facta Principum imitantur. Cic. off. 1.

ἐδὲν ἐστὶν αἴτιον λυπηφίλιας. *Aurel. Imp. lib.* 11.

Non vt astu magis, quam vera virtute gloriarentur, maiores bella gesserunt. Liu. lib. 42.

Columba sine felle sæuit. August. Ioan. tract. 6.

Λαυθάνουσα πονηρία τὸ πεφακελωμένον βλαβερωτέρα. *Basil. Stob.* 65.

Mores ac vitia Regis imitari, genus obsequii putatur, Lactant. 5. 6.

Bellis insignior ille; Sed pacem fœdat viciis. Hic publica felix, sed priuata minus. Claudian. Stilic. 1. 28.

O quam difficile est bonum manere? Paeat. paneg.

Quos vulgus imitari, præterquam proceres potest? Arrian. 3. Epict. 4.

Vicia accusare aliquanto facilius quam vitare. Val. Max. 9. 1.

Prævalida corpora ab externis causis tuta suis ipsa viribus onerantur. Liu. lib. 30.

Non sine quodam munere deum festinatis senectutis infignibus ad augendam maiestatem ornatur cæsaries. Plin. paneg.

Cyneas interrogatus à Pyrrho, qualis Roma esset; respondit Regum vrbem sibi visam. Iustin. lib. 18.

Patres conscripti appellati, qui alios sapientia, ætate & affectu paterno præcedebant. Saresb. 5. 9.

Temeritas est florentis ætatis, prudentia senectutis. Cic. de senect.

ἀεὶ ὁ' ἐν βυλῇσι γέρων πολυίδεις ἀμείνων ὁπλοτέρῳ πέλει ἀνδρὸς, ἐπεὶ μάλα μυρία ἴδυῖ. *Coint. lib.* 5 155.

Plures consilium senis, quam animum adolescentis ferocem laudant. Liu. lib. 28.

Roma arx Regum ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium Imperii. Cic. pro P. Syll.

Efficacissimum discipulatus genus agendo potius instrui, quam legendo. Cassiod. 5. 40.

Ex omnibus incommodis nihil tolerabilius exilio, præsertim innocenti: Cum ea vrbe careas, in qua nihil sit, quod videre possis sine dolore. Cic. 7. epist. 3.

Ingeniosior est ad excogitandum simulatio veritate, seruitus libertate, metus amore. Plin. paneg.

ἢ μὴ διδάσκειν, ἢ διδάσκειν τῷ τρόπῳ. *Nazi. Stob.* 932.

admissi eruditus, quàm † *homicidij clam perpetrati idiota luito. O legem iustam! imò verò iustissimam! O iustos felicesque ciues Romanos, quotquot legis huius ferendæ autores fuistis! IDIOTA enim non plus quàm vnum gladio per iram iugulat: Sapiens verò multos malo vitæ exemplo perimit. Nam vt dicebat Plato diuinus; PLVS exemplo peccant Principes & † sapientes, quod præbent (vicioso,) quàm (culpa &) peccato, quod committunt. Diligenter hoc contemplatus sum, neque diuersum ab eo, quod dico, scriptores affirmant; TVNC ad ruinam inclinare cœpisse Romam infelicem, quando relegata ex curia columbina simplicitate, calliditas cœpit serpẽtina dominari. NIHIL enim omnino est, quod magis Principum acceleret interitum, quàm si viris sese stipatos sapientibus, quorum consiliis vtantur, existimantes, viros sese improbos, à quibus decipiantur, habere deprehendunt.*

Quàm iuuit antiquitus cernere politiam Romanam, antequam Syllæ Marijq; seditionibus distraheretur; à Catilina 415
Lentuloq; perturbaretur; à Iulio & Pompeio conuelleretur; ab Augusto & Antonio euerteretur; à Tiberio & Caligula contaminaretur; à Nerone & Domitiano corrumperetur! Nam plerique horum Principum etiamsi viri fuerunt præstantes, multaq; imperio regna adiecerunt; PLVRA tamen nobis vicia attulerunt, quàm regna subegerunt, & quod omnium est pessimum, regnis iam amissis, vicia retinuimus.

Si Liuio & aliis autoribus fides habenda est; videre in Senatu olim licuit ciues natu adeò grandes, (barba & capillo) canos tam venerandos, viros tam experientes, senes tam moderatos (ac sedatos,) vt nihil eorum conspectu venerabilius, nihil oratione admirabilius posset cogitari. At quis temperet à lacrimis, videns in locum senum priscorum iuuenes successisse locutuleios (& arrogantes,) adeò peruersos & improbos, vt & reip. exitio, & ciuitati offendiculo sint? INFELICISSIMAM enim terram, & in extremas angustias adductam esse necesse est, quæ tam impotenti tenetur iuuenum dominatu, vt omnium suspiriis senum in vitã reditus requiratur. Si fidem iis habemus, quæ veteres dicunt; nõ possumus negare Romam matrem fuisse actionum laudabilium, quemadmodum Græcia antiqua fons fuit omnium scietiarum, ita vt GRÆCORVM opus esset loqui, & Romanorum gloria agere. Sed contrà iam malo nostro fato sit. Nam Græcia blaterones omnes Romam relegauit; & Roma sapientes omnes exulatũ misit in Græciam. Quod cùm ita sit, exulare cũ vniuersis sapientib. in Græcia malo, quã Romana cũ stultis ciuitate frui.

Ita me dij ament! amici, vt ego puer oratorem Romæ vidi, domini mei Adriani ministrum aulicum, nomine Aristonicum, statura mediocri, & facile macilẽta, cuius etiam patria

ignora-

ignorabatur. Veruntamen eloquentia erat tam consummata, vt si tres in curia horas oraret; nemo esset, qui strepitū excitaret. Olim enim si is, qui orabat in Senatu, gratiosus erat, non aliter atq; Apollo ipse audiebatur. Cæterum Aristonicus ille adeò tum suauis in dicendo, tum dissolutus in viuendi modo fuit, vt nullum vnquam in Senatu verbum dixerit, quod nō æterna esset memoria dignum; atq; inde digressus nihil vnquam visus sit facere, quod non grauissimā mereretur animad-
418 *uersionem. Etsi autem admodum eram, vt dicebam, tum adolescens; tamen conspectum tam nequam philosophi vniuerso populo ingratissimum fuisse recordor, cùm, quod omniū esset deterrimum, nulla esset spes emendationis & in dies magis illius magisque minueretur autoritas. NEMO quippe est, qui tantam adipiscatur eloquentiæ famam, quin maiorem vitæ impuritate sibi conciliet infamiam.*

Quæro nunc ex vobis, amici, cùm sapientes habeamini, vtrum melius, aut vt clariùs dicam, vtrum minus malum fuisset, philosophum illum idiotam, & probatæ vitæ, an insigniter, quod fuit, eloquentem & (vitæ prauæ ac) famæ sinistræ esse? Fieri sanè non potest quin si semel tantùm ille de me dici audiisset, quod ego de ipso dici sæpissimè audiui, autor mihi futurus fuerit, idq; vt facerem, me impulsurus, vt sepeliri potiùs, quàm ita infamis, quemadmodum ipse vixit, Romæ viuere optarem. INDIGNVS enim est, qui inter homines agat, cuius nonnulli quidem verba probant; actiones autem cuncti damnant (& improbant.)

Primus Romæ Dictator fuit T. *Largius, primusq; equitum Magister Sp. Cassius, & inde ab illorum* † *æuo, qui primi dictaturam gesserunt, ad Syllam vsq; & Iulium, qui primi tyrannidem inuaserunt, anni intercesserunt* † *CCCCXV. quo (toto) tempore neque verbum futile ab vllo Philosopho prolatum, & multò minùs quicquam dignum reprehensione factū fuisse legimus; ac si aliud Roma permisisset; indigna illa, quatum floruit, celebritate (ac gloria) fuisset. NEQVE enim potest fieri, vt bene subditi regantur, si sapientes, à quibus reguntur, dissolutè viuant.*

Ita deos experiar propitios! ita etiam vir bonus habear! vt quoties cum animo meo considero, tum quæ de Roma legi, tum ea quæ nunc oculis video, nil aliud possum, quàm gemere propter præterita, & deplorare præsentia. Video enim, quomodo tum pugnarint exercitus; imperârint tantùm senes; annisi sint, vt frugi essent, iuuenes; video, quàm bene imperarint Principes; quàm promtè obtemperarint subditi. Video denique, quod omniū maximè mirādum, quanta libertate gratiaq; vsi sint sapientes (& eruditi;) quāta in humilitate & despectu vixerint idiotæ. Iam verò fatis prorsum nobis

aduer-

Danda opera, vt intelligenter, vt libenter, vt obedienter audiaris. Augustin. 4. doctr. Christ. 15.

Incassum personam fictæ seueritatis induit, cum legibus parendum censet iniustus. Calsio. 1 4.

Quis tulerit Grachos de seditione querentes? Iuuenal. Sat. 2.

Can vecchio mal s' auezza à portar cauezza. Adag.

Frangas citius quam corrigas, quæ in prauum indurauerunt. Fab. 1. cap. 4.

Δένδρον παλαιὸν μεταφυτεῦσαι δύσκολόν ἐστιν. *Antisth. Stob.* 64.

Gehet wol zu/ Schaum ist kein Bier. Adag.

Μισῶ τὸν αὐδῶντα τὸν ἀπλῶν πτύκτην, χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς πράγμασι. *Epigram. lib.* 1.

Quomodo vis innotescere, sic viue. August. de verb. domin. in Iohan. serm. 43.

Ante vitæ, quam doctrina quærenda est. Vita enim bona & sine doctrina habet gratiam, doctrina sine vita integritatem non habet. Ambros. Psal. 118.

Pueri non modò quæ diserta; sed vel magis quæ honesta sint, discant. Fab. 1. 14.

Non vitæ sed scholæ discimus. Sen. epist. 106.

Bene loqui & praue viuere, nihil est aliud, quam sua se voce damnare. Prosper. Sent. Augustin. 6.

Philosophus in ratione vitæ peccans hoc turpior est, quod in officio cuius magister esse vult, labitur. Cic. Tuscul. 2.

Dominationis & crudelitatis libido honesti nominis reuerentia & armabatur, & velabatur. Oros. 5. 21.

Priscis temporibus, cum adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuæ. Arbit.

† *Ab V. C.* 253.

† *Sylla dominatur circa V. C. annum* 670.

Decet te honorem, quem geris nomine, morib. exhibere. Cass. 1. 11.

Malis magistri male doceant necesse est. Tertull. de habit. mulieb.

Καλῶν μαθητῶν κακίονες οἱ διδάσκαλοι. *Rhodig. lib.* 11. *c.* 12.

Es sindt nicht alle Jäger/ die Hörner führen. Adag.

Σωφρονεῖν δεῖ τοῖς πλουτοῦσι καὶ ταῖς δυναστείαις αἰσχύνη, καὶ μετὰ τούτων ἀνάλγησία. *Isocr. Areopag.*

Cunctis sua displicet ætas. Auson. Idyl. 15.

Nil erit vlterius, quod nostris moribus addat posteritas. Iuu. Sat. 1.

Omnis vitæ ratio sic constat, vt quæ probamus in aliis facere ipsi velimus. Fab. 10. 2.

Maximum gloriæ certamen inter maiores erat; Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Sall. Catil.

Bonus Nerua Traianus; Antonius Pius innocens, Marcus plenus officii; temporibus adiuti sunt, quæ tunc mores alios nesciebant. Symm. l. 7.

ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις τὸ ἑλλάδος παίδευσις. παράδειγμα μᾶλλον ὄντες ἢ μιμήμασι ἑτέροις. *Thucyd.* 2.

Sic omnia fatis in peius ruere! Virg. Georg. 1.

Omne in præcipiti vitium stetit. Iuuenal. Sat. 1.

In his præsertim moribus (plerique) etiam irascuntur admonitioni & taciti repugnant. Fab. 2. cap. 2.

Nulla est ciuitas, quæ non & improbos ciues aliquando, & imperitam multitudinem semper habeat. Liu. lib. 45.

Cauendum ne (malus) præficiatur negotio; aut iam præpositus vt remoueatur curandum. Colum. l. 7.

Intra vnam domum boni & mali continemur. Cypr. Tract. 1.

Locupletissimum mortalium genus, in quo pauperem inuenire non posses. Sen. epist. 90.

Alla fine la simulatione si scuopre, & se l'imitatione fa sembianza, non fa identita. Tesor. pol. 1.

In vultu & in voce cognoscimus seruientium mores. Cass. 6. 9.

Si verbis facta non congruant, deformant iniquitatis opera magisterium disciplinæ. Ambros. Psal. 118.

† *inquilinos.*

Si da l' vficio, è non la discretione. Adag.

Principe præsente, vel subridere periculosum aliis, præterquam admodum familiaribus. Philo. legat ad Ca.

Habet magnum dolorem, vnde cum honore decesseris, eodem cum ignominia reuerti. Cic. pro Muræn. extr.

ἴδιον ἀνθρώπου φιλεῖν τὸ τοὺς παίοντας, ὅπου δὲ ἄγνοιαν τὸ ἀκόντες ἁμαρτάνουσι, τὸ μεῖζον ὀλίγον ἀμφότεροι πεθνήξετε. *Aurel. Imp. lib.* 7.

Θέλω τύχης σκαιγμὸν ἢ φρενῶν πάθος. Ραυὶ: φρενῶν μοι μᾶλλον ἢ βηθὸς τύχης. *Adag.*

ὁ μὴ εἰδὼς σωπᾶν, οὐκ οἶδε λαλεῖν. *Plut. Stob.* 387.

Si altiorem, quam meliorem esse delectat; non præmium, sed præcipitium expectamus. Bernh. ep. 27.

† *Fieri potest, vt interdum placeat.*

Noli imitari malum prædicatorem; sed imitare bonum, quod tibi prædicatur. August. Ioh. tract. 66.

aduersantibus, contrarium videmus ærumnosis hisce temporibus; vt planè NESCIAM, *vtrùm priùs deplorem virtutes & fortia facta defunctorum, an vitia inertiamque superstitum. NVLLVS enim modus esse debebat bonorum prædicandi præstantiam, nullum debebamus finem facere vituperandi (& exagitandi) malorum improbitatem.*

O quàm dulce erat videre, secula illa glorioſa tam glorio- 419
sis frui (in republ.) senibus & philosophis! Ex aduerso verò quàm dolendum pudendumque nunc est, videre tot philosophos dissolutos, & tot iuuenes (effrenes &) contumaces! qui Romæ, vt dixi, vniuersæ exitio, totique Italiæ offendiculo sunt (& dedecori!) HOMINES *enim improbi malitiæ abundantia rempub. affligunt, & virtutis penuria patriam pessundant. Vt idem denuò repetam, amici,* CCCCXV. *annos nobis durauit prosperitas, &* TAM *diu Roma floruit, quàm diu maiestatem in actionibus, & in verbis simplicitatẽ retinuit, summumque illius bonum fuit, quòd à bonis (ac virtuosis) diues, à malis (viciosisque) inops erat. In summa,* FORTVNATA *non potest dici ciuitas, quæ multos ciues; sed quæ paucos habet vicioſos.*

Sed vt ad rem ipsam propriùs accedam; Ideò vos dimittendos censui, quòd me vidente, die festo Geny non admodum vos sedatos (constanteſque,) præsente Senatu, ostendistis, vt omnium oculi magis conuersi essent in gesticulationes vestras, quàm in ea, quæ vel agebant, vel dicebant Pantomimi, (histriones & comœdi.) Quas ineptias si vobis licitas arbitramini, quia regiæ vos domus † ministros esse noueratis; non minùs, mihi credite, talia cogitantes, quàm facientes peccastis. PRINCIPVM enim familiaritate neminem adeò niti decet, vt siue seriò, siue ioco (honoris ac) reuerentiæ Principi exhibendæ rationem nullam habeat.

Cùm autem à me dimittamini, pro viatico multas potiùs pecunias; quàm multa præcepta à vobis optari noui. Verùm vtrisque vos, & pecuniis scilicet, quibus in itinere faciendo, & monitis, quibus in vita agenda vtamini, instruam. Neque mireminì consilium me illis dare, quorum (mos) est aliis consulere: quoniam SÆPISSIME *vsu venit, vt medicus morbos curet alienos, & non cognoscat proprios. Sit ergo vltimum verbum, & postremum consilium hoc, vt* QVANDO *acceſſeritis ad seruiendum Principibus & magnatibus, elaboretis, vt in classe potiùs censeamini virorum honestorum, quàm eruditorum; moderatorum, quàm ardelionum; taciturnorum, quàm loquacium. Nam* IN AVLIS *principum si eruditus præter eruditionem nihil habet; † prosperitas magna est, si placet. At* VIR *honestus nunquam displicet.*

CAPVT

CAPVT XLII.

Epistola M. Aurelii scripta Imperatoris in acerbissimo luctu super morte Verissimi, filii vnicè dilecti, ad Catulum Censorium.

420 MARCVS *Censor nouus & iuuenis, Catulo Censorio seni S. & obseruantiam.*

Cùm binas ad te dederim literas, ne vnis quidem mihi respondisti: quod si factum, quia non poteras; æquo animo fero: Sin, quia nolebas; est quod doleam; sin obliuione id factum; te reprehendo: sin quia me paruipendis; prouoco: sin somnio es prohibitus; non est habenda somnijs fides. Quòd si non vis, vt valeat iure testamenti, si possim de tuis tanquam amici gloriari literis; valeat saltem iure codicillorum, si me tanquam filium pater monueris & obiurgaris.

EST quidem iuuenum virtute præstantium honorare senes prudentes; EST item senum, qualis tu es, erudire & docere valde iuuenes, qualis ego sum. IVSTVM enim est, vt & nouo iuuentutis robore senum (infracta) fulciatur & foueatur imbecillitas; & longa similiter senum experientia caueat, ne per ætatem teneram, & ignorantiam natura insitam in fraudem incidamus. MALE cum iuuentute agitur, quæ corporis robore pollet; animi verò virtutibus destituitur: at SENECTVS illa honorata est, quæ quantò magis viribus extra neruisq; deficit, tantò magis virtute intus repullulat & reuirescit.

In arbore quidem fructibus collectis, folijs delapsis, floribus arefactis, viridiores & vegetiores radices esse experientia docet. Ad eundem modum, exacto adolescentiæ vere, & iuuentutis æstate, postquam hyeme senectutis accedente, foris putruerunt poma (vt ita loquar) carnis, deciderunt folia fauoris, marcuerunt flores voluptatum, & exaruerunt vanæ spei cortices; æquum est, vt tum optimæ sint intus actionum radices. SENES, quibus verè nomen hoc conuenit, honestis potius actionibus gloriari, quàm canis decet: HONOR enim non capitis canicie; sed vitæ integritate comparatur. EADEMVM resp. gloriosa, felixq; Princeps illius dominus; vbi & iuuentus est, quæ laboret, & senectus, quæ consulat.

Qua ratione naturalis vita conseruatur; eâdem habere se debet politica gubernatio, vt videlicet, quemadmodum fructus nec vno tempore proueniunt vniuersi, nec vno omnes desinunt; Sed desinentibus alijs, alij incipiunt: Ita vos quidem docentes; nos verò obedientes, parentum instar seniorum & pullorum nouorum, in nido veluti curiæ, plumis alij nudabimur, alij armabimur; lassiq; ita parentes & volandi impo-

† *In Hispanico est caput 66. lib. 3. Abest à versionibus Gallicis.*

Non solùm in amissione, sed etiam in discessu carissimorum necessarius morsus est, & firmissimorum quoq; animorum contractio. Sen. Marci 3.

Longè diuersa conditio est fortuiti, quàm affectati silentij. Sym. 1. 89.

Si peccaris vltra reticendo; ego protinus vlciscar scribendo: vt tam puniaris scripto meo, quàm punior egomet silentio tuo. Sidon. 4. 2.

Probatio dilectionis, exhibitio est operis. Gregor.

ὁ τοῖς ὀνείροις πιστεύων εἰς ἅπαν ἀδόκιμος. *Stobæus.* 305.

Nemo flagrantiùs amicitiam colit, quàm qui irascitur negligentiæ. Sym. 4. 21.

Tempus cætera omnia auferens, senio adiicit scientiam. Plut. de exilio.

Quid iucundius senectute stipata studiis iuuentutis? Cic. de senect.

Celeriùs decidit festinata maturitas. Fab. 6. prooem.

Senectus infirmitas corporis, sobrietas mentis. Ambr. Hexam. 1.

Senectus non minuit virtutem, sed auget; si tamen iuuenilis ætas virtute decursa est. Lactant.

Ἀλλοὶ πολὺ γήρως ἀκμάζουσι, καὶ τῶν δὶς παῖδες οἱ γέροντες γίγνονται. *Plat. Axioch.*

Tardam ne sperne senectam. Sil. lib. 1.

Multa ferunt anni venientes commoda secum; multa recedentes adimunt. Horat. art.

Senectus flos animi. Sen. ep. 26.

Quod in radice celatur, in ramis declaratur; & quod latet in foliis, enitescit in pomo. Aug. homil. 48.

Senum vires in solo consilio sunt positæ. Dion. lib. 6.

Consule, queis ætas longa magistra fuit. Ouid. Heroid 5.

Maximè illis congruit verecundia, quorum in delictis damnatur mens inuerecunda. Cypri. lib 2. ep. 7.

Maximè salua est ciuitas, vbi consilia senum & iuuenum arma vigent. Plut. An seni gerund. resp.

Potentia in iunioribus, in senioribus sapientia. Arist. 7. polit. 9.

Cunctis rebus inest quidam velut orbis; vt temporum vices, ita morum vertuntur. Tacit. annal. 4.

Ἀνθεῖ πρὸς ἐπιστήμην ψυχὴ, ὁπότε αἱ τοῦ σώματος ἀκμαὶ χρόνου μήκει μαραίνονται. *Euag. Stob.* 855.

Eam dico legem literis amicorum, vt assiduitate illorum animos probent; meum bonitate delectent. Symm. 8. 33.

† *iritârat. G.*

Minus graue est debitorem, quàm ingratum videri. Symm. 9. 187.

Eum qui de sua vnius sententia omnia gerit, superbum iudico magis, quàm sapientem Liu. li. 44.

Ἅπαντα δῆλα δ' φρονεῖν κομιδῇ τινι. *Menand.*

Sapientia omnibus præest, eiusq; imago pro forib. omnium templorum pingi solita. Saresb. 4. 6.

Calamitatum mollimentum consuetudo. Sen. Tranquil. 10.

Verum Cæsarem exsecto sub aure tubere septennem amisit, quem non plus V. diebus luxit. Capitolin.

Lenteſcunt tempore curæ. Ouid. art. 2.

Τὶ φθιμένοις ϛοναχεῦμαι ἐφ' ἡμῖν, αἰὲν ἀλαλκεῖν τ' πυέλων αἴδεω ἐδὲ θεοῖς μενεαμεις. *Antip. epigr.* 3. 25.

Carior eſt ex liberis ille, qui moritur. Fab. declam. 5.

Altum vulnus est, amittere filium. Macrob. 4. Satur. 4.

Quid dolorem nostrum moderaturi causis potiùs fomenta sufficimus? Sidon. 4. 11.

Misera res est pater filio hæres. Plin. paneg.

Τί δ' ἂν μεῖζον δ' ἐπ' ἀναλοῖς πάθοι ἐξ ὄρεως, ἢ τέκνα θανόντ' ἐσιδεῖν. *Eurip. Supplic.*

Hominis est affici dolore; resistere tamen, & solatia admittere, non solatiis non egere. Plin. 8. ep. 16.

Non sentire mala sua, non est hominis, & non ferre, non est viri. Sen. Polyb. 36.

Affectus, qui premuntur, ne per verba expirent, grauiores redduntur. Philo. de Ioseph.

Magis exurunt, quos secretæ lacerant curæ. Sen. Agamem. 3.

Maiores æstus febresq; animarum sunt, quàm corporum. Ambr. Psal. 118.

Νόσων πολὺ χειρίτλον ἐϛιν, ἢ λύπαι φέρειν. *Philem. Stob.* 787.

Potest non dolere cor humanum, defuncto carissimo; meliùs tamen dolet & sanatur cor humanum, quàm non dolendo fit inhumanum. Aug. de verb. Apost. serm. 33.

O parentum misera conditio! quam nouis inusitatisq; patemus insidiis! Fab. decla. 7.

Λύπη μοναῖς κοινωνίαν ἔχει τινά. *Alex. Stob.* 787.

παῦ πρόσγμα δύο ἔχει λαβάς, τὴν μὲ φορητὴν, τὴν δ' ἀφόρητον. *Epictet.* 65.

Dolore nihil est apud miseros potentius. Sen. ad Helu. 2.

Ne mala malis sanes. Dion. li. 1.

† *Aristoteles patriam suam non in genua procidentem, sed in os prostratam erexit atque restituit.* Ælian. 3. *Solum mento radit & pectore.* Arnob. *lib.* 7.

Τὸ ζῆν μὴ καλῶς, μέγας πόνος. *Eurip. Stob.* 888.

Tanti vulneris dolor nulla temporis diurnitate potest aboleri. Symm. 9. 10.

impotentes filiorum opera tenerorum nutrientur. Ita vir bonus habeat! ita animo quieto mihi, Catule, videre te contingat! vt ne versum quidem ad te hoc anno scribere decreueram! Stilum enim meum tua † hebetârat negligentia. Verùm ingenij mei inertia, & ingens officij mei periculum, consilia tua semper flagitant. Hoc enim habet PRIVILEGIVM *sapientia, vbicunq; sedem fixit; quòd sapientes insipientium dominos, & insipientes sapientum mancipia facit.*

Equidem te mei oblitum arbitror; dum temporis diuturnitate mortem Verissimi, filij mihi vnicè chari, obliuioni à me traditam credis: Nec sanè iniuria. SÆPE enim tempus plagam sanat, quæ ratione sanari non potuit. Verùm hac in parte haud scio, maiorne sit error tuus, an meus dolor! Deos enim testor immortales, minus crudeliter infelicia filij mei viscera à vermibus famelicis, quàm ærumnosi patris animum doloribus acerbis lancinari; ita quidem, vt nulla appareat proportio. Filius enim semel tantùm mortuus est; pater verò miserrimus singulis moritur momentis. Quid vis amplius dicam? nisi inuidiâ quidem ipsius mortem; at commiseratione vitam meam esse prosequendam. Ille enim moriendo viuit; at ego viuendo morior. 421

MIHI *quidem efficacissimum videtur in calamitosis vitæ casibus, turbulentisq; fortunæ procellis esse remedium, vbi parum industria, & (longè) minus vis prodest, vt doleamus tanquam homines, & dissimulemus tanquam prudentes. Si lingua palam exprimerent singuli, quæcunq; clam in corde sentiunt; cœlum, credo, suspirijs rumperent, humumq; lacrymis inundarent. Quòd* SI COR *seriò afflictum oculis liceret intueri corporeis; appareret me Hercule, quantum vnica sanguinis gutta, quam intus sudat, omnibus præponderet lacrymis, quas plorando foris effundit. Nam* MAXIMI *dolores corporis, nulla ex parte cum minimo animi cruciatu comparandi sunt.* OMNIBVS *quidem, quæ corpori possunt contingere, malis remedia excogitarunt homines. At si ærumnosum cor loquatur, nemo audit; si lacrymetur, nemo videt; si queratur, nemo credit. Quid igitur tali faciendum, nisi vt vitam, qua moritur, odio habeat; & mortem, qua viuat, amet?*

HEROICÆ *virorum excellentium virtutes non in tolerandis corporis; verùm in dissimulandis animi affectionibus consistunt. Hæ enim humores perturbant, sine vllo gestuum externorum indicio; febrem accendunt, sine pulsus variatione; † humi nos prosternunt, in genua deijciunt, vndis oretenus mergi, mori denique vitâ non amissâ, cogunt: In summa vitam prolongant, vt magis affligamur, tumulumq; negant, ne in illo requiescamus.*

Quare

Quare cùm considero, non modò calamitatibus me diuexari; sed ex ipsis etiam consolationibus tædium capere, semperq; inde fame, hinc fastidio cruciari; hoc vtor remedio, vt partim silentio dissimulando, partim largiter deplorando, partim corde dolorem premendo, VITAM, eius, quod habeo,
422 *amittendi metu suspensus, & quod amisi recuperandi spe destitutus, transigam. Atq; hæc dico, vt si nunc fortè neq; lacrymari, neq; lamentari me ita, vt defuncto modò filio, vides; ne minus ardere pectus meum arbitreris: Sed ingenti æstu interno omnem foris oculorum absumi humorem, visceraq; infelicia velut i accensis carbonibus deflagrare statuas.*

An te fugit, mi Catule, quanto dolori sit patri honorato mors filij boni? OMNIBVS in rebus munifici in nos dij sunt, præterquam in concedendis filijs virtute præstantibus. Equidem diligentissimè obseruaui, QVO SVBLIMIOR est cuiusque status, eò maior est hæredum bonorum penuria. MOLESTISSIMVM sanè auditu; at longè acerbius visu est, quòd parentes diuitijs proficiunt, filij vitijs deficiunt; quòd parentes filijs honori, filij parentibus dedecori sunt; quòd parentes quietem filijs parant, filij senectutem parentibus iniucundam reddunt; quòd parentibus morti est præmaturus filiorum obitus, at mortis paternæ tarditatem deplorant filij. Quid dicam? quòd PERINCVRIAM dignitatem opesq; filij perdunt, quas summa parentes cura compararunt. Hoc enim persuasissimum habeas, DIVITIAS parentum labore & industria parari posse; easdem solis filiorum virtutibus conseruandas esse. NVNQVAM permittunt dij, vt perpetuum sit, quod à mala profectum intentione, detrimento fundatur alieno, & ab improbo possidetur hærede; Cumq; malo parentum fato sit, vt opes filijs relictæ vitijs seruiant voluptatiq; eorum, qui sunt vitiosi; & merentibus ipsis & dijs iubentibus, hæres simul pessum it atq; hæreditas. Diligenter velim consideres, quod dicturus sum. Erant mihi duo filij, Commodus & Verissimus. Horum ætate minor, & virtute maior mortuus est. Semper arbitratus sum, viuente bono, me fore pauperem; at nunc improbo superstite, diuitem me fore cogito, hac adductus ratione, quia TAM benigni sunt Dij, vt patri pauperi non dent filium improbum, & vix vnquam bonum patri diuiti tribuant filium. Cumq; PROSPERITAS nulla sincera sit, quam non contaminet fortuna aduersa; serius aut maturius ibi nos supplantans, vbi lapsu nos videt grauiore ruituros: Ideo permittunt, vt parentes auari, cumulatis magno cum labore pecunijs plurimis, cum hac moriantur molestia, quòd eas filijs relinquunt improbis pessimè collocatas. Non minus, mihi crede, deploratur à me filius à dijs mihi relictus, quàm alter fato ere-

Nemo nisi sua culpa diu dolet. Fab. proœm. 6.

Tacere multis discitur vitæ malis. Sen. Thyest 2.

Degeneri qui sunt ingenio, innoxium corpus afflictantes, quæ ægrota non sunt, vnà dolere cogunt. Plut. consolat. ad Apoll.

Strangulat inclusus dolor, atq; cor æstuat intus. Ouid 5. Trist 1.

Principum prosperis & alii fruuntur, aduersa ad coniunctissimos pertinent. Tacit. histor. 4.

Ἕνα σὺν πολλοῖς δύσοις αὖ, ὃς ἔτι μὲν χαίρων παιδός Eurip. Heraclid.

Natura quidem vult ex bonis bonum generari; atqui plerunq; non potest. Aristot. 1. polit. 6.

Τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ εἰμαρμένον ἐστὶν, φαύλους ἀποβαίνειν τοὺς υἱεῖς. Demost. Cimon.

Filiorum cariores, qui similes videntur. Apul. apolog. 1.

εἰσὶ δὲ ποιητὸν κακὸν ἄνθρωπον ἀνδρὶ νόημα, ὅσπερ ἀπ' ἐξ ἀγαθοῦ παιδὸς ἔβλυσε κακός. Theogn.

Sæpè fit, vt pariat prauos bona mater alumnos. Et mala sæpè parens sanctos alit vbere natos. Guillerm. Philipp. lib. 11.

Τέκνοις αἰδέσιμον κακὸν μάμμη, παιδὸς ἔπαιδος. Synes. St. 687.

Iisdem artibus & quæruntur bona, & retinentur. Dio. li. 38.

Hominem hominis incommodo suum augere commodum contra naturam est. Cic. offic. 3.

Nos miseri facultates patrimonii nostri aliis præparamus, aliis relinquemus. Fab. proœm. 6.

Liberos doctiores, quàm ditiores relinquere studeto. Plat. St. 686.

Τὸ τὰ ἀνωφελῆ διώκειν, μανικόν. ἀδυνάτων τὸ τοὺς φαύλους μὴ τοιούτους ποιεῖν. Aurel. Imp. lib. 5.

ὁ μέγας ὄλβος ἐμμενεῖ σὺν βροτοῖς. Eurip. Orest.

Hæc est natura bonarum rerum, vt illis frui prolixius velis. Sym. 5. ep. 48.

Iniquiores sumus aduersus relicta ereptorum desiderio. Sen. Mar. 16.

Ex improbo patre filium probum nasci difficile. Cic. pro Ros. Com.

Dum viuimus, inter laqueos currimus. Bernh.

Πολλάκις δ' ἐξ ἀγαθοῦ πέλει κακὸν, σὺν δὲ κακοῦ ἐσθλόν, ἀμφιδρομέουσι πολύπλακτοι βιότοιο. Coint. 14. 476.

Ruituros moles ipsa trahit. Boet. consol. 3. 4.

ὄλβιος ἔστιν, ὃς σὺν νεότητι μοιρανθείς, ἐκφυγε τὸν βιότου ἄλιτρον ἁλιτροσύνην. Agathi. Epigram. lib. 3.

Præsens malum auget boni perditi memoriam. Aug. Medit. c. 26.

Neq; recta ingenia, qualem in adoleſcentia ſpem ſui fecerant, vſque in ſenectutem pertulerunt; ſed interuerſa plerunq; ſunt. Sen. Marc. 22.

† *prauitas.*

Nihil magis placet, quàm quod amiſſum eſt. Sen. Marci. 16.

Morte fura prima i migliori, laſcia ſtari rei. Petrar. ſonet. 211.

Non licet obductum ſenio ſopire dolorem; Semper crudeſcit nam mihi pœna recens. Auſon. parem. 10.

Cicatricem nihil æquè ac neceſſitas ipſa, & dies longa, & ſatietas doloris inducit. Plin. 8. ep 5.

ὡς ἤδη ἀνωλβδ ὁπ ἐξέκεις & βίε, & πως ἔκρισε χρὴ ποιεῖν τὴ ἀθανοῦσ. *Aurel. Imp. lib. 2.*

Flagrantior æquo non debet dolor eſſe viri, nec vulnere maior. Iuuenal. Sat. 13.

Oblitus nè es te hac conditione accepiſſe, vt redderes? Plut. Conſol. ad Apollon.

Magna rei quantulumcunq; poſſederis, fuiſſe participem, non minima gloria eſt. Columel. 11. 1.

Dolori ſublimitatem & magnificentiam ingenium; ingenio vim & amaritudinem dolor addidit. Plin. 4. ep. 20.

Si ponatur electio, melius eſt diſceſſura nobis bona, quàm nulla contingere. Sen. Marci. 12.

Id agamus, vt iucunda fiat nobis amiſſorum recordatio. Sen. ep. 62.

Conſolationis officium ita ſolùas queſo, ne vnquam tibi redhibeatur. Sidon. 2. 8.

Επὶ τοῖς ἀπθνήσκουσι μὴ λυπᾶ. ἀναγκαῖον γὰ, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἀρχῆς τελθτῶσι. *Polyæn Stob. orat. 125.*

Τὸ θανόντων τέκνων ἐπίπονον ἢ κῆ γυναικὸς εἰς γᾶς πέφυκε πάντ. *Eurip. Suppli.*

Admittunt alij ſolatia temporis ægri: Hæc grauiora facit vulnera longa dies. Auſon. parental. 10.

Ἡ λύπη ἕλκ, ὥσπερ τὸ ἕλκος τὸν κάμπτον, τὸ δάκρυον. *Philem Stob. 893.*

Animum natura deſidioſiſſimum dolor fletu grauidus accendit. Sidon. 4 11.

Dolor ipſe diſertum fecerat. Ouid. 14. meta m.

Obliuiſci ſuorum, ac memoriam cum corporibus efferre, & effuſiſſimè flere, meminiſſe parciſſimè, inhumani animi eſt. Sen. ep. 99.

Parentum amor magis in ea, quorum miſeretur, inclinat. Sen. ep. 66.

ὁκ ἔστι λύπης μεῖζον ἀνθρώποις κακόν. *Menand.*

Ardenter amati impatienter requiruntur. Plin. 2. ep. 4.

Triſtitiam, ſi potes, non admiſeris; ſed nec omnibus oſtenderis. Sen. de morib.

Parentibus circa liberos vnus affectus eſt, fauere vitæ, timere mortem. Fab. declam. 4.

ereptus. SVPERSTITIS enim † inertia immortalem fe- 423.
cit defuncti memoriam. PRAVA quippe indoles & conuerſatio ſuperſtitum, deſiderabilem efficit mortuorum ſocietatem. SEMPER improbi nequitia vitâ illum priuari flagitat: SEMPER boni mors deplorari meretur.

Parum, mihi crede, abfuit, quin ad inſaniam conſpecta filij morte adigerer. Veruntamen illa me conſolatur cogitatio, quòd ALTERVTRVM neceſſe erat, vt ſcilicet aut ego illius mortem viderem, aut ille meam, quòd illum mihi dij tantùm mutuò, non dono dederunt; quòd ipſi proprietarij ſunt, ego (tantùm) vſufructuarius; quòd OMNIVM regula eſſe debet iuſta illorum voluntas, non appetitus noſter inordinatus. Quando filium occiderunt, alienum me reſtituiſſe, non de meo quicquam amiſiſſe, arbitror. Poſtquam autem placuit dijs quietem filio dare, quia bonus; & affligere patrem, quia malus erat; gratias illis ago pro vſura temporis, quo me frui vita illius permiſerunt, patientiam q; illis offero, quam in filij morte præſtiti, eos q; precor, vt iram hac pœna contenti ſuam mitigent; rogo item, vt cùm vitam filio minori ademerint, maiorem (Commodum) in virum bonum laudatum q; faxint euadere.

Ego hic Romæ tuam intellexi mœſtitiam, quàm iſthic Sami ex mœrore meo percepiſti. Itaque dij precor faxint propitij, vt & lætitiam ipſe ex tuis capias filijs, & ego luctum meo nomine ſuſceptum lætitia compenſare poſſim.

Salutat te Fauſtina, cuius te vehementer commiſereſceret; ſi ipſam videres. Nam oculis lacrymas, corde ſuſpiria effundit, manibus ſe verberat, & lingua ſeipſam execratur: Neq; cibum interdiu, neq; ſomnum noctu capit; tenebras amat, lucem auerſatur: Neq; ego quod ſub intimis natum eſt præcordijs, in intimis dolere præcordijs miror. ADEO quippe immoderatus eſt amor maternus, vt licet extinctus in tumulo iaceat filius, nihilominus viuum in corde mater circumferat; cùm ita natura comparatum ſit, vt QVI fuit in vita cariſſimus, ingentem ſemper relinquat in morte moleſtiam.

Me ſcito vitam agere afflictiſſimam, quia vultu lætitiam præme fero, animo interim omnis lætitiæ experte. INTER viros autem ſapientes ſi quis doloribus angatur aſſiduis, & lætitiam tamen vultu ſimulet; quid aliud eſt, quàm ſi viuus ſepeliatur, etiamſi tumulo non inferatur? Magnum tibi videbitur, quod dixi; Sed maius, ita me dij ament! eſt quod ſentio. Sæpe mihi videor crepaturus, quia non audeo id oculis deplorare, quod animo ſemper obuerſatur meo. 424.
Quoniam autem neceſſe habeo, vt nonnulla tecum commu-
nicem; celeriter quæſo aduola, vt de ijs confabulemur. Nam quia dijs viſum eſt filium mihi eripere tam exoptatum;

abs te

abs te solatia petam, qui mihi amicorum es carissimus. Paucis ab hinc diebus venerunt huc legati Rhodiorum, quibus bonam equorum dedi meorum partem. Adducti etiam ad me sunt ex Hispania vlteriore equi octo, (de quibus) tibi quatuor mitto, qui tales, opto, euadant, vt tibi probentur. Dij te seruent, & mihi meæque Faustinæ læticiam aliquam concedant! Vale. Marcus afflictissimus. m. p. s.

CAPVT XLIII.

Principes & Megistanes subinde inquirant, quo pacto educatores & præceptores filios erudiant & doceant, & num vicia illorum occulta dissimulent: nonnunquam enim magis opus est obiurgari præceptorem, quàm discipulum castigari.

Diximus suprà, (cap. XXXIX.) quæ conditiones, quæ ætas, quæ grauitas requirantur in educatoribus, quos filiorum (nutritioni) educationi (& institutioni) Principes adhibituri sunt. Reliquum est, vt nunc dicamus, cuiusmodi cōsiliis instrui deceat à Principibus magistros, priusquam horū fidei filij committantur. Deinde res poscit, vt ostēdamus, quibus magister discipulum, quem docendum suscepit, præceptis informare debeat. Impossibile enim est infeliciter succedere, quæ maturo administrantur consilio.

Qui diligentiùs rem perpendent, iis superuacanea fortè videbitur argumenti huius tractatio. Nam aut bonos eligunt Principes magistros, aut malos. Si malos eligunt, operam & oleum perdit, qui cōsilia illis bona dat: Minùs n. consilij capax est magister demens, quàm discipulus dissolutus. Sin autem bonos Principes elegêre magistros: satis instructi erunt eiusmodi magistri bonis consiliis, quibus pro se & pro aliis vtantur. DARE *autem præcepta sapiēti aut superuacuum aut arrogans est. Sit sanè arrogantis audaciæ sapienti dare consiliū: tamen dico adamantem auro illigatum non solùm de virtute sua nihil deperdere; sed etiam precio crescere; hoc est;* QVO *cordatior quis (& prudētior) est, eo magis aliorum cognoscere sententias laborat; quod qui facit, profectò non peccat (aut fallitur.)* NEMINI *enim tantum superest consilij proprij, vt nihil omnino sententia illi (opus sit aut) prosit aliena.*

425 *(Quare) etsi res ipsa loquatur, Principes & summates in eligendis filiorum (magistris ac) præceptoribus felices fuisse; cura tamen idcircò non abijcienda est; præclaris magistros ipsos præceptis (monitisque) instruendi. Potest enim fieri;*

Amicorum sermo solicitudinem leuat, sententia consilium expedit, hilaritas tristitiam dissipat, conspectus ipse delectat. Sen. tranq. anim. 7.

Omnis affectio modo, non munere censetur. Sym. 4. 22.

In dono magis dantis, quam accipientis consideratur sublimitas. Ambros.

Beneficia tueri nullo modo melius, quam vt augeam, possum. Plin. 2. ep. 13.

Cum quod datur, spectabis, & dantem aspice. Sen. Thyest. 3.

ἐστὶν ὄντως τὸ τοιοῦτον ἐννόημα ἐλευθέριόν τε ἄγαν καὶ ἀξιάγαστον καὶ κρηπὶς χρηστῆς βασιλείας καὶ ὑπόβαθρα καὶ θέμιθλος. *Nicet. Alex. Comn. 2.*

Studium omnium laboremq; & tanquam exactor intendis, & tanquam particeps sociusque releuas. Plin. paneg.

Nihil mali est, canes ibi quam plurimos esse, vbi permulti obseruandi, multaq; seruanda sunt. Cic. pro Rosc. Amerin.

Frequens recognitio nec impunitatis spem, nec peccandi locum præbet. Colum. 11. 1.

Oculis magis quam auribus credendum. Liu. lib. 6.

σοφὸν δὲ ἡ προμηθείη. *Herod. 3.*

Πάσης πράξεως βουλὴ εὐσταθὴς ἡγείσθω. *Stob. 95.*

Curat maximè vnusquisq; id, quod amat. Plat. Seminar.

σύμβουλος ἀγαθὸς χρησιμώτατον καὶ τυραννικώτατον ἁπάντων κτημάτων ἐστίν. *Isoc. ad Nicocl. extrem.*

Non præcipitandum in iis iudicium, quæ rectè vel secus administrata, plurimis felicitatem aut calamitatem afferunt. Philo. de charitat.

Al bens appiglia, chi ben si consiglia. Adag.

La industria solicita y fortuna tienen conformidad, y andan auna. Arauc. 107.

Si quis furioso præcepta det, erit ipso, quem monebit, insanior. Sen. epist. 94.

Dubitari de illo creditur, qui pluribus admonetur. Cassiod. 8. 18.

Tutto! ceruello non è in vna testa.

Prudentia est imprudentem ac insufficientem se æstimare. Fasc. temp.

In vniuersa vita preciosissimum intelligere quenq; nescire se quod nesciat, semperq; cupere, quod ignoret addiscere. Columell. 11. 1.

Πολέων δὲ τε μῆτις ἀρείων. *Apollon. lib. 4.*

Plus pollent multorum ingenia consiliaq;. Liu. lib. 3.

ἄνδρα κήντις ἦ σοφός τὸ μανθάνειν πόλλ' αἰσχρὸν οὐδέν. *Sophocl. Antigon.*

τοῖς πλείστοις τῶν νουθετουμένων ἔμφυτον ἐστι, μὴ πρὸς τὰς ὠφελείας ἀποβλέπειν, ἀλλὰ χαλεπώτερον ἀκούειν τῶν λεγομένων. *Isoc. laud Busir.*

fieri, vt magistri illi sint viri (generosi,) nobiles, senes, sapientes, moderati: & tamen potest fieri, vt educandi filios illustriũ virorum vsu careant. Magistris autem (rectoribusq;) Principum non tantæ laudi est scientiæ copia, quanto dedecori experientiæ penuria. Diues aliquis fundum villico locans, non solum de pensione cum eo paciscitur annua; verum etiam multis illum verbis accuratè instituit, quomodo is colendus sit; neque contentus † administrorum interuentu fructum ex vineâ capere, ter aut quater eam spectatum quotãnis proficiscitur, neq; sanè immeritò. Alter enim fundum colit, tanquam mercenarius; alter eundem inspicit & curat tanquam dominus proprietarius. Cum ergò pater familias tanta diligentia arbores commendet suas (& arua) villico: quanto maiore diligentia par est Principes imperare & monere, quomodo filios tractare (& moderari) educatores debeant! QVID enim aliud facit pater consilio magistrum instruens, quàm quòd scientiæ thesaurum in vsum filij deponit?

Non possunt culpa liberari Principes & summates, si postquam virum elegerunt nobilem, qui sit educator, & doctum (ac peritum,) qui sit institutor literarius; adeò viuunt incuriosi, ac si nullos iam haberent filios, neq; hæredes (denique) suos fore filios meminissent; quod profectò non ita oportebat fieri: Sed NON MINVS virum sapientem, & cui (tum existimatio sua, tum) filij (commodum &) educatio (tum denique totius familiæ dignitas) cordi est, occupatum esse decet in obseruando magistro, quàm in obseruando (regendoque) magister occupatur (& elaborat) puero. PATRIS enim boni est scire, an magister, quem cepit, imperare nouerit, & an filius, quem illi dedit, obtemperare ipsi velit.

Ex antiquis Principibus præter cæteros insignis est Seleucus † Assyriæ Rex, maritus Stratonices, filiæ Demetrij (Poliorcetæ) Regis Macedonũ, matronæ in tota sanè Græcia ob formæ excellentiam celeberrimæ, quanquã per pulcritudinẽ illam non admodum felicis. Est n. vetus malum in fœminis pulcris, quòd multi sunt, à quibus expetuntur, & longè plures, à quib. infamantur. Is Seleucus aliam prius habuit vxorẽ (Apameam,) ex qua Antiochũ suscepit, qui amore captus nouercæ Stratonices, in vitæ periculũ ob illius solummodò amores incidit; qua re pater animaduersa, illam filio dedit vxorem, vt ex nouerca fieret vxor, ex coniuge nurus, ex filio gener, ex patre socer. Autor est Plutarchus in parallelis (& Demetrio.)

(At) Sextus Chæroneus lib. III. de dictis Græcorum refert, plurimum laborasse Seleucum, vt rectè filius Antiochus educaretur, ideoque duos illi quæsiuisse præceptores maximè celebres, Græcum scilicet & Latinum. Neque eo contentum, ministro secretorum conscio, Parthenio hanc in 426

palatio

Vel optima nomina non appellando mala fiunt. Columel. 1. 7.

Parentes disciplinæ & doctrinæ inspectores sint atq; exploratores. Plut. de lib. educ.

ἔνιοι τῶν τοὺς πολιτικοὺς λόγους ὑπισχνουμένων τῆς ἀληθείας οὐδὲν φροντίζουσιν. &c. *Isocrat. contra. Sophist.*

γήτης ἄρουρα ἔκτοπον λαβὼν σπείρων μόνον προσεῖδε, καξαμῶν ἅπαξ. *Soph. Trachin.*

Ager pessimè multatur, cuius dominus quid in eo faciendum sit, non docet, sed audit villicum. Colum. 1. 2.

† *reditu tertiarum.*

Beat. Rhenanus, Germ. lib. 2. fol 90. Diuites interdum colonis agros locabant sub reditu tertiarum.

Paterfamilias libentius ad spectaculum rei suæ, quanto ea est luculentior descendit. Colum. lib. 3. cap. 21.

Non nocet admisso subdere calcar equo. Ouid. 2. Pont. 6.

Ex discipulis magister agnoscitur. Nazi. adu. Marcion. 5.

Nil debet dominus absentia sua familiæ cessandi aut delinquendi spacium dare. Colum. 11. 1.

Educantium felicior laus est de filiorum probitate laudari. Cassiod. 8. 21.

Spes & fiducia rerum, quas efficere quis possit, haud vnquam in alio, sed in semetipso habenda. Gell. 2. 29.

Etiam tuta metuere sapientis est. Marul. Euangelistar. 3. 17.

Maiorem habebunt curam puerorum magistri, si identidem reddituri sint rationem. Plut. de lib. educ.

Oculi & vestigia domini, res agro saluberrima. Columel. 4. 18.

E pazzo espresso, ohi pius fida in altri, che in se stesso. Ariost. 40. 41.

† *Nicator Syriæ Rex, Dicere solitus si plerique hoc saltem scirent, quam molestum tot scribere & legere epistolas, diadema non esse accepturos. Plut. an seni ger. resp.*

Seleucus coniuge filio cedit. Appi. Syriac. Iulian. Misopogone à morte Seleuci demum Antiocho nupsisse ait.

Decor in uitator libidinis. Tert. de cult. fæmin.

ἡ γυναικῶν εὐμορφία ἀφορμὴ τοῖς πάθεσι, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. *Plut. Stob. 564.*

Chi ha caual bianco è bella moglie, non ista mai senza doglie. Adag.

Subiiciatur animis senex, Rex amans, iam patebit, quam multa paterni affectus indulgentia superarit. Val. Max. 5. 7. Pontan. lib. 5. de prudent.

Taciturnitas optimum ac tutissimum administrandarum rerum vinculum. Val. Max. 2. 1.

Difficulter res magnæ silentur. Sylu. Hist.

palatio delegasse prouinciam, vt obseruaret, quid præceptores Antiochi agerent & loquerentur, idque vesperi clàm ad se referret. Cùm autem Parthenius diligentior esset, quàm cautior; vtrique magistrorum illum sibi antistitem (à Rege) additum innotuit. NIHIL enim est, quod sæpe frequentatum non aliquando pateſiat.

Cùm ergo ambo philosophi secretum intellexissent; in hunc modum Seleucum allocuti sunt: Cùm fidei nostræ Seleuce, Prmceps potentissime, filium Antiochum commiseris; cur vitæ nostræ inspectorem & accusatorem Parthenium fecisti? Si nos pro malis, illum pro bono habes: magni loco beneficij habebimus, si nobis hoc fascse subleuatis, Antiochi filij educationem Parthenio mandaueris. Sic enim tibi persuadeas, VIRIS honoratis malum esse intolerabile contumelia affici; dimitti verò minimè illis probrosum haberi. Iussisti, vt vestigiis nostris insistens Parthenius & sermones & actiones nostras nil tale verentium obseruet, omniaque postea clàm ad te deferat, & quod pessimum est, pro eo atque idiota illa retulerit; ita nos, qui sapientes censemur, vel absoluimur, vel condemnamur. At enim NVLLA theriaca veneno vehementius aduersatur, quàm sapientiæ ignorantia. Ac sanè Acerbissimum est, Princeps serenissime, quotidie in aliquem inquiri NVNQVAM enim barba† tam strictim attondetur, vt nihil in ea radendum alius inueniat. NEMO est omnium vitæ adeò emendatæ, vt si in illum inquiratur, nihil inueniatur reprehensione dignum.

Quibus respondens Seleucus, Exploratum, inquit, amici, habeo, NEMINEM hodie in terris reperiri amicum, qui dignitatem & existimationem suam amici caussa in aleam mittat. Quod si ne agrestes quidem faciunt; quantò minus id sapientibus faciendum? QVID enim est, cuius gratia magis in hac vita laborent homines, quàm vt præclàram de se famam & habeant, & relinquant? Vos cùm & sapientes, & filij mei magistri, & præterea domus meæ consiliarij sitis; non est æquum, vt ab vllo offendamini. OPTIMO enim iure in aulis Principum solus ille inter maximè familiares (& necessarios) recipiendus est, qui verum dare Principi consilium audet.

427 Quod Parthenio mandaui, neque suspectam reddit fidem vestram, neque periculum creat autoritati vestræ: ac si rem ipsam æqua lance pensatis, & vobis ea bono est, & mihi minimè damnosa. In promtu caussa est. Aut enim boni estis, aut mali. SI BONI; lætari vos decet, quotidie ad me deferri vestra obsequia. Nam IN AVRIBVS Principum subinde renouata officiorum memoria, fieri non potest, quin sit aliquo die fructuosa. Sin mali estis, & de educatione filij

Ab inobseruato citius homo discitur. Sidon. 8. epist. 9.

Prodit se, quamlibet custodiatur, simulatio. Fab. 12. cap. 2.

Quo quaq; accuratius curantur, eò facilius loquacitate regiorum ministrorum emanant. Liu. lib. 44.

Vera eo ipso, quo celantur, sua sponte magis emanant. Idem l. 29.

Qui fideliter docet, non potest malam habere conscientiam. Ambros. 1. Tim. 1.

Contumax est innocentia. Sen. 2. controu. 3.

Ingenuitas non recipit contumeliam. Mim.

Excusatio non petita, accusatio manifesta. Adag.

Qui conscientiæ suæ luce clarescunt, alienis rumoribus sordidantur. Cypri. 4. ep. 2.

Fides mea custodem repudiat, diligentia speculatorem reformidat. Cic. Oration. 4.

Aspettare, & non venire; stare in letto & non dormire, seruire & non gradire, son tre cose damorite. Adag.

Nemo innocens hue vsque felix est, vt diligentiæ fingentium par sit. Fab. decla. 11.

Mortalium nulli perfecta virtus contigit. Sen. suasor. penult.

Ama dio & non fallire, fa pur ben è lascia dire. Adag.

Quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus aut stultus est. Cypr. Sermon. 1.

† *Barba intra rugarum latebras mersis ad cutem secta forcipib.* Sidon. 4. 13.

Bona conscientia cum examinatur, probatur. Ambros. Psal. 118.

Religio & fides anteponatur amicitiæ. Cic. offic. 3.

ὐδεὶς φροντίζων δόξης ἀγαθῆς γίνοιτ' ἂν αὐτῆς φαῦλος. *Plut. Stob.* 569.

Vbi nulla est cura conscientiæ, amatur falsitas famæ. Leo serm. 7. de ieiun. 7. m.

Felicior innocentia est citra suspicionem; certior post reatum. Fab. declam. 17.

τὸν συμβουλεύοντα μετὰ δίκαιας χαλεπῶς ἐυρήσεις. *Isoc. Ad Demonic.*

τὰς νοῦν ἔχοντας ἢ δυναμένους ὀρθῶν πλέον ἢ τῶν ἄλλων, περὶ πολλοῦ ποιοῦ. *Idem.*

Maximus penè ac solus fructus est recta cupientium, vt voluntas eorum ad Principum scientiam perferatur. Eumen. paneg.

Omnia benefacta in luce se collocari volunt. Cic. Tuscul. 2.

Pura conscientia desiderat se probari. Cassiod. 1. 2.

Absentia plerisque occulit merita, si testimonio præsentium deseratur. Symm. 9. 56.

filij mei non admodum soliciti (& assidui;) admoneri me æquum est, ne si pater decipiatur, exitiosa filio sit educationis negligentia: Imò etiam ne mihi meoq́; regno labem clademq́; afferat vestrum consilium. NON *enim decet Principem bonum palàm flagitiosos in consiliariorum habere numero.*

Si improbus, quod dij auertant! euadat Antiochus filius meus; ad me redundat detrimentum; quoniam & regnum meum pessum ibit, & existimatio mea minuetur, & ipse hæreditate sua non fruetur: quæ si omnia sic eueniant; vestra parum omninò referet, qui culpa vos carere dicetis, quoniam doctrinam adolescens vestram admittere noluerit. (Itaque) haud malum mihi videtur consilium, vt vos ego obseruem, quemadmodum vos illum obseruatis. Meum enim est curare, vt boni sitis; vestrum eniti, ne mali sint vestri discipuli.

Fuit hic Seleucus vir honoratissimus & grandæuus obiit, vt narrat Plutarchus, quod longè fusius refert Patroclus de bello Assyriorum lib. III. Contrà verò Antiochus (Soter) filius omnibus in rebus euasit admodum vituperabilis: qua in parte credibile est, si absque patris, quæ non defuit, seueritate, & absque magistrorum fuisset institutione; futurum fuisse, vt longè etiam deterior euaderet. Nam SI IN *iuuenibus ad ingenij prauitatem mala insuper accedat educatio; quî fieri aliter potest, quàm vt nequam euadant & detestabiles? Equidem autor fuerim parentibus,* NE *propter ingenij in pueris prauitatem, emendandi illos curam deponant Futuris quippe temporibus* IISDEM *monumentis, quibus leuitas prauitasque filiorum reprehendetur, diligentia laudabitur à parentibus in educandis illis adhibita.*

Hoc Seleuci exemplum commemorare hîc volui; monendi gratia, ne quis pater adeò sit incuriosus, vt prorsus obliuiscatur filium respicere, illius curandi munus iam præceptori iniunctum cogitans. Ac sanè me suasore PATREM *adeò conuenit esse hac in re circumspectum, vt si antea binis filium obseruabat oculis; nunc quaternis (si fieri possit) magistros respiciat.* SÆPISSIME *enim magis in educatores animaduerti; quàm discipulos castigari necesse est. (Ac) licèt non quotidie certior Princeps de præceptorum vita, Seleuci exemplo, reddatur: at* SINGVLIS *saltem hebdomadis semel scrupulosè in negligentiam inquirat educatorum & in petulantiam filiorum. Neque (semel) hoc tantum faciat; sed Accersitos etiam ad sese educatores & institutores moneat, roget, hortetur & obtestetur, vt in educatione filiorum suorum assidui sint, præceptisque eos salutaribus studeat instruere, quæ ad discipulos illi deinde referant. Alioquin enim mox* SOCORDIOR *& remissior fit educator, vbi filij educatio (& institutio) patri cordi non est.*

428

Principibus placuisse viris non vltima laus est. Horat. 1. ep. 18.

Non citò perit ruina vir, ruinam qui timet. Mim.

Il padrone imprudente fa l' seruo negligente. Adag.

Securitas indiligentiam parit. Cyprian. 2. epist. 2.

Culpa nulla est, cum id quod ab homine non potuit præstari, euenit, Cic. Tuscul. 2.

Fortunæ successibus meliores arbitrare consiliorum euentus, etiamsi aliter successerit. Ios 3. bell. 3.

Hoc natura docet absq; præceptore, vt nati curæ sint genitoribus. Philo. De temulentia.

οὐδὲν οὕτω πιαίνει τὸν ἵππον, ὡς βασιλέως ὀφθαλμός. *Plut. de lib. educ.*

Non rector opus exigere valet, qui quid aut qualiter faciendum sit, ab subiecto discit. Columel. 1. cap. 8.

Κόπρος ἀρίστη τὰ τοῦ δεσπότου ἴχνη. *Aristot.*

τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονα τέκνα; *Adag.*

Ein weiser Vatter zeugt auch wol närrische Söhne. Prouerb.

Reiner. tom. 3. fol. 84. Seleucum Ammian. lib. 14. efficaciæ impenetrabilis regem nuncupat. Fuit in imperio an. 32. Vixit 73.

παιδευθέντες εὖ γίγνονται ἄνδρες ἀγαθοὶ. *Plat. leg. 1.*

Diligentia naturæ prauitatem superat. Isoc. Demonic. extr.

Nulla est vel nequissimi hominis amplior custodia, quam quotidiana operis exactio. Colum. 11. 1.

Nemo reperitur, qui sit studio nihil consecutus. Fab. 1. cap. 1.

Nihil est, quod non expugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cuta. Sen. ep. 50.

Superflua non nocent. August. 4. ciu. 27.

Non doceo, sed admoneo docturos. Fa. 1. c. 6.

Patrem non decet spem ponere omnem in mercenarii arbitrio. Plut. de lib. educ.

Tutela certissima ex proximo est. Sen. epist. 121.

Quocunq; domini præsentis oculi frequenter accesserint, ea parte maiorem in modū fructus exuberat. Columel. 3. 21.

Teneriores animos ab iniuria sanctitas docentis custodiat, & ferociores à licentia grauitas deterreat. Fab. 2. cap. 2.

Parentum hoc seculo vilis leuisq́; apud liberos autoritas. Liu.

Instruenda est vita exemplis illustribus. Sen. epist. 83.

Satius est sua sponte recte facere, quàm alieno metu. Varro. de ling. Lat. lib. 1.

Egregia facta maiori, quam mereantur, honore sunt ornanda. Dio. lib. 5.

Chi fai fatti suoi, non imbratta le mani. Adag.

In

In primis verò explorent Principes, an educatores & præceptores in vitijs nonnullis filiorum secretis conniueant; quod facere quidam solent, TENERAM prætexentes puerorum ætatulam non esse imperiosè vexandam. Egregia verò ratio! quæ potius ad augendam ipsorum culpam, quàm ad minuendam pœnam facit. QVIS enim omnium est tam debilis, quis puer adeo tener, cui vires, quas in vitijs exerit, ad virtutis studium non sufficiant? Velim ego quærere ex rectoribus doctoribusq́, qui summatum filios educant, VTRVM maioribus indigeant discipuli viribus, vt sint helluones, an vt sint sobrij; vt sint blaterones, an vt sint taciturni; vt sint diligentes, an vt sint pigri; vt sint frugi, an vt sint nauci, vt sint honesti, an vt sint nequam? & vt de paucis his dico; sic alia plura conferre inter se & comparare poteram. Vt hac in parte non tanquam literis eruditus, sed tanquam vsu edoctus loquar; iuratus affirmare ausim, MINORE cum præceptoris molestia, & maiore cum discipuli fructu fieri posse, vt frugi sit potius aliquis, quàm vt nequam. PLVS enim animi requiritur in malo, vt sit malus; quàm virium in bono, vt sit bonus.

Solent & in alio moderatores ac præceptores delinquere, quod ista omnia superat, quòd nimirum nonnulla in discipulis vitia dissimulant pessima & arcana, à quibus adultiores postea nequeunt (abduci atq;) auocari. NIHIL enim frequentius, quàm bonam indolem à mala vinci consuetudine. Ac sanè rectores doctoresq́, in hoc genere deprehensos, tanquam proditores periurosq́, oportebat puniri. GRAVIOR enim proditio est, relinqui à magistro in vitijs discipulum, quàm arcem (à præfecto) hostibus tradi. Neq; miretur quisquam, proditorem à me dici magistrum: alter enim arcem saxis tantùm extructam hosti tradit; alter verò filium ex
429 *propryis (Principis) visceribus natum prodit.*

Huius (autem) mali VNICA CAVSA est, quòd cùm filij Principum hæredes sint (maximorum) futuri regnorum, & summatum filios amplissimarum fortunarum hæreditas maneat; reuera rectores doctoresq́, vtpote auaritiæ potius quàm virtuti dediti, discipulos, dum adhuc teneri sunt, indulgere sinunt suis appetitionibus, vt eorum voluntates sibi conciliatas habeant, & ab adultioribus magna consequantur honoraria. Atq; ita nunc in mundo IMMODERATA nutritorum auaritia facit, vt vitiosi (atque enormiter improbi) euadant virorum illustrium filij.

(Quamobrem) moneo vos, nutritores Principum, & magistri magnatum; etiam, inquam, atq; etiam vos commonefacio, NE VOS decipiat cupiditas vestra, vt plus gratiæ potentiáq́ speretis, si celatores vitiorum, quàm si Zelatores

Ἔκκλινε τὴ μικρὸν βλάβῃ. μικρὸν γέ ἐστιν, εἰς τὸ μεῖζον ἔρχεται. Nazianz. tetrast. 13.

Cui tandem vicio aduocatus defuit. Sen. 2. ira. 13

Non statim oneranda infirmitas discentium. Fab. 1. 2.

Tum maximè formanda ætas, cùm simulandi nescia est, & præcipientibus facillime cedit. Idem. 1 4.

Dedit hoc prouidentia hominib. munus, vt honesta magis iuuarent. Fab. li. 1. extrem.

Adeò discere meliora volentibus promptum est, vt verè intuenti mirum sit, malos esse tam multos. Idem. lib. 12. extr.

Non minùs desidem facit remissio animi, quàm occupatio. Symm. 1. 42.

Facilius esse oportebat secundum naturam, quàm contra eam viuere. Idem. lib 12. extrem.

Omnia vicia contra naturam pugnant. Sen ep. 122.

Ἰδιόν ἐστι τῆ ἀγαθῆ μὴ τε φθέγξεσθαί τι παρὰ τὸ ἀληθῆ, μήτε συνεργεῖν παρὰ τὸ δίκαιον. Aurel. Imp. lib..

Sæpe bona materia cessat sine artifice. Sen. ep. 46.

Tra la briglia e lo sprone consiste la ragione. Adag.

I'ires citò facit consuetudo. Fab. lib 12. extrem.

Quis proditorem, quanquam profuit, non odit. Cic. fin. 5.

Auelli inueterata non possunt. Cic. Tuscul. 4.

Florentes faciunt respublicas animi, non ligna & saxa. Epict. in sentent.

Improbi alienis damnum dant magistri mali suis familiaribus potissimum incommodant Isocrat. laudat. Helen.

Resp. incolumis & priuatas res facilè saluas præstat; publica prodendo, tua nec quicquam serues. Liu. lib. 26.

Οἱ τὴν ἀδικίαν φεύγοντες τὸ μὲν τὸ λαβεῖν καὶ τὸ ἀλλοτρίων μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι νομίζοντες, ὁμοία πάσχουσι τοῖς δελεαζομένοις καὶ ζώων, καὶ δρόμοις ἀπολωλότες ὧν ἂν λάβωσιν, ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἐν τοῖς μεγίστοις κακοῖς ὄντες. Isocr. de pace.

Cùm canes fungantur officiis luporum; cuinam præsidio pecuaria credemus? Cicer. Heren. 4.

Εἰ μὴ τὸ λαβεῖν ὦ, οὐδὲ εἷς πονηρὸς ὦ. Xiphil. Stob. 226.

Fanciullo troppo carezzato non è mai ben regolato. Adag.

Melius est præsentia damna contemnere, quàm exiguo quæstu perpetua commoda non habere. Cassiod. 4. 36.

Natura nos ad mentem optimam genuit. Fab. lib. 12, extr.

Si hodie præceptor meus Petrus viueret; quanquam multa præceptoribus debeamus; efficerem, vt se instituisse me pœniteret. Maximil. 1. Imp. referente Cuspiniano in ipsius vita: Locus egregius.

Institum est etiam malis probare meliora. Sen. 4. benefi. 17.

Libertatem arguendi amittit, & peccat, qui ab eo accipit, qui dat, ne corripiatur. Ambr. 1. Cor. 4.

Νόμιζε τὸ αὐτῆς εἶναι ζημίας ἀξίας τὰς συγκρύπτουσας τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν. Isocrat. Nicocl.

Ἀδεὴς αὐθρώπων ἀδίκων πόσιν ἐκ δαπέδου. Epigramm lib 1.

Besser ist kurtzer Zorn/ denn groß Gut verlorn. *Adag.*

Complices sunt criminis, qui non detegunt facta raptoris. Cassi. 5. ep. 39.

Quid magis ridiculum, quàm custodem custode indigere? Plat. Semin.

Οἱ κακοὶ γνώμαισι, παιδεύειν χρεοῦν ἔχοντες σὺν ἴσοισι, πρὶν τις ἁμβάλῃ. Sophocl. Aiac.

Tum demum sentiunt, malè se de rebus suis statuisse, cùm id nihil iam prodest. Dio. li. 44.

Trisio à colui, che da essempio altrui. Adag.

Leonidæ pædagogi vicia Alexandrum ab illa institutione puerili sunt prosecuta. Fab. li. 1. c. 1.

Si quis magistrum cepit improbum, animum ad deteriorem partem plerunque applicat. Terent. Andri. 1. 2.

Non est iustus quisquam amator, nisi qui perpetuat data. Plaut. Pseudol. sc. 3.

Inuenit artem Fœmina, quæ cupidi carpat amantis opes. Quid. art. 1.

Magnis sceleribus iura naturæ intereunt. Sen. 1. controu 7.

Iniuria iudicis est, si ante cognitionem eius à seruo procedat iudicium aut sententia. Ambr. 1. Cor. 4.

Melior est iudicum causa, quæ rerum Dominis reseruatur. Sym. 10. 43.

Caussa cognitâ possunt multi absolui, incognita, condemnari nemo potest. Cic. Verrin. 1.

Chi vuol bene giudicare, le parti de' ascultare. Adag.

Quicquid non discutitur, iustitia non putatur. Cassiod 7. 8.

Ira ius reddi debet, vt præses autoritatem dignitatis ingenio suo augeat. Saresb. 5. 15.

ἀεὶ δ' αὖ ἔδει λίθους τοῖς φεύγουσιν ἀπολογίαν, εἰκῇ φίσιν· ὧν ὁ μὲν τὸ δίκαιον ἐπὶ τῷ λόγῳ ψηφίσεται τὸ δίκαιον. Isocr. de permutat.

Vnius testimonio aliquem credere, pessimi est exempli. Val. Max 4. 1.

Autorem feriunt tela retorta suum. Auson. epigram. 71.

(amatoresq;) virtutum fueritis, NEMO enim vel senex, vel iuuenis adeo est improbus, cui non ratione saltem iudice bonum approbandum esse videatur. Quid? quòd SÆPE permittit Deus, vt postquam adoleuêre vestri discipuli, oculis apertis (detrimentum ac) damnum sibi vitiosa educatione à vobis illatum agnoscant; atque hac ratione, vbi montes aureos somniastis, honorem sperantes; ibi carbones inueniatis, infra infimos omnes abiecti. IVSTA enim Dei sententia est, vt nec qui malum facit, pœnæ; nec qui malum occultat, infamiæ sit expers.

Narrat Diadumenus in vita Seueri, XXI. Imperatoris Rom. Apuleium Rufinum, qui bis Consul fuerat, & tum erat tribunus plebis, vir natu grandæuus iam, magnæq; apud Romanos autoritatis, ad Imperatorem Seuerum veniisse, eumq; his verbis compellasse: Non te possum celare, inuictissime Domine, semper Auguste, duos cùm haberem filios, me præceptori illos tradidisse erudiendos: quorum natu maior, ætate scilicet proficiens & virtute deficiens, amore captus est puellæ Romanæ; quorum amores seriò in meam venêre notitiam. HOMINVM enim infelicium, qualis ego sum, ex ædibus prius aufugit remedium, quàm morbum illi resciscant.

Cæterùm illud me in hac re potissimum excruciat, quòd omnium & conscius & occultator fuit præceptor; qui non modò nihil adhibuit remedij; sed adulterium etiam inter illos conciliauit, acceptâ syngrapha, qua se filius obligat, si ipsius opera voti compos reddatur; me defuncto, ædes sese & fundos ipsi, quos ad portam habeo Salariam, daturum. Neq; hoc contenti, & ipse & filius meus, multis me pecunijs spoliarunt. DIVTVRNI quippe amores semper amantibus sumptuosi; amoresq; filiorum semper parentibus dispendiosi sunt. Feras ergo Princeps serenissime in causa tam criminosa pessimique exempli sententiam. INGENS enim confidentia est, clientem vltum ire iniuriam, cuius vltorem fore dominum nouerit. 430

Seuerus Imperator, audito facto tam enormi, vt vir non minus animaduersione seuerus, quàm nomine, vt quàm exactissimè in crimen illud inquireret; accersi ad se iussit patrem, filium & præceptorem, facta singulis pro se dicendi potestate. ROMÆ enim in neminem capitalis ferebatur sententia, nisi actor prius reo præsenti crimen intentasset, reusq; sui defendendi spatium habuisset. Cognita ergo veritate, & reis crimen fatentibus, hanc Seuerus tulit sententiam: Præceptorem siue nutritorem huius iuuenis viuum iubeo bestijs in septo Palatino obijci. Est enim IVSTISSIMVM, vita spoliari per bestias eum, qui more bestiarum

viuere

viuere alium docet. Iubeo item, iuuenem hunc à patre abdicatum in insulas Baleares deportari. FILIVM enim, qui inde à pueritia sceleratus est, inde à pueritia (patria expelli &) exheredem esse æquissimum est. Hæc ergo fuit & querela Apuleÿ de filio, & Seueri Imperatoris super isto facto sententia.

O quàm variÿ sunt fortunæ casus! quàm sæpe, cùm minimè credimus, filum nobis vitæ abrumpitur? Quod ideo dico, quia si magister ille vel educator non fuisset auarus; neq; pater filio priuatus, neque filius relegatus, neque fœmina infamiâ notata, neque ciuitas exemplo offensa, neque magister à bestÿs laniatus, neque tam asper in illos Imperator, neque ad augendam ipsorum infamiam literarum monumentis hoc factum consignatum fuisset.

Non sine causa literis consignari dico, quicquid in terris mali perpetratur. DECET enim viros cordatos magis infamiam timere stili vel strictissimi, quàm contumeliam linguæ solutissimæ. Etenim LINGVA maledica non nisi inter viuos infamare potest: At scripta tum apud superstites, tum apud posteros infamiam inurunt. Quod vt præcaueatur; enitendum magistro (operamq; dandam,) censeo, vti virtutis studio teneatur discipulus; neque si laboris præmia non statim obtingant, animum despondeat: persuasissimum sibi habens, SI NON à creatura, certè à Creatore illa se recepturum. Est enim TAM (iustus) BONVS (& misericors) DEVS, vt sæpe sudoris, (doloris ac laboris) bonorum misertus in ingratos animaduertat, & seruitia (bonorum) remunerandi curam ipse suscipiat.

431

CAPVT XLIV.

Sermo à Marco habitus, quando filium præceptoribus (& magistris à se electis docendum) tradidit.

NArrat Cinna historicus libro I. de temporibus Commodi, Marcum Aurelium Imperatorem elegisse XIV. præceptores, viros doctissimos, vt educarent & erudirent Commodum filium, quorum quinque repudiauit, non quòd minus docti; sed quòd parum essent graues; nouem autem solos retinuit, viros & doctrina præstantes, & educandi magnatum filios peritissimos, licet in Commodi educatione infelicissimi profectò fuerint. Nam Principi huic infelici IX. fuêre magistri, à quibus eruditus fuit; & plusquam I X. millia vitiorum, quibus fuit contaminatus.

Sæpe in magistrum scelera redierunt suæ Sen. Thyest.

Eius debet esse damnum, cuius est præmium. Sen. 3. contr. 6.

Vt iunguntur in culpa, sic nec in pœna separentur. Cypr. 4. ep. 4.

Congruit bono & graui præsidi curare, vt malis hominib. prouincia careat, eosq; conquirat. Saresb. 5. 15.

Per varios præceps casus rota voluitur æui. Sil. lib. 6.

Hoggi in figura, domane in sepultura. Adag.

Odi ego aurum; multa multis sæpe suasit perperam. Plaut. Captiu. Iam ego reuertar.

Impares nuptiæ, & patre non consentiente factæ, legitimæ non possunt videri. Apul. asin. 6.

Sæpe auaritiæ cupiditas iniusti lucri, non iniusti causa est damni. Leo. serm. 6. de ieiu. X. mens.

Fama liberrima Principum iudex. Sen ad Marci. 4.

Vnum insatiabiliter parandum principibus, prospera sui memoria. Tacit. annal. 4.

Fama quidem non tota perit, nec decipit vlla. Plutar. sympos. 9. 1.

Memoriæ consulendum, quæ magnis viris æternitatē promittit. Sen. Suasor. vltim.

Pessimum humanarum mentium malum est, quòd semper auidiùs nefanda finguntur. Fab. declam 18.

Nunquam apud Deum perire poterit, quod benignitas fidelis erogarit. Leo. serm. 2. de ieiun. Pentecost.

Nunquam Dominus meritis nostris ad præmium deerit. Cypr. serm. de eleemos.

Ἡράκλειον μὲ δεῖ παχὺν τὸ βυλδοῆνλε, βυλδύεσλζ ὁ βεοδέως. *Arist. 5. Eudem. 9.*

Quò minùs integrum, mutare semel electum, eò circumspectiùs eligendus; ne diutissimè vnius horæ temeritas excruciet. Chrysos.

Γεγύναμεν σοὶς σωτηρίαν ὡς πόδες, ὡς χεῖρες ὡς βλέφαρα, ὡς οἱ σοῖχοι τ. ὀδόντων. *Aurel. Imp. lib. 1.*

Hauendo ciascuno più occhi à dosso, non si occulta così facilmente. la malignità. Tesor. polit. 1. 226.

Rerum bonarum difficilis electio est. Symm. 4. 52.

Non quærendus erat, quem legeret; sed legendus, qui eminebat. Vellei. 2.

Probum patrem esse oportet, qui gnatum suum esse probiorem, quàm ipsus fuerit, postulet. Plaut. Pseud. si de damn.

Filium magnitudo patris non producit, sed obruit. Sen. controu. 4. proœm.

Neq; iucundum est, neq; facile nolentibus prodesse. Plut philos. cum Princip.

Patrum studio, voto, timori laudabile aliquid in filiis licèt difficilè persuadeatur, difficilius sufficit. Sidon. 9. ep. 1.

Pitholao commissus puer Commodus, dum pater in bello Germanico abest. Vita Galeni.

Æquius est, vt ego tot & talium amicorum consilium sequar, quàm vt tot & tales amici meam vnius voluntatem sequantur. Capitolinus Marci Aurel. vita.

Il prencipe deue dare gl' ufficii, à chi sono habili à sostenerli, & che hanno cara la gloria & la gratia sua. Tesor polit. 1. pag 217.

Parentes obiurgatione digni sunt, qui nolunt liberos suos seuera lege proficere. Arbitr.

Mit Raht gethan niemand gereuen kan. *Adag.*

Consilium, dum res patitur, cape. Dion. lib. 52.

Libri docent Principem, quod ministri reticent, & proferre non audent. Demet. apud Ptolem.

Sine sapientia nullus stare aut esse valet principatus. Saresb. 4. 6.

Alb. Mag. metaph. 1.

Primum animi ictum effugere ratione non possumus. Sen. ira. 2. 4.

Contemtum periculorum assiduitas periclitandi dat. Idem. Cur bonis male. 4.

Quæsta ruota semper gira, chi stà lieto, e chi sospira. Adag.

Sapiens ille est, qui plenus gaudio, hilaris & placidus cum diis ex pari viuit. Sen. ep. 59.

Stupidus homo quauis re atque oratione percellitur. Plut. de auditione.

Τὸ ζητοῦντα σοφὸν, αὐτὸν πρότερον εἶναι δεῖ σοφόν. *Empedocl. Stob.* 705.

ἔκφυς δ' κεῖνες καλὸς, ἃ γινώσκει τὰ τῶν ἐσθλῶν ἀγαθὸς κεῖνος. *Arist. 1. Eth. 3.*

† *doceatur & erudiatur. G.*

Simul atq; editi in lucem & suscepti sumus, in omni continuò prauitate, & summa opinionum peruersitate versamur. Cic. Tuscul. 3.

Admonitione magna egent teneræ mentes tracturæque altius, quicquid rudibus & omnium ignaris insederit. Fab. 1. c. 14.

Parentes tam diù odio habemus, quàm diù illorum beneficia non intelligimus. Sen. 5. benefi. 5.

Inter vicia occupatus animus quantulum bonis artibus relinquit? Fabi. dialog.

Difficile est nobis mutare habitum animi semel constitutum. Fab. 4. 2.

οἱ νέοι διὰ τὴν ἡλικίαν, ἀνήθικοι τὸν ἦθος ἐκ τοῦ παθήματος ἐκόντες. *Arist. 8. polit. 5.*

Βελτιούμενοι παραδείγματα ποιεῖται παρελήλυθότα τῶν μελλόντων. *Menand. Stob. 93.*

Non consilia ducis iudicio exercitus; sed exercitus prouidentia ducis regendus. Vell. 2.

Scripsit V. lib. declamationum M. Aurelius Imp. & lib. (V. cap. VI.) sub titulo, Ad sapientes pædagogos, introducit IX. præceptores illos, diligenterq; eis suadet, vt in educando filio maximè sint soliciti (ac sedulì) multas in eam sententiã rationes afferens grauissimas, quarum nonnullas subijciemus.

Tum Romæ percrebuit, tum Italiam peruagata est vniuersam fama solicitudinis, quam adhibui in exquirendis tot viris sapientibus, qui præceptores essent filij mei Commodi; quibus omnibus exploratis, optimos (sapientissimosq;) retinui. Qua in re quamuis multum mehercule laborauerim; officio tamen meo non satisfeci. BONOS enim Principes in negotijs admodum arduis non solùm consilium decet petere ab omnibus bonis; sed eniti etiam (ac contendere,) vt cum mortuis loquantur. XIV. eratis præceptores recepti, & quinque dimissis, nouem nunc estis electi; qui si viri estis verè prudentes; non est, quod facto meo offendamini. MALORVM enim odium ex prudentia oritur: bonorum verò admiratio ex defectu nascitur experientiæ. VIROS sapientes affectionibus humanis obnoxios esse, perinde atque cæteros mortales, non nego: Siquidem NVLLA omnino est vel ars vel scientia, quæ nos miserijs eximat humanis. Sed illud miror, quî fieri possit, vt viro sapienti vlla huius mundi res admirationi sit aut offensioni, mundum planè mundum esse, totumq; mundum merum esse scandalum cogitanti. Nam SI SAPIENS singulis in rebus animi perturbationem declarat; quid aliud prodit, quàm se non esse in vlla constantem?

Sed vt me ad propositum reducam, Ego vos huic adolescenti præceptores, adiunxi. Quamobrem cogitate, de multis eximios habitos vos paucos, vt inter paucos † eximius euaderet filius meus. Nam vt PATRIS est, bonum filio præceptorem quærere; sic præceptoris est bonum reddere discipulum. 432
Commodum filium meum in portu Ostiensi biennium nutrix lactauit: mater Faustina Capuæ itidem biennium indulgenter (& delicatè) ipsum nutriit; quod me non inuito prætermitti potuisset. Ego enim ceu pius pater vel XX. illum annos seueriter tractare optârim. Nam IN PRINCIPE hærede plus, ita me dij ament! vnus annus disciplinæ, quàm XX. anni delitiarum valent. Nutrices, quæ infantes lactant, cùm parum sapiant; matres, quæ illos pepererunt, cùm eis nimis faueant, & pueri, qui fortè non multum iudicio valent, animos tantùm in præsentibus defigentes, quanto melior sit puero disciplina, quàm indulgentia, non attendunt. At vir SAPIENS & iudicio præditus acri (& subtili) cùm præterita respicere, tum futura sagaciter debet prospicere. NON enim potest dici sapiens, qui de vna re duntaxat est solicitus.

Natus

Natus est filius meus Commodus pridie Cal. Septembris, † *in oppido ad Danubium, cuius vt quotannis natalem, quo mihi à diis datus est, celebro; ita quotidie eius diei, quo vobis ipsum in disciplinam tradidi, meminisse decet. Imò* ILLIVS *me diei, quo docendum ipsum dedi, quàm quo nascentem vidi recordari iustius est. Nam & dij mihi, & ego vobis illum dedi mortalem, tanquam hominem: vos verò mihi, & ego diis ipsum reddam immortalem, tanquam sapientem. Quid amplius dicam, nisi vt si magni penditis, quod dixi; pluris æstimetis, quod dicturus sum? Quandoquidem diis placuit, vt filium (è coniuge) susciperem; & in fatis fuit, vt talis mihi esset filius; qui à diis quidem animam, qua homo inter homines; à me verò carnem, qua brutum inter bruta esset, accepit: Vos, si volueritis, vt deus sit inter deos, famam illi perennem conciliando facietis. Nam* PRINCIPES *infamiam, si insolentes & effrenes sint; famam autem, si sapientes & tolerantes, reportant. Cùm ergo vehementer cupiam, vos rem ipsam penitus cognoscere; accuratè illam ponderemus oportet. Est enim regulâ generalis. Semper rem preciosam, si possidenti ignota sit, nullius esse precij.*

Vnum ex vobis quæro: Filius meus Commodus cùm à diis mihi datus est, quid præter carnem à me fragilem & mortalem; ob cuius corruptionem finem habebit ipsius vita, accepit? A vobis autem tam excellenti instruetur doctrina, vt memoriæ immortalitatem inde mereatur. NON *enim* IIS, *quæ corpus fragile molitur; sed iis, quæ intelligentia perspicax instituit, animusque generosus (ac præstans) perficit, fama comparatur.*

433 *Vtinam & ætas ipsius tenera carnem cognosceret, quam mihi debet, fragilem (atque imbecillem;) & ingenium ipsius obtusum sapientiam consequeretur, quam vos ipsi poteritis impertiri! tum verò & patres vos bonos, & me vitricum malum appellaret. VERVS enim pater est, qui nos doctrina ad viuendum instruit, & iniustus vitricus est, qui carnem nobis dat ad moriendum. Etenim* NATVRALES *filiorum parentes nihil aliud illis sumus, quàm vitrici crudeles, & manifesti inimici, à quibus acceperunt ingenium tam hebes (ac torpidum,) memoriam tam labilem, voluntatem tam peruersam, vitam tam breuem, carnem tam fragilem, honorem tam sum tuosum, valetudinem tam ancipitem, opes tam molestas; prosperitatem tam inertem, & mortem tam suspectam; naturam denique accepere infinitis subiectam mutationibus, maximisque miseriis expositam.*

Non est quòd parui pendatis id, quod vestro hodie arbitrio voluntatique permitto & credo, curam scilicet Commodi filij. NIHIL *enim est, in quo maturiorem Principes deliberationem*

† *Apud Lanuuium. Lampri.*

Tot disciplinarum magistri nihil ei profuerunt, tantum valet aut ingenii vis, aut eorum qui in aula institutores habentur. Lampri.

Proximis applicatur omne, quod tenerum est, & in eorum similitudinem crescit. Sen. ira. 2. 22.

Nimium mandare, prouidentiæ atq; cautelæ est Ambros. Psal. 118.

Docti ab indoctis tantum differunt, quantum Deus ab hominibus. Demades. Stob. 705.

Iuxta corporis fragilitatem pecora sumus. Hieron. Eccles. 3.

εἰς μὲν τὰ ἄλογα ζῶα μία ψυχὴ διήκει, εἰς δὲ τὰ λογικὰ μία νοερὰ ψυχὴ μεμέλετα. *Aurel. Imp. lib. 9.*

Per terrenos actus iter paratur ad cœlum. Macrob. 1. Somn 13.

Occultæ Musicæ nullus est respectus. Sueton. Neron. 16. Gell. 13. 29.

Θησαυρῷ κεκρυμμένῳ τῷ πηγῇ ἐσφραγισμένῃ, τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις; *Epiphan. de mensur.*

Maximo cuiq; beneficio plurimum debetur. Cic. offic.

Cætera omnia breui dilabuntur; ingenii egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt. Sal. Iugurth. procem.

Nihil est, excepta virtute; quod mortali animo ac manu immortale quæri possit. Val. Max. 5. 6.

Omnium est voluntas parentum, vt honestiores, quam ipsi sint, liberos habeant. Fab. 11. cap. 1.

Aliæ sunt stultitiæ stirpes. Cic. Tusc. 3.

Dei munus est, quod viuimus; philosophiæ, quod bene viuimus. Sen. epist. 90.

Natæ soboles primo parentes die hilarant; mox pii metus breuem gratiam fugant. Symm. 4. 34.

Tam medico, quam præceptori precium operæ soluitur, animi debetur. Senec. 6. benefic. 17.

Auß zwischen Säcken kan man keinen Seydenen Beutel machen. Adag.

Humana negotia ludi. Iuuen. Sat. 14.

Comœdia est vita hominis super terram, vbi quisque sui oblitus, personam exprimit alienam. Saresber. 4. 8.

οὐδεὶς πένης τραγῳδίαν συμπληροῖ, ἐὰν μὴ ὡς χορευτής. *Arrian.* 1. 24.

Commodum pater & suis præceptis, & magnorum atq; opt. virorum erudire conatus est. Lampri.

Non decet Imperatorem transcursim quicquam agere. Dio. lib. 71.

Ego me Phidiam esse mallem, quam vel optimum fabrum tignarium. Cic. in Bruto.

οἱ μοχθηροὶ δέον φυλακῆς μᾶλλον, ἢ φυλάττειν ἄλλες δύνωνται. *Arist. 6. polit. 8.*

τὸν μέλλοντα καλῶς ἄρχειν, ἄρχθῆναι δεῖ πρῶτον. *Arist. 7. polit. 14.*

Commodus adhibitos custodes vitæ suæ honestiores ferre non potuit: pessimos quosq; detinuit & submotos vsq; ad egritudinem desiderauit. Lamprid.

Ministrando consilium regis rectorem. Cassiod. 8. 10.

Oportet Principem, cum non sit vnus de multis, sed multorum dominus, non ita sentire, vt cæteros. Isoc. ad Nicocl.

Publici decoris mater est mens regentis. Cassiod. 3. 12.

Stultum, cum ante caueri possit, ne fiat, ad latus imperatoris, adsciſci, quorum mores ignorantur & voluntates. Ammian. lib. 20.

Res est publica Cæsar, & de communi pars quoque nostra bono est. Ouid. 4. Trist. 4.

Qui priuatos instituunt, solis illis prosunt; qui populi dominos ad virtutem excitarit: vtrisque commodauerit. Isocr. ad Nicocl.

Vincret vt potius, quam diceret arte Sophorum. Auson. parental. 2.

Virtutis laus omnis in actione consistit. Cic. offic. 1.

Ἅπας λόγος ἂν ἀπῇ τὰ ἔργα, μάταιόν τι καὶ κενὸν φαίνεται. *Demosth.*

Ego odi homines ignaua opera & philosopha sententia. Gell. 13. 8.

ὁ μηδὲν ὢν αὐτῷ χρήσιμον ἀνὴρ οὐδ' ἂν ἄλλον φρόνιμον ποιήσειεν. *Isoc. ad Nicocl. extrem.*

Quicquid geritur, debet habere causam sui. Arnob. lib. 6.

Facere docet Philosophia, non dicere. Sen. epist. 20.

Multi) *suas* disputationes morib. destruunt, vel mores suos disputationibus arguunt. Lactant. 5. 2.

Philippus Aristotelem Alexandro F. doctorem acciuit, à quo eodem ille & agendi acciperet præcepta & loquendi. Cic. 3. de orat.

ἀναγκάζοντες ἡμᾶς, ὥσπερ ἐν ἡμιόνοις ἡμίονοι, διὰ παιδείαν τὴν ἀκαδημίαν. *Synes. epist. 54.*

tionem deceat suscipere, quàm quibus filiorum educatio cõmittenda sit. Esse rectorem (magistrumque) Principum in terra est gerere munus deorum, qui sunt in cœlo; quandoquidem gubernatur is, qui nos gubernaturus est; docetur is, qui nos docturus est; eruditur is, qui nos eruditurus est; castigatur is, qui nos castigaturus est; Imperator denique vni, qui vnus monarcha futurus est, & mundo imperaturus.

Vt rem in pauca conferam, is mehercule, QVI MVNVS gerit educandi principes & summatum filios, gubernator est nauis, vexillifer exercitus, speculator populorum, dux itinerum, Rector Regum, pater orphanorum, spes pupillorum, & thesaurus omnium. NON enim alium habet respublica thesaurum veriorem, quàm principem, à quo pacificè iustèque administratur. Quid? quòd persuasissimum habere debetis, QVANDO filium vobis educandum trado, plus me vobis dare, quàm si regni vobis imperium darem. Ex magistro enim, cui filius in vita concreditur, existimatio pendet patris iam mortui; adeò vt NEQVE gloria neque fama constet patris, nisi quatenus filij vita probata & sincera est.

Ita deos habeatis propitios! ita fatis vtamini fauentibus! vt si erudiendis hactenus inuigilastis aliorum filiis; in filio deinceps meo fueritis peruigiles. Hoc ipsum enim multorum emolumentum complectitur. BONVM enim multorum commune priuato singulorum commodo longissimè præferendum est. Considerate amici, plurimum interesse, vtrùm principum filij instituendi, an plebeiorum liberi erudiendi sint. In promptu causa est, quòd plærique eorum, qui ad academias (& scholas) sese conferunt, vt loqui discant, accedunt. Ego verò Commodum FILIVM vobis trado, non vt loqui multa doceatur; sed vt ad actiones præclaras quasi manu 434 *ducatur. IN EO quippe gloria Principis vniuersa consistit, vt sit in actionibus, quæ suscipiendæ sunt, (solertissimus & accuratissimus, & in verbis quæ proferenda sunt, circumspectissimus (atque sagacissimus.)*

Postquam adolescentes plurimos in scholis (Academiisque) annos exegerunt, ingentesque in studia pecunias parentes impenderunt; si modò filius disputare, & scitè loqui Latinè & Græcè nouerit, quamuis leuis vicioſusque sit; optimè collocata omnia pater existimat. MAGIS enim nunc Romæ ratio habetur oratoris loquacis, quàm Philosophi virtute præstantis. O miseros, qui nunc Romæ viuunt, & miseriores qui nobis ibidem successuri sunt! Roma enim iam non est, quæ solebat esse. OLIM enim ad academias parentes mittebant filios, vt tacere (aut pauca loqui) discerent; iam verò eos mittunt, vt (multa) loqui discant: Tum discebant

esse

esse (cordati atque) moderati; nunc discunt esse dissoluti; & quod pessimum, ex academiis & gymnasiis, vnde omnes prodibant sapientes ac pacifici, iam oratores tantùm loquaces & seditiosi prodeunt; vt SI SACRATAS Romanorum leges semel in hebdomade legant literati, decies eas vno die violent.

Quid præterea dicam, cùm afferre in medium nihil possim, quin plagam matri Romæ afferam? nisi quòd hodie summæ hominib. vanis voluptati est videre filios aliis in disputando superiores. Verùm sic habetote, SVMMÆ mihi gloriæ futurum, si Commodus cæteros non loquendo, sed tacendo; non insolenter agendo, sed pacificè viuendo; non verba arguta proferendo, sed opera præclara faciendo excelluerit. BONIS enim viris gloriosum est multa agere, pauca loqui.

Considerate diligenter amici, neque obliuiscimini, HODIE vobis committi existimationem meam tanquam patris; salutem Commodi, tanquam filij mei; gloriam Romæ, tanquam patriæ meæ; tranquillitatem ciuium, tanquam subditorum meorum, & gubernationem Italiæ, tanquam patriæ vestræ: In summa, comitti vobis pacem & tranquillitatem nostræ reip. Cui talis ergo concreditur specula; eum somnolentum esse haud quaquam decet. MAGNÆ enim inter sapientes & nobiles viros fiduciæ, summa respondere debet diligentia.

Nihil addam præterea, nisi quòd optarim ITA educari (& institui) Commodum filium, vt à diis pietatem, à philosophis scientiam, ab antiquis Romanis virtutes, à senibus & vsu peritis consilia, à iuuentute Romana animum, à vobis magistris tranquillitatem, à bonis denique omnibus bonum,
435 *quemadmodum hæreditatem à me Imperij est accepturus, accipiat. IS enim VERVS est Princeps, & imperio dignus, qui si oculos in ditiones, quarum hæres futurus est, amplissimas defigit, animo semper gubernandi artem versat, & in emolumentum omnium bene sibi viuendum statuit.*

Per deos immortales, ad quos migraturus sum; per bonitatem maiorum meorum, ad quorum fidem sanctitatemque imitandam deuinctus sum; per leges Romanas, quas me conseruaturum iuraui; per subiugationem Asiæ, ad quam continuandam me obstrinxi; per amicitiam Rhodiorum, ad quam tuendam meum obtuli studium; per inimicitias Pœnorum, ad quas persequendas non mea sponte, sed iuramento antecessorum obligatus sum; per † vrnam Capitolinã, in qua ossa mea cremanda sunt; oro & obsecro, ne vel Romani, dum vixero, à me reposcant; vel posteri, cùm defunctus ero, me criminentur, si fortè Commodus vitæ improbitate caussam interitus Reipub. præbuerit, & si vobis animaduersione necessariâ non vtentibus, tum ipse pereat, tum imperium

Philosophi genus hominum veri ignarum, sub peritiæ ostentatione. Macrob. 1. Somn. 2.

Tum dignum operæ precium venit, cum inter se congruunt præcepta & experimenta. Fab. 12. 6.

προσήκει τοὺς πατέρων ἀγαθῶν παῖδας πειρᾶσθαι, μὴ αἰσχύναι τὰς προσηκούσας ἀρετάς. *Thucyd. lib.* 4.

Non laude, sed veritate disceptatio nititur. Minut.

Non est eiusdem facilitatis; scire quid faciendum sit, & facere. Bernh.

Exercitatus in sermonibus, & desidiosus in operibus, prudentiam suam factis refellit. Ambr. 2. offic. 1.

Nulla difficilior virtus, quam tacendi. Fab. declam. 19.

Νόμιζε τὴν πατρίδα οἶκον τοὺς πολίτας ἑταίρους, τοὺς φίλους τέκνα σεαυτοῦ, τοὺς παῖδας τὴν σὴν ψυχήν. *Xenoph. Hieron. extrem.*

Regnantis est gloria, subiectorum ociosa tranquillitas. Cassiod. 2. epist. 29.

Patres auari sunt voti, nec vlla filiorum bona putant esse perfecta, desiderio & cupiditate potiore. Symm. 9. 59.

Hæc est vitæ gloriosa commoditas, dominos esse testes, ciues habere laudantes. Cassiod. 1. ep. 3.

Nemo vnquam filium nimis amauit. Fab. declam. 18.

Opera danda Principi, vt quantum alios dignitate superat, tantum etiam virtute illis antecellat. Isocr. ad Nicocl.

Princeps cur dicitur, si his, quorum curam gerere debet, non consulit aut prospicit? Pachym. 4.

Tiberius precari sibi solitus tantum vitæ & imperii tempus, quantum reip. conduceret. Dio. lib. 57.

ἔθος ἀρχαῖον, πρῶτον θεοὺς ὀμνύναι. εἶτα ἐπάγειν καὶ τὰς ἰδίας συμφοράς. *Apollon. gloss. Brodæ. lib.* 4.

Nihil in vita nobis præstandum præter culpam, qua si careamus, omnia humana placate & moderate feramus. Cic. lib. 6. epist. 1.

Seuerus Imp. vrnam contrectans, Tu virum capies, ait, quem totus orbis terrarum non cepit! Dio. lib. 76.

† Ναὶ μὰ τὸν ἐν γαίῃ πύματον δρόμον. *Agathi. Epigram. lib.* 3.

Vt recessit metus, erupit voluntas. Vellei. 2.

Marcus filium optime, quoad eius fieri potuit, educari atque institui curauit. Dio. lib. 71.

Si plura sint, quæ nocent, quæ prosunt obruuntur. Fab. 4. cap. 2.

Probrum est magistri discipulus malus. Nicet. ad Nazianz. orat. 26.

Et medendi peritus inuitum frequenter saluat ægrotum. Cass. 1. ep. 5.

In principe, qui electo successore fato concessit, vna itemq; certissima diuinitatis fides est, bonus successor. Plin. panegyr.

Vestra salus, nostra gloria. Cassiodor. 2. 41.

Hunc filium mihi tu, ceu dignum est Hercule, nobisq; cura educere. Plut. Symp. 9. quæst. 1.

Sapienter faciunt, qui adolescentes maximè castigant, vt quibus virtutibus omnem vitam tueri possint, eas in ætate maturissima velint comparare. Cic. Heren. 4.

Anima bene nata præceptis obuiam se offerens, à seipsa magis quàm à magistris adiuuatur. Philo vita Mos. 1.

Incognita velle nosse prudentis est. Cassiod. 8. 33.

Remedia melius adhibebit, cui nota, quæ nocent fuerint. Fab. 12. 1. *Cornel. Cels.* 5. 25.

Sicut sæpe sumenda sunt & amara salubria, ita semper vitanda est perniciosa dulcedo. August. 4. doctr. Christ. 5.

Facilior cura, vbi plaga perspicua. Cypr. sermon. 2.

Medico diligenti non solum morbus, cui mederi vult, sed etiam consuetudo valentis, & natura corporis cognoscenda est. Cic. 2. de orator.

Nota mala res optima est. Plaut. Trinum. Larem corona.

Vbi admonitio est, vigilantia cautionis euaditur. Macrob. 1. Som. 7.

Ignorantia periculi negligentiam iuuat obsequii Tert. aduers. Marcion. 2.

Necessaria gloriosis præferenda. Vellei. 2.

Ea sunt animaduertenda peccata maximè, quæ difficillimè præcauentur. Cic. Herenn. 3.

Nascentem extinguite flammam, ne seræ redeant post aucta pericula curæ. Sil. 1. extr.

Ἀθηναῖοι ἐν ταῖς ἀκμαῖς πλείονος ἐπιμελείας ἐτύγχανον, ἢ παῖδες ὄντες *Isocr. Areopag.*

Pueros præmaturis vitiis imbui non oportet. Lactant. 6. 20.

Ni malum nascens inhibeas, crescit in immensam magnitudinem. Philo. de decalog.

Plus proderit demonstrasse rectam protinus viam, quam reuocare ab errore iam lapsos. Fab. 2. 7.

τὸ πολυχρόνιον ἦθος ἀμήχανόν ἐστι θεραπεύθηναι. *Athenæ. fol.* 261.

Athenienses modestiæ tantam rationem habuerunt, vt senatum Areopagiticum censuræ morum præfecerint. Isocrat. Areopag. Plat. Axioch.

rium pessum eat: (quod si fortè vsu venerit, ipso imperium pessimè administrante; voluntatis meæ testis erit hæc, qua nunc vtor, protestatio.) NIHIL enim amplius bonus pater filio debet, quàm vt à voluptatibus abductum (ablegatumque) magistro committat virtute præstanti (ac sapienti, à quo regatur, erudiatur & doceatur; qui si bonus fuerit, tum patri gloriæ, tum sibi vobisque honori, tum vniuersæ reipub. emolumento atque ornamento erit.)

CAPVT XLV.

Moderatoribus Principum & magistris, qui discipulos habent, summa vtendum vigilantia, ne adolescentes à teneris annis viciosi sint: peculiariter autem à quatuor illos viciis auocandos. Caput dignum, quod & parentes legant, & filij obseruent.

CEleberrimi & peritissimi Chirurgi, in grandibus periculosisq; vulneribus & vlceribus, non solùm fomenta & cataplasmata, resoluendis aut glutinandis illis apta; sed purgantia quoque, & aduersus inflammationem idonea adhibent; nec sanè minorem in hoc prudentiam, quàm in illo peritiam declarant. NON minoris enim diligentiæ est, à carne fragili inflammationem auertere grauiorem, quàm plagam curare (putridam,) vt sanescat, & cicatrix inducatur. Ad eundem modum viatores solicitos videmus scrupulose inquirere de via, antequam iter ingrediantur, an videlicet habeat voragines difficiles, crepidines præruptas, fauces angustas, montes (à latronib. prædonibusue) intutos, diuerticula trãsuersa; quibus de rebus qui solicitus (& curiosus) est, prudens iure habetur. Nam PRO Periculorum in mundo multitudine, nemo optatam habere securitatem potest, nisi vbi sit periculum, (in quod incurrere & incidere possit,) nouerit.

Hæc eò spectant similia, vt ostẽdam non satis esse, vt rectores doctoresq; Principum ac megistanum, qua scientia, quib. moribus, qua doctrina, & qua virtute sint imbuendi (atq; instruendi) discipuli, nouerint: Sed multò etiam maiore cum vigilantia (curaq;) cognoscendũ esse, quibus à viciis moribusue mendosis sint (abducendi &) auocandi. Arbores n. dum paruæ teneræq; sunt, falcibus potius, quib. rami (surculiq;) superflui amputentur, quã fiscellis, in quib. poma colligantur, indigent. 426

Qui magni precij mulas ad vecturam aut cursuram exercent, & equos generosos domant (& moderantur,) cùm omnem adhibeant industriam, vt illi sint gradarij, pernices, saltatores, (frenoque & calcaribus) morigeri; longè tamen

tamen maiore vtuntur, vt sint mansueti, mites & fideles; in primis verò ne qua illis vitia insint noxia. IVmentum. n. non mansuetū (& quietum;) sed contumax (& ferox) summa stultitia est aliquo in pretio habere. Quòd cū ita sit, vt reuera est; quæro nunc, si magnatū equisones vitia iumētis, q̄ bruta sunt, nituntur adimere; quanto magis summa ope niti præceptores, si boni sunt, decet, ne q̄ Principes pueri vitiorū enormiū maculā cōcipiant! NON tantū. n. emolumēti ex omnib. quas discunt, virtutibus quantū damni ex vnico, in quo (dissimulanter) conniuetur (à magistris,) vitio pueri capiunt.

Et si autē prauitates, à quib. nutritores ac magistri discipulos auocare debent, multæ sunt; quatuor tamen sunt vitia præcipua, quorū si alicuius Princeps notatus fuerit, aut infamatus; grauissimā rector aut doctor, à quo institutus est, pœnā (& castigationē) meretur. Nam secundū leges & consuetudines ciuiles, OMNE furtū damnū q̄, vineæ à bestijs illatū, p̄standum est vinitori, qui operā custodiendæ illi suā locauit.

Primùm (ergo) ita linguas discipulorū magistri refrenēt & coerceant, vt illos NEq̄ ioco neq̄ seriò mendaces esse patiantur. NIHIL. n. honesto alicui turpius, quàm veritatis parcū; nihil abiecto & humili probrosius, quàm mendacij largū esse.

Merula † lib. V. de Cæsarib. dicit, primū bellū ab Vlpio Traiano gestum fuisse contra Decebalū Dacorū Regem, qui à Romanis defecerat, at q̄ haud ignobili Domicianum Imp. prælio vicerat. Nam vt Nasica dicebat, NON tantæ voluptati erat vrbi Romæ sæpe vincere, quanto dāno doloriq̄ semel succūbere. Porrò cùm Traianus prælium cū Decebalo cōmisisset; non modò hic victus; sed & captus, & vinctus in conspectum Traiani Imp. adductus fuit; & ab hoc interrogatus, cur Romanis rebellasset, qui nunquā Romanos vinci posse nosset! respondit:

437 *Si Romani vinci nō possunt; quomodo ego Domitianum Rom. Imp. vici? Cui Traianus Imp. respondēs: Toto, inquit, cœlo erras Decebale, qui Imperatore victo, Romanos à te victos arbitraris. Nam cùm vrbem Romulus fundauit; à dijs decretum est, vt si fortè illius Imp. in p̄lio occubuisset; non propterea imperiū victū intelligeretur. Miris historici laudib. efferunt hæc Traiani verba, quib. inuictū esse Rom. Imperium declarauit. Mortuo verò Decebalo, & regno ob delicta exuto, Traianus, vt erat Princeps clementiß. filiū, quē paruulū Decebalus reliquerat, educari in palatio curauit, si bonus euaderet adolescens, regnū illi, ob rebellionē, redditurus. Erat. n. LEX Romæ (antiquissima,) vt quicquid pater ob rebellionē amisisset; id filius præstita fidelitate recuperaret. Cùm autem Traianus recreandi sui gratia in hortis esset Vulcani; filium Decebali, cum alijs adolescentibus Romanis ad rapienda poma hortum quendam vidit intrare; quod mirum non est: neq̄ enim ma-*

Quæ possunt noxiè crescere, celeriùs sunt amputanda. Cassi. 5 38.

Equi contumaces potiùs hostes, quàm suos in prælijs iuuant. Xenoph. Hipparch.

Dum satis putant vicio carere; in idipsum incidunt vicium; quòd virturibus carent. Fab. 2. c. 4

In ipsis initiis comprimendus excessus. Cassiod. 2. 14.

Cane deformes multa bona vno vicio. Liu. li. 30.

Non malorum abstinentia iustificat potentem, sed bonorum editio coronat eundem. Agapet.

A quatuor vicijs auocandi pueri:

Doctoris intelligentis est videre, quo ferat natura sua quemque Cic Bruto

Quæ crescentia pernicioſa sunt, eadē sunt vicioſa nascentia. Cic Tuscul 4.

In corporibus ægris medici nihil, quod nociturum est, relinquunt Curt. li. 6.

Si magister tam eloquentia, quàm moribus præstantissimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere ac facere doceat. Fab. 2. 3.

I. *A mendacio.*

Humilis, paruiq̄; animi, & seruile vicium est mendacium. Mamert paneg

Non habet causam loquendi, cui credi non potest. Fab. declam 19.

Apud Persas lingua grauiùs castigatur, quàm vllum probrum. Curt. li. 4.

† *Interpres Dionis Cassij. lib.* 68.

Nequaquam tam lætum vincere, quàm triste vinci, vlla parte ab obsesso & propè expugnato hoste. Liu. 26.

Dio mortem sibi consciuisse, & caput Romam delatum ait. Xiphilinus eum pertimuisse scribit, qui sciret antea non P. R. sed Domitianum ab se superatum esse.

Culpæ confessio prodest ad venię facilitatem. Symm. 3. 11.

Sciebat Decebalus non P. R. sed Domitianum ab se esse superatum. Dio lib. 68.

In prælijs quibusdam rarò titubauit res Romana; in summa bellorum nunquam ad deteriora prolapsa. Ammian. lib. 17.

Ad constituendum P. R. imperium contendisse virtus & fortuna videtur. Flor. lib. 1 proœm.

Aduersis sic Roma micat, cui fixus ab astris Ordo fuit, creuisse malis. Sidon. carm. 3.

Principes mortales, respubl. æterna est. Tacit. annal. 3.

σὺν τῷ θεῷ πᾶς ἐ γελᾷ κἀθλύγετος. Sophocl. Aiac.

Vbicunq̄ iuris clementia est, habet locum deprecatio. Fab. 7. c. 5.

Multi Reges felicitatem calamitate mutauerunt. Boet. 3. consol. 4.

In seruitutem cadere de regno graue est. Sen. Theba. 4.

Δεινὸν τὸ ἄρχειν μεθ' τὸ βασιλεύειν. Herodot. lib. 6.

Malitia præcoci puerum quis non auerſetur? Apul. apolog. 2.

Mendaci homini ne verum quidem dicenti credere ſolemus. Cic. diuin. 2.

Μὴ κακὸν κακῷ δι δ ὲς ἄκου, πλέον τὸ πῆμα ἢ ὄτης πίφ. Sophocl. Aiac.

Μὴ τὸ κακὸν τῷ κακῷ ἰᾷ. Herodot. lib. 3.

Tantum releuat confeſſio delictum quantum diſſimulatio exaggerat. Tertul. de pœniten.

Nihil hoc confidentius, qui quæ videt, ea pernegat. Plaut. Menæch. Vt hoc vtimur.

Nunca faltan rogadores para mitigar las penas. Cel. 82.

Plurimum valet prima indignatio. Tacit. hiſtor. 1.

Mitior ſolet irrogari pœna verecundiæ. Nam culpam præſertim deprehenſam pertinaciter tueri, altera culpa eſt. Fab. 6. c. 5.

Rem manifeſtam inficiari augentis crimen eſt, non diluentis. Plin. 4. ep. 9.

Impudenter certa negantibus difficilior venia eſt. Liu. li. 30.

Duplicare noxam, cùm te poſſis exonerare dimidio, maxima infamia eſt. Philoſpecial. li.

Patriam cognationi præferens, quicquid publicè ſalutare non eſt, priuatim alienum exiſtimat. Vell. li. 2.

Plus regno, quàm patrio debetur nomini. Iuſtin li 41.

Publica inſtituta priuata pietate potiora. Val. Max. 2. 1.

Magis ſubita iracundia decet eſſe patrẽ, quàm grauiter iræ tenacem. Plut. lib. educ.

Et errare hominis eſt, & ignoſcere patris. Fab.

Parentes exheredant filios, quoties natiuam parentum caritatem filij degeneres in mia nequitia ſuperant. Philo. de nobilitate.

Plus patriæ, quàm liberis conſulendum. Iuſtin. li. 41.

† *non perinde ex animo doleat, ac ſi gladio corpus traiecerit ſuum. G.*

Vt medici abalienata morbis membra præeiduntſ ita turpes ac pernicioſi, etiamſi nobis ſanguine cohæreant, amputandi. Fab. 8. c. 3.

Χρὴ ἀψοφήτους εἶναι τοῖς ἡγουμένοις τέμα. Eurip. Heracl.

Magnitudinem fortunæ ſuæ Princeps, qui mentitur, ignorat. Mamertin. paneg.

Sanctiſſimum, vt conſueſcant vera dicere pueri. Plut. de lib. educ.

iorem in ſegetibus ſtragem locuſtæ, quàm pomarium ingreſſi adoleſcentes (in fructibus) edunt.

Interrogatus autem poſtea ab Imperatore, vnde veniret; cùm è ſchola ſeſe, vbi Rhetorica audiſſet, reuerti affirmaret; eumq; à rapina pomorũ ſe recipere conſtaret: adeo Traianus excanduit, mendacem eſſe puerum videns, vt omni prorſus regni ſpe priuandum illum curarit & iuſſerit. Cumq; multũ ſuper hoc negotio ſolicitaretur Traianus, partim à legatis exteris, partim à Senatoribus domeſticis, ſententiam illã aſperam mutari petentibus: Quoniam MVLTA imperant Principes irati (& excandeſcentes,) quæ placati (pacatiq;) reſcindunt: Si Decebalus, inquit, adoleſcẽtis huius pater, Princeps verax fuiſſet; neq; vitam regnumq; ipſe perdidiſſet; neq; toties in diſcrimen me ſimul & imperium adduxiſſet. Cùm ergo pater fuerit mendax, & filius minimè ſit verax; me regnum illi reddere iniuſtiſſimum eſſet. MAXIMO quippe tum mihi, tum genetrici noſtræ Romæ dedecori foret, ſi cùm Roma veritatis ſit mater, mendaciorum filijs regna daret. Hæc & Traianus dixit, & circa Decebali filium geſta ſunt.

M. Aurelius XVII. Rom. Imp. duos, vt ſupra diximus, habuit filios, quorum maiorem Commodum Imperij pater hæreditate priuare ſatagebat, minoremq; Veriſſimum heredem relinquere ardentiſſimè cupiebat; quod nõ tantùm decreuerat, ſed palam etiã ſæpiſſimè dictitabat. DIFficillimè. n. diſſimulatur, quod ardentiſſimè expetitur. Forte autẽ Senator quidã grandæuus, & Marco familiariſſimus, cũ è curia quodã die ambo exirent, ſic illũ cõpellauit: Miror te, Princeps excellentiſſ. maiore natu filio abdicato, hæredẽ facere minorẽ; cùm tui ſint ambo filij, neq; plures tibi dij dederint. Bonis. n. parentib. filios caſtigare cõuenit; non a. exhæredare illos licet. 438

Cui M. Aurelius, Si philoſophus, inquit, Græcus eſſes, vt es ciuis Rom. & ſi quàm dulcis ſit amor filij intelligeres; nõ filij mei imperio orbati; ſed mei, qui ipſum abdico, te iure commiſereſceret. Nam adoleſcẽs quid perdat, vix intelligit: ego verò pater damnum, quod illi affero, deploro. Enimuero NON eſt hodie pater in mundo tam crudelis, qui ſi filium pomo (quod vocant) gladij feriat, † nõ prius capulotenus ſuis illum viſceribus abdiderit. Deos hac in re teſtor immortales, me facere, quod nollem facere; & dare, quod nollem dare; & adimere, q; nollem adimere. Nam Antoninus idem dominus & ſocer meus, nõ aliam ob cauſam mihi dedit Imperium, quàm quòd nunquam inuenit in me mendacium; & ego idcirco filium Imperio priuo, quia nunquã in illo veritatem inueni. Neq; n. æquum eſt, vt Imperij, q; mihi datum eſt, quoniã verax erã, hæreditatẽ mendacẽ adire patiar. SATIVS. n. eſt filium fortunas amittere, quàm patrem exiſtimationis iacturã facere.

Ex his

Ex his duobus exemplis rectores ac magistri Principum & megistanum perspicient, quanta adhibenda sit cura, ne adolescentes, quibus sunt præpositi, mendaces sint: quod quidem tam accuratè cauendum, vt NEQVE ioco quid afferentes; neq; seriò respondentes vel vnicum illos mendacium proferre patiantur. Nam PER iocum in pueritia mentientes, seriò postea mentiri in senectute assuescunt.

Deinde præceptores discipulos à LVDO arceant, ne à pueris aleatores esse (& in summam rerum aleam iacere) consuescant. MAGNVM enim præsagium est fore, vt & se & Imperium perdat Princeps, si ludendi studio à teneris annis flagret. Experientiâ magistra discimus, ludendi libidinē morbum esse, qui canis, Seneca teste, rabiosi naturam refert, qui si quem semel mordet, (nisi celerrimum & exquisitum adhibeatur remedium,) † in perpetuum rabidum reddit, ita vt rabies dira ad mortem vsq; perpetuò duret. Neque frustra ALEATORES perditi canibus comparantur rabiosis. Nam quotquot in suum pertrahunt sodalitium, eos in discrimen adducunt conscientiæ, existimationis & fortunarum.

Accidit sanè frequentissimè, vt IN EO nutritores & ma-
439 *gistri, de quo maximè soliciti esse debēt, maximè sint inertes & socordes: nempe quòd prætextu relaxandi animi & fallendi temporis discipulis ludi genus aliquod, etiamsi exigui precij sponsione, indulgent: quod neque pueros facere, neque permittere educatores oportebat. Ea quippe mali huius ratio est, vt QVI in pueritia aciculam audet deponere, verendum sit, ne in virili ætate & tunicam & pallium deponat. Atq; vt diutius hic immorer, magisq; hoc vitium exaggerem, sic statuo & affirmo; QVANDO Principes & megistanum filij ludunt, non esse habendam rationem illius seu parui seu magni, quod vel lucrari possunt vel perdere. Quid enim ineptius, imo quid humilius indigniusque, quàm si idcirco lusu ipsis interdicendum contenderem? NON enim à lusu arcendi sunt pueri propter pecunias, quas perdunt; Sed propter vitia, quæ colligunt, (& mores prauos, quos addiscunt.)*

Octauio II. Rom. Imp. vni ex felicissimis, qui in hodiernum diem fuerunt, Imperatoribus inter plurimas virtutes vnicum hoc vitio datum fuit, quòd pilæ nimium inde à puero studiosus fuit, quod ei non modò exprobratum, sed etiam interdictum fuit. Nam vt Cic. dicit, lib. 2. de legib. quando Imp. vitij alicuius publici notatus erat, † in ordinē illum à Senatu cogi fas erat. Cùm ergo in Senatu reprehensus ob hoc vitium Octauius fuisset; ita respondisse perhibetur: Iniquissimè hodie mecum agitis P. C. mea mihi oblectamenta eripientes. SATIS enim est tales esse Principes, vt multa habeant, ob quæ laudentur; & pauca, ob quæ vituperentur. Egregia verò vox,

Οἱ πέρσαι παιδεύουσι τοὺς παῖδας τρία μοῦνα, ἱππεύειν, τοξεύειν, ἀληθίζεσθαι. *Herod. lib. 1.*

Pulcerrima in principe mentis linguæq; concordia. Mamert. paneg.

Plus habeatur fidei principis affirmationi, quàm aliorum deierationi. Isocr. Nicoc.

Vn vieto non punito suo l crescere in infinito. Adag.

2. *A ludo.*

Diem pleriq; abaco & latrunculis conterunt. Macrob. 1. Sat. 5.

Inter aleatores & tesserarios tantum differt, quantum inter fures & latrones. Ammian. 28.

Manus diaboli est ludi taxillorum. Vincent. serm. de S. Matthia.

Ludi quoque semina præbent nequitiæ. Ouid. 2. trist.

† *è vestigio.*

Ce que poulain prent en ieunesse, il le continue en viellesse, & ce que prent en donture, il le mantient tant qu' il dure. Adag.

Datur concessu omnium aliquis ludus adolescentiæ. Cic. pro M. Cœlio.

Καὶ κύβος ἀγγέλλει βένθος ἐχεφροσύνης. *Silentiar. epigr. lib. 5.*

Facilè serpit viciorum contagio. Philo. de fortitud.

A minimis viciis incipiunt, qui in maxima proruunt. Bernh.

Ladroncel di stringhetta al fin viene an borsetta. Adag.

Milo quem vitulum adsueuerat ferre, taurum ferebat. Fab. 1. c 15.

Δεῖ μάλιστα τὸ μικρὸν φυλάττειν. *Arist. 5 polit. 8.*

Aleator quanto melior, tanto nequior. Mim. Saresb. 1. 5.

Parua in magnis contemnere periculosum. Ficin. Seminar. 693.

Diu in mala exercitatione detenti, non facilè corriguntur. Ambr. Rom. 1.

Diuturna consuetudo potentior quàm natura fit. Philo. de decalog.

Αἰνέομεν δὴ κεῖνον, ὅς ἐν βιότῳ τε κύβῳ τε χάρματι καὶ λύπῃ μέτρον ἐφηρμόσατο. *Silentiar. Epigram. lib. 5.*

Victor. & Sueton. c. 71. & 83.

Mendaciorum & periuriorum mater est alea. Saresb. 1. 5.

Τὰς παιδίας εἶναι δεῖ τὰς πολλὰς μιμήσεις τῶν ὕστερον σπουδαζομένων. *Arist. 7. polit. 17.*

† *liberè & audacter pote[illegible]at in Senatu frequente reprehendi.* G.

Nullum ferre P. R. potuit, qui legibus, cum opus esset, cogi non posset. Sabel. exemp. 3. 3.

Vn dito sol d' error che Principe faccia, per la mala impressiõn parra sei braccia. Arioſt. 17. 92.

Pro optimo est, minimè malus. Sen. de tranquil. vit. 7.

Nimium boni est, cui nihil est mali. Enn. Cic. fin. 2.

Τῶν κυβδυτῶν τὰς πλείστας ὁρῶ δάπεδας παντάπασι γιγνομένας. *Xenoph. rer. Gracar. 6.*

Quæ nunc virgulta sunt, erunt, si negligantur, & robora. Cassi 5. 38.

In Claudio Traiani virtus, Antonini pietas, Augusti moderatio. Trebell. Polli.

Noua in remp. merita non vsitatis cognomentis honoranda. Tacit. annal. 11.

CCC. XX. millia armatorum deleuit, oppressit, attriuit. Trebell. Poll.

ἔχει τιθὴ ἠχὴ μικρὸν εὐθὺνὸς ἀὴρ, πρατηγῶν, εὐκλεὼ τ' ἔχων φάτιν. *Eurip. Stob. 580.*

ἐ δημώσατα τὸ νέον ἡσυχάζειν. *Aristot. 8. polit. 6.*

Faciant aliquid pueri necesse est. Fab. li. 1. cap. 2.

Discunt hæc miseri antè, quàm sciant vicia esse. Idem. 1. 3.

Virtus etiamsi quosdam impetus à natura sumit; tamen perficienda doctrina est. Fab. 12. 2.

Facinus quos inquinat, æquat. Lucan. lib. 5.

Plagis & ipse constringitur, qui socius criminis inuenitur. Cyprian. sermon. 5. de lapsis.

Noli putare, quod colludium tibi præstet silentij, qui volet tecum habere supplicij consortium. Ambros. Psal. 118.

Morum, quos fecit, præmia doctor habet. Ouid. fast. 5.

Vbi nemo studium habet flagitia vel cauendi, vel puniendi; vbi nulla seuera iudicia exercentur; ibi etiam bona ingenia corrumpuntur. Isocrat. Areopag.

Vnius improbi supplicio multorum improbitas coercetur. Cic. Verrin. 3.

Non minùs laudi fertur, adolescentem de palæstra publici examinis morum referre suffragia, quàm literarum. Sidon. 9. ep. 14.

3. *A lenitate, audacia, inuerecundia.*

Κάθου ἡ ὑπάτης, καὶ εὐκίνητον κατὰς τὸ φαῦλα. *Basil. Stob. 858.*

Inconstantia leuatur autoritas. Cicer. Academ. 4.

χαλεπὸν σωφθῆναι μαινομένῳ ἰδόντα. *Phil. 340.*

Φιλ. ὅ τι μικρὸν, ὅ τι οὐκ ἄφελε μέγα.

Τὸ μικρὸν &c.

Nazi. Monostich.

Custos virtutũ omnium dedecus fugiens, laudem maximè consequens, verecundus. Cic. orat. partit.

& tam excellenti Principe dignissima! Etenim CVM & delicatissimè Principes educentur, & licentiam habeant maximam gratia illis habenda est pro operibus, quæ præstant, præclaris, & multò magis pro vitijs, quibus carent.

Vt ergo ad institutum reuertar; Inter execranda vitia, quæ contrahunt pueri, ludo à teneris annis dediti, hæc numero, q. FVRtis mendaciÿs q. assuescunt. Cùm. n. nũmos, quibus ludant, petere à parentibus erubescãt (ac vereantur;) & de peculio suo nequeant promere; qd aliud potest, imò debet colligi, quàm si pueri habeãt, q. ludant, necesse esse vt furentur?

Trigesimus sextus Imp. Rom. fuit Claudius Luganus, vir in victu temperantissimus, in vestitu honestissimus, in administranda iustitia æqui seruãtissimus, in armis felicissimus; adeò vt non solùm Gothos Illyrico eiecerit; sed etiã prælio cum Germanis cõgressus, supra C. hostium millia deleuerit. Commissa est ea pugna ad lacum Benacum in septo., q. dicebatur Luganũ, vnde in memoriam illustris victoriæ cognominatus fuit Claudius Luganus. SOLEBAT enim Senatus Rom. pro ratione operum vel laudabilium, vel vituperãdorum, cognomenta Principibus vel honesta vel probrosa imponere. Habebat is Imp. filium vnicum, Principem corpore elegantissimũ ingenioq. eximio & præstanti; verùm ad mala tam pronũ, vt indolem, quã natura dederat optimã, potius ludendo cũ alijs adolescentib. quàm philosophos audiendo fatigaret: q. quidẽ mirũ n est. Qui. n. ingenio præstant, si desit, à quo ad studiũ virtutis adigantur; vitia mox fœdissima patrare assuescunt. 440

Cæterùm cùm adolescens Princeps non haberet iam, quod luderet; (neq. parandi ratio cõpareret alia;) monile aureum magni pretij furtim è patris armariolo statuit auferre, furti illius & conscio & occultatore ipsius magistro. Quod cùm resciuisset Imp. optimus; filium abdicauit, & præceptorem securi percuti iussit, & vniuersos filij collusores in exilium misit; quod factum ingentẽ vniuersis pauorẽ incussit. Hoc enim BONI habent famosa supplicia, quòd animum bonis addunt, vt sint meliores; malis terrorem afferunt, ne sint deteriores. Merula lib. X. de Cæsaribus dicit, vbi verbosius hanc historiam refert, pluris fecisse Romanos, relegatos fuisse ex vrbe lusores, quàm eiectos ex Illyrico Gothos, (& reportata ex prælio Lugano victoriã;) nec sanè, si verum fateri volumus, iniuria. Maiorem enim coronã Princeps, vitia è domo sua exterminando, quã hostes è terra, quã gubernat, eÿciendo, pmeretur.

CAPVT XLVI.

Subiicit reliqua duo vitia, à q. b. arcere p̃ceptores discipulos suos debẽt, ne sint sc. impudẽtes, aut libidinosi.

PRæterea aniti decet educatores & institutores, ne pueros fidei suæ commissos petulantes, leues, audaculos, aut inuere-

inuerecundos esse sinant. Non permittendũ esse dico, vt nimis sint leues: quia Iuuenem leuitate (& inconstantia) exultantẽ in senecta pessum ire vsitatissimũ est. Non assentiendũ aio, vt sint audaculi; quoniam Iuuenes præferoces in viros euadunt turbulentos (& seditiosos.) Non ferendum denique affirmo, vt sint impudentes; quoniam Iuuenis impudens in virum nequam euadit (& sapientiæ prudentiæq; expertem.) Per magni interest Principum & dynastarum verecundos sedatosq; reddi nutritorũ curâ filios; quoniam Neq; diadema in capite, neq; caput in humeris, neque bulla in pectore, neq; sceptrum in manibus neque turma satellitum, quos in comitatu suo ducit, maiorem Regi gloriam conciliat, quam animi tranquillitas & quies, quæ in iuuene à teneris annis emicat. Nam cuiuscunque ordinis aliquis sit; honestas quam publicè præsefert, multos in eo nævos secretos operit.

441 *Quatempestate Heluius Pertinax, XIX. Imp. Rom. rerum potiebatur; commodum remp. gubernabāt Verus † & Manilius Coss. qui Imperatorẽ (quodam die) rogarunt, vt inter ministros recipere dignaretur duos filios suos, quorũ natu maior nondum duodecimum annum excesserat. Cumq; Imp. hoc eis beneficij tribuisset, & patres in adducẽdis illis haud segnes fuissent; in conspectũ progressi Imperatoris binas vterq; habuêre oratiunculas, Græcam & Latinã, quæ summæ Imperatori delectationi, cæteris admirationi fuêre. Illo n. æuo nemo Principibus Romanis ministrabat, nisi vel equitandi peritus, vel studiis literarum habilis esset. Cùm ergo astarent & orarent coram Imperatore hi duo pueri; alter oculos in ipsum (inconniuenter) defixos tenuit, vt nunquam eos deiiceret; alter humi deiectos habuit, vt nunquam planè illos attolleret.*

Cæterùm adeò placuit Imperatori viro grauiss. pueri modestia, quòd oculos humi fixos tenuisset, vt non solũ eum mensæ ministrare; sed in cubiculum etiam ingredi voluerit; quod magni, prout par erat, æstimatũ fuit. Non n solent Principes mensæ & cubiculi curã nisi agnatorum maximè propinquorum, aut ministrorũ vetustissimorum fidei cõmittere. Alterũ a. puerum, eius sodalẽ, patri Imp. reddidit, si verecundior fuisset, se quoq; illum recepturũ affirmans. Ac profectò iustam habuit opt. Imp. huius facti rationẽ. Non n patitur præstantiũ Principum grauitas adolescentum leuium, (fragilium & inconstãtium) ministeria. Quæro nunc ex patrib. qui optimè filiis volunt, eosq; strenuos (& potẽtes) esse exoptant; Quid prosit pueros esse facie venusta, corpore exacto, ingenio acuto, cuticula cãdida, cæsarie flaua, memoria fœcũda, doctrinæ capaces; si cum his dotib. vniuersis à natura concessis, hinc confidẽtia in actionib. inde impudentia in oratione coniungãtur! Eorũ, quæ dixi, autor est Patricius Senens. l. V. † de regno & Rege.

Vt in senib. grauitas, in iuuenibus alacritas; ita in adolescentib. Verecundia dote commendatur naturæ. Ambr. 1. off. 17.

Verecundia parens omnis honesti consilii, tutela solennium officiorum. Val. Max. 4. 5.

Toga prætexta vtebantur pueri, vt ex purpuræ rubore ingenuitatis pudore regerentur. Macrob. 1. Sat. 6.

Quid prodest, honestatis formam præferens cultus exterior, si interiora sordeant contaminatione viciorum? Leo quadrag. serm. 3.

Τῆς αὐδοῦς τὸ αἰσχυνηρὸν ἡ εὐψυχία πλεῖστον μετέχει. *Thuc. Schol. lib.* 1.

† *Falco Clarus, Cassiod.*

Stultum cum ante caueri possit, ne fiat ad latus Imperatoris adsciscì, quorum mores ignorantur & voluntates, Ammian. lib. 26.

Quam diu pudor in animo durat, aliquis est bonæ spei locus. Sen. epist. 25.

Pudor plerunq; correctior est nostri. Ambros. Psal. 118.

Tantum sanguinis in ore, quantum in animo pudoris. Plin. paneg.

Habitus mentis in corporis statu cernitur. Ambros. offi. 1.

Verecundia bonum in adolescente signum. Sen. epist. 11.

Qui multorum custodem se profitetur, eum sui primum capitis custodem esse oportet. Cic. Philip. 12.

Ante circumspiciendum cum quibus edas & bibas, quam quid edas & bibas. Sen. epist. 19.

αἰδοῦμένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σῶοι. *Hom. Schol. Thucyd lib.* 1.

In remisso ingenio suspecta æstimatur societas æui longè imparilis. Aurel. Victor. Cæsar. 14.

Ego illum periisse duco, cui quidem periit pudor. Plaut. Bacchid. Nunc experiar.

Inter mitratos discurrere calamistratos non decet. Bern.

μεγίστη τοι ἐν ἀνθρώποις νόσων πασῶν ἀναίδεια. *Eurip. Medea.*

Pudicitiam præ cæteris sobrietatemq; sectari tam laudandum in iuuente, quam rarum. Sidon. 7. ep. 2.

† *tit. 3. & lib. 6. tit. 19.*

αἰσχρεῖς γὰρ αἰσχρὰ πράγματ' ἐκδιδάσκετε. *Sophocl. Electr.*

Ad præfecti laudem subiectorum redundat virtus. Veget. 2. 9.

Μελέτω σοι ὦ πολίτα, τὰ περὶ παντὸς ποιῆς κεχωρισμένως αὐτοῖς ἄρχειν. *Isocr. ad Nicocl.*

† *Vituperabiles.*

Τοιάυτης ἐφίεται τοῖς πράγμασιν, ὧν αὐτὸς τὰς αἰτίας ἔχων, ὧν ἂν ἐκεῖνοι πράξωσι. *Idem ad Nicocl.*

Ferme Principum periculo à domesticis peccatur. Roder. hist. Hisp.

Κρεῖσσον κατηφὴς ἦθος, ἢ τετυμμένον. *Nazi. tetraſt.* 2.

Περὶ πλείονος ποιοῦ δόξαν καλὴν, ἢ πλοῦτον μέγαν τοῖς παισὶ καταλιπεῖν. *Iſoc. ad Nic.*

Ruffinus tutor perfidus, & Stilico clàm Eucherio filio ſuæ regnum parans, occiſi ſunt. Cuſpin. Zuing. 3505.

Eſt multiformis plerumque perfidia tutorum. Symm. 7. 65.

Ex vultu ingreſſuq; perſpicitur habitus animorum. Fab. 11. cap. 2.

† *admodum honeſti. G.*

Innatus amor boni ſemper quærit aſcenſum. Saresb. 1. 4.

Vt artifex in materia commodiore melius operatur; ſic verecundia in corporis decore plus eminet. Ambroſ. 1. offic. 19.

Mozo bien criado, ni de ſuyo habla, ni preguntado calla. Adag.

4. *Libidine.*

Libido heneſtatis nouerca. Fulgent. mythol. 3.

Emendatio morum difficile luctamen. Mamert. paneg.

Non concupiſcendi, cui concupiſcendo inoleueris, grande certamen eſt. Tert. de Virg. Veland.

Si virus in interiora proſerpit, medicamenta foris appoſita non ſentit. Ambroſ. Pſal. 118.

Nullus eſt idem & diuturnus & præcox fructus. Curt. lib. 8.

Deſinit eſſe remedio locus, vbi quæ fuerant vicia, mores ſunt. Sen. epiſt. 39.

Οὐκ ἐξὸν ἄλλων κακίας γέννησιν ἐνοῆσαι, ἢ δρεπὶς ἀπωσίαν. *Chryſoſt. Stob.* 33.

ὁ δὲ νέων συνδυασμὸς φαυλοῦ πάνυ τεκνοποιΐαν. *Ariſtotel. 7. polit.* 16.

Soboles naſci debet ex ætate vigentibus. Plat. 5. de rep.

Non eſt creſcentium tempeſtiua ad generandum ætas. Plin. 10. cap. 63.

† *validiores.*

Robora parentium liberi referunt. Tacit. mor. German.

Venus eneruat vires. Virgil. epigram.

Prima ætas & extrema ſterilis. Varro re ruſt. 2. 1.

Superuacuum eſt, quo natura imus, impelli, Sen. 4. benef. 17.

Vigilans ſtudio non indiget alieno. Caſſiod. 7. 13.

Inter Principes felicisſimos præſtantisſimoſque fuit Theodoſius M. qui præter cæteras virtutes vnâ maximè excelluit, quòd videlicet NVNQVAM *inter palatij ſui miniſteria paſſus eſt iuuenem inuerecundum, neq; virum ſeditioſum, neque ſenem inhoneſtum. Subinde n. dicebat,* NVNQVAM *Principes fore gratioſos, ſi quos circa ſe habent, mendaces & nequã † ſint. Digna, ita ſim ſaluus! Imperatore tanquam Principe experiẽte & viro prudentisſimo, oratio! Nam SI DOMESTICI (& intimi) Principum (aſperi ac) moroſi ſunt, plurimos offendunt; ſi mendaces, omnes decipiunt; ſi inhoneſti, ſubditos exemplo deprauant; neq; tam culpa ad eos, qui faciunt; quàm ad Principes, qui permittunt, redundat.*

Erant in aula Theodoſij duo viri illuſtres, Rufinus & Stili- 442
co, quorum arbitrio prudentiaque negotia publica adminiſtrabantur. Illi, quod Egnatius Bapiſta refert, ambo conſtituti ſunt filiorum Theodoſij, Honori ſcilicet & Arcadij, tutores & educatores. BONOS n. Seneca autore, Principes, imminente morte, diligentius proſpicere decet, quibus filios crediturí, quam quæ regna diuitiaſque illis relicturi ſint. Is Rufinus & Stilico in palatio Theodoſij ſingulos habebant filios, quàm optimè educatos, & mirè verecundos: Contrà verò ambo principes Honorius & Arcadius malè erant morati, neque † parum inhoneſti. Quare Theodoſius menſæ ſuæ pueros illos ſubinde adhibebat, & proprios contrà filios ne conſpectu quidem dignabatur. Ad quam rem tam paruam deſcẽdiſſe tantæ maieſtatis Principem nemo miretur. Nam PVERI liberaliter educati & verecundi, nihil aliud ſunt, quàm fures, qui animos furantur alienos.

Poſtremò ſummam adhibere Principum rectores doctoreſque curam (& diligentiam) debent, poſtquam ex ephebis exceſſerint adoleſcentes, ne obſcœnis illos libidinib. inquinari & contaminari patiantur: Sed titillationi affectuum, prauiſque inclinationibus adoleſcentiæ capiſtrum remediumque adhibeat boni caſtique magiſtri prudentia. ITA quippe comparatum eſt carnis execrandæ ingenium, vt nimis maturè foret pulſet, & ſi ſemel aperiantur, ad extremum vſque halitum claudi ſibi illas nolit. Ex arboribus quæ ante tempus germinant, & folia emittunt, minimè copioſos in æſtate fructus expectamus; h. e. A IVVENIBVS qui inde à pueritia libidinibus ſeſe vagis dediderunt, non eſt quòd aliud expectemus, quàm vt & ipſi, & quicunque illorum commercio (ſodalitioque) gaudent, quantò progrediuntur longius, tantò magis euadant viciis obnoxij, minuſque virtutis ſtudioſi. Semper enim vitiorum incrementa virtutum decrementa comitantur.

Ariſtoteles in politicis, (lib. 7. c. 16.) & Plato lib. 6. de leg. ſtatuunt & definiunt, vt ſi quàm maximè tempeſtiuè, neque

ante

ante XXV. ætatis annum iuuenes, neque ante XX. virgines matrimonium ineant. Id enim ætatis si impleuerint; minus damni parentes procreandis liberis capiunt; & qui nascuntur filij longè sunt † vtiliores. Quod si verũ est, vt est; quæro nunc, si nubere & procreare liberos, qui matrimonij finis est, non permittunt philosophi ante virilem ætatem iuuenibus. quantò minùs debent cõcedere præceptores discipulis, vt dum sunt
443 *& pueri & teneri, fœdis indulgeant libidinibus? Neque verò hac in parte & in huius vicij custodia magistris solummodo fidere bonos parentes decet; sed ipsi etiam vigilãtes sint, gressusque filiorum obseruent oportet. SÆPE enim diuorum se visitasse sacella dicti tantes, è cella redibunt meretricia.*

Enim verò TALE est luxuriæ vicium, vt ei sese dare homines sine conscientiæ scrupulo, sine famæ damno, sine fortunarum iactura, sine memoriæ corruptione, sine valẽtudinis discrimine, sine vitæ detrimento, imò etiam sine ciuitatis scandalo nunquam possint. VIRIn. meretriciis implicati amorib. plurimorum inter ciues malorum (turbarum & tumultuũ) autores sunt. Equidem illud † Senecæ dictum, lib. II. de clemẽtia ad Neronem, vehemẽter laudo atq; approbo; vbi huius sententiæ verba profert: ETIAMSI scirem & deos veniã mihi daturos, & homines non cognituros; tantùm propter carnis vilitatem peccata carnis fugerem. Nec sanè immeritò. Dicit enim Aristoteles, omne animal post coitũ tristari, excepto gallo.

Per Deum illum, qui nos condidit, vos obtestor, ô nutritores Principum & summatum, perque officia vos nobilitati debita obsecro, vt discipulos fidei vestræ commissos aspero coerceatis freno, habenas eis quàm breuissimas permittentes, & lora quàm minimum laxantes. Nam si pulli viuaces fuerint; satis reliquum est temporis, quo amicas vestigando, persequendo, nanciscendo præcipites agantur. EA quippe est miseria nostra, vt cum morbo hoc detestabili omni loco, in omni ætate, in omni vitæ genere omnique tempore, rationem caro, quamuis citra rationem habeat.

Quid dicam? quòd postquam præteriit pueritiæ viriditas, adolescentes freno bonæ mentis depulso, calcarib. carnis sauciati, neq; habenas rationis (vt cum † poëta loquar) audiẽtes, simulatq; sensuum titillatio ceu tuba signum dederit, sui impotentes, vel vt rectiùs dicam, timore Dei destituti; furioso per saxa crepidinesque ruentes impetu, amicam persequuntur, qua si priuentur, parum refert; sin potiantur, multò etiã minus refert. IN VICIIS enim carnalibus, quantò quis minus eius compos sit, quod sensus appetunt; tantò magis eius compos est, quod ipsi ratione duce conuenit. Quòd si contingat, vt & educatores negligentes, & adolescentes temerarij, & sensus planè cæci sint, & affectuum deniq; desideria belluina ex-

pleantur:

Nil dictu fœdum visuq; hæc limina tangat, intra quæ puer est, Iuuenal. 14.

Tunc culpa cauenda, quando videtur habere secretum. Ambros. Psal. 118.

In ipso introitu ruenti luxuriæ obsistendum. Val. Max. 9. 1.

Ad coercenda peccata plus pudor valeat, quam timor. Apul. flor. 2.

† *Gellius* 12. 11.

Si deos hominesq; celare possimus, nihil libidinose faciendum. Cic. offic. 3.

Turpe quid ausurus, te sine teste time. Auson. sentent. sapient.

αὐδὲ σεαυτὸν ἢ ἄλλον σὺν αἰσχυνῇσῃ. *Theophr. Stob.* 333.

μετὰ τὰ ἀφροδίσια οἱ πολῖται ἀγυμότεροι. *Aristot. problem.* 30. 1.

Turpe est ea modo voluptate duci, cuius postea pœniteat. Dio. lib. 41.

Differtur, nunquam tollitur vllus amor. Proper 2. 3.

Difficulter reciduntur vicia, quæ nobiscum creuerunt. Sen. ira 2. 18.

Discinctus miles cito ab impudentiæ incentore vincitur; & non calceatus, facilè à serpente mordetur. Leo. quadr. serm. 1.

Facilior virtutis ad luxuriam quam luxuriæ ad virtutem transitus. Val. Max. 2. 1.

ἐρῶντ' ἐς κόπτειν νεανίᾳ ἀφύλακτ' ἢ τήρησις. *Eurip. Stob.* 610.

† *Virg. Georg.* 1. *vers. vlt.*

Amores libidinosi satietate ac pœnitentia terminantur. Apul. de Philosoph.

Transacta libido semper relinquit sui pœnitentiam. Bernh.

Caue, ne nimia mellis dulcedine, diutinam bilis amaritudinem trahas. Apul. asin. 2.

Hominum ludibrium Rex impudicus. Apollon.

Φεῦ, φεῦ. βροτῶν ἐρῶντες ὡς κακὸν μέγα? *Eurip.*

Quamuis rerum omnium prospero successu; pudore amisso tamen, fortunatus quis esse potest? cum, eodem retento, cætera tolerabilia sint. Aur. Vict. Cæs. 28.

Animo per libidines corrupto nihil honestum inest. Tacit. annal, lib. 12.

Primum in amore incoare; secundum perficere; tertium pœnitere de perfecto vulnere Fulg. mythol. lib. 3.

Nullum finitur vicium ibi, vbi oritur. Val. Max. 9. 1.

Ars fit, vbi à teneris crimen condiscitur annis. Ouid. Heroid.

Soles adiecto crescere flamma rogo. Gall.

Ignis arentibus non obruitur, sed augetur. Pacat. paneg.

Lignis crescit crescentibus ignis. Pamph.

Heu mihi! isthæc illum perdidit assentatio. Propter te tuamq; prauus factus est filius fiduciam. Plau. Bacchid. Nunc experiar.

Non tam dolor apud nos debet, quam pudor loqui. Cypr. 1, ep. 3.

Matres filiis in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria solent esse. Terent. Heaut. 5. 2.

Quis non est formosus filius matri? Fab. decl. 18.

Parsimoniam patrum suis (matres) sumtibus sustentant. Cic. pro M. Cœlio.

Γεννάδας, ὅστις γε πίνειν εἰδὲ τὸ βινεῖν μόνον. *Aristoph. Ran.*

Vt rosæ rubent & pungunt; sic libido rubet verecundiæ opprobrio, pungit peccati aculeo. Fulg. Mythol. 2.

Difficile est, longum subito deponere amorem. Catull.

Consueti sceleris vicium dediscitur ægrè. Zozin.

Detrahe ligna foco, protinus ignis abest. Pamphil.

Libido fugiendo superatur. Augustin. ser. 250.

Hoc certaminis genus fugam potius, quam assultum requirit. Cypr. 2. epist. 13.

Hunc fugiendo fuga, quem fuga sola fugat. Pauper. Henric.

Pax iram reprimat, fastum patientia, luxum sobrietas, odium gratia, probra decus. Tobias.

Quisquis in primo obstitit,
Pepulitq; amorem, tutus ac victor fuit.
Qui blandiendo dulce nutriuit malum,
Serò recusat ferre, quod subiit, iugum. Sen. Hippol. 1.

pleantur: quid quæso, iuuenis emolumenti, quidnam oblectationis ex illa turpitudine (ac fœditate) percipit? Profectò iuuenis libidinosus & luxuriosus, postquam appetitus iugum suscepit; non alium inde, cùm optimè cadit, fructum capit, nisi quòd relinquitur corpus mancum, ingenium tardum, memoria offuscata, sensus corruptus, voluntas deprauata, ratio subuersa, fama (inquinata) & perdita, caro denique, quod omnium est pessimum, antiquum semper obtinet. O quot falluntur iuuenes, semel tantum explere animum, vitiisque se tradere, atque in posterum nuncium illis remittere velle cogitantes! quod tantum abest, vt quicquam ipsis prosit, vt multò etiam plus damni afferat. NON enim ligna arida ingerendo; sed magnam aquæ frigidæ copiam affundendo flamma extinguitur. 444

Sed quid faciemus? cùm videamus non secus sibi placere hodie multos patres, si filij magni mulierum amatores sint, ac si essent doctrina præclarè exculti, belloque fortissimi. Hoc verò omnium deterrimum, quòd delicatius interdum nepotulos ex adulterio detestabili procreatos, quàm (susceptos ac) natos ex legitimo coniugio filios nutricantur. Quid porrò dicemus de matribus? Pudet me profectò dicere, quod magis debebat pudere illas facere, quæ ne mariti resciscant, flagitia filiorum celant; pallacarum filios alendos curant; si cui se oppignerarunt, redimunt; nummos ad aleæ (foliorum aut latrunculorum) lusum subministrant; in gratiam eos apud patres offensos restituunt; pecunias mutuò petunt ad eos si, fuerint capti, (redimendos ac) liberandos; cùm vicinis semper litigant, ne filios officij commoneant: MATRES denique sunt corporum, & nouercæ animarum.

Hæc tanquam in transcursu attigi, quoniam sæpe accidit, vt magistri iuuenes castigare (ac corrigere) cupientes, parentum culpa, fiant hac in parte remissiores. PARVM enim prodest vexatam calcaribus bestiam, habenis adductis ex altera parte retineri.

Vt ad rem redeam, quid remedij capiemus; vt morbo nostro medeamur, si adolescentem scilicet viderimus luxuriosum? Equidem non aliud reperio medicamentum, nisi vt ignis æstuans terra obruatur (humida,) vt ibi extinguatur; & VICIOSO adolescenti occasiones subtrahantur, quæ medicina erit præsentissima. Nam IN BELLO perseuerando gloria paritur; at in vicio libidinis fugiendo victoria paratur.

Finis secundi libri, de clariss. Imp. M. Aurelio, vnà cum horologio Principum, in quo dictum fuit, quomodo se gerere Principes & summates erga vxores, filiosque inde à pueritia educare debeant.

DE

DE VITA M. AVRELII, IMPERATORIS GLORIOSISSIMI, Cum HOROLOGIO PRINCIPVM recèns addito, Libri tertii,

QVO DE SINGVLARIBVS, QVAE in Principibus requiruntur, virtutibus, vtpote iustitia, pacis amore, magnificentia, & reliquis agitur,

CAPVT I.

Operam dandam Principibus & Monarchis, vt in administranda cunctis iustitia æquabiles sint, cui multa inserit autor memoratu dignissima.

NIGIDIVS Figulus, *ex Philosophis, quos Roma habuit, non postremus, inter Leonem & Libram, duo Zodiaci signa, Virginem aiebat positam, cui nomen* IVSTITIÆ, *quæ priscis temporibus inter homines habitarit, & ab illis offensa in cœlum deinde ascenderit: Innuere volens,* TANTÆ *excellentiæ (præstantiáq;) virtutem esse iustitiam, vt captum superet humanum, quoniam in cœlis sedem sibi delegit, nec in terris quisquam inuenitur, à quo excipiatur hospitio. Quam diu mortales casti, mansueti, beneuoli, misericordes, tolerantes, honestatis amantes, veraces, modestiq; fuerunt; in terra cum illis iustitia commorata est. Postquam verò adulteri, crudeles, superbi, impatientes, mendaces ac blasphemi euaserunt; desertis illis in cœlos euolare decreuit. Atque inde concludit Philosophus, ob flagitia ab hominibus in terris perpetrata, in perpetuum discessisse ab illis iustitiam. Etsi autem videatur hoc figmentum esse poëticum; tamen doctrinam complectitur necessariam, quod inde euidens quoniam* VBICVNQVE *paulum modò iustitiæ est, nulli sunt fures, mendaces, homicidæ, crudeles, blasphemi; in summa* QVACVNQVE *in domo aut ciuitate moratur iustitia; ibi nec flagitia perpetrantur, nec flagitiosi tolerantur.*

Μηδὲν ἐστι μᾶλλον ἡμιν ἀθάνατον εὐδαίμονα βίον παρασκευάσαι τ' εὐνομίας, καὶ δίκης καὶ εἰρήνης. *Diodor. lib 5.*

Θεὸς δείσας περὶ τῷ γένει ἀνθρώπων, μὴ ἀπόλοιτο πᾶν ὑπὸ σφῶν αὐτῶν, ἐμήσατο καὶ δίκην καὶ αἰδῶτε καὶ πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ, φιλίας συναγωγοί. *Plat. Protagor.*

ὡς οὐδὲ μὴν πᾶσι δίκης πρεσβεία κεῖται εἰδοίης πάντη ἓ μεγάσμιον ἔργον πέλει. *Oppian. αλ. β. extr.*

La bonté, la vertu, la iustice, & les lois Aiment mieux habiter les antres & les bois, que l'orgueil des Palais qui n'ont rien que la pompe. Ronsar. 8. 239.

Optimum quemq; niti & contendere decet, vt post se quoque reip. prosit, moderationis scilicet iustitiæq; monumentis. Plin. panegyr.

Nihil iustitia melius, quæ principatum inter virtutes tenens, ornat earum chorum maximè. Philo de Abrah.

Ὅμμα δίκης καθορᾷ πάντα τὰ γιγνόμενα. *Epigram lib. 3.*

Eram prisci illi homines diis ipsis hospites & conuiuæ pro iustitiæ & pietatis merito. Pausan. lib. 8.

Ἡ φίλη δίκη πολύπους καὶ πολύχερ ἔστι. ὀξυδερκὴς τε καὶ παυδερκὴς, καὶ μικροῦ ποδῆρες τὸ ὂς ἔχουσι, καὶ λήθετον. *Nicet. Man. Comn. 4.*

Iustitiam facinus mortale fugauit. Ouid. Fast. 1.

Higyn. ca. 130. Virg. Georg. 1. & 2. Rhodigin. 18. 34.

Erigone, quæ rexit secula prisca iustitiâ, rursusq; eadem labentia fugit. Manil. lib. 4.

A principe in primis iustitiæ cura flagitatur. Valentinian. apud Zonar. tom. 3.

Vltima cœlestum terras Astræa reliquit. Ouid. Metam. 1.

Omnes res mortalium inspicit iustitia. Dion. li. 11.

O sancta laudabilisque iustitia! Sub te & per te pudicitia regnat, pax triumphat & securitas, dignitas floret, & fructum adfert in patientia. Aug. ad frat. in erem. 14.

Iustitia diuino tribunali assidet, insopitis oculis lustrans omnia. Philo. de creat. Princip.

Sese mortali ostendere cœtu Cœlicolæ, nondum spreta pietate, solebant. Catul.

Οἴχεται τὸ δίκαιον ἐξ ἀνθρώπων. *Synes. epist. 90.*

ἐστὶν ὅσιον, ὅτε καλόν ἐστι τὸ μὴ μὴ δικαιοσύνης καὶ λεγόμενον, καὶ πραττόμενον. *Isocrat. Panathen.*

In eodem pectore nullum est honestorum turpiumq; consortium. Fab. 12. 1.

Poetæ finxerunt iusticiam offensam viciis hominum cessisse terra in cœlumque migrasse. Lactant. 5. 5.

Iustitiæ viuendi ars & disciplina, opul. de Philosoph.

Ἐκ Διὸς βασιλῆες, ἐπεὶ Διὸς ἐσθλὸν ἄνακτος θειότερον. Callim.

† Διοτρεφὲς βασιλῆα. Ilia. β. Gell. 15. 21.

Sine iustitia ne Iupiter quidem rectè potest imperare. Plut ad Princip. indoct.

Si noxij nihil timerent; innocentes semper pertimescerent. Ambr. Psal. 118.

Οἶμαι ἔγωγε παύσας ἂν ὁμολογῆσαι πολέσε τὸ δεῖσθαι ἀξίας εἶναι τῶν σωφροσυνῶν & τῶν δικαιοσυνῶν. Isoc. Nicocl.

Sine iustitia nec resp. nec exigimus hominum cœtus, imò ne domus quidem parua constabit. Macrob. Somn. 1.8.

Statum nostrum supra pecudes veri falsiq; nescias ratiocinatio animę intellectualis euexit. Sidon. 7.14.

Δίκη δρέπει ρα πολήων. Oppian. ἁλ. β. 680.

Fac nos singulos; quid sumus? Præda animalium & victimæ, ac vilissimæ & facillimus sanguis. Sen. 4 benef. 18.

Τοσούτῳ πλείους ἀφορμὰς ἔχεις τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχειν τινί, ὅσῳ ἀμείνων εὐσεβέστερος & δικαιότερος πολίτων. Demosthen. Rittersh. hali. Opp. 2. extr.

Iustitia omnium est domina, & regina virtutum. Cic. off. 3.

Ἀσφαλὴς πᾶς τόπος τῇ ζώνῃ μὴ δικαιοσύνης, Epict. Stob. 212.

Augustin 5. ciu. 12.

Domi industria, foris iustum imperium. Sal. Catil.

Romani scelerum semper spreuêre ministros. Claudian. bello. Gild. 270.

Fauet pietati fideiq; Deus, per quæ P. R. ad tantum fastigium venit. Liu. li. 44.

Culpam pœna premit comes. Horat. 4. Od. 5.

Τὸ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦν ἴσης μὴ τὰ αὐτὰ πάσχειν, οὐχ ἑνὸς ἀθέμιτον. Agapet. 39.

Iustitiæ vel cultæ præmium, vel spretæ pœna, animis quippe immortalibus subiturisq; iudicium, seruatur. Macrob. Somn. 1. 1.

Deus in hoc mundo neq; omnes punit, ne desperes iudicium futurum; neque omnes impune sinit abire, ne de prouidentia dubites. Chrysost. Stob. 211.

Parce bonis, & perde malos; propone quibusque iustitiam meritis, compensans præmia causis. Gunther. 3. 60.

Augustin 1. ciu. 8.

Plures hominum sunt mali. Bias. Auson. ludo. Sap.

τὸ κρεῖσσον & χρήσιμον ἀσφαλέστερον τοῦ ἥσσονος νικᾷ. Thucyd. Schol. lib. 1.

Homerus iustitiæ amplificaturus excellentiam, nihil amplius potuit dicere, quàm Iouis, deorum Principis,† alumnos esse Reges, non naturæ, qua præditi sunt, ratione; sed propter officium, quod administrant, iustitiæ. Vnde statuere Homerus videtur PRINCIPES *iustos & iustitiæ patronos, deorum filios nuncupandos. Plato diuinus lib.* IV. *de rep. dicit,* MAXIMVM *summumq; donum, quod à dijs acceperunt homines, illud fuisse, vt cum adeo fragiles & imbecilli sint, iustitia gubernarentur, (eamq; administrarent.) Atq; vtinam quicunq; opus hoc legerint, mentem Platonis assequantur!* NISI *enim rationem homo nascendo acciperet, iustitiaq; regeretur; nulla inter bestias æquè foret inutilis.* ADIME *homini rationem, cum qua nascitur; adime iustitiam, qua regitur; & qualis sit vita illius, videbis. Cùm enim nec pugnare more elephantum, nec velut tigres se tueri, nec leonum more venari, nec vt boues arare possit; nulli vsui credo aptiorem fore, quàm vt viuus vrsorum ac leonum, quemadmodum nunc vermium mortuus, esca fieret.* 446

Quicunque poëtæ fabulas inuenerunt, vel oratores orationes habuerunt, vel Philosophi libros scripserunt, vel sapientes disciplinas nobis reliquerunt, vel Principes leges tulerunt, non alium sibi finem proposuerunt, quàm persuadere nobis, vt quàm breuis & inutilis hæc vita, quamq; necessaria nobis in ea sit iustitia, cogitemus. QVI *enim corpori ab anima deserto, idem ciuitati iustitia carenti imminet interitus (ac fœtor.) Fuerunt Romani, quod nemo negauerit, superbi, inuidi, adulteri, impudici, vitiosi & ambitiosi: Simul tamen æqui fuerunt seruantissimi: Ita vt tot à* DEO *triumphis, cùm tantis cooperti essent vitijs, non ob virtutes, quas habebant; sed ob iustitiam, quam administrabant, ornati esse videantur.*

Plinius libro II. *(cap.* VII.*) Democritum dixisse refert,* DVOS *esse deos, qui res in mundo vniuersas gubernarent, Beneficium scilicet & Pœnam: vnde colligimus nihil recta veraq; iustitia magis esse necessarium; cùm sola illa & præmia bonis reddat, & sine pœna improbos non relinquat. D. Augustinus lib.* IV. *de Ciu. Dei (cap.* IV.*) dicit:* REMOTA *iustitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia? Ac sanè meritò.* NISI *enim parata erronibus flagra, blasphemis forcipes, periuris equulei, hæreticis ignes, homicidis gladij, furibus patibula, seditiosis carcer essent; plures in ciuitate improbi & fures, quàm in syluis bestiæ forent.*

Cùm in multis, imò plerisque vrbibus penuriam subinde annonæ, vini, pomorum, carnium, lignorum & alimentorum videam; homines verò nequam nunquam deesse animaduer-

aduertam: nullam iurarim permutationem institui lucrosiorem, quàm si vitulâ vnica, quotquot in ciuitate sunt, permutarentur improbi. Nam etsi quotidiana in oculos incurrant, virgis cæsorum, securi percussorum, humi raptatorum, vndis mersorum, in crucem actorum supplicia: nihilo tamen secius tantus est improborum numerus, vt si in crucem agendi essent, quicunque coram tribunali diuinæ id merentur iustitiæ; carnifices, à quibus supplicio afficerentur, & patibula, quibus affigerentur, defutura esse videantur.

Cùm autem pro gentium prouinciarumque diuersitate varij fuerint ritus, & leges in singulis diuersæ; res ipsa loquitur, NVLLAM vnquam vel fuisse vel futurum esse regionem tam barbaram, cuius resp. iustitiæ tanquam fundamento non fuerit innixa. QVI enim populum absque iustitia conseruari posse ait atque affirmat; idem pisces extra aquam viuere posse ait atque affirmat. Et QVI fieri poßit, vt absque iustitia viuat ciuitas; cùm absque ea ne persona quidem vnica regi poßit?

Plinius epistola quadam dicit, cùm prouinciæ cuidam in Africa præesset, interrogatum à se virum natu grandem, & in gubernatione spectatum, quidnam ad bene administrandam iustitiam factu opus esset; respondisse: SI bonus iustitiæ minister esse cupis, in te ipsam exerce. BONI enim iudicis est recta vitæ suæ virga metiri rempublicam: & porro addidisse: SI aduersus homines rectus, aduersus deos purus esse vis: munere ne insolescas, caue. IVDICES enim superbia fastuq́; elati, modum sæpenumero neque in verbis tenent, neque in actionibus seruant: Quod senis optimi consilium maiori sibi vsui fuisse ibidem Plinius ait, quàm quæcunque legerat.

DICI non potest, quantum suscipiat onus, qui administrandæ iustitiæ munus suscipit; Qui si vir probus est, officij sui munus explet: sin iniustus; & à Deo puniri, & ab hominibus accusari meretur. Si qua Principes officiarijs & clientibus negotia iniungunt, eaq́; non vt par erat, curantur; cum excusatione peccare possunt omnes, præter eos, qui regna prouinciasq́; gubernant. NEMO enim in administranda iustitia negligens est, nisi vel scientia & experientia
448 *destitutus, vel affectuum malitiæq́; æstu abreptus. Dux si prælio vincatur, excusatione vti potest, quòd miles in ipso committendi illius articulo fugerit; Accipitrarius, quòd † auolarint ardeæ; cursor, quòd intumuerint flumina; venator, quòd aufugerint feræ: REIPVBLICÆ verò gubernator quam potest afferre excusationem, cur iustitiam non administret? NVLLA conscientiæ religione teneatur,*

Nitamur semper ad optima, quod faciẽtes, aut euademus in summum, aut certè multos infra nos videbimus. Fab.12. extre.

Malis omnia plena sunt; innocentiæ penè interiit nomen. Arnob li.6.

Inuenit æmulos infelix nequitia; quid si floreat vigeatq́; ? Tacit. histor.4.

οὐδὲν οὕτω ῥάδιον, ὡς τὸ γενέσθαι κακόν. *Nazi. Stob.* 38.

εἰσὶ δ' οὐ πάντες κακοὶ, ἀλλ' ἁπαξάπαντες. *Aristoph. Plut.*

Multum ad coercendam audaciam valet propositum punitionis exemplum. Paul. diacon. li.6.

Quis præsenti ac vigente iustitia, aut de tutela sui, aut de pernicie alterius cogitaret? Lact.5.5.

Ἔξεστι πᾶσι πέρσαις πέμπειν τοὺς ἑαυτῶν παῖδας εἰς τὰ κοινὰ τῆς δικαιοσύνης διδασκαλεῖα. *Xenoph. Stob.* 463.

Sine iustitia nihil potest esse laudabile. Cic. off.2.

Iniustum quodcunque negatur Iusticiæ. Claudian. paneg. Mall. 188.

Facilis recti persuasor est innocens iudex, sub cuius prædicabili conuersatione pudet mores probabiles non habere. Cassiod.1.4.

Iudex ipse debet esse plenus iustitia, si aliis ius administraturus est. Philo. de Iudice.

Iudices de alterius errore, qui non habet, quod in seipso condemnet. Ambr. Psal.118.

Meliùs persuadebit aliis, qui priùs persuaserit sibi. Fab. 12.c.1.

Iudices incorrupti sint, & ante omnia infensi superbiæ. Philo. de creat. princip.

Qui priuatus intolerabili superbiâ fuit, eum commodum in potestate fore quis speret? Cic. Heren. 4.

Debet semper plus esse virium in latore, quàm in onere. Sen. tranquil. anim.5.

Themistocles malebat ingredi viam ad infernum, quàm ad tribunal ducentem. Ælia. li.9.

Iudices veritatem & legum ac iustitiæ vestigia sequi debent. IC.

Difficillimus omnium magistratuum, qui versatur circa executiones damnatorum. Arist.6.pol.8.

Necesse est, opprimant onera, quæ ferente maiora sunt. Sen. tranquil. anim.5.

† *ablatæ fuerint aues illices*

Manifesti furoris fuerit, vltrò suscipere, quæ nullo modo sustineri queant. Nic. Gregor. 8.11.

Qui sua metitur pondera, ferre potest. Martial.12.99.

Μανία, τὸ παρὰ δύναμίν τι ποιεῖν. *Demosth.*

Aptari onus viribus debet. Sen. ep. 108.

Primum non cæpisse fuit; cæpta expugnare secundum est. Ouid. metam. 9.

Nemo rectè aliis ius dicit, nisi qui prius iudex ipse in semet fuerit. Epict. Politian. præfat. in Persi.

Principis legitimi est, Ius æquabile honorabile, incorruptè iudicare, semper meditari iustitiam. Philo. de creat. Princ.

Nullum lædit obseruata iustitia. Cassiod. 9. 10.

Damnaturi iurant nihil se gratiæ, nihil precibus dare. Sen. 9. controu. 2.

ὥσπερ ἡμῶν ἀναλάβῃς τὸ πρόσωπον καὶ σὺ τούτῳ ἠχρεώσατο καὶ ὁ ἐδώσατο ἀνταπολήψεται, περίλιπες. *Epict.* 59.

Bono viro ad conscientiam satis est, non affectasse publicam curam. Symm. 10. 15.

Non fugere, sed illustrare nequitiam dignitates solent. Boet 3. consol. 3.

Τοῦ ἀδικήματος τὸ μὲν ἔλαττον, τὸ ἀδικεῖσθαί ἐστι, τὸ δὲ μεῖζον ἀδικεῖν. *Aristot.* 4. *Eudem.* 3.

Non est omnium rectè iudicare, sed eorum, qui sunt prudentes. Hieron. Garzon. discors. 146.

Δυσθήρατός ἐστιν ἡ δικαία οὐσία, ῥᾳδίως δ' ἀφεύγεται τὸν μὴ λίαν προσέχοντα. *Agapet.* 42.

Ambitionis vicium blandum in exordio, sæuum in processu. Ambr. Ps. 118.

πάντας ἐπαινῶμεν καὶ ψέγωμεν, εἰς τὴν προαίρεσιν βλέποντες μᾶλλον ἢ εἰς τὰ ἔργα. *Arist.* 2. *Eudem. extrem.*

Nihil est tam arduum, quod non improbitas extorqueat. Arb. Saty.

Malè se res habet, cùm quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. Cic. off. 2.

Omnes habere in alios imperium cupiunt. Dio. lib. 51.

Necesse est, vt qui emit, vendat. Lamprid. Alexand. Seuer.

In suscipiendo onere suas quisq; consulat vires. Fab. 10. c. 2.

Quòd copiam tui iurgantibus difficile concedis, indicium est bene iudicaturi. Sidon. 2. ep. 7.

Μίγας κόπος σὺν τῇ ἀμφωνίᾳ τὸ συμβιώσεως. *Aurel. Imp. lib.* 9.

Emtio magistratuum precioſas magis facit diuitias, quàm virtutem. Arist. 2. pol. 9. Toloz. rep 4. 5. 27.

Consentire videtur, qui euidenter nō contradicit. IC.

Peccata delinquentium, vires sunt tyrannorum. Saresb 8. 2.

De publico ministerio nihil cuiquam præter laudem bene administrati officii debet accedere. Val. Max. 4. 33.

nulla pudoris cura afficiatur necesse est, qui rem aliquam, cui num par esse possit, ignorat, subire audet. ORE *enim verecundo, & animo generoso præditos viros aut cœpta perficere, aut iustissimam, cur id neglexerint, excusationem habere oportet & opus est.*

Si, quid sit iustitia, nouerimus; quis administrandæ illi sit idoneus, mox intelligemus. BONI *iudicis officium est, bonum commune defendere, innocentum patrocinium suscipere, subleuare ignorantes, corrigere culpatos, virtutis amantes honorare, iuuare orphanos, pauperibus fauere, coërcere auaros, deprimere ambitiosos, denique quod cuique iure debetur, id illi reddere, quiq; iniustè quippiam possident, è possessione exturbare. Si Princeps administrandæ iustitiæ munus per ambitum id non petenti iniungeret, isq; in administratione illius expectationi minus responderet; aliquam posset afferre excusationem; non peccandi scilicet animo; sed obediendi studio se munus suscepisse. Sed quid de multis dicemus, qui sine verecundia, sine scientia, sine experientia, imò sine conscientia iuris dicendi munera ambiunt? O si intelligerent Principes, quid darent, quando ciuitatis regendæ prouinciam alicui dant! Futurum, ita me Deus amet! esset, vt in totos XX. annos illorum fidei potius curandæ rei pecuniariæ munus, quàm iustitiæ administrandæ officium in solos XX. dies crederent.*

Quid turpius, quàm homines perfrictæ frontis, inhonestos, garrulos, seditiosos, helluones, ambitiosos & auaros munus administrandæ iustitiæ non minus inciuiliter petere, quàm si res suas iure repeterent? Atque vtinam petitione contenti essent! Sed quid dicemus, quòd flagitant, vrgent, instant, aliosq; subornant, imò quod pessimum, quemadmodum in petendo nullo pudore sunt, ita in emendo nullum habent conscientiæ respectum? Quin ne hîc quidem substiterunt; sed si infelices isti, quod petebant, non impetrant; si quod volebant, nemo est, qui vendat, conscientiæ rationem magis illis habentibus, quos dare oportebat; quàm quos accipere iuuabat; conuitijs & querelis eos, qui circa Principem sunt, quasi insigni ab illis affecti iniuria, onerant. Quàm DIFFICILE *est viros bonos cum improbis agere & con-* 449
uersari, eorumq; votis & cupiditatibus satisfacere! NIHIL *enim aliud optarent homines ambitiosi & auari, quàm quæ in petendo ipsis inest (auiditas,) eandem in dando bonis inesse temeritatem (& præcipitantiam.)*

Sæpe cum animo cogitare meo soleo, vnde tanta in rebus publicis damna, tot confusiones, tanta flagitia, tot expilationes

nes oriantur; sed omnium, aut certè maximæ partis causſam illam denique inuenio, quòd IVSTICIÆ præfecti, non ex conſcientiæ dictamine; sed precij interuentu conſtituuntur. Demus ſanè omnium intereſſe iuriſdictionem expetere & procurare; nullius tamen magis interest eam procurare & tueri, quàm perſonæ regiæ. Nam à ſubditis illa timeri interdum oportet; REGII verò muneris est omnibus illam æquabiliter adminiſtrare.

MVLTVM ad rem facit in Principibus vitæ integritas, & aulæ diſciplina ſeuera, vt cum autoritate & dignitate iuſticiam adminiſtrent. Nam præterquam quod AB INIVSTO nihil expectari iuſtum potest; PESSIMè totam gubernabit ciuitatem, qui ſuam ipſius domum nequit regere. PRINCIPES in verbis veraces, vita integri, actionibus iuſti, ſi quando in republica adminiſtranda hallucinantur; nemo est, à quo non excuſentur, vt qui improbis potiùs aliorum conſultis inducti, quàm ſpontanea peccent malicia. Ita PRINCIPI iuſto, quicquid rectè facit, tribuitur; quicquid mali euenit, excuſatur.

Plutarchus lib. II. de repub. hoc Principes alios ab aliis differre ait, quòd MALO Principi obedientia tantum bono & obedientia, & (timor &) amor præſtatur; & præterea bonus & virtute præſtans res graues ipſa facit bonitate leuiores; tyrannus verò etiam res leues prauitate ſua graues reddit. FELIX est Princeps, cui obeditur; ſed longè felicior, cui præter obedientiam & amor præſtatur. OBEDIENDO quippe corpus defatigatur; amando verò animus nunquam ſatiatur.

Titus Imperator interrogatus aliquando, vtrùm præmio bonos, an pœna malos afficere, Principi magis conueniret; VT homini, inquit, dextrum ſiniſtrumque brachium naturale ex æquo est; ita & præmium & pœna Principi. Verùntamen VT dextra frequentiùs, quàm læua vtimur: ſic Principem remuneratione potiùs, quàm caſtigatione gloriari decet. CASTIGATIO namque aliena, remuneratio propria manu peragenda est. Cùm ſuademus Principibus, vt iuſti
450 *ſint, & iuſticiam adminiſtrent, non volumus, vt gladio feriant homicidas, in exilium mittant ſeditioſos, in crucem agant fures, vndis mergant prædones: Hæc enim & id genus alia carnificum potius, quàm Principum benignorum muneri conueniunt. VNIVERSVM iuſticiæ bonum ex eo pendet, vt Princeps per ſe honeſtus, domi ſuæ ſolicitus, reipub. amans, & tenerrimæ ſit conſcientiæ. BONI enim Principes placere ſibi debent, non quòd capita multis auferant; ſed quòd bene moratas & pacificas habeant reſpublicas.*

Plutarchus libro de conſolatione ad Apollonium, de le-

Augmentum honoris non ambitione conuenit, ſed labore ad vnumquemq; deuenire. IC.

Maximi æſtimanda eſt conſcientia mentis noſtræ, quam à Deo accepimus, quæ à nobis diuelli non poteſt. Cic. pro Cluent.

Nullum æque conuenit Regi, ac iuſtitiæ munus. Plut. Demetr.

Prima æquitas eſt, à ſe præſules inchoare. Caſſ. 6. 21.

Officium regium eſt ſubiectorum commodis modis omnibus prouidere & ſuæ vtilitati publicam anteferre. Rigord. de geſtis Philipp. fol. 186.

Facere recte ciues ſuos Princeps faciendo docet. Vell. lib. 2.

Magiſtratu dignus, qui & ipſe à peccando ſibi cauere, & populi cupiditatibus reſiſtere poteſt. Dio. lib. 55.

Innocentia cuncta commendat. Caſſiod. 6. 16.

Turpis lucri auaritia imperante, ſuffocatur ſæpiſsimè cenſura iuſtitiæ. Glaber. lib. 2. cap. 6.

Tyrannus inuitis imperat, & in mutuo ſemper odio cum ſubditis verſatur:

Rex ſponte ſubiectos gubernat, & in mutuo ſemper caritate cum ciuibus viuens. Polyb. lib. 5.

τὰς ἡμὰς ἡδίους νομίζω τὰς παρὰ τῶν μέγα φρονούντων, ἢ τὰς παρὰ τῶν δειλούντων. Iſoc. epiſt. 6.

Caritatis ſarcina cum portatur, non fatigatione debilitat, ſed alacritate confortat. Fulgent. ad Monim. lib. 3. init.

Malus eſt cuſtos diuturnitatis metus; beneuolentia fidelis eſt vel ad perpetuitatem. Cic. offic. 2.

Plus ſæpe nocet patientia Regis, quàm rigor; ille nocet paucis; hæc incitat omnes. Gunther. 1. 478.

τὸ περὶ τὰς ἡμερίας ἀποδύζειν, τοῖς ἐχθροῖς προσήκει. Iſocr. Areop.

Honeſta honeſtis ſuadere facillimum eſt. Fab. 3. cap. 10.

Optimum firmiſsimumq; imperium eſt, quod beneficiis non ſuppliciis ſubditos in officio continet. Dio. lib. 6.

Deteſtabile carnificis miniſterium Rex non occupet. Curt. lib. 8.

Iudici ſuadendum, vt laudem humanitatis potius quam voluptatem vltionis concupiſcat. Fab. 5 cap. 13.

Mala poteſtas, licere quod noceat. Ambroſ. pſal. 118.

Conſiderati iudicis eſt ignoſcendi potius quærere cauſſas, quam puniendi occaſiones. Cic. Ammian. lib. 19.

Ciuitatis mores magis corrigit parcitas animaduerſionum. Sen. de clem. lib. 1. cap. 22.

Leges Prometheï.

Malè vim ſuam poteſtas aliorum contumelijs experitur. Plin. 8. ep. 24.

Nemo credit eos, qui vim inferre poſſunt, ſi iudicum munere fungantur, ex iuſtitia agere. Dio. li. 52.

1. *Princeps neminem pulſato.*

Nihil glorioſius Principe impune læſo. Senec. Clem. 20.

Præſidium in ſeipſo Princeps, ſi neminem læſerit, magnum habet. Dio. li. 52.

2. *Extra bellum arma non geſtato.*

Tyranni ſęuitia cordi eſt. Senec. Clem. 1. 12.

Princeps ſuo beneficio tutus, nihil præſidiis eget, arma ornamenti cauſa habet. Idem. 1. clem. 13.

3. *Supplicia ne ſpectato.*

Verecundiam peccandi facit ipſa clementia regentis. Idem. 1. Clem. 22.

Τοῦτο σὺν αὐτοῖς ἄλλῳ· ἐλεεῖσθαι τῶν παρὰ φίλων πεφαινέσθαι, ἢ χ ὅτι σὺν ἴσοισιν, ἀλλ' ὅτι ἢ δικαίοισιν εἰπεῖν. Xiphilin. Auguſt.

A nobis exigitur, quicquid per inertiam noſtram malè commiſſum eſt. Cyprian. de ſingul. cleric.

Quando iuſtitia perſequitur culpam, non deſit miſericordia, quæ modeſtè nouit tenuare vindictam. Fulgent. ep. 1.

Collata improbis dignitas nō modò non efficit dignos, ſed prodit potiùs & oſtentat indignos. Boet. 2. Conſol. 6.

† *Trebellius Pollio. Simile quid de Caligula Sueto. c. 49. & de Commodo narrat Herodian. lib. 1.*

Protogenes Caï miniſter duos perpetuò libros ferebat, quorum alterum gladium, pugionem alterum nominabat. Xiphilin. in Caligula.

Cædibus ſęuire in immeritos aut leuiter noxios, immanis eſt ferocię. Philo. de creat. Princ.

Qui fruitur pœna, ferus eſt, legumq; videtur Vindictam præſtare ſibi. Claud. Coſ. M. alli. 223.

Autoritas tuenda non aſperitate nec ſæuitia pœnarum; ſed excellenti ſapientia. Iſocr. ad Nicoc.

Ἐμοὶ δοκεῖ πολλῷ πλείω φιλανθρωπίαν ἢ λιτὰς ἁμάρτηλα κολάζουσας. Xiphil. in Auguſt.

Oſtentandæ per terrores potentiæ dira, ſed frequēs magnis imperijs gloria. Sen. Cle. 1. 1.

Per iuſtitiam iudex reddit peccatis ſententiam; per miſericordiam peccati temperat pœnam. Grego. Th. Garzon. diſcorſ. 145.

Iudices & homines & Chriſtianos ſe eſſe meminerint.

‖ *Dis proximus* ille eſt, quem ratio non ira mouet; qui facta rependens conſilio punire poteſt. Claudian. Coſ. Maſ. 226.

Nemo ad dandā veniam difficilior, quàm qui illā petere ſępius meruit. Sen. Clem. 1. 6.

σεαυτὸν μὴ ἐξάμαστε, ἄπλωσον. σεαυτὸν ἁμαρτάνεις· ἑαυτῷ ἁμαρτάνῃς. Aur. Imp. lib. 4.

gibus loquens Ægyptijs à Prometheo datis, inter alias has etiam tres fuiſſe ait.

Quacunque moleſtia ſit affectus Princeps, nemini ipſe manus afferto. BONORVM enim Principum manus non vlciſcendis iniurijs propriȳs; ſed defendendis & vindicandis iniuria affectis adhiberi decet.

Principes dum inter ſuos, non militiæ verſantur, neque defenſionis neque offenſionis arma geſtanto. BONOS enim Principes neque crudeles, vt occidant, neque flagitioſos eſſe par eſt, vt occidant.

Princeps non ſolùm à cæde manus; ſed à ſuppliciorum ſpectaculis oculos etiam abſtineto. IN CONSPECTV enim Principis quàm glorioſum eſt omnes honore (merito) affici, tam indecorum vita aliquos priuari.

CAPVT II.

Proſequens inſtitutum autor, modum Principibus & dynaſtis præſcribit eligendi ditionibus ſuis iudices.

Spartianus † in vita XXX. tyrannorum narrat, Cyriadem tyrannum, in libello quodam Senatorum morti deſtinatorum nomina conſcripſiſſe; ſed re patefacta interfectum fuiſſe. Alius quidam tyrannus Regillianus cùm mortuus eſſet, & libellus inuentus, eorum continens nomina, quos ſua trucidârat manu, ſepulturæ honore caruit. Quàm multos inuenias iudices, qui laudi ſibi ducunt commemorationem eorum, quos virgis cædi, auribus mutilari, capite truncari, in crucem agi, in quatuor partes laniari, & occidi iuſſerint; non minus quàm alij de captiuis pecunia ſua redemptis, aut puellis orphanis ab ſe dotatis gloriarentur?

Quòd iudices ex legum, (morum) & iurium præſcripto malos puniunt, laudo; at quòd laudi gloriæq; id ſibi ducunt, non probo. QVI enim virtute præſtat & Chriſtianus perhiberi vult iudex; eum magis de lacrymis in Eccleſia fuſis, quàm rigatis ſanguine locis, vbi iuſtitiæ litatur, gloriari decet. 451

Quin hoc etiam addo, quòd BONVM præſidem & iudicem non morte, qua alios affecit, gloriari; ſed eorum, quæ iniuſtè ipſe egit, meminiſſe decet. DAMNA enim ab alijs nobis illata tacenda; crimina verò propria deploranda ſunt. Cùm ſupplicia quædam irrogent iudices, quæ ab hominibus improbantur, à Deo probantur; & viciſſim quæ à Deo damnantur,

nantur, ab hominibus approbantur: TVTISSIMVM huiusmodi iudicibus est cogitare, non quid in fratribus castigarint; sed quid peccatis ipsi suis commeruerint. ERRARE (& delinquere) in iudicandis alijs iudices, non errandi (aut delinquendi) animo; sed propter testes falsos possunt: IN REBVS verò proprijs, nisi velimus, errare non possumus: cùm de peccatis commissis nobis constet. Verùm enimuero SVNT nonnulli adeo, proh dolor! mali, vt ad diuinæ citati iustitiæ tribunal, excusationes quærant; & tamen fratres suos testibus falsis condemnare ausint.

Nemo rectè monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnauit. Symmach. Th. Garzon. discors. 3.

Singulari Principes vti vigilantia decet in examinandis ijs, quibus iudicum & præsidum munus commissuri sunt. IVDEX enim, qui rationes quotidie cum conscientia sua non confert, sexcenta singulis horis in republica admittet maleficia. O miseram (& infelicem) rempublicam, cuius gubernatores ac iudices oculos in ijs tantùm, quæ castiganda sunt defigunt; animis in augendas sollummodò opes (& diuitias) intenti sunt; manus expilationibus exercent; omni denique tempore factionibus & negotiationibus occupantur! Nec temere negotiationes dixi. MVLTOS enim inuenias iudices, qui plus diligentiæ ponunt in conciliandis sibi amicis, quorum studijs defendantur; quàm legendis libris, quibus in sententijs aut suffragijs ferendis iuuentur.

Qui præmium à iudicante accepit, nō ipse facit iniuriam, tametsi ei iniustè tributum est; sed qui malè attribuit, is facit iniuriam. Arist. 1. magn. mor. 34.

Conscientia si optimorum consiliorum atque factorum testis in omni vita nobis erit, sine vllo metu & summa cum honestate viuemus. Cic. pro Cluent.

Se iudice ipso nemo nocens absoluitur. Mim.

Inconniuens iusticię oculus, arbiter & vindex perpetuus rerum vigilat attentè. Ammian. li. 29.

Cuius est inuerecundiæ, quod agere te videas, in eo alterum reprehendere? Arnob. li. 2.

Reges qui idonearum decretores personarum esse debuerant, munerum largitione corrupti potiorem ad regimē diiudicant, à quo ampliora sperant. Glaber. li. 2.

Totum viciosum geritur, vbi puritas conscientiæ non habetur. Cassiod. 7. 32.

Ideò non decet iudicem delinquere, ne formam peccandi faciat peccati eius impunita licentia. Isidor. de prælat.

Ἄδικος δικαστὴς μεμολυσμένη συνειδήσις. Euagr. St. 212.

Ne domi illorum iustitiam credas aut veritatem aut pietatem, apud quos vides omnia esse venalia. Saresb. 5. 10.

Innocentia commodis cunctis anteferenda. Apul. li 3. Asin.

Nullus iustiùs assiduè legit, quàm qui de humana salute tractat. Cassi. 6. 19.

Complures eidem crimini obnoxij, alter alteri auxilium ferunt. Dio. li. 39.

Ignorantia iudicis, calamitas innocentis. Aug 19. ciu. 6.

Iustitia aliis potiùs nata, quàm sibi, nihil habet vtilitatis, & plurimum laudis. Ambr. Psal. 118.

Non facilè erroris vicio sordescit, quem doctrina purgauerit. Cassiod. 8. 18.

Nec lectio desit operibus bonis, nec bona opera desint studio lectionis. Fulgent. ep. 6.

Acerbius rebus concessis priuari, quā speratis frustrari. Dion. li. 5.

Satius est præficere administrationibus non peccaturos, quàm damnare, cum peccarunt. Tacit. Vita. Agric.

*Nemo

Quid tam distans, quam à seueritate comitas? Cic. Brut.

Præsides non admittant in vlteriorem familiaritatem prouinciales. Saresb. 5. 15.

In reip. corpore, vt totum saluum sit, quicquid est pestiferum, amputetur. Cic. Philipp. 6.

τί ὄφελος κυβερνήτῃ εἶναι χρηστὸν πονηροῖς χρώμενον ἐρέταις. *Naz. Stob.* 515.

Plurimum potest nutus etiam magni Principis. Apul. 7. asin. aur.

Bien souuent par cautelle subtile. Tort bien menê rend bon droit inutile. Marot. part. pag. 53.

Nullum maius boni imperii instrumentum, quam boni amici. Plin. paneg.

Ad principem bonis viris destitutum & damnum & infamia huius culpæ redit. Dio. lib. 52.

οὐ διαφέρει τι τοῖς κακῶς πάσχουσιν ὑφ' ὅτου ἂν καὶ κακῶνται. *Xiphilin. in Galba.*

Quanto magis arduum est alios præstare; quam se; tanto laudabilius, quod cum ipse sis optimus, omnes circa te tui similes effecisti. Plin. pan.

Regia via iudex incedere debet, nec declinare ad dexteram molliendo iudicium, nec ad sinistram exasperando supplicium. August. ad fr. in erem. 14.

Si innocentes existimari velimus, non solum nos abstinentes, sed etiam nostros comites præstare debemus. Cic. Verin. 2.

Principis inuidia ab officiariis peccatur. Tacit. annal. 3.

Nihil tam sanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. Cic. Verrin. 1.

Quis erubescit dicere? Quid mihi dabis, vt tibi iustitiam faciam? nam vt pro se ipsa exhibeatur, frustra expectas. Saresb. 5. 16.

Manifestum virtutis indicium est, in legibus permanere Ioseph. contr. Apion. 2.

Veteribus, nisi quæ vsus euidenter arguit, standum. Liu. lib. 34.

Omni præsenti statu spes cuiq; nouandi res suas blandior est. Idem. lib. 35.

Vnam esse prudentiam & virtutem existimamus, nihil facere vel cogitare contrarium legib. Ios. contr. Apion. 2.

τῶν νόμων ἄξιον αἰδεῖσθαι τὴν ἀρχαιότητα. νόμου γὰρ δὴ καὶ τοῦτο σεμνότης. *Synes. ep.* 73.

Vulgus est in rebus secundis insolens, comitante saturitatem superbia. Philo. Vit. Mos. 2.

Prouida seueritate curet Princeps, ne fundata legibus euersa videatur. Plin. paneg.

Omnia scelera in malos cadunt. Fab. 7. 3.

Quicunq; præclaram reip. formam corrumpere conantur, eius hostes sunt. Dion. lib. 11.

Sempre non puo l' huomo vsare vn cibo; ma tal volta desidera di variare. Bocac. 7. 6.

Facilis digestu vniformis alimonia. Macrob. Satur. 7. 4.

nec punire audent. QVI iudicandi & gubernandi munere funguntur iudices, non adeò se familiares cunctis præbeant, vt nemo non imperare ipsis conetur. Si enim hac in parte nonnullos haberent conuersationis laudatores; alios contrà inuenirent iusticiæ administratæ vituperatores.

Equidem Principes moneo, hortor, obsecro, vt hoc solo contenti minimè sint, si ipsimet veraces, clementes, honestatis & virtutis amantes, imò etiam æqui seruantissimi sint; sed necessarium maximè statuant, vt iusticiarij sint; cùm IVSTVM esse, & iusticiam administrare plurimum inter se differre sciant. SI QVIS enim bonus sit, ad augendam ipsius dignitatem, si iusticiam administret, ad salutem pertinet reipublicæ. QVIS non miretur, Principem videns, qui vnicum dicere mendacium nesciat, & ministros videns, qui vnicam dicere veritatem nequeant? QVIS non offendatur Principem in victu sobrium; omnes verò illius officiarios in cibo potuque intemperantes intuens? QVIS non obstupescat iure optimo, Principem castum sanctumque, qui circa eum sunt, libidine luxuque diffluentes ac solutos cernens? QVIS non admiretur, Principem iustum iusticiæque amantem, & paucos ex ipsius ministris administrandæ illius cupidos esse animaduertens?

Hæc ad commonefaciendos Principes spectat oratio, ne si ipsi casti, sobrij, veraces iustique sint, curam omnem deponant; sed an præsides iudicesque factiosi, auari, inexplebiles, impudici, mendaces, & inuerecundi sint, inquirant. Cùm enim PERMAGNI nostra intersit Principes bonos esse; æquè vel magis etiam nostra refert ministros illorum non malos esse.

Ex iis, quæ cauere in præsidibus & iudicibus Principes oportet, hoc quoque est, vt nullo pacto violari antiquas in rebuspublicis suis leges patiantur, & in earum locum mores, nescio quos, introduci peregrinos. EA quippe VVLGI in eo, quod dicit, varietas, in eo, quod petit, leuitas est; vt nouum 453
in singulos dies Regem creari, & nouam in singulas horas legem ferri cupiat. Plinius quadam ad Scaurum epistola dicit; OPTIMè apud Persas capitalem per legem fuit prohibitum, nouos aut peregrinos mores inducere: legem innuens inter Persas fuisse sanctissimam, vt quicunque vel excogitare ipse, vel è terra peregrina inuehere consuetudinem peregrinam ausus esset, capite criminis illius pœnam lueret. Cùm virtus in dies singulos decrescat, & vanitas augeatur in hominibus; nisi obuiam iretur, res excogitarent tam profanas, moresque adeò peregrinos, vt & domos singuli suas euerterent, & interitum accelerarent reipublicæ. Nam CIBI insoliti stomacho noxij sunt.

Cre-

Cretenses iniuria affecti à Rhodijs, non pestilentiam, aut bella, aut famem, aut seditiones hostibus suis immitti à dijs precabantur; sed vt deorum permissu mala consuetudine ciues delectarentur: Quam Cretensium imprecationem minimè leuem, qui hæc legerint, æstimabunt, vt nec vltionem, quam in hostibus, votis illorum dijs annuentibus, videbant. Nam EX BELLIS, fame, & pestilentia solent euadere nonnulli; nouis autem & peregrinis vitijs vniuersos videmus interire.

Cùm in Sergio Galba Imperatore multa vituperent historici; vnum in eo prædicant; quod scilicet nunquam vel legem nouam ferri, vel consuetudinem nouam in vrbem introduci passus est; & morem aliquem nouum inuehentes se verè puniri, & si qui in memoriam ipsi bonam aliquam consuetudinem vetustā reuocarēt, eam quidem seruari; illos verò præmio affici iussit. Ridiculum, velut verius dicam, pessimi exempli est, iudices aliquos nouos idem in republica velle facere, quod in veste sartor facit; qui exteriora introrsum conuertit, & anteriora in tergum transfert, & è lacinijs manicas concinnat; quod nec istos facere, nec subditos concedere decebat. NON enim mittuntur à Principe, vt legum aut pragmaticarum sanctionum autores; sed vt laudatorum in ciuitatibus morum custodes sint.

Summa item Principes vigilantia decet incumbere, vt primis imisq́, locupletibus & egenis iustitiam æquabiliter administrent. NVLLA enim lege vel diuina vel humana potestas eius corrumpendæ ipsis conceditur. Si enim de hærediolo exiguo præter æquum statuere quicquam Principi non licet; multò minus, vt iustitiam vlli gratificetur, fas est. Dominus est, non negamus, Princeps animantium, piscium, auium, metallorum, siluarum, ceruorum & camporum, maris denique & terræ: Iustitiæ verò dominum illum esse nunquam fatebimur. NON enim alius verus iustitiæ dominus est, nisi DEVS, qui ipsissima est iustitia.

454 *Princeps moriturus cùm testamentum condit, Vniuersa, inquit, regna mea & principatus filio natu maximo, quem legitimum relinquo hæredem: minori nato filio istum principatum; filiæ denique ditiones illas lego; quibus omnibus iustitiam commendo, vt eam & custodiant ipsi, & in ditionibus singuli suis custodiendam curent. Notatu dignissimum est, quòd non legare; sed commendare se filio iustitiam pater dicit: vt nimirum PRINCIPES boni iustitiam sibi non patrimonij hæreditarij instar à maioribus traditam; sed à DEO fidei suæ commissam cogitent. Cùm ergo omnium rerum domini appellandi sint Principes, præterquam iustitiæ, cuius tantùm ministri sunt; cur Principem aut dynastā,*

Optimus Rex, qui & iustissimus, & legum obseruantissimus, & qui nusquam à patriis institutis discedit. Dion. li. 5.

Val. Max. 7. 2.

Omnes gentes abhorrent ab externis ritibus. Philo. vit. Mos. 2.

Τὸ σύνηθες ἐδαμοῦ παροπτέον. *Menan. Stob.* 454.

Τὸ ἐθίζειν εὐχερῶς λύειν τοὺς νόμους φαῦλον. *Arist.* 2. *polit.* 8.

Galba maior priuato visus, dum priuatus fuit, & omnium consensu capax imperij, nisi imperasset. Tacit. histor. lib 1.

Galba q. luxuriæ & crudelitati auxilio ventitasset, fædum in modum vastauit cuncta & polluit. Aurel. Victor. 6.

Galba veterem morem obstinatissimè retinet. Sueton. 4.

Antiquitas quò propiùs aberat ab ortu & diuina progenie, hoc meliùs fortasse, quæ erant vera, cernebat. Cic. Tuscul. 1.

Caueant præsides,) ne iudicium odio exasperent, ne crudelitate inflamment, ne amore pecuniæ emolliant. Aug. ad frat. in erem. 14.

οὐχ ὅμοιον τὸ κινεῖν τέχνην καὶ νόμον. *Aristot. polit.* 2. 8.

Ὀλίγων οἱ ἀγαθοὶ νόμων δέονται. *Theophr. Stobt.* 452.

Bonis viris nihil opus est multis scriptis legibus. Isocr. panegyr.

In iure dicendo seueritas non varietur gratiâ; sed conseruetur æquabilis. Cicer. Q. Frat. ep. 1.

Quæ iure ac legibus sunt relicta, alienari impetratione non possunt. Symm. 9. 117.

Iustitiæ in omnibus pareatur, & nihil eorum, quæ facienda sunt, fiat ad precium. Saresb. 5. 11.

In potestate Imperatoris sunt omnia. Ambros. ep. 33.

Iure ciuili omnia Regis sunt. Sen. 7. benefi. 4.

Omnia regitis; sed suum cuiq; seruatis, plusq́; apud vos iustitia, quàm licentia valet. Sym. relatio.

Ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς τῇ δίκῃ θ' ὑπηρετεῖν, καὶ τοὺς κακοὺς δρᾶν πανταχοῦ κακῶς. *Eurip. Hecub.*

Iudex cogitet sibi tantum permissum esse, quantum commissum & creditum sit. Cic. pro Cluent.

Summis Principibus iuris communione viuendum est. Cassiod.

Τὰς ὑπεροχὰς οὐδισωπεῖ τὸ δίκαιον. *Heliod. lib.* 10.

Dedecet Regem transgredi legem, cùm & Rex & lex eandem imperandi excipiant Maiestatem. Suger. vit. Ludou. fol. 110.

Leges honoribus potiores sunt. Sym. 5. 64.

Non est Princeps supra leges, sed leges supra Principem, Plin. paneg.

Homo ad iustitiam natus, neq; opinione, sed natura constitutum ius est. Cic. leg. 1.

† *Domitianus viuorum & mortuorum bona prædabatur. Cap. 12. Ingentibus vitiis tantum in se odium concitauit, vt meritapatris & fratris aboleret. Eutrop. lib. 7.*

Non iidem de causis plectantur, alii ne appellentur quidem. Cic. offic. 1.

† *Alexander Imp. amicos & parentes si malos reperit, aut si vetus vel amicitia, vel necessitudo non sinit puniri, dimisit à se. Lamprid.*

Τῶν ἀρχόντων ἕτερον ἐστὶ τὰς ἀρχομένας τοῖς ἑαυτῶν ἐπιμελείας ποιεῖν εὐδαιμονεστέρας. *Isoc. de pace.*

Proficiat cunctis, qui vniuersis celsior inuenitur. Cass. 1. 15.

Totam remp. sic tueatur Princeps, vt omnibus consulat. Cic. offic. 1.

Æquitas in parib. reb. paria iura desiderat, in omnes æquabilis, tribuens vnicuiq; quod suum est. Saresb. 4. 2.

Æqualitas mater iustitiæ. Philo de creat. Princ.

Μὴ δεῖ τὰς ἀνομοίους τῶν ὁμοίων τυγχάνειν. *Isocr. Nicocl.*

Alexander dicebat eum qui mereatur iniuriam pati, ab Imperatore damnandum esse, non absoluendum. Lamprid.

† *lib. 6.*

Qui partitur studium, deriuat affectum. Ambros. Luc. 10.

Nemo rectè præesse potest, nisi delectetur iis, quorum ei mandata est curatio. Isoc. Nicocl.

Pietatis summum primumque munus est remp. vt domum paternam diligere & auitam. Ammian. 27.

Non dominationem & seruos; sed rectorem & ciues Princeps cogitet. Tacit. annal. 12.

Non tam culpandus est ille, cui negligenter obreptum, quam hic execrandus, qui fraudulenter obrepsit. Cyprian. 1. ep. 4.

Non est salus in corpore, nisi quam & membra potuerunt obtinere. Cassiod. 9. 2.

Principes multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere medicinam. Leo. epist. 3.

Publica vtilitatis minister, & æquitatis seruus est Princeps. Saresb. 2. 2.

Procuratio reip. ad vtilitatem eorum, qui commissi sunt, non eorum, quibus commissa est, gerenda est. Cic. offic. 1.

qui causas non secundùm diuinam voluntatem; sed ad arbitrium proprium iudicat, non iudicem iustum; sed prædonem publicum appellare dubitemus? LONGE enim deterior est Princeps Deo iusticiam, quàm prædo Regi opes eripiens.

Multa Suetonius narrat † *Domitiani flagitia; sed omnium maximum fuit, quòd inopes, pupillos & tenuiores cum puniret, diuitibus & præpotentibus veniam dabat, aut pecunia data cum illis transigens, aut quòd amici essent, conniuens Alexandrum Seuerum, XXV. Romanorum Imperatorem* † *Lampridius refert, nunquam circa se habuisse virum improbum, neque agnatum, aut amicum vllum toleraſſe vicioſum. Cùm autem aliquando consanguineos quosdam, iuuenes contumaces, relegasset; quibusdam deprecantibus, & tum ætatem, tum consanguinitatem commemorantibus; His, inquit, carior est mihi tota respublica: ac si diceret, nullum se domi suæ consanguineum tota republica propinquiorem habere. O verba bracteata, & dignissima, quæ omnium Principum cordibus inscribantur! in quibus illud consideratu dignum, quòd non dixit, se pro consanguineis partem aliquam reipublicæ; sed TOTAM rempublicam habere. PRINCEPS enim Dei timens, & iusti laudem exoptans, quemadmodum ex æquo obedientiam sibi ab omnibus vult præstari; ita iusticiam omnibus æquabiliter administrare debet.*

Quòd si qui mihi calamoque meo non credunt; Platoni in libris † *de repub. credant, qui plebeiis singulis concedit, vt suam quisque coniugem, suos liberos, suos consanguineos amet: sed hanc amandi rationem Principibus non concedit, quibus suadet, vt ante omnia suam ament rempub. Nam SI QVID est Principi republica sua carius; fieri non potest, quin illius, quod carius est, caussa iusticiam aliquando inflectat. Cùm ergo non permittat Plato Principibus, vt caritatis affectùm in res diuersas diffundant; quomodo autor illis esset, vt* 455 *iniusti quippiam perpetrarent?*

Sæpe vsu venit, vt Principes in exercenda iusticia negligentes sint, non quòd administrandæ illius voluntas desit; sed quòd de negotiis, quæ remedium & auxilium flagitant, cognoscere accuratius nolint: quæ negligentia (in Principe) planè inexcusabilis, tum dignitatis iacturam, tum conscientiæ labem affert. ILLO enim die iudicij, si non maliciæ fuerit accusatus; pigritiæ condemnabitur. Princeps, qui regni sui incommoda solicitè inspicit & explorat, si medicinam illis non reperit; inde fieri possumus dicere, quia præstare nihil præterea possit: at si in iisdem inspiciendis & explorandis negligens sit; quid aliud possumus dicere, quàm si illis non medeatur, ideò fieri, quia nolit? Hoc verò si quis

Prin-

Princeps aut dynasta faceret (vel auderet;) quod illi nomen aut cognomentum daremus? Me quidem iudice, talis non pater reipublicæ; sed euersor patriæ cognominandus esset. NIHIL enim iniquius, quàm medicum curationis, cui manum nunquam admouit, mercedem poscere. Rationes exigere Principes & dynastas redituum & vectigalium facilè patior: At eosdem in cognoscendis rerum publicarum suarum incommodis negligentes esse non probo. IDCIRCO enim à subditis tributa Principes accipiunt, vt ab hostibus illos liberent, & contra tyrannos defendant.

Quanquam autem iudicibus, qui mali esse voluerint, plura dici parum profuerit; Iis autem, qui boni esse voluerint, quæ diximus, me quidem iudice, sufficiant; tamen etiam atque etiam dico considerandum iudicibus & præsidibus, videndumque vtrùm ministri iusti, an tyranni crudeles haberi velint. TYRANNI enim est remp. prædæ habere; boni verò Principis eandem reformare.

Plus præstant, quàm arbitrantur, Principes & megistanes, qui aditum expetentibus omnibus præbent, & audientiam dant omnibus querimoniæ aliquid habentibus; idque ideò, quoniam si res non patiatur vasalli petitioni locum dari, aut conquerentem continuò subleuari; saltem ideò æquiore discedunt animo, quòd ad Principem querelas iam suas & incommoda se detulisse dicunt. ANIMI quippe afflicti, dolorem solummodò, quo cruciantur, exponendo, etiamsi impetrandi, quod vellent, spes nulla sit, releuantur.

Plutarchus in apophthegmatis refert Philippum Macedoniæ regem, Magni Alexandri patrem, cùm anus paupercula
456 *postularet, vt de caussa sua cognosceret, eumque identidem interpellaret; ei dixisse; Si vita tibi cara est mulier, missum me facito! non vacat mihi, ita me dij ament! querimoniam tuam audire: Tum anum Regi respondisse: Eia Philippe Rex, si audire me, & iusticiam administrare non vacat, noli Regem agere; & alius præerit reipublicæ: († Quod ille dictum admiratus non istam modò; verùm alios etiam confestim diligenter audiuit.)*

CAPVT III.

Sermo pagani cuiusdam ad Senatores Romanos, qui à ripis Danubii de Romanorũ in patriam suam sæuitia questum venerat; diuisus in tria capita Insigne est hoc caput in toto opere, tum ad commonefaciendos eos, qui iudicant, tum ad consolandos eos, qui iudicantur.

Omnis magistratus iustitiæ famulus est. I. C.

οὐκ ἐμπορίαν, ἀλλὰ λειτουργίαν νόμιζε εἶναι, τὴν τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν. *Isocr. areopag.*

Nunquam Rex verè imperabit, nisi ciuibus suis bene fecerit. Pachym. 3.

Et potentes sunt debitores minoribus, vt respondeant meritis illorum. Ambros. Rom. 13.

Nec venire beneficium oportet, nec perire: vt gratus sit, ad eum magis pertinet, qui debet, Fab. 12. 7.

Tributum precium pacis est. Oros. 5. cap. 1.

Præsides & iudices publicæ æquitatis & quietis ministri sunt. Saresb. 5. 11.

ὀργὴν καὶ μῖσος ὅταν πάθωσιν κρίνοντες, χαλεπώτεροι τοῖς ἀγωνιζομένοις εἰσὶν. *Isocr. de permutat.*

Quomodo possunt stare culmina, si cadant fundamenta? Ambros. Psal. 118.

Habere quæstui rempublicam, non modo turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium. Cic. offic. 2.

Δεῖ ὁμοίως ἀκροᾶσθαι τῶν κατηγορούντων καὶ τῶν ἀπολογουμένων. *Isocr. de permutat.*

Breue sæpe est tempus audientiæ, sed diuturnum iniuriæ. Sidon. 4 ep. 6.

Decet Principem facilitas in audiendo, in satisfaciendo ac disputando diligentia. Cic. Q. frat. ep. 1.

Solet dexteritas & benignitas morum in altiore dignitatis gradu facile omnium animos sibi reddere obnoxios. Nic. Greg. 6. 7.

Χρὴ τοὺς νοῦν ἔχοντας, τοιούτους εἶναι κριτὰς τοῖς ἄλλοις, οἵωνπερ ἂν αὐτοὶ τυχεῖν ἀξιώσαιεν. *Isocrat. de permutat.*

In iudicio iudex non debet cognoscere patrem, matrem, fratrem, filium, nec amicum; sed Deum & puram iustitiam. Vincent de B. Petro ad vincul.

Philippus non tantum armis quantum dexteritate morum consecutus est. Polyb. lib. 5.

† *Plutarchi verba, in apophth.*

Æquitas cui iudex obsequium debet, odii sinistram, aut amoris dextram nescit. Saresb. 5. 12.

Ne quod videtis tristem habitu, dirumq; conspectu, verbis asperum, contentione terribilem, mores putetis. Quæso vt calamitatis meæ penitus velitis æstimare mensuram. Fab. declam. 14.

El successo ora triste ora dichoso, no es quien haze la causa mala o buena, ni iamas la iustitia en cosa alguna esta suieta à caso, ni à fortuna. Araucan. 319.

Impunitatem consequuntur mali, dum modesti tacent, timent conscii, veneunt iudicaturi. Cypr. tract. 1.



NNO decimo † Imperij Marci Aurelij, Imperatoris optimi, cùm sæuißima Romæ coorta esset pestilentia, & grauius indies lues sæuiret; in Campaniam Imperator seceßit, quæ à contagio quidem libera erat; ex siccitate verò & rerum necessariarum penuria vehementer laborabat. Veruntamen Imperator cum proceribus Romanis ibi commoratus est. GRASSANTE enim pestilentia, non quæritant homines, vbi delicatè viuant; sed vbi vitam tueantur. Cùm ageret autem in Campania M. Aurelius, ardente febri correptus fuit; cumq; & literatos circa se semper habere consuesset, & à medicis ipsum visitari morbus posceret; ingens erat in palatio ipsius, tum philosophorum docentium, tum medicorum disputantium turba. EVM enim vitæ ordinem seruabat Princeps optimus, vt ipso absente optimè administrarentur negotia bellica; præsente verò de disciplinis tantùm dissereretur.

Cùm ergo die quodam frequentes ad M. Aurelium conuenissent Senatores, Philosophi, medici, & alij viri cordati: sermo inter illos exortus est, quantopere mutata iam Roma esset, tum ædificijs funditus euersis, tum moribus planè perditis; cuius mali causa foret vnica, quòd VRBS adsentatoribus referta, neminem haberet, qui verum auderet dicere. Hæc & id genus alia verba cum audisset M. Aurelius Imp. sublata manu (silentium imperauit, &) exemplum illis recitauit memorabile, ita exorsus.

In primo consulatu meo, quidam Danubij accolà Romam venit repetundarum in senatu Censorem, qui acerbißimè populares suos tractaret, postulaturus. Porrò tanta in accusatione instituenda, & amplificandis magistratuum in patriam suam iniurijs, vsus est facundia; vt haud sciam, vtrùm melius vel Tullius eadem dicturus, vel Homerus ille nobilissimus scripturus fuerit.

Erat rusticulus ille facie pusilla, labijs grandibus, oculis 457
profundis, colore lurido, capillo horrido, capite nudo; calceos gestabat è pelle histricis, tunicam è pilis caprarum, cingulum de iuncis marinis; barba erat promissa & densa, supercilijs oculos tegentibus, pectore & collo vrsi instar villoso; baculum denique manu gestabat. Equidem cùm in curiam illum ingredientem viderem; bestiam arbitrabar esse humana figura; cùm autem orationem illius audiuissem, deorum aliquem esse iudicaui, si modò inter homines dij versantur. Nam cum ipsum videre miraculi instar fuerit; non minus monstri plenum fuit orantem audire.

Etsi

† *octauo. Baron. tom. 2. 179. Oros. 7. 15. Ammian. lib. 23. Capitolin. in L. Vero.*

Huom nè per star. nè per fuggire al suo fisso destino puo contradire. Ariost. 27. 108.

Qui periculum quantum cauere potest, non cauet, magis tentat Deum, quàm speret in Deo Aug. 16. ciuit. 19.

Cauendum à locis insalubribus. Plut. de sui laude.

Vbi crebris mortibus pestilentiam esse apparuit, conclamatio ciuitatis ac fuga est. Sen. clement. 1. 25.

Duo vel maxima omnium malorũ abominamenta, fames & pestilentia. Oros 2. 6.

Vt valeas, multa dolenda feres. Ouid. Remed. 1.

Latebra lethum depellere non est. Ola. epitom. li 5.

Fortunata domus, in quam viros sapientes diuertisse contigit. Philo. de Abrahamo.

Magnum sapientum virorum prouentum ætas Marci extulit. Herodian. li. 1.

Semper inter arma ac studia versatus, aut corpus periculis, aut animum disciplinis exercuit. Vellei li. 1.

Quantum est veritatis bonum! cuius species & imago mirabilis est. Sym. 10. 20.

Veritas non tantum facilis, sed & fauorabilis. Minut. 400.

In conuiuio frequenti loqui solùm vnum, neque honestum est, neque commodum. Gell. 2. 22.

Οὐδὲν τοῦ παθόντος ῥητορικώτερον. *Synes. epist.* 119.

Magna interim pars est ingenii dolor. Sen. controu. 4. procem.

Οὐδὲν τοῦ πάσχειν εὑρετικώτερον. *Nazianz.*

Dat vires animo dolor. Ouid. metam. 12.

Magnos modica quoque eloquentia parit fructus. Fab. 12. c. vlt.

Vita rustica parsimoniæ, diligentiæ, iustitiæ magistra est. Cic. pro Rosc. Amer.

Inter vepres rosa nascitur, & inter feras nonnullæ mitescunt. Ammian. li. 16.

Vir natione magis, quàm ratione barbarus. Vell. li. 2.

Nihil difficiliùs, quàm videre quid deceat. Cic. orator.

Corporis vicia sub eloquentiæ vmbra latent. Iustin. li. 4.

Exactæ ætatis erat; sed vegetum ingenium in viuido pectore vigebat. Liu. li. 6.

Non fortuna homines æstimandi sunt, sed moribus. Macrob. Sat. 1. 11.

Etsi autem multi & diuersi tum præstolabantur ad fores curiæ mortales, prouinciarum singuli suarum acturi negotia; tamen ante omnes villanus auditus est, partim cognoscendi studio, quid vir adeò monstrosus afferret; partim quòd in more habebant Senatores, vt IN CVRIA priùs pauperum querelæ (& grauamina,) quàm diuitum postulata audirentur. Cum ergo in medio rusticus ille Senatu astitisset; causſam aduentus sui totumque negotium oratione longissima cœpit exponere, & non minorem præ se ferens in dicendo confidentiam, quàm in (habitu atque) ornatu insolentiam, ita exorsus est:

O Patres Conscripti, ô gens fortunata; Ego Rusticus Milenus, riparensium Danubij ciuitatum incola, vos Senatores Romanos, qui in curiam hanc conueneristis, saluto, deosque precor immortales, vt tum linguam hodie meam regant (ac gubernent,) vt quæ patriæ meæ conueniunt (& necessaria sunt,) loquar: tum vobis in bene gubernanda repub. adiutores sint. Nam ABSQVE voluntate & arbitrio deorum nec bonum amplecti, nec malum euitare possumus.

Fatorum infestorum permissu, & diis iratis nos deserentibus, fortuna nos quidem tam aduersa; vos autem tam secunda vsi estis, vt superbi Romanorum duces terram Germaniam armis subegerint. Quo quidem tempore deos nostros iratos nobis fuisse non frustra dico. SI enim propitios deos habuissemus; superuacaneum fuisset cogitare nos à vobis victum iri. Cùm autem ingens sit vestra, ô Romani, tum propter victorias partas, tum propter triumphos de regnis plurimis actos gloria: longè maior futura est vestra seculis venturis, propter ea quæ crudeliter feciſtis, infamia. Scire enim, si fortè nescitis, vos velim, quo tempore ante currus triumphales incedunt † scurræ vociferantes: Viuat, viuat Roma inuicta! miseros contrà captiuos ex imo pectore deos inuocantes dicere; Iusticia, iusticia!

458 *Maiores mei ad Danubium habitarunt, vt cùm incommoda illis fuisset terra arida, ad loca se reciperent & recrearent aquosa; Sin ab aqua læderentur instabili, ad terram securi firmam reuerterentur. VT enim VARIÆ sunt cupiditates & mentes hominum; sic aliàs terram fugitantes aquis refrigeramur, aliàs vndis perterrefacti terram repetimus. Sed, quemadmodum cœperam dicere, tanta in vobis, Romani, fuit cupiditas aliena rapiendi, tam indomita imperandi terris exteris arrogantia, vt vos neque maris immensa profunditas explere, neque camporum æquora satiare potuerint.*

Vah, quanto AFFLICTIS solatio est, cùm deos esse iustos cogitant & persuasissimum habent, qui iniurias ab

ὰ τὰς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν, ἃ μὴ χρεὼν εὖ ἐυτυχοῦντας ἓυ δοκεῖν πράξειν ἀεί. *Eurip. Hecub.* 10.

ὰ δικαιόν ἐπ χείρας ἡγεῖσθ τὰς πενομένας τ πολλὰ κεκτημένων. *Isoc. contra Lochit.*

Paupertatis est proprium, quando alia deficiunt, exercere libertatem, Fab. declam. 9.

Exterior habitus interiora signat. Suger. vit. Ludou.

Quid attinet mores nationes pendi? Val. Max. 1. 2.

Dolori sublimitatem & magnificentiam ingenium, ingenio vim & amaritudinem dolor addidit. Plin. 4. epist. 20.

Non qua regione, sed qua ratione viuere quisq; inierit, considerandum est. Apul. apolog. 1.

Faciles sunt preces apud eos, qui vltro nobis viam salutis ostendunt. Cic. de aruſp. resp.

Spes rerum semper aduersarum patientiam suadet. Sym. 2. ep. 39.

χρὴ τὰς ἓυ φρονοῦντας ὡς τὸ παρὸν ἓυ βυλέυεσθ μὴ τῆς τύχαις ἐπακολυθεῖν, μὴ μείζονα φρονεῖν τῆς δωνάμεως. *Isocrat. Archidam.*

Hac vna sapientia, quod deorum numine omnia gubernari perspeximus, omnes gentes nationesq; superauimus. Cic. de aruſp. respons.

οἱ πλεονεξίας ἐχθροὶ πολλὰ μὲ ἄλλοις δρῶσιν, πολλὰ δὲ πάσχουσιν τ σὺν ἀνάγκαις. *Agatharch. mar. rub.*

χρὴ ὡς μὴ πατρὸς ἡμέρᾳ δείγματα, τὰ θεὸς καθυποφέρειν πλήμματα, μὴ τὶ σὺν θεῷ ξυμβαίνειν προσμένειν ὥθεν ἴασιν. *Nicet. Androm. Comin. lib.* 1.

Imperium ex victis hostibus Pop. Rom. non pernicies petit. Liu. lib. 30.

† *malè fortunati Præcones.*

Iustissima patiendi vice, quod quisq; alieno excogitauit supplicio, sæpe excipit suo, Sen. 10. contr. præf.

Sint licet plures hominum sententiæ, quæ maritimis montana postponant; ego vitandis æstibus magis iudico nemorosa, quam cultu aperta congruere. Sym. 7. 35.

Laudandi montes, sed à planicie non recedendum. Adag.

Auaritiæ inhumanitas proprium est Romanorum omnium malum. Saluian. lib. 7.

More humani ingenii quo plura habent, eo ampliora cupiunt. Iustin. lib. 5.

ἡ σὺν θεῶν βοήθεια κρυπτὴ κὴ ἀφανής. *Thuc. Schol. lib.* 1.

Θεὸς παιδοσεν πολλάκις, ἀλλὰ τὴ ἐπὶ πλειστάκις φιλεῖ, τὴ μάλιστα εἰ πεῖσαι φέρει τις ἐυχαριστως τὰ λυποῦντα. Nicet. Andronic. Comn. 1.

Aliquando apud Deum rerum humanarum cura oriatur! Sal. Iugurth.

Non est periculum, ne Dei manibus elabantur impii. Plut. de sero punit.

Propria perdit, qui indebita concupiscit. Leo epist. 54.

A paucis accipit, qui nimium querit. Cassiod. 7. 9.

Pertinax alieni cupiditas maximas aliquoties edidit strages. Ammian. lib. 17.

πολλάκις τὴ κήπορος αὐτὴς μάλα κακίριον εἶπεν. Prouerb.

Sæpe etiam est sub palliolo sordido sapientia. Cic. Tusc. 3.

Sibi quisq; dat mores; conditionem casus assignat. Macrob. Satur. 1. 11.

Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicit. Iunenal. Sat. 14.

Pœna tarditas fidem prouidentiæ derogat. Plut. de ser. punit.

Spes est vltimum aduersarum rerum solatium. Sen. 5. controu. 1.

Optime vindicatur quisque quomodo miser est. Fab. declam. 11.

Perferto & vltima expectato. Cic. 7. epist. 17.

Paucis contigit in principatu continuè præsidere & non rursus aliis facta mutatione seruire. Ios. contr. Apion.

La ven detta di Dio non piomba in fretta. Domenic. 304.

Prisca luunt autorum crimina gentes. Stat. Thebaid. 1.

Pœna maleficiis aliquando seræ, nunquam irritæ sunt. Plin. hist. 7. 2.

τὰ μὴ καλῶς μηδὲ δικαίως συναγόμενα χρήματα, τὴ τὲ ἐνεγκόμενα συμφθείρεσθε τὴ ἀφανίζεσι. Nicet. Isaac. Ang. lib. 3.

Sufra quien penas tiene, que tras vn tiempo vtro Viene. Adag.

Conscientia eadem accusatrix, & iudex. Philo de Decalog.

Absint à nostro seculo damnosa compendia. Cassiod. 9. 15.

ὡς ἐκπίσωτο ῥωμαῖοι τὴν δρόσον ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ὅπως ὦ ἐ πολλῶ χρόνῳ σφῆσιν ἀπιοθαλήσιν αὐτὴν διέφθειραν. Zosim. 1.

Nihil est miserius, quam animus criminis conscius. Plaut. Mosell. Scelestiorem.

Assiduis circumuolat alis Dira dies animi, scelerumq; inspectore diræ. Stat. Theb. 1.

ὅτι ἐστὶ διαφυγεῖν τὸ ἔνδον ἐν ἡμῖν αὐτοῖς δικαστήριον. Nazi. Stob. 353.

† *iritatos.*

Οἱ ἀρχῆς ἀμειρόμενοι, τύχης ἀγωνία φιλονεικῶ τὴ δυσχεῖ συνέχονται. Agathar. mar. rubr.

iniustis acceptas vlturi sint! Nam cæteroqui NISI rumnosi *deos ab hostibus suis pœnas exacturos pro certo haberent; vitam sponte relinquerent. Hæc eò dico, quoniam diis iustis ita volentibus futurum confido, vt quemadmodum vos nullo iure nostris nos ædibus & sedibus expulsum venistis: ita optimo iure alij vos Italia Romaque exturbatum veniant. In Germania quidem patria mea regulam habemus certissimam; QVI aliena per vim rapit, ius, quod in suis habet, amittat. Ego verò diis volentibus euenturum spero, vt quod illic in patria mea prouerbij loco iactatur, vestra hîc Romæ experientia comprobetur.*

Ex oratione, qua vtor, horrida, & vestitu, quem gesto, monstroso facilè potestis colligere, colonum me esse admodum agrestem: Veruntamen nihil habeo antiquius, quàm vti cognoscam; quis in eo, quod habet, iustus, & in eo, quod possidet, tyrannus sit. Nam rustici mei loci atque ordinis, etiamsi quod volumus, politè explanare non valemus, in eo tamen neutiquam negligentes sumus, quid tanquam bonum probandum, quid tanquam malum repudiandum sit. Itaque hac in parte ausim dicere; QVICQVID improbi multis diebus per vim congesserunt, id vno die deos illis eripturos; & contrà QVICQVID multis boni perdiderunt annis, id vna deos hora illis reddituros. QVOD enim, vt verum fatear, mali locupletes sunt, & fortunati; permittentibus potius, quàm volentibus diis fit: quos si diu conniuere querimur, perferamus; tempus enim erit, quo omnium pœnas exigent. Vnum mihi Romani neutiquam dubitantes credite; EX INIVSTO parentum lucro iustam ad filios redundare iacturam.

Multi sæpe populares mei mirantur, quam ob caussam dij malis ea, quæ lucrantur, non confestim dum lucrantur, adimant. Sed mihi hæc videtur caussa, quòd Diis conniuentibus multa illi paullatim cumulant, vt postea, cùm sunt securissimi, omnia simul amittant. IVSTO enim deorum iudicio fit, vt cùm præter fas & æquum multis illi malè fecerint; veniant aliqui, qui iure ipsis malè faciant. Etenim VIR (probus &) cordatus, quique talis reuera haberi cupit, tantum abest, vt suauiter alieno, quod possidet, frui possit; vt iucunditatem nulla ex re capiat, vbi quod habet, malè partum recordatur. 459

Vtrùm me intelligatis Romani, nescio. Itaque vt planius me intelligatis, non solùm mirari; verum etiam indignari me affirmo, quòd is, qui alieni quicquam habet, vel vnicam horam quiescere aut dormire possit: cum & deos à se offensos, & ciues læsos, & hostes † exhilaratos, & amicos perditos, & quos expilauit, afflictos, & quod grauissimum,

mum, seipsum discrimini obnoxium videat. Cur enim discrimini, obnoxium non dicam? SIMVLATQVE enim opes mihi eripere alius decernit, mox eidem vitam adimere mihi decretum est. ETREVS apud deos, & infamis inter homines est, cuius animum tanta inuasit cupiditatum βελιμία, quique tam effusas actionibus suis habenas dat, vt alienam miseriam pro opulentia, abundantiam pro paupertate habeat.

Nihil mea refert, Græcus, barbarus, an Romanus, absens an præsens hæc audiat; sed EXECRABILEM diis, & abominandum hominibus & esse & futurum aio atque affirmo, qui sine vllo sui respectu, famam cum infamia, iusticiam cum iniusticia, æquitatem cum violentia, veritatem cum mendacio, certum dubio commutare vult, propria contemnens, & aliena cum gemitu inhians. QVI hunc sibi scopum proposuit, vt opes filiis accumulet, non vt inter famæ commendatioris viros numeretur; is vt tum bona congesta amittat, tum fama perdita inter malos infamis relinquatur, æquissimum est.

Vos quidem Romani, quoniam natura superbi & fastu excæcati estis, persuasissimum habetis, cùm plura quàm cuncti possideatis, ideò vos honoratiores etiam vniuersis esse; quod profectò longè aliter se habet. Si enim oculis verè apertis vestros respicere errores volueritis; videbitis, etsi dominio prouinciarum exterarum gloriemini; mancipia tamen vos diuitiarum esse propriarum. Accumulate sanè quantum volueritis, & quicquid libuerit facite: Mea certè opinione PLENAS opibus domos habere parum prodest, si à cupiditate interim mentes possideantur. OPES enim per auaritiam cumulatæ & per tenacitatem asseruatæ, tum opinionem bonam possessori adimunt, tum ad conseruandam (sustinendamque) vitam nihil eidem prosunt. 460 *NE MVLTOS quidem dies celari, nedum multos annos occultari potest, sitne aliquis inter diuites pro diuite, & inter honoratos pro honorato habendus. NIMIVS enim amator opum suarum, fieri non potest, quin famæ suæ sit hostis. VTINAM tanta ineesset auaris dignitatis propriæ, quanta opum alienarum cupiditas! Futurum, ita me dij ament! esset, vt neque auaritiæ tinea quietem vitæ (vt ita loquar) corroderet, neque infamiæ cancer famam illorum bonam absumeret.*

Audite Romani, audite hoc, quod dicturus sum; atque vtinam id intelligere valeatis? alioquin enim & ego operam luderem, & vos nullum fructum ex meo sermone caperetis. OMNES odio superbiam habere, & neminem sectari mansuetudinem; ab omnibus damnari adulterium & ne-

Omnem semper vim quacunq; ope possis, propulsare licet. Cic. pro Milone.

Νόμῳ παντὶ ἡμῦνεσθαι ἔστι, τὸν ἐπιόντα πολέμιον ὅσον οἷόν τε ἀμύνασθαι. *Thuc. lib. 3.*

Nemo calamitatem passis, sed potius inferentibus infert improperia. Ioseph. contr. Apion. 2.

Liuidi alienis malis perinde ac bonis suis lætantur & gestiunt. Val. Max. 4. 7.

Naturæ minimum, auaritiæ nihil satis est. Boet. 3. consol. 3.

Φιλοκερδὴς ἅπας βάρβαρος, καὶ τὸ τελεώτατον καὶ πάντα πεφυκὼς ἐστὶ καὶ φθεγγόμενος ὡς ἀργύριον. *Nicet. Isaac. Angel. lib. 3.*

Romanos non Oriens, non Occidens satiauit. Tacit. Vit. Agricol.

Φιλαργυρία μητρόπολις πάσης κακίας. *Bion. Stob. 217.*

Opes etiam improbis contingere possunt; gloriam parare nisi virtute præstantes non possunt. Isoc. ad Nicocl.

Quicquid Romani tenent, colunt, possident, audaciæ præda est. Minut. 383.

Verum est, quicquid exclamat calamitas. Fab. declam. 10.

Auarus nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miserrimus. Val. Max. 9. 4.

Diligentia est accurata conseruatio suorum, auaritia iniuriosa appetitio alienorum. Cic. Herenn. 4.

τὰ πονηρὰ κέρδη τοῖς μὲν ἡδονὰς ἔχει μικρὰς, ἔπειτα δὲ ὕστερον λύπας μακράς. *Antiph. Stob. 214.*

Verè ille Principis census est, quem lætus possessor exoluit. Cassiod. 9. 10.

ὁ πάνυ ἔχων ἃ θέλει, δύστηνός ἐστι τῇ φύσεως λογισμὸν ἀκριτὴς τῇ δόξης. *Agatharch. mar. rubr.*

Vbi diuitiæ curæ habentur, ibi omnia bona vilia sunt. Sal. de rep. ordin.

Nihil est tam angusti animi tamq; parui, quam amare diuitias. Cic. offi. 1.

Δόξα μὲν πλούτου αὖδυ φρονήσεως σὺν ἀσφαλῆ κτήμασθαι. *Cato. Stob. 759.*

πολλὴν ἀπληστίαν ἔχει, ὃς ἂν προσαρέττῃ κτᾶσθαι πλείονα, ὡς ἢ δαπανᾶσθαι μᾶλλον τοῦ λαβεῖν, ἢ στερηθῆναι τῆς ψυχῆς. *Isocrat. orat. ad Philipp.*

μέχρι λογισμῶν προκόπτομεν. ἔξω δὲ αὐτῶν οὐδὲ πελάζομεν. *Arrian. Epict. 2. 10.*

ἐχαλεπόν ἐστι τοὺς τοιούτους νοῦσαι, ἀλλὰ ποιῆσαι μᾶλλον. *Arist. 7. polit. 12.*

Romani sciunt, quæ recta sint; sed facere nolunt. Cic. de senect.

λόγῳ ἔχειν ἥπιον. Syneſ. epiſt. 62.

In ore fruſtra voluuntur verba, ſi virtutis deficiunt opera. Saresb. lib. 5. cap. 9.

Verba rebus ſunt minora. Sym. 7. 120.

Magis opera ſuadent quam verba. Ambr. 2. Theſſal. 3.

ἐμοὶ γὰρ ὅς τις ἄδικος ὢν, σοφὸς λέγειν πέφυκε, πλείστων ζημίων ἀφλισκάνει. *Eur. Mede.*

Moderationis certiſsimum indicium, ne victis quidem ſuperbè imperare. Curt. lib. 8.

Prouincialibus odium Romanorum incuſsit rapacitas Proconſulum, exactio publicanorum, calumniæ litium. Iuſtin. lib. 38.

Virg. Æn. 6. 853.

εἰκότως φοβεῖν γε ἡμᾶς ποιήσαιτο τὴν πόλιν πᾶς αὐτὸν δυναστείας, ὁρῶσι γὰρ ἡμᾶς ἐστέργοντας οἷς αὐτὸς ἔχρωμεν, ἀλλ' ἀεὶ βουλόμενον πλείονος ὀρεγομένους. *Iſoc. de pace.*

& nemini cordi eſſe continentiam: omnes vituperare intemperantiam, & neminem temperantiæ ſtudere; ab omnibus laudari patientiam, & neminem toleratiam præſtare; omnes deſidiam deteſtari, & otiari; omnes auaritiam execrari, & rapinis deditos eſſe video. Vnum dico, nec ſine lacrymis id palàm in hac curia dico; nimirum LINGVA pleroſque virtutes deprædicare, & membris tamen omnibus deſeruire viciis. Non Romanorum qui in Illyrico ſunt; ſed Senatorum, quos in curia video, gratiâ hæc à me dici cogitetis. Vos Romani in ſignis veſtris pro ſymbolo vſurpatis hæc verba; ROMANORVM eſt

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos:

Sed rectiùs profectò diceretis, Romanorum eſſe

Innocuos ſpoliare & perturbare quietos.

Nihil enim aliud vos Romani eſtis, quàm populorum quietorum perturbatores, & raptores ſudoris (ac laboris) alieni.

CAPVT IV.

Villanus ſermonem cœptum proſequẽs, Romanos arguit, quòd nulla laceſſiti iniuria patriam ſuam oppugnatum ierint, & argumentis docet euidentibus, populares ſuos, quòd deos infenſos haberent, à Romanis fuiſſe ſuperatos.

Luxuries in flagitiis, crudelitas in ſupplicijs, auaritia in rapinis, ſuperbia in contumeliis. Cic. diuinat. in Verr.

Neceſſe eſt eam formam in te redire iudicii, quam in alium ipſe decernendam putaueris. Ambroſ. Pſal. 118.

Vacat hoc tempore potentibus opprimere, prioribus rapere, priuatis perdere, miſeris flere, Fulg. Mythol. 1.

† *Noricum ripenſe deſcribit B. Rhenanus rerum Germanicarum lib. 1.*

Illa iniuſta bella ſunt, quæ ſunt ſine cauſſa ſuſcepta. Iſidor.

Non vetitum eſt defendere ſeq; ſuosque. Dum non excedat poſitos defenſio fines, Guillerm. Phil. lib. 11.

Suſcipienda bella, vt ſine iniuria in pace viuatur. Cic. offic. 1.

τὸ δὲ τοὺς ἐχθροὺς μισεῖν καὶ ἡ φύσις ὁδηγεῖ καὶ ἐγκλήσεων. *Nicet. Iſaac. Angel. lib. 1.*

Bella non cauſſis inita, ſed pro vt eorum merces fuit. Vell. lib. 2.

ἐσθλὸς ὢν οὐκ ἂν δίκαιον ἀνδρὶ ἐπαμύναι. *Coint. 13. 202.*

μεγάλων δυνάμεις, πονηρὰ δὲ, πολλάκις γίγνονται κρείττους ἀνδρῶν ἀγαθῶν. *Iſocrat. Panathen.*

Mens potentiæ auida nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſsis. Leo epiſt. 53.

ὀλίγαις τισὶ πόλεσι ἐνδοκιμοῦντες, οὐ τοὺς ὁμόρους ἀναστάτους ποιήσαντες, ἄφθονον καὶ ῥᾴδιον ἂν αὐτοῖς κατεσκεύασε τὸν βίον. *Iſocr. paneg.*

Væro ex vobis, Romani, quam actionem vos, ad Tyberim nati, aduerſus nos pacificè ad Danubij ripas agentes habueritis? An hoſtium nos veſtrorum amicos eſſe, aut animum in vos hoſtilẽ declarare vidiſtis? An renũciari Romæ audiuiſtis, nos relictis ſedibus propriis, terras inuadere alienas? An certiores facti eſtis, nos mota aduerſus Principes noſtros ſeditione, obedientiam barbaris indomitis obtuliſſe? An miſſo nos legato ad amicitiam inuitaſtis, aut è patria quiſquam noſtra 461
Romam venit, bellum vobis vt hoſtibus noſtris indicturus? An Rex aliquis in regnis noſtris morte obita teſtamento vos hæredes reliquit, vt eo nos prætextu ſub ditionem veſtram redigeretis? An legem vllam antiquam vel recentiorem inueniſtis conſuetudinem, quæ Germaniam generoſam Romæ ſuperbæ neceſſariò ſubiectam eſſe oportere ſtatuat? An veſtros delemus exercitus, populamur agros, deprædamur ſubditos, ſouemus hoſtes, vt iniurias vlturi noſtras vaſtetis terras? Si vicinas vtrique terras incoleremus; mirum non fuiſſet, alteros euerſos ab alteris. SÆPE enim vſu venit, vt terræ ſterilis diuidendæ gratia diuturnum oriatur inter duos populos certamen.

Nulla

Nulla profectò istarum (belli) caussarum inter Romanos nosque Germanos interuenit. Nam in Germania eodem prope tempore & saeuitiam vestram sensimus, & famam audiuimus. Si bilem vobis, quæ dixi, mouent; at ea, quæ dicturus sum, æquo animo, quæso, accipite; quòd mirum vno eodemque die & nomen Romanorum & immanitates tyrannorum ad nostros peruenêre populares. Quid præterea dicam, Romani, vel de deorum negligentia, vel de hominum audacia, nescio. Is enim QVI multa habet, per vim, vt video, opprimit illum qui parum habet; & qui parum habet, etiam inuitus multa habenti seruit; & auaritia indomita malitiæ respondet occultæ, & malicia occulta fenestram aperit rapinis publicis; his verò qui obuiam eat, nemo est; vnde tandem fit, vt viri improbi auaritia cum detrimento explenda sit populi.

Dulcedo libertatis quanto magis subtrahitur, tanto auidius desideratur. Oros. 6.12.

Guerrarum malitia pullulante, paupere diuexati alienæ superbiæ pœnas luunt. Suger. vit. Ludouic.

In caussa prosunt iura, non brachia. Cassiod. 7.3.

Audite Romani, audite, & attentis, per deos obsecro immortales, quod dicturus sum, auribus excipite. Diligenter, quid feceritis, attendite. Nam aut Dij rerum humanarum curam abiecerint, aut hominum genus (breui) finem habeat, aut mundo interitus immineat, aut mundus antiquum non obtineat, aut † fortuna clauum figat, aut aliquid nunquam priùs visum appareat oportet; aut quod octingentis adepti annis estis, intra octiduum amittetis. NIHIL enim æquius, quàm vt qui per vim tyranni esse voluistis, mancipia (diis volentibus) esse iure cogamini.

Nolite existimare Romani, quod Germaniam nostram cepistis & subiugastis, industria factum militari; neque enim nobis vel bellicosiores, vel animosiores, vel audaciores, vel fortiores estis: Sed cùm offensi à nobis dij forent, arcano statuerunt iudicio, vt ad castiganda immoderata nostra vicia vobis
462 *tanquam carnificibus crudelibus vterentur. Neque vel vos tam fortes, vel nos tam imbelles ducatis, quin nisi tum dij sese interposuissent †, potuerit fieri, vt victorum spoliis non potiremini. Nam si verum dicendum est, VICTORIAM non armis, quæ Româ extulistis; sed viciorum, quæ in Germania erant, multitudini debetis. Cùm igitur nos perierimus, non quòd vecordes, imbelles timidique sed tantum quòd mali essemus, deosque minimè propitios haberemus: quid vobis futurum censetis Romani, si & vicioſi sitis, vt estis, & deos habeatis, vt habetis, infensos?*

Libertatis quanto magis subtrahitur, tanto auidius desideratur. Oros. 6.12.

Guerrarum malitia pullulante, pauperes diuexati alienæ superbiæ pœnas luunt. Suger. vit. Ludouic.

In caussa prosunt iura, non brachia. Cassiod. 7.3.

Τὴν θεὸν ἀξιοῦμεν νύμφον ὄντα τοιούτων, οἷς ἀξίοις ἀπονέμειν τὰ παρόντα ἢ πεπρωμένα. *Aristot. 2 magn. Moral 8.*

Miserrima, miseria est, si vi verum vincitur. Plau. Amphitr. Age. 1. ta.

Vbi non sufficiunt publica furta, ad priuatas facultates manus admouentur. Sylu. Hist. Bohem. 61.

τὸ τὰς χρησιὰς ἐνίοτε χεῖρον ἀγωνίζεσθαι τῶν ἀδικεῖν βουλομένων, θεὸν ἂν τις ἀμέλειαν εἶναι φήσειεν. *Isocr. Panathen.*

Felix improbitas optimorum est calamitas. Mim.

Destruet istas idem, qui posuit, moles Deus. Arbit. Satyr.

Deus vindex intolerandæ superbiæ. Liu. lib. 9.

Imperia crudelia magis acerba, quàm diuturna. Sal. de rep. ordin.

Sempiterna iustitiæ vigor, aliquoties serus, sed scrupulosus quæsitor gestorum rectè vel secus. Ammian. lib. 30.

† *clauum dii abiiciant. Arnob.*

Quod vnus populus eripuit omnibus, facilius vni ab omnibus eripi potest. Sen. ep. 87.

Opes liberis posterisq; cumulatas vna hora in externi Regis manus intulit. Curt. lib. 5.

Nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos superauimus. Cicer. de aruſp. resp.

Deus malis vt carnificibus vtitur ad sumendas de malis pœnas. Plut. de serò punit.

Armatis ac fortibus iura fauent. Sylu. histor. Bohem. 60.

† *si dii neutrales fuissent, vel vtrisq; ex æquo fauissent.*

Neque idcircò certiorem Romani spem victoriæ concipiatis, quòd ingentes cogitis exercitus, aut pecuniarum iactatis, cumulos, aut præpotentes (à partibus vestris) deos habetis aut templa fabricatis ingentia, aut splendida offertis sacrificia. Scire enim, si fortè nescitis, debetis NE-

τοῦτο παύτα γέγονε διὰ τὴν ἡμετέραν ἄνοιαν, ἀλλ' ὑπὸ διὰ τὴν ἐκείνου δύναμιν. *Isocr. paneg.*

Æquo omnia iudicio Deus ordinat. Guillerm. Philip. lib. 12.

οἷς μὲν τὸ θεῖον ἐναντίον, ἄκρως εὐδαίμονες, οἷς δὲ ἐχθρὸν, ἐχ ἁπαντι κακοδαίμονες. *Philo de fortitudi.*

ἡ ῥετὴ δόξαν φέρειν βροτοῖσιν, εἰ μὴ τὸν θεὸν χρῄζοντ' ἔχει. *Eurip. Supplic.*

Iniqua nunquam imperia retinentur diu. Mim.

περιγίνονται πάντες τῷ πολέμῳ ἢ διὰ τὴν τῶν θεῶν εὔνοιαν, ἢ διὰ σωμάτων πλῆθος καὶ ῥώμην. *Aristot. Rhetor. Alex. 3.*

αἱ μάχαι κρίνονται μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς, ἢ ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις. *Xenoph. pæd 3.*

Præcipua ſpes ſit in Dei auxilio, qui pro recto & honeſto certantes adiuuare ſolet. Nihil autem honeſtius, quam pugnare pro libertate patriæ. Ioſeph. 19. ant. 2.

Patientes facit de ſecutura vltione ſecuritas. Cypr. tract. 1.

Ab inertibus & ignaris, euentus variante fortuna, ſuperati aliquoties viri præſtantes. Ammian. 21. extr.

Sæpe quis eius pedibus aduolutus eſt, quem à ſuis repulit. Sen. ira. 3. 34.

Parua domus haud temere magnam, nec magna paruam calamitatē capit. Pachym. 3.

Non eſt iniuria pati, quod prior feceris. Sen. 2. ira 30.

Cauſſas ſubactæ Germaniæ refutat;

Tyranni vnicum fructum potentiæ exiſtimant, ſi abutantur ea contra immeritos, & prædas ex iniuſtis cædibus ac rapinis agant. Ioſeph. 19. antiq. 2.

οὐδὲν δικαίωμα τῶν ὅπλων ἰσχυρότερον. *Apoph.*

1. *Pecunias.*

Romani arma in omnes habent, acerrima in eos, quibus victis maxima ſpolia ſunt. Mithrid. epiſt. ad Arſac.

Motum ſemel bellum neq; deponere facile eſt abſq; magnis calamitatibus, neque ſuſtinere. Ioſeph. 2. bell. iud. 16.

2. *Gloriam.*

Ea bella, quibus imperii gloria propoſita eſt, minus acerbe gerenda ſunt. Cic. offic. 1.

Nulla vis imperii tanta eſt, quæ premente metu, poſſit eſſe diuturna. Idem offic. 2.

Ibi pax fida, vbi voluntarii pacati ſunt; neq; eo loco, vbi ſeruitutem eſſe velis, fides ſperanda. Liu. lib. 8.

3. *Finium imperii prorogationem.*

οὐδεὶς ποτ' εὐτύχησεν ἔκδικος γεγώς. ἐν τῷ δικαίῳ δ' ἐλπίδες σωτηρίας. *Eurip. Helen.*

Clara fit victoria vincendo oppugnantes, non ſæuiendo in afflictos. Liu. lib. 41.

4. *Legum correctionem.*

Oportet bene ſapientes in legibus propriis circa pietatem integre permanere & aliorum minime carpere. Ioſeph. contr. Apion. lib. 2.

Caſtigant vicia ſua, qui caſtigari merentur, iidem emendatores, qui emendandi ſunt. Plin. paneg.

Non ferendus eſt obiurgator, qui quod in altero vicium reprehendit, in eo ipſe deprehenditur. Cic. Verrin. 3.

Non eſt defenſio, quæ præſtatur inuitis. Caſsiod. 5. 39.

Neq; leges neq; pacta victorem obligare poſſe aiunt. Sylu. hiſt. Bohem. 60.

Dant animum ad loquendum libere, vltimæ miſeriæ. Liu. lib. 29.

MINEM deorum eſſe participem, niſi qui pacem habet cùm virtutibus. SI AD triumphos & victorias nihil requireretur, præter ſtrategematum ſubtilitatem, ducum dexteritatem, virorum fortitudinem, & copiarum multitudinem; ſtultiſsimum foret, de iſtis in militiam afferendis non laborare. Sed quid dicemus? cùm ipſa clamet experientia, HOMINES nihil niſi prælio decertare poſſe; & à ſolis victoriam diis concedi. Satis iam, niſi fallor, pro offenſis in deos noſtris pœnarum perſoluimus: Vos autem veſtræ in nos crudelitatis, & aduerſus deos ingratitudinis nullas etiamnum dediſſe credo; grauiſsimas autem daturos certiſsimus ſum: Ac poſſet fieri, vt quos nunc tanquam mancipia tractatis, dominos aliquando agnoſceretis.

Cùm in hoc itinere montes horridos, diuerſas prouincias, multos populos, terras tam aſperas, gentes tam barbaras viderim, & quot diſtat Roma à Germania milliaria permenſus ſim; haud ſcio, quænam Romanos dementia ceperit, vt oppugnatum Germaniam irent. Si enim pecuniarum id cupiditate factum: infinities maiorem pecuniæ vim & ſubigenda prius Germania exhauſit; & nunc conſeruanda abſumit, quàm vel pendit, vel annis plurimis pendet: ac poſſet fieri, vt prius illa amitteretur, quàm ſumtus in eam facti compenſarentur. Quòd ſi non aliam ob cauſſam à Romanis ſubactam Germaniam dicitis, quàm vt ſubiugatæ illius gloria Roma frueretur; hoc quoque vaniſsimum ſtultiſsimumque eſt. PARVM enim omninò prodeſt muros quidem populorum capere; animos verò ciuium alienare.

Sin autem propter fines imperij (terminoſque) proferendos & prorogandos Germaniam vos ſubegiſſe dicitis; hæc quoque mihi cauſſa admodum friuola videtur: NON enim eſt virorum cordatorum ditionem augere, & gloriam imminuere. Sin ideò ſuſceptam expeditionem dicitis, ne barbari eſſemus, & ſub tyrannis viueremus; ſed vt legibus moribuſque bonis vti aſſueſceremus: moriar, ſi euentus reſponderit! Nam QVI FIERI poteſt, vt viuendi modum alienis præſcribatis, qui ipſi maiorum leges frangitis? PVDEAT alios corrigere, qui multa circa ſe deprehendunt, quæ emendatione indigeant. NVNQVAM enim luſcus duce cœco vtitur. 463

Quod cùm ita ſit, quemadmodum reuera eſt, quòd ſcilicet neque occaſionem, neque cauſſam habuerit Roma ſuperba innoxiam inuadendi aut occupandi Germaniam; Agite vi, rapinis, cædibus, latrociniis graſſemur ſinguli, cùm ITA IAM deprauatus & à diis deſertus mundus ſit, vt (quod res ipſa clamitat) quicquid poteſt, quiſque capiat, & quem-

& quemcunque vult, interficiat, & quod omnium deterrimum, TANTA *sint, tamque deplorata mala (quæ quotidie perpetrantur,) vt neque magistratus illis mederi velint, neque ipsi afflicti queri de illis audeant. Adeò inexorabiles hodie magistratus supremi estis, † tantum incussistis subditis miseris pauorem, vt domi suæ miserias tolerare leuius iudicent, quàm vllas ad vos deferre querimonias; quod quidem inde fit, quoniam qui in patria forsitan vnicum haberet aduersarium, in Senatu vestro omnibus inacceptus est; idque ideò quòd is qui queritur, pauper; at ille, de quo queritur, locuples est.*

Postquam & fortuna vestra, & infelicitas nostra ita tulit, vt Germaniæ nostræ dominatum Roma superba consequeretur; ánne ius nobis æquum administratis, pacemque & tranquillitatem in patria conseruatis? Nihil certè minus. Imò qui illuc veniunt, opes nobis eripiunt; qui hîc estis, famam nobis furamini; cùm gens simus sine lege, sine ratione, sine Rege, tanquam barbaros obscuros pro mancipiis capi nos posse dictitantes. Sed toto cœlo erratis Romani. Nulla enim ratione, opinor, gens sine ratione appellari possumus, cùm quales à diis conditi sumus, tales propriis viuamus in ædibus, alienas neque expetentes, neque captantes, neque occupantes. Longè maiore cum ratione poteramus dicere, vos gentem esse sine ratione, qui amœna fertilique non contenti Italia sanguinem toto terrarum orbe (humanum) effunditis.

464 *Quòd dignos esse dicitis, qui mancipia simus, quia neque Principem, qui nobis imperet; neque Senatum, qui nos gubernet; neque exercitum, à quo defendamur, habeamus: neque exercitus nos curasse respondeo, cùm hostes nullos haberemus; neque senatu, à quo regeremur, superbo opus habuisse, cum sua quisque sorte contentus foret; neque Principes inter nos esse permisisse, cùm æquales essemus (vt sumus) vniuersi: EST enim Principum munus, tyrannos opprimere & in pace subditos continere.*

Quod nullam in patria nostra rempublicam, nullam politiam esse dicitis; sed brutorum nos instar syluestrium viuere; non magis, quàm superiora illa, ratione vlla nititur. Nos enim in terra nostra negociatores mendaces & turbulentos, aut qui ex peregrinis locis instrumenta inuehunt viciorum & luxuriæ, minimè ferebamus. Itaque cùm IN *vestitu honesti essemus, & in victu sobrietate gauderemus; commerciis multis minimè indigebamus. Quanquam autem non sunt in patria nostra mercatores Carthaginienses, oleum Mauritaniæ, negotiatores Tyrij, chalybs Cantabricus, aromata (& vnguenta) Asiatica, aurum Hispanum, argentum Britan-*

Tanto grauius grassantur vicia, quanto probantur magis interna. Cassiod. 9. 18.

ὧν αὐτοὶ ἀλλήλους ἐλέγχουσι, χρεῖσσον φέρτερος ἀλκῇ πέφνων. Oppian. ἁλ. ε. 53.

Potentiori omnia parent. Sylu. histor. Bohem. 18.

† *adeò egenorum & oppressorum incurioſi G.*

In improbi præsentis impetio maior est vis, quam in bonorum absentium patrocinio. Cic. Verr. 4.

Habent hunc finem assiduæ querelæ, quod queri pudet. Plin. 2. epist. 15.

ὁ κρατερώτερος ἀεὶ δαίνυ᾽ ἀφαυροτέρους Oppian. ἁλ. β 45.

Non potest vllam autoritatem habere sententia, vbi qui damnandus est damnat. Sen. excerpt.

Parum proficiunt arma, si iniuriæ sequantur. Tacit. Vit. Agricol.

Feris similem vitam siluis ac montibus agebant, legis artisq; expertes, Feneſtel. cap. 1.

Concepit Germanos esse homines, quæ nihil præter vocem membraq; haberent hominum. Vell. lib. 2.

Decet rem ipsam probari in qualicunque persona. Fab. 11. cap. 1.

Germanos negat esse

1. *Sine ratione.*

τῶν κωλυόντων ἐδὲν ἐλλείπομεν τῇ θείᾳ πρόθεσις τὸ ζῆν ὁδῷ βραδυδρόμοι, ἃ τῇ παρεσοφιζομένῃ τοῖς ὄχλοις τὴν φύσιν. Agatharch. mar. rub.

χρὴ τοὺς μὲν οὐ πειρᾶσθαι εἰρήνης ἐπιθυμεῖν, τοὺς δὲ δυσχεροῦντας τῷ πολέμῳ προσέχειν τὸν νοῦν. Isocrat. Archidam.

2. *Sine Rege.*

Nusquam gentium reperitur, qui possit penitus approbari. Treb. Poll. Posthum. 2.

Vulgus consuetam rerum rationem peregrinæ dominationi præfert. Dio. lib. 55.

Suis quisq; placidius paret. Curt. lib. 6.

Officium Principis illis qui minimum possunt, plurimum prodest; & illis qui nocere desiderant, plurimum aduersatur, Saresb. 4. 2.

3. *Sine lege.*

Quod ius apud barbaros? Vell. l. 2.

Νόμοις δ᾽ δικαιοδυτεῖ. τί γὰρ ἂν πρὸς τοὺς γράμμασι δουλεύειν τὴν χώραν γραμμάτων ἐυγνωμονεῖν δυνάμενους? Agatharch. mar. rub.

ὁ μηδὲν ἀδικῶν, ἐθνος δεῖται νόμου. Eurip. Stob. 184.

Plus ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges. Tacit. de morib. Germ.

Parci in victu, modici in cultu. Plin. 1. epist. 22.

ὁ πλεῖστα ἀδίκως εἰς τὴν πόλιν εἰσελθὼν, οὐ τὸν δικαίως ὑπάρξαντα λαβὼν ἔμελλε πρόσοικον ἕξειν. Isoc. de pace.

Britannicum, electrum Sidonium, sericum Damascenum, frumentum Siculum, vinum Creticum, purpura Arabica: tamen nec belluæ sumus in terra ista, nec omni prorsus republica caremus. Illa enim & id genus alia MAGIS viciorum incentiua, quàm virtutum stimuli sunt hominibus.

Ea demum FELIX & fortunata est respublica, non quæ multas habet negotiationes; sed vbi multi viuunt virtute præstantes: non quæ multis abundat diuitiis; sed quæ de multis sibi placet virtutibus: non vbi multi viuunt seditiosi; sed vbi homines habitant pacifici; vnde rempublicam Romanam quidem ob diuitias nobis commiseratione; Germanicam verò ob paupertatem inuidia vobis persequendam afficitur. Vtinam quàm æquo nos animo paupertatem, tam æquo vos abũdantiam tulissetis! Ita neque vos ereptum nobis terram nostram tum iuissetis; nec nos conquestum Romam nunc venissemus. Permultum inter vtrosque interesse video, Romani. Vos enim, etsi nostras audiatis miserias, de vestris tamen nihil remittitis oblectamentis: Nos verò nec lacrymas ex oculis vnquam abstergimus, & nostra insatiabiliter deflemus infortunia.

465

CAPVT V.

Concludens sermonem cœptum Villanus, in magistratus iusticiam non exercentes acriter inuehitur, quamque sint illi perniciosi reipublicæ, demonstrat.

SI, quæ dicenda erant, omnia à me dicta existimatis; fallimini. Reliqua enim, quæ dicam, nonnulla sunt, quæ vobis auditu videbuntur incredibilia; à quibus tamen explanandis non est, quod me timore deterritum iri credatis, cùm ab iisdem faciendis nulla vos reuocet verecundia. CVLPA enim publica correptionem non patitur secretam. Mirari satis nequeo, Romani, quòd magistratus nobis, quod hactenus factum, tam rudes & imperitos mittitis, vt, ita me dij ament! nec vestras nobis leges interpretari, nec nostras intelligere possint; cuius mali caussa est vnica, quòd NON EOS, qui administrandæ iusticiæ maximè sunt idonei; sed qui plurimos Romæ fautores habent, mittitis. Cùm igitur magistratus à Senatu flagitantibus potius, quàm idoneis committantur: pauca admodum sunt, quæ dici queant, respectu eorum, quæ facere illic audent. Quænam à vobis hîc

Egregium non quærere externa, propriis esse contentos. Cic. Brut.

Βαιβάροισί ἐστι ὄτε πιστὸν, ὄτε ἀληθὲς οὐδέν. *Herodot. lib.* 8.

Non minus hominem se princeps, quam hominibus præesse meminerit. Plin. Paneg.

πλοῦτος κακίας μᾶλλον ἢ καλοκἀγαθίας ὑπηρέτης ἐστίν. *Isoc. ad Dæmonic.*

Importatis rebus ad luxuriam pertinentibus relanguescunt animi, virtusq; remittitur. Cæsar. bell. Gall. 2.

In qua ciuitate semper virtutibus certatum erat, certabatur sceleribus. Vell. lib. 2.

Pleriq; proprio commodo intenti aliorum felicitatem suum damnum, infortunia emolumentum putant. Dio. lib. 52.

οὐ πλούσιός ἐστιν ὁ πολλὰ κεκτημένος, ἀλλ' ὁ μὴ πολλῶν δεόμενος. *Chrysost. Stob.* 144

O consuetudo peccandi! quantam habes iucunditatem in improbis & audacibus, cum pœna abfuit & licentia consecuta est! Cic. Verr. 3.

Oculi augent dolorem, qui ea, quæ cæteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miseriis cogitationem sinunt. Cic. 6. epist. 1.

Auaritiæ fædissima nurrix Ambitio, quæ vestibulis foribusq; potentum excubat, & preciis commercia poscit honorum. Claudian. Stil. 2. 114.

Semper in ciuitate emineant, quæ sunt omnibus profutura; iaceant & subiecta sint cum suis autoribus vicia. Apul. de Philos.

Verba dolor parum considerat. Sen. 6. controu. 6.

Barbari facilius imperia, quam vitia Romanorum ferebant. Flor. lib. 4 cap. 12.

Iniquum maiestatem publicam priuatæ perfidiæ obtentui esse. Val. Max. 6. 5.

Venalis Populus, venalis curia Patrum; est fauor in precio. Arbit. Satyr.

Auget amaritudinem temporum flagitatorum rapacitas inexpleta, plus odiorum Principi, quam pecuniæ conferentium. Ammian. lib. 21. extrem.

Ἄρχοντας ἡμῖν νομιμωτέρους ἐκπέμψατε, ταῖς φύσεσιν, ὃν τοῖς περὶ ἕκαστον πάθεσι τὰ πράγματα κρίνοντας. *Synes. epist.* 73.

Per fas nefasq; crescere affectant pecuniæ per auaritiam parcus, per ambitum prodigus. Sidon 1. ep. 11.

Magistratus non mandentur iis, qui vltro se obtrudunt. Dio. lib. 12.

hîc mandata accipiant, neſcio; quid autem illic faciant, exponam.

Iudices veſtri, quicquid datur, palàm accipiunt; & quicquid poſſunt, clàm compilant (& auferunt;) pauperem acriter plectunt, in opulenti delictis conniuent; multa perperam fieri permittunt, vt tantò plures expilationum occaſiones habeant: Delitiis viciiſque vt vacare poſſint, gubernationis ſubditorum obliuiſcuntur; cùm reprimere malefacta debeant, ipſi plurimorum autores ſunt: tenuiores fruſtra ius ſibi dici ab illis poſtulant: In ſumma Romanos ſe eſſe prætendentes, terram illam expilare non verentur.

Quid hoc eſt, Romani? nullúmne veſtra in imperando ſuperbia, & in rapiendo auaritia finem habitura eſt? Quid velitis, dicite, neque tantis nos excruciate moleſtiis. Si filiorum noſtrorum cauſſa hæc facitis; agite catenis illos onerate, & pro mancipiis habete. Neque enim ferro, ſuprà quàm ferre poſſunt, illos onerabitis; At præcepta & tributa illis, quæ ſuſtinere non poſſunt, imponitis. Sin fortunarum noſtrarum cauſſa hæc facitis: ite & vniuerſas auferte. Non enim eodem Germani, quo vos Romani, ſumus ingenio; qui nimirum vt diuites moriamini, egentes viuere gaudetis. Sin contra vos ne inſurgat patria noſtra, veremini; hoc vobis in mentem veniſſe mirarer. Nam pro eo atque exhauſti afflictique à vobis ſumus, ſi ſponſores dederitis non deſolatum iri terram noſtram; ego nunquam eam rebellaturam ſponſores dabo. Si noſtra vobis ſeruitia non ſatisfaciunt; capita à ceruicibus vt facinoroſis auelli iubete. MINVS enim (mihi credite) acerbus ceruicibus gladius, quàm animis ſæuities erit.

Vultis ſcire, quid egeritis Romani? Vniuerſi regni af-
466 *flictiſſimi incolæ de fugienda in vniuerſum vxorum conſuetudine, liberiſque propriis interficiendis coniurauimus, neſcilicet in poteſtate illos tam (crudelium &) immanium relinquamus tyrannorum. MALVMVS enim eos in libertate mori, quàm in ſeruitute viuere. Vt viri deſperati, belluinos carnis impetus reliquo vitæ tempore tolerare decreuimus, ne qua porrò mulier grauida fiat. Viginti enim vel triginta annos continentes eſſe; quàm filios noſtros pro mancipiis relinquere perpetuis malumus. Si fata eadem filios manent, quæ parentes miſeri experti ſumus: non tantùm bonum eſt, illis vitam non concedi; ſed optimum etiam foret non permittere, vt naſcerentur. Non ita agendum erat, Romani; ſed opera danda, vt terra per vim capta optimè regeretur. Ita enim futurum eſſet, vt captiui miſeri iuſticiam ſibi æquabiliter adminiſtrari perſpicientes, tum*

Peſſimi ciues luce careant dignitatis. Apul. de Philoſ.

Impoſſibile eſt quenquam iuſtitiam & pecuniam ſequi. Saresber. lib. 5. cap. 9.

Inualidos ſtatim vincit impreſſio; validiores criminoſis verborum interpretationibus implicantur. Symm. 5. 61.

Iuſtitia vtilibus rectum præponere ſuadet, communesq; ſequi leges, iniuſtaque nunquam largiri ſociis. Claudian. 2. Stilic. 103.

Paruis peccatis venia, magnis ſeueritas commodanda. Tacit. vit. Agric.

Non ſæuientis peccata plectantur animo; ſed medentis. Leo Epiſt. 92.

Colere officiis, non exaſperare oportet iurgiis poteſtatem. Ioſeph. 2. bell. Iud. 16.

Auaritiæ vulnera crudelitatis remediis ſanant. Cic. Verrin. 5.

Qui recte pauperie ſua vtitur, ad toleranda cætera præſtantior erit. Apul. de Philoſoph.

Quoties auxilia calamitatis petere aliquem video, non poſſum non moueri fortuna mea. Fab. declam. 9.

Ea demum tuta potentia, quæ viribus ſuis modum imponit. Val. Max. 4. 1.

Nulla perpetuam gratiam ſeruat, niſi modeſta victoria. Fab. declam. 9.

Τὸ ζῆν μὴ καλῶς, μέγας πόνος. *Eurip. Stob.* 889.

Οὕτως ἔχει τὸ φίλτρον μέγα πᾶσι σωτήθεια, κὴ νικᾷ τὸν ἀπὸ θεῶν ὄχλον δυσχέρειαν ὁ χρόνος ὁ τὸν πρώτιν δεξάμενος εἰς τ βίον ἡλικίαν. *Agatharch. mar. rubr.*

Effeciſtis, vt omnes non poſterorum modo, ſed ſui parentum; pœniteat. Plin. paneg.

Mater criminum neceſsitas. Caſiod. 9. 13.

Nihil omnium bonorum multitudini gratius, quam libertas. Liu. lib. 32.

In tam miſero rerum ſtatu pars felicitatis exiſtimanda, abſq; cruciatu interitus. Philo. de ſpecia. ll.

Libertas potior ſpiritu. Sen. 2. benef. 35.

Perire ſemel ſatius, quam ſub acerbiſſimi carnificis arbitrio ſpiritum ducere. Liu. lib. 42.

Victoria humanitate temperanda. Dio. lib. 53.

Πάντες οἱ τ εἰρημένον τῆς τύχης κλῆρον ὑπολαβόντες, πεθεινότερον ἔχεσι τ βίον τ θανάτου. *Agatharch. de mar. rubr.*

Melius beneficiis imperium cuſtoditur, quam armis. Sen. Polyb. 31.

Frustra de prole cura sit, nisi rebus præsentibus consulatur. Oros. lib. 4. cap. 1.

Pauper dum non habet, quod afferat; tum audiri contemnitur, tum contra iustitiam opprimitur, Isidor. de summo bono. Thom. Garzon. discors. 146.

Victoriam computat, si vel post damna non litiget. Sidon. 6. 2.

Queritur de auaritia magistratuum, accusat Senatum, quod in eo auxilii nihil sit. Salust. Catilin.

Fastidio longæ litis, non diffidentia negotii. Symm. 2. vlt.

Si affers tum patent; si non est, quod des, ædes non patent. Plaut. Asinar. Vnumquodq;.

Quicquid expediri potest, accelerandum est; quod consultiore tractatu indiget, differendum. Saresb. 5. 12.

Qui vincit, ei longinquitatis tædio victoria est insuauis, & impensarum onus opprimit rei controuersæ vtilitatem. Scal. poët. lib. 3. cap. 16.

Non bona conscientia sed victoria litigantis est præmium. Fab. 2. cap. 16.

Comes æris alieni atq; litis est miseria. Plin. 7. 32.

Non potest in accusando socios vere defendere is, qui cum reo criminum societate coniunctus est. Cic. oration. 4.

Iusta ab iniustis petere, insipientia est. Plaut. Amphitr. prolog.

Res atteritur longo sufflamine litis. Iuuenal. Sat. 15.

Nihil apud curiales efficies, nisi plumbea eorum corda aureo vel argenteo malleo, vanitatis vel cupiditatis incudem emollias. Saresb. 5. 10.

Decet à vobis corrigi, quod à vestris familiaribus non debuisset admitti. Gass. 4. 44.

Cum de honestis hominibus inquiris, honestis mandato. Macrob. Saturn. 2. 4.

Vnde ea libertas? iuxta illi finis, & ætas tota retro seræq; velit decus addere morti. Stat. Theb. 3.

ἐλευθερία ἀκτημοσύνη. *Crates apud Epiphan. hæres. vlt.*

Scytharum gentem innata quædam iustitia regit, & haud inuidenda libertas. Nic. Gregor. 2. 7.

Vos in culpa estis, qui ad vestros greges custodiendos non canes pastores ve, sed lupos mittitis. Dio. lib. 55. extr.

τὰ δεινὰ ὑπ' ὄψιν πεσόντα οἶκτον προκαλεῖται μεῖζονα. *Herodian. lib. 1.*

ὀυτ' αὐτ' ὄνειδος φαίνεται τῶν πραγμάτων πρόσωθεν ὄντων, ἐγγύθεν θ' ὁρομένων. *Eurip. Ion.*

iniuriarum obliuiscerentur præteritarum, tum ad seruitutem animos perpetuam edomarent.

Quoties de iniuriis, quibus à Censoribus ad Danubium vestris oneramur, questum venimus: auditum nos iri in Senatu, responsum accipimus. At postquam tandem auditi sumus: adeò in prouidendo tardi estis, vt cùm prauam consuetudinem emendare incipitis, actum iam sit de republica. Itaque illorum nonnulla vobis, partim vt cognoscatis, partim vt corrigatis, indicabo. Venit pauper aliquis egentissimus, vestram imploraturus opem; is cùm neque nummos habeat, quos det; neque vinum, quod largiatur; neque oleum, quod promittat; neque purpuram, quam offerat; neque gratia valeat, qua adiuuetur; neque reditus sint, vt vobis deseruiat (& necessarios sumtus faciat:) exposita in Senatu querela sua, præter verba nihil aufert, breui scilicet futurum, vti caussa ipsius cognoscatur.

Quid deinceps fieri dicam? Exiguum illud, quod reliquum est, impéndere miser cogitur; Et licèt eorum, quæ petit, nihil recipiat; bona tamen spe sustentatur, optimamque vitæ partem consumere cogitur, dum à singulis promissa fauoris plena accipit; sed vnanimi postea cunctorum consensu pessundatur, (euertitur, conculcatur.) Caussam suam plusquam iustam esse audit, & omnium postea sententia damnatur. Ita MISER ille & ærumnosus, qui de vno questum venerat, de vniuersis conquerens in patriam reuertitur, fata incusans infelicia, & deos implorans vltores. Nonnunquam etiam ad Senatum homines seditiosi, malitia potius, quàm iusta ratione adducti, questum veniunt, quorum verbis duplicibus, lacrymisque falsis fidem habentes Senatores confestim Censorem destinatis, qui rem cognoscat & transigat; post cuius 467
itum reditumque, plus negotij habetis in corrigendis & sarciendis, quæ iudex ille incuriosè decreuit, quam quæ populus iniquè egerat.

Vitam vobis meam, Romani, exponam, vnde, qualem agant populares mei vitam, perspicietis. Ego colligendis hyeme glandibus, metendis æstate frumentis victito, & tum necessitatis, tum animi gratia nonnunquam piscor, atque ita potissimam vitæ partem vel ruri vel in syluis exigo, cuius rei caussam, ne sitis ignari, vos docebo. Cùm adeò crudeles Censores vestros esse, adeò tenuiores & egenos expilari; tantas in regno illo dissensiones gliscere, tot modis terram illam diuexari, ita rempub. (miseram) exhauriri; tam raros esse æqui bonique amantes, tam paruam denique ab hoc Senatu auxilij spem esse videam: infelix ego ne oculis meis rem adeò indignam, (adeò exitiosam) videam, domo amicisque relictis, exulare decreui. MALO enim ruri solus

viuere

viuere, quàm ciues meos singulis horis lamentantes videre. Præterea, FERÆ bestiæ nisi à me lædantur, me non lædunt; homines verò execrabiles etiam beneficiis à me affecti vltrò molestia me afficiunt. MISERVM sanè est fortunam experiri aduersam: MISERIVS, cùm malum quidem sentitur; sed nullum admittit remedium: OMNIVM verò miserrimum, quando calamitatis remedium in promtu est; & qui potest, non vult; qui vult non potest ei mederi.

O Romani crudeles! An quicquam eorum, quæ nos sentimus, sentiatis, nescio. Meum certè, qui hæc dico, dolorem facilè perspicitis, cuius ex sola commemoratione oculi humescunt, lingua torpescit, membra trepidant, animus deficit, viscera colliquescunt, caro tabescit. Quid fieri, quæso, in patria mea censetis, vbi eadem oculis spectantur, auribus hauriuntur, manibus tanguntur? Tot profectò, tamque graues Germania miserrima sustinet ærumnas, vt deos etiam mitissimos nostri misereat. Non rogabo, ne verbis meis, quod mea parum refert, offendamini: Hoc vnum rogo, vt quæ dico rectè intelligatis. Si enim prudentiæ, quod facitis, laudem vobis meritò vendicatis: liquidò videbitis, si afflictionibus, quæ ab hominibus, inter homines, cum hominibus, & hominum opera nobis contingunt; hominum more afficiamur, minimè mirum esse. Nam, vt verè, imò liberè etiam loquar, si quæcunque ab hoc Senatu imprudenter negligenterque decernuntur, quæque à magistratibus vestris crudeliter in regno illo misero fiunt, scrupulosius exponenda essent; alterum horum necesse esset; aut me, si mentirer, puniri: aut vos, si verum dicerem, (dominatu) priuari.

468 *Vnum duntaxat me consolatur, de quo cum infelicibus nonnullis, qualis ego sum, sermonicinari interdum soleo; quòd nimirum exploratum habeo, TAM iustos esse deos, vt animaduersionis ipsorum grauitas non aliunde, quàm ex vitæ nostræ prauitate proficiscatur, dum clandestina crimina nostra ipsos ad sumendas de nobis publicas pœnas exuscitant. Vnum quoque vehementer me perturbat, in quo *mentem assequi deorum non possum, quòd scilicet VIRO bono pro culpa leuicula multas pœnas; improbo verò pro plurimis nullam omnino irrogant; in alteris scilicet omnia dissimulantes, alteris ne tantillum quidem ignoscentes. O arcana deorum iudicia! Equidem si, quemadmodum ad laudandas actiones vestras deuinctus sum, ita damnandi easdem licentiam haberem; affirmare non dubitarim, nos magna à vobis affici iniuria, quòd in affligendis nobis talium opera iudicum vtimini, vt si vlla in terris esset iusticia, cùm suis nos manibus castigant, indigni sint, qui capita ceruicibus sustineant.*

Huius

In comparatione malorum boni locum obtinet leuius. Fab. 7. c. 5.

Ad animum languidius accedunt, quæ aurium via manant, quam quæ oculis hauriuntur. Mamert. paneg.

Ἀκοὴ ὄψεως εἰς τὸ λυπῆσαι κουφότερον. *Heliod. lib.* 8.

Peruersissima gloria infelicissimum velle videri. Sen. Marc. 5.

Natura vox innocentiæ, silentium maleficio distributa. Apul. apolog. 1.

Humanæ infirmitatis ista natura est, vt ex omnibus accidentibus grauissimum putet quisque, quod patitur. Fab. declam. 5.

Audire tolerabilius est, quam videre. Cic. 7. epist. 30.

Visa quam audita indigniora videntur. Liu. lib. 3.

Inopi quanto longior vita, tanto plus supplicii. Tacit. annal. 12.

Vellem vana hæc forent potius, quam miseria nostra fidem verbis faceret. Sallust. Iugurth.

Per paucorum prauos & malos mores multorum & bonorum gloria maculatur Cypr. 3. epist. 20.

Excessus tunc sunt in formidine, cum creduntur iudicibus displicere. Cassiod. 1. 4.

Pacem exuere nostra magis auaritia, quam obsequii impatientia. Tacit. annal. 4.

Nihil rerum nostrarum apud summam ratoniem expers rationis est, tametsi nobis videatur. Nazianz.

Magistratuum auaritiæ freni iniiciendi suppliciis & indagatione solerti iniuriarum. Isocr. areop.

Satius, aliquid narrationi superesse, quàm deesse: nam superuacua cum tædio dicuntu; necessaria cum periculo subtrahuntur. Fab. 4. cap. 1.

Κρίνειν οὐκ ἐπέοικε θεήϊα ἔργα βροτοῖσι. *Bion.*

Βέλτιον ἀπορεῦντας σιωπᾶν καὶ πιστεύειν, ἢ ἀπιστεῖν διὰ τὸ ἀπορεῖν. *Athan.*

Improbitatis medicina est pœna. Simplic. Epict. 13.

Multa etenim bene tecta latent, nescitaq; prosunt. Prosp. de ingr.

Deus scit, quid faciat, nec retractandum est eius iudicium. Ambr. Rom. 8.

* *crudeles mihi dii videntur.*

Ερευνάσαι βροτέᾳ τὰ θεῶν βουλεύματα φρενὶ δύσκολον. *Pindar. Clem. Strom.* 5.

Patientia Dei ad pœnitentiam inuitat malos; sicut flagellum Dei ad patientiam erudit bonos. Aug. 1. ciu. 8.

Ὅπου τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβές. *Epict. c.* 38.

Fortuna interdum optimos decolorat. Symm. 1. 34.

Calamitas virtutis occasio est. Sen. Cur bon. malè. 4.

Quos manet gloria, expectat iniuria. Ambros. off. 1.

Sic obuiam eundum iis, quæ alibi peccentur, monet, vt flagitiorum vrbis meminerint. Tacit. annal 3.

Licet ii, qui in prouincias mittuntur, grauiter molesti sint; non tamen Romani omnes, neque ipse Cæsar prouinciales violant. Ioseph. 2. bell. 16.

Sæuiora armis iura Germanos ad rebellionem adigunt. Flor. lib. 4. cap. 12.

Familiare est hominibus omnia sibi ignoscere, nihil aliis remittere. Vell. lib. 2.

Qui modicorum peccatorum exprobrationes maximas faciunt, aduersum se illos, quibus inferunt contumelias, irritant, Ioseph. 2. bell. Iudaic. 16.

Qui rebus nequeunt vlcisci, verbis vsurpant libertatem. Iustin. lib. 9.

Dat sola animos fiducia mortis. Sil. lib. 11.

Vires fiducia lethi suggerit. Stat. Theb. 7.

Verba innocenti reperire facile; modum verborum tenere misero difficile. Curt. lib. 6.

Fortium virorum est magis mortem contemnere, quam odisse vitam. Curt. lib. 5.

Non pur per cittadi è per castelli, ma per tugurii ancora è per fenili spesso si trouan gli huomini gentili. Ariost. 14. 62.

Spreta in tempore gloria cumulatior interdum redit. Liu. lib. 2.

Potest è casa vir magnus exire. Sen. epist. 66.

Vt sæpe summa ingenia in occulto latent! Plaut. capt. 2.

Sæpius ad laudem atque virtutem natura sine doctrina, quam sine natura valuit doctrina. Cic. pro Archia.

Plus vel sine doctrina prudentia, quàm sine prudentia facit doctrina. Fab. 6. ca. 6.

Pax & concordia victis vtilia, victoribus pulcra. Tacit. hist. 3.

Nulli candida virtus inuidet, inuidiæ quanquam est subiecta malignæ. Auit. 6. 5.

Promte fauendum est honesta cupientibus. Sym. 5. 5. 73.

Qui vituperatione caruerit, laudibus fastigetur. Martian. Felix.

Iustis commodis studia sunt artium nutrienda. Cass. 7. 15.

Bonæ artes honore nutriuntur. Symm. 1. 73.

Μὴ ζήτει γηραὸς κρείττης, εἰ μὴ ἰσχύεις ἐξάρας ἀδικίαν. *Chrysost. Stob.* 949.

Mali inconuenienter honore affecti deteriores fiunt, laudari se tanquam bonos, vel demulceri tanquam formidabiles rati: Boni omisso virtutis studio, deteriorum vitam imitantur. Dio. lib. 52.

Licentiam maiis dari, certè contra bonos est. Fab. 12. 7.

Huius repetitæ ad deos immortales exclamationis caussa est, quòd cùm dies hic decimus quintus sit, ex quo vrbem ingressus sum; talia ac tanta in hoc Senatu constitui & decerni conspexi, vt si illorum vel minima pars ad Danubium perpetraretur; onustiores funibus gabali, quàm vuis vites forent. Sedulò contemplatus sum vestram IN sermone licentiam, in vestitu turpitudinem, in victu intemperantiam, in caussis agendis immoderationem, in vita luxuriam. At, quoties Senatusconsultum hinc aliquod in nostram patriam affertur; ad templa id portari, diis offerri, & prono capite tantùm non adorari video; vt facta vtrinque collatione, imperata facere, imperantes detestari cogamur.

Postquam ergo desiderium iam expleui meum, viruſque cordis effundendo morem animo gessi; si qua in re lingua vos offendi mea; en humi stratus percussorem expecto. Malo enim morti me offerendo gloriam ipse comparare, quàm vos eripiendo mihi vitam, illam adipisci. Hic finem rusticus sermonis minimè rustici fecit.

At M. Aurelius Imp. porrò ad circumstantes conuersus, Quid vobis videtur, inquit, amici? quis nucleus è nuce, quod aurum è scoria, quod granum è paleis, quæ rosa è spinis, quæ medulla ex osse, quàm heroici (generosique) animi vir hic emicuit! Quas rationum argutias, quàtam verborum concinnitatem, quæ sententiarum pondera, quantam veritatis euidentiam, imò quàm nudam improbitatem ostendit! Ita me dij ament, & morbo, quo conflictor, liberent! vt Villanus ille integram horam humi prostratus iacuit; nos verò capita præ admiratione demittentes, ne verbum quidem respondere potuimus! Nobis enim & sermone rusticulus ille pudorem incussit, & vitæ contemtu stuporem attulit.

Facto ergo Senatusconsulto, nouos postridie Magistratus ad ripas Danubij misimus; ipsum verò orationem illam literis 469
mandare iussimus, vt inter præclara exterorum dicta in archiuis in curia reponeretur. Decretum præterea fuit, vt rusticus ille in ordinem patriciorum ascitus, immunitate frueretur; & ex ærario perpetuò aleretur. Roma enim genitrix nostra NON tantùm beneficia; quibus affecta esset, insignia; sed verba etiam, quæ in Senatu dicta essent, egregia remunerari glorioſum sibi semper duxit.

CAPVT VI.

Principes & megistanes oportere in eligendis magistratibus, qui iusticiam administrent, exquisitam adhibere diligentiam; cùm ex ea re salus pendeat reipub.

ALEXAN-

ALEXANDRVM Magnum historici nonnulli tradunt venationis maximè ferarum, in iuuentute fuisse studiosum, quippe qui non † ardeas, noctuas, lepores aut perdices; sed tigres, pardos, vrsos, elephantos, crocodilos, leones venaretur: animi scilicet generositatem tum subiugandis Principibus superbis, tum venandis bestiis indomitis (immanibusque) declarans. Plutarchus in apophth. Craterum ex amicis Alexandri præcipuum, subinde sic compellari ab ipso solitum ait: Sic habeto Cratere, PRINCIPES magnanimos non solùm in regnorum gubernatione recti amantes; sed in oblectamentis etiam circumspectos esse debere; ne autoritatem illic partam hîc minuant. Hæc cùm diceret Alexander, etsi autoritate magis quàm ætate valebat; tamen exemplum dedit imitatu (ac laudatu) potius, quàm vituperatu dignum; imitatu dignum, inquam, non venationis, qua exercebatur; sed animi, quo præditus erat, respectu.

Viros humiles & plebeios in aliis præstantiam, in aliis vilitatem quandam ostendere parum refert. At VIROS Principes & illustres seriis in rebus superbiæ accusari, in ludicris leuitatis notari turpe & pudendum est. PRINCIPEM enim generosum & magnanimum eximiam in rebus grauibus prudentiam, in humilibus singularem præ se ferre dignitatem decet.

Cùm ergo in sylua quadam asperrima venaretur. Alexander; solus in leonem incidit ferocissimum; cumque ille de gloria, hic de vita certarent; inter se congressi & mutuò complexi in terram prolapsi sunt, & ad dimidiæ spacium horæ colluctati: sed leo tandem occubuit; Alexander admodum cruentus euasit: Quæ decertatio Alexandri & leonis tota Græcia fuit celeberrima. Mox enim † venationis eius simulacrum Craterus Delphis dedicauit, æneas leonis, canum, ipsiusque Regis cum leone congressi, & sui ad opem ferendam accurrentis effigies, partim Lysippi, partim Leocharidis opera, ponens, vt monumentum illud non historiam priscam repræsentare; sed leonem, Alexandrum, canes & Craterum in venatione illa viuos ostendere videretur.

470

Quo tempore Alexander leonem in sylua deiecit, Lacon quidam legatus, in Macedonia fortè agens, his Alexandrum verbis compellauit: Vtinam vires illas, quas contra leonem in sylua Princeps immortali gloria dignissime exeruisti, contra Principem aliquem pro adipiscendo totius orbis Principatu exereres? Ex qua legati voce, itemque Alexandri facto, facilè colligitur, SI Principes honesti, (animosi) forteſque sint, decorum si confidentes ac nimis te-

Pro tutiu insignia facta placebant. Ouid. Heroid. 3.

Minutarum rerum occupatio ad exequendum officium segniores facit. Nic. Greg. 11. extrem.

† *hinnulos, capreolos.*

Τοῖς μεγάλας τὰς ὑπαρχούσας ποιουμένοις ἐπιμέλειαν, ὠφέλιμον καὶ μικρῶν ἀμελεῖσθαι. *Isocr. paneg. extr.*

Potest venatica esse vtilis & honesta: sed ex loco, tempore, modo, persona & caussa. Saresb. 1. 4.

Si aper ceruusq; capiatur, magis suaue est venantis animo, quia captus est; quàm comedentis palato, quia coctus est. Augu. in Euangel. Matth. serm. 9.

Animi caussa vulpes aut aues captabat. Plutar. in Alex.

Iuuenilis industria est excire saltibus feras, Sym. 5. 65.

Princeps actu seuerus sit, vultu serenus, verbo serius. Bernh.

Sæpe belliger miles armis, quibus assuetus est dimicare, delectatur etiam ludere. Sedul. ep. ad Macedon.

ἥδηται ἀληθεστάτη μελέτη πρὸς τὸν πόλεμον. *Xenop. Venat.*

Γλυκερὴ δὲ πέλει βασιλῆϊ ἄγρη. *Oppian. 1. Halieut. 57.*

σοφία κρέσσον ἀρετοδρομίας. *Antip. Epigram. lib. 3.*

ἀσεῖο δίνευ πτερόεντος, ἠὲ σεμνὸς· τὸ μὲν γὰρ τυραννίδι πτερόεντι, τὸ δὲ πρὸς τὰς σωφροσίας ἁρμόττει. *Isocrat. Nicocl.*

Non semper aquila supra nubes eleuata peruolitat, sed etiam remissioribus aliquando pennis descendit ad terram. Sedul. ep. ad Macedon.

ἄθλου προκειμένου τῇ ψυχῇ ἡ ἀποκλείνειν χρὴ ἢ πελάσσειν ἄκλῳ καιροῦ διέξοδον τοῦ ἔχοντος. *Agathar. mar. rub.*

† *Verba Plutarchi in Alexand.*

ἡ οὖν τοῖς κυνηγεσίοις ἄσκησις ὑγιείαν τοῖς σώμασι παρασκευάζει, καὶ τὰς πρὸς τὸν πόλεμον μάλιστα παιδεύει. *Xenoph. de venat. Epitaph. Darii.*

φίλος ὢν τοῖς φίλοις, ἱππεὺς καὶ ξένος τῆς ἀρετῆς ἐγενόμην, κυναγῶν σκαιὸν, πάντα ποιεῖν ἠδυνάμην. *Eustath. comment. Dionys.*

Curiositas semper periculorum germana. Fulgent. Mythol. 3.

Sine gloria vincitur, qui sine periculo vincitur. Sen. Cur bon. mal. 3.

Salus Principis priuatorum salus est. Arnob.

Fortissima Regum dextera officii iure votiuo reprimitur tyrannorum audacia. Suger. Vita Ludou.

πόλεμος καὶ εἰ αἴδαν καὶ ἐς ἀρωὸν ἄνδρα νικᾷ. *Theodorid. Epigram. lib. 3.*

Fugiendum venandi aut aucupandi, studium, quib. rebus plurimæ operæ auocantur. Col. 11. 1.

Quanquam prospero euentu defunctus erat Alex. tamen sciuere Macedones, ne pedes venaretur sine dilectis Principum amicorumque, Curt lib. 8.

† *Athenienſem hospitem.*

† *Cretenſem.*

Glorioſe mortuum esse monumentum est laudatissimum sepulto. Ælian. lib. 12.

Benigni & munifici Principis est pecuniam spargere populo: Sed pro suis vitam profundere non solum munifici est, sed beneuolentissimi. Sabell. 8. 2.

† *amplificandæ.*

Naue fracta multi incolumes euaserunt; ex naufragio patriæ saluus nemo potest enatare. Cic. Herenn. 4.

Principis est non modo ab iniustitia; sed ab opinione quoq; eius abesse. Dio. lib. 55.

Non est Principis de laude fortitudinis, quam de summa rerum plus solicitum esse. Isocrat. epist. 2.

Vita quæ fato debetur, saluti patriæ potissimum soluatur. Cic. Herenn. 4.

τοῖς ἰδιώταις ἀπόχρη μηδὲν ἀδικεῖν. τοῖς δὲ τὰς ἡγεμονίας ἔχουσιν αὐάγκη πρόνοιαν ποιεῖν, ὅπως μηδ' ἄλλον ἀδικήσουσιν. Xiphilin. in Galba.

Inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ, quàm ad desides rectores. Leo. epist. 3.

Δεῖ τοὺς ἄρχοντας μὴ τοῖς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἑαυτοῖς ἡδονὰς πειρασιν ἀλίζειν, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν ἐπιμελείαις τὰς πολίτας εὐδαιμονεστέρους ποιεῖν. Isocrat. epist. 7.

Iudicia cum rectè procedunt, delubra sunt æquitatis; cum deprauantur; foueæ fallaces & cæcæ. Ammian. lib. 30.

Bonos magistratus fauor Principum facit. Sym. 10. 14.

Qui præest aliis certantibus, ipse interim certare non potest. Plut. an seni geren. resp.

Iudicia publica virum acrem, atq; audacia simul & consilio instructum flagitant. Plut. præc. polit.

ἐνὶ τάττωχρὴ μάλιστα προσέχειν τὸν νοῦν, τὰς ὑπαρξούσας ὡς βέλτιστας αἱρεῖσθαι. Syn. ep. 73.

Impossibile est vnum hominem obire omnia munia. Philo. de creat. Princip.

Gloria regni est reperisse iudices exquisitos. Cassiod. 8. 16.

Νῦν οἱ μὲν ὑπὸ μεγίστης δόξης ὄντες ἐπὶ μικροῖς ἀποδύζουσιν. ἡμῖν δὲ ὑπὲρ τῆς τῶν πολιτικῶν ἐξεταζόντων τοὺς πολιτικωτάτων πραγμάτων συμβουλεύειν καταπελοίπασιν. Isocrat. pan.

Non satis est in eiusmodi re se quemque præstare. Cic. Att. 6. 2.

Parui refert abs te ipso ius dici æqualiter & diligenter, nisi idem ab iis fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem concesseris, Idem Q. Frat. epist. 1.

merarij, indecorum esse. ESTI enim Principes opum largos esse decet; vitæ tamen prodigos esse haudquaquam par est.

Inter † Adonem & Cliniam †, philosophos Thebanorum clarissimos, controuersiam Plato diuinus, lib. X. de legibus, refert fuisse grauissimam, quibus nimirum rebus vitam impendere Principem oporteret: cùm Clinia Principem pro qualibet re, ad honorem ipsius pertinente; Adonis verò pro tuenda & † defendenda duntaxat republica mori oportere affirmaret. Ac sanè vtrunque Philosophum iustas sententiæ suæ rationes habuisse Plato ait. Sed si fortè casus ita ferret, vt pro illorum alterutro moriendum Principi esset; POTIVS obeundam mortem tuendæ iusticiæ, quàm conseruandæ existimationis gratia. PLVRIMVM enim inter est, vtrùm eius gratia quis moriatur, quod ad ipsum priuatim pertinet; an vt debita reipublicæ præstet officia.

Hæc autem ad institutum nostrum accommodemus, nos vt minimè postulare à Principibus & dynastis aio, vt vel cum leonibus in venatione congrediantur, vel in bello salutem suam in discrimen adducant, vel reipub. caussa de vita periclitentur; sed hoc modò illos rogare, vt de administranda iusticia soliciti sint. PRINCIPVM enim officium potius est in rep. sua vicioſos, quàm apros in syluis venatum ire. Hoc autem vt præstent & perficiant Principes; non tempus illud, quod cibo, somno, venationi, ludis, aut oblectationi tribuendum est; sed hoc petimus, vt de XXIV. horis, quas nox & dies complectitur, vnam saltem horam sermocinationi de negotiis iusticiæ dignentur tribuere. NON consistit in hoc reipublicæ gubernatio, vt ad sudorem vsque laborent, seipsos defatigent, sanguinem effundant, vitam parui pendant, oblectamentis denique suis priuentur; sed EX EO laudata pendet gubernatio, vt rerum publicarum accuratè considerent detrimenta, & quales illa poscunt, iusticiæ constituant præfectos. 471

Cùm igitur à Principibus & dynastis non petamus vt vel opes suas nobis dent, vel cibo somnoque defraudentur, vel (ludis ac) venationibus abstineant, vel vitam periculis obijciant; Sed vt bonos in repub. iusticiæ constituant ministros: In his quærendis haud vulgari debebant vti diligentia; in iisdem verò examinandis etiam maiore. SI enim vt PRINCIPES bonos nanciscamur, suspiramus; ne magistratus sortiamur malos profusis expetendum est lacrymis. Quid equitem peritum esse prodest; si equus sit duri oris? Quid nauclerum cordatum esse (peritumque) iuuat; si is qui ad clauum sedet, fatuus (& futilis) est? Quid Regem fortem (& virtuosum) esse expedit; si dux committendo

præſe-

præfectus prælio pauidus est? Ad eundem modum, QVID Principem honestum esse conducit; si magistratus iusticiæ custos dissolutus est? QVID emolumenti capimus, si Princeps quidem veritatis amans, iusticiæ verò præses mendax est? Quid Principem sobrium esse iuuat; si iusticiæ custos temulentus est? Quid Principem mitem & benignum esse prodest; si iusticiæ minister carnifice est immanior? Quid liberalem & beneficum; si iusticiæ custos latrone est rapacior? Quid industrium & virtute præstantem; si is, qui iusticiam administrat, desidiæ, (inertiæ) viciisque deditus est? Vt rem omnem in pauca conferam, PARVM omnino prodesse affirmo, Principem domi suæ priuatim iustum esse; si publico gubernationem committat tyranno (ac furi manifestario.)

Principes & dynastæ quia intra palatia sua delitiis dediti, vel cogitatione rerum sublimium occupati, non nisi familiares intimos ad secretam admittunt consuetudinem; nonnunquam etiam ocio conuiuiis terendo totos se dedunt: Ne illa, quidem, quæ in ipsis emendatione indigent, nedum quæ in rebuspublicis medicinam flagitant, norunt. Non in reprehendendo acerbior, & in scribendo Satyricus ero, vt suadere Principibus videar, ne in victu celsitatis suæ rationem habeant; sed religiosorum imitentur rigorem. MODO enim tyrannica sæuitia, aut viciis planè enormibus abstineant, parum nostra refert, aliquanto illos delicatius viuere. Verùm hoc dico atque asseuero, NON satisfacere muneri suo Principes, si iusti sint; sed ad iusticiam exercendam obligari. NON delitiæ Prin-
472 *cipum; sed incuria rebuspublicis exitio est. NON enim murmurant subditi, si (honestis) Princeps vtatur oblectamentis; sed si in exercenda sit iusticia remissior. Vtinam perinde in negotiis conscientiæ & reipublicæ Dei rationem haberent Principes, atque hominum in negotiis aulæ & opum suarum habent!*

Plutarchus ad Traianum Imperatorem scribens; Quemadmodum vehementer, inquit, mihi probatur, Domine serenissime, talem esse Principem, vt nihil in eo reprehensione dignum esse dicant vniuersi: ita maximo mihi dolori est, tam improbos eum habere magistratus, vt nihil in iis laude dignum affirment cuncti. PRINCIPVM enim defectus silentio dissimulari (& excusari) possunt; magistratuum verò vestrorum tolerari excessus (& delicta) nequeunt. FALLVNTVR multi Principes & megistanes, si per se ipsi virtute cumulatissimi sint, conscientiæ satisfactum cogitantes; quod longè se aliter habet. NON satis enim est Principi, vt sit omni virtutum laude cumulatus; sed vicia quoque reipub. suæ funditus extirpet vniuersa necesse est.

τὰ τοῖς φαύλοις πεπραγμένα πονηρὰ, τοῖς προχειριζομένοις αὐτοὺς ἅπαντες ἐπιγράφονται. *Basil. ad fil. cap.* 33.

Quæcunq; præfecti recte vel secus agunt, Principi imputantur. Dio. lib. 52.

Quien en vn anno quiere serrico al medio le ahorcan. Adag.

In iudice legendo non generis examen agitur, sed virtutis aut vicii. Philo de creat. Princip.

Principi) contra nefarias libidines & humani generis improbos appetitus decreta custodia est. Cass. 4.

Θεία αὕτη καὶ μεγαλοπρεπὴς ἡ πρόνοια, πρὲς ᾗ δαπανᾶται φροντὶς εἰς ἐκλογὴν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. *Synes. epist.* 73.

Principes clam suos nihil agunt neq; res eorum curiose scrutantur. Dio. lib. 55.

Raro inuenies, qui in aliquo non detrahat præsidenti, etsi interdum omnia rectè gerantur. Saresb. 7. 24.

Resp. exquisita cura indiget. Dio. lib. 54.

Vulgo celebrantur, qui, modo in ciues non sint iniurii, aliunde suas voluptates explere student. Isocr. Nicocl.

Licet duriuscule Princeps videatur tractare populum; tamen autoritas dignitatis, & officii vtilitas debent prouincialium animos mitigare. Saresb. 6. 24.

Permagni hominis est, sic se adhibere in summa potestate, vt nulla alia potestas ab iis, quibus præsit, desideretur. Cic. Q. Frat. ep. 1.

Oblectantur ocio, simulq; diuitiis pauent, quarum vsum affluentiamq; æternitate maius putant, Aurel. Vict. 37.

Etsi in officio virtutum sit remissior Princeps; colendus tamen est, dummodo viciis non sit perniciosus. Saresb. 6. 24.

Exigua peccata vbi in Principis cernuntur vita, pro magnis habentur. Plut. præc. polit.

Tuta est conditio subiectorum, vbi viuitur sub æquitate regnantium. Cass. 1. 9.

Vt quisq; est vir optimus, ita difficillimè esse alios improbos suspicatur. Cic. Q. frat. epist. 1.

Medicis non apparentia modo vicia curanda sunt; sed etiam inuenienda quæ latent. Fab. 12. c. 8.

Non possumus ædificare bona, nisi prius destruxerimus mala. Hieron. Ecclesiast.

Quòd si omninò Principes ipsi rempublicam gubernare vel nolunt, vel nequeunt; vt bonos quærant iusticiæ præfectos, rogamus ac monemus. PRIVATVS *enim ciuis tantùm de vita sua seu bona, seu mala; at Princeps tum de vita nequiter acta, tum de reipublicæ administrandæ negligentia rationem est redditurus.*

Seneca in epistola ad Lucilium amicum, Equidem te, mi Lucili, lux mea, Romam ad me visendum venire lætor: Veruntamen vt iudices Siciliæ bonos præficias, rogo. Nullam enim ex conspectu tuo voluptatem capturus essem, si malè constitutam derelinqueres rempub. Vt autem cognoscas, quales eligi magistratus conueniat, sic habeto; OPORTERE *illos esse in sententiis iustos, in verbis veraces, in actionibus honestos, in exercenda iusticia mites, & ante omnia in accipiendis donis abstinentissimos: quod ideò te moneo, vt si in gubernanda repub. vigilans fuisti; longè sis in explorandis iis, quibus gubernationem illius commendaturus es, vigilantior. His verbis, numero paucissimis, quicquid Philosophi prisci libris plurimis scripserunt, variisque sententiis expresserunt, Seneca complexus mihi videtur. Sunt enim adeò tum ponderosa, tum necessaria, vt si Principes illa ad præstandum in memoria, & magistratus ad peragendum in oculis semper habeant; tum rempublicam multis scandalis liberaturi, tum à maximo conscientiæ onere immunes futuri esse videantur.*

NON *arbitrarium, sed planè necessarium est, iusticiæ ministros prudentes, placidos & honestos esse.* NIHIL *enim vel* 473
exemplo vel damno posset esse perniciosius, quàm si magistratus iuuenum errata iuuenilia reprehendentes, suas vicissim ab illis argui leuitates audirent. QVI *munus in ciuitate publicum gerit, & ius dicturus pro tribunali sedet; accuratissima caueat oportet diligentia, ne velut dissolutus notetur.* IVDEX *enim inconsideratus & inhonestus secum ipse cogitet oportet, penes se quidem esse de facultatibus cuiuspiam sententiam ferre; at contrà sexcentos esse, qui de vita & existimatione ipsius iudicent. Subditis regendis præficere homines dissolutos & (lasciuia) diffluentes, non solùm Principum conscientiam grauat, verùm in contemtum etiam cedit iusticiæ.* PARVM *enim ponderis habet sententia lata ab eo, qui damnari ipse merebatur.*

Plutarchus in apophthegmatis refert Philippum Magni Alexandri patrem in album iudicum retulisse quendam ex (Antipatri) necessariis, qui suscepta prouincia, pectenda potius & ornanda cæsarie, quàm euoluendis legendisque libris occupabatur. Qua de vanitate inertiaque præsidis certior factus Philippus, eum expunxit, & ad cunctos de iniuria ignominia-

Semper ita viuamus, vt rationem reddendam nobis arbitremur. Cic. Verrin. 2.

Non sufficit agenda militibus imperare, nisi hæc iudicis adsiduitas videatur exigere. Cassiod. præfat. epist.

Quanta est in quoq; fides tantum cuiq; committas. Cic. Q. f. ep. 1.

ἐν ταῖς πολιτείαις λυσιτελεῖ τοὺς φρονιμωτάτους καὶ δικαιοτάτους προεστάναι τοῦ πλήθους. *Aristot. Rhetor. Alex.* 2.

Libertatem arguendi amittit, & peccat, qui ab eo accipit, qui ideò dat, ne corripiatur. Ambr. 1. Cor. 4.

Iustitiæ antistitem oportet esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem. Gell. 14. 4.

Neminem grauare debet imperium, quod ad vtilitatem debet respicere singulorum. Cassiod. 1. 6.

Vide Alex. lib. 5. cap. 14.

Quid tam difficile, quam in plurimorum controuersiis diiudicandis diligi ab omnibus? Cic. orator.

Absit à iudiciariis mentibus aliquid profanum. Cassiod. 1. 12.

Iudex debet habere duos sales; scientiæ, ne sit insipidus; conscientiæ, ne sit diabolicus. C.

Summum in rebus humanis innocentia est, Plin. præfat. lib. 1.

Si hic euaserint, illic eos pœna expectat, vbi accusante conscientia ipsa punientur. Ambros. Rom. 13.

Iustitiæ præfecti sint, 1. *Vitæ integri.*

Totius iniustitiæ nulla est capitalior, quam eorum, qui cum maximè decipiunt, id agunt, vt boni viri esse videantur. Sares b. 5. 10.

Iniquissimè faciunt, qui alios modeste viuere cogunt, nec se præbent ipsi modestiores iis, quibus imperant. Isocrat. Nicoc.

Age, ne tua ibi obiiciatur oratio. Cassiod. 5. 21.

Turpe est erroris alios condemnare, & in erroris eiusdem vicio deprehendi. Arnob. lib. 3.

Qui ad iudicandum ascendit tribunal, iudicari se non minus, quam iudicare cogitet. Philo de iudice.

Non ferendum, rationem vitæ ab altero reposcere eum, qui non possit suæ reddere. Cic. oration. 4.

Quid hic sani diceret, cuius non solum animus, sed caput etiam fucis contaminatum est? Ælian. 7.

Si quis est, in quo iam offenderis; huic nullam partem existimationis tuæ commiseris. Cic. Q. fr. ep. 1.

miniaque sibi, dum à munere remouetur, illata conquerentem ita compellauit:

Si munus illud tantum, quòd amicus esses, tibi iniunxissem; nihil, mihi crede, tanti esset ponderis, vt eo te orbarem. Dum enim beneuolentia, qua te complectebar, erat integra; nefas erat, illo te munere, quod honoris gratia assignaram, priuari. Equidem cùm te muneri isti præposui; virum te (virtuosum) cordatum, sapientem, honestum, quique rectè tempus collocaret, esse credidi. Iam verò magis te ipsum molliter curando, quàm (ritè) rempublicam meam gubernando occupari mihi videris; quod nec te facere, nec me permittere decet. ADEO quippe præsidem bonum occupatum esse in laudabili iusticiæ administratione oportet, vt ne pectendo quidem capiti ocium supersit. His verbis ad iudicem, ob delitias (nimiamque in se comendo ornandoque curiositatem) munere dato orbatum, Philippus vsus est.

Cæterùm iusticiæ ministros non solùm graues honestosque, sed etiam veritatis amantes, & à mendaciis alienissimos esse decet. NIHIL *enim peioris exempli potest esse, quàm penes eum, cuius munus est vera iudicare, nihil nisi os mendaciis plenum inueniri. Cùm de re aliqua ciues duo litigant, non alio fine ad iudicem veniunt, quàm vt pronunciet, vter ipsorum iustiorem habeat caussam. Iam verò si iudex non verax, sed mendax habetur; sententia ipsius falsa omnibus videbitur; & litigator, licèt prætoris sententiam*
474 *seruari necesse sit, eum tamen, à quo lata est, criminabitur.*

Sunt nonnulli iudices, qui partim vt plus pecuniæ lucrentur, partim vt plures sibi amicos parent, partim vt munere perpetuo fungantur, adeò sese litigantium animis insinuant, tantisque eos promissis onerant, vt exploratissimum habeant, se caussa superiores discessuros. Cùm qui iudicum domos frequentant, alij rogandi, alij noua renunciandi, alij decipiendi, alij solicitandi, alij captandi; paucissimi verò salutandi gratia adueniant: has & similes ob caussas IVDICES *moueo & hortor, vt tum in sententiis iusti, tum in verbis circumspecti sint. Nam* TALES *tamque bonos oportet esse iusticiæ ministros, vt neque in vita ipsorum quicquam reprehendere, neque ex verbis ipsorum veluti pignus capere quisquam possit. Nisi enim hac in parte cautus sit iudex; futurum est, quod Deus auertat! vt in detrimentum iusticiæ alienæ verba repigneret (vt sic loquar) propria.*

Neque verò iudices in verbis veraces esse satis est; sed in sententiis etiam rectos esse oportet, vt neque gratia flecti, neq; auaritia corrumpi, neque metu perterrefieri, neque precibus

Quomodo te accipiam in aliena caussa testem, qui in tua mentiris? August. de verb. apost. serm. 29.

Improbi in dignitate sua vim ac ius magistratui, quem gerunt, demunt. Liu. lib. 26.

Non hominibus amicorum & sodalium exortib. sed bonis ac temperantib. indiget respub. Plut. præcept. Polit.

Quomodo verax habebitur in occulto, tam fallax repertus in aperto? Tert. Aduers. Marci. 3.

Infido in criminibus nihil fidendum in negotiis. Plut. Apophth.

Quid præclari homo ignauus atq; ignobilis gerat? Dio. lib. 52.

μόιρα ὁ ἄλεκτρυὼν ὧδε καὶ ὄλος καὶ ἐλεύθερος εὐθὺς ἅπας ὅμοιον ὄζει. *Xenoph. Sympos.*

Ea princeps dicat & agat, quæ sentire ac facere præfectos suos vult. Dio. lib. 52.

2. *Veritatis amantes;*

A veritate non licet in iudiciis declinare. Saresb. 5. 12.

Non decet in labiis versari lubrica Regis. Gunther. 3. 5. 13.

Nihil in vita æque pretiosum ac veritas. Philo. de iudic.

Viros bonos veraces, minimeq; fallaces esse oportet. Cic. offic. 1.

Hi iudicant, qui conscientias eorum, de quibus iudicant, cernere nequeunt. Aug. 19. ciuit. 6.

Ægyptiorum iudex imaginem ex sapphiro gestabat, quæ vocabatur veritas. Ælian. 14.

3. *In sermone circumspecti:*

Contra se agit malitia, & dum vincitur, vincere se putat. Ambros. Rom. 12.

Improbi iudices sibi in aliorum periculis delinquendi securitatem præparant. Isocrat. Areopag.

Alienum factum nemo promittere potest. IC.

In rem, non in personam dicenda sententia. Sen. de mort. Claud.

Quien te haze fiesta, quæ no te suele hazer, o te quiere ingannar, o te ha menester. Adag.

Nescit personas respicere, qui meram cogitat æquitatem. Cass. 3. 13.

Non à quo fiat, ad rem pertinet; sed quid fiat. Sen. 9. contro. 2.

Gratia malorum tam infida est, quam ipsi Plin. 1. ep. 5.

Natura ipsa duce cognoscitur iustitia. Ambros. Rom. 11.

4. *In sententiis recti;*

Sit iudex totius erroris expers, nec inuidia quenquam deprimens, nec gratia blandiente sublimans. Cass. 1. 3.

Quatuor modis iudicia eluduntur, odio, gratiâ, precio, metu. Alexand. 5. 14.

Ἔλεγχος τῆς δικαίας ἀληθείας, ἡ ὠδὲ τὸ κρίνειν ὀρθῶς. *Nazi. Stob.* 546.

5. *Liberi ab affectibus.*

Oue regna amore, non si cognosce errore. Adag.

Male verum examinat omnis corruptus iudex. Horat. 2 Sat. 2.

Iudex odio & benevolentia vacuus audire debet, integro animo, quid iuris sit. Plut. de auditione.

Mens amore occupata non est sui iuris. Bernhard.

Non est crudelitas punire reatum sed iustitia; non tyrannicum, sed diuinæ rectitudinis iudicum. Aug. ad fr. in erem. 14.

Examinandæ causæ partium ante iudicium, semoto respectu personarum. Philo. de iudice.

Aceio idem quod Titio ius esto. Gell. 3. 16.

Nihil offensæ vel gratiæ dandum. Sen. de mort. Claud.

Paucis carior fides quàm pecunia. Sallus. Iugur.

Non potest iustitiæ & innocentiæ deferri plurimum, cùm illis reuerentia religionis opponitur. Sym. 6. 3.

Qui iudicat, non voluntati suæ obtemperare debet, sed tenere quod legum est. Ambro. Ps. 118.

Non decet iudicem ministrum esse voluntatis alterius. Cassiod. 8. 18.

Tragli amici è lecito il partir la robba, ma non gia la conscienza. Teat. 75.

ὃς γὰρ ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις πράγμασιν ὑπουργός ἐστι, καὶ ἐκ τῶν ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ βλαπτόμενος. *Isocrat. aduers. Callim.*

Iniusta ab iustis impetrari non decet. Plaut. Amphitr. prol.

Certum est id quemque, cùm iudicat, probare, quod in re simili ipse fecisset. Fab. declam. 3.

Tu peccas cùm peccanti obsequium accommodas. Mim.

Facilè itur ad culpas, vbi est venalis ignoscentium gratia. Arnob. 7. 5.

Amicitiarum plerunque respectu causarum celeritas adiuuatur. Cass. 2. 10.

Talia sunt poscenda, quæ nec interuenientis petitionem, nec præstantis iudicium decolorent. Sym. li. 9. c. 48.

Ponit personam amici, qui induit iudicis. Cic. off. 3.

Solet fieri, vt qui videt benè de se sentiri, meliorem se præbeat. Ambros. in epist. ad Philem.

Neq; rogemus res turpes, neq; faciamus rogati. Cic. Læli.

Studio impunè peccandi remissa imperia subditi promtiùs quàm vtilia defendunt. Aurel. Vict. Cæsar. 34.

Δεῖ μὲ συμπράττειν τοῖς φίλοις ἀλλὰ μέχρι θεῶν. *Pericles. Gell.* 1. 3.

deliniri, neq; promissis inescari se sinant: alioquin enim TVRPISSIMVM & pudendum foret, virgam, quam manu gestant, rectam; vitam, quam agunt, curuam esse.

Vt autem iudices officio suo rectè fungantur, summa ope nitantur, vt sint liberi; quòd nimirum IN negotiis iudicandis fieri non potest, quin peccent, qui in ferendis sententiis, aut amicos, quibus satisfaciant, aut inimicos, quos vlciscantur, respiciunt. NON enim iustus iudex; sed tyrannus occultus est, qui in iudicando puniendoque gratiæ vel odio indulget. TOTO cœlo errant, qui iudiciis & gubernationi præfecti, iusticia paullum vel remissa vel contorta, plures se in ciuitate amicos paraturos rentur: quod adeò tum malum, tum Deo odiosum est, vt licèt aliquantisper id toleret; diu profectò dissimulare nequeat. DEVS enim vt pater est veritatis, ita iustorum titulo gloriari non sinit, qui summa cum sua contumelia tam multa iniustè faciunt.

Antonino Imperatori prouincias imperij peragranti, cùm Capuam peruenisset, & num Censores iusti an remissi essent, quæreret; Capuanum quendam respondisse Ælius Spartianus in vita ipsius refert: Deos testor immortales, Princeps serenissime, qui nobis præst, Censorem neque iustum esse, neque iusticiam exercere; quod ne confingi in illum videatur; quid mihi acciderit, si audire volueris, exponam. Ego illum, vt quatuor in rebus, quarum nulla iusta erat, mihi gratificaretur, 475 *rogaui, in quibus singulis promtissimè ille, me non parum tum admirante, tum etiam indignante, annuit. Cùm enim eum rogarem; non putabam eum rogata facturum; sed iis, qui me rogauerant, gratificari volebam. Et porrò addidit idem Capuanus: Nec verò, ita Genium habeam propitium! singulari illi iunctus eram amicitia; ne fortè mea potius, quàm alterius causa se fecisse dicat. At enim cùm mea causa quatuor illa fecerit; aliorum gratia plusquàm quadringenta ipsum talia fecisse credibile est: cui rei prouidendum, Princeps serenissime Bonos enim iudices patienter cunctos audire, & tum iustè sententiam ferre decet.*

Hoc tam memorabili exemplo moneantur iudices, ne rogantium respectu moueantur; sed quid petatur, accuratè ponderent. SI enim quod debent, fecerint; etiam inimicorum testimonio iusti perhibebuntur: sin quod non oportebat, fecerint; Deo permittente à propriis amicis tyrannidis notabuntur. IVDICES, quibus & reip. salus, & conscientiæ integritas cordi est, non satis est iusticiam simpliciter exercere; sed eam inter ciues existimationem habere oportet, vt nemo turpe (& indecorum) quid illos rogare aut poscere audeat. Alioquin enim si petentem parum verecundum diceremus; iudicem à quo peteretur, suspicione non liberaremus.

Anim-

Animaduertant item Principes, vt iudices administrandæ iustitiæ præfecti, non modò recti amantes, honesti & veraces; sed ante omnia ne auari & cupidi sint. NVNQVAM *enim iustitia & auaritia in vno homine habent concordiam.* QVI *subditis regendis, aut controuersiis dirimendis præpositi sunt, etiam atque etiam caueant, ne donis & largitionibus corrumpantur.* FIERI *enim aliter non potest, quàm vt quo die crescere domi iudicis diuitiæ cœperint, eodem die minui incipiat iustitia.*

Nihil seuerius legibus suis Lycurgus, Prometheus & Numa Pompilius prohibuerunt, nulli peccato grauiores constituerunt pœnas, quàm si auari & peculatores essent iudices; quod cauentes & prohibentes sapientissimè profectò fecerunt. IVDEX *enim qui furti particeps esse gaudet, restituendum furtum vix decernet. Neque idonea iudices excusatione vtuntur, argentum, aurum, sericum, gemmas accipere sese negantes, & si quid accipiant, edulia modò (vt poma, esculenta aliaque minuta) se accipere dicentes.* SÆPE *enim & minimè rarò vsu venit, vt iudice poma (& id genus alia) comedente, stuporem dentium litigator miser sentiat.*

*Cicero libro de legibus autor est, Catonem * Censorinum iam senem à Senatoribus in curia rogatum, cùm Calendis Ianuariis magistratus noui creari ex more solerent, & patres Manlium ac Collatinum Censores annuos designare statuissent, vt suam de vtriusque ingenio & habilitate exponeret*
476 *sententiam, ita respondisse: Equidem, Patres Conscripti, neque hunc recipio, neque illum probo: Ille enim opulentissimus; hic verò egentissimus est, quorum neutrum sanè periculo caret: cùm* CENSORES *præ diuites viciis indulgere; nimis egenos opibus inhiare manifestum sit. Itaque* CENSOREM *aut iudicem eligendum censuerim, qui neque tam inops sit, vt ad victum necessaria desideret; neque tam diues, vt ad molliter viuendum copiis abundet.* NIMIA *quippe abundantia homines vicioſos reddit; nimia verò paupertas auaritiæ (& expilationum) incentiuum est.*

Pro ea, qua Cato valuit, autoritate, verbis ipsius fidem haberi æquum est, quippe qui tot annis Princeps fuit Senatus: quamuis NEQVE *omnes egenos auaros, neque omnes diuites vicioſos esse verissimum sit. Sed ideò sic censuisse videtur, quoniam vel ciues illi viciis istis duobus notati fuerunt; vel quia* PAVPERVM, *opibus inhiare; diuitum sui conseruandi & in delitiis viuendi causſa nihil non facere proprium est; Quibus è duobus hominum generibus vtrum potiùs eligere Principes debeant, haud facilè definierim. Quare* NEQVE *vt contentis pauperibus, diuites; neque vt repudiatis diuitibus, pauperes eligantur, suadeo:*

Sed

6. Alieni ab auaritia.

Ὦ πλεοίκται, οἱ πλάτᾳ πείθω ὡς ἀδίκετε μόνοι. *Antipat. Epigram. 7.*

Iustitiam vendere, iniquitas est; iniustitiam, iniqua insania. Saresber. 5. 11.

Muneribus induci ad iniustitam est scelerati hominis. Philo de iudic.

Crescit multitudo peccantium, cum redimendi peccati spes datur. Arnob. 7. 5.

Gladius conditur, vbi aurum suscipitur. Cassiod. 7. 1.

Iis in quorum tutelam atq; fidem resp. creditur, auri atque argenti habendi cupido nulla sit. Apul. de Philos.

Non potest constanter argui, à quo accipitur. Ambros. 1. Cor. 4.

Animus vitiis auaritiæ liber dignitatis præmio munerandus. Symm. 10. 18.

Auari iudices cum vendunt aliena crimina, sua faciunt etiam peccata. Cassiod. 6. 21.

Melius habent mercede delinquere, quam gratis recte facere. Sallust. orat. Marci. Trib. pl.

Ex his etiam boni viri spectantur, si mensæ ornamenta, & victus anathemata nihili pendant. Ælian. lib. 11. extrem.

Non minus pauper, quam diues fidelis esse potest. Imp.

Vide Val. Max. lib. 6. cap. 4.

Quibus diuitiæ bono honestoq; potiores, clari magis quam honesti. Sallust. Iugurth.

Est deforme malum & sceleri procliuis egestas. Sil. lib. 13.

Poca robba, poco pensier. Adag.

Neque potentiores omnes suspecti, neq; infirmioribus omnibus in omni fides habenda. Dio. l. 52.

Æque male licentis imperii magistra est inopia atque auaritia. Val. Max. 6. 4.

Egestas dum saturari quærit, à iustitia declinat. Ambr. 1. Thess. 5.

Τὸν αὖ χρήσιτο φρόνημα δύχλυς ἐν ἀνδράσιν ἀπορημένοις ἢ καθ' ἡμέραν αἰωγκαίων. *Dion. lib. 4.*

Ignobilitatem innata quædam vitia arguunt. Dio. lib. 40. 4.

Sit omne iudicium, non quam locuples, sed qualis quisque sit. Cic. offic. 1.

Egenis neque sua cara, quippe quæ nulla sunt; & omnia cum precio honesta videntur. Sall. Iugurth.

Οἷσιν ἔστε βωμὸς, ἔστε πίστις, ἔθ' ὅρκῳ μέτα. *Aristoph. Acharn.*

Ditiores imperia ad fastum & res nouas extollunt. Dio. lib. 52.

Iudex tanta viuat continentia, vt æquitatem & instruat monitis, & doceat exemplis. Cassiod. 5. 4.

Omnis qui peruersa agit, eo ipso, quo hoc despicit, esse Dei iudicium nescit. Si enim hoc timendum sciret, quæ in illo sunt puniенda, non ageret. Gregor. Moral. 14. 34.

Nemo vir bonus imperii cupiditate tenetur, sibive grauium negotiorum curam exoptat. Dio. 36.

Non mirum hominem mercede conductum omnia habere venalia. Curt. lib. 5.

Πολίτης χρηστὸς, ὃ σπουδαρχίδης, οὔτε μισθαρχίδης. *Aristoph. Acharnens.*

Mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam diuino numine inuisi; neque bonum, neque malum facinus cuiusquam pro nihilo haberi. Sallust. de rep. ord.

Nihil est, quod imminentibus signis ita totum concutiat hominem, sicut mens sibi conscia iniquitatis. Saresb. 1. extrem.

ὦ πλεῖστα μῶροι. ὅτ' οὐ παρ' αὐτοῖς, ἀλλ' ἐν αὐτοῖσιν κακοῖς τοῖσιν μεγίστοις ὄντες οὐ γινώσκετε! *Sophoc. Electr.*

Συντέμνουσι γὰρ θεῶν ποδώκεις τοὺς κακόφρονας βλάβαι. *Idem Antig.*

†*† *In Hispanico cap.* 18. *Abest à versionibus Gallicis.*

* 920.

Panirmus vrbs in præsens felix, omniumq; maxima Siciliensium, in amœna ac fæcunda valle sita. Cl. Marius. Sicil. Chorograph.

* *Panormo.*

Læta malorum principia; & blandæ Superûm mortalibus iræ. Stat. Thebaid. 10.

Si necessario fit, vt qui aliquid possident, aliorum insidiis impetantur: opera illis danda, vt conatus horum anteuertant. Dio. lib. 38.

Fraus fructum non habet. Isid. 12. orig. 7.

Res gerere, & captos ostendere ciuibus hostes, Attingit solium Iouis. Horat. 1. epist. 18.

Nihil est victoria dulcius. Cic. Verrin. 5.

Etiam leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent, Idem offic. 2.

Χαλεπώτερον οὐδὲν ἢ γείτονος πονηροῦ τὸ πλεονέκτου τυχεῖν. *Demosth. contr. Callict.*

Lucrum ex scelere arra infortunii. Nazi. de animi summiss.

Prædam videt, & sua vulnera nescit. Stat. Theb. 7.

El mal quando viene por destino, no puede ser à tiempo preuenido. Araucan. 297.

* Gell. 17. 14.

Ita offendas amicum, tanquam rediturus in gratiam. Philo de charitat.

Non me pœnitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere. Cic. pro Rab. Posthum.

Id omnium maxime difficile erat, quod ex nauibus per inducias captis nihil præter ipsas comparebat naues. Liu. lib. 31.

Præda non reddita belli caussa, reddita belli materia & adiumentum est. Idem lib. 2.

Sed ILLOS iusticiæ administrandæ præficiant, quos conscientiæ integræ, & ab auaritia alienos cognouerint. Nam QVI conscientiam habet sauciam iudex, nunquam fieri potest, vt sartam tectamque præstet iusticiam. Porrò de conscientia si quis iudicis dubitat, bona sit, an mala; indicium maximum est, vt videat, vtrum iuris dicendi munus per ambitum obtinuerit. QVI enim spontè conscientiæ alienæ onus suscipere satagit; propriam haud facilè magni æstimabit.

CAPVT VII.

De prodigio stupendo, quod imperante M. AVRELIO in Sicilia visum fuit; & verbis sanguine supra portam ab eo scriptis.

ANNO *ab V. C.* † DCCXX. † *ætatis M. Aurelij* XLII. *biennio antè, quàm Imperium adipisceretur, Sextilis, qui nunc Augustus est, die* XX. *circa Solis occasum in Trinacriæ, quam Siciliam hodie vocamus, regno, eiusque vrbe maritima* * *Belina, quæ nostra ætate Palermo indigitatur, & portu insignis est, quiddam accidit tum spectatu illius æui hominibus periculosum, tum audientibus iam horrendum. Nam Panormitani festum summa cum hilaritate celebrabant, læticia exultantes, quòd piratæ ipsorum cum Numidarum classe congressi, X. naues ceperant, XXXII. depresserant.* 477 *Illo enim tempore acerrimæ inter vtrosque erant inimicitiæ, cùm* ODIORVM *acerbitatem actionum declararet atrocitas. Cumque moris sit piratas seu prædones, quicquid prædæ mari partum est, facta è nauibus descensione, inter se solos partiri: vniuersi in terram egressi, quod magno cum labore adepti erant, magna inter se diuiserunt cum lætitia: quæ res mirificum bonis iuxtà ac malis præbuit spectaculum; illis quidem triumpho illorum inuidentibus; his verò opes eorundem concupiscentibus.*

Et quoniam * HACTENVS amare homines debent, tanquam fortasse pòst osuri; odisse, tãquam paulò pòst amaturi: *magistratus opidanus omnes naues opesque penes eosdem piratas in sequestro depositas manere iussit, vt neque ipsi vendere illas auderent, neque emendi gratia auari in medium sese inferrent. Habebant enim in more insulares, vt quicquid bello durante caperetur, vsque ad finem illius, aut dum pax pristina reconciliata foret, deponeretur: Quæ profectò lex fuit æquissima.* SÆPE *enim inter capitales hostes non possunt in solidum coalescere grauia vulnera*

vulnera, non tam propter odia inueterata, quàm quòd pro iniurijs recentibus satisfaciendi ratio deest.

Cùm igitur suam quisque domum reuersi essent, quòd cœnæ hora tempore æstiuo esset; ecce tibi monstrum per mediam venit vrbem hac figura: Altitudo videbatur trium circiter cubitorum; oculum habebat vnicum; caput vndique glabrum, præterquam in caluaria: auribus carebat, nisi quòd in occipite foramina conspiciebantur, quibus audire credebatur: cornu geminum habebat caprini instar recuruum: ex brachijs dextrum sinistro longius erat; manus equi vngulas referebant; collo carebat, humeris caput æquantibus, scapulæ piscis squamosi instar relucebant; pectus vndiq; villosum; facies à virili nihil differebat, nisi quòd vnicum in fronte oculum habebat, & in naso vnicum tantùm foramen. Inferiora cingulotenus non apparebant, quòd operta essent. Inuehebatur quatuor rotarum curru, cui duo leones in anteriore, duo vrsi in posteriore parte iuncti erant. Qua materia currus constaret, discerni liquidò non poterat: forma à vulgaribus, quibus homines vtuntur, nihil differebat. Illius in medio ahenum erat, cupæ instar cum ansis aut anulis, in quo cùm staret monstrum, cingulotenus superiora tantùm comparebant.

478 *Transiit autem per mediam vrbem satis lentè ab vna porta ad alteram, ignis scintillas spargens, tanto cum terrore, vt multæ abortum facerent prægnantes, aliæq; animi tenerioris matronæ exanimes concíderent. Simul verò omnis & ætatis & ordinis homines ad Iouis, Martis & Februi ædes confugiebant, cœlumq; clamoribus fatigabant.*

Cùm autem piratæ interim vniuersi in palatio Præsidis Solini, patria Capuani, congregati conuiuarentur, suasq; singuli opes ibi deposuissent; vrbe tota, vel certè maxima ex parte peragrata, monstrum cum curru, leonibus & vrsis ad palatij, in quo piratæ agebant, portam, quæ clausa erat, proximè accessit, & amputata alterius ex leonibus aure, sanguine inde manante has scripsit literas: R. A. S. P. I. P. quæ plurimum exhibuerunt viris ingeniosis in exponendo negotij; cùm plures essent interpretationes, quàm literæ. Ad extremum Pythonissa quædam, magni in magia nominis, veram illarum sententiam declarauit, hoc modo; Reddite Aliena, Si vultis Propria in pace Possidere: *quod mandatum tam horrendum non minori piratis horrori, quàm fœminæ interpretatio ingeniosa honori fuit.*

His peractis, mox in rupem præaltam, quam Iamiciam tum vocabant, illo vespere se contulit, vbi triduum in conspectu vrbis mansit: quo tempore rugitum leones horrendum ædebant, & flammæ ex vrsis ipsoq; monstro exibant formi-

Res raptæ contentionum iniuriarumque aliarum materia fiunt. Appian. Punic.

Heu vani monitus, frustraque morantia Parcas prodigia! Sil. 5.

Φιλέει ως το σημαινόμενον εὖτε αὖ μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλει ἢ ἔθνεϊ ἔσεσθαι. Herodot. li. 6.

Ὅσῳ εἰσὶν ἐν ταῖς πολιτείαις οἱ δήμιοι, χεῖρες τῶν νόμων, τῷ αὐτῷ οἱ ποιναὶ χρείαν τῇ φύσει τοῦ κόσμου παρέχονται. Synes. epist. 44.

Al rigoroso hado incontra stable, no ay defensa, ni plaza inexpugnable. Arauc. 167.

Maiora veris monstra vix capiunt fidem. Sen. Troad.

Πύελ λάμπεται ἅπαν τὸ πρόσωπον, & σπέλος χαλκοῦ ἔχει τὴν βολίπινον χάτερον. Aristoph. Ran.

Nulla prouidentia fatum imminens moueri potest. Liu. li. 25.

Ab hominibus nequam ad prauum inceptum, neque officijs, neque præmiis potest redimi Deus. Euseb. li. 9. hist. Eccl. 9.

Territat antè monens semper Deus. Val. Flac. Argonaut. 5.

Metum raritas auget; Leuiùs accidunt familiaria: Ex insolito formido est maior. Sen. natur. q. 63.

Aduersus pertinacem audaciam opus est grauiore Censura, vt afflictionibus agminatim ingruentibus castigentur stolidi, qui dedignantur erudiri bonis rationibus. Philo. vit. Mos. 1.

Serum est cauendi tempus in mediis malis, Sen. Thyest. 3.

Sunt mobiles ad superstitionem perculsæ semel mentes. Tac. ann. 1.

Tanta adeò cùm res trepidæ, réuerentia diuûm nascitur. Sil. li. 7.

Aduersæ res admonent religionum. Liu. lib. 5.

Οὐ, ἢ οἶει ἡμῦς τε καὶ θεοὺς, ἀμήχανον ὑποπτεύειν ἀνθρώπῳ, ἐθέλειν δὲ πίστα λέγειν ἑτέρῳ πειθομένους ὁρᾶις, Herodot. lib. 9.

In pace de bello, in bello de pace cogites. Philo. de charitat.

Nihil aliud quæritur, nisi vt semel depositæ vestis inter prædones stranguletur. Arbit.

τὰ μὴ καλῶς μηδὲ δικαίως συναγόμενα χρήματα, & τὰ ὀλετρόμμα συμφέρουσί τε καὶ ἀφανίζουσι. Nic. Isa. Ang. 3.

Optimæ diuitiæ cum nullius partæ iniuria, & profuturæ omnibus. Dio. li. 50.

Nemo habet iniustum lucrum sine iusto damno. Aug. serm. 215. de tem.

Quæ fato manent, quamuis significata nõ vitantur. Tac. histor. 1.

Paruulum differt, patiaris aduersa, an expectes. Plin. 8. ep. 17.

Δεινὸν ἂν εἴη, εἰ τοῖς θεοῖς τὰ σημεῖα τοῖς δυσεβέσι καὶ τοῖς κακούργοις φάνεντα. Lycurg. contr. Leocrat.

dabiles, toto illo tempore nec aui in aëre, nec vlla in agris bestia comparente, hominibusq; sacrificia dijs suis amplissima offerentibus; adeo quidem, vt pedum manuumq; venis ruptis, sanguinem dijs, si placari vlla ratione possent, offerrent. Elapso triduo, cùm subitò nubes subobscura supra terram apparuisset; confestim fulgura visa ac tonitrua exaudita sunt, tantusq; subsecutus in vrbe terræmotus, vt tum domus multæ corruerent, tum ciues non pauci extinguerentur; & quod grauius, flamma è rupe, in qua monstrum erat, immissa, palatium cum vniuersis piratis opibusq; ibi asseruatis cremauit, ita vt absumptis ijs, quæ intus erant, solida conflagrarent saxa. Fuitq; tanta ea clades, vt ad bis mille ædes euersæ corruerint; ad X. millia hominum perierint. In ipso verò rupis, quam monstrum tenuerat, culmine templum Ioui, ad rei gestæ memoriam, iussit Imperator extrui; quod templum deinde Alexander Imperator, bellum cum Siculis gerens, in castellum munitissimum mutauit.

CAPVT VIII.

Quid Antigono ciui Romano Imperatoris huius optimi tempore acciderit. 479

DVM in insula hæc fierent, Romanus quidam, Antigonus nomine vir sanguine patricio nobilis, & ætate aliquanto prouectior, domicilium sedemq; in vrbe illa habebat; biennio circiter ante cum vxore filiaq; ex vrbe relegatus, cùm filij non essent in exilium missi, quod ita euenit.

Mos & laudabilis & antiquissimus, inde à Quintij Cincinnati Dictatoris æuo inualuerat, vt duo mense Decembri Senatores natu maximi, vnà cum Censore designato, & qui censura iam functus erat, vrbem totam hunc in modum visitarent. Singulis Romanis seorsim accersitis XII. tabularum leges & peculiaria Senatus statuta proponebant, & si quem è tribulibus illa violasse scirent, interrogabant, & ad Senatum rem omnem deferebant, qui (de communi omnium sententia) pœnas pro criminum diuersitate statuebat.

Nec verò criminum præsenti anno admissorum pœnam quisquam persoluebat; sed vt in posterum ad frugem se meliorem reciperet, monebatur. Quòd si sequens visitatio vanam fuisse commonefactionem ostenderet; ita deprehensus vel grauissima pœna, vel interdum exilio afficiebatur. Verba legis tabula quinta, paragrapho tertio hæc erant: Senatus decreuit, Populus iussit, approbant coloniæ antiquæ: Si homines, tanquam homines anno aliquo peccarint; homines tanquam

Multo (pleraque) in rebus acerbis acriùs aduertunt animos ad religionem. Lucret. lib.3.

Nunquam homines Dei meminerunt, nisi dum in malis sunt. Lact.2.1.

In vota miseros vltimus cogit timor. Sen. Agamemn. 3.

Tunc præcipuus votorum locus est, cùm spei nullus est. Plin.8.c.17.

Fortuna quos miseros fecit, & superstitiosos facit. Sen 8.cont.1.

Incendium Ætnæ Siciliæ vernaculum genus monstri, non portendere malum assolet, sed inferre. Oros. 5.5.

Non habet euentus sordida pręda bonos. Ouid.amor.1.10.

Sæpe diespiter neglectus incesto addidit integrum. Horat.3.od.2.

Assiduitas furentis incendij aquâ potiùs luminum, quàm fluminum restingui, & minax terræ motuum conflictatio fidei stabilitate firmari potest. Sidon.7.1.

†*† *in Hispanico. cap.* 59.

Abest à Gallicis versionibus.

Quanto plures cum Principe viri eximij erunt, tanto faciliùs omnia, quæ facienda erunt, perficiet. Dio.li 52.

Similibus à peccatis, quę prohiberi publicitus prodest, cæteri metu cognitæ pœnæ deterrentur. Gell 6.14.

Quien vno castiga, ciento hostiga. Adag.

Timoris causam, non vitæ pœnam in censoria potestate Romani esse voluerunt. Cicer. pro Cluentio.

Solent, manum iniectantibus fatis, hebetari sensus hominũ & obtundi. Ammia.14.

Censores priuatim in cuiusq; vitam, inquirendi, meritosq; infamia notandi ius habebant. Dio. li.40

Vide Fenestellam li.1. c.17.

Non pudeat iudicem nescire, quod nescit; alioqui fiet seipso deterior Philo.de creat. Princ.

Non decet dubio rumore trahi, à quo debent non mutanda constitui Cass.2.9.

Ipsis iudex præsumtionibus frequentissimè stabit, donec probetur contrarium. Saresb.5.14.

Censores mores populi regunto. Cic 3. de legib

Αἱ δύο ἀμπλακίαι φερέποινοι τελέθοντι. *Pindar. Pyth.od.*1102.

Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν εἰς κρούειν λίθον. *Zenodot. Prou.*

Non habet veniæ locum, qui delinquit admonitus. Cassiod.4.21.

Iustæ dilatio pœnæ plus facit esse reos. Victor. poet. Christ.330,

tanquam homines anno isto dissimulanto. Sin mali tanquam mali non fuerint emendati; boni tanquam boni grauiter illos puniunto. Et porro lex dicebat: Prima delicta, ignorantiæ scilicet vitio commissa, tolerantor; continuata verò, vtpote per desidiam aut malitiam admissa, puniuntor. Hæc autem mense Decembri peragebatur inquisitio, quòd mox Iani mense, qui Ianuarius est, magistratus Romæ noui creandi erant, ideoq; par erat, vt cui dandi vel negandi honores essent, constaret, ne mali pro bonis, aut boni pro malis eligerentur.

*Cæterùm exilij mariti & vxoris causa peculiaris hæc fuit. Augustus, secundus Rom. Imperator, templorum fores vrina contaminari prohibuit. Caligula quartus Imperator vetuit, * ne qua mulier chartas de collo ad abigendam quartanam suspendendas daret. Cato denique Censorinus legem tulit, ne quis adolescens cum puella, aut cum adolescente puella vel colloqui vel commorari vnà ad fontes, vbi aqua hauriebatur, aut ad flumina, vbi lintea lauabantur, aut apud furnos, vbi panis coquebatur, auderet. Illuc enim tanquam ad cadauer miluij, iuuentus Romana omnis con-*
480 *uolabat.*

Cùm ergo Censores ac Consules regionem montis Cœlij visitarent; accusatus fuit Antigonus, quòd ædis Martis parietes lotio respersisset; vxor, quòd contra quartanam amuleta daret & venderet; filia denique, quòd apud fontes flumina & furnos confabulari & ridere cum adolescentibus Romanis visa esset, quod virginibus Romanis probrosum erat. Cùm autem Censores, inspectis tabulis, hanc disciplinæ in domo Antigoni dissolutionem inuenissent, eosq; super illis rebus iam admonitos animaduerterent; in Siciliam illos, decernente Senatu, relegarunt.

*Vt autem in ædificijs superbis, vbi semel labare cœperunt, nunquam saxum mouetur, quin proximum etiam moueat: Ita VARII sunt hominum euentus, & nunquam calamitas venit, quin altera in mundo sit. Hæc eò dico, quoniam Antigonus cum dignitatem & fortunas in patria perdidisset; fortuna acrius ipsum persequente, in exilio terræmotus à portento excitatus & domum illius euertit, & filiam interemit carissimam. Porro toto illo tempore, quo & Romæ ista acciderunt, & monstrum in Sicilia conspectum fuit, bellum Marcus Imperator cum * Argonautis gessit. Cùm igitur de exilio Antigoni per literas certior factus esset Imperator optimus; commiseratione singulari motus, sequenti ipsum consolatus est epistola.*

Tunc Deo placet nostra conuersatio, quãdo bonum, quod inchoamus, perseueranti fine complemus. Isidor. disc. de temp. 203.

Secunda ex secundo peccato verbera fugiamus. Nazi. orat. 48.

Semel peccasse sufficiat; debemus nos erigere post ruinam. Hier.

Pœnam culpa secunda ferat. Ouid. amor. 19.

Plura videt, qui coràm de rerum conditionibus iudicat. Symmach. 2. 19.

Impunè peccat, cùm quis peccat rariùs. Mim.

Obstare primum est velle; nec labi via: pudor est secundus nosse peccandi modum. Sen. Hipp. 1.

Acerbitas plerunq; vlciscendi maleficij benè atq; cautè viuendi disciplina est. Gell. 20. 1.

* Vide fol. 349.

Quæ supplicio nondum digna sunt, ea neglecta multis & magnis malis occasionem dederunt. Dion. li. 52.

Caligula sorore defuncta iustitium indixit, in quo risisse, cœnasse cum parentibus aut coniuge liberisve capitale fuit. Suet. 24.

Omnes gestiet à furno redeuntes scire lucuq;. Horat. 1. Sat. 4.

Laude dignissimi, qui nascentibus malis occurrunt. Ælian. li. 14.

Ἐλάττους τὰς ζημίας τῶν νομοθετῶν τινες ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις, ἢ τοῖς κατὰ προαίρεσιν τάττουσιν. *Arist. 1. magn. mor. 19.*

Peccata augendo, eorum, quæ condonata iam nobis fuerant, pœnam nobis excitamus. Dio li. 41.

Remissio peccati non dat licentiam peccandi. Leo. ep. 87. c. 1.

Ὅταν τῆς ἀγνοίας αὐτὸς ᾖ αἴτιος, καὶ πράττῃ τὶ κατὰ τὴν ἄγνοιαν, ἧς αὐτὸς αἴτιός ἐστιν, οὗτος ἀδικεῖ. *Aristot. 1. magn. moral. 34.*

Quando vn gran edificio se ladea, no esta may lexos deuenir al suelo. Araucan. 157.

Finis alterius mali gradus est futuri. Sen. Herc. fur. 12.

Vrget inceptus miseros extrema perditio. Oros. 1. 14.

Semel premere felices Deus cùm cœpit, vrget. Sen. Her. œt. 3.

Pertinax fortuna, miseros vrgere non desinit. Curt. li. 5.

Non spectanda fortuna dum præstetur fides. Cic. diuin. 2.

Is locus officio, cùm cessant prospera: læta fouere haud quaquam magni est animi decus. Sil. lib. 11.

* Marcomannis.

Μὴ φεῦγ' ἑταῖρον ἐν κακοῖσι κείμενον. *Prouerb.*

Aduersis probitas exercita rebus Tristi materiam tempore laudis habet. Ouid. 5. trist. 6.

CAPVT IX.

M. AVRELII Imper. epistola ad Antigonum amicum, qua respondēs literis ipsius è Sicilia missis, iudices Romanos nimis asperos ostendit. Diuiditur ab autore in quinque capita; Estq; memorabilis aduersus iudices crudeles epistola.

Non irasci, vbi irascendum est, nolle emendare peccatum est: Plus verò irasci, quàm irascendum sit, peccatum peccato addere est. Beinhardus.

Iudicem oportet esse religiosissimum, & qui omne iniquum morte ipsa magis oderit. Saresb. 5. 11.

* Plin. præfat. histor. natural.

Ille verè suis incrementis maior, quem sublimitas parti honoris inclinat. Symm. 7. ep. 86.

Familiare est mœrentibus animi curas migratione discutere. Idem.

Minuitur labor interuallis breuibus mansionum Idem 7. 32.

* *omnem prorsus appetitum tollit. Castell.*

Nullius solamen altiùs in mœstum animum descendit, quàm similia patientis. Petrar. Senil. 10. ep. 4.

Miseria animos coniungit; felicitas inuidiam parit. Heliodor. li. 8.

* *proficere.*

Scribendi breuitas magis fastidio, quàm officio proxima est. Symm. 1. 39.

Eius libentius vtimur consilio, cuius auxilium nobis paratum putamus. Cic.

Nullam iucunditatem tristis morbi sensus admittit. Sym. 8. 18.

Qui fieri potest, vt os vnum contrarijs affectionibus induatur. Idem 1. ep. 95.

Quis benè medelam æger impertiat? Sido. 5. ep. 1.

Οὔτι ἀμήσατ' ἂν οἰκοθεν γ' ὀτωμβρῶ πέρπν ἂν ἄλλως, Eurip. Supplic.

Non fas est læta officia obire lugentes. Symm. 3, 20.

Etiam non assecutis, voluisse abunde pulcrum atq; magnificum est. Plin. præfat. hist. natur.

* *Sufficit enim ægrotos medicis satisfacere, etiamsi amicorum desideria non expleant. I. & G.*

Πᾶς λόγος ἐστὶ μύθου ὁ μὴ πεπλασμένος ἔργῳ. ὃ πᾶσι προσῆκε τὸ λόγον ἔχειν ἔχει. Anthol. Epigram. lib. 1.

Magis consiliarius amicus est, quàm auxiliarius. Plaut. Trucul. ad fores.

Is est amicus, qui in re dubia re iuuat, vbi re est opus. Idem. Epidico, Rem tibi.

*MARCVS AVRELIVS in Imperio collega, ac * Tribuniciæ potestatis particeps, nunc ægrotans, sibi sanitatem, Antigono exuli leuationem & solatium à dijs (benignis &) consolatoribus precatur.*

*Ego vt molestos vrbis æstus fugerem, & libros quosdam è Palæstina ad me allatos legerem, Capuam me contuli: & quoniam nihil in itinere ad festinationem reliqui feci; febricula correptus sum, quæ molestior, quàm periculosior cum horrore accedit, & * nunquam ex toto desinit. Ad XIII. Cal. Februarij alteram abs te accepi epistolam; cumq; eadem hora & epistola tua & febris accessisset; præ molestia* 481
*ex febri percepta statim legere epistolam tuam non potui. Ac sanè ambo parum * felices videmur, tu breuitate, ego prolixitate; quoniam neque verbositas mea dolorem tibi (ac mœrorem, quo afficeris;) neque breuiloquentia tua febrim mihi adimit.*

*Iam verò cùm dolor ex calamitate tua perceptus nonnihil tepescat, tibiq; opitulandi cupiditas inardescat; aliquid in medium afferre consilij solatijq; cuperem. Verùm enimuerò solatium, quo indiges, ego dare non possum; quod autem dare possum, eo non indiges. Itaque non repetam epistolæ superioris argumentum; sed quàm commodissimè potero, tibi respondere conabor, neque tui consolandi laborem suscipiam; adeo scilicet morbo afflictus, vt neque ad te scribere libeat, neque ex oblectamentis vlla ad me voluptas redeat. Quare si fortè lepore, concinnitate, suauitate hæc epistola superioribus, quas ad te solebam mittere, minus respondeat; non voluntatem tibi seruiendi cupidam; sed morbum, qui illam excludit, accusabis. * ÆGROTI enim tantùm abest, vt amicis inseruire possint, vt vix medicis satisfaciant.*

Si ad te consolandum nihil, nisi literæ crebræ, & pollicitationes verbosæ, opus esset; cum ipsa profectò febri mea, tibi vt gratificarer, certarem. Verum quid vel tibi prodest, vel me iuuat, parum cùm possim, multa polliceri? In hanc sententiam memini me legem Rhodiorum antiquam legere, his verbis scriptam: Vniuersos captiuos & peregrinos,

& sola-

& solatio destitutos, visitari & consolatione iuuari rogamus & hortamur. Simul verò sancimus & iubemus, NE QVIS cuius consilium dare audeat, nisi cum consilio simul etiam det remedium. *VERBA* enim, nisi cum remedio coniuncta salutari, parum habent ad consolandum animum afflictum ponderis. Præclara mediusfidius Rhodiorum lex; at longè præstantior erit, qui seruarit illam Romanus. Me tui videndi desiderio ardere persuasum habeto, vt te quoque mecum loquendi, deq; miseriis tuis conquerendi cupidum esse scio, nec sanè immeritò. *MAGIS* enim recreatur animus (æger &) afflictus ærumnas exponens proprias, quàm consolationes audiens alienas.

Cùm autem multa literis tuis, quorum nihil ferè prius ad me delatum est, complectaris; Potissimum tamen illud est, quòd certiorem me facis, officiarios & iustitiarios in regno isto nimis rigidè agere, ideoque Siculos malè erga Senatum
482 *animatos esse. Equidem CVM in hunc diem nullum ex te mendacium audierim; tantò facilius, quæcunq; literis indicas, credo: quamuis ipsa quoque incolarum insulæ istius ferociâ iudices exasperari arbitror, cùm ita comparatum natura sit, vt VBI contumaciores subditi sunt, ibi rigidiores sint iustitiæ præfecti: quod vt maximè in cæteris regnis haud fieret; in ista tamen insula fieri credibile est, de qua veteri dicitur prouerbio: INSVLARES omnes mali; Siculi omnium pessimi. ADEO nunc in sceleribus corroborati improbi, adeo in virtutibus pusillanimes sunt probi; vt NISI paulò seuerior adhibeatur disciplina, futurum sit, vt summa imis improbi misceant, & proborum citò ne nomen quidem audiatur.*

Sed his omissis ad rem vt veniam, cùm quibus vallati malis, quantis obnoxij simus miserijs, considero; HOMINES quidem more humano errare nullus miror: *At iudicum nostrorum in animaduertendo sæuitiam minimè probo, quæ tanta est, vt tyranni potius, per vim necem afferentes, quàm Censores iustitiam exercẽtes vocandi iure videantur. Vnum est, quod ita me reddit attonitum, vt vix mentis compos sim, quòd DII licet iustitiæ domini proprietarij, & pars offensa, misericordes tamen vocari gaudent: nos verò, qui iustitiam vsuariam (siue beneficiariam) habemus, neq; offensi sumus, crudelitate gloriamur. QVIS adeo vesanus, vt alium lædere audeat, cùm deos proprias ignoscendo iniurias clementium nomen obtinere; nos verò iniurias vlciscendo alienas, tyrannorum cognomen auferre videamus? PESSIME cum hominibus ageretur, & ridiculi forent Dij, si criminum nostrorum fœditatem animaduersionis seueritate æquarent.† Si enim æquam nobis mensuram redderent; ad vltam nobis eripiendam vnici delicti culpa sufficeret.*

Eum qui consilium affert, opem quoq; in eam rem afferre æquum est. Liu. li. 5.

Non satis est dicere, sanandum esse vulnus; nisi ostendatur quomodo. Pachymer. li. 4.

Consilio iuuare ciues & auxilio in æqua laude ponendum est. Cic. Top.

Leuatur ægritudine animus, quoties in officia amica dirigitur. Symm. 2 52.

Sincerè condolescere, calamitatem magnopere leuat. Nazi orat. 27.

Est quædam flere voluptas; Expletur lacrymis egeriturq; dolor. Ouid. 4. Trist 3.

Omnis aduersa fortuna habet in querelis leuamentum. Sen. 4. cont. 1.

Ἡ κοινωνία τῶν ἁμαρτημάτων φέρει ἴνα καὶ παραμυθίαν. *Scholiast. Sophocl. Aiac.*

Crudeles, quien perdona à todos todo, como el que no perdona en ningun modo. Araucan 320.

Metu coercendi, quos beneficia non mutant. Tacit. annal. 13.

Metus ita cautus esse debet, vt tamẽ non contemnatur cuiusquam incolumitas. Philo. de special. leg.

Πολλοὶ δι' ὀργὴν τῶν δεσποτῶν ταχὺ τετελευτήκασιν ὑπὸ τῶν ἑαυτῶν γνώμῃ ἀρχόντων ὠμοτέρων. *Isocra. Nicocl.*

Facilius est iniuriam donare, quàm crimen. Sen. controu. 3.

Obrueretur innocentia, si relaxaretur audacia. Cassiod. 4. 35.

In reip. corpore vt totũ saluum sit, quicquid est pestiferum, amputetur. Cicer. Philip. 8.

Qui nimium securitati consulit, cogitur sæpè innoxijs non parcere. Philo. de special. legib.

Peruersa ingenia nunquam satiantur maleficijs. Phil. de spec. leg.

Tyranni ex voluptate sæuiunt; Reges non nisi ex causa ac necessitate. Sen. 1. clement. 1.

Nihil laudabilius placabilitate atq; clementia. Cic. off. 1.

Cùm crebris, imò continuis exacerbetur offensis Deus; indignationem suam temperat, & præstitutum semel retributionis diem patienter expectat. Cypr. Serm. 3.

Sola misericordia ad Deum deducit hominem; sola Deum deducit ad hominem. Aug. ad fr. in erem. serm. 6.

In quo est omnipotens misericordia, & omnipotentia misericors est. Fulgent. ep 7.

Eos etiam, qui non indigent clementia vllius, nihil magis quàm lenitas decet. Plin. 8. ep. 22.

Diuinæ benignitati magis conuenit innocentes liberare. Tertul. de resurr.

Non frustra sperat parcendum peccatis suis, qui ignoscit alienis. Augustin. Sententi. Prosp. 38.

† *Gallus non nihil variat.*

In cunctis causas & tempora rerum aspiciar, qui vera cupit decernere iudex. Gunth. 7. 136.

In cunctis causas & tempora.

Cùm homines simus, homines ne contemnamus. Nazi. orat. 30.

Quod serimus, metimus; quod damus, accipimus. Prosp. sent. 38.

Οὔτε ἐξ ἱεροῦ βωμῶν, ὅτε ὑπὲρ ἀνθρωπίνης φύσεως ἀφαιρεῖσον τὸ ἔλεον. *Phoci. Stob.* 275.

Animalia naturalib. munimentis ab incursu Deus & periculo tutiora generauit: Homini nudo fragiliq; dedit hunc pietatis adfectum, vt homo homini præstet auxilium. Lact. 6. 10.

Homo in adiutorium mutuum generatus est; ira in exitium. Sen. 1. ira. 5. Eras. Chil. 4. cent. 1. pro 1.

Animantes Deus & instructas ad inferendam, & munitas ad vim repellendam figurauit: homini adfectum misericordiæ dedit, vt omne præsidium vitæ in mutuis auxilijs poneremus. Lact. epito. 5.

Difieren en muy poco, el hombre ayrado, y el furioso loco. Araucan. 275.

Nihil pulcrius in fastigio collocatis, quàm multarum rerum veniam dare, nullius pere. Sen. Mar. 4.

Propè est, vt libenter damnet, qui citò damnat; propè, vt iniquè puniat, qui nimis. Sen. 1. clemen. 14.

Χαλεπωτάτη ἀδικία ἔχουσα ὅπλα. *Aristot. 1. Polit. 2.*

Ferina ista rabies est, sanguine gaudere ac vulneribus, & abiecto homine in silucstre animal transire. Sen. 1 clemen. 14.

Etiam in maioribus imperijs difficulter custoditur, ne aut crudelius aut remissius agatur cum subiectis. Columel. 11. 1.

Ἀνθρώποισι οἱ λίθω ἰσχυρῷ πιμαχίῃ ἐς θεὸν ἐπίφθονοι γίνονται. *Herodot. lib. 4. extrem.*

Beneficiis humana vita constat & concordiâ, nec terrore, sed mutuo amore in fœdus auxiliumq́ue commune constringitur. Sen. 1. ir. 5.

Σκληρὸν ἐπουρεῖν ὁ φιλῶ ψυχῇ ἐγώ, *Sophoc. Aiac.*

Oculi rubentes sicci, animosi & in iram veloces. Gratarol. Physiognom. c 9.

Iudex de controuersiis sententias neque ad gratiam ferto neq; inter se contrarias. Isocr. ad Nicoc.

Iudex) habeat eminenti scientiæ conscientiam superiorem. Sidon. 1. ep. 9.

Libram teneas æquissimi iudicis, nec in alteram partem propensus incumbas. Minut. pag. 354.

Ἄξιον εἶναι πρῶτὴν στεμνὸς τὸ μὴ ἧδ τυραννίδι πρέπει, τὸ ἢ ὡς ὠμὸς ὢν σωφρόνως ἡρμόττει. *Isocr. ad Nicoc.*

HOROLOGII PRINCIPVM,

NON homo inter homines; sed bellua inter feras iure dicendus est, qui carne se constare infirma oblitus, immisericorditer carnem torquet alienam. Nam SI à calce ad verticem homo se contempletur; nullum inueniet crudelitatis incentiuum; & multa contra in se videbit exercendæ instrumenta pietatis. HABET enim oculos, quibus (miseros &) calamitosos intueatur; habet pedes, quibus (conciones auditurus) ædes adeat sacras; habet manus, quibus omnes iuuet; habet linguam, qua orphanis patrocinetur; habet animum, quo deos diligat; denique intelligentiam habet, ad cognoscendum malum, & prudentiam, ad amplectendum bonum. Cùm autem plurimum dijs homines debeant, à quibus tot 485
acceperunt instrumenta pietatis; non minus ijsdem debent, quòd causas ipsis crudelitatis ademerunt. NON enim cornua illis, vt tauro; non caudam, vt natrici, non vngues, vt feli; non virus, vt serpenti, in summa nec vngulas illis dederunt, vt equis, ad inferendum ictum validas, nec dentes, vt leonibus ad mordendum immanes.

Cùm igitur misericordes dij sint, nosq́; misericordes tum condiderint, tum esse iusserint; cur crudeles volunt esse iudices nostri? Quàm multi hodie sunt in Imperio Romano iudices indomiti, crudeles & asperi, qui iustitiæ zelum prætexentes rempublicam pessundant! NON enim iustitiæ amore; sed famæ comparandæ cupiditate, malitia se vinci passi, propriam exuerunt naturam.

Equidem Censorem aut iudicem Romanum domui inuidere meæ, malè amicis meis velle, inimicis fauere, filios meos contemnere, ad filias oculos adÿcere, opes concupiscere, ipsi mihi obtrectare non miror: Sed adeo plerosque iudices dilaniandæ carnis humanæ auidos esse indignor, ac si ipsi quidem vrsi, carnes verò humanæ aluearia forent.

CAPVT X.

Continuans epistolam contra iudices crudeles M. Aurelius duo commemorat exempla, alterum iudicis Romani crudelissimi, alterum Regis Cyprii clementis.

IN adolescentia, ita sim felix! Censorem siue iudicem Romæ noui, Antigone, nomine Lycaonicum, virum statura grandi, nec torose nimis nec gracili corpore, oculis sanguine non nihil (& rubore) suffusis, gente patricium, barba rariore, capite incano. Fuerat is Romæ multis annis Censor, quippe qui legum Romanarum peritissimus, consuetudi-

tudinum & iuris dicendi experientißimus, in loquendo natura parcus, & in reſpondendo expeditißimus eſſet. Idem omnes, quos Romæ habuit coætaneos, hac in parte ſuperauit, quòd & iuſtitiam æquabiliter omnibus adminiſtrabat, & litigatorum cauſas (breuißimè ac) celerrimè expediebat. NVNQVAM enim vel precibus mitigari, vel donis corrumpi, vel verbis decipi, vel minis flecti, vel promißis expugnari potuit. Simul autem ingenio erat auſtero, in verbis aſper, ad preces rigidus, in ſupplicijs crudelis, in negotijs ſuſpicax, & ante omnia multis inuiſus, omnibus formidabilis.

484 *Quanto fuerit odio Lycaonicus, vix dici; quanto omnibus timori, vix cogitari poteſt. Quoties enim iniuriam aliquis Romæ acceperat, hæc prima illius vox erat: Viuat plurimos annos Lycaonicus! Simul atq; infantibus flentibus dicebant matres; Caue, Lycaonicus adeſt! mox conſileſcebant: Ita ſolum Lycaonici nomen viris terrorem, infantibus ſilentium afferebat. Scito præterea Antigone, quoties in ciuitate aliqua tumultus oriebatur, aut in prouincia aliqua turbæ gliſcebant; & omnium conſenſu deſignatum, qui illuc mitteretur, & à Senatu legatum fuiſſe Lycaonicum.*

Ac ſanè quando in eiuſmodi vrbem vel prouinciam veniebat; iam & ſeditioſi aufugerant, & multi etiam innoxij diſceſſerant. Ita enim pertinax, & ad fingendas cauſas furoris ſolers erat Lycaonicus, vt alios tanquam autores, alios tanquam conſcios, alios tanquam fautores, alios tanquam occultatores puniens, neminem ſine corporis vexatione, vel fortunarum iacturæ abire pateretur.

Paucos fortaſſe Antigone fuiſſe cenſes, quos iudex iſte flagellauit, dilaniauit, ſubmerſit, decollauit, cruci affixit, catamidiauit, relegauit, cippo incluſit, quo tempore in comitatu erat Principum Romanorum? Imo verò, ita me dij ament! ita me diuus ſoſpitet Genius! non aliter patibula hominum pedibus, manibus, capitibus, quàm macellum carnarium boum, vitulorum, (agnorum, hædorumq;) carnibus referta erant. In ſumma adeo fundendo iam ſanguine humano delectabatur Lycaonicus, vt nunquam affabilior, nunquam hilarior eſſet, quàm vbi Tyberi quis mergendus, aut in monte Cœlio in crucem agendus, aut via Salaria ſecuri percutiendus, aut (fidiculis) in cuſtodia Mamertina torquendus erat.

O crudelis, immanis, inaudita ſæuitiæ iudicem! quem ſerpentum potius venenatorum viſcerib. quàm in Romanarum delicatarum complexu enutritum credibile erat. Non illum dulci, vt idem denuò repetam, mulierum lacte nutritum; ſed ſanguinem tigridum teterrimum ſuxiſſe veriſimile eſt. Quòd ſi tam crudelis erat Lycaonicus, quia ſic ingenium ferebat; quis non illud deteſtetur? Sin iuſtitiæ Zelo talis erat; quis

Si meruerit perſona gratiam, conſequetur cauſa victoriam. Sidon. 5.1.

Οὐ δεῖ χειλιάζειν τὸ βοᾶν πρὸν ἂν μάθῃς. *Ariſtoph. Pluto.*

Semper iudicio fauor officit. Sen. tranquil. 1.

Iudices Catoniani modò inuidiam, modò ignorantiam ſuam fictę ſeueritatis velamine tegunt. Sidon. 9.14.

Magnis delictis inexorabilem ſcias, cui tantum aſperitatis etiam aduerſus leuia. Tacit. annal. 11.

Quidam quamuis operum probatiſſimi artifices, imperitandi parum prudentes, aut ſæuiùs, aut etiam leniùs agendo, rem dominorum corrumpunt. Columel. 11.1.

Ἐλλείπειν εὐσεβοῦς, καὶ μὴ πλεονάζειν. *Iſocr. ad Nicocl.*

Vicia non decipiunt, niſi ſub ſpecie vmbraq; virtutum. Ambroſ. de Virginib

Plus iuſtum eſſe, quàm iuſtum eſt, inhumana iuſtitia eſt. Hieron. Eccleſ.

In omnibus rebus magis offendit nimium, quàm parum. Cic.

Qui nimium ſecuritati conſulit, cogitur ſæpe innoxiis non parcere. Phil. de ſpecial. legib.

No es buena la cura y eſperiencia, ſies mas rezia que la dolencia. Araucan. 320.2.

Sen. 1. de ira. 16.

Leniter qui ſæuiunt, ſapiunt magis. Plaut. Bacchid. Nunc experiar.

Summum ius, ſumma iniuria. Cic. off. 1.

Iudex) ſemper foueat bonos, parcat etiam minùs probis & ita temperet, vt magis eius vereantur ſeueritatē, quamvt ſæuitiam deteſtentur. Columel. 11.1.

Non minùs Principi turpia ſunt multa ſupplicia, quàm medico multa funera. Sen. 1. clem. 24.

Plerunque etiam vicia noſtra diligimus. Symm. 1. 72.

Teßimos plerunq; dignitatibus fungi, dubium non eſt. Boet. 2. 6.

Acerbis iudicijs ciuitas vaſtatur magis, quàm corrigitur. Sall. de rep. ordin.

Crudeles puniendi cauſam habent, modū non habent. Sen. 2. clem. 4.

Maluit crudelis in animaduertendo, quàm in prætermittendo diſſolutus videri. Cic. Verri. 5.

Sicut iuſtitia exigit ſeruitium; ſic & iuſtum exigit dominium. Suger de vit. Ludo. fol. 129.

Iudex) malit cauere, ne peccet (ſubditus) quàm cùm peccauerit, ſerò punire. Columel. 11.1.

Mediocria delicta non extremis ſunt plectenda ſupplicijs. Polyb. li. 3.

Seueritas aſſiduitate amittit autoritatem. Sen. 2. clem. 22.

non

Qui prodesse possunt & obesse, debent id velle, quod est melius. Phil. de creat. Princ.

Non est vindicandum nobis, quicquid licet. Nam summum ius antiqui summam putabant Crucem. Columel. l. 7.

Cunctator esse debet, qui iudicat de salute 7. l. Cassiod.

Est viri magnanimi, rebus agitatis punire sontes, multitudinem conseruare. Cicer. offic. 1.

Qui sedet crimina vindicaturus, admittit, & vt reus innocens pereat; fit nocens iudex. Cypr. 2. ep. 2.

Vltima supplicia Princeps sceleribus vltimis ponat, vt nemo pereat, nisi quem perire etiam pereuntis interfit. Sen. l. ira. 5.

† *vrbibus.*

Legum sanitas ab ipsis plerunq; corrumpitur, quibus curanda mandatur. Symm. 9. 106.

Innocentia nec illic, vbi defenditur, reseruatur. Cyprian. 2. ep. 2.

Sola est misericordia, cui omnes virtutes honorabiliter non recusant cedere. Cassio. 2. 9.

Principium vt in omnibus rebus maximi est momenti; ita præsertim in condenda vrbe. Plut. de fort. Rom.

Romulus sceleratorum manum promissa impunitate collegit. Oros. 2 4.

Euentu excusantur illicita. Macrob. 3. Satur. 11.

Liu. lib. 1. Dio. lib. 47.

Vt Romanorum potentiam augeret, & vicinorum vires imminueret. Dion. lib. 2.

Id firmissimum longe imperium est, quo obedientes gaudent Liu. li. 8.

Nullum clementia magis, quàm Regem aut Principem decet, Sen. clem. 1. 3.

Nulli gentium mitiores placuêre pœnæ, quàm Romanis. Liu. li. 1.

† *exordium.*

Romani plus penè parcendo victis, quàm vincendo imperium auxerunt. Idem. li. 30.

Tutius est chordas remitti intensiùs, quã protendi. Saresb. 4. 8.

Grauiùs offendunt, quos molliùs consulturos spes erat. Aurel. Vict. in Galba.

Clementia & ornamentum imperiorum est, & certissima salus. Sen. 1. clem. 11.

Romanum semper in armis Horribilem gentes, placidum sensêre subactæ. Claudia. bell. Gild. 98.

Homines ad deos nulla re propiùs accedunt, quàm salute hominibus danda. Cicer. pro Marcel.

Marcus iudiciariæ rei singularem diligentiam adhibuit. Capitol.

Desitum est videri quicquam in socios iniquum, cum extitisset etiam in ciues tanta crudelitas. Cic off. 2.

Quo secretior culpa, maior audacia est. Cypr. 2. ep. 2.

Vilioribus plerunq; rebus vim eam Deus indidit, vt ea superent, quæ maximæ sunt inter homines æstimationis. Pausan. li. 8.

non Zelum illum execretur? Sin gloriæ comparandæ gratia id faciebat; quis gloriam illam non abominetur? ABOMINABILIS enim dijs & execrabilis hominibus erit, quisquis comparandæ tantùm gloriæ gratia, vita alium vel legitima ratione priuat. Neq; dijs acceptum, & subditis exitiale est, quòd à Senatu Romano iudex moderatus, segnis; sanguinarius verò, iustus appellatur: adeo vt iam non qui oleo sanant; sed qui igne curant, in precio sint populo Romano. 485

Quòd si quis, mortuo Lycaonico, cunctos simul iudices crudeles extinctos esse retur; me astipulatorem non habet. In toto enim imperio Romano vnicus tum Lycaonicus fuit; at in singulis iam † populis terni sunt vel quaterni. Non possum mihi temperare à lacrymis, cùm cogito illis temporibus Lycaonicum, quòd omnes iudices, qui iustitiam exercebant, misericordes essent, ob crudelitatem longè lateq; famosum fuisse; iam verò cùm omnes crudeles sint, monstro simile esse, si vnicus iudex misericors reperiatur.

Anno ab vrbe condita XII. Romulus I. Rex, edictum ad vniuersos circa populos misit, vt patria extorres, afflicti ærumnosi, & inopes vniuersi Romam venirent, præsidium illic contra inimicos, & in ærumnis auxilium habituri: cuius pietatis clementiæq; (quam in vrbe Romulus exercebat) fama per totam diuulgata Italiam, plus, si qua annalibus fides, ciuium numerus Romæ decem, quàm Babylone vel Carthagine centum annis creuit. O diuinam Romuli mentem, quæ id excogitauit! ô gloriosam linguam, quæ id edixit! ô felicem Romam, cuius fundamentum clementia & misericordia fuit!

In archiuis Capitolinis multas quondam inueni epistolas, ad Senatum Populumq; Romanum, quarum erat huiusmodi † inscriptio: Nos Rex Parthorum in Asia, Patribus Conscriptis Romæ, & populo felici Romanorum in Italia, & vniuersis Senatus confœderatis, (qui Romani nomine & clementes cognomento vocantur,) salutem dicimus, & pacem ac tranquillitatem vobis iuxta & nobis à dijs precamur. Vides ergo Antigone, quàm glorioso titulo clementes maiores nostri Romani cognominati sint, quale cunctis Imperatorib. venturis reliquerint exemplum clementiæ! qui cum ab exteris barbaris clementes cognominentur; aduersus subditos ciuesq; minimè illos crudeles fuisse credibile est. Prout tum laborarunt antiqui, vt ab omnib. amarentur; tum crudelissimi iam sunt iudices, vt timeãtur: si in vitã defunctos dij fortè reuocarẽt, & coram illis in iudicio sisterentur viui; ita iudicaturos iudico, ita pronunciaturos pronuncio, non filios istos esse, sed hostes; non amplificatores reipub. sed clementiæ suæ latrones.

Cùm annum ætatis trigesimum septimum agerem, in insula † Chethima, quã Cyprum nunc indigitant, hyemaui: in

cuius

cuius monte exiguo quidem, sed confragoso, qui Arcadius dicitur, herba nascitur Flauia nuncupata, ex qua decerpta sanguinem veteres destillare aiunt, qui si calidus illinatur,
486 *ad mortem; sin frigidus, ad odium cogere etiam inuitos perhibetur; cuius rei, quo minus dubites, ipse experimentum cepi, cùm eo sanguine quendam inunxissem, qui vitam potius, quàm mei amorem deponere maluit. In illa insula rex quidam vitæ sanctissimæ, & clementiæ memorabilis fuit; cuius sanè nomen neque ex literis, neque fama per manus tradita mihi licuit cognoscere; tantùm marmoreo monumento, columnis quatuor imposito, conditus erat, addito in ambitu monumenti epitaphio Græco, antiquissimi operis, in quo præter alia hæc continebantur:*

ISTA mihi patriæ est ratio seruata regendæ,
Dum Superi vita me voluêre frui:
Nempe mihi cunctis in rebus amorque timore,
Paxque fuit potior Marte, precesque minis.
Cùm censura malis potuit secreta mederi,
Nunquam illis statuit publica pœna modùm.
Quos mihi fas monitis erat emendare seueris,
Credebam flagris cædere grande nefas.
Supplicia expendit nemo manifesta malorum,
Clam nisi præmonitus sæpius ante foret.
Nulla meæ licuit mendacia dicere linguæ,
Clausaque adulantum vocibus auris erat.
Non aliena animo cupii bona; sed mihi sorte
Contentum propria viuere dulce fuit.
Vt vigili caros studio solabar amicos;
Sic hostes fierent ne mihi, cautus eram.
Nec malè perdendis fuit vnquam prodiga nummis,
Nec malè captandis dextera auara mihi.
Nemo graui est meritas passus pro crimine pœnas,
Quin illi ignotum vel quater ante foret.
Vtque mihi iustas in pœnas ire dolori;
Lætitiæ, veniam sic dare sæpe fuit.
Quòd mortalis eram mortali è semine, vermes
Arrida nunc rodunt corporis ossa mei.
487 Quòd virtutis amans inter virtutis amantes
Vixi, inter gaudet mens modò læta deos.

Quale hoc tibi videtur, Antigone, epitaphium? qualem fuisse Principem istum censes? Equidem gloriosissimam fuisse illius vitam haud vereor affirmare, cuius in hodiernum diem immortalis est memoria. Ita vir bonus habeas! ita deos sentiam propitios! vt minus † Heliam suam Pompeio, Indiam Semiramidi, Babylonem Cyro, Gallias Caio, Africam Scipioni,

† *Ioseph. antiq.* 1.7.

Cyprus quondam nouem regnorum sedes. Plin. 5. *hist. nat.* 31.

In Selemno qui se abluunt, amorum suorum obliuiscuntur; quod nisi commentitium, aqua ea quantauis pecunia foret preciosior. Pausan. li. 7.

Charitoblepharon efficax in amatorijs. Plin. 13. 25. *Idem de anacampserotis attactu. lib.* 24. 17.

Solent amore esse beati, qui se amauerint. Aug. manual. c. 20.

Mouemur, nescio quo pacto, locis ipsis, in quibus eorum, quos diligimus, aut admiramur, adsunt vestigia. Cic. 2. de legib.

Ἡ ἐν τοῖς παροιχομένοις χρόνοις ἀλήθεια δυσεύρετος. *Diodor. lib.* 13.

Λίτος ὁ τύμβος ὀφθῆναι, μεγάλου δ' ὀστέα φωτὸς ἔχει. *Antipat. epigram. lib.* 3.

Omnia sæua & immania prorsus facilia & propè nulla efficit amor. August. in Euang. Matth. serm. 9.

Medici leuiter ægrotantes leuiter curant; grauioribus morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur. Cic. off. 1.

Iudex futurus sanguine humano abstine, quicunque regnas. Sen. Herc. fur. 3.

Traianus insanum esse dicebat, qui oculos si habeat lippientes, eos malit effodere, quam curare. Saresb 4. 8.

Obiurgatio primùm secreta, deinde publica emendare errantes tentet. Sen. ir. 1. 16.

Ingens omnibus, quæ dicit Princeps, tum maiestas insit, tum fides. Liu. li. 26.

Non omnia statim, quæ ab auscultatoribus referuntur, credenda. Dio. li. 52.

Princeps acquirit nobiles thesauros famę, neglecta vilitate pecuniæ. Cassiod. 1. 16.

Volentes & nolentes multum errant, qui iudicant. Ignorantes enim iustitiam, seducuntur; vel certè scientes per auaritiam corrumpuntur. Aug. de temp. serm. 130.

Nulli Regi gloria est ex sęua animaduersione. Sen. 1. clem. 17.

Venia est præstanda correctis. Leo. ep. 71.

Ἐπειδὴ θνητοῦ σώματος ἔτυχες, ἀθανάτου δὲ ψυχῆς, πειρῶ τῆς ψυχῆς ἀθάνατον μνήμην καταλιπεῖν. *Isocr. Nicoc.*

Vir bonus neq; vicijs laborat ipse, neque alijs illa inesse credit. Dio. li. 44.

Vtinam tanta moraretur in terris fides, quanta merces eius expectatur in cœlis? Tert. de hab. mul.

ἐν τάφῳ ἀνδρῶν ἐπιφανῶν ἡ δόξα αὐτῶν παρὰ τῶν ἐντυχόντι ἀεὶ καὶ λόγου καὶ ἔργου καιρῷ ἀείμνηστος καταλείπεται. *Thucid. lib.* 2.

† *Hierosolymam* : *à qua expugnata Pompeium Hierosolymarium vocat. Cicer. 2. Att. 10. & pro Flacco.*

Ad gloriam nitere; sed ita ne sis morbus aut pestis; sed pax & sanitas. Ælian. li. 14.

Optimæ & laudatissimæ naturæ signum est, quando moderatè quis agit & clementer in illos, in quos alioqui sæuire possit. Plat. Sleidan. ad Carol. V.

Vbi iniustitiam pœna non sequitur, ibi modestia quoque suo honore spoliatur. Dio. li. 41.

Absurdum, qui aliorum vlcisci flagitia volunt, nihil illis lædendi studio inferiores inueniri. Dio li. 41.

Sinistram non habet princeps, & in cruciatu membrorum corporis, cuius ipse caput est, legi tristis & gemens famulatur. Saresb 4. 8.

Sepientibus reipub. capessendæ necessitas causa est, ne improbis vrbium relicta gubernacula, pestem bonis inferant. Boet. 1. 4.

Salutaris seueritas vincit inanem speciem clementiæ. Cic. Brut. ep. 2.

Vbi audacia priores partes habet, ibi probitatem laborare necesse est. Dio li. 41.

Æquè peccat, quod excedit, quàm quod deficit. Sen. benef. 2. 16.

Amor sine disciplina non proficit, quia cessante iustitiæ stimulo, populus se in illicita resoluit. Saresb. 4. 8.

Non ad præteritum, sed ad futurum pœna referatur. Sen. 2. ira. 31.

Omnis vehementia saluti inimica est, & excessus omnis in culpa, bonarumq; rerum consuetudo nimia, pessima est. Saresb. 4. 9.

† *præsentem. G.*

* *personis. G.*

Nunquam homo longius à se recedit sueq; naturæ magis obliuiscitur, quàm cùm irascitur. Sabell. 8 3.

Multi sub legitimi iudicij nomine cupiditatem suam explent. Dio. li. 52.

Nemo æstimare eam litem potest, nisi qui atrocitatem eius patiendo sensit. Liu. lib. 29.

Vbi metus suppliciorum, & spes præmiorum tollitur, ibi nihil boni, mala autem innumera existunt. Dio. li. 41.

† *Suet. cap. 10 Sen. clem. 2. 1.*

Themist. ad Valent. Imp.

Nero subtraxit oculos; iussit scelera, non spectauit. Tacit. annal. 13.

Democr. Stob. 398.

Non oportet peccata corrigere peccantem. Sen. 1. ira. 15.

Remissarum intensio chordarum artificis peritiâ debitam soni reddit gratiam: sed quæ semel rupta est, nullo artificio reparatur. Saresb. 4. 8.

Potest pœna dilata exigi; non potest exacta reuocari. Sen. 2. ira. 23.

Turpe sic castigare vicia, vt imiteris. Idem 2. contro. 6.

Nulla res dat alteri colorem, quam ipsa non habet. Fab. 6. 3.

pioni, quàm vni huic Regi Cyprio monumentum inuideo. Maiorem enim is gloriam illic in montibus asperis iam mortuus habet, quàm illi in Roma superba viui obtinuerunt.

CAPVT XI.

Prosequitur institutum contra iudices crudeles sermonem M. Aurelius Imp. verba commemorans Neronis Cæsaris laudatissima, & præcepta exponens ab Augusto Cæsare iudici in Daciam mittendo data.

NEQVE verò vel hac scriptione, vel epitaphij Regis Cyprij expositione patrocinari improbis animus fert, quò minus debitas malefactorũ & temeritatis pœnas luant: Ita enim plus ego patrocinio, quàm illi improbitate, peccarem. ILLORVM enim peccata ab imbecillitate oriuntur; meum verò à malitia proficiscereturVeruntamen hac in parte & mihi, & omnibus sano præditis iudicio sic videtur, cùm PECCARE hominibus naturale; pœnam verò irrogare voluntarium sit: decere ministros iustitiæ in exercenda illa ita se gerere, vt amore omnia reipublicæ facere, non vindictæ cupiditate videantur; vt culpæ participes emendandi errorem præteritum, nõ vlciscendi iniuriam† recentem causam habeant. Platonis illud est, in libris de republica, IVDICES oportere hæc duo semper ob oculos sibi proponere, vt in ferendâ scilicet de fortunis (aliorum) sententia auaritiam; in castigandis* hominibus vindictæ cupiditatem nullam præ se ferant. CORPORA quippe castigandi, non animos excruciandi iudicibus potestas data est.

Nero Imperator tum vita infamis, tum in exercenda iustitia crudelis admodum fuit. Veruntamen quantumuis fuerit immanissimus, cùm die quodam de supplicijs latronum duorum capite damnatorum,† vt ex more subscriberet, ad- 488
moneretur; gemebundus exclamauit: Quàm vellem nescire literas! *vt subscribendæ sententiæ onere liberarer. Ac sanè Nero vocem tam generosam illo temporis articulo proferens immortalem promeruit memoriam: postea verò vitæ peruersitate tam memorabilem funditus destruxit sententiam. Nam AD DEHONESTANDA multa verba egregia, vnica profectò sufficit mala actio. QVOT prouinciæ & regna pessum ierunt, non tam ob facinora ab improbis perpetrata, quàm ob ministrorum iustitiæ in exercenda iustitiæ atrocitatem! Nam ERRORES emendari suo rigore pristinos posse existimantes inaudita excitarunt scandala.*

Quis & qualis fuerit Augustus Cæsar, notorium est vniuersis, omni scilicet virtutis laude cumulatissimus; quippe

qui

qui generosus, fortis, magnanimus, prudens, æqui amans, & ante omnia clementissimus fuit. Nam vt alia misericordiæ clementiæq; opera taceam, legem tulit, NE Princeps sententiam damnatoriam sua subscriberet manu, neve supplicio quenquam affici suis spectaret oculis: quæ profectò lex tum conuenientissima, tum ad mundiciam (puritatemq;) Imperatorum maximè fuit necessaria. LAVDABILIVS enim in Principibus videtur suas gladio ditiones tueri, quàm suo tabellam damnatoriam subscribere calamo.

Idem Augustus Imperatorum optimus, *in eligendis iustitiæ præfectis circumspectissimus, & in præscribenda illis gerendæ reipub. forma diligentissimus fuit; non tantùm quæ faciendafore docens; verùm etiam quæ fugienda, monens; quo quidem melius cogitari nihil potest. IVSTITIÆ enim præsides tum non faciendo quod debent, tum faciendo quod non debent, peccant. Cùm autem Capuæ præfuisset Scaurus, iudex quidem iustus, sed aliquanto seuerior; in Daciam illum missurus Augustus, vt illi præesset prouinciæ, præter cætera hæc illi, quæ memoria teneret, tradidit.*

Cùm te, Scaure amice, Capua remouere, & ad Daciæ præfecturam euehere statuerim, vbi meas vices geras: tuum est etiam atque etiam videre, vt cùm ego honorem opesq; tuas meliorarim, tu quoque vita melioresces, & in iudicandi munere mitior fias; cùm quidē hactenus paulò tum in exercenda iustitia acerbior, tum in vita inconsideratior fueris. Si quid monendo, rogando, iubendo possum efficere; stilum vitæ velim vertas, & dignitatem, existimationemq; meam etiā tibi atq; etiā commendatam habeas. Non enim te fugit, EX EO Principum Rom. & dignitatem, & salutem pendere vniuersam, si iustitia, quos constituere, præfecti vel boni sint vel mali.

489 *Si quod ego cuperem, facere cupis; sic habeto, nec dignitatem meam fidei, nec iustitiæ administrationē potestati committi tuæ, vt vel insontum osor vel noxiorum carnifex sis: sed vt ALTERA manu bonos, vt consistant, fulcias; altera malos, vt cōsurgant, subleues. Quòd si etiamnum pressius vis dicam, quid velim, IDEO te mitti scito, vt pupillorum curator, viduarum patronus, sauciorum cataplasma, baculus cœcorum, omnium denique pater sis. SVMMA hæc est, vt inimicis meis blandiendo, amicis indulgendo, imbecilles subleuando, fortes fauore prosequendo, ita omnia fias omnibus, & nemini ambitiosius te dedas; vt clementiæ fama & meos in officio contineat, & alienos ad obsequia mihi præstanda alliciat. His ergo verbis Scaurum præfectum Augustus Cæsar instruxit, quæ si quis penitus introspiciat, licet pauca fuerint, maximè tamen compendiaria fuisse cognoscet; Atque vtinam in iudicum ea nostrorum cordibus (mentibusq;) scripta essent!*

Augustus omnibus omnium gentium viris magnitudine sua induxit caliginem. Vell. li. 2.

Princeps sit in verbo affabilis, munificus in beneficiis, & integræ autoritatis seruet in moribus dignitatem. Saresb. 8. 4.

Tiberius SC. fieri iussit, ne quis à Senatu damnatus intra diem X. necaretur. Dio. lib. 57.

Ex vetere SC. Tiberiano XXX. dierum vitam post sententiam trahit. Sidon. 1. 7.

ὁ τῷ πεπαίσθαι φυγὼν, ὅσῳ δικαιότερον ὤφλε, τοσούτῳ μᾶλλον ὑπόχρεως γίνεται τῷ συγχωρήσαντι, *Themist. ad Val.*

Ἀσκέπτως ἐλεῖ ὁ πεπλεῖν, ὃν τὸ κρίνειν ἐμπεσόθεν ὁ βουλεύσας. *Democr. Stob.* 547.

Augustum dare pœnas apparebat, quoties exigeret. Sen. 1. clemen. 10.

Decreuit Senatus, vt qui Augusto, dum esset intra pomœrium supplices fierent, impunitatem haberent. Dio lib. 54.

Æquè vitandarum rerum exempla ponenda sunt, quàm sequendarum. Sen. 2. controu 4

Natura fert, vt ijs faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur. Fab. 5. 10.

Omnes omnia rectè faciunt, quia Princeps rectè imperat. Dio. lib. 76.

Honestum suffragium est secundi iudicij, documentum prioris. Cassiod. 5. 19.

Cædibus sæuire in immeritos aut leuiter noxios, immanis est ferociæ. Philo. de fortitud.

Si tuæ existimationis parum diligens eras, meæ saltem famæ parcere debueras. Leo. ep. 84. c. 1.

Δεῖ μεμνῆσθαι, ἀλλ' οὐκ αὐτοδικεῖν τοὺς μέλλοντας πολήσειν κρίνειν ἱκανῶς, *Arist. 1. de cæl. 10.*

Talis Princeps iudicatur, qualia præfectos agere permittit. Dio. li. 52.

Impossibile est, vt salubriter disponat principatum, qui non agit consilio sapientum. Saresb. 5. 6.

Προσήκει τῷ πεπαιδευμένῳ βελτίω γίνεσθαι ἢ ὀνήσασθαι, ἢ παραδείγματι ἄλλοις γίνεσθαι, ἵνα ἄλλοι οἱ ὁρῶντες πάσχοντα φοβέμενοι βελτίους γένωνται. *Plato. Gell. 6. 14.*

Remedia, quæ alioqui natura sunt aspera, molli manu & leui leniantur. Fab. 2. c. 4.

Esto innocentiæ templum, temperantiæ sacrarium, ara iustitiæ. Cassiod. 2. 12.

Quæ per insuauitatem medentur, emolumento curationis offensam sui excusant, & præsentem iniuriam superuenturæ vtilitatis gratia commendant. Tertul. de Pœnit.

Ἄρχοντα κρατεῖ ὁ παθεῖν μὴ σπουδεῖν, βουλεύσεως ὁ κρίνων. *Philo. Stob.* 547.

Βραχεῖ λόγῳ πολλὰ περίσκεπτα σοφά. *Sophoc. Stob.* 39.

Indecens est crimen suum commodis alienis impendere. Leo.ep.1.c.4.

Ratio id iudicari vult, quod æquum est; ira id æquum videri vult, quod iudicauit. Sen.1.ira.16.

Quieres buen mercado, hazle conn el necessitado. Adag.

Tribunal castellum omnium scelerum. Liu. li.3.

Scopulus reorum. Val. Max.3.7.

† *Arist. hist. anim.* 9.44.

Fieri nequit, vt homines quis tales efficiat quales habere velit. Dio. li.71.

Non est immunis à scelere, qui vt fieret, imperauit. Cypr.2.ep.7.

Semper is dicitur facere, cui præministratur. Tertul.

Alius mitior est, plus quàm debet; alius seuerior est, quàm debet. Sen.7.contr.1.

Οἱ ἄγοντες παρανομοῦσι μᾶλλον τῶν ἐπομένων, *Thucyd.lib.*3.

Inuiti, nō ambientes in remp. collocandi. Lamprid. Alex.

Prima æquitas est, à se præsules inchoare. Cassiod.6.20.

Est naturalis fauor pro laborantib. & iudex religiosus libentissime patronum audit, quem iustitiæ suæ minimè timet. Fab 4. cap. 1.

Peccare & peccanti fauere perinde est. Philo. de special. ll.

Hominum, non caussarum toti sunt, apud quos gratia vim æqui habet. Liu. li.3.

Amor innocentiæ cōuersatione demonstrandus. Symmach. Thom. Garz disc.3.

Magnus vnicuiq; honor est sua integritas. Leo ep.53.

Difficillimum in plurimis occupationib⁹ eandem semper retinere bonitatem. Dion. lib. 44.

Boni iudicis interest lites dirimere. IC.

Iudiciorum exitum faciliùs ferunt homines, quem neq; potentiæ, neq; gratiæ imputare possunt. Dio. li 52.

Integritas præsidentium salus est populi. Leo.ep.87.

Quidnam illi difficile custodire, qui se à rebus alienis decreuit abstinere? Cassiod.1. ep.4.

Dij lenti, sed certi vindices sunt generis humani, & magna exempla in caput inuenientium regerunt. Sen 10. contr. præf.

Fures publici in auro atque in purpura. Gel.11.18.

Soli fures de paupertate conqueruntur, dum volunt scelera vitæ suæ tegere. Lampr. in Alexand.

Metu vltionis omnis iniquitas refrenatur. Tert aduers. Marcion. li.3.

οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει, *Herodot.lib.*5.

Sera tamen tacitis pœna venit pedibus. Tib.1.9.

Bene moratos asserere iusta facillimum. Cassiod 5.4.

Dignitates improbi sua contagione commaculant. Boet.3.cons.4.

(Porrò autem) Iudices à Senatu in istam missos insulam, nec satis honestos esse scribis, nec ab auaritiæ suspicione prorsus alienos. O MISERAM Rempublicam, cuius iudices crudeles, inhonesti & auari sunt! Nam quid aliud iudices crudeles agent, nisi vt insontes interficiant? quid auari, nisi vt egenos expilent? quid inhonesti, nisi vt offendiculo bonis sint? Equidem tutius dixerim, eiusmodi infelicem rempubl. in syluis inter bestias morari, quàm à iudicibus tam iniquis regi. Coram † leone enim, belluarum omnium ferocissimo, si humi procumbat venator; nec vestem illius leo, nedum ipsum tanget. At enim, licet infelix sit respublica, quæ tales tolerat iudices; tu felicem forsitan Antigone amice Romam censes, à qua mittuntur! Ego verò PEIORES mediusfidius Senatores iudico, à quibus missi sunt, quàm ipsos, qui illuc profecti sunt, iudices.

ACERBVM est animo generoso (ac nobili) eius opem imploratum ire, qui nec veritatis amans, nec æqui seruans est. Sed longè acerbius est iudicem videre, qui postquam multa violenter egit, multisq; egenos plurimos affecit iniurijs (& damnis) non vitæ, quam agit, sanctitate; sed muneris, quod gerit, autoritate corrigere omnes affectat. CVIVS munus est, in vitiosos omnes animaduertere; necessitate censor aut iudex astringitur, vt vitijs vacuus sit vniuersis: quod nisi fiat; qui munus eiusmodi gerit, iustitia per vim abutitur; & qui illum fouet, suæ proditor est reipublicæ. FIERI non potest, vt censoris munere rectè fungatur quisquam, nisi muneris autoritatem inter accessoria, vitæ sanctitatem inter principalia numeret.

FINIS, cuius gratia præficiuntur prouincijs iudices, hic 490
est, vt controuersias dirimant ambiguas; vt muros instaurēt ruinosos; vt fauore prosequantur imbecilliores, vt in officio contineant potentiores. Alioquin enim, nulla est tam parua respublica, quæ furem in crucem agere nequeat, etiamsi nullus Româ censor (aut iudex) sententiam laturus veniat: Quàm multi sunt hodie Romæ iudices, qui vnici tantùm furti reos in crucem egerunt plurimos, cùm ipsi populi vniuersi expilationem impunè ferant? qui tamen persuasissimum sibi habere debent, ETIAMSI pœna prorogetur; non tamen idcirco furti veniam dari. Nam QVÆ in vita dissimulant homines crimina, in morte vlciscuntur tandem dij. INGENS reipublicæ bonum, neque exiguum Principis, qui illi præest, decus est, quando iudex vel censor, adeo est tum in vita honestus, tum in exercenda iustitia religiosus; vt nullius vitij, quod in alijs punit, insimulari aut conuinci ipse possit. PRORSVS enim peruertitur ordo iustitiæ, quando fur furem in crucem agit.

CAPVT

CAPVT XII.

M. Aurelius cœptum cõtra iudices crudeles sermonem prosequens, orationem commemorat insignem legati cuiusdam ad senatum Romanum de iudicibus, qui patriæ ipsius præerant, conquerentis.

ANNO *post captam à Pompeio Magno Æliam, quæ aliàs Hierosolyma dicitur, (septuagesimo) tertio, missus erat à Romanis, vt regioni illi præesset, Valerius † Gracchus, vir & belli peritißimus, & in negotijs callidus, & vita integerrimus; sed aliquanto in conuersatione asperior, & in exercenda iustitia rigidior. Cùm autem Iudæi se non solùm Romanis subiectos; sed etiam indignè ab ijs tractari viderent: legationem mittere Romã statuerunt, quæ Senatum, quàm acerbè prouincia vexaretur, certiorem redderet: Ideoq; Iudæum quendam ætate grauem, canitie venerabilem, & literis Hebraicis, Græcis, Latinisq; egregiè eruditum ablegarunt. Sunt enim Hebræi natura ad scientias aptißimi, ad arma † vecordes. Is ergo Hebræus cùm è Iudæa Romam venisset; huiusmodi in Senatu orationem habuit:*

Cùm ita fatorum vestrorum, P.C. & gens fortunata, felicitas tulerit, vel nos, vt verius dicam, à DEO nostro deserti fuerimus; vt Hierosolyma, omnium Asiæ vrbium (magistra &) domina, omniumq; in Palæstina Hebræorum mater, in seruitutem iam redacta & tributaria sit Romanorum: casus ille neq; nobis admirandi, neq; vobis insolescendi causam præ-
491 *bere debet. QVO enim prælatæ magis sunt arbores, hoc vehementius à ventis oppugnantur. Maximi fuerunt exercitus, à quibus Pompeio duce fuimus subacti; sed longè maiora fuerunt peccata, quibus commeruimus, vt à DEO nostro desereremur. NOS enim Hebræi DEVM habemus, qui fortunæ vel prosperæ vel aduersæ arbitrio nos minimè subijcit; sed nos misericordia iustitiaq; moderatur. Itaq; vnum ex me audiatis velim, cuius vos experimentum capere mallem, quòd scil. Deum habemus tam bonum, vt si inter L. improborum millia, X. tantùm essent è nostris bonorum millia, visuri sitis Romani, quemadmodum Ægypti viderunt, quanto sit Deus noster vnicus cunctis dijs vestris superior & potentior.*

Nos Hebræi vnum solum Deum habemus, solum adoramus, in solum credimus, soli si non seruimus, seruire tamen cupimus: ac si fortè non tam religiosè illum coleremus, vt nunquam ipsum offenderemus; adeo tamen bonus est, vt neq; manus suæ asperitatem nos experiri sineret; neq; captiuum

Potestas cum inferiorum vitia mansuetâ manu curare non sufficit, pia crudelitate sæuit in malos; dum bonorum incolumitas procuratur. Saresb. 4.8.

Cladibus irasci turpe est, nec posse dolores condere, & ex pœna solatia poscere luctus. Sil. li.10.

Fortuna minor Principem quærit; quia in vituperationem Principum coruunt, quibꝰ se publica vota subducunt. Cassiod.1.8.

Iudæi nequitia sua hanc meruêre fortunam, nec quicquam accidit, quod non sit his, si in contumacia perseuerarent, antè prædictum. Minut.pag.394.

† *Valerius Gratus V. præses à Tiberio missus, in Iudæa exactis annis XI successorem habuit Pontium Pilatum. Ioseph.18 antiq 3.*

ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δῷς ἀκριβέζ. *Lamprid. Alexand.*

Hoc iure sunt socij, vt ijs ne deplorare quidem de suis incommodis liceat. Cic. Verr.2.

Qui ius reddit, se quidem in adeundo facilem præbeat; contemni tamen non patiatur. Saresb.4.7.

Plerunq; facilitas autoritatem, seueritas amorem deminuit. Tacit. Vit. Agricol.

Tales esse opus est legatos, vt linguis ab omni parte instructi, in quolibet disputationum genere palmam obtineant. Nic. Greg. 6. 9.

† *ignaui.*

Prouincialium fortunæ priuatis rapinis, publicis vectigalibus pessundantur. Boet. 1. consol. 4.

Quis non se, qui sui suorumq; actuum vel etiam cogitationum conscius, iudicia Dei metuit, iustè omnia passum, vel etiam parua sustinuisse fateatur? Oros 7.41.

Causa semper in omni iudicium spoliatus amat; qui possidet, odit. Gunther 1.630.

Ες οἰκήματα εἰσὶ τῶ μέγιστε τὸ δένδρεα θεὸς ἐπισκήπτῃ βέλεα. *Herodot. lib.7.*

Mutationes rerum eos, qui aliquando plurimum potuêre, omni exuunt potentia. Dio lib.37.

Τὸ δὲ μέτρῳ πάσχειν τὴν παρελαυνώμενης ἐστὶν εὐθὺς ὑπαχθμένης συγνώμειν. *Synes. epist.22.*

Nihil tam Deo dignum, quàm salus hominis. Tert. aduers. Marc 2.

Quia discessit deuotio Dei, accessit indictio fisci. Aug. hom.48.

Hæc iræ Dei censura est, vt qui beneficiis non intelligitur, vel plagis intelligatur. Cypr. tract.1.

Veremur vos, Romani, & si ita vultis, etiã timemus; Sed plus & veremur, & timemus deos immortales. Liu. li.39.

Omnis victoria cùm etiam malis prouenit, diuino iudicio victos humiliat, vel emendans peccata, vel puniens. August. 19. ciu.15.

abduci populum nostrum, quod factum est, permitteret. NEQVE Deus noster nos fallere, neq; scripturæ nostræ vlla in re mentiri possunt; QVAM diu scilicet nos peccatores fuerimus, tam diu dominio nos vestro subiectos fore; & quàm diu Dei Hebræorum ira durauerit, tam diu duraturam Romanorum potentiam. NON enim tanquam promeritis vobis, vel vt hæredibus legitimis miserum regnum nostrum DEVS tradidit; sed vt peccatorum nostrorum essetis carnifices.

Simul & voluntati Dei nostri satisfactum, & sublata ipsius ira fuerit, & nostram nos culpam expiauerimus, & ipse oculis nos misericordiæ respexerit; tum amissa nos recuperabimus, tũ malè parta vos amittetis: ac potest fieri, vt quemadmodum vestra nunc imperata facimus; ita tempus veniat, quo nobis præstetur à vobis obedientia. Quoniam autem aliud hac in parte Hebræi, aliud Romani statuitis: & neque ego à vobis adduci, vt multos adorem deos, possum; neque virium est mearum, vt in vnum DEVM credere vos cogam; AD DEVM totius vniuersitatis conditorem, cuius & potentia conditi sumus, & bonitate regimur, rem omnem reijcio.

Vt autem ad causam legationis meæ veniam; inde ab antiquissimo æuo pacem semper Romam cum Iudæa coluisse, & Iudæam Romæ amicam fuisse nostis, vt & nos in bello vobis adiutores essemus, & vos in pace nos tueremini. CVM autem nihil sit optabilius vniuersis, quàm pax; nihil odio dignius, quàm bellum; nihilo tamen secius & oculis videmus nostris, & de maioribus ex literarũ monumentis cognoscimus, PERPETVAS inter homines fuisse contentiones, & perpetuò quietem exulasse. ETSI enim multorum suspirijs pacem videamus expeti; multò plures tamen bello videmus occupari. Si illos, qui odium in nos vestrum concitant, repulissetis, nosq; rebellionis autoribus fidem non habuissemus. neq; Roma tam aduersus Iudæam crudelis fuisset, neque tam pertinaci Romam odio Iudæa persequeretur. 492

MAXIMVM pacis & signum & firmamentum est, pacis turbatores è medio tollere. SÆPE enim extinguitur amicitia & bella excitantur, non tam ob alterutrius partis emolumentum, quàm ob internunciorum imperitiam (& temeritatem.) QVANDO Respublica aliqua contra aliam commouetur, fieri non potest, vt diuturna sint odia, si pacis interpretes cordati sint. SIN autem is, qui se medium interponit, affectibus in agendo plus etiam, quàm qui cum res est, inimicus, indulget; eum ad oleum igni addendum, quàm ad eundem aqua extinguendum, plus operæ conferre dicemus.

*Hæc ideo dixi, Romani, quia post Archelaum, Herodis magni filium, in exilium missum, † Pomponium, & Marcum, & * Annium Rufum, & Valerium eius loco ad nos misistis,*

Citò ira Dei in misericordiam vertitur, & cœptæ vltionis maior forma quàm pœna in mensuram plenitudinis reputatur. Oros. 7. 22.

Afflictum melior Deus auferet æuum. Calphur. Eclog. 1.

Τῶν κολαζομένων θεὸς κήδεται. *Synes. epist.* 57.

Deus insuper gratulari & gaudere nos docet, dignatione diuinæ castigationis. Tertul. de patient.

Superbiæ crudelitatisq; etsi seræ, non leues tamen veniunt pœnæ. Liu. li. 3.

Aut vince, aut vincenti pare. Fortis animi est, si possis, vincere: Si non possis, potentiori obtemperare. Facius. li. 4.

Non plus ad impugnandum possunt humana conamina, quàm ad protegendum diuina tutela. Cypr. 1. ep. 3.

Solus Deus protegit nõ valentes sibi ipsis succurrere. Philo. de creat. Princip.

Δεῖ χρῆσθαι τοῖς συμμάχοις ὁμοίως ὥσπερ τοῖς φίλοις, μὴ δὲ δεσποτικῶς, ἀλλὰ συμμαχικῶς αὐτῶν ἐπιστατεῖν. *Isocr. de pace.*

Dulce nomen est pacis, res verò ipsa cùm iucunda, tum salutaris. Cic. Philip. 13.

Non tempora olim fuêre tranquilliora ocijs; sed homines miserijs fortiores. Oros. 4. 16.

ὁ πόλεμος συνεισῆλθε τῷ βίῳ. *Agath. lib. 1. init.*

Odium certaminibus ortum vltra metum durat, ac ne in victis quidem deponitur. Vell. li. 1.

ἡσυχίαν ἔχειν δεῖ, καὶ μὴ μεγάλως ἐπιθυμεῖν παρὰ τὸ δίκαιον, ἀλλὰ στέργειν τοῖς παροῦσιν. *Isocr. de pace.*

Efficere ne quos nouos motus excitent subditi, vtilius, quàm eos subigere ab initio. Dio. li. 44.

El rigor excessiuo en el castigo iustifica la causa al enemigo. Arauc. pag. 202.

Bellorum egregii fines, quoties ignoscendo transigitur. Tacit. an. 12.

Animus dolosus non arbitrium sequitur imperantis; sed suas potiùs explicat voluntates. Cassiod. 1. 13.

Mas vale mala auenencia, que buena sententia. Adag.

Multi ambiunt bene agi cum legato potiùs, quàm cum legatione. Sidon. 3 ep. 7.

Non semper potentia. vtcunq; aliquandiu perduret, prospero successu vtitur. Dion. li. 44.

Ἐστὶν ἔνθα χ' ἡ δίκη βλάβην φέρει. *Sophocl. Electr.*

Vide Ioseph. 17. ant. vlt. & 18. 3.

† *Coponium.*
* *Ambiuium.*

sistis, qui præsides & iudices nostri essent: qui tamen pestes quatuor & vomicæ fuerunt, quarum vel minima ad inficiendam Romam vniuersam, nedum miserum Palæstinæ regnum satis fuisset.

Quid monstrosius, quàm iudices ad tollendos malos malorum mores Roma missos, nouorum ipsos vitiorum inuentores esse? Quid contra iustitiam contumeliosius, quàm iudices, quos iuuenum delicta castigare oportebat, duces se hominibus leuissimis præbere? Quid vrbi Romæ probrosius, quàm eos, quos ad amussim iustitiæ quadrare totos; omniumq; virtutum exempla præbere cæteris oportebat, omnis nequitiæ coryphæos, omniumq; autores esse vitiorum? Quod manifestius negligentiæ vestræ & sæuitiæ ipsorum testimonium, quàm quòd vulgò in Asia iactatur, fures Iudæos à furibus Romanis in crucem agi? Quid? quòd parui iam latrones (ac grassatores,) qui in syluis feris latrocinantur, æstimamus; si cum iudicibus illos, qui domos nostras deprædantur, conferamus?

O quàm infesta nobis illo die fuerunt fata, quo Romanorum iugum subiuimus! Non enim iam prædones, qui in vijs nos spoliant; non ignem, qui fortunas nostras absumit; non tyrannos, qui bellum nobis faciunt; non Assyrios, qui regio-
493 *nem populantur; non aerem corruptum, qui pestilentiam inuehit; non ipsam deniq; pestilentiam, quæ vitam nobis aufert, metuimus: Sed iudices vestros crudeles timemus, qui tum rempublicam nostram perturbant, tum existimationem nobis furantur. Non frustra perturbatores eos appello reipub. Nam ea, quæ dicunt, quæ machinantur, quæ rapiunt, silentio prætereuntes, vt sese insinuent, confestim non quæ in senioribus bona inueniunt; sed quæ in iunioribus vident delicta, ad Senatum perscribunt; quæ cùm hic auditis, non videtis Senatores; plus ei, qui tertio ante mense in prouinciam venit, quàm ijs, qui trigesimum iam annum ad reipublicæ gubernacula sedent, creditis.*

Vos quidem in Senatum allecti estis Senatores, vt sapientia, integritate, vsu rerum prudentiaq; (& moderatione) præstantes cæteris. Verùm enimuero IN HOC *maximè omnium vestra elucebit prudentia, si non credatis vniuersis. Cùm enim & plurimi & diuersissimi sint populi, qui vos adeunt, longè tamen maior est, consiliorum & finium, quos vobiscum loquentes sibi proponunt, diuersitas. Mendax habear,* † *nisi tantam iudices vestri vim fecerunt iustitiæ, atque ita disciplinam laxarunt, vt noua Iudaicam iuuentutem docuerint flagitiorum genera, quæ neq; à maioribus nostris audita, neque in libris lecta, neque nostro æuo conspecta sunt. Vos quidem Romani, viribus potentiaq; freti, ab hominibus infirmis acci-*

Decet Principem curare, quæ ad remp. spectant augendam. Cassiod. 1. 6.

Sine iniuria potentiam leuem atque inopem esse arbitrantur. Cic. pro P. Quinct.

Catilina seculi nostri non cessat simul furta vel punire, vel facere palam. Sidon. 2. 1.

Semper posteriores priorum conatus excedere cupiunt. Dio. li. 45.

Semper est diligentior imitator prioris. Cassiod. 5. 3.

Σώφρονος δ' ἀπιστίας οὐκ ἔστιν οὐδὲν χρησιμώτερον βροτοῖς. *Eurip. Helen.*

Subditi quantũ licet, Principum sequuntur cupiditates, idque lex ijs est & honor, quod Principibus visum fuerit. Nic. Greg. 2. 11.

Grauiùs peccat, qui scelus dum punit, admittit. Ambros. Luc. 17.

Seruorum occulta furta, diuitum rapinæ publicæ. Ambr. 3. off. 3.

Scandalum scandalo non bene emendatur Bernh.

Sicut nolumus oppressis negare iudiciũ, ita irrationabilibus querelis non præbemus assensum. Cassiod. 1. 5.

Odium immoderati imperij crudelitate contrahitur. Iustin. li. 4.

Omnis vehementia saluti inimica est, & excessus omnis in culpa. Saresb. 4. 9.

Contendere durum est cum victore. Horat. 1. Sat. 9.

Nocet diu pugnare in ijs, quæ obtinere non possis. Fab. 6. 5.

Inter feras satius est ętatem degere, quàm in hac tanta immanitate versari. Cicer. pro Rosc. Amer.

Hoc est in ærumna miserrimum, nescire de quo queraris. Apul. Asin. 8.

Mensuram non quærit iniuria. Cassiod. 2. 12.

Princeps tenetur de omnib⁹, & omnium autor esse videtur; quia cùm omnia corrigere possit, eorum meritò particeps est, quę noluit emendare. Saresb. 4. extrem.

Πειρῶ γνωρίζειν ἅμα τοὺς λέγοντας, ὁποιοὶ καὶ τίνες εἰσὶ, καὶ περὶ ὧν ἃ λέγουσιν. *Isocrat. ad Nicocl.*

Iniquum est & absurdum, vt imperiti magistris, noui antiquis & rudes præferantur emeritis. Leo. ep. 87. c. 1.

Debemus probitatem hominum de testibus æstimare. Symm. 9. 48.

Credulitas deceptionum mater. Fulgent. mytholog. 3.

Metiatur, ac diligenter æstimet vires suas (iudex) & quantum onus subiturus sit, intelligat. Fab 6. c. 2.

† *Moriar.*

Regium est in omni genere rerum vtile, nemini quicquam temere credere. Polyb. lib. 4.

Miserrimum est ea negare non posse, quæ turpissimum sit fateri. Dio. lib. 46.

Indecora Principi suspicionum & credendi temeritas. Tacit. annal. 4.

accipere consilia dedignamini; quod nec ipsi facere, nec amicis vestris suadere debebatis. Nam SAPERE & habere non semper simul esse solent.

Pro tot consilijs, quæ Iudæi à Romanis accepêre, iam hoc à Iudæis Romani accipiant, REGNA scilicet, quæ plurima duces vestri sanguinem effundendo pepererunt, à iudicibus vestris, non sanguinem rigidè effundendo; sed clementer (victorum) animos sibi conciliando, conseruanda esse. MONENDO, iubendo, rogando, hortando iudices, Romani, quos prouincijs rectores peregrinis imponitis, adducite, vt mentes potius bono regni intentas, quàm manus ærario vestro augendo occupatas habeant; alioquin enim ijs, à quibus mittuntur, infamiæ; quibus præsunt, exitio erunt. NON aliam ob causam vestris obedientia iudicibus, etiam iustis in rebus, negatur, quàm quòd multa prius iniusta imperarunt. IMPERIA iusta animos reddunt benignos; iniusta homines (ex humilibus & mitibus) faciunt duros (& præfractos.) ADEO imperandi auida est hominum improbitas, adeo molesta ijsdem imperata faciendi necessitas, vt etiam benignè imperantibus, malignè pareamus; Cur igitur malè imperantibus nobis promptè obediri volumus?

Vnum mihi Romani nihil hæsitantes credite, nimirum 494
PLVRIMAM in iudicibus leuitatem, & exiguam maturitatem, exiguum in subditis timorem, & plurimam peperisse impudentiam. QVICVNQVE Princeps iudicandi munus ei assignat, quem muneri illi ineptum videt, non quòd administrandæ iustitiæ satis peritus; sed quòd ad ampliandas opes ingeniosus sit; exploratissimum habeat, cùm minimè putasset, (aut metuisset) futurum, vt existimationi suæ labem aspersam, fidem amissam, opes imminutas, & domum suam insigni aliqua pœna affectam videat.

Cùm autem & alia priuatim agenda supersint; quæ publicè dicenda fuêre, ita concludam, vt hæc orationis summa sit; Si regnum nostrum, cuius gratia plurima adijstis pericula, conseruare vultis; iustitiam nobis sartam tectam præstate, & debitam vobis præstabimus obseruantiam; imperate vt Romani, & vt Hebræi vobis parebimus; præsidem nobis misericordem date, & securum habebitis regnum vniuersum.

In summa, si in plectendis infirmitatis nostræ delictis non fueritis asperi, statutis vestris erimus obedientissimi. Antequam imperari nobis iubeatis, rogare nos dignamini. MANSVETE enim rogando, non insolenter imperando, amorem in nobis, quem inuenire in liberis parentes solent, non † scelera nefaria, quæ in seruis heri inuenire solent, inuenietis.

Leuiùs communia tangunt. Claudia. 3. rapt.

Parùm fidei miseris est. Sall. Iug.

Felicitatis & moderationis diuiduum contubernium est. Val. Max. 95.

Nemo mortalium omnibus horis sapit. Plin. præfat. hist. nat.

Qui benignitate & clementia imperium temperant, his læta omnia. Sall. de ordin. rep.

In noua possessione regni patienda omnia. Liu. li. 42.

Nouum imperium inchoantibus vtilis clementiæ fama. Tac. hist. 4.

Omnia vobis exempla vitanda sunt, quæ mox remota didicistis. Symm. relatio.

Potentia mediocriter vsurpata parta bona conseruat. Dio. li. 43.

ἐκείνην αὖτις εἰσφορὰν εὐσεβῆ δικαίως ἐκάλεσεν, ἣν οὐχ ὕβρις ἢ μάστιξ ἠνάγκασε. *Synes. epist. 73.*

Honesta sunt lucra, per quæ nemo læditur. Cassiod. 9. 3.

Priuatum opprobrium publicus rubor existit. Val. Max. 9. 13.

Ad mensuram te potestatis extendo. Cassiod. 6. 21.

Brama ogn' vn d' esser primo, e molta gente haver dietro e de lato, à cui commande. Ariost. appen 3. 1.

Οἱ ἄρχοντες μισοῦνται. φιλελεύθερον γὰρ τὸ ἀνθρώπινον. *Thucyd. Shol lib. 1.*

Nemo libenter exemplum, quod in se fortasse recidat, facit. Fab. 5. c. 2.

In depressione populi robur Principis eneruatur: Populus namq; contritus, erigere vires Principis non potest, aut non vult. Saresb. 5. 6.

Tardè concedendum, quod datum non adimitur. Tacit. annal. 13.

Nihil operis non est eius, qui passus est esse. Tertul. de resur. carn.

Iustè petere ea quisque videtur à iudice, quæ alijs ipse præstiterit. Fab. 6. c. 1.

Tandemque fatebere lætus Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse deorum. Iuuenal. Sat. 13.

Quanto mayor es la ventura, tanto es menos segura. Adag.

Multa homines, ne bellare necesse sit, voluntate remittunt, quæ bello & armis cogi non possunt Liu. lib. 35.

Amor inter populares, metus inter hostes Principi quærendus. Tacit. annal, 11.

Qui æquitatem coluerit, fructum victorię possidebit. Cass 8. 26.

Sine iustitia nihil habet firmum, licet in præsentia victoriam quis obtineat. Dio. lib. 41.

Metus & terror infirma vincula caritatis. Tacit. Vit. Agricol.

† *perfidiam, quam.*

Faciliùs persuadendo quispiam, quam cogendo adducitur, vt vel grauissima subeat. Dio. lib. 55.

CAPVT

CAPVT XIII.

Concludit epistolam contra iudices crudeles M. Aurelius, & interalia quid Boccho Regi acciderit, & verba, quæ auus illius in Senatu dixit, commemorat.

HÆC cùm diceret Hebræus ille, non sine summa admiratione ab vniuerso fuit auditus Senatu. O Romam non-Romam! quid aliud iam nisi muros habes, prostibulum facta viciorum? Quid feciſti, quæso, cùm alienigena te pudefecit, tuosque in medio tibi Senatu errores exprobrauit? Vetus illud est MORVM corruptelam interitum sequi libertatis; cuius rei testis Roma est. Ad Romanos enim, qui iniurias olim suas vltum in regiones ibant exteras, è regionibus iam exteris veniunt, qui ipsos domi pudefaciant (& impugnent) suæ. Cum igitur eam in ipsa vrbe ruinam iusticia fecerit; qualem illam istic in Sicilia futuram me censes æstimare?

495 Dic mihi quæso Antigone, vnde proficiſci hodie reris tanta in populo flagitia, tantas in (exercenda) iusticia corruptelas? Ego, si fortè nescis, tibi, si modò audire vis, explanabo. Hic scilicet rerum ordo sine vllo ordine seruatur; quòd PRINCIPIS familiares solicitando, & Princeps non repugnando; illi fallendo, hic falli se sinendo, illi per auaritiam, hic per imperitiam, quibus auferendum erat, dant; & quibus dandum erat, auferunt: à quibus contumelia afficiuntur, eos honore afficiunt; à quibus honore afficiuntur, eos cõtumelia afficiunt; iustos aspernè, auaros indulgenter (benigneque) tractant; expertos contemnunt, fallacibus se credunt; in summa, NON officiis personas; sed personis officia prospiciunt.

Sed audi porrò, quod dicam, Antigone. Postquam iudices infausti se ad honorem euectos, vel muneribus, quibus neutiquam digni erant, decoratos, multoque plus officij dignitatem, quam merita sua pollere vident: Continuò iurisdictionis & suppliciorum atrocitate formidabiles se reddunt; pro dominis sese, miserorum abutentes sudore, gerunt; prudentiæ defectum malicia explent, & quod omnium est pessimum, VTILITATE propria iusticiam metiuntur alienam.

Præterea postquam iudices illi maligni in sinum se negotiorum variorum prouectos vident, & REMIS scientiæ, velis prudentiæ, anchoris experientiæ destituti malis leuibus me-

Secundis rebus ea mala oriuntur in moribus, quæ sæuientibus peiora sunt hostibus. August. 1. ciu. 30.

Romanæ reip. moles magis imbecillitate propriæ senectutis, quam alienis concussæ viribus contremiscunt. Oros. 1. 7.

Non coercet vitia, qui prouocat. Sen. 2. contr. 6.

Roma vna in omnibus terris domus est virtutis, imperii, dignitatis. Cic. de orator. 1.

Facilè alliciunt animos ad misericordiam supplicis preces. Facius 1.

Omnia bona grauiter deflentur amissa. Cass. 8. 6

Facilior turpium quam honestorum intellectus est. Fab. 3. cap. 10.

Me ciuitatis morum piget tædetq; Sal. Iugurth.

Disciplina maiorum remp. tenet, quæ si labatur, & nomen Romanum & Imperium amittemus. Lamprid. Alexan.

Si patiar mercatores potestatum, damnare non possum. Erubesco n. punire illum hominem, qui emit & vendit. Alexand. apud Lamprid.

Respub. non extra noxam modo, sed etiam extra famam noxæ conseruanda. Liu. lib. 34.

Qui indignos aut malos eligunt; omnium, quæ electi designant, rei iudicantur. Chrysost.

Confusio culparum amica. Cassiodor. 7. 27.

Aliorum mores ex suis metientem & de iis bene sentientem opinio sæpe fallit. Dion. lib. 6.

Nihil in penatibus Principis venale aut ambitioni peruium sit. Tacit. annal. 13.

Cuncta turbantur, si integritas cum fraudibus misceatur. Cass. 1. 10.

Dignitatibus homines dandi, non hominibus dignitates. Sylu.

Plerung. hominem non ex eo quod ipse est, sed ex his quæ circa ipsum sunt, veneramur. Gregor. moral. 25.

Ἀμήχανον ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν γνώμην, πρὶν ἂν δι' ἀρχαῖς ἐντετιθὼς φανῇ Soph. Antigon.

Nemo vnquam imperium flagitio quæsitum, bonis artibus exercuit. Tacit. histor. 1.

Inter ipsa iudicum subsellia non veritas valet, sed munera. Hieron. Eccles. 3.

Nihil videtur turpe, quod est quæstuosum. Vell. lib. 2.

Non est hoc præstare regimen; sed augere discrimen. Leo epist. 87. cap. 1.

bus mederi nequeunt; alia mouent grauia: Pacem commodi solummodò priuati gratia perturbant publicam, damnum denique deplorantes proprium, bono dolent alieno. NEQVE verò iustius esse quicquam potest, quàm vt muneribus irretiti sibi inutilibus, detrimenta sua vel inuiti sustineant, atque ita alteri de concessis illis infamiam; alteri de ambitiosè quæsitis interitum præmij loco auferant.

Accedit & hoc, quòd eiusmodi IVDICIVM principia sunt superbia & ambitio; media inuidia & malicia; fines mors & interitus. NVNQVAM enim vbi radices aridæ sunt, viridia erunt folia. Itaque hac in parte suaserim, NE iudices eiusmodi vel inter familiares Principum recipiantur, vel à familiaribus eorundem foueantur; sed vt bono publico noxij non solùm è republica, verùm è vita quoque tollantur. MAXIMA quidem est eorum, qui magistratus in Senatu exambiunt, impudentia; sed longe maior est familiarium Principis illis suffragantium (temeritas &) audacia: & affirmare de vtrisque possumus, neque timore illos vel Dei reuocari, vel Principis refrenari; neque pudore impediri, neque à republica coërceri, denique nec rationis mandato obtemperare, nec lege vlla edomari. 496

Sed ordinem, si audire libet, exponam, quem in distribuendis honoribus Senatores seruant. ALIAS enim amicis illos, tanquam mercedem beneuolentiæ; aliàs ministris, tanquam precium operæ nauatæ; aliàs denique flagitatoribus assiduis, tantùm vt solicitatoribus importunis liberentur, tribuunt. Ita PAVCISSIMA relinquuntur officia, quæ virtute præstantibus ob ipsam conceduntur virtutis præstantiam. Sed scito Antigone amice, AD conseruandam vrbis existimationem, & bene gubernandam rempublicam, quam iudices adhibent ad impetrandos à Senatu honores diligentiam; eandem adhibendam Senatoribus ad quærendos spectatæ virtutis viros, quibus honores illi commendentur. MVNVS enim iudicandi non ambitiosissimè petenti; sed optimè merenti concedendum est.

Anno ab V. C. DCXLII. cum multa simul vbique terrarum bella populus Romanus, nempe cum Thracibus C. Cœlio †, cum Sardis Cn. Carbone illius fratre, cum Cimbris Iunio Sylano, cum Dacis M. Minutio Rufo, cum Macedonibus Seruilio Cæpione, cum Iugurtha, Numidarum Rege, Mario Consule duce gereret: postremum hoc bellum cæteris & illustrius & difficilius erat. Cùm enim ingentem copiarum vim Iugurthæ expugnandi gratia vrbs aleret; magnos Iugurtha intra vrbem amicos ad studium sui perduxerat.

Tanto currentes ambitu, mercenarii properant, aut fures fieri. Saresb. 8. 17.

Intempestiuis remediis delicta accenduntur. Tacit. annal. 12.

Æquitatis maximè studiosi, reip. administri præficiendi. Dio. lib. 71.

L'imperio & il mare sono due cose piaceuoli da riguardare, ma molto periculosi di gustare. Teat. pag. 437.

Difficile est, vt bono peragantur exitu quæ malo sunt inchoata principio. Leo. epist. 87. cap. 1.

ὁμοίως ἐπισφαλὲς μαινομένῳ δοῦναι μάχαιραν, καὶ μοχθηρῷ δύναμιν *Iambl. Stob.* 58.

Plerique magis actiones aliorum, quamlibet prauas imitantur, quam infortunia cauent. Dio. lib. 53.

Illis difficile est in potestatibus temperare, qui per ambitionem probos se simulauere. Sal. Iugurth.

Vnusquisq; hoc agere debet, quod nouit. Lamprid. Alexand.

Praua hoc famuli dementius audent, quo se sub domino pauperiore vident. Isengr. Flor. poët. vet.

Congruens est pessimis conatib. circa noxiam conscientiam sperare securitatem. Apul. Asin. 7.

Dignitas dum ad incognitum venit, donum est; cum ad expertum, compensatio meritorum. Cass. 1. 13.

Frustra docemur, si quicquid dicitur, præterfluat. Fab. 11. 2.

Iudices ex pecunia legi inhonestum est. Sal. de rep. ordin.

Illum vides, qui fulgere sibi videtur in purpura! quibus hoc sordib. emit, vt fulgeat? Cyprian. 2. epist. 2.

Las honras consisten no en tenerlas, sino en sol arribar à merecerlas. Arauc. vltim.

Talem se quisq; qualis prædicatur, existimat. Dio. lib 44.

Nundinatio magistratuum omnis improbitatis principium & finis, Iustinian. nouel. 8.

Omnis laborum fructus aufertur, omnis meritorum mensura vacuatur, si tantum quis assequitur dignitatis, quantum adulationis obtinuit. Leo. ep. 4.

Potest videri satis emendatus, qui in odium eorum, in quib. errauerat, ipse conuersus est. Fab. 11. cap. 1.

† *Cæcilio Metello.*

πέφυκεν ὁ πόλεμος καὶ τοῦ εὐτυχούντων ἐν αὐτῷ πολλοὺς ἀπολλύναι. *Aristot. Rhet. Alex.* 3.

Procliuius est impedire aliquem, eiusq; incrementis obstare, quam eundem velle ad magnum fastigium promouere. Dio. lib. 37.

Aureo pugillo murus frangitur ferreus. lib. 3. histor. cap. 1.

Iugurtha in auaritia nobilitatis & pecunia sua spem habebat. Sal.

rat. Erat tum Mauritaniæ Rex Bocchus, Iugurthæ † amicus, qui deinceps vt Iugurtha pessum iret, & à Mario caperetur, effecit. Hos Reges ambos † Marius Consul Romam adduxit, & de illis triumphauit, cùm ante currum incederent triumphalem, colla catenis operti, & oculis fletu manantibus; qui quidem casus infelix tum ciuibus spectantibus lacrymas elicuit, tum ad commiserationem exteros audientes commouit.

Peracto autem triumpho, decretum à Senatu fuit, vt illa nocte Iugurtha † securi feriretur; Boccho verò vita, licet erepto regno, concederetur, idque hanc ob caussam. A multis iam temporibus in more habebant Romani, vt neminem capitis afficerent supplicio, nisi libros diligentissimè inspexissent antiquos, vt cognoscerent scilicet, num maiorum quisquam insigni affecisset vrbem beneficio, cuius remunerandi ergò vitâ
497 *miser donaretur. Cæterum in libro quodam, qui in Capitolio asseruabatur, quibus imperatum erat, Bocchi auum tum sapientissimum, tum populi Romani amicum summum fuisse; cumque Romam aliquando venisset, multas in curia orationes habuisse, & præter cæteras sententias memorabiles, hæc in illo verba ab ipso pronunciata repererunt.*

V Æ regno, vbi sic viuitur, vt neque à malis boni, neque à bonis mali internoscantur!

V Æ regno, quod imperitis omnibus domicilium præbet, & sapientes (ac doctos) omnes in exilium mittit!

V Æ regno, vbi boni timidi, mali confidentes sunt!

V Æ regno, vbi pacifici spernuntur, seditiosi fouentur!

V Æ regno, vbi bono ipsius intenti occiduntur, malo eiusdem inuigilantes coronantur!

V Æ regno, vbi egenis superbis, diuitibus tyrannis esse licet!

V Æ regno, vbi malum omnes agnoscunt, & bonum † amplecti nullus audet!

V Æ regno, vbi tam abominanda palàm committuntur flagitia, vt aliis in terris nec clàm illa committere quisquam audeat!

V Æ regno, vbi cuncti quicquid libet, affectant; quicquid affectant, assequuntur; quicquid malum est, cogitant; quicquid cogitant, dicunt; quicquid dicunt, possunt; quicquid possunt, audent; quicquid denique audent, facto aggrediuntur; ac tum ne vnus quidem bonus est, qui resistat! Huius regni tam infortunati, aut populi tam infelicis caueat quisque ne ciuis sit. BREVI enim illi vel ira deorum, vel hominum furor ingruet; vt aut bonis viris plane priuetur, aut à tyrannis occupetur. Continebantur & alia

Victor & bona, & gloriam victi in se transfert. Dio. lib. 41.

† *gener, Sallustio: socer, Plutarcho & Floro.* 3. 1.

Virtus quid sit, aduersa ei malitia detegit. Fab. 12. cap. 1.

† *De Iugurtha solo meminere iidem autores.*

Plus fuga laudatur Pyrrhi, quam vincla Iugurthæ. Claud. bell. Get. vers. 128.

Fortius aduersus Romanos aurum, quàm ferrum Flor. 3. 1.

Facillimo momento mutantur animi hominum. Dio. lib. 39.

† *Iugurtham in carcere fame extinctum Plutarchus refert.*

Non est hoc nudum intuendum, qualem caussam vir bonus, sed etiam quare & qua mente defendat. Fab. 12. cap. 1.

Quoties parentum beneficiis obligamur, necesse est ad hæredes nexum debiti pertinere. Sym. 2. 90.

Quis in aduersis beneficiorum seruat memoriam? Vellei. 2.

El præmio esta en auerle merecido. Araucan. 324.

Fortunam contumelia ne adficias. Dio. lib. 43.

Regum maiestas difficilius ab summo fastigio ad medium detrahitur, quam à mediis ad ima præcipitatur. Liu. lib. 37.

Tous les regnes mondains se font & se des font, Et augre de fortune lis viennent &s' en-vont. Ronsard. c. 12. 8.

ὅπῳ δ' ὑβρίζειν, δρᾶν θ' ἃ βέλεται πάρα, πάντ' ὢν νόμιζε τὴν πόλιν εἰς βυθὸν πεσεῖν. *Sophocl. Aiac.*

Tetrum spectaculum oppressa ab impiis ciuitas, opitulandi potestate præcisa. Cic. Brut. epist. 15.

Non potest consistere cœtus hominum; vbi mali non castigantur. Dio. lib. 41.

Hæc nisi vnde aberunt, centuplex murus rebus seruandis parum est. Plaut. Pers. sc. 16.

Impunitas incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionum nutrix. Bernh.

† *procurare.*

Non est quisquam tam malus, vt videri velit. Fab. 5. 10.

Multas vrbes magnis affecit calamitatibus ciuium suorum scelus. Pausan. lib. 10.

Improbis, iniuriam facere est imperio vti. Sal. Catilin.

Omne id iustum censetur, quod armis potentior contra infirmiorem decernit. Dio. lib. 49.

Reip. bonum procuratur per punitionem criminum. Thom.

Quo magis quæ statueris, potest perficere, eò magis cura, vt quæ velle decet, velis. Dio. lib. 52.

Apud eos non viuendum, quos meliores reddere nequeas, & cum quibus perire nolis. Dio. lib. 38.

Circa nobiles personas plus debet esse moderaminis, vt perspiciatur in discretione iudicium. Sym. 9. 37.

Par est parentum meritis posterorum errata condonari. Ioseph. 8. ant. 5.

Grauia subiectis Principes sæpe minitantur, acuendi potius studio quam nocendi. Sym. 10. 47.

Comminatio dehortationis accessio est. Tertul. adu. Marcion. 4.

Vbi certa amicitia; ibi fides incertior. Symm. 1. 46.

Quicquid potuit prodesse seueritati, nunquam nocuit exemplo. Fab. declam. 7.

Dono gratiam & magnitudo quidem sua, sed efficaciorem aliquanto opportunitas conciliat. Val. Max. 4. 8.

Quis vllam calamitosis deberi putat gratiam? Vell. lib. 2.

Solatiis leniendus est animus, quoties optata protelantur. Sym. 6. ep. 6.

Sequor te literis, quia mente & affectione non desero. Idem 3. ep. 48.

Me tempore longo torret quarta dies, olimq; domestica febris. Iuuenal. Sat. 9.

multa oratione illa, quæ ad epistolæ meæ institutum non faciunt. Sed iustissimum mihi videtur fuisse, vt ob aui tam sapientis merita nepoti ignosceretur.

Hanc epistolam Prætoribus & iudicibus in Sicilia cunctis recitabis; eamque vbi recitaueris; secretò prænonitis, nisi ad frugem se meliorem recipiant, nos in ipsos publicè animaduersuros, denunciabis.

Ad exilium tuum quod attinet, me tibi fautorem fore iam antè scripsi; ac velim tibi persuadeas, me vt amicitia fruar pristina, & fidem datam exoluam, vel vitam tibi impensurum. P. Anicio secretario meo scribo, vt bis mille H. S. tibi, quibus paupertatem subleues, numeret; & hanc ad te epistolam, qua animum consoleris ægrum, mitto. Quod reliquum est, IN deorum voluntate acquiescas; quæ habes, iis iucundè fruaris; omnibus molestiis liber viuas, amicorum beneuolentia gaudeas, mi Antigone, precor: à me verò mala corporis, 498 *inimici crudeles, fata aduersa absint, opto. Rufæ vxoris tuæ verbis Faustinam, quæ tota ipsius est, meam saluere, ego, qui totus tuus sum, iussi; & salutationem abs te summa cum lætitia acceptam, cum gratiarum actione vterque remittimus; Sed desino, non desinens interim optare, vt tu in Italiam; in Siciliam mea propediem quartana transeat.*

CAPVT XIV.

Suadet autor Principibus & dynastis, vt paci studeant, & belli occasiones fugiant.

Miles non potest melius mori, quam in iusto bello. Vincent. de S. Laurent.

Ἀνδρῶν σωφρόνων ἐστίν, εἰ μὴ ἀδικηῖντο, ἡσυχάζειν. ἀγαθῶν δὲ ἀδικημένους μὴ μὴ εἰρήνης πολεμεῖν, ἢν δὲ παραχρῆν, οὐ πολέμῳ πάλιν ξυμβῆναι. *Thucyd.* 1.

Pax si iusta & honesta sit, res est omnium pulcerrima atq; opt. Nihil tamen est aut faciendum iniuste, aut patiendum turpiter, vt pace frui valeamus. Polyb. lib. 3.

Bonum insolitum plus amatur. Cassiod. 8. 20.

Ille verè pacem habet qui nil appetit in seculo possidere. August. serm. 2. ad fr. in erem

Augustus humanam naturam excessit omni virtutum genere. Philo de legat. ad Cai.

πολλῶν χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ πολλοῖς ἔπαινος. *Basil. ad fil. cap. 33.*

† *ante vitam finirent, quam princeps, quid mors esset cognosceret H.*

Amabile est præesse ciuibus, sed placere difficile. Symm. 10. 16.

Arduum vel modicæ paucorum expectationi satisfacere. Ap. flor. 1.

E cosa difficile, il poter contentare ogni vno, Teat. 339.

CAPVT XIV.

Suadet autor Principibus & dynastis, vt paci studeant, & belli occasiones fugiant.

LAVDATVR omnium ore Octauius Augustus, secundus Romanorum Imp. quòd adeò tum per se bonus, tum vniuersis in Imperio Romano carus fuerit, vt teste Suetonio Tranquillo (cap. 59.) nonnulli patrum familiarum morituri gratias diis egerint, quod † superstitem Augustum relinquerent; ac præterea testamento cauerint, vt ab hæredibus suis (liberisque) prælato victimæ titulo in Capitolium quotannis ducerentur, & vota pro vita Principi proroganda diis persoluerentur. Nimirum hæc verè AVREA ætas & terra felix dici poterat, vbi rempublicam Princeps suam amabat, & Principem respublica suum (tantum non) adorabat. RARISSIMVM enim hoc est, vt vel vni omnium satisfaciant obsequia, vel omnibus vnius placeat gubernatio.

Nec

Nec verò aliam ob causſam Romani vitam principi potius optimo, quàm ſibi ipſis (longæuam) precabantur, quàm quòd † in pace conſeruaret rempublicam. Vt autem magnopere laudanda eſt Auguſti Cæſaris virtus; ita non minus celebranda eſt populi gratitudo (ac beneuolentia;) quòd & tantum ille meritus eſt, & hic tam gratus erga merentem fuit. Si enim fateri verum volumus, PAVCISSIMOS inuenias, qui tam tenerè alios ament, vt illorum amore ſeipſos oderint. NEMO eſt adeò humilis, qui in rebus ad honorem pertinentibus non anteire omnes velit; quod in morte non fit, vbi poſtremus quiſque eſſe cuperet; quod inde manifeſtum, quòd cùm (iam Princeps,) iam pater, iam mater, iam maritus, iam vxor, iam filius, iam vicinus moriatur; MORTEM quiſque alienam magno animo fert, dum modò incolumis ſit vita propria. Principem quidem manſuetum, tolerantem, magnanimum, ſobrium, caſtum, honeſtum ac veracem amari iuſtiſſimum eſt; ſed ſi quiſquam alius, MAXIMA Princeps, qui pacem ſuæ reipublicæ ſartam tectam præſtat, afficitur iniuria, ſi non omnium votis ipſius vita Deo commendatur.

499 *Quid boni poteſt habere reſpublica, quæ diſſenſiones & bella habet? Dicat quiſque ſanè quod libet; Ego verò ABSQVE PACE neminem fortunis ſuis frui, ſine ſuperuentu cibum capere, quietè dormire, ſecurè iter facere, vicino tutò fidere poſſe aio: In ſumma, QVAMDIV pax abeſt, nulla non dies mortem (nobis) minatur, nulla non hora vitæ vltima videtur.*

Bonum eſt Principem à † furibus regna ſua repurgare. NIHIL enim iniquius, quàm pauperum labore ac ſudore victitare & frui errones. Præclarum eſt, Principem blaſpemos è medio tollere. INIQVISSIMVM enim eos contumelia Regem cœlorum audere afficere, qui Principem terræ lingua attentare non audent. Laudabile eſt Principem è republica aleatores & luſores remouere. LVDVS enim inſtar tineæ eſt pernicioſiſſimæ, quæ & veſtem nouam corrodit, & tigna arida conſumit. Bonum eſt Principem è regnis ſuis conuiuiorum prodigentiam, & veſtium luxum tollere. MVLTA enim in res non neceſſarias erogando eò rediguntur homines, vt ad neceſſarias ſumtu deſtituantur. Sed quid prodeſt, obſecro, Principem vniuerſa è ſua republica relegare vicia; ſi contrà bellis illam implicatam habet?

*MVNERIS Principalis finis eſt, bonum * conſectari, malum declinare. Verum enim verò BELLI tempore nec vicia Principes extirpare, nec vicioſos coërcere poſſunt.*

Iulianus Imp. aſſerebat pacatorum terras non debere calcari, ne vt ſæpe contingit, per inciuilitatem militis, occurrentia vaſtantis abrupte fædere frangerentur. Ammian. 18.

† *pacificam præſtaret.*

Auguſtus & aperta bella ſuſtulit, & occulta latrocinia Philo. Legat. ad Cai.

Nemo tanti ab alio, quanti à ſe ipſo æſtimatur. Sen. 2. benef. 28.

Νόμιζε, εἰ σὺ τῶν σαυτῶ φιλεῖς, ψυχῶν φιλεῖν ἅπαντας. *Eurip. Alceſt.*

Auguſtus pacis cuſtos, iuris æquus moderator, gratiarum profuſus largitor; omnium bonarum rerum, quam diu vixit, communicator. Philo. Leg. ad Cai.

Si homines pacem amant, ament & iuſtitiam; quia duæ ſunt amicæ cariſsimæ. Auguſtin. ſerm. 2. ad fr. in erem.

Tum denig, militares artes tibi profuturas ſcito, cum Deum tibi pietate ac iuſtis factis propitium reddideris. Facius. lib. 10.

Pax bonum ab omnibus laudatum, ſed quod pauci cuſtodiunt. Naz. orat. 10.

Quæ ſupplicia ſufficiunt, cum Deo ſit iſta tam nefaria, tam inſignis iniuria? Auguſt. 2. Ciu. 9.

Sidera pace vigent, conſiſtunt terrea pace; nil placitum ſine paee Deo. Prudent. Pſychom.

Pax optima rerum, quas homini nouiſſe datum eſt. Sil. lib. 11. extr.

In pace & populi proficiunt, & vtilitas gentium cuſtoditur. Caſsiodor. 1. epiſt. 1.

Pacis bono nihil gratius ſolet audiri, nihil deſiderabilius concupiſci, nihil melius poteſt inueniri. Aug 19. ciu. 11.

† *latronibus.*

Non eſt ſecura diuitiarum poſſeſsio, niſi armorum defenſione ſeruetur. Veget. 3. 3.

Tres cauſſæ belli iuſtæ; defenſio, correctio, recuperatio. Gabriel. 4. diſtinct. 15. q. 4.

Fur voluntate omnes, vi quotquot valet, ſpoliat. Philo de decal.

Nemini danda venia, qui in Deum blaſphemus eſt. idem.

Es ſpielen ſich ehe zehen arm/ dann einer reich. Adag.

Ager, quamuis quæſtuoſus ſit, ſi ſumtuoſus erit, relinquitur non multum. Cato. re ruſt. 1.

Diuitiæ magnæ non tam multa accipiendo, quam non multos ſumptus faciendo, colliguntur. Dio. lib. 52.

Priuata parcitas liberalitates publicas enutrit Caſsio.

Reſp. ſi proſpero ſucceſſu vtatur etiam priuatorum omnium calamitates poteſt ſubleuare. Dio. lib. 18.

* *promouere.*

Si vis exercere tibi vtile, nulli graue imperium, ſubmoue vitia. Sen. ep. 94.

Publica priuatæ ne cedant commoda cauſſæ. Glaud. 1. Stilic. 299.

Γλυκὺ πόλεμον πῆς ἀπείροισιν. *Pind. Eraſm. chil. 4. cent. 1. prou. 1.*

Facillimum cuiuis bella verbis adminiſtrare. Dion. lib. 9.

Conſilium ab his recipi oportet, qui amant, Sylu. Hiſtor. Bohem. 61.

Si non poteſt alicui ſubueniri, quin grauetur alter: commodius eſt neutrum iuuari, quam grauari alterum. Ambroſ. offic. 14. q. 5. Angel. in ſum. in verb. bellum. §. 8.

Iis quibus & peſsima & immodica cupiditas, non poteſt pax placere. Vell. lib. 2.

Cum probrum iacitur, in Principem patriæ bonum, atque vtilem, tanto eſt indignius, quanto à veritate remotius, & à vita illius alienius. Auguſtin. 2. ciu. 9.

Felicior pax nunquam laceſsita, quam multo reparata ſanguine. Sen. epiſt. 66.

Θυμὸν χαλίνου, μὴ φρενῶν ἔξω πέσῃς. *Naz. Monoſtich.*

Συμβούλου μὴ τῷ ἥδιστα, ἀλλὰ τῷ ἄριστα. *Solon. Stob. 94.*

Omne bellum facile ſumitur; cæterum ægerrimè deſinit. Sal. Iugurth.

Plus in conſilio, quam in viribus præſidii ponendum. Dio. lib. 37.

Βελῆς δὲ δεῖν ἐστιν ἔχθιον κακῆς. *Soph. El.*

Μιᾶ ἐστι δρχὴ δ' καλῶς βουλεύσασ, τὸ γνῶναι πρὶν ὅτου ὁ λόγος. *Bias Stob. 94.*

Δοκεῖ βέλτιστον μὲν, σοὶ θεῷ ἀεὶ κρατεῖν. *Sophoc. Aiac.*

Bene vniuerſa geruntur & competenter, ſi rei principium fiat decens & amabile Deo. IC.

τί δ' μεῖζόν ἐστιν αὖθις ὸν νόσφι θεῦ; *Oppian. ἁλ. β. 4.*

Vnde conſilium non petiiſti ſuper tanta re, auxilium petere non debes. Liu. lib. 5.

Σὺν θεοῖσι τὰς σοφὰς κινεῖν δόξας στρατηλάτῃ χρὴ, τοῦ θεοῦ δὲ μὴ βίᾳ. *Euri. St. 581.*

DEVS bellorum exordiis, progreſſibus finibusq; moderatur. Auguſtin. 7 ciu. 29.

σοὶ θεῷ πειρώμεθ' ὧν εἰκὸς κῦρ τῆς πράξεις πρόοιδεν ἐπὶ τὸ ἄμεινον τῇ πόλει. *Xen. ἱππ.*

Fruſtra bellatur, ſuperis nolentibus. Alci.

Declinanda eſt ſuaſio, quæ plus habet periculi, quam decoris. Caſs. præfat. 1.

τὰ μεγάλα τῶν πραμάτων μεγάλων δεῖται κρίσεως. *Heliodor. lib. 9.*

Quid debet qui conſilium dat, præſtare præter fidem? Cic. Att. 16. 7.

Μεῖ' ἀσφαλείας μὲν δοξάζομεν, μετὰ δέους δ' οὐ τῷ ἔργῳ ἐλλείπομεν. *Thucyd.*

Nihil eſt in omni vita prius conſilio. Fab. cap. 6.

Νίκῃ ἀλλήλοις φορέειν ἀτίνακτον ἀνάγκη ἠὲ νέκυι κεῖσθ'. Ὣς ὄφρα σφίσιν εἰκὼ ὄρωρεν. *Oppian. κυν. β. 336.*

† *male res cadat, vel Princeps ſuccumbat.*

O ſi intelligerent Principes & megiſtanes, quantum malorum cumulum & ſibi & ſuis domibus illo die attraherent, quo die bella ſuſcipiunt! Crediderim, imò affirmare auſim fore, vt non ſolùm à ſuſcipiendis illis ſuperſederent; ſed ne familiarium quidem vllum illorum meminiſſe paterentur; aut ſi quis contrarium ſuaderet, vt hoſtem tractarent ſummo iure capitalem. QVI pacis quærendæ, amandæ, conſeruandæ Principibus autores ſunt, maxima afficiuntur iniuria, ſi ipſis audientia, beneuolentia, fides negatur. CONSILIARIVM enim, qui leui de cauſſa Principi ſuſcipiendi belli autor eſt, aut bili abundare, aut conſcientia carere dixerim.

Accidit interdum, vt Princeps ira commoueatur animoque perturbetur; accepto nuncio de prouinciæ alicuius rebellione, aut Principis alterius in ditionem ſuam irruptione, quo ſuper negotio cùm concilium cogit; ſunt conſiliarij nonnulli adeò temerarij, vt tam facilè de rumpenda mox pace ſuffragium ferant; quàm facilè de bello finiendo ferrent alij. Quod SI CASVS ferat, vt ſubitaneum Princeps petat conſilium; non ſubitaneum ei dandum eſt reſponſum. RES enim bellicæ ſumma cum prudentia 500 *perpendendæ, & accurata cum deliberatione definiendæ ſunt.*

Nunquam Dauid, Rex ſanè prudentiſsimus bellum mouit, niſi DEVM prius in conſilium adhibuiſſet. Nunquam Iudas Macchabæus prælium iniit, niſi precibus ante Deum deuotis imploraſſet. Nunquam Græcis & Romanis bellum facere hoſtibus licitum erat, niſi victimas prius diis immolaſſent, & oracula antè (vateſque) conſuluiſſent. Quod ad negotia iuſticiæ, oblectamenta Principis, præmia bonorum, pœnas malorum, diſtributionem beneficiorum attinet; ea cum familiari aliquo communicare Principi licet. At de BELLI negotiis cùm Deo prius quàm cum vllo altero (conſultare &) certi aliquid ſtatuere debet. NVNQVAM enim plenam de hoſtibus victoriam reportabit Princeps, niſi querimoniam prius ſuam in manus Dei depoſuerit.

Qui in belli paciſue negotiis à Principe conſuluntur, huius præcepti ſemper meminerint, vt TALIA, cùm in ipſius cubiculo ſunt, conſilia ipſi dent, qualia in hora illa decretoria, vbi vltimæ neceſsitatis præſcripta ſentirent adeſſe, darent. IN ILLO enim momento extremo, vel adulatoriè loqui, vel conſcientiam onerare nefas eſt. CVM de bello agitur, ſingulos, qui conſultationi interſunt, cogitare decet, ſi † ad manus veniatur, fore vt omne damnorum onus ipſorum (vt ſic loquar) incumbat conſcientiæ; quòd ſi facul-

facultates, vnde satisfaciant, non suppetent; animam se miseram habere, quæ omnia luet. ITA complecti singulos pacem, bellumque odisse decet, vt me quidem autore & iudice, quem apparatum missam peracturus facit in sua conscientia sacerdos; eundem, quisquis in concilio de bello sententiam dicturus est, facere debeat.

PRINCIPES, cum homines sint, iniurias humano more ægrè ferre & vlcisci velle mirum non est. Sed ideò viros in consilium prudentes adhibent, vt animi ipsis perturbationes adimant, & indignationem mitigent. NVNQVAM (enim) consiliarij Principibus ira commotis ea suadere debent, de quibus animo iam placato iure possint conqueri.

Sed vt pensum nostrum peragamus, commemorandis bonis, quæ amissa pace amittuntur; & malis, quæ, admisso bello cumulantur; præter cætera incommoda satis superque hoc mali esse aio, quòd BELLI tempore virtutes vniuersæ proscribuntur, & diuitiæ omnes subhastantur. Est enim hoc vniuersale, quòd SIMVLATQVE bellum hostibus infertur; 501 *mox viciis subditi cuncti onerantur. QVAM DIV Principes & dynastæ bellum gerunt, etiamsi regnorum suorum domini de iure sint; non tamen de facto sunt: siquidem illo tempore plus domini laborant, vt clientibus satisfaciant, quàm clientes, vt dominis: quod quidem hi faciunt, vt tum opera illorum contra hostes iuuentur, tum pecunias ab eis mutuò accipiant. AVT sensuum illecebras Principes in seipsis moderandis, aut rationis ductum sequuntur. Si rationem sequi volunt; multum ipsis superest: sin appetitum sequi volunt sensuum; nihil est, quod ipsis satisfaciat. VT enim aquam maris exhaurire impossibile; ita æquè difficile est animi cupiditates omnes explere.*

Si Principes bellum mouent, quòd ditioni suæ terra aliqua detracta sit, quod salua nequeant negligere conscientia; videant, ne conscientia illa sit erronea. NVLLVM enim in mundo bellum tam iustum est, quin aliquem inde Principes scrupulum conscientiæ reportent.

Si bellum Principes tantum dominatus & ditionis ampliandæ caussa mouent; spem istam vanissimam esse aio. PLERVNQVE enim ita atteruntur & exhauriuntur vnico bello, vt tota postea vita sarcire detrimenta nequeant.

Si bellum Principes vlciscendæ iniuriæ alicuius caussa suscipiunt; id quoque superuacaneum est. MVLTI enim in bellum proficiscuntur vna tantum re læsi, & multis offensi vexatique redeunt.

Si

Optimè de futuris consultant, qui rerum futurarum exempla ex præteritis sumunt. Dion. lib. 10.

Curiæ limen intrantes, abiecta priuata caritate, publicam induant. Val. Max. l. 1.

Non conosce la pace, è non la stima, Chi prouato non ha la guerra prima. Adag.

Non semper eædem sunt voluntates Principum; iratorum verò vanescunt celerrimè. Phil. Legat. ad Cai.

Habet quendam aculeum contumelia, quem pati prudentes ac viri boni difficillimè possunt. Cic. Verrin. 3.

Ira atque cupido pessimi consultores. Sall. Iugurth.

Friede nehrt / Vnfriede verzehrt. Adag.

ἡσυχία τῇ αὔξησιν ποιεῖ. *Schol. Thucyd. lib.* 1.

Felix materia est suadere ocium. Sym. 6. 62.

Homicidium cum admitrunt singuli, crimen est; virtus vocatur; cum publice geritur. Cyprian. 2. epist. 2.

Nulli prius cladem belli sentiunt, quàm qui mouent. Liu. lib. 35.

Πολλοὶ τὰ ἀλλοτρίας ἀδίκως ἐπεθυμήσαντες, τὰ ἑαυτῶν εἰς τὸς μεγίστους κινδύνους δικαίως κατέστησαν. *Isocr. Plataic.*

Nunquam parum est, quod satis est: nunquam multum est, quod satis non est. Sen. epist. 120.

Laß dir nichts gelieben / so kan dich nichts betrüben. Adag.

Σφαλερὸν, ἡγεμόνων θράσυς. *Eurip. Supplic.*

Non sufficit concupiscentiæ, quod potest satis esse naturæ, Leo sermon. 12. de quadrag.

Prætextus bellorum refutari;

1. *Erepta repetendi:*

Dedecori decus est vindictam reddere nostro. Guillerm. Phil. lib. 11.

Præferendum fas commune propriæ vtilitati. Apul. apol. 2.

Vel iniquissima pax iustissimo bello anteferenda. Cic. 6. ep. 6.

Imprudentium ista fiducia est, fortunam sibi spondere. Sen. 4. benef. 34.

2. *Potentiæ augendæ.*

Felicitas maior est, vicinum bonum habere concordem, quam malum subiugare bellantem. Augustin. 4. ciu. 15.

Periculum est, ne plura appetendo, parta quoq; amittantur. Dio. lib. 56.

ἐπὶ τὸ πολεμεῖν ἐρχόμεθα ἐξαπατώμενοί τι, ἢ βιαζόμενοι, ἢ ὑποστερούμενοι. *Plat. Alcibiad.* 1.

3. *Iniuriæ vlciscendæ.*

Multi vlcisci alios cupientes, ipsi vna periere. Dio. lib. 44.

Nemo vindicare se cogitur. Sen. 3. contr. 5.

Si honoris tantùm comparandi gratia bellum Principes mouent; hunc quoque laborem inutilem iudico. NON enim tam bonæ fidei mihi videtur fortuna, vt illius manibus honor, opes & vita committenda sint.

Si bellum mouent Principes, vt aliquam sui seculis futuris memoriam relinquant; non minus hoc quàm istud vanum mihi videtur. Si enim æui superioris inspiciamus & examinemus historias, longè PLVRES Principes ex bellis infamiam reportarunt, quàm victoriis potiti famam sibi pepererunt.

Si bellum suscipiunt Principes, pluribus existimantes deliciis & oblectamentis terram redundare alienam, quam suam; hæc me quidem iudice, ex defectu experientiæ, & multò magis conscientiæ oritur cogitatio. NIHIL enim Principi vel turpius vel irreligiosius, quàm si, vt pluribus affluat viciis & deliciis, regnis bellum faciat alienis.

Non fallantur Principes, regiones alias pluribus, quàm suas, rebus affluere cogitantes. NVLLA enim vsquam terra vel gens est, vbi non sit hyems & æstas, nox & dies, sani & ægroti, diuites & pauperes, mœsti & hilares, amici & inimici, vicia & virtutes, viui & mortui: in summa OMNIA vbique terrarum eadem; at inclinationes hominum diuersas esse aio. 502

Velim ego scire ex Principibus & dynastis, qui deliciis & circumfluunt, & circumfluere cupiunt, quid ipsis in regnis suis, quantumuis exiguis, desit! Si venari volunt, siluas (montesque) habent; si piscari, flumina; si deambulare, ripas; si refrigerari, balnea; si relaxare animum, musicos; si vestiri, pannos preciosos; si largiri, pecunias; si luxuriari, fœminas; si dare se iucunditati, hortos: si æstu fatigantur; terras habent frigidas; si frigore offenduntur, calidas; si cibum volunt capere, desunt scilicet epulæ! Hæc igitur omnia qui cum pace in ditione habet propria; cur ea cum bello in ditione quæsitum it aliena?

Sæpe homines ex vna regione in aliam migrant, non vt piæ benignitati aut virtutibus vacare expeditius possint; sed vt liberius commodiusque viciis indulgeant: quibus adeò posteà contra votum eueniunt omnia, vt neque gemitu propter id, quod reliquerunt, neque fletu propter id, quod quæsiuerunt, expleantur. TAM RARÆ sunt res, quæ sinceram in hoc mundo iucunditatem præbent, vt si quispiam alicubi fortè quippiam, quo delectetur, repererit; cauendum illi sit, ne à dæmone nequam deceptus, alibi se iucundius & suauius victurum opinetur. Nam VBICVNQVE & quacunque incedamus, tanta est delectationum

4. *Gloriæ consequendæ.*

Facilius regna viri excellentes, quàm gloriam contemnunt. Sylu. Histor. Boh. 65.

Gloriosum, quod tutissimum. Vell. l. 2.

5. *Memoriæ parandæ.*

στρατηλάτεε, ἵνα λόγος σε ἔχῃ πρὸς ἀνθρώπων ἀγαθός. *Herodot. lib. 7.*

Hæc sunt consilia mortalium; hæc rota magnarum cogitationum. Arbit. pag. 78.

Πόλεμον τρομέουσι καὶ ἄνδρες. *Coint.* 1. 651.

6. *Terras commodiores occupandi.*

Sic semper proxima sordent, sic longinqua iuuant. Petrar. epistol. lib. 3.

Quicquid domi est, vile est. Sen. 3. benef. 3.

Contente toy du tien, & ne sois desireux D' estre plus que tu es, & tu seras heureux. Ronsar. 9. 42.

Χώρη οὐδεμίη καταρκέει πάντα ἑωυτῇ παρέχουσα, ἡ δὲ ἂν τὰ πλεῖστα ἔχοι, ἀρίστη αὕτη. *Herodot. lib. 7.*

Quocunq; venimus, eadem rerum natura vtendum est. Seneca Hel. 8.

Vectigal, ex agro hostium capere, non fructu iucundius est, quam vltione. Liu. lib. 28.

Si sapis, eris contentus mensura, quam tibi mensus est Deus: nam quod amplius est, à malo est. Bernh. fol. 228.

Quien no tiene contiento, no halla buen assiento. Adag.

Turpe alieni cupiditate bellum non necessarium sustinere. Dion. lib. 8.

Non qui Parum habet; sed qui plus cupit, pauper est. Sen. epist. 2.

Poco y en paz, mucho se me haz. Adag.

Cui pauca non sufficiunt, & nihil satis est. Ælian. lib. 4.

Οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα. *Prouerb.*

Δεῖ τὰ μέλλοντα τοῖς γεγενημένοις τεκμαίρεσθαι. *Isocr. pan.*

Miseriæ tolerantur; felicitate corrumpimur. Tacit. histor. 3.

Præterita voluptas præsentem non iuuat, & exhausta non satiat. Hieron. Eccles. 2.

Facilius est plerisq; aduersam, quam secundam regere fortunam. Curt. lib. 10.

Vita hæc nostra in medio insidiatorum, in medio præliorum est. Leo. Serm. 1. de quadrag.

Multis amaritudinibus humanæ felicitatis dulcedo respersa est. Boet. 4. consol. 4.

tionum penuria, tanta moleſtiarum abundantia, vt vix centum annis vnum, quo oblectemur; at quibus excruciemur, vel millena paſſim reperiamus.

Felicia bella, quæ iuſta. Liu. lib. 2.

ὑδεὶς ὕτω ἀνοηλὸς ἐστι, ὅς τις πόλεμον τῆς εἰρώνης αἱρέεται. ἐν μὲν γὰρ τῇ πάϊδες τοὺς πατέρας θάπτουσι, ἐν δὲ τῷ οἱ πατέρες τοὺς πάϊδας. Herodot. lib. 1.

CAPVT XV.

Recitat autor commoda pacis, & quo pacto multi Principes ex cauſſis leuiſſimis grauiſſima bella mouerint, oſtendit.

ὡς δὲ πολεμεῖν ἢ μὴ, πρὸ πάντα μάλιστα τούτοις συμβουλεύειν, οἵ περ ἐν τοῖς κινδύνοις πλεῖστον μέρος μεθέξουσιν. Iſocrat. Archidam.

Κάλλιστον τὸ δικαιοῦσθαι, λῶστον δὲ ὑγιαίνειν, πάντων δὲ ἥδιστον, ἃ ἂν ἐρᾷ τις τυγχάνειν. Theogn. Ariſtot. 1. Eudem. 1.

Ὑγιείας χωρὶς οὐκ εὐδαίμων. Athen. lib. 15. extrem.

Es coſtumbre ordinaria del contento, no acabar de llegar à quien le aguarda. Arauc. 294. 2.

Guerra, caça y amores, por vn plazer mil dolores. Adag.

Humanæ felicitates momentaneæ, in diem durant. Dio. lib. 38.

In rebus ſecundis nihil in quenquam ſuperbè ac violenter conſulere decet. Liu. lib. 5.

Lubrica res eſt, admodum valida corporis conſtitutio. Hippocr. Plut. 5. Symp. 7.

Cæur content, grand talent. Adag.

ἐτ' ἐρᾶμαι πλεῖν, ἐτ' εὐχομαι, ἀλλὰ μοι εἴη ζῶν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδὲν ἔχοντ' ἀκηκόην. Theog.

Dei donum frui poſſe diuitiis. Hieron. Eccleſ. 5.

Concupita inardeſcunt, adepta vileſcunt, amiſſa vaneſcunt. Auguſt. de verb. Apoſt.

Κρεῖττον πενίαν ἄλυπον μῶλον, ἢ πλοῦτον πικρὸν ἔχειν. Menand.

Quid habeant voluptates carendo magis intelligimus, quam fruendo. Cic. poſt redit. ad Quirit.

Σωφρονέστερον δὲ μετὰ τὸ πιθεῖν ἐγκρατεῖν, τὸ πεῖν πιθεῖν φυλάξασθαι δὲ μὴ παθεῖν. Gai. Stob. 94.

Haud facile eſt, vt qui multa aliis inferunt damna, ipſi non multa ab aliis viciſſim patiantur. Plat. ep. 8.

εἰ πόλεμος μέγα κακὸν, τότε πλεῖστον μέρος οἱ ἄρχοντες μετέχουσι. Xenoph. Hieron.

Vt fortaſſe reum faciat Regem iniquitas imperandi; tamen innocentem militem oſtendit ordo ſeruiendi. Auguſtin. contr. Manichæ. 23. qu. 1.

αὐτοὶ ἀλλήλους ὀλέκουσι, χρεόμενοι φέρτατοι ἀλκῇ πέφυκαν. Oppian. ἁλ. 1. 54.

Sum Timo, Rex Ponti antiquiſſimus, Philoſophum, quem penes ſe habebat, interrogaſſet; cùm ipſe ſanitatem, honorem & diuitias haberet; an quicquam eſſet, quod inter homines optari præterea, vel à diis in hac vita peti fas eſſet; reſpondit Philoſophus: Equidem quod nunquam vidi, video; quod nunquam legi, audio. Nam SANITAS, diuitiæ & honor rariſſimè vni à diis creduntur; & ſi in aliquibus interdum concurrunt; tam breuis eſt illorum poſſeſſio, vt iuſtiorem plorandi, quòd iis ſpoliati ſint; quàm gloriandi, quod ea poſſederint, cauſſam habeant. Quin parum tibi, (mi Rex) vt hoc etiam addam, hæc omnia deos dediſſe prodeſt; ſi vt illis contentus ſis, non dant; quod quidem neque dediſſe tibi, neque daturos arbitror. ADEO quippe in diſtribuendo æqui ſunt dij, vt quibus animum ſuo contentum dant, iis diuitias negent; & quibus diuitias dant, iis animum ſuo contentum negent. Hæc Plutarchus libro primo Politices narrat, & nomen Philoſophi non exprimit.

503

Singulari Principes & megiſtanes afficit DEVS beneficio, dans eis ſanitatem, dans opes, dans honorem: ſed ſi animum ſuo contentum non ſimul dedit; illis datis, laborem aio & pericula ipſis dediſſe. QVAMVIS enim maior ſit labor pauperis, quàm diuitis; infinitis tamen partibus maius eſt faſtidium diuitis, quàm pauperis. Quòd ſanitatem homines parui æſtimant, in morbos incidunt; quòd diuitias, in paupertatem; quòd non intelligunt, quid ſit honor; eò rediguntur, vt ſint inhonorati. Sic PRINCIPES malè feriati, non antè pacem parui pendere deſinunt, quàm ſaucios prælia remittant.

Quo die Principes bellum hoſtibus indictum præconis voce prædicari iubetis; eo die licentiam cunctis ſubditis, vt mali ſint, datis. Quòd ſi minimè vos, vt mali ſint, velle dicatis; aſſentior: At cauſſam tamen illis, vt boni non ſint, præbetis. Age, QVID bellum ſit diſcamus, & bonum an malum ſit bellum ſequi, apparebit. BELLORVM OPERA hæc ſunt: homines interficere, templa ſpoliare,

Quid habebunt milites, si suum quisq; habuerit? Sen. 4. benef. 37.

οὐδεν ἧσσον τῶν πεφυκότων ξῆν ὁ πόλεμος. *Isoc. orat. ad Phil.*

Nemo conscientiam suam decipit, si fallit alienam. Minut. 390.

Μείζων ἀδικεῖ, ὁ ὐκ ἀναγκαίας ἀδικῶν, ἢ ὁ μὴ ὐκ ἀναγκαίας. *Aristot. problem.* 29. 13.

Nunquam Deus iuuat, quod vetat. Cypr. de singular. cleric.

Nisi cognita causa, qui potest ius & iniuria discerni? Tac. ann. 2.

Iniquitas partis aduersæ, iusta bella ingerit gerenda sapienti. Augustin. 19. ciuit. 7.

ὁ πόλεμος τοῖς μὲν δικαίοις ἀναγκαῖος. τοῖς δ' ἀδίκοις ἐκούσιος. *Max. Tyr. dialex.* 19.

Dei quanto iudicium tardum, tanto magis iustum est. Min. 369.

χρὴ εἰς τὸν ἀγῶνα μηδέποτε καθυστερίζειν, ὥστε πάντα λαθεῖν, ἢ πάντα ἀποβαλεῖν. *Xenophon rerum Grac.* 6.

χρὴ τοὺς δὴ πεφιλοπτωκότας εἰρήνης ἐπιμελεῖν. *Isocr. Archidam.*

Βάλλουσι βραδέως, ὡς ἐ περὶ βραχέων. *Thucyd. lib.* 1.

Consilio prius, quam vi bellum gerendum. Mamertin. paneg.

Wer eilet nach frembdem Gut / auff den wartet Armut. Adag.

Nemini religiosius quod iurauerit, custodiendum, quam cuius maxime interest, non peierare. Plin. paneg.

Bonum publicum semper euertunt studia priuata. Sidon. 4. 25.

ἔστι ἔστιν ἄλλο ὄργανον, ὦ κλεινὸν ἀρετὴ, πλοῦ ἀληθὴς λόγος. *Max. Tyr. orat.* 6.

* *feliciter cedet.*

Ad laudem regnantis trahitur, si ab omnibus pax ametur. Cassiodor. 1. 23.

In turbas & discordias pessimo cuiq; plurima vis; pax & quies bonis artibus indigent. Tacit. histor. 4.

Memento officii tui titulum. Plin. 8. epist. 24.

πρὸς βαρβάρους ὁ φειδωλὸς καὶ συμπλὴν τῆ ἀνομοίων τῆ φύσει πεφάξεων. *Nicet. Balduin. Flandr.*

Rapiendi studium Spartanorum artificium. Isocrat. panathen.

Lacedæmoniis præcipua fuit cura bellorum. Veget. prol. 3.

Σπάρτα δὴ ὃ τὸ ζηνεῖν, ἀλλὰ φυγεῖν ζηνάλω. *Epigram. lib.* 3.

Germanis pigrum & iners videbatur, sudore acquirere, quod posses sanguine parare, Tacit. de morib. Germ.

populari regiones, deprædari insontes, licentiam dare furibus, distrahere amicos, excitare seditiosos, quorum nihil sine maximo iustitiæ detrimento & conscientiæ scrupulo fieri potest.

Negare homines turbulenti nequeunt, si inter duos Principes bellum cooriatur, licet vterque queratur; ab vno tantum ius stare. Itaque SIVE iustam caussam oppugnet Princeps, siue iniustam propugnet; nunquam belli exitus innocentem faciet. Si innocens non erit; condemnabitur scilicet. Erit autem hæc condemnatio, vt de omnibus damnis, cædibus, incendiis, stupris & rapinis, quæ in vtraque commissa fuerint republica, rationem cogatur iniusti belli autor reddere: Qui si nullum in hac vita habeat, à quo ad reddendam rationem cogatur: At IVDICEM habebit iustum, cui pœnas in altera (vita) persoluet.

PRINCEPS spectatæ virtutis, quique Christianus haberi cupit, antequam bellum moueat, quid inde emolumenti aut detrimenti capturus sit, consideret: nimirum si malè cedat, & opes & dignitatem amitti: sin feliciter; vt maximè voti compos reddatur, forsitan votum illud perniciosum esse reipublicæ; & tum NON oportet eum velle, vt vnius cupiditas omnium commodo præferatur. 504.

Quando DEVS Principes constituit, & subditi pro dominis illos receperunt; nec Deum id mandaturum, nec homines id ratum habituros fuisse credibile est; si Principes non ea, ad quæ astringuntur; sed ea, ad quæ proni sunt, sectaturos putassent. HOMINES enim si cupiditatum ductum sequantur; semper errabunt; sin rationis se dictamine regi patiantur; † rectè semper agent. Iam verò vt maximè Principes à mouendo bello periculosæ conscientiæ, aut damno opum, aut honoris iactura non auocentur: Moueri certè debent respectu OBLIGATIONIS erga suam rempubl. ad quam in pace & iusticia conseruandam deuincti sunt. NON enim gubernatoribus, qui hostes nobis attrahant; sed Principibus, qui improbos è nobis auferant, indigemus.

Plato lib. IV. de legibus refert, se interrogatum à quodam, quare tantopere Lydos celebraret, & Lacedæmonios vituperaret, respondisse: Lydos ideò se laudare, quòd colendis agris semper occupati fuissent. Lacedæmonios verò se ideò vituperare, quòd nihil nisi regna populosque subiugare didicissent. Sibi enim FELICIVS videri regnum, vbi viri manus moderando aratro callosas, quàm brachia vibrandis hastis eneruata haberent. Hæc Platonis verba verissima sunt; quæ vtinam portis, imò cordibus Principum inscripta essent!

Plinius

Plinius epistola quadam dicit, apophthegma fuisse inter Græcos vulgatissimum; EVM Regem esse, qui nunquam vidisset Regem: *ad eundem modum nos possumus dicere*; EVM *solum pace optatissima frui scire, qui quid bellum esset, nunquam didicit. Tam stolidus & rudis nemo erit, quin* FELICIOREM *pronunciet eum, qui linteolo ad detergendum vultus sudorem vtitur; quàm qui ad exiccandum capitis sanguinem idem scindit.*

Principes ac magistanes belli cupidi non tantum omnibus in vniuersum; *sed potissimum bonis damno se esse cogitent. Ratio manifesta est. Cùm enim hi sponte sua neque pugnent, neque prædentur, neque tumultuentur, neque cædem faciant: iniurias patiantur, & damna iacturasque suas ferant necesse est.* NVNC *enim non sunt bello vtiles, nisi qui vitam parui, conscientiam minoris æstimant. Si bella tantùm cum*
505 *improbis, aduersus improbos, & malo improborum gererentur; parum inde detrimenti, qui boni perhiberi volunt, acciperent. Verùm proh dolor!* BONI *diuexantur, spoliantur, trucidantur; alioqui, si mali, vt dicebam, cum malis concurrerent; parum vtri vincerent, & multò minus alteros vinci nostra referret.*

Iam verò QVÆ *fama, dignitas, gloria, victoria, opulentia denique bello parari potest, vt qui in illo occubuerunt boni, non sint pluris æstimandi?* TANTA *est mundo bonorum penuria, tam sunt iidem in rebusp. necessarij, vt si fieri posset, cum lacrymis essent è tumulis reuocandi; non ad bellum, tanquam in macellum, ad mortem (certissimam) ducendi. Plinius & Seneca in epistolis dicunt, ducem quendam rogatum, vt cum exercitu suo periculum ingens subiret, vnde maxima ipsum maneret gloria, licèt parum inde caperet respub. emolumenti; respondisse: Nullam ob caussam id sese periculi suscepturum, nisi vt vitam ciuis Romani conseruaret.* MALLE *enim se multis stipatum bonis viris Romam, quàm pecuniis onustum domum reuerti. Si Principem cum Principe, religionem cum religione, Christianum cum pagano conferamus, infinities* PLVRIS *æstimanda est Christiani anima, quàm Romani vita* BONI *enim Romani lex erat in bello mori; boni verò Christiani præceptum est, viuere in pace.*

Suetonius Tranquillus lib. II. *de Cæsaribus (cap.* XX.*) dicit, ex omnibus Romanorum Principibus nullum populo fauoriorem, nullum omnibus in bellis feliciorem Augusto fuisse. Quippe cùm Princeps ille optimus nullum vnquam bellum mouerit, quin grauissimam illius suscipiendi caussam habuerit.*

Qui rex est, regem, Maxime, non habeat. Martial. 2. 18.

In tranquillo tempestatem aduersam optare dementis est. Cic. off. 1.

Nunquam cicatrix nisi collata vulneri placet. Sen 2. benef. 26.

Nihil minus in perfecto duce, quam festinatio temeritasq; conuenit. Sueton. August. 25.

Οὐκ ἔστι ἀγαθῶν φείδεσθαι, ἀλλὰ κακῶν. *Anacre. Epigram. lib.* 3.

Satius est cum opprobratione tempestiua seruari, quam quæ grata sunt audientes, postea perire. Polyb. Histor. 11.

Æque apud bonos miserum est occidere, quam perire. Tac. hist. 1.

Non potest quisquam eodem tempore & bonum virum, & bonum ducem agere. Sen. benefic. 37.

Πόλεμον ἐδεῖν ἀνδρ' ἐκὼν οὐδεὶς πενητὸν, ἀλλὰ τὸς χρηστὸς ἀεί. *Sophocl. Philoct.*

Cum belli ardore æstuitur, meliores potius succumbunt. Minut. pag. 356.

Malos perdere lucrum, & vinci vincere est. Oros. 7. 53.

Maior ex ciuibus amissis dolor, quam lætitia fusis hostibus. Liu. lib. 4.

Vbi bellum ingruit, innocentes ac noxii iuxta cadunt. Tacit. Annal. 1.

Minima commoda non minimo sectantes discrimine, similes aureo hamo piscantibus, cuius abrupti damnum nulla captura pensari potest. Sueton. August. 15.

Vtcunq; ferrem, si mali saltem ducatum sceleri præbuissent. Flor. lib. 3. 21.

Quem cepit vitrea fama, hunc circum tonuit gaudens Bellona cruentis. Horat. 2. Sat. 3.

Plures deleti sunt hominum impetu, quam omni reliqua calamitate, Cic. offic. 2.

Πολλὸν κακὸν τῇ φύσει τὸ αὐθρώπων ὑπαρχόντων ὠφελεῖν τὸ ἀναγκαίων ἀποστερῆσαι. *Isoc. paneg.*

Decet Principem comitas in socios, mansuetudo in hostes. Tac. annal. 2.

Nullum ornamentum Principis fastigio dignius pulcriusq; est, quam illa corona. OB CIVES SERVATOS. Senec. clement. lib. 1. extrem.

Noxam superauerat omnem armatum potuisse capi. Sil. lib. 10. extrem.

τῷ τυράννῳ ἄπολις ἐστὶ πιστεῦσαι, ὡς φιλεῖτω. *Xenoph. Hier.*

Augustus censorque bonus morumque magister, tutor opum, vindex scelerum, largitor honorum. Prudent. contr. Symm. 2.

Deo indiciis opus non est; non solùm in oculis eius, sed & in sinu viuimus. Min. 394.

Iustum est bellum, quibus necessarium, & pia arma quibus nulla nisi in armis relinquitur spes. Liu. lib. 9.

Maximorum sæpe bellorum tenuissima contemtissimaq; principia fuerunt. Ælian. lib. 12.

Athenienses Xerxem per terram nauigantem, per mare ambulantem, vna naue fugientem gloriosissimè persecuti sunt. Ioseph. 2. bell. Iud. 16.

Si Xerxes mel se afferre ex Hymetto voluisse diceret; certè sine caussa videtur tanta conatus. Cic. fin. 2. Plut. apophth.

Φέρειν ὃ παντὸς ἀνδρὸς τὴν εὐτυχίαν. Aristot.

Italia fœcunditate hostem in se excitauit. Ambros. contr. Symm.

Loci amœnitate capti, reuersi domum, referentes, quæ viderant, plures sollicitauere. Iustin. lib. 43.

Μεγίστην ἡγοῦμαι συμμαχίαν καὶ βεβαιοτάτην, τὸ τὰ δίκαια πράττειν. Isoc. Arch.

Plut. in Demetr.

ὁποῖα ἂν ἢ τὰ κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδεύματα, τοιαῦτα ἀνάγκη εἶναι καὶ τὰ ἐνύπνια. Basil. Stob. 305.

Nemo nimis cupidè sic res desideret vllas, ne plus cum cupiat, perdat & id, quod habet. Auien. fab. 25.

Paul. Diacon. 18.

Solent humanæ mutabilitati sordere omnia præsentia. Oros. 3. 2.

Barbara nunquam impolluta fides. Sil. lib. 13.

Et stirpium semina & hominum mores locis assimilantur. Plut.

Effœminat animos amœnitas nimia. Sen. epist. 51.

Aurum & purpura curis exercent hominum vitam, belloq; fatigant. Lucret. 5. extrem.

Strab. 3. Appian. Hisp.

Latentes in profundo opes atq; diuitias, dum aliis quærunt, nosse Hispani cœperunt. Flor. 4. 12.

Dum abest, quod auemus, id exuperare videtur cætera; post aliud, cum contigit illud, auemus. Lucret. 3. extrem.

Nullum bellum suscipiendum, nisi aut pro fide, aut pro salute. August. 22. ciu. 6.

Bellando efficimus, ne semper bellandum nobis sit. Dio. lib. 38.

habuerit. De quot Principibus non paganis; sed Christianis planè contrarium audiuimus & legimus? quòd nimirum tam prodigi suæ fuerunt conscientiæ, vt nunquam bellum vllum, quòd iustum esset, mouerint; quibus ego iuratus promitto, SI bellum, quod hic gesserunt, iniustum fuit; pœnam, quàm illic luent (& perferent,) iustissimam fore.

Xerxi Persarum Regi aliquando prandenti cùm caricæ Atticæ, pulcerrimæ & gratissimi saporis, appositæ essent; super mensa per deos iurans immortales & maiorum suorum testatus cineres, negauit venales sese, nisi, quæ illas edidisset, subiugata regione, comesturum. Quod autem verbo iurauit Xerxes, id opere præstitit, mox ad subigendam Græciam omnem, tantùm vt caricis illius expleretur, profectus; atque ita bellum illud non solùm, vt Princeps leuis; sed etiam vt homo gulosus & viciosus mouit.

T. Liuius (lib. V.) autor est, Gallos, gustato Italiæ vino, mox arreptis armis ad subigendam illam profectos esse, cùm 506
aliam nullam haberent vel paruam, vel magnam faciendi belli caussam; atque ita GALLI pro vino Italico sanguinem mutarunt proprium.

Antigonus Rex cum quadam nocte secundum quietem vidisset Mithridatem Regem, falcem manu tenentem, qua (agricolæ vel) messoris instar vniuersam meteret (& truncaret) Italiam; adeò timere cœpit Mithridatem, vt eum quoquo modo interficere statueret. Ita rex stolidus somnio credens vanissimo ad arma totum concitauit orbem.

Audierant Longobardi, in Pannonia degentes, Italiam pomis dulcibus, carne succi plena, vino odorato, pulcris fœminis, piscium varietate abundare, & rara frigora, temperatosque calores habere: Quo nuncio accepto, rerum illarum cupiditate inflammati arma, Italiam occupaturi, sumserunt. Itaque Longobardi, non vt hostes vlciscerentur; sed vt vberiorem viciorum ac deliciarum materiam haberent, in Italiam venerunt.

Longissimo sanè tempore constans inter Carthaginienses & Romanos fuit amicitia. Sed posteaquam ditissimas auri argentique venas in Hispania esse intellexerunt; statim ad bellum consurrexerunt acerrimum. Ita populi illi nobilissimi vt opes raperent alienas, terras vastarunt proprias. Eorum, quæ diximus autores sunt Plutarchus, Paullus Diaconus, Berosus & Liuius.

O arcana DEI ista permittentis iudicia! ô immensam Domini tolerantis ista bonitatem! Quid enim? An ob vnicum Principis in lecto somniantis insomnium, ob rapiendas opes Hispaniæ, ob fugienda frigora Hungariæ, ob bibenda vina Italica, ob comedendas caricas Græcas, igni

ferroque

ferroque vastanda fuit terra vniuersa? NON *petit stili mei mucro Principes, qui bella gerunt, vniuersos; sed qui bella gerunt iniusta. Nam vt Traianus dicebat;* †IVSTVM bellum pace suspectâ tutius est. PRINCIPES *in conseruandis iis, quæ à maioribus acceperunt, diligentes atque animosos laudo, probo, prædico. Nam si fortè, ne possessione exturbentur, cùm aliis Principibus dimicandum sit;* ÆQVE *rempub. qui sua non defendit; quàm hostis, qui aliena rapit, conscientiam lædit.*

Valdè mihi placent verba Platonis lib. V. de legibus, NON *decet nos nimios esse in laudandis iis, qui pacem custodiunt, aut immodicos in vituperandis iis, qui bellum gerunt.* FIERI
507 *enim facillimè potest, vt qui bellum gerit, consequendæ pacis; contrà verò qui pacem colit, mouendi belli caussa id faciat. Quid hac voce Platonis verius?* BREVE *n. bellum longæ pacis gratia, quàm longi belli gratia breuem optare pacem satius est.*

Chilon philosophus interrogatus, quanam re gubernator bonus malusue internoscerentur; NIHIL, *inquit, est quod virum bonum aut malum magis prodat, quàm id de quo contendunt.* TYRANNVS *enim rapiendo alieno immoritur: at spectatæ virtutis Princeps pro suo defendendo laborat.*

Redemtor mundi ex hoc mundo abiturus (& in cœlum ascensurus) non dixit; Bellum relinquo vobis, bellum meum do vobis; sed † Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: *vnde efficitur; veri* CHRISTIANI *esse pacem potius tantopere à Christo commendatam conseruare, quàm bellum vlciscendæ iniuriæ sibi illatæ gratia mouere.*

Si fungerentur suo Principes munere, & credere hac in parte mihi vellent; NVLLAM *ob rem momentaneam permittere deberent sanguinem effundi humanum; nisi pro eo tantum, qui suum pro nobis sanguinem in cruce offerre voluit.* VERI *enim Christiani ad deploranda peccata sua astringuntur; hostilem verò sanguinem effundendi licentiam non habent. In summa, Principes & monarchas vniuersos rogo, hortor, obtestor, vt* PROPTER *eum, qui Princeps est pacis, pacem ament, pacem procurent, pacem conseruent, in pace viuant.* IN *pace enim & ipsi opulenti, & subditi felices erunt.*

CAPVT XVI.

Initium epistolæ M. AVRELII Imperatoris ad Cornelium amicum, qua de laboribus belli, & vanitate triumphi agit: Epistola legenda Principibus belli amantibus, & pacis contemtoribus.

†*Tacit. an.* 4.

Non est vlla defensio contra vim vnquam optanda; sed nonnunquam est necessaria. Cic. pro Milon.

οὐκ ἀθυμεῖν δεῖ τοὺς ὑπερ τῶν δικαίων κινδυνεύειν μέλλοντας, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τοὺς ὑβρίζοντας. *Isocrat. Archidam.*

Aduersus inferentem damnum iusta vltio est. Fab. declam. 13.

Vel infelix bellum ignominiosæ paci præferendum. Liu. lib. 3.

Qui desiderat pacem, præparet bellum. Veget. 3. 1.

ἐκ πολέμου εἰρήνη μᾶλλον βεβαιοῦται. *Thucyd. lib.* 1.

εἰρήνης ὁ πόλεμος πρύτανις. *Nicet. Man. Comn. lib.* 1.

Sapientes pacis caussa bellum gerunt; laborem spe ocii sustentant. Sal. de rep. ordin.

τύραννος ἐστὶν ἄρχων πολέμου, βασιλεὺς δὲ εἰρήνης. *Philo. Stob.* 516.

Por el alabado dexè el conocido, y vi me arrepentido. Adag.

Omnes bonos reipublicæ subuenire decet. Sal. Iugurth.

Qui in pace vocantur, patientiæ debent studere, ne pacis iura soluantur. Ambros.

Pax Christianorum bellum est diabolo. Tertul. ad Martyres.

† *Iohan.* 14. 27.

Non studeamus vindicari, qui nobis precamur ignosci. Leo. serm. 1. quadrag.

Non sit exactor vindictæ, qui petitor est veniæ. Idem Sermon. 5. quadrag.

κρεῖττόν ἐστι τὸ σωφρονεῖν τοῦ πολυπραγμονεῖν. *Isocr. de pace.*

Gloriosius pacem sapientia firmare, quàm bellum per acies conficere. Tacit. annal. 2.

De guerre mortelle fait on bien paix. Adag.

Pacem reduci velle victori expedit, victo necesse est, Sen. Herc. fur. 2.

Bellum ita suscipiatur, vt nihil aliud nisi pax quæsita videatur. Cic. offic. 1.

Pax bonarum artium decora mater. Cassiod. 1. epist. 1.

Paci & ipsa plerunq; militat fortitudo bellandi. Ambr. Psal. 118.

Deus bellorum, cum sic emendandum & castigandum est genus humanum exordiis, progressibus finibusque moderatur. Aug. 7. ciu. 29.

Por la guerra à vezes Dios elmundo aflige, le castiga, le emienda, y le corrige. Arau. can. 318. 2.

Irruentibus importunè inimicis, resistere cogit non auiditas adipiscendæ laudis humanæ; sed necessitas tuendæ salutis & libertatis. Aug. 3. ciuit. 10.

Impossibile est deesse commodum aliquod, vbi Deus præsidet, solitus plena perfectaq; bona largiri rebus omnibus: Philo de agricult.

Amicorum prospera meis commoditatibus externa non arbitror. Symm. 3. 24.

Natura solitarium nihil amat. Cic. Læli.

Nulla res perinde hominis ingenium subigit & conciliat, quam si non modo nulla iniuria; sed & beneficio adficiatur. Dio. 52.

Sine amico viscera tio leonis ac lupi vita est. Sen. epist. 19.

Nullius boni sine socio iucunda possessio est. Idem ep. 6.

Inconstans amor est, qui incrementa non accipit. Sym. 4. 2.

Nullum est testimonium victoriæ certius, quam quos sæpe metueris, eos te victos ad supplicium duci videre. Cic. Verrin. 5.

Non est quod credas, quenquam fieri aliena infelicitate felicem. Sen. epist. 94.

Quam feliciter Roma vincit, tam infeliciter, quicquid extra Romam est, vincitur. Oros. 5. 1.

Sol madrigero no dura dia intero. Adag.

Lucra ex turpibus caussis frequentissime veniunt, & aliorum semper ex dispendiis constant. Arnob. lib. 4.

απεδδε βροδέως. ἀσφαλὴς γὰρ ἐς ἀμείνων ἡ θεσσαυς ξεμπλάτης. Sueton. Aug. 25.

Bona nemini hora, vt non alicui sit mala. Mim.

Incommoda vitantis melior, quam commoda petentis est caussa. Fab. 7. cap. 5.

Bonum alterius, alterius malum. Hieron. Eccles. 4.

Elatus ille nunc iacet, atque huius casu suspenditur ille. Manil. lib. 5. Vitru. 10. 9.

Augustus prælium aut bellum suscipiendum omnino negabat nisi cum maior emolumenti spes, quam damni metus ostenderetur. Sueton. 25.

Cui non ex alieno incommodo lucrum? Sen. 6. benef. 38.

Maiora certamina maiora sequuntur præmia. Ter. ad Scapul.

Vile decus, quod non erexit præuius horror. Claudian. bell. Getic. vers. 194.

Quanto maius periculum in prælio, tanto maius gaudium in triumpho. Augustin. Soliloq.

οὐ ἐπιφάνειαν ἢ λαμπρότητος ζῆν ἐν τῇ ἡσυχίᾳ, ἀλλ' ἐν τῷ ἀγῶνα γίνεσθαι φιλόσοφον. Isocrat. Archidam.

Maior spes maiorq; animus inferentis est vim quam arcentis. Liu. 21.

Duo sunt quibus quæuis resp. seruatur; fortitudo aduersum hostes, & mutua inter se concordia. Polyb. 6.

Non par audacia iis, qui pro suis dimicant, & qui aliena inuadunt. Dio. lib 8.

His virtutem oportet esse contentam, quæ sudore quæsiuit & dexteris. Ammian. 17.

MARCVS Imp. Rom. Cornelio amico fideli sanitatem, & contra fortunam aduersam à Diis immortalibus felicitatem æquè ac sibi precatur.

Dies hic est XV. ex quo confecto bello, ex Asia, de qua Romæ triumphaui, reuersus, cum recordatus essem socium te olim laborum fuisse meorum; statim qui te accerserent, vt meo fruereris triumpho, misi. ANIMIS enim generosis maiori lætitiæ sunt amicorum gaudia, quàm oblectationes propriæ. Etsi autem laboriosum tibi fuisset venire, quando accersi te iussi; tamen nihil dubito, quin partim magnam percepturus fueris voluptatem, amplitudinem videns opum, quas ex Asia afferebam, & apparatum, quo Romæ excipiebar; partim lacrymis minimè temperaturus, tot videns genera populorum captiuorum, qui ante currus incedebant triumphales despoliati & catenis, vt maiore victores gloria, ignominiaque victi afficerentur, onerati. 508

RARO diem aliquem Sole clarissimo serenum videmus, quin aut ros in æstate largus, aut pruina hyeme frigidissima præcesserit. Quorsum ista? Vt ostendam ex infelicitatibus, quas felicitas habet humana, hanc quoque esse, quòd RARISSIMOS licet in terris videre felices, quorum non inde oriatur felicitas, quòd alij fuerunt infelices & infortunati, in quorum illi opes & honores successerunt. Dum ad paupertatem alteri rediguntur extremam, opes alteri adipiscuntur luculentas; dum illi affliguntur, hi felicitatem summam consequuntur; aliis vbertim lacrymantibus, solutum alij risum edunt: Non aliter atque in haustris aquariis, nisi modioli ad summum elati descendant vacui, non possunt illi ascendere, qui in imo aqua pleni sunt.

Si igitur sensus in consilium adhibeantur, iucundus aspectu fuisset tibi dies ille triumphi nostri, dum ex diuitiarum abundantia, captiuorum numero, bestiarum varietate, ducum præstantia, machinarum, quas ex Asia adueximus, & cum quibus vrbem intrauimus, horrore, facilè pericula, quæ in bello exhausimus, coniectare potuisses. Nam vt verum fatear, tam acriter vtrinque certatum est, vt optimè nobiscum actum videatur, qui corporibus grauiter sauciatis euasimus, & venas omnes tantùm non sanguine vacuas habemus. Sic enim habeto Corneli, bellicosissimos esse Parthos, & in rebus bellicis obstinatos, atque audaces, & in terra sua præsentissimo animo suos quemque penates propugnare. Et quis neget illos hac in parte virorum prudentum & strenuorum bellatorum fungi officio?

SI

SI enim nos Romani sine ratione & cum ambitione occupatum imus aliena; æquissimum est illos ratione iusticiaque duce propria tueri.

Omnino MALIGNVS & imprudens admodum sit oportet, quicunque duci triumphum à Senatu Populoque Romano datum inuidet. Sciant enim, qui nesciunt, PRO vnico die, qui datur, glorioso, vel millies (ab infelice) vitam in aleam mitti. Quid dicam? quòd CVNCTI, quos infelix triumphator vel in militiam secum ducit, vel Romæ relinquit, iniqui sunt famæ ipsius iudices. NON enim per-
507 *sonæ merita in iudicando spectantur; sed inuidiæ arbitrio statur. Etiamsi tolerantissimus, & non planè † immoderatus habear; tamen scito mi Corneli, nec patientiam vllius sustinere, nec animum dissimulare posse ciuium plerorumque quos merâ vecordia nunquam exercitum sequi ausos verissimum est, in aliorum triumphis inuidentiam & obtrectationem. VETVS enim hæc liuidorum pestis est, eludere & eleuare malignè, quicquid per desidiam aggredi ipsi non sunt ausi.*

Quanquam autem tum vita periculò toties in bello exponenda, tum voculis deinde obnoxia existimatio est: tamen ADEO stolidè inepti sumus, tanti ventosa hominum iudicia facimus, vt sermunculi potius vani, quàm vllius emolumenti nostri gratia existimationem nostram cum labore periculis obijcere, quàm vita cum quiete frui malimus. HOMINES enim vani tantum vt in aliorum hominum vanorum hæreant memoria, cuilibet sese labori ac dolori vltrò offerunt.

Deos testor, mi Corneli, immortales, dic triumphali, dum curru triumphans inueherer, me apud animum cogitasse, quàm leue sit omnium in hoc seculo iudicium. ETSI enim à ratione moneamur, vrgeamur, vocemur; tamen audire illam recusamus. Contrà verò à mundo licèt vituperemur, malè tractemur, odio habeamur; tamen adhærere & seruire illi iuuat. Aut ego fallor, aut hominum stultorum prosperitas & iudicium bonorum penuria in caussa est, vt omnibus inuitis domos potius intrent alienas, quàm bona cum gratia domi suæ quiescant: Quippe FACILIVS esset virtutem sectari & assequi, quam vitiis se dedere & immergere. ITA enim comparatum est, vt qui in omnibus & per omnia mundo gratificari volunt, infinitis laboribus curisque inuoluantur.

O Roma, Roma, execrabilis sit tua amentia! Pereat tantæ in te superbiæ autor! Detestabilis sit hominibus, & abominandus diis, qui hanc in te pompam excogitauit! QVI enim

Quodquisq; in alterum statuit, hoc in semet ipse sua lege decernit. Leo. Serm. 11. quadrag.

Difficillimum inter mortales est, gloria inuidiam vincere. Sal. Iug.

Tantum quisq; laudat, quantum se posse sperat imitari. Cic. orator.

Cæca inuidia est, nec quicquam aliud scit, quam detrectare virtutes, corrumpere honores ac præmia earum. Liu. lib. 38.

De iuyzios no me curo, que mis obras me hazen seguro. Adag.

μῶμος ἐξ ἄλλων κρέμαται φθονέοντων. *Pindar. Olym. 6.*

† *imprudens.*

Superioribus omnes inuident. Dio. lib. 53.

Sequitur inuidia inertiam. Vell. lib. 2.

Quicquid communem sortem excellit, inuidiæ aliorum est obnoxium. Dio. l. 38.

Nemo virtuti fauet, nisi qui sequi potest. Lactant. 7. 1.

φθόνος τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ αὐτίπαλον. τοῦ μὴ ἐμποδὼν αὐτοῖς ἀγωνίσῳ δύνοιο πεπίμπτῳ. *Thucyd. lib. 2.*

Cupiditas nunc prolem habet superbiam, nunc parentem. Leo serm. 12. quadrag.

Fama non ducere, sed sequi debet. Sen. 6. benef. extrem.

Nemo tam famæ contemtor est, cuius non debilitari animus possit. Liu. lib. 44.

πείρῃ δὲ μαθὼν ἀποπαύεσθαι ὁρμῆς. *Oppian. ἁλ. γ. 107.*

La cattiua fama è sorella della cattiua conscienza. Teat. 404.

Haud quaquam æquum est bonos ac malos eadem gloria frui: Sic vicium in dies augeretur. Nazianz. aduers. mulier.

Quanti pendenda est gutta laboriosæ felicitatis, cui asscribitur vnius vrbis beatitudo, in tanta mole infelicitatis, per quam agitur totius orbis euersio? Oros. 5. 1.

Mundi summa vanitas ex aliorum fletu risum captantis. Nicet. Man. Comn. 2.

Me hominem esse tum maxime cogitabo, cum deus vndiq; consalutabor. Senec. Vit. beat. 25.

Immanis bestia vana gloria. Philo de Ioseph.

Ingens dulcedo gloriæ, facilius contemnenda dicitur, quam contemnitur. Sylu. hist. Bohe. 65.

Omnium virtutum tutela facilior; vicia magna coluntur. Sen. ira 2. 13.

Ambitio non patitur quenquam in ea mensura honorū conquiescere, quæ quondam fuit eius impudens votum. Idem 2. benef. 27.

Victoriæ Romanæ multarum gentium & ciuitatum strage crebrescunt. Oros. 5. 1.

Maior famæ sitis est quam virtutis. Iuuenal. 10.

Sacrilegia minuta puniuntur; magna in triumphis feruntur. Senec. epist. 89.

Fundamentum perpetuæ commendationis & famæ est iustitia. Cic. offic. 1.

Male instituêre Græci, quod trophæis Regum duntaxat nomina inscripsere. Curt. lib 8.

La ira examina el varon fuerte, y el perdonar venganza generosa. Araucan. 313.

In victoria vel ignauis gloriari licet. Sal. Iugurth.

Laborem in victoria nemo sentit. Lamprid. Alexand.

Natura omnibus bonis quasdam addit etiam insitas pestes. Dion. lib. 5. extr.

Παίδων ὄψει & γυναικῶν αἰχμὰς, καὶ χρημάτων ἀγωγὰς τίς ἂν δυνατὸ διεξελθεῖν; Isocr. paneg.

Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur. Tert. apolog. 33.

ἐχ' ὁσίη κλαμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι. Hom. od. χ.

Non liberi parentibus, non coniuges maritis, non deorum simulacra templis suis relinquuntur. Iustin. lib. 8.

La piu gran cosa al mondo è il cuore, che le cose grandi poco stima. Teatr. mor. 213.

Multo modestia post victoriam, quam ipsa victoria laudabilior. Liu. lib. 36.

Non est cum Dei hoste societas belli coeunda. Gratian. apud Zonar. tom. 3.

DEVS solet corruptos hominum mores bellis emendare atque conterere. Augu. 1. ciu. 1.

Recordatio rerum glorioſe gestarum omni iucunditate viris fortib. gratior. Ammian. 17.

Inania sunt ista delectamenta penè puerorum, captare plausus, vehi per vrbem, conspici velle. Cic. in L. Pison.

† *Lacedæmonii. G.*

De triumphi inuentoribus vide Polyd. Virg. 2. 6.

Imperatorium nomen addebant contecti cædibus campi, & infecta victoriis maria. Plin. pan.

Nihil triumpho magnificentius apud Romanos. Liu. lib. 30.

Omne superfluum curas, negotia & multorum inuidiam secum trahit. Dio. lib. 38.

Miles strenue factis, ductor prudenter consultis exultet. Am. 17.

Paullo momento euertuntur, quæ maximis laboribus & impensis parta sunt. Nicet. Man. Comn. 2.

enim verè illam adepti sunt, pauci; at qui illius gratia pessum ierunt, innumeri fuêre. QVID *vanius dici, quid inanius cogitari potest, quàm ducem Romanum, quia regna debellauit, pacificos turbauit, vrbes desolauit, arces solo æquauit, pauperes expilauit, tyrannos collocupletauit; thesauros exhausit, plurimum effudit sanguinis innoxij, innumeras fecit viduas, multos denique viros nobiles vita orbauit; hoc auferre præmium omnium istorum damnorum, vt pompa Romæ triumphali excipiatur? Vis aliam dicam amentiam maiorem? Ea verò tanta est, vt cum ea comparari nulla possit. Cùm innumeri in bello occubuerint; vnus tantùm gloriam* 508
sibi vendicat, cumque infelices illi (& miseri,) ne exuuiarum quidem suarum sepulturam meruerint; vnus tantùm dux per vrbem triumphans inuehitur.

Ita me dij ament! vt ipso die triumphi mei, quod tibi tanquam amico creditum volo, cùm ex curru triumphali captiuos intuerer catenis onustos, & pecunias contemplarer, quas vehebamus, prædatitias, multorum innoxiorum spolia; cumque viduas audirem infelices maritorum obitum deplorantes, & tot nobilium ciuium, qui in Asia ceciderant, recordarer; etsi lætitiam palàm præ me ferrem; clam tamen guttas flens sanguineas profudi. NON *enim homo, quales in mundo nascuntur; sed vna ex furiis est, quæ sedem apud inferos habent, cui damnum alienum voluptati (lætitiæque) est.*

Haud scio, quid de illo statuendum sit Principe aut duce, qui ex bello reuersus, vt triumphanti sibi vrbem ingredi liceat, petit aut flagitat. Si enim quod rationi consentaneum est, vulnera cogitat, quæ corpore excepit, si pecunias, quas expendit; si oppida, quæ exusit; si pericula, quæ exhausit; si damna, quæ fecit; si homines plurimos, quos nulla de causa occidit; si amicos quos amisit; si inimicos, quos parauit; si quietem, qua vsus est, exiguam; si quantum & quàm multis debeat, hæc, inquam si cogitat; cum gemitibus illum excipiendum dixerim, & inter largissimos lacrymarum imbres inuehi oportere.

Ad triumphum quod attinet, nec Assyrios laudo, nec Persis inuideo, nec † *Macedones, mihi satisfaciunt, nec Chaldæi placent, nec Græci probantur; Troianos verò detestor, & Carthaginenses damno, quòd non amore iustitiæ; sed superbiæ furore impulsi triumphorum gratia consequendorum, & plurimas regnis suis ærumnas attraxerunt, & interitus nobis causſam reliquerunt. O Roma maledicta! maledicta fuisti, maledicta es, maledicta eris! Nisi enim aut fata mentiuntur, aut animus me fallit, aut rotam fortunæ*

suam

suam sufflaminat; QVÆ nobis spectacula præbuerunt regna præterita; eadem Roma præbebis seculis futuris, vt scilicet quemadmodum per vim domina es facta dominorum; ita per iustitiam serua fias seruorum.

O Roma infelix, imo infelicissima! non enim possum, quin denuo te compellem: Dic mihi, obsecro, cur hodie tanta prudentiæ caritas, tanta amentiæ vilitas? Vbi patres tui prisci sunt, qui te & fundarunt & ornarunt; pro quibus nunc tyrannos habes, qui te & euertunt & dedecorant? Vbi tot viri egregij sunt nobilitate ac virtute præstantes, quos enutrijsti; pro quibus tot iam vitiosos & errones habes? Vbi illi sunt, qui suum pro libertate tua sanguinem effuderunt; quibus illi succesſerunt, qui vitam, vt te subiu-
511 *garent, amiserunt? Vbi sunt duces illi strenui, qui tanta muros tuos vigilantia & ampliarunt, & contra hostes defenderunt; quorum locum occuparunt, qui & mœnia tua euerterunt, & vitijs te ac vitiosis compleuerunt? Vbi sunt Pontifices maximi, qui in templis semper orabant, victimisque deos placabant; quibus succesſerunt, qui nihil nisi templa violare, suisq; deos flagitijs irritare didicerunt? Vbi philosophi sunt & oratores, quorum consilijs regebaris, quibus iam tot imperiti rudesq; succesſerunt, qui suis te flagitijs pessundant.*

Erepti tibi sunt, ô Roma, prisci illi omnes, & succesſimus, qui nunc sumus recentiores: & si verè virtutem cognouisses illorum, & prauitatem diuinasses nostram: quo die vitam illi finierunt, dirui te, omni murali lapide in puluerem comminuto, oportuisset; ita futurum fuisset, vt campi illi virtute præstantium virorum ossa redolerent, non corporibus, quemadmodum nunc fit, hominum vitiosorum fœterent.

Num Babylone es antiquior, Helia pulcrior, Carthagine opulentior, Troia firmior; Thebis populosior, Corintho munitior, Tyro amœnior, Byzantio fertilior, † Cameſana altior, Aquileia inexpugnabilior, Gadibus liberior? num magis turrita, quàm Capua? num editiore loco sita, quàm Cantabria? Perierunt istæ tam insignes & nobiles vrbes, tantis florentes virtutibus, à tam præstantibus defensæ viris; Et tu stabilitatem tibi polliceris tantis obruta vitijs, & tot frequentata vitiosis? Crede mihi Roma mater, QVÆ nunc tua est gloria, prius illarum fuit; quod illis, idem tibi interim afferet. ITA enim rerum orbis vertitur, vt*

quoscunque de præteritis nunc audimus labores, de nobis dicturi sint posteri.

ὦ δόλε, παῖ ἀγαθοῦ δόλε τοὺς εὐγενεστέρους. *Eurip. Oreſt.*

Ordine verſo opes (fortuna) humiles in meliora refert. Auien. Fab. 35.

Ἀδικεῖ τὸν φύσιν, ὃς θεσμὸν ἀθλεῖ τὸν ἀνθρώπινον, ὁ πεσόντα τὸν νίκης ὃς κρατεῖν τὸν ἀναλίσκειν ὑμῶν χρώμενος. *Nicet. Balduin. Plandr.*

ἀθλιώτερον ὄψονται οἱ μετ' ἡμᾶς, ἀθλιώτερον εἶδον ὁ πρὸ ἡμῶν. *Aurel. Imp. lib. 11.*

Bonum publicum simulãtes pro sua quisque potentia certant. Sal. Cat.

Verſo ciuitatis statu, nihil vsquam prisci & integri moris. Tacit. an. 1.

Facilè serpit iniuria & peccandi consuetudo non facilè reprimitur. Cic. Verr. 2.

Deteriora quotidie fœcunda mortalitas. Fab. declam. 17.

Roma ex pulcerrima atq; optima, pessima atq; flagitioſissima facta. Aug. 2. ciu. 18.

Procedunt vehiculis insidentes, circumspectè vestiti, epulas curantes profusas; adeò vt eorum conuiuia regales superent mensas. Ammian. 27.

Innocentia non rara, sed nulla est. Sen. ira. 2. 8.

Furores ciuiles peperit nimia felicitas. Flor. 3. 12.

Tam perdita Roma ipsa sui merces erat, & sine vindice præda. Arbit. fragm.

Damnoſa quid non imminuit dies? Horat. 3. od. 6.

Imperium Romanum patrocinium orbis terræ veriùs, quàm imperium poterat nominari. Cic. off 2.

Boni maliq; in repub. nihil est, quod in diuersum traduci nequeat moribus præsidentium. Aurel. Vict. 13.

Qui per arma ac violentiam regnum affectant, subitò erectiones, subito eliſiones sustinent. Fulgent. Mythol. 3.

† *Regio Cameſene, opidum Ianiculum vocitabatur. Macrob. Sat. 1. 7.*

* *Cantuaria.*

Nunquam diu eodem vestigio stat fortuna. Curt. li. 4.

Quod quis in alio potest, ne id in se alter valeat, efficere non potest. Boet. 2. conſol. 6.

Circuit fatum, & si quid diu præteriit, repetit. Sen. nat. quæst. 6. 1.

Roma domicilium legum, gymnasium literarum, curia dignitatum, vertex mundi, patria libertatis. Sidon. 1. ep. 6.

Duobus queritur, conseruatur, augetur potentia: milite & pecunia; quorum altero deficiente, reliquum simul concidit. Dio. lib. 24.

Nulla alia re. P. R. sibi orbem subegit terrarum, nisi armorum exercitio, disciplina castrorum, vsuq; militiæ. Veget. 1. cap 1.

Disciplina militaris iam inde ab initiis nobis tradita per manus, in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum peruenerat. Liu. lib. 9.

Ille vincit qui milites regit. Lamprid. Alexand.

Certissima Rom. Imperii custos seuera castrorum disciplina. Val. Max. 6 1.

Militare ocium fere tumultuosum. Ammian. lib. 14.

Plura pene moribus, quam viribus vicimus. Fab declam. 3.

Eorum si forte construxeris aciem, castrum Thaidis, quam Annibalis tutius expugnabis. Sar. 6. 3.

Imperatori non sunt capienda arma, dum pacem agere licet. Martian. apud Zonar. tom. 3.

Præbere sermones nouitas omnis solet. Liu. lib. 34.

L'armi non sono necessarie, à chi voul procedere contagione, Teat. 477.

Lips. de mil. Rom. lib. 1. *dial.* 5.

Quorum res non ex sententia ipsorum est, omnia nouare volunt. Liu. lib. 35.

Quemq; suæ rapiunt scelerata in prælia caussæ. Lucan. lib. 1.

1. *Supplicationes.*

Prisci omnis honestæ actionis à sacris faciebant initium; ita demum finem optatum sperantes. Phil. de plantat. Noe.

Nemo regnum vel magistratum ineat inauspicato. Pompon. Læt.

Nihil gerebatur, nisi auspicio priùs sumto. Val. Max. 2. 1.

2. *Sacramentum militiæ.*

Citra religionem sacramenti nemo militiæ cingulo donabatur. Saresb. 6. 7.

In capitolio super bello deliberare Senatus solebat. App. in Lybic.

ἀνδράρια πονηρὰ, ὑπὸ λιμοῦ στρατιγούμενα, προχειρότατα ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων ἀγαθῶν ἀποθνήσκειν ἐθέλοντα. *Synes. epist.* 104.

θέμις ἀνδράσιν αὕτη. οἷσιν ἀμυνέμεναι, μὴ δ' ἄλλοις κύρμα γενέσθαι. *Coint.* 6. 449.

Militiæ vincula religio, signorum amor, & deserendi nefas. Sen. ep. 95.

3. *Voti nuncupatio.*

Ciuitas religiosa in principiis maximè nouorum bellorum. Liu. 31.

4. *Signi sublatio.*

Vexillum in Ianiculo custodiebatur. Dio. lib. 37.

γυμνάζειν χρὴ τὰ στρατόπεδα, καὶ ποιεῖν τοὺς στρατιώτας πολεμικοὺς, καὶ ὥσπερ συντρόφους τῶν πόνων διὰ τοῦ ἐθισμοῦ. *Leo. Const. VII.* §. 2.

CAPVT XVII.

Prosequens institutum M. AVRELIVS ordinem exponit, quem in delectu militum Romani seruarunt, & quàm mali sit exempli fœminas ac sacerdotes in militiam ire; ducum item & gregariorum militum peccata commemorat.

IAM ordinem tibi, mi Corneli, quem in delectu militum habemus, recitabo; vnde confusionem, quæ nunc Romæ est, maximam cognosces. Vt enim MAIORES nostri nulla in re magis curiosi & seueri, quàm in disciplina 512
militari fuerunt: Ita nunc milite nostro nihil est dissolutius.

Igitur simulatque fama increbescit, Principem de integro bellum moliri; variæ mox in populo, varias super bello sententias ferente, nascuntur opiniones; dum alij legitimum, & Principem, qui id suscipiat, iustum esse aiunt; alij iniustum, & Principem, qui id moueat, tyrannum esse dictitant; egeni & seditiosi bonis inhiantes alienis id probant; diuites & pacifici suis frui cupientes id damnant. Ita nimirum IN BELLO vel probando vel damnando non iustitiæ amor; sed lucri vel commodi, ex illa expeditione expectandi modus spectatur.

Cùm ego, qui Imperator sum Romanus, edictum de bello iubeo proponi, quòd ciuitas aut prouincia aliqua rebellârit; ritus vsitati Romæ peraguntur, quòd scilicet primùm sacerdotes vocantur; qui illicò dijs supplicēt immortalibus. NVNQVAM enim ad effundendum sanguinem hostilem Pop. Romanus prodijt, nisi lacrymas ante sacerdotes in templis effudissent. Deinde vniuersi Senatores in æde Iouis conuenientes solenne insiurandum concipiunt, si hostes, contra quos eunt, nouum cum vrbe fœdus, aut veniam illatæ iniuriæ petierint; omni posthabita vltione se clementiam illis neutiquam negaturos. Tum Consul belli dux designatus, in Capitolium profectus, votum solenne deo, qui maximè placuerit, de offerendo ipsi dono nuncupat, si victor è bello reuertatur; cui donario vel promisso, quanticunque sit pretij, exoluendo fidem suam populus obstringit vniuersus.

Postea vexillum in Campo Martio aquilæ proponitur; vt scilicet Romani cuncti, nullum spectaculum ludumq; Romæ, quamdiu ciues in bello absunt, celebrandum esse nôrint.

Postre-

Postremò † Prætorum aliquis supra portam ascendens Salariam, dilectus militaris habendi gratia tubâ bellicum canit, & vexilla (signaq́;) tribunis tradenda (ex ærario) promuntur. Ibi verò horrendum visu est, quòd tribunus vexillum adeptus, omne iam flagitij probriq́; genus sibi licitum putat, & laudi sibi iam ducit regionum, quæ transeundæ sunt, direptionem, & eorum, quibus cum aliquid est commercij, fraudationem.

QVANTAM autem in bello sibi licentiam, vt malè agant & mali sint, præfecti sumant; ex eorum, quos circa se habent, manifestum est sodalitio. DESERVNT enim filij parentes, serui heros, discipuli magistros, opifices officinas, sacerdotes templa, alumni tutores; idq́; non aliam ob causam, quàm vt libertatis militaris prætexu impunè quiduis patrare possint.

513 *Nescio, mi Corneli, vnde sumam eorum, quæ narraturus sum, exordium; quòd scilicet MILITI NOSTRO, vbi vrbe exit, nec deorum metus, nec templorum religio, nec sacerdotum reuerentia cordi est; nulla inest erga parentes obedientia, nulla erga homines verecundia, nullus magistratuum timor, nulla erga patriam misericordia, nulla ciues se Romanos esse recordatio, nulla denique de vita aliquando finienda cogitatio: Sed ABIECTO omni pudore, otium amant iniustum, & iustum oderunt laborem.*

Sed plura etiamnum audi. Quantumuis enim multa dicam; paucissima tamen sunt, eorum, quæ illi faciunt, respectu; dum ALII templa spoliant, alij tumultum concitant; hi fores effringunt, illi vestes furantur; hi liberos capiunt, illi captiuos soluunt; noctem ludis, diem blasphemijs transigunt. IAM leonum more præliantur, mox † leporum more fugiunt: alij seditionum contra tribunos flabella sunt, alij ad hostes transfugiunt; AD BONVM denique omne inepti sunt; ad malum verò omne plusquam liberi.

Quid de flagitijs illorum dicam, quæ me pudet scribere? VXORES deserunt proprias, & abducunt alienas; puellas ingenuas vitiant, virgines innoxias decipiunt; nullam prætereunt ciuem, quam non solicitent; nullam hospitam, quam non violent; matrimonium soluunt vetus, & nouum singulis annis quærunt coniugium. ITA nimirum quicquid libet, & nihil eorum, quæ debent, faciunt. Quid? an tu pauca mi Corneli censes vrbi mala euenire, quòd in militiam tanta fœminarum impudicarum proficiscuntur agmina? Harum enim gratia DEOS viri offendunt, patriam produnt, consanguineos abnegant, ad extremam rediguntur pauperiem, in infamia viuunt, opes furantur alienas,

† *Prætoris nomen bellis maximè conueniens. Dio. lib. 53.*

5. *Classicum.*

Ferocia omnis in verbis non in factis est. Liu. li. 5. 3.

Non est probabile rem bene gesturos eos, qui lacrymas & execrationes pro viatico secum auferunt. Niceph. Greg. 6 12.

Classico personato, sublatis commerciis, militi omnia hostiliter agere licebat. Alexand. 35.

Milites, genus hominum pecuniæ cupidius, fidumq́; ac bonum solo quæstu. Aurel. Vict. Cæs. 26.

Plerunq; inopes & vagi spontè militiam sumunt. Tacit. annal. 4.

In bellum confluunt purgamenta vrbium suarum. Curt. li. 10.

Tales sociantur armis, quales domini habere fastidiunt. Veget. li. 1. c. 7.

Ῥᾶον συστῆσαι στρατόπεδον μεῖζον ἐκ τῶν πλανωμένων, ἢ τῶν πολιτευομένων. *Isocrat. ad Philipp.*

In prætoriis leones, in castris lepores. Sidon. 5. ep. 7.

Feroces & inquieti inter socios; ignaui & imbelles inter hostes. Liu. li. 26.

Non pacem è bello, ciuem discernit ab hoste. Manil. li. 5.

Prædator à socijs, & ipse præda hostium. Sall. Iugurth.

Ante discrimen feroces, in periculo pauidi. Tac. hist. 1.

Miles luxum & ocium cupit, disciplinam & laborem aspernatur. Idem. annal. 1.

Milites Romani amant, potant, lauant. Lamprid Alex. Seuer.

Ὤνιος στρατιώτης ἐλαχίστου, ἀμελὴς, ἀπόλεμος, ἐν εἰρήνῃ βαρύς. *Syn. epist.* 104.

† *timidorum.*

Rapere properant, quâ sacrum, quâ publicum. Plaut. Trinum Stasime fac,

Omnium bona suam prædam ducunt. Cic. Verrin. 5.

Οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει. *Aristoph. Achar.*

Quantas calamitates quocunq; ventum sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat? Cic. pro leg. Manil.

Πόλεμος εὑρετὴς κακῶν. *Nazian. definit.* 170.

Nullius res tuta, domus clausa, vita septa, pudicitia munita contra militis cupiditatem & audaciam. Cic. Verrin. 5.

ὑπὸ μεγάλου μισθοῦ ἐπαρθέντες οἴονται χρηματεῖσθαι μᾶλλον, ἢ μαχεῖσθαι. *Thucy.* 7.

Mulieres pacem luxu, bellum formidine morantur. Tacit. Annal. 3.

Ἄρνων γὰρ ἐλαφων ἐπιδήμιοι ἀρπακτῆες, ὦν νῆες, ἐστὶν ὅπη κῆ γυναικολν. *Syneſ. epiſt. 104.*

Ἀρχὴ δὲ πολέμου κατεῤῥάγη ἔλλησι πᾶσιν ἐκ τριῶν λαγωερίων. *Ariſtoph. Acharnenſ.*

Aliter Curtius loquitur. lib. 8.

Ille vincit, qui milites regit. Lamprid. Alex. Seu.

Capuæ Annibali Cannæ. Flor. 2. 18.

Annibalem Campaniæ delitiæ eneruant. Liu. lib. 23.

Armis vicit, vicijs victus eſt. Sen. ep. 51.

Scipio militem vitioſum & ignauum exercendo magis quàm puniendo, ſine aliqua acerbitate correxit. Eutrop. li. 4.

Veget. 3. 10. Liu. epit. 57. Florus 2. 18. Polyæn. 8. Plutarch. in Sylla & Mario.

Ex legibus vxores ducere militibus non licebat. Dio. li 60.

Parua, vt plerunque fit, rem ingentem moliundi cauſa interuenit. Liu. li. 6.

Videtur reſpicere ad hiſtoriam recepti à Fabio Tarenti. Liu. 27.

Summa vniuerſi belli ex momentis paruarum plerunq; rerum pendet. Liu. li. 31.

Principes nos facit Seueritas inſtitutorũ, ordo militiæ, amor quidam laboris, & quotidiana exercitatione aſſidua belli meditatio. Fab. declam. 3.

M. Aurelius fœminas è caſtris remouet. Lipſ. 6. milit. 18. Tac. annal. 3.

Degenerat à robore ac virtute miles aſſuetudine voluptatum. Tacit. hiſt. 2.

Intemperantia militis diſpendijs grauibus ſæpe rem Rom. adflixit. Ammian. 29.

Sono tole ate queſte beſtie, per euitare maggiori peccati. Paſſ. domn. diffett. 1. 14.

Parua non contemnendo, maiores maximam hanc rem fecêre. Liu. li. 6.

* Auguſtin. 2. ciuit. 15.

Habitu milites, quæ ſtu clericos, actu neutrũ exhibent: nam neq; vt milites pugnant, neque vt clerici euangelizant. Bernh.

Armis ciuilibus quanto quiſq; libentiùs & fortiùs immiſcetur, tanto iniquior & immanior eſt. Saresb. 8. 23.

Eligens contrariam viam excluditur ipſo facto à prima. IC. Angel. Summ.

Eccleſiaſtico non licet ſanguinem effundere, niſi neceſſitate ineuitabili. Idem in verb. bellum. ¶. 4.

Nunquam peiores vidi ijs, qui in monaſterijs defecerunt; ſicut nec meliores ijs, qui profecerunt. Aug. Franc. Pic. 9. de prænot. 2.

proprias abſumunt; vitam nunquam habent quietam; nunquam in illorum veritas ore reperitur. Denique propter illas ſæpe bella mouentur, multiq; boni vita priuantur.

Sed miſſas faciamus rationes, & ad hiſtorias veniamus. Non te fugit maiorem Aſiæ partem Amazonum, quàm vllarum cæterarum gentium barbararum dominatione occupatam fuiſſe. Porus, Indorum Rex, iuuenis magnanimus & fortis, ob virorum penuriam & fœminarum copiam ab Alexandro Magno victus eſt. Annibal formidabilis Carthaginenſium dux tam diu dominatu potitus eſt Italiæ, quàm diu nullam in caſtris fœminam paſſus eſt; at ſimul atque amore captus fuit puellæ Capuanæ; mox tergum Romanis viſus eſt obuertere. Niſi Scipio Africanus à luxuria repurgaſſet caſtra Romana; nunquam æquata ſolo fuiſſet inuicta illa Numantia. Sylla dux in bello Mithridatico, & animoſus Marius in bello Cimbrico, quòd nullas in caſtris mulieres (improbas) paſſi ſunt, tantas retulêre de hoſtibus victorias. 514

Claudij (Marcelli) Imperatoris æuo tam capitales extiterunt inter Capuanos & Tarentinos inimicitiæ, vt copiæ vtrinque educerentur. Cumque fortè quodam die in caſtris Capuanorum duo tribuni, eandem amantes mulierem, tumultum feciſſent, & caſtra vniuerſa perturbata eſſent; impetum in eos Tarentini fecerunt; vnde factum, vt vnius fœminæ improbæ cauſa Capua victa (& afflicta) fuerit.

Ego in hoc bello XVI. equitum, XXC. peditum, XXXV. fœminarum (improbarum) millia habui; quæ res cum maximæ confuſionis cauſam præberet; è caſtris ego Fauſtinam meam, & Senatorum nonnulli coniuges domum mittere coacti ſumus, vt ſenioribus miniſtrarent, & liberos educarent. Maiores olim noſtri in militiam fœminas ducebant, vt ſanis cibum coquerent, & ſaucios curarent. At nunc ideo illas ducimus, ne vecordibus occaſio deſit, vt effœminati reddantur, & ſtrenuis, vt degenerent. Nam HOSTES quidem caput petunt; fœminæ verò cor ſauciant.

*Quid dicam, mi Corneli, quòd Galli Cybeles, flamines Vulcanales Vulcani, * Martiales Martis, Diales Iouis ſacerdotes, numinum ſuorum poſt habentes timorem, deſerta relinquentes templa, veſtitum abijcientes honeſtum, ſacrorum immemores rituum, vota violantes (ſanctiſſima) caſtra ſequuntur innumeri, vbi vitam cæteris etiam inhoneſtiorem agunt? EST enim hoc peruulgatum, vt qui olim ſolitarij & verecundi vixerant, ſemel abiecto pudore, omnium euadant (ferociſſimi,) turbulentiſſimi atque impudentiſſimi. TVRPISSIMVM, imò periculoſiſſimum*

(& ſcan-

(& scandalosum maximè) est sacerdotes in militiam ducere. EST *enim illorum munus deos placare lacrymis, non armis homines* † *irritare. Quòd si dixerint Principes, bonum esse sacerdotes in castris habere ad offerenda dijs sacrificia;* TEMPLA *orationi consecrata esse respondeo, castra pugnæ: Alio quippe loco dij timeri, alio coli & sacrificijs placari volunt.*

Anno ab V. C. CCCXV. ad expeditionem Asiaticam contra Palæstinos, qui à Romanis defecerant, missus Vietrus Consul; in itinere templum adijt Delphicum, vbi cùm oratione Apollinem prolixa obsecrasset, vt an victor esset ex Asia rediturus, sibi reuelaret; oraculum respondit: Si victor hostium Vietre, vis redire; sacerdotes restitue, quos à templis nostris abduxisti. NOLVMVS *enim dij viros, quos nostro tantùm seruitio delegimus, ad tumultus mundi à vobis duci. Si ergo verum est, quemadmodum profectò est, quod Consuli Apollo respondit; nequaquam mihi rectè videtur permitti sacerdotibus, vt perditi in militiam proficiscantur.*
515 INFINITIES *enim, quod nosti mi Corneli, maior est offensa, quam perditum se euntes suscipiunt, quàm obsequium, quod Principibus, pugnare volentes, præstant.*

Sed Sacerdotes in fanis ad orandum relinquentes, videamus, quomodo eligi (& se gerere) soleant duces, quod ita solet fieri. Quo die Patricius aliquis dux à Senatu designatur, specimen edat necesse est decursionis equestris in amphitheatro; mox à Consule in Capitolium deducitur, vbi vestis aquilâ insignis (pallium vocant) pectori imponitur; inde paludamentum purpureum humeris injicitur; pecunia promitur ex ærario publico; vnde tanta illico nascitur insolentia, vt paupertatis oblitus pristinæ, simulatque reuertatur, Imperatorem se fore Romanum cogitet. PERVVLGATVM *hoc est, vt homines fortunæ beneficio ex humili loco ad altiorem euecti dignitatis gradum, multum sibi arrogent; licet parum omnino sciant, & longè minus valeant; vt si cogitationum sublimitatem virium æquaret imbecillitas, vnus ad vincendos hostes, imo ab subiuganda regna plurima sufficeret.*

Morem iam duces Romani inuexerunt, quem à Mauris inuentum perhibent, quòd BARBAM *intertexunt, cæsariem crispant, eloquio tonant, vestitum mutant, sicarijs stipantur, maximam temporis partem armati incedunt; vt terribiles sint, laborant: in summa amari floccipendunt: timeri gloriæ sibi ducunt. Ac vide mi Corneli, quantopere velint timeri. Pentapoli aliquando tribunus quidam meus, cùm ipse audirem, sed ab eo non conspicerer, quòd in diuer-*

Clerici militare non debent armata militia, sed spirituali. IC.

† *offendere. G.*

Subditus potiùs quælibet mala pati decernat, quàm malo consentiat. Licet enim metus culpam attenuet; non tamen à culpa excusat. Gabriel. lib. distinct. 15. q. 4. ex Augustino.

Insigne ducitur sacrificij, vacare munerib. Symm. relation.

Τετύχηκαν ἕτεροι μὲν ὧν τοῖς παράγμασιν, ἱερεῖς δ' ὧν τοῖς εὐχαῖς εἶναι, οἷς ὁ νόμος ἀπαγορεύει χεῖρα ὀρέγειν τῇ δίκῃ, καὶ ἐπικλυσμὸν τὸ πονηρόπεδον. *Synes. epist.* 121.

Αἱ χεῖρες τῶν ἐκκλησιαστικῶν εἰς τὸ ἁγιάζειν εὐημερεῖν ὀφείλουσιν. *Theod. Hist. Eccl.* 2. 16.

Qui non electus se ipsum militiæ ingerit, in se gladium prouocat, quem propria temeritate vsurpat. Saresb. 6. 8.

Clericatus reddit clericos inhabiles ad pugnandum etiam cum Saracenis. Sum. Angel.

Ab hominibus nequam ad prauum inceptum neque officijs, neque præmijs potest redimi Deus. Euseb. hist. Eccl. 9.

Deo vel priuatus vel militans seruit, cùm fideliter eum diligit, qui Deo regnat autore. Saresb. 6. 7.

Lip. milit. Rom. 2 12.

Nulli gestanda dabantur signa ducis, nisi qui scelerum iam fecerat vsum. Lucan. li. 2.

Στρωτηγοὶ πλείονες, ἢ βελτίονες. *Aristoph. Acharnens.*

Virtutem in superbia, in audacia, in contemtu deorum hominumq; ponit. Liu. li 9.

Εὖ τε τις ὢν πενίης πλέτερ' τύχοι, ἠδὲ δ' ἀρχῆς. ἐκεῖ γιγνώσκ', ἢ πλεῖ θ' ὡς τέρον. *Agath. Epigram. lib* 1.

Nihil insolentius nouicio diuite. Sen. 2. controu. 1.

Qui nauauit miles operam imperatori, imperatorem se statim esse cupit. Cicer. in Brut.

Diuersa sunt sententiæ & actiones eorum, qui aliquid expetunt, & qui eo sunt potiti. Dio. li. 41.

Nimij verbis, lingua feroces. Tacit. hist. 1.

Μισῶ πολίτην, ὅστις ὠφελεῖν πάτραν βραδὺς πέφυκε. μῶλα δ' ἐς βλάπτειν τάχυς ἢ τὸ μὴ μὲν ὠτῷ, τῇ πόλει δ' ἀμήχανον. *Aristoph. Ran.*

Promissa barba & capilli efferauerant speciem oris. Liu. lib. 11. *Virgil. Æneid.* 11.

Ἥρως τῶν λόφων, καὶ τῶν λόχων. *Aristoph. Acharnens.*

Bellicosum hominem, cùm prælium iam inir, nihil mite præ se ferre oportet. Pausan. lib. 3.

Tel à grad peur qui bien souuent menace. Ronsar. 5. 145.

εἰ δ' ὁπλίδιον, οἷσι νεῶν πιέζομεν, τύφις ἀπισήσαιμεν, ἴσως σωθῶμεν ἄν. *Aristoph. Ranis.*

Nihil magnum est, nisi quod simul & placidum. Sen. 1. ira. exer.

Galeæ cristatæ speciem magnitudini corporum addunt. Liu. li. 9.

Vera fortitudo neque maledica est, neque minax. Sen.

Nunquam vox hominem interfecit. Dio. li. 38.

* *præstatur. Galli variant.*

Vide, vt quibus lingua promta ac temeraria est, æquè in pugnam vigeant manus. Liu. 22.

Facilè serpit viciorum contagio, præsertim in tumultibus bellicis. Phil. de fortitud.

Οὗ, ἵνα αὐτὸ δύψυχον ᾖ, ἠπίστηται πόλεμος, ὡς παράδειγμα τὸ μεγάλους ὀφθῆναι. *Synes. ep. 104. Vide insignem locum.*

In castris feroces, in acie pauidi. Liu. li. 7.

Fortissimus in ipso discrimine exercitus est, qui ante discrimen quietissimus. Tacit. hist. 1.

* *armis.*

Nelle corti di rado stanno insieme lo spender poco, & lo esser fauorico. Teat. 342.

In prælijs, non in conuiuijs belli fortunam periclitari decet. Cic. Verrin. 5.

In conuiuijs & circulis vix manibus temperant. Liu. li. 32.

Solent pleriq; ante experientiam & conspectum periculi audaces esse. Dio. li. 46.

Canis timidus vehementius latrat quàm mordet. Curt. li. 7.

Exercitus plerunque contemplatus frequentiã suam à disciplina desciscit, & quod cogere se putat posse, rogare non sustinet. Vell. lib. 2.

* *in quibus morantur I.*

Assiduè dimicantibus difficilè est morũ custodiæ mensuram. Cassiod. 1. 9.

Milites inter secunda non diuini, non humani iuris memores. Tacit. annal. 2.

Operum & laboris ignari populationibus lætantur. Idem. ann. 11.

Militantium nec indignatio, nec lætitia moderata est. Curt. li. 7.

Ἐπ' ἐδένι δὲ ὅλων τὸ φιλανθρωπον συνδέδεμαι, πάντας ἀποδεχεσθαι χρημάτων καὶ κλημάτων, οἰκημάτων τε καὶ ἐδωδημάτων. *Nic. Alex. Duc. Marcell.*

Multa sæpe imprudentibus Imperatoribus, vis belli ac turba molitur. Cicer. pro Rosc. Auerr.

Τὰς αὐτὰς αὐδὰς ἐν μὲ εἰρήνῃ φασεῖς, ἐν δὲ πολέμῳ ὀλολύζεις, ἰητεῖον ἀπαντεχοῦ πονηρὸς. *Synes. epist. 104.*

Ciuilibus bellis plus militibus, quàm ducibus licet. Tacit. hist. 2.

Nostrorum temporum mores magis deplorari possunt, quàm honestè memorari. Nam inuidiam conflare possunt infectantibus, in melius mutari nõ possunt. Sab. 8. 7.

*sorio non quicquid libitum erat, ipsi licebat, ita hospitam compellauit: Vos villani nondum nostis exercituum duces: scito ergo, si nescis mater, nunquam tremere terram, nisi ducis alicuius Romani minis perterrefactam; nunquam fulmina deos mittere, nisi vbi nobis obedientia * denegatur. Habes, quid dixerit: audi iam fortitudinem illius. Cùm prælio in Arabia confligerem acerrimo, tribunus ille solus signo deserto fugit; quod cùm ab illo factum eo temporis articulo fuisset; parum abfuit, quin vincerer: itaque finito prælio securi illum percuti iussi.* IN IPSO *enim congressus cum hoste articulo plus fugiens vnus nocet, quàm bis mille pugnantes prosunt.*

Sæpe ex Traiano Imperatore domino meo audiui, QVI *pacis tempore essent ferociſsimi, cùm bella manus poscerent, maximè esse pauidos.* MVLTA *negotia vel eloquentiæ præstantia, vel industriæ conatu, vel diligentiæ studio, vel* PECVNIÆ *profusione, quæ quidem Romæ in expediendis negotijs potissimum dominatur, solent confici. At* RES *bellicæ, maximè quæ * manu peragendæ sunt, non in verborum, quæ in amicorum circulis iactantur, strepitu; sed in hostium in prælio aggressione consistunt.* VT *vno verbo dicam: Vbi plurimum verborum, ibi minimum plerunque est animi.*

Quid dicam de iniurijs, Corneli, quibus terras, quas 516
*transeunt, duces afficiunt? quid de flagitijs, quæ in prouincijs, * quas peragrant, faciunt?* NON *tantum, mihi crede, caries ligno, tinea vestibus, scintilla stupæ, locusta segetibus, gurgulio granarijs; quantum duces militares populis nocent; quippe qui nec pecus vllum relinquunt, quin iugulent; nec hortum, quin populentur: nec vinum, quin exhauriant; nec alueare, quin castrent; nec templum, quin spolient; nec feram, quin venentur; nec seditionem, quam non moueant; nec flagitium, quod non tentent. Sed & aliud faciunt, quod minimè ferendum erat.* EDVNT *enim gratis, precio non persoluto: at militare, nisi amplissimo stipendio recusant: & quod omnium pessimum, vbi solutum illud est; mox luxu lusuve illud absumunt; si non numeratur, illicò furantur; aut seditionem mouent:* ITA *scilicet in paupertate malè contenti; in diuitijs vitiosi viuunt.*

Eò denique progressa est corruptela, adeo dissoluta iam Romæ est disciplina militaris, vt NON *aliud tribunorum quisque videatur, quàm sicariorum dux, seditiosorum princeps, bonorum hostis, improborum omnium concitator, furum caput, prædonum archipirata; in summa non videntur, sed reuera sunt virtute præstantium carnifices,*

vitio-

vitiosorum asylum. Mallem quidem reticere; sed non possum, quin dicam, adeo omnia præposterè geri, & imis summa misceri, vt infelices isti, licet amici nostri domestici sint; tamen NEC à Principe vllo domari, nec à magistratu puniri, nec metu reprimi, nec lege coërceri, nec pudore refrenari; nec ab agnato vllo corrigi, nec supplicio digno affici, nec à morte ipsa tolli possint: Itaque tanquam ægrotos desperatos ingluuiem explere illos sinimus.*

* *receptaculum. G. Commune perfugium.*

Nos in bello quoq; vicia pacis sequuntur. Fab. declam. 3.

In bello culpatur nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, implacatus animus, feritas rebellandi, libido dominandi. August. contr. Faust. 22.

Non potest exercitum is continere Imperator, qui se ipse non continet. Cic. pro l. Manil.

Si quis irascitur, de seipso dictum fatebitur, cùm fortasse nos de alio senserimus. Seuer. Sulp. de Martin. extrem.

Ira & auaritia militum imperio potentiora sunt. Liu. li 37.

Roma quasi inexplebilis venter cuncta consumens & semper esuriens, cunctis vrbibus quas miseras faciebat, ipsa miserior, nihil relinquens, nihil habebat, &c. Oros. 5. 18.

Ipsa suas vires odit Romana iuuentus, & quas struxit opes, malè sustinet. Arbit. 85.

Τὸ δὲ μάγιστον τῆς ὑπερηφάνους ἀβλοβίας ζομένοις τὸ τέλος τῶν καπελπιδότων εἰς τὸν αὔλιον μεπεῖδησι. *Diodor. lib.* 20.

Qualquier hombre en su casa acometido es mas sibio, mas fuerte y atreuido. Arauc. 32.

Ἀφρήτωρ, ἀθέμις τος, ἀνέστιός ἐστιν ὅμοιος, ὃς πολέμου ἔρατον ἐπιδημίον ὀκρυόεντος. *Homer. Iliad. 9.*

Naturaliter, quod procedere non potest, recedit. Vell li. 1.

Dux vsquequaque inutilis, apud quem disciplina non viget. Saiesb. 6. 14.

Imperium inertia Cæsarum, quasi consenuit atq; decoxit. Florus. li. 2. proœm.

Disciplinam militarem seuerè olim conseruatam, posteri omni genere licentiæ corrupêre. Liu. li 39.

Non digni estis, qui, vel Romanæ plebis sitis, si ius Romanum non agnoscitis. Lamprid. Alex. Seuer.

Si principia castrorum cerneres, senatum te alicuius priscæ reipub. videre diceres. Iustin li. 4.

Fatebimur & Regem talibus ministris, & illos tanto Rege fuisse dignissimos. Curt. lib. 4.

Tempore Roma nullo maior eris: mox sic labêre secundis, vt sola cladum tuearis nomina fama. Sili. li. 9. Paruat. li. 1. discor. 10.

Ex disciplinæ militaris sinu omnes triumphi manarunt. Val. Max. 2. 2.

Quos inuictos bella præstiterant, in luxuriam lapsos ocium ea desidia superauit. Iustin. li. 1.

Luxuriæ nimium libera facta via est. Propert. 3. 12.

CAPVT XVIII.

M. Aurelius epistolam pertexens lamentatur, & exclamationes cõtinuat, quòd Romani bellum Asiæ intulerint, & QVANTA ad subditos redundent incommoda, si Principes bella cum exteris suscipiant, ostendit.

MISERAM Romam! Non solebas ita esse infelix. Sed quò longius ætate progrederis, eò te video infeliciorem. Nam & in libris legimus, & nostris ipsi videmus oculis, quod QVANTO circa principia, vel vrbs, vel persona aliqua fuerit felicior; tantò in senectute infestiorem habet fortunam. Sanè temporibus priscis, & seculis illis
517 *glorioſis, quando à veris scilicet frequentabaris Romanis, non quemadmodum nunc, vbi filios tantùm habes spurios: non minus modesti erant, quos emittebas Roma, exercitus, quàm Philosophi ex schola Græcorum. Si Græcorum scripta non mentiuntur, Philippus magnus Macedoniæ Rex, ideo tam celebris est in historijs, eiusq; filius Alexander Magnus ideo tam felix in bellis fuit, quòd exercitus habebant adeo modestos, vt Senatus potius, qui imperaret, quàm acies, quæ pugnaret, videretur.*

Quantum ex T. Liuio alijsq; autoribus possumus colligere, inde à dictatura Quintij Cincinnati vsque ad nobilem illum M. Marcellum, tempora fuerunt, quæ Romanum imperium vidit, felicissima. Antea quippe à Regibus fatigata, postea à tyrannis vexata vrbs fuit. Illis autem temporibus tam prosperis, ex maximis, quas habebat Roma, felicitatibus illud erat, quòd disciplina militaris erat seuerissima, & TVM Roma cœpit ruere, cùm exercitus nostri degenerare cœperunt. QVANDO enim miles inducias habet cum vitijs, non poterunt ciues pacem habere cum virtutibus.

Execra-

Ἡ μὲν δρυὶα τὸ σῶμα τῷ μαλθακῷ καὶ ἀσθενεῖ κατασκευάζει, ἡδεῖα ῥᾳθυμία τὴν ψυχὴν ἀνάνδρους καὶ δειλὰς ποιεῖ. Onosand. cap. 9.

Asiæ voluptates animorum vigorem extinxerunt. Liu. 87.

Quid facies fortiter, quem luxuria & intemperantia nō tam exarmauit, quàm exanimauit? Saresb. 6. 11.

Pop. Rom. robur luxu iam perdidit omne, quo valuit, dum pauper erat. Sidon. carm. 5.

Bonum est, dum adhuc stat nauis in portu, præcauere tempestatem futuram, & nō eo tempore, quo in medias irrueris procellas, trepidare. Ioseph. 2 bell. 16.

Asia deuicta luxuriam misit in Italiam. Plin. 33. 11.

Asiaticæ opes atq; diuitiæ afflixêre seculi mores. Flor. 3. 12.

Semper vincit luxuria; sed eos duntaxat, quos antè corrumpit. Saresb. 6. 14.

Luxuriæ peregrinæ origo ab exercitu Asiatico inuecta in vrbem est. Liu. li. 39.

Fugiunt, vt leges relinquant; redeunt, vt tollant. Sen. 5. cont. vlt.

Mersam viciis suis quasi sentina remp. pessundedêre Flor. 3. 12.

Vbi semel recto deerratū est, in præceps peruenitur. Vell. li. 1.

Τὸ σῶφρον ἀπροσόντ', ὃν ἔχῃ νῦν ἐδένα. Sophoc. Antig.

Πῶς τὶς ἂν σώσαι ταυτὶ τὼ πόλιν, ἢ μὴ πεχλιδῶνα, μήτε σιπύρᾳ συμφέρῃ. Aristoph. Ran.

* *amœno, delitijs abundante.*

Libido dominandi magnis malis agitat & conterit genus humanum. Aug. 3. ciu. 14.

Gentium in toto orbe præstantissima vna omni virtute, haud dubiè Romana extitit. Plin. 7. 40.

Arboribus consita Italia est, vt tota pomarium videatur. Varr. 1. rust. 5. Italiæ encomium vide apud Plin. c. vlt. Virg. 2. Georg. 136. Ælian. 9.

Improbi famæ cupiditate pessimas res agere animum inducunt. Dio. li. 42.

Auarus luxuriosusque populus secundis rebus effectus est. Aug. 1. ciu. 31.

Eo studiosius fugienda luxuria, quò in clientelam suam acerrimè sæuit. Saresb. 6. 14.

Nihil maiorum, nisi vicia sequuntur posteri, cùm à bonis absint longissimè. Cicer. pro Cluent.

Satius fuisset dominari in Italia sua, quā eò magnitudinis crescere, vt viribus suis conficeretur. Flor. 3. 12.

Vide Isocratem in oratione de pace.

Rapacissimo cuique non agri aut fœnus; sed sola instrumenta vitiorum manent. Tacit. hist. 1.

Principatus, quem corrumpit luxuria, diu stare non potest; aut si steterit, opprimente iudicio Dei, euomet, quicquid immoderatio luxuriæ hausit. Saresb. 6. 14.

Execrabilis sis Asia, & detestabilis dies, quo te occupaturi arma cepimus! Quid enim inde consecuti simus commodi, in præsentem nondum apparuit diem; quod verò abs te nobis euenit mali, nunquam deplorari Romæ desinet. O detestanda Asia! nostras tibi impendimus opes; tu verò tuis nos cumulasti vitijs: proviris fortibus tuas nobis misisti voluptates; tuas expugnauimus vrbes; tu verò de nostris triumphasti virtutibus; tuas solo æquauimus arces, & tu nostros euertisti mores; de tuis triumphauimus regnis, & tu nostros iugulasti amicos; bellum tibi fecimus cruentum, & tu pacem nobis ademisti optatam: Tu inuita nobis cessisti, nos verò vltrò tui sumus; iniusti sumus tuarum domini diuitiarum, & iusti tuorum serui vitiorum: In summa LVGVBRE Romæ sepulcrum Asia, & (fœda ac) fœtens Asiæ sentina Roma es.

*Cùm patres nostri prisci sola contenti fuerint Roma; cur nos ipsorum filij Roma simul & Italia non contenti, in Asiam transiuimus occupandæ illius gratia, vbi dignitatem nostram in aleam mittimus, & omnes nostras opes consumimus? Si Romani illi veteres, viri scilicet in viuendo tam (magnanimi &) heroici, in pugnando tam strenui, in imperando tam prudentes, in possidendo tam moderati, angustis illis contenti erant finibus; Cur nos cum illis nulla ex parte conferendi, regno & opulento & *vitioso non contenti simus?*

Haud scio, quæ nos dementia ceperit, vt Asiam oppugnatum iremus, & Roma non contenti essemus. Neque enim Italia tam inops diuitiarum, infrequens ciuitatum, orba ab incolis, vacua gregibus, incluta frugibus, inanis pomorum optimorum erat, vt omnium istorum non plus haberemus, quàm vel maiores nostri habuerunt, vel nos ipsorum soboles habere meruimus. Ad me quod attinet, AVT à iudicij imbecillitate, aut à superbiæ insolentia proficisci dixerim, si maioribus nostris, quos meritis non æquamus, dominatione velimus antecellere. 518

Nihil ego in meis desidero maioribus; nisi quòd plus iusto superbi & inquieti fuerunt; qua in re germani illorum filij videmur, dum non solùm superbi & inquieti; sed etiam auari & malitiosi sumus: In ijs, quæ ad virtutes attinent, longè à tergo relicti; in actionibus verò illicitis multis illos parasangis superantes.

Vbi sunt victoriæ maximæ, quas in Asia maiores nostri obtinuêre? Vbi auri vis infinita, quod ex illa regione rapuerunt? Vbi captiuorum, quos bello ceperunt, multitudo? Vbi bestiarum, quas in Italiam miserunt, ferocia? Vbi illæ, quas suæ quisque intulit domui, diuitiæ?

Vbi

Vbi Reges illi præpotentes, in expeditionibus illis capti? Vbi ſpectacula & triumphi, cum quibus triumphantes Romam inuecti ſunt? Quid hîc dicam, mi Corneli, non habeo; niſi omnes belli autores mortuos; quotquot in Aſiam profecti ſunt, mortuos; quicunque terram illam propugnabant, mortuos; qui triumphantes Romam ingreſſi ſunt, mortuos. In ſumma & THESAVRI & triumphi, quos ex Aſia maiores noſtri reportarunt, breui temporis ſpatio finem vtrique habuerunt; vitiorum verò & delitiarum nullum videmus finem.

VTINAM intelligerent Principes cordati, quid ſit bellum mouere in regnis exteris! quos ſibi accerſant labores, quas in animis ſuis curas, quas clientibus turbas, quam theſauris ſuis ſtragem, quam amicis pauperiem, quæ inimicis gaudia, quam bonis perniciem, quam improbis licentiam, quantam peregrinis ſermonum materiam præbeant. In ſumma DAMNORVM ſementem in regnis hæreditarijs vniuerſalium faciunt, & virus relinquunt hæredibus proprijs peſtilentiſſimum. Crede mihi, ſi idem, quod ego, Principes ſentirent; ſi perinde atque ego, id deguſtaſſent; ſi idem, quod ego, experimentum cepiſſent; tantum abfuturum eſſet, vt regna per vim cum ſanguinis occuparent effuſione; vt ne vltro quidem multis cum lacrymis oblata reciperent. Nam, ſi verum loqui licet, NON eſt Principum cordatorum, alieni tantùm † conſeruandi gratia de proprio periclitari.

519 *Quæro nunc; quid emolumenti Roma ex Aſia ſubacta capit? Fuerit ſanè in agredienda illa audax, in oppugnanda ſtrenua, in ſubiuganda importuna, in capienda felix; an erit in retinenda illa fortunata? Equidem nihil cunctatus affirmo, neque me dicti pœnitet; POSSIBILE eſſe Aſiam capere; ſed de illa retinenda certi quicquam ſibi polliceri, ſtultiſſimum. Quid enim? an non ſumma eſt ſtultitia Aſiæ retinendæ perſuaſionem ſibi induere, cùm DE NVLLA vnquam victoria nuncius afferatur, quin alterius ſit pugnæ † præludium? & ad alendum bellum illud, an non tota expilatur Italia? In Aſia noſtræ abſumuntur pecuniæ; in Aſia noſtri pereunt liberi; in Aſia noſtri occubuêre parentes; propter Aſiam tributa nobis indicuntur; optimos Aſia abſumit equos; in Aſiam noſtra aſportatur annona; in Aſia omnes enutriuntur fures; omnes ex Aſia veniunt ſeditioſi: omnes in Aſia pereunt boni; omnia nobis Aſia mittit vitia: in ſumma CVNCTI in Aſia abſumuntur theſauri noſtri, cuncti in Aſia oppetunt Romani excellentes. Hanc cùm Aſia mercedem Romæ reddat; cur bellum Roma perſequi vult Aſiaticum?*

Romani eorum, quos vicerant, mores aſſumſerunt. Polyb. li 9.

Plerique ex imperitia tantùm emolumenta victoriæ reputant, quibus ea periculis conſtent, obliuiſcuntur. Nic. Greg. 7. 14.

Plus amiſſum victoriâ, quàm bello quæſitum. Curt. li 6.

Vix illa, quæ tum conſpiciebantur, ſemina erant futuræ luxuriæ. Liu. li. 39.

Non ab Aſia aut Græcia, verùm à Gallis Germanisq; timendum Italiæ ſemper fuit. Pontan. Charont.

Domi ea ſola auxilia, quæ patriæ vires ſubminiſtrant; foris hoſtis etiam viribus vincitur. Iuſtin. li. 22.

Prouinciæ longinquæ multa inſumunt, pauca reddunt. Dio. li. 74.

Aſiani Reges nunquam potuêre vincere Europam; ſed Europæi in Aſiam progreſſi Reges principatibus ſpoliarunt. Chal. cond. 2.

Βέλτιον τὰ ὑπάρχοντα σώζειν, ἢ τοῖς ἐρήμοις τῶν ἀφανῶν τῆς μελλόντων κινδυνεύειν. *Tucyd. lib. 6.*

Non iniuſtum eſt credere experto. Sidon. 8. 12.

Stulti eſt incerta pro certis captare. Sal. Catil.

Non eſt prudentum neq; generoſorum, aliena fortitudine quærere, & pati ſua per ignauiam amitti. Dion. li. 1.

† *occupandi.*

Naturâ potior eſt ſalus noſtra, quàm aduerſarij pernicies. Fab. 7. c. 3.

Plus eſt prouinciam retinere, quàm facere. Flor. 2. 17.

Secundæ res, vbi animus continens iis moderatur, perdurant. Dio. li. 43.

Tantis parta malis curâ maiore metuque ſeruantur. Iuuen. Sat. 14.

Prior in armis ſanguis adhuc calidus, ſecundo occupatus eluditur. Plut. de fortun. Roman.

Quando non vel modicam lætitiam Romæ ſuperueniens repentè quàm grauiſſimus, luctus oppreſſit? Oroſ. 4. 11.

† *quaſi veſperæ, occaſio. G. finis. I.*

Cui aliena cordi ſunt, ſua odio habet. Auentin. li. 4.

Ἔστιν ὁ πόλεμος οὐχ ὅπλων ὅτῳ πλέον, ἀλλὰ διαπόνης, δι' ὧν τὰ ὅπλα ὠφελεῖ. *Thucyd. lib. 1.*

In Aſia de ipſa Aſia terra mariq; dimicatum. Liu. lib 36.

Omnia bella in exitium Aſiæ gerebantur: vti quiſque fortior fuiſſet, Aſiam veluti prædam occupabat. Iuſtin. lib. 28.

Foris Romanis, quàm domi feliciora potentioraq; arma. Liu. l. 31.

Οὐκ εἰὸν ἐστιν ἀποτρέπειν τὸ ἀμαρτημάτων, ἀλλ' ἑτέρων πράξεων πείθειν ἐπιμελεῖν, ἢ μὴ ὡς ἐῤῥωμένως ἐπιλαμβάνῃ τῆς ἁμαρτάνειν. *Isocr. paneg.*

Te de alijs, quàm alios de te suauius est fieri doctos. Plaut. Persa. Cur homini.

Cautum debet facere non sequacem error alienus. Cassiod. 7. 2.

Besser ein Nachbar an der Wand/ denn ein Freund vber Land. *Adag.*

Tanta ad pericula euincenda fuit satis causæ, sperare quod cuperent. Plin. 13.

Aqua fontana non spegne suogo vicino. Adag.

Vela ventis damus bellum paraturi, & periclitamur periculi causa. Sen. 5. natur. quæst. 18.

Si parum dextrè erga tuos affectus fueris; quomodo hostes cum gloria domabis? Chalcond. li. 2.

Nimium præceps est, qui transire contendit, vbi alium conspexerit cecidisse. Cypr de singul. clericor.

ASIA facta Romanorum cum opibus suis vicia quoq; Romam transmisit. Plin. 13. cap. 3.

Asia deuicta luxuriam misit in Italiam. Idem 33. c. 11.

Græcam Romani luxuriam virilibus patriæ moribus passi sunt obrepere. August. 1. ciuit. 31.

Ex siderum influxu virtutes viciaq; gentibus innascuntur. Alex. 4. c. 13.

Syria victa prima Romanos corrupit; mox Asiatica hæreditas. Flor. 3. 12.

Pariter luxuria nata est, & Carthago sublata, ita congruentibus fatis, vt liberet amplecti vicia & liceret peccare. Plin. 33. cap 11.

Græciæ & Asiæ luxuria seueritas ipsa corrumpi poterat. Val. Max. 9. 1.

Plurimum peregrinæ voluptates ad extinguendum vigorem animorum possunt; plurimum contagio disciplinæ morisq; accolarum valet. Liu. li. 38.

Ei regno bene est, in quo neq; per ocium marcent homines neque per bellum atteruntur. Sylu. hist. Bohem. 51.

Crescunt cum ipsa magnitudine imperij vicia. Flor. 3. 19.

Quædam societas penè est etiam nominis, duabus his rebus, vitijs & diuitiis. Eucher. ad Valerian.

Propter luxuriam quodammodò epulum quotidianum est intra ianuas Romæ. Varr. re rust. 3. 2.

Nihil magis ducem, quàm celeritatem & indefessam curam in agendo & consultando sectari oportet. Chalcond. lib. 1.

Martis viris fugienda amœnitas est Asiæ. Liu. lib. 38.

† *locis. G. conuiuiis. I.*

Genuina feritas Asiatica amœnitate mollita est. Flor. 2. 11.

Ex nouitate vestium prudentiores destructionem Imperij diuinant. Nic. Greg. lib. 11. extr.

Alij ante nos Principes Asiam oppugnarunt, occuparunt, possederunt; sed tandem vbi terram esse perspexerunt, vbi nec deorum metus, nec Principum maiestas, nec legum iurisq; autoritas quicquam valeret; relinquere illam statuerunt, experientia edocti, ASIÆ populorum nec bellis corpora defatigari, nec beneficijs animos conciliari posse. Non fuit Principibus illis Asiam terrâ conseruandi animus; & nos mari illi nos succursuros censemus? Deseruerunt illam, cùm essent vicini; & nos ex longinquo illam retinere volumus? Mea quidem opinione eiusmodi terra est ASIA, vbi omnes suam experti sunt cordati prudentiam; vbi cuncti suæ periculum stultitiæ fecerunt stulti; vbi omnes suam exercuerunt superbi insolentiam; quàm omnes per vim ingressi sunt Principes; cui vitam omnes impenderunt tyranni; Sed ad extremum neque voluntas, neque prudentia, neque potentia vlli istorum quicquam profuit.

Haud scio, an quisquam Asiæ fauere, bene velle Asiæ, bene loqui de Asia possit, aut rebus Asiaticis patrocinari; cùm vberrimam illa nobis de die sermonum, de nocte suspiriorum & lacrymarum in singulas horas materiam præbeat. Si arcanum illud penetrare hominibus fas esset, vt scirent, quibus Asia fatis sit à dijs condita; non tantopere de subigenda illa laboraturi essent. Eo namque sidere à dijs creata est, vt publicum esset pascuum, vbi omnes pabulentur; forum publicum, vbi omnes vendant; diuersorium commune, quò 520 *omnes sese recipiant; fritillus communis, vbi ludant omnes; domicilium publicum, vbi omnes habitent; patria denique publica, vbi maneant vniuersi: Vnde fit, vt Asiæ dominationem plurimi concupiscant, pauci adipiscantur. Cùm enim sit patria communis, sibi quisque illam vt propriam vendicare nititur.*

Omnia forasse Corneli, Asiæ mala à me exposita reris; sed nouam ordior querelarum telam. Nam pro damnorum quæ Roma Asiæ debet, multitudine, tempus ad scribendum prius, quàm dicendi me argumentum deficiet: Non absque lacrymis, quod dicturus sum, dico, nullum scilicet ducem Romanum decem Asianorum millia armis, quæ Româ extulit, deleuisse, quin centena Romanorum millia vitijs, quæ Romam attulit, perdiderit: Atque ita ILLI quidem hostili manu cum gloria ceciderunt; nos verò à vitijs cum infamia prostrati sumus.

Quinam quæso inuenerunt, vt prandeamus in porticibus † publicis, vt cœnemus in hortis secretis; vt virili in theatris veste induantur fœminæ; vt faciem personâ tegant Iani sacerdotes; vt oleo viri in balneo tanquam fœminæ vngantur; vt in curia senatores vnguenta oleant (exotica)

vt purpura Principes contra legem vestiantur antiquam; vt bis in die, quemadmodum Dionysius tyrannus, cibum capiamus; vt præter vxorem pellex habeatur, quod Tyrij faciunt; vt blasphemiæ contra Deos, quales in imperio nunquam exauditæ sunt, dicantur?

Hæc decem Asiæ vitia Romæ Asia muneri misit. Cùm enim partes orientales maximè arderent bello; decem duces fortissimi Romam hæc decem vitia importarunt, quibus parcit calamus, quo minus illorum exprimat nomina, ne rerum gestarum claritatem turpes obscurent maculæ. Prius quàm expeditionem Roma susciperet Asiaticam; diuites, pacifici, sobrij, sapientes, honestiq; & quod omnia vincit, suo quisq; contenti eramus: Sed hactenus adeo solertes in dediscenda (maiorum) disciplina, & discendis Asiæ delitijs fuimus, vt perinde hodie Romæ percipi vitia quæuis liceat, quemdmodum cunctas audire in Græcia scientias. Ex his igitur, quæ diximus, cognoscent Principes bellatores, quid ex regnorum exterorum subiugatione emolumenti capiant.

521 *Sed omissis vitijs, quibus in bello cumulamur, & virtutibus ac præstantibus viris, quibus interitum bella afferunt; de pecunijs loquamur, quas tantopere Principes & quærunt, & amant. Hic ego affirmo, NEC Regem, nec regnum vllum ad summam redigi pauperiem, nisi bellum cum regno extraneo suscipiat internecinum. Non vidisti mi Corneli, voluntate potius, quàm necessitate adductos PRINCIPES perdere pecunias suas, alienas petere; proprijs non sufficientibus, templorum opes capere; æs alienum ingens contrahere; tributa excogitare immania; sermonum materiam exteris præbere; suorum incurrere odia; denique suos subditos rogare, & inimicis supplicare?*

Expositis hactenus belli detrimentis, quæ sit illius origo indicabo. FIERI enim non potest, vt conueniens ægroto medicus adhibeat medicamentum, nisi ex cuius humoris intemperie morbus nascatur, intelligat. PRINCIPES cùm & nascantur ex hominibus, & inter homines educentur, & cum hominibus consultent, & cum hominibus viuant, homines deniq; & ipsi sint: modò superbiæ exuperantia, modò consilij defectu, tum ipsi cogitant, tum ex alijs etiam audiunt, licet multum habeant, aliorum tamen respectu Principum parum ipsos posse. Audiunt item, cùm magnæ sint ipsorum opes longè maiorem esse oportere ipsorum famam: Bono Principi, quæ à maioribus hæreditate accepit, parui omnino esse facienda respectu illorum, quæ longè ampliora liberis debeat relinquere: Neminem vnquam celebrem sui reliquisse memoriam, nisi bellum mo-

Non gradu, sed præcipiti cursu à virtute desciturn, ad vitia transcursum. Vell. lib. 1.

Scythæ delicias, quibus Asia abundat, cùi vsui essent, cum adhuc ignorarent, non secus ac lutum sordesq; negligebant. Nic. Greg. 2. 6.

Rebus mores cessere secundis prædaq; & hostiles luxum suasere rapinæ. Lucan. lib. 1.

Tota asiæ regio ingenia parit inaniora. Liu. lib. 45.

Asia deuicta anno vrbis 567. Plin. 34. 3. Ita congruentibus fatis, vt liberet amplecti vicia, & liceret peccare. Plin. 33. 11.

Omnium gentium mores, boni & mali, Romanum victorem persecuti sunt. Saresb. 8. 7.

Luxuriæ Romanorum viam Scipio posterior aperuit. Vell. lib. 1.

τὸ καλὸν ποσότης μὲ ἔ πάχει μετρέμμον ὠφελεῖ ἔ τέρπει τὸς ἀνθρώπς. Ἀναλογίας δὲ κ καθήκοντ ἔ καιρ ἀφ. μμέτον, αὐότον ἔχει τὴν δωρεάν. Diodor lib. 3.

Maturè à rectis in vitia, in prana, in præcipitia peruenitur. Idem. lib. 2.

Æternitatem curemus famæ, ne quid futura ætas corrigendum inueniat. Sym. relation.

Φεῦ τ νεότητος, ἣν ὑπαλωλεκέμεν. Φεῦ τ καρπῶν, ὃς μήτλω ἐλπίσεμθ ἐπερεμθ τὸ πολεμίω πυρί. Synes. ep. 130.

Bellum instar cancri fiscum paullatim depascit. Nic. Man. Comn. 2.

Natura non patitur, vt aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus. Cic. offic. 3.

ὁ πόλεμ ἃ πεπγμένα ζητεῖ. Thucyd. lib. 1.

Δυσχερὴς ὁ πόλεμ ἀφ. τὰ ἐφόδια. Thucyd. Schol. lib. 1.

Subereſcentu rabies belli, antequam pubescat validius, celeritatis remedijs opprimatur. Amm. l. 21.

Antè morbos necesse est cognitos esse, quàm remedia. Liu li. 34.

Medici nihil prodesse ægrotantibus possunt, si morborum causas ignorant. Polyb. 3.

Calamitatum omnium causa nimia felicitas. Flor. 4. 12.

Sua retinere priuatæ domus; de alienis certare regia laus est. Tacit. annal. 15.

Vir solus à solo non multum differt. Dio. lib. 43.

Multi Impp. fines alijs abstulerunt; sibi nemo constituit. Sen. ben.

Arduum & laudabile, vt quis in magna peccandi licentia iustam transigat vitam & pauci tales reperiuntur. Plat. Gorgia.

Sanè lentus in suo dolore esset: reip. iniurias ne largiretur. Tacit. annal. 3.

Multi dum tributi fumum fugiunt, in seruitutis ignem se præcipitant. Nicet. Man. Comn. 2.

ὁ πόλεμος βάσιμός ἐστι δεῖ τῶν καρδιῶν ἀμάχου ἀκμῆς, καὶ συχνὰς ἀλαζόνας παραλαβών, μετριωτέρας ἡμῖν ἀποδίδωσι. Syneſ. epiſt. 104.

Reges ſerua omnia & ſubiecta imperio ſuo eſſe volunt. Liu. li. 37.

Propria diligenter aſſeruanda; aliena neutiquam deſideranda. Dio. l. 53.

Externis victorijs aliena, ciuilibus etiam noſtra conſumere didicimus. Tacit. annal. 3.

Vigilandum & ſolicitè cauendum, ne poſtridie maiora & acerbiora, quàm fecerimus, perferamus. Nic. Greg. 6. 5.

Νοῦν ἐχόντων ἀνδρῶν ἐστι τοῖς τῶν παρελθόντων παραδείγμασι χρωμένους πρόσθεν ἀμφυγεῖν τὰ ὁμοῖα ἁμαρτίας. Ariſt. Rhetor. Alex. 12.

Fortuna belli ſemper ancipiti. in loco eſt. Sen. Thebaid. extr.

Ἥδεμος ὁ μαχίμου, ἐλεύθερος ὁ πολεμου πεύτανις. Nicet. Man. Comn. 2.

Incerta victoria eſt inter hoſtilia arma pugnare. Cyprian. de ſingularit. clericor.

Non temere incerta caſuum reputat, quē fortuna nunquam decepit. Liu. li. 30.

Nos eoſdem ſemper ſucceſſus habent rerū humanarum negotia. Ambroſ. contr. Sym.

Τοῦ πολέμου οἱ καιροὶ, ὡς μάρκοι. Thucyd. lib. 1.

Inualidus eſt ieiunus defenſor. Caſſiod. 3. 40.

Itinerum labor vel maximus in re militari. Cic. Verrin 5.

Qui commeatum non præparat, vincitur ſine ferro. Veget. 3. 26.

Scito breui periturum imperium, vbi exercitus caruerit. Xenoph. pædi.

Non miles in arbitrio ducum, ſed duces militari violentia trahuntur. Tacit.

Ocium in exercitu perniciosiſſimum eſt, & ferè ſolum fons & origo ſeditionum omnium. Polyb. 1.

Iis mos gerendus, quibus adiutoribus parta victoria. Cic. 12. c. 18.

Multa victori eorum arbitrio, per quos vicit, etiam inuito facienda. Idem 4. ep. 9.

Arma non ſeruant modum. Sen. Herc. furent. 2.

A militibus Imper. potius quàm hoſtis metui debet. Val. Max. 2. 2. P. Greg. Thol. 11. 1. 5.

Si quando furor in exercitu oritur, nemini modum imponere licet. Polyb. 1.

Aſpero & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget. Val. Max. 2. 2.

ἐν μυρίοι φρατὺμαλε ἀκόλαστος ὄχλος ἡγεῖ δ' ὁ μὴ δρῶν κακῶν. Eurip. Hecub.

Militum rapinis, violentiæ & rapacitati adeò non ſuccenſemus, vt lætemur etiam, ſi quid tale perpetraſſe audiamus. Iſocrat. de pace.

uendo nobile: Quando Imperator eligatur Romanus, poteſtatem ipſi tribui terrarum orbem vniuerſum ſub ditionem ſuam redigendi.

Auditis ergo his rationibus friuolis Principes, vt eſt illorum fortuna humilis; & cogitationes ſublimes; illicò bellum hoſtibus denunciant, illicò theſauros aperiunt, illicò ingentes cogunt exercitus. Tandem verò dijs permittentibus, DVM *aliena ſe occupaturos credunt, conſumunt & perdunt propria. Non video, quis vos decipiat, Principes, quòd* CVM *in pace diuites eſſe poſſitis, in bello pauperes eſſe vultis.* CVM *cari eſſe & debeatis & poſſitis; vltro odium quæritis;* CVM *vita poſſitis frui ſecura; aleam fortunæ ancipitem ſubitis: Quòd* PROPRIA, *quæ multa ſunt, parui; aliena, quæ pauca, magni æſtimatis:* CVM *veſtri omnes indigeant; ita vos geritis, vt ipſi omnium indigeatis.* 522

Sic habeto Corneli, QVANTVMVIS *ingenij acumine, & ſolicitudine cunctos, qui vnquam Romæ fuerunt, Princeps vincat: fieri tamen non poſſe, vt omnia in bello proſperè cedant. Nam* IN IPSO *rerum gerendarum articulo, aut pecunijs deſtituitur, aut à clientibus deſeritur, aut tempora habet aduerſa, aut vijs attinetur difficilibus; aut annonæ premitur penuria, aut tribunorum experitur ſeditionem, aut hoſtibus mittuntur ſubſidia: Vnde infelix adeo perturbatur,* VT *acrius animus à proprijs cogitationibus, quàm ab hoſtibus ditio ipſius oppugnetur.*

Quod SI PRINCEPS *non aliam ob cauſam à bello abhorreret, quàm vt à militum liber eſſet inſolentia; hæc vna cauſa ad fugiendum bellum ſatis eſſe debebat.* QVAM *enim, mi Corneli, vel perſonæ Regis moleſtiam; vel regno ipſius cladem afferre hoſtes poſſunt; quin vel æqualem, vel maiorem proprij afferant exercitus?* HOSTES *vt plurimum fines deprædantur; noſtri verò exercitus totam deprædantur regionem.* HOSTIBVS *audemus & poſſumus reſiſtere; at noſtris nec poſſumus, nec audemus vel loqui.* HOSTES *vt plurimum vno menſe ſemel direptionibus graſſantur, & diſcedunt; noſtri verò ſingulis prædantur diebus, & manent.* HOSTES *hoſtium metu tenentur; at noſtri nec hoſtium metu, nec amicorum miſericordia mouentur.* HOSTES *quò longius progrediuntur, eò remiſſiores & numero pauciores redduntur; at noſtri quo longius progrediuntur, eò magis illorum & crudelitas augetur & numerus. Itaq; HAVD ſcio, quod grauius poſſit eſſe bellum, quàm ſi milites Principes intra regni fines alant. Illi enim quod experientia teſtatur, & ante deos maximè culpati, & Principibus importuni, & populis moleſti ſunt, & vt vno verbo dicam &* OMNIVM *malo, nullius bono viuunt.*

Ita

Ita Mars, Corneli, mihi sit propitius, & manum in prælijs meam regat! vt plures ad me querelæ in Senatu de ducum in Illyrico meorum rapinis, quàm de omnibus populi Romani hostibus deferuntur. Ob hæc igitur, quæ dico, & longè plura, quæ taceo, magis vereor vexillum instituere centum militum, quàm prælio cùm triginta millibus decertare asperrimo. Hoc enim horæ vnius spatio vel benè vel malè fortuna conficit: cum illis verò ne tota quidem vita transigere possum.

Quòd si dicas Corneli, cùm ego Imperator sim Romanus, cur istis non medear, qui omnia cognita & explorata habeam: Siquidem IN PRINCIPEM, *qui dissimulanter culpam fert alienam, non secus ac propria meritò illa conferenda est: Mearum virium non esse respondeo, vt malo illi medear, quin ex ipso remedio malum aliud nascatur grauius: Cumq; ipse nunquam Princeps fueris, ea quæ dico non poteris assequi (aut intelligere.)* MVLTA *enim Principes*
523 *sua cognoscunt prudentia, quibus vt medeantur, potentia deest.* ITA *fuit, est, & erit; ita inueni, habeo, relinquam; ita in libris legi, oculis vidi, de maioribus meis audiui; ita, vt vno verbo dicam, excogitarunt patres nostri, ita conseruamus nos ipsorum filij, ita hæredibus, ipsorum malo, nostris relinquemus.*

Vnum tibi dicam, in quo non multum mihi errare videor, quòd scilicet ponderato damno plurimo, & nullo emolumento, quod reipublicæ nostræ miles affert; arbitror, eum cogere, aut alere, vel stultitiam esse hominum, vel flagellum deorum. NIHIL *enim iustius, quàm vt deorum permissu ea domi nostræ experiamur, quæ facimus, vt domi deplorentur alienæ.*

Hæc ad te, mi Corneli, scripsi, non quòd tua interfit ea scire; sed quòd his tibi dicendis animus acquiescit meus. ARCAS *enim, quemadmodum Alcibiades dicebat, & pectora amicis semper aperta esse oportet. P. Anicius mihi à Secretis, meo nomine prouinciam istam visitatum missus est: ei hanc ad te epistolam ex itinere dedi. Duos tibi equos mitto, quos tibi probatum iri confido; sunt enim Lusitani. Et arma & opes de Parthis capta iam omnia distribui: veruntamen duo tibi plaustra eorum mitto. Salutat te Faustina, & filiæ tuæ speculum mittit magni pretij, itemq; sorori tuæ monile ex gemmis. Quod reliquum est, Deos precor, vt bonam tibi vitam, mihi mortem largiantur.*

Marcus. T.

Cauendum, ne diutius viriles animi à consuetis laboribus cessent. Onosand. 9.

Oficio es propio de los Reyes, embotar el culchillo de las leyes Araucan. 321.

Ἡ μὲ δεῖλία πεπόμφατε μαλθακὴ καὶ ἀσθενῆ κατεσκεύαζεν, ἣ ὀῤῥωμία τὰς ψυχὰς ἀνανδρους ποιεῖ. *Onos. c. 9.*

Horæ momento cita mors venit, aut victoria læta. Horat. 1. Sat. 1.

Conflictus publicus duarum vel trium horarum certamine diffinitur. Veget. 3. 9.

Sicut multum nocet discordia inter bonos; ita valde dolendum est, quando pax est inter malos. Aug. serm. 2. ad fr. in Erem.

Nemo potest esse in magna familia, qui neminem seruum improbum habeat. Cic. pro Rosc. Amer.

Culpæ ob multitudinem reorum pœnas effugiunt. Dio. li. 55.

Sed illos defendit numerus. Iuuen. Sat. 2.

Defensio communis furoris est furentium multitudo. Minut.

Quicquid multis peccatur, multum est. Lucan. li. 5.

Cauendum, ne coërcitio plus damni in remp. ferat. Tacit. annal. 3.

Multa simul tutò corrigi non possunt. Dio. li 73.

Non est idem ferre, si quid ferendum est; & probare, si quid probandum non est. Cic. 9. ep. 6.

Σοφοῦ ἐστι πάντα ὑπάρχοντα σώζειν, καὶ μὴ τοῖς ἑτοίμοις πρὸ τῶν ἀφανῶν, καὶ μελλόντων κινδυνεύειν. *Thucyd. lib. 6.*

Nemini minus expedit bellum commoueri quam principi. Cic. Verrin. 5.

ὡς ἰσότης πάντων ἐστὶ δημοκρατία. *Argentar. epig. lib. 4.*

Ἀχαιοῖς οὔλοιδ', ὅτῳ παρέστιμ μὴ φίλως πιμᾶν, καθαιρεῖν αὐτίξαντ' κλεινὰ φρενῶν. *Eurip. Mede.*

Beneficentia altera ex area, altera ex virtute depromitur. Cic. off. 2.

Magis dandis, quàm accipiendis beneficiis amicitiæ parantur. Salust. Catilin.

πρὸσκειδω τῷ κρ δεξιτέρᾳ τ εὐχαριστίας, τὸ πρὸσομολογεῖν, ἴσως ἀμοιβὴν σὺκ ἔχων τ εὐεργετηθέντα. *Phal. ep. 70.*

Donum animo ac voluntate eorum, qui libenter dant, quàm re maius & amplius accipite. Liu. li. 22.

Vsus militiæ ordinatæ est, tueri Ecclesiam, perfidiam impugnare, sacerdotium venerari, pauperum propulsare iniurias, pacare prouinciam, pro fratrib. fundere sanguinẽ, & si opus est, ponere vitam. Saresb. 6. 8.

Ανειπεῖν τὰς πρεσβυτέρας ἢ λοιδορήσασθαι, ἧττον αἰσχρὸν νομίζον εἶναι, ἢ νῦν ὑβρίζειν τὰς γραίας ἐξαμαρτάνειν. *Isocr. Areop.*

Αἰδοῦς τε, πραπίδων τε, νόῳ θ' ἐπικεκυμένῃσι πρεσβύτερον γῆρας γὰρ ἀναίσιμον ἀνδρα πίεσιν. *Oppian. αλ. α.* 682.

Magna fuit capitis quondam reuerentia cani. Ouid. fast. 5.

Πᾶς ἡμῖν αἰδεῖσθω τὸν ἑαυτοῦ πρεσβύτερον, ἔργῳ τε καὶ ἐπεῖ. *Plat. Stob.* 680.

Senibus autoritas maior est, quòd plura nosse & vidisse creduntur. Fab. 12. 4.

Ab initio vrbis conditæ nomina Senatorum aureis literis scripta sunt. Sar. 5. 9.

Semper in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit. Cic. Cat. Maior.

Censuram longa senecta dabat. Ouid. fast. 5. *Val. Max* 2. 2.

Lycurgus maximum honorem non diuitum & potentum, sed pro gradu ætatis senum esse voluit. Iustin. li. 3. *Arist. 7. eth. 20.*

Ὀδοῦ πορευομένου τὸν νεώτερον πρεσβυτέρῳ σπουδαίῳ καὶ σωφρονοῦντι παντάπασι νομίζεται, καὶ καθήμενον ἀναστῆσαι, καὶ ἡσύχῃ μαλακῇ πρέπουσαν, καὶ λόγῳ ἀναγκαίῳ. *Xenoph. memorab. 2.*

Auget & ætas & honos dignitatem. Cic. pro domo.

Senatum Rom. qui ex regibus constare dixit, vnus veram speciem Rom. Senatus animo concepit. Liu. li. 9.

Interest reipub. quod vsu necessarium, & dignitate eminere, vtilitatemq; autoritate muniri. Vell. l. 2.

Iulius Cæsar ijs, qui multos liberos procreassent, præmia proposuit. Dio. l. 43.

Ad prolem populi frequentandam præmiis atq; inuitamentis vsus fuit. Gell. 2. 15.

Augustus vitæ cœlibi pœnas; coniugio & procreationi liberum præmia proposuit. Zonar. tom. 2.

Trium liberorum pater Spartæ ab excubiis liber; quinque ab omnibus publicis officiis immunis. Ælian. lib. 6.

† *Sueton. c. 28.*

* *fautor. I.*

Augustus quædam ex horrida illa antiquitate ad præsentem vsum flexit. Tacit. annal. 4.

Nusquam tertiarum locũ honoratiorem senectus habet. Iust. li. 3.

Senem fieri in sola Sparta expedit. Plut. Lycurgo.

Lacedæmone est honestiss. domicilium senectutis. Cic. Cat. Mai.

CAPVT XIX.

Monet Principes & dynastas, quantò magis annis onerantur, tantò magis vt de vitiis remittant, ipsos astringi.

AGELLIVS *Libro XI. noctium Atticarum (cap. XV.) inquit, apud antiquissimos Romanorum consuetudinem fuisse, vt senes honorarent & maximè venerarentur; eamq; legem adeo inter ipsos inuiolabilem fuisse, vt* QVANTVMVIS *aliquis vel generis nobilitate, vel diuitiarum copia, vel victoriarum gloria præcelleret; senibus tamen canicie conspicuis neutiquam præferretur, cùm maiores natu à minoribus colerentur ad Deum prope & parentum vicem. Præter cætera in his* SENES *honoribus priores potioresq; habebantur, quòd in conuiuijs primo loco discumbebant; in triumphis præcedebant in templis soli sedebant; in Senatu primi sententiam dicebant; in vestitu soli vestibus vtebantur geminis; in victu solis cœnare secretò licebat; in testimonijs nudis illorum verbis credi necesse erat; Denique omnibus in rebus senes colebantur, & in nulla offendebantur.*

At postquam belligerare in Asia populus Romanus cœpit; 524
*mox boni Romanorum mores laxati sunt, hanc scilicet ob causam, quòd cùm soboles ciuitati necessaria esset, quoniam plurimi bello absumebantur milites; legem Romani tulerunt, vt matrimonium omnes iuuenes, virgines, viduæ, vidui, liberti, serui contraherent, & qui senioribus hactenus honor fuerat habitus, is maritis deinceps, licet iunioribus, haberetur: ita maior honos tribuebatur non ei, qui plures annos natus erat; sed qui plures liberos habebat. Ea lex paucis ante primum bellum Punicum, quod cum Carthaginensibus Romani gesserunt, annis lata est; durauitq; ea consuetudo, vt senibus mariti honore anteferrentur, vsq; † ad Augustum, qui tantus fuit nouationum * ostor, vt muros quidem vrbis lapidibus nouis refecerit, in rempublicam verò omnes bonas consuetudines antiquas quasi postliminio reduxerit.*

In legibus, quas Lacedæmonijs dedit, sanciuit Lycurgus, vt senes prætereuntes summa reuerentia afficerentur à iuuenibus; vt vbicunque loquerentur senes, ibi tacerent iuuenes; vt si fortè senex amissis fortunis ad extremam redactus esset paupertatem, publicis aleretur sumtibus, ita quidem vt non modò alimenta ipsi necessaria suppeterent; sed ad delitias etiam superessent.

In

In apophthegmatis narrat Plutarchus, Catonem Censorium cùm vicos vrbis visitaret, ad fores domus inuenisse senem, singultientem, & largas ex oculis profundentem lacrymas; qui interrogatus à Catone, quid mali ipsi euenisset, & cur tam acerbè fleret: Dij te consolentur, inquit Cato, in omnibus angustijs, qui tam tristi meo tempore mihi solatio fuisti! CONSOLATIONES enim, quod nosti, animi perinde sunt, vt medicamenta corporis; quæ tempestiuè adhibita sanitatem conferunt; intempestiuè vsurpata morbum augent. Cùm manus meas videas † pectinatim contrectas, † pedes tumefactos, os edentulum, faciem rugosam, barbam candidam, caput caluum; & vir sis prudens; interrogandi mei labore supersedere poteras, cur plorem. Nam QVIEA sunt ætate, qua ego sum, etiamsi ob exiguum illud, quod habent, non plorent; propter multum illud, quod viuunt, fletus illos & gemitus continuus decebat.

Nam qui annis oneratus, morbis excruciatus, ab inimicis infestatus, ab amicis obliuioni traditus, ab infortunijs oppressus, odio & paupertate circumuentus est; cur longam expetat vitam, non video. NVLLA enim re magis dij peccata, quæ admisimus, vlcisci possunt, quàm annorum, quos nobis dant, multitudine ac longitudine. SI quemadmodum
525 *nunc senex sum, ita iuuenis essem, & iniuria à iuuene afficerer; non mortem illi; sed vitam longam à dijs imprecarer. Nam EI qui diu viuit, onerosum est audire, quæ † præterierunt.*

Sic habeto Cato, annum me ætatis agere LXXVII. & hoc spatio patrem matremq́, & auiam vnam, & duas consobrinas, & quinque patrueles; deinde IX. sorores, XI. fratres, itemq́ tres vxores legitimas, & quinque seruas, quæ mihi in delitijs fuêre; nec non XIV. filios iam puberes, & VII. filias elocatas extulisse, & morte nondum satiata, XXXVII. nepotes, XV. neptes me sepelijsse, & quod omnium tristißimum, duos amicos humasse, quorum alter Capuæ habitabat, alter hîc Romæ domicilium habebat; quorum mihi mors, quàm totius familiæ & propinquorum obitus, acerbior fuit. NVLLA enim in mundo grauior iactura, quàm eum amittere, quem ex animo diligas, & à quo verè ameris.

Cùm autem contenta esse fata infesta debuerint, quòd tantis domum meam cumularunt calamitatibus; hunc quasi cumulum cæteris addiderunt, quòd & nepotem mihi detestabilem, qui bonorum hæres esset, & meipsum reliquerunt, qui vitam meam infelicem deplorarem. Itaque fidem tuam testor, Cato, & per Deos te quæso immortales, cùm & ciuis

Tacenda sunt damna fortunæ, ne sera consultatio scindat pręteriti cicatricem doloris. Sym. 9 51.

Nullis præsidijs septi, multis adficiuntur iniurijs. Cic. offic. 2.

In morbis nihil magis periculosum, nec perniciosum, quàm immatura medicina. Sen. Helu. 1.

Επιβλέπειν δεῖ καὶ χώρην, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, καὶ νούσους ἐν ἧσι δεῖ, ἢ οὔ. *Hippocr.* 1. 2.

† *scabiosos. G.*

Γύραος ἐν δεσμοῖσι, πόδας βαρὺν, ἄψεα ῥιγνὸν, ἁβληγρὸν παλάμαις, τρομερὸν δέμας, ὄψιν ἀμαυρὸν. *Oppian. κυν. β.* 346.

Senectus ipsa morbus est. Teren. Phorm. 4. 1.

Continuis longa senectus plena malis. Iuuenal. 10.

Senectus insanabilis morbus est. Sen. ep. 108.

Μακρὸς γὰρ αἰὼν μυρίους τίκτει πόνους, *Eurip. Stob.* 866.

Γῆρας ἐπὰν μὲν ἀπῇ, πᾶς εὔχεται. ἦν δὲ ποτ' ἐλθῇ, μέμφεται, ἔστι δ' ἀεὶ κρεῖσσον ὀφειλόμενον. *Menecrat. Epigra. lib.* 1.

Vnusquisq́ sibi auror est pœnæ. Ambros. Luc. 8.

Ita viuere, vt non sit viuendum, miserrimum est. Cic 6. ep. 3.

Plurimum refert, vitam aliquis extendat, an mortem. Sen. ep. 59.

† *pertulit.*

Multo sæpius lacrymauit Priamus, quàm Troilus. Callim. Petrar. rer. memorand. li. 3.

Multis diutius vixisse nocuit. Sen. Marc. 20.

Hæc data pœna diu viuentibus, vt renouata semper clade domus, in nigra veste senescant. Iuuenal. Sat. 10.

Senex diu viuendo, multa, quæ non vult, videt. Cic. Cat. Maior.

Plures hœdi pereunt, quàm capræ. Petrar. Variar. ep. 17.

Qui potest fieri, vt eius nobis amara mors non sit, cuius dulcis est vita? Augustin.

Ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν οὐ δύναται. *Anthol. Epigram. lib.* 1.

Οἱ γέροντες ὀδυρτικοὶ, καὶ φιλογέλοιοι. *Aristot.* 2. *Rhetor.* 15.

Et præteritorum recordatio est acerba, & acerbior expectatio reliquorum. Cicer. in Brut.

In quo difficilè peccatur, plus facit reum. Ambros. 1. Cor. 5.

Vbi non sis, qui fueris, non est, cur velis viuere, Cic. 7. epist. 3.

Τρόπον ἵνα ὁ τεσσαρακοντούτης, ἐὰν νοῦν ὁποσονοῦν ἔχῃ, πάντα τὰ γεγενόμενα, καὶ τὰ ἐσόμενα ἐώρακε διὰ τὸ ὁμοειδές. *Aurel. Imp. lib.* 11.

Οἰκτρὸν τὰς γεροντίας ὁρᾶσθαι δυσχοινοῦντας, καὶ τῶν καθ' ἡμέραν ἀπορουμένας. *Isoc. Plataic.*

Non potest, iudex, nisi cognita caussa, ius & iniuriam discernere. Tacit. lib. 2.

Οὐ χρὴ τοπάζοντας τοὺς δικάζοντας κρίνειν· τὰ δὲ πεπραγμένα σὺν ἀκριβείᾳ ζητεῖν. *Theodor.* 6. κζ.

Vultu sæpe læditur pietas. Cic. pro Rosc. Amerin.

Erranti facilè, cum resipiscit, ignosci potest. Ambr. 1. Tim. 1.

Iniquum pœnitere ducens magis, quàm iurgare. Saresb. 4. 8.

† *iniquus & contumax es aduersus. G.*

In quo spes non est, pro mortuo habendus est. Ambros. 1. Cor. 5.

Improbi non verbis sunt, & disputatione Philosophorum, sed vinculis & carcere castigandi. Cic. off. 2.

Pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda est. Valer. Max. 1. c. 1.

Ipsi patriæ conducit, pios ciues habere in parentes. Cic. off. 3.

Coloro, che puniscono i tristi, difendono i buoni dall' ingiurie. Teat.

De Phalaridis tauro, vide Diodor. lib. 13.

Iuuenes adhuc confusa quædam & quasi turbata non indecent: Senibus placida omnia & ordinata conueniunt. Plin. 3. ep. 1.

Τοῦτ' ἐστὶ, τὸ μετ' ἀνθρώπου σκληρότερον φθείρεσθαι, τὸ δήμῳ πολιτεύεσθαι ζημίαν ὀφείσκειν. *Phalar. epist.* 77.

Autoritatem habemus senum, vicia puerorum. Sen. ep. 4.

† *capillos sibi canos fecissent, vt senes viderentur. G.*

* *sacrarum se adium defensione tuerentur. Boet.* 1. 4.

παρὰ πᾶσι ἀνθρώποις νομίζεται, τὸν πρεσβύτερον ἡγεῖσθαι πάντως καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ. *Xenoph. memor.* 2.

Gloriæ corona senectus. Nazia. orat. 26.

Vt lex diadema; ita canos natura venerabile dignitatis signum fecit. Plut. an senex ger. resp.

Non in homine ætas, sed virtus spectanda est. Hieron. Paulin.

Aut meritò quis, aut ætate honorandus est. Ambros.

Iuniores senioribus cedant, cogitantes se quoq; vbi ad eam ætatem peruenerint parem honorem à natu minoribus habituros. Diodor. lib. 6.

Honestum ornamentum canities, inuenta in via virtutis Salm. Prouerb. 16. 61.

† *Alexandriæ.*

ciuis sis spectatæ virtutis, & populi Censor, vt alterum horum præstes; nimirum vt aut nepos iste mihi seruiat, aut vt quàm citissimè de vita tollendum me cures. NIHIL *enim acerbius, quàm viuorum me persecutionibus esse obnoxium, qui* XLII. *iam annos deplorandis tantùm mortuis occupatus sum.*

Cato senis audita querela, cùm eum, habita quæstione, vera narrare comperisset; vocatum ad se adolescentem ita allocutus est: Si tuum fili faceres officium; me quidem dolore, teipsum verò molestia subleuares. Sed cùm ita se res habeat; patienter, quicquid iussero, accipias, nihil me alienum à iustitia mandaturum certò tibi persuadens. ADOLESCENTIBVS *enim, qualis ipse es, improbis maiori delicta admissa pudori, quàm pœna irrogata dolori esse debet. Itaque iubeo primum, vt virgis publicè cædaris, quia* † *in sordibus & squalore habes auum: Deinde procul vrbis finibus exulare te iubeo; quoniam adolescens es vitiosus: postremò vt omnium, quæ accepisti, bonorum exhæres sis; quoniam auo non obedis. Cuius sententiæ tam duræ ratio est, tum ne porro iuuenes audeant aduersus senes irreuerentes & inobedientes esse; tum ne quibus luculenta obuenit hæreditas, licere sibi arbitrentur, vt aliis sint improbiores.*

Phalaris ad amicum quendam senem scribens quiddam 526
dicit, Philosopho potius, quàm tyranno dignum, his verbis: Et miror & offendor, amice Verte, quòd cum annis te grandæuum esse nouerim, actionibus iuuenem refers. Etsi autem tuam in scholis autoritatem minui ægrè fero: magis tamen doleo, cum tua culpa futurum cogito, vt prærogatiuam senes, quam in Græcia habere solent, amittant, quòd scilicet omnes LATRONES, *fures, periuri, homicidæ tutiores erant, quando* † *senum canos prensassent, quàm si* * *ad aras templorum confugissent. Proh quanta bonitas, integritas, prudentia, præstantia innocentiaque senum antiquitus fuerit necesse est; cùm apud Romanos deorum instar honorati, & cani illorum in Græcia perinde ac templa pro asylis habiti fuerint!*

Plinius ad Fabatum scribens autor est, Philosophum quendam à Pyrrho Epeirotarum Rege, in cuius comitatu erat, quænam esset ciuitas in terris optima interrogatum, respondisse; Molerdam optimam in terris ciuitatem esse, quod esset oppidum Achaiæ ducentorum focorum. Eius enim MVROS *saxis nigris constare; magistratus verò capitibus canis conspicuos esse: Et porrò addidisse; Væ Romæ! væ Carthagini! væ Numantiæ! væ Athenis! væ* † *Ægypto! quæ quinque vrbes optimæ in toto terrarum orbe*

censen-

censentur, me quidem contrarium statuente. Cùm enim sibi placeant, quòd muros habeant albos; in Senatu iuuenes conspici Senatores non erubescunt. Optimè locutus est Philosophus, & neminem fore arbitror, qui à me dissentiat. A nomine senex, quo natu grandis significatur, deducitur nomen Senatorum, quo Romæ illi, qui magistratus gerebant, appellabantur. Romulus enim primus Rex centum senes ad gubernandam elegit rempublicam; cæteram iuuentutem omnem militarem operam nauare voluit.

Postquam exposuimus, quis honos priscis seculis senibus sit habitus; res postulat, vt discamus, quo vitæ anno pro senibus habiti sint, vt senum honore afficerentur. Legum enim conditores, quemadmodum honores, qui senibus habendi essent, constituerunt; ita ex quo die annoque illi inciperent, definierunt.

Multi ex Philosophis priscis ab eo, quo quis nasceretur, donec moreretur, tempore, sex ætates posuerunt; nempe infantiam, quæ ad septimum; pueritiam, quæ ad XVII. iuuentutem, quæ ad XXX. virilem ætatem, quæ ad LV. senectutem, quæ ad LXXIIX. annum durat; & decrepitam ætatem, vsque ad mortem. Itaque senem inde appellabant, cùm annum
527 *LV. complesset. A. Gellius lib. x. cap. xxIIx. refert Seruium Tullium Regem Pop. Romani, censum fecisse seniorum & iuniorum in populo; cumque super eo, quinam pueri, iuuenes aut senes appellandi essent, non parua inter Philosophos Romanos controuersia esset; tandem à Rege & Senatu decretum fuisse, vt pueri existimarentur, qui minores essent annis XVII. inde ad annum vsque XLVI. iuniores, supraque eum annum seniores appellarentur. Itaque si leges seruare Romanas libet, iam scimus, ex quo tempore viros pro senibus habere & venerari debeamus.*

Porrò senes etiam scire opus est, ad quam præstantiam virtutesque astricti sint, vt meritò & non simulatè colantur. Nam SI VERVM fateri volumus, si obligationes inter se conferantur; magis ad virtutem senes, quàm ad obsequia iuuenes deuincti sunt. NEMO inficiabitur, ex omnibus ordinibus, omnibusque nationibus, imos primosque, senes ac iuuenes ad virtutis studium obligatos esse. Veruntamen alterorum hac in parte culpa grauior erit. SÆPE enim si peccat iuuenis, experientiæ defectu; sin autem senex peccat, malitiæ excessu fit.

Seneca in epistola quadam ait: Scito mi Lucili, vehementer me indignari & queri non de amico vel inimico; sed de meipso: idque hanc ob caussam, quòd me annis senem

Vuu video,

Non annorum canities est laudanda, sed morum. Ambros. cont. Symmach.

Non de annis quisq; suis, sed de meritis æstimandus. Cypr. lib. 2. epist. 5.

Virum ob senectutem, qui in id consilium lecti venerant, an ob virtutem Senatus dictus, affirmare non possum: Prisci enim viros ætate & virtute præstantes senes appellabant. Dion. lib. 2. Vide Festum & Fenestellam lib. 2. cap. 1.

Senectus lassæ ætatis, non fractæ nomen est. Sen. epist 26.

Liu. lib. 1. Plut. in Romul.

A senectute seniores denominamus honoris gratia. Philo. quis rer. diuin. heres.

ἡ τῆς Διανοίας ἀκμή ἐστιν ἐν τοῖς πλείστοις περὶ τὸν χρόνον τὸν τῶν πεντήκοντα ἐτῶν. *Arist. 7. polit. 17.*

Senior vsq; ad annum octies septimum; quicquid sequitur, ad senium pertinet. Philo. de mundi opific.

Qui annum L. excesserint, eorum in numerum abeunt, qui & sunt & appellantur seniores. Xen. pæd. 1.

Apud quosdam post sextam vitæ septimanam ad militiam nemo cogitur. Macro. 1. somn. 6.

Proximè videntur accessisse ad naturam, qui hebdomadib. humanam vitam emensi sunt. Censorin. 14.

Οἱ ταῖς ἑβδομάσι διαιροῦντες τὰς ἡλικίας, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λέγουσιν οὐ καλῶς. *Aristot. 7. polit. 16.*

Non reputantur infantiæ anni, qui sensu carent; non senectæ in pœnam viuacis. Plin. 7. cap. 50.

Soli bono viro bona senectus & longæuitas contingit. Philo. quis rer. diu. heres.

οὐκ ἐν τῷ ἀχρείῳ τῆς ἡλικίας τὸ κερδαίνειν μᾶλλον τέρπει, ἀλλὰ τὸ τιμᾶσθαι. *Thucyd. lib. 1.*

Dio senatoriæ ætati definit annum 25. lib. 52.

Quia senescant viri boni, mihi precari non licet; precor vitam longissimam: existimans tam diuturnam felicitatem fore hominibus quam longum illis vitæ tempus contigerit. Philo. de sacrific. Abel & Cain.

Annus trigesimus octauus tempus ætatis vergentis in senium. Macr. 2. Sat. 5.

Fere post VII. annum aliquid noui natura ostendit. Censorin. 14.

Πολιὰ, οὐ τρίχες λευκαὶ, ἀλλὰ ψυχῆς ἀρετή. *Naz. Stob. 859.*

Vltima consiliis melior, sed viribus ægra, corpore succumbit, mentem purgata senectus. Pruden. contr. Symm. lib. 2.

Canities & ruga testis peritiæ. Plut. an seniger. resp.

Del vi ego eio el conseio. Adag.

Peritiores vetustas facit. Cic. pro domo.

Senes peccare iam non decet. Lacta. 6. 20.

video, & † in viciis iuuenem sentio; ita quidem vt exiguum admodum sit, quod deos oculi, & longè minus, quo hominibus profui. Et porrò ait: QVI SENEM se esse gloriatur, & senis honorem expetit, in victu temperans, in vestitu honestus, in potu sobrius, in sermone verax, in consiliis prudens, in doloribus denique quibus oppugnatur, tolerans, & à viciis, quibus tentatur, purissimus sit oportet. Magnam sanè meretur laudem Seneca, huiusmodi verba proferens: Sed maiorem merebuntur senes, si actiones ad ea suas dirigant. Si enim à viciis illos contrariis alienos, & huiusmodi virtutibus exornatos videremus; futurum esset, vt obsequi illis desinentes, adorare, illos inciperemus.

CAPVT XX.

Monet autor Principes & dynastas, vt iam senescentes, in cibo temperantes, in potu sobrij, in vestitu honesti, & ante omnia in sermone veridici sint.



ITAQVE iuxta Senecæ præceptum SENES in victu temperantissimos esse decet, idque non solùm existimationis tuendæ; verum etiam vitæ conseruandæ gratia. SENES enim voraces & gulosi tum morbis propriis obnoxij, tum criminationibus aliorum expositi sunt. Quod senes esuri sunt, de generosis & virtute conspicuis loquor, lautum & probè apparatum esse decet, & ante omnia apto & conueniente tempore præberi. Alioquin enim & MVLTVM & de multis rebus edere iuuenibus quidem morbos; at senibus mortem affert. Et si iuniores quidem non admodum lautè, imò etiam abundè, raptimque & loquentes edant; non possumus, quin dissimulemus: at senes si multa, si immunda, si properanter, si denique garrientes edant; reprehendendi à nobis iure sunt. NON minore enim grauitate senes vti decet ad mensam discumbentes, ac si suffragia ferentes in curia sederent. 528

Non est intentionis meæ suadere senibus debilibus, vt parum edant; sed monere illos, ne plus, quàm opus est, comedant. Non dapes illis exquisitas interdicimus; sed vt à superfluis sibi caueant, monemus. Non suademus, vt quem necessitas postulat, cibo abstineant; sed vt immoderationem † omnem fugiant. SENIBVS enim etsi ad saturitatem vsque edere licitum; ad vomitum tamen vsque se ingurgitare turpissimum est.

Me-

αἱ τρίχες, ἢν σιγᾷς, εἰσὶ φρένες. ἢν δὲ λαλήσῃς, ὡς αἱ τῆς ἥβης, οὐ φρένες, ἀλλὰ τρίχες. *Philo. Epigram. lib.* 1.

† *Non sentio* in animo ætatis iniuriam, cum sentiam in corpore: tantum vicia & & viciorum ministeria senuerunt. ep. 26.

A canas honorandas no ay puertas cerradas. Adag.

Senatus ornamentum vrbis, splendor ciuium. Epict. dialog. Hadria.

Inter clericos non temporis antiquitas, sed doctrina & probitas cuiusq; spectanda est. Amb. ser. 53.

ἡ πολιὰ τότε ἐστιν αἰδέσιμος, ὅταν τὰ τῆς πολιᾶς πράττῃ· ὅταν δὲ νεωτερίζῃ τὰ τῶν νέων, καταγελαστέρα ἔσται. *Chrysost. Stob.* 858.

Per virtutem dum exterioris hominis voluptas minuitur, sapientia interioris augetur. Leo. serm. 4. ieiun. pentec.

Iustitia quærit, prudentia inuenit; vendicat fortitudo, temperantia possidet. Bernh. fol. 227.

Πολλοὶ γὰρ τοῖοι καὶ ἐν ἀνδράσιν, οἷσι λέλυνται ἡνία, γαστρὶ δὲ πάντα ἐπιτρωπῶσι κάλωας. *Oppian. ἁλ. β.* 222.

Quæ ad imperium pertinent, tanquam Rex administra; quæ ad corpus, tanquam priuatus. Apollon. Thyan.

Commendatur senibus:

1. *Temperantia in cibo.*

Carnem saginari, & spiritum esurire non prodest. Tert. ad Mart.

Multo vtilissima est temperantia in cibis. Plin. 28. cap. 5.

Non eundem sensum potest satietas generare, quem parcitas. Leo. serm. 4. ieiun. pentec.

Non ideo in numero viuentium positus es, vt cibos & potiones percolares. Sen nat. quæ 1. præf.

Potest frugalitas producere senectutem. Sen. epist. 53.

Ἀγαθὸν ἀναγκαῖον ἡ ὀλιγοσιτία. ἡ γὰρ εὔδεια ὑγείας μητήρ. *Synes. epist.* 115.

Πολλῷ τοι πλέονας λιμοῦ κόρος ὤλεσε. *Theog.*

Multiplici victu simplex & paratu & concoctu facilior. Plut. 4. Synop. 1.

Variorum ciborum turbulenta, neque æqualis concoctio est. Aristot. probl. 1. 15.

Immoderatio cibi & potus dispensatricem omnium officiorum temperantiam abigit. Saresb. 8. 6.

Cibi varii eduntur facilius, quam concoquuntur. Gels.

Venter vnicuiq; velut solarium est, eoq; monente, quod inciderit, editur, nec quisquam post satietatem superfluos sibi ingerit cibos. Ammian. lib. 422.

Refectione tua non voluptas expleatur; sed sustentetur infirmitas. Fulg. epist. 2.

ἐγκρατείας μὲν ἴδιον ὑγεία καὶ ἰσχύς,

Me quidem scriptionis pudet; sed magis pigere multos facti debebat, quòd scilicet opes à se partas, aut à maioribus hæreditate acceptas, vorando potandoque omnes absumserunt, vt neque domum vllam extruxerint, nec vineam emerint, nec filiam elocarint; sed senio aduentante, miserrimæ filiæ per tabernas & cauponas, parentes egeni per prochotrophia & templa oberrant. Si quis ad egestatem redigitur, quòd vel domus incendio absumta, vel nauis mari mersa est; vel per lites sua amisit, aut in contentionem cum inimico magnas impensas fecit, vel casum alium infelicem expertus est: obligati singuli videntur, illi vt opitulentur, nec sine acerbissimo animi dolore aspicere talem quisquam potest. At qui sua, vestes exquisitas parando, vina pretiosissima quærendo, & cibos sumtuosissimos comedendo absumsit: In tali paupertatem, quam sustinet, optimè collocari, omnibusque adeò contumeliis dignissimum illum esse dixerim. OMNIVM enim dolorum dolor est acerbissimus, si quis eorum, quæ patitur, caussam ipse præbuit.

Porrò iuxta Senecæ monitum aduertere senes decet, vt non solum in cibo temperantes, sed in potu quoque sobrij sint: idque tum ad tuendam valetudinem, tum ad conseruandam autoritatem atque dignitatem. Si enim medicis priscis credimus, MAGIS † debilitantur & eneruantur humana corpora potu immoderato, quàm cibo superfluo. Si senibus præciperem, vt vini vsu abstinerent; consilium id minimè Christiani esse possent dicere. Sed detur sanè, quòd illud bibere, & nullius arbitrio illo abstinere debeant; Ego tamen illos moneo, exhortor & rogo, vt & parum bibant, & diluendo (admodum) mitigatum. NIMIA enim & intemperata potatio iuniores tantùm ebrios; senes verò & ebrios & stultos facit. Proh quantum autoritatis & grauitatis detrimentum patiuntur viri honorati & senes, qui in bibendo non sunt sobrij! quod ex eo manifestum, quòd VIRVM vino oneratum, quantumuis omnium in terris foret sapientissimus, demens esset, qui in consilium adhiberet.

Plutarchus commentario de fortuna Romanorum dicit, in Senatu Romano senem quendam vociferantem dixisse, à iuuene quodam tanto sese affectum contumelia, vt dignus is esset, qui conuiciorum in se dictorum capite pœnas lueret. Cùm autem vocatus esset iuuenis, vt eorum, quæ dixisset, rationem redderet; ita locutus perhibetur: Etsi iuuenis vobis, P. C. videar; non sum tamen adeò iuuenis, quin senis illius patrem nouerim, qui ciuis fuit præstantissimus, & propinquitate mihi coniunctus.

ἀκρασίας ἢ ἀσθενέα, ἐ νόσῳ χειμαδόπα πυνάτῳ. Philo. Stob. 595.

† *curiositatem.*

Bonæ valetudini contrariæ sunt alimenta varia, & nostris aliena corporibus Sen. epist. 108.

ἐπιρρεέτωσαν εἰ ἔυποροι ἡδίς· ἀλλ' ἀπόλλω πενομένοις, ἐ μὴ ἀλλὰ βίον ἀρχὴν τὸ ἀκμαλέ. Charond. Stob. 468.

Non funus acerbum luxuriæ, sed morte magis metuenda senectus. Iuuenal. Sat. 11.

Propensior benignitas esse debet in calamitosos, nisi forte sint digni calamitate. Cic. offic. 3.

Animæ suæ benefacit, qui misericordia sua inopiæ succurrit alienæ Leo. serm. 1. de collectis.

Miseris vltimum est, miserationem quoque perdere. Fab. decl. 12.

Qui in improuisa mala inciderint, digni miseratione videntur; qui se in apertum discrimen iniecerint, etiam exprobationibus onerantur. Ioseph. 2. bell. 16.

Culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit. Cic. Tuscul. 3.

In omnibus fugias notam, indicens actioni rectitudinem, ne sis reprehensibilis; sermoni cautelam, ne sis contemtibilis; habitui modestiam, ne sis notabilis. Sar. 8. 12.

2. *Sobrietas in potu.*

Vini vsus grauat animam, sensus hebetat, corpus onerat. Philo. de Monarchia.

Wenn der Wein niderfitzt, so schwimmen die wort empor. Adag.

Vini amor in dies fit acrior, fit trux ac præferuida ira. Liu. lib. 9.

† *acescunt. I. Arescunt. G.*

Mater sanitatis est abstinentia, ægritudinis voluptas. Hieronym. discip. de temp.

Qui fiunt crebro ebrii, cito senescunt. Macrob. Satur. 7. 6.

Vinum neruos omnium debilitat virtutum. Arnob. lib. 7.

πολὺς γὰρ οἶνος πολλ' ἄμαχα πόνων ποιεῖ. Adag.

Facilius etiam sani famem, quam sitim sustinent. Cels. 3. 6.

Vicia vino concepta, etiam sine vino valent. Sen. epist. 83.

πῶς ἂν μεθύων χρηστὸν ἢ βλοῦσεῖ ἀνήρ; Aristoph. Equit.

Οἶνον λέγουσι τὰς γέροντας παιδεῦσαι χρεὼν δ' ἥλιστος. Athen. 134.

ὁ πολλὰ πίνων πολλὰ κἀξαμαρτάνει. Prouerb.

Ab homine nunquam sobrio non est postulanda prudentia, Cic. Philipp. 2.

ἀδεῖν δ' φαύλων ἐπίσευς ἔλεγχος δ' ἡδονεῦς ἐσι. Philo Stob. 111.

Iuuenem hominem rem tantam animaduertisse, haud abiecti ingenii indicium est. Plat. 6. Eutyph.

Asperum est senibus cum corripiuntur à iuniorib. Amb. 1. Tim. 1.

Romani veteres iuuentutis irreuerentiam grauibus decretis notarunt. Tacit. annal. 3.

Castiga lo can, castiga lo lupo, non castigar l' huomo canuto. Adag.

Sera & contumeliosa est emendatio senectutis. Symm. relati.

Ebrietas vnius horæ hilarem insaniam, longi temporis tædio pensat. Sen. epist. 59.

Erubescat senectus, quæ emendare se non potest. Ambr. contr. Symmach.

Νῆφε τήσεις σὸν ἔπος, ἐπιμήσεις ἡφέθησαν. *Synes. epist.* 57.

Vertitur œnophoris fundus, sententia nobis. Lucil.

Ebriosus dum absorbet vinum, absorbetur à vino. Ambr.

† *insignia.*

Aut Deus sobrius non est, aut ei ebrietates displicent. Saresb. 8. 6.

Ψυχὴ πᾶσι αὐθέτης, ἀθεόμβλος. *Nazianz.*

Senectuti non superaddenda viciis turpitudo. Plutarch. an seni ger. resp.

Εἰ δ' ἐγὼ νέος, ὡς τ χρόνον χρὴ μᾶλλον ἢ ἔργα σκοπεῖν. *Sophoc. Antig.*

Prodigo & furioso bonorum suorum administratio interdicta esto, & in curatione agnatorum sunto. Lex XII. tab. Cic. Tusc. 3.

Μέθη, μητρόπολις τ κακῶν. *Apophth.*

Ἔχ ὅτι τοῖς ὀρφανοῖς παισὶν, ὡς τοῖς ἀνοήτοις ἀνδράσιν ἐπιτρόπους χρὴ παρεῖναι. *Plutarch. Stob.* 109.

ἀθέλητος ἡδίων ἀεὶ πότος. *Onest. Epigram. lib.* 2.

Qui cum Platone cœnant, etiam postero die bene habent. Ælian. lib. 2.

In conuiuio sermones sint vt castitate integri; ita appetibiles venustate, Macrob. 1. Satur. 1.

Vt præbitoris, ita inuitati suus est apparatus. Plut. conuiuio.

Genitrix virtutum frugalitas. Iustin. lib. 20.

ἡμεῖς δ' ὦ οἴνῳ ξυμπότα σοφώτατοι, ὦν νήφοντες ἔχ ὑγιαίνομεν. *Aristoph. Lysistrat.*

Non vinum hominibus, moderari, sed vino homines solent, qui quidem probi sunt. Plaut. Trucul. Ergone tibi.

Πίνετ' ἐκάστης ἡμέρας δυ' ἡμέρας, σὺν τῇ γεύσῃ τε τ ὥρης ἑφόδια ἀσκοῦντες. *Athen. lib.* 4.

Sapientum & bonorum virorum conuiuia non augent impensas. Plut. conuiu.

Tam sunt cogitanda exempla quæ vites, quam quæ sequaris. Sen. 3. ira. 22.

πόνοι ἄεισοι τῇ τροφῇ, ἀφ' ὧν γίνεται ἐυεξία, ἐκ δὲ τ εὐεξίας πονοῦσιν ἄεισοι. *Aristot. 2. Eudem.* 1.

Cùm autem vidissem, patrem ipsius & opes & gloriam militiæ res gerendo peperisse; hunc verò senem edendo bibendoque rem omnem abligurire; ita quodam die illum compellaui:

Vehementer mihi dolet, domine agnate, cùm ea, quæ contra tuum honorem in foro dicuntur, audio: Sed multò magis dolent, quæ domi tuæ video fieri; quòd scilicet in cœnaculo illo, vbi L. viri horæ spacio armabantur, iam C. scurræ quotidie temulenti agunt; & quod deterius, sicut pater tuus ingredientibus domum suam † vexilla, quæ bello parauerat, monstrabat; sic tu nunc domum intrantibus (centum) vini dolia monstras. Questus est de me agnatus meus; Sed hac in parte iudicem ipsum pati possum, à quo sum accusatus. Atque vtinam non grauiorem ipse factis, quàm ego verbis, pœnam mereretur! Qui si saperet, bonam in partem commonefactionem à me secretò profectam acciperet, neque dedecorum suorum ipse in Senatu præco esse voluisset.

Senatus audita senis querela, & iunioris defensione, hanc tulit sententiam; vt seni ius administrandi res suas adimeretur, constituto curatore, qui & ipsum & familiam regeret, ac curatori præterea mandauit, vt ne guttam quidem vini ipsi, qui ebriosi notam meruisset, daret; Quæ profectò Senatus sententia iustissima fuit. NON minus enim senex vinosus magistro, quàm puer; non minus curatore, quàm demens, indiget.

Laërtius librum scripsit de conuiuiis Philosophorum, vbi conuiuia quædam antiqua narrat, in quibus Philosophi nonnulli celebres (capiendi cibi gratia) conuenerunt. Etsi autem dapes essent vulgares; conuiuæ tamen erant sapientes. Neque enim epulandi gratia conueniebant; sed vt de graui aliquo doctrinæ capite, super quo foret inter Philosophos controuersia, certi aliquid statuerent. Illa enim tempestate, cùm multi essent Stoici, multi Peripatetici; in variis sectas erant diuisi Philosophi. Quoties autem conuiuabantur Philosophi, non sanè edendo modum excedebant, neque bibendo immoderati erant; sed iucundum oriebatur inter magistros ac discipulos, inter iuuenes & senes certamen, quisnam scilicet illorum secretum aliquod Philosophiæ, aut subtilem aliquam & grauem sententiam in medium afferret. 530

O felicia conuiuia! ô felices conuiuas! Sed non sunt hodie, proh dolor! neque conuiuatores, neque conuiuæ priscis illis similes. NON enim INSTITVVNTVR nunc à Philosophis conuiuia, sed ab helluonibus; non ad disputandum, sed ad altercandum; non ad explicandas res dubias,

sed

sed ad carpendas vitas alienas; non ad confirmandas amicitias veteres, sed ad inchoandas contentiones nouas; non ad cognoscendam aliquam doctrinam, sed ad periculum faciendum cibi delicati: & quod pessimum, SIQVANDO super mensa senes cum iunioribus concertant; non super eo fit, quis grauissimas dicat sententias; sed quis plurima & capacissima exhauserit pocula.

Paullus Diaconus in historia Longobardorum narrat, quatuor Longobardos senes parasse conuiuium, in quo alter alteri annos, quot natus erat, propinarit hoc pacto. Prouocatores bini binis se opposuerunt, computatis singulorum annis, vt tot pocula quisque exhauriret, quot annos is, cum quo certabat, habebat. Cum ergo ex conuiuis natu minimus annos LIIX. secundus ab eo LXIII. proximus XXCVI. postremus XCII. haberet; parum an multum in eo conuiuio comederint, nescio; illud sanè constat, qui minimum bibit, LIIX. pocula vini exhausisse. Hæc mala consuetudo Gotthis caussam dedit, ferendæ legis, quæ à multis lecta, à paucis intellecta talis erat; Si quis senex alteri ad mensam annos suos propinarit, capitale esto. Hoc autem ideò factum, quia numerosiores erant haustus, quàm buccellæ, quas comedebant. Itaque PRINCIPES & dynastas, cùm iam senuerint, in bibendo maximè sobrios esse decet, si modò reuerenter obseruari à iunioribus volunt. Nam vt verè, imò etiam liberè loquamur; SENEX à vino superatus magis iuuene indiget, cuius vlnis domum portetur; quàm qui pileo detracto reuerenter ipsum alloquatur.

531 *Præterea Principes & dynastæ aduertant, vbi iam senescunt, ne in vestitu leuitatis iuuenilis nomine damnentur. Etsi enim VESTITVM gestando sumtuosum & affectatum, rempublicam neque ditiorem neque pauperiorem faciunt; ad ipsorum tamen dignitatem & existimationem plurimum interesse nemo negauerit. VESTIMENTORVM enim vanitas & curiositas, magnum est leuitatis cogitationum argumentum.*

Ad ætatum diuersitatem accommodandam esse vestimentorum diuersitatem inde manifestum; quoniam alia vestitus forma virgines, alia maritæ, alia viduæ vtuntur. Ad eundem modum ALIVM dixerim oportere esse vestitum puerorum, alium iuuenum, alium senum, & hunc omnium honestissimum esse debere. VIROS enim cano iam capite non in preciosis vestimentis; sed in actionibus honestis dignitatem collocare decet. Non vetamus, quo minus mundi, benè amicti, & honesto cum comitatu incedant senes, maximè nobiles & magnifici. At NIMIS politus, segmentatus, sumtuosus, curiosus, & ante omnia varietate singulari mirificus ve-

Quæ gloria est capere multum? Senec. epist. 33.

Tanquam ad perdenda vina geniti & effundi illa non possint, nisi per humanum corpus. Plin. 14. cap. 22.

ἔσσεθ' ὅπ' ἢ πιόμεσθα, πολὺς χρόνος. *Apollonid. Epigram. lib. 2.*

Habebitur aliquando ebrietati honor & plurimum meri cepisse virtus erit. Sen. 1. benef. 10.

ἐν ἁμίλλαις πονηραῖς ἀθλιώτερος ὁ νικήσας, διότι ἀπέρχεται τὸ πλέον ἔχων τῆς ἁμαρτίας. *Chrysost. Stob. 55.*

Optimus censetur, non qui sermone philosophico vti nouit; sed qui multos maximosq; calices exiccauit. Galen. 7. fol. 2.

Inter potatores victoriam adipisci turpissimum. Ælian. lib. 2.

Bibendi consuetudo auget auiditatem. Plin. 14. 22.

Turpis ebrietas in rege; quem oculi omnium auresq; sequuntur. Sen. ira 3. 14.

παντὸς ὑπεροπτέον τοῦ σώματος, τῷ μὴ ὡς ἐν βορβόρῳ ταῖς ἡδοναῖς αὐτοῦ κατορωρύχθαι μέλλοντι. *Basil. de leg. Græc.*

O si quis posset odium omnium bibere vitiorum! Fab. declam. 15.

οἱ μεθύοντες τῆς ἀγνοίας αὐτοί εἰσιν αἴτιοι. ἐξὴν γὰρ αὐτοῖς μὴ πίνειν τοσοῦτον, ὥς ἀγνοήσαντα τύπτειν τὸν πατέρα. *Arist. 1. magn. moral. 34.*

οὐδεὶς φιλοπότης ἄνθρωπος ἐστὶ κακός. *Athen. fol. 39.*

3. *Honestas in vestitu.*

Quicquid dedecet, & quodammodo polluit, aut potius expellit honestatem, habendum est in sordibus. Saresb. 8. 12.

Forma hæc vestium, deformitatis mentium & morum indicium est. Bernh.

Mentemq; palàm testatur amictus. Claudian. 2. Rufin. 81.

Vestis abusus vanitate, dispendio, turpitudine culpandus. Picus.

Cinge caput lauro, gemmis tege corpus & auro; si fueris pridem, remanebis rusticus idem. Schol. Boët.

Superbum habitum apparatumque conuenientes sequuntur mores. Liu. lib. 24.

Illa vestis decenter induitur, quæ non trahit puluerem, nec in humum demissa calcatur. Sym. 3. 10.

οὐκ ἐσθῆτος, πολυτελείᾳ, ἀλλὰ σώματος εὐεξίᾳ κοσμοῦνται. *Xen. de rep. Lacedæ.*

Superbiam habitus animi insolentia sequitur. Curt. lib. 6.

Ratio ciuilium officiorum necessitatem quandam nitoris imponit. Plin. 6 ep. 31.

Non polluitur quarumcunq; sordium vicinitate munditia, dum sui integritate viget. Sat. 2. 27.

Mulieribus mundiciæ, viris labor conuenit. Sall. Iugurth.

Spartæ Ephori quotidie vestimenta inspiciebant, si quid alienum & indecorum inuenirent. Ælian. lib 14.

Cultus magna cura tibi; magna virtutis incuria. Ammian. lib. 16.

ἐσθὴς ἄλλη μὲ γυναικί, ἄλλη δὲ ἀνδρὶ καλή. *Xen. Sympos.*

Iuuenal. Sat 2.

Ipsum caput, & supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur. Cic. pro Rosc. Comœd.

Venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. Idem offic. 1.

† *Claudian. 1. Eutrop* 511.

τῇ φιλοκαλίᾳ τὸ ἀσώφρον ἐπεστιν. *Thucyd. Schol. lib.* 2.

Vanus error hominis, & inanis cultus dignitatis, fulgere purpura, mente sordescere. Minut. 299.

† *tam diu & tam ordinatè togæ rugas vt capitis comam fœminæ componebat. G.*

Senectutem omnes optant, antequam veniat, omnes de illa, cum venerit murmurant. August. Ioan. tract. 32.

ἅπαντες ἀνθρωποι ἐπιθυμοῦμεν, ὅταν δ' ἔλθῃ ποτὲ, ἀγανακτοῦμεν. *Antiphan. Stob.* 861.

Senectutem vt adipiscantur, omnes optant, eandem adepti accusant. Cic. Cat. maior.

Tam senectus apta nuptiis, quam bruma messib. Petrar. 8. fam. ep. 1.

Νόμῳ γὰρ τὸν ἄνδρα μὴ γεραὸν ἐσθῆτι περιέρχομαι, ἐὰν μὴ ὁμολογῶ κωμῳδὸς εἶναι. *Athen. lib.* 12.

Senectutem plerunq; suorum votorum pœnitet, vt doleat impetratum, quod non impetrare metuebat. Ambros. de fide resurrect.

ἐχθρὸν γῆρας παίδων ἀψύχημα. *Naz. Stob.* 859.

† *oderint. G.*

ἐπειδὴ τὸν οἶνον ἡδίως πίνειν, σωφρονέστερος εἶναι δοκεῖς τῷ γήρᾳ. *Aristoph. Pluto.*

Iuuenilia apta sunt adolescentibus, in senibus grauitatem non habent. Cic. Brut.

Senectus optatum malum, spirans mors. Secund.

4. *Veritatis & candoris amor.*

ὁ πολιτικὸς τῶν καλῶν ἐστι πρὸς ἀρετὴν ἀσκητικὸς ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. *Arist. 1 Eudem. 5.*

Viri boni sunt veritatis cultores fraudis inimici. Cic. offic. 1.

Colui semina buona semenza, che sempre dice la verita. Theat. 28.

Nusquam maior spes est, quam in bonorum Principum sponsione. Symm 10 19.

πικρόν ἐστι βρέμμα γέρων ἐν οἰκίᾳ μένων. *Menand. St.* 687.

stitus, non nisi stultorum, quod cum bona senum gratia dictum velim, iuuenum est. Itaque ALTERVM *honestatis indicium, alterum leuitatis signum est.*

Turpe quidem dictu, sed longè magis pudendum factu est, quòd SENES *nostro æuo multi, plurimum curæ ponunt, capita reticulis exornantes, barbam (quotidie) radentes, comam quærentes (suppositititiam) rufam, monilia de collo suspendentes, pileos clauis aureis velut obserentes, noua subinde excogitantes emblematum genera, preciosis digitos onerantes annulis, vnguenta olentes exotica, nouas inuenientes vestimentorum formas. Postremò licet sit passa facies† rugosior vua; tamen ne vnam quidem in tunica rugam pati illos posse aio.*

Aplerisque historicis priscis Q. Hortensius reprehenditur, quòd vt bene amictus iret, faciem in speculo quæsierit; vbi se mtuens† togam corpori sic applicabat, vt rugas non forte, sed industria locatas artifex nodus astringeret. Is cùm in Consulatu suo quondam incederet elaboratus ad speciem; collegæ de iniuriis diem dixit, quòd sibi in angustiis obuius offensu fortuito structuram togæ destruxisset, & capitale putauit, quod in humero suo locum ruga mutasset, vt autor est Macrob. Satur. lib. III. (cap. XII.)

Aut fallor ego, aut dicere possemus, omnem illam curam superuacuam, qua vtuntur senes, vt nitidi, curiosi, sumtuosi, comti, mundi & vegeti incedant, non alio spectare, quàm vt senectam mendacij velut arguant, & ius sibi in iuuentutem vendicare videantur. Quid indignius quàm senes videre plurimos, ficorum instar ob maturitatem cadentes? Quid contrà mirabilibus quàm videre, vt ætate se iuuenes faciant? Itaque in mentem mihi sæpe venit optare, vt vicia, quibus scatent, abdicent; non annos, quos habent,† diffiteantur. Ego verò Principes & magnates, quibus DEI *beneficio ad senectam peruenire contigit, rogo & exhortor, ne vel erubescant, vel sibi displiceant, quòd senes sint. Nam vt verum fateamur;* QVI ILLIBENTER *senex videri vult, in leuitatibus iuuenilibus libenter viuit.* 532

Adhæc diligenter aduertere viros honoratos decet, postquam senuerint, erga amicos ne insinceri sint; sed ab inimicis iuxtà atque amicis veraces haberi studeant. MENDACIVM *enim in ore adolescentis nihil nisi mendacium; in ore autem senis atrocissima blasphemia est* PRINCIPES *& summates, præsertim cùm ad senectutem peruenerunt, aliter in dando, aliter in loquendo se gerant.* BONOS *enim Principes verba ad pondus vendere; beneficia verò sine mensura tribuere decet.*

Sæpe

Sæpe queruntur senes, quod ab ipsorum consuetudine iuniores abhorreant. At vero si qua subest culpa, penes ipsos est maximè. Nam si quando conuersandi & temporis terendi gratia conueniunt, & fortè senex garrulus fabulam aliquam exorsus est; nullum nouit desinendi modum: adeò vt nonnunquam VIR prudens sex milliaria pedes ambulare, quàm tres horas senem garrientem audire malit. Cùm ergo tam solicitè suaserimus senibus, vt in vestitu honesti sint; nunquam profectò licentiam illis dabimus, vt in loquendo dissoluti sint. PLVRIMVM enim differunt, curiositatis aliquem in vestitu, & malignitatis in oratione notari. VESTIMENTA enim pretiosa gestare paucis obest: at verba contumeliosa plurimos molestia afficiunt.

Macrobius libro 1. *in somnium Scipionis, philosophi Critonis meminit, qui annos quinque supra centum vixit, & vsque ad annum quinquagesimum moribus planè perditis fuit. Verum ætate iam ingrauescente; adeò fuit in cibo potuque continens, in sermone circumspectus & moderatus, vt nihil vnquam reprehensione dignum agere visus, nullum vnquam verbum, viruperabile proferre auditus sit. Iuxta hoc exemplum multis quidem licentiam daremus, vt ad annum quinquagesimum iuuenes essent, modò deinceps vt senes se vestirent, vt senes incederent, vt senes loquerentur, & quòd senes essent, sibi placerent. Sed TOTVM ver, proh dolor! in floribus & incipiente vuæ (vt sic loquar) pubertate transit; & deinde antequam vindemiæ maturi sint, in sepulcra putidi cadunt.*

Queruntur etiam senes à iunioribus se non consuli: Sed
533 *excusatio facilis est, quòd in sermocinatione nimis odiosi sunt. Si quis enim senex de re aliqua consultatur, mox intonare & narrare occipit; Illo vel illo Rege aut Principe, felicis memoriæ, viuente, hoc vel istud factum; illa vel alia constituta fuisse: Ita nimirum CVM iuuenis consilium petit, quo pacto erga viuentes se gerere debeat; omnium illi mortuorum vitam senex narrare occipit. Est autem GARRVLITATIS in senibus caussa, quòd cùm iam per senectutem nec videre, nec ambulare, nec edere, nec dormire possint; quod temperis membra illa peragendis officiis suis occupari solent, id linguam in commemorandis temporibus præteritis transigere vellent. Itaque nihil habeo, quod dicam, præterquam contentos nos fore, si carnem suam senes tam castigatam; quàm linguam loquendo excruciatam haberent.*

Et si a. in vniuersum TVRPE est multum loqui, & pessimi insuper exempli veritatem non tractare; multò tamen vitium illud fœdius est in Principibus senioribus, aliisque dynastis nobilibus, quorum officium est, non solum veritatem amplectis-

ἐ δ' ἰδιάναι χαρίεις, ὅταμὴ ἀωρεμφρο-
σύνης ἀνθρώποις ἀνδρείαν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον παρ'
αὐτῶ λαμβάνειν. *Phalar. epist.* 17.

ὄχληρὸς ἐστὶ τοῖς νέοις γέρων. *Proner.*

Nihil tam cognatum sapientiæ, quam locis & temporibus aptare sermones. Saresb. 8. 10.

Par ætas animos conciliare solet. Gall.

Miserrimum sentire ea ætate esse se odiosum alteri. Cic. Cat. mai.

Eloquentia vix vni aut alteri, loquentia multis etiam atq; impudentissimo cuique maximè contingit. Plin. 5. epist. 20.

ἐλλὰς γὰρ ἀνδρὸς γῆρας ἐυπρεσίγρεον. *Anaxand. Stob.* 870.

Dum diuinitus homini data longè pulcerrima; Veritatem amplecti, & beneficiis operam dare. Ælian. lib. 12.

κρεῶν δ' ἀμπεχόνας ἔξω τ' αὐχενίων
περιερύζοντ', ἢ δυσχάντων ἐστὶ ἢ ἀδικάτων *Basil. de legend. Græc.*

Fidelissimus est ad honesta ex pœnitentia transitus. Sen. 3. nat. quæ præf.

† *non obseruatu dignum. G.*

Insignibus virtutis vicia prioris compensanda ætatis. Macrob. Satur. 3. 13.

Defendit culpam, senii laus ampla, Iuuentæ. Alex.

Non solum sanitati commodat, sed ad testimonium prudentiæ pertinet noxiis abstinere. Sym. 6. 4.

Senescentibus viciis, matureſcat virtus. Liu. lib. 3

Aduersus impetus viciorum contrariis virtutibus est pugnandum. Bernh.

Temperantiæ merces est robur & sanitas; intemperantiæ morbus & imbecillitas, vicina mortis proxima Philo. legat. ad Cai.

Senes morosi & præsentium contemtores. Arist. 2. rhetor. 13.

Victum senile verbositas. Sym. 8. 47.

Quæ abundant, sui copiositate vilescunt; & cum multiloquio peccatum non desit. pauca prudenter loquentis sermo est pretiosus. Sar. 5. 6.

Senectuti loquacitas familiaris est. Macr. Sat. 7. 2.

οἱ σὺν σοφοῖς φαῦλοι, παρ' ὄχλῳ μισηκώτερον λέγειν. *Eurip. Hippol.*

Senilis sermo non solum sit grauis, sed etiam breuis. August. serm.

ἐξ ὅλης τ' ψυχῆς παιδιὰ ποιεῖν, καὶ
παλαιὰ λέγειν. *Aurel. Imp. lib.* 2.

Et stulte facere, & stulte fabulari haud bonum est. Plaut. Trinum. Minus. XV.

τὸ ἀληθὲς τῷ θεῷ προσφιλέστατον. *Synes. epist.* 105.

Veritatis oratio soluta esse debet & libera, & cellas fortunas idem loqui decet atq; sentire. Ammian. 17.

amplecti; sed eius etiam hostes plectere: Quod nisi fiat, non parum de autoritate virorum nobilium & potentum decedet; si in ipsorum capitibus nihil nisi cani appareant, & contrà in linguis ipsorum nihil nisi mendacia inueniantur.

CAPVT XXI.

Epistola M. Aurelij Imperatoris ad Claudiũ & Claudinam, quos acriter reprehendit, quòd cum senes sint, iuuenum more viuãt. Hæc epistola ab autore in quatuor capita distributa, magnum habet vsum in arguendis senibus viciosis & dissolutis.

MARCVS Imperator Rom. in monte Cœlio natus, Claudio & Claudinæ coniugibus, ciuibus, & vicinis suis S. & vitæ emendationem.

Dum ego in expeditione absum Asiatica, & vos Romæ semper sedetis: et si tardè noua istinc accipimus, neque minus serò literas nostras istuc peruenire arbitramur: Tamen proficiscentibus omnibus † commendationes ad vos dare, & venientes cunctos percontari, quomodo valeatis, & quid agatis, soleo. Quanto & quàm verò vos amore prosequar, non alios nisi animos vestros testes appello; qui si me amicum esse insincerum aiunt, damnationem iustam agnosco.

Quod si fortè cor vestrum vos à me amari fatetur, cùm vos reuera oderim; vel odio vos mihi esse fingit, cùm vos reuera amem: Huiusmodi profectò cor ego è visceribus euulsum bestiis vorandum proijcerem. NVLLA enim perniciosior fraus est, quàm cum quis seipsum decipit. Si quis me peregri- 534
nus decipit, dissimulandum; si inimicus, remedia quærenda; si amicus, conquerendum est: at si ipsemet me decipio, quid superest † solatij? NVLLA enim tolerantia ferre potest, falli animum in re aliqua, tantum quòd non penitus illam perspexit (planeque cognouit.)

Quòd si fortè me arguetis, quòd neque de vobis solicitus sim, neque literas ad vos vllas tanto interuallo miserim: culpam non in negligentiam meam; sed partim in locorum distantiam, partim in negotiorum, quæ Asia offert, multitudinem conferendam esse respondeo. INTER alia quipce hoc quoque mali bellum habet, quòd dulci nos patriæ conspectu priuat. Equidem vester esse perpetuò volui, ac ne nunc quidem vlli magis, quàm vobis faueo; & quemadmodum talem me semper, qualem optabatis, experti estis; ita

ego

Assuesce & dicere verum & audire. Sen. epist. 68.

Magnitudinem fortunæ suæ, qui mentitur Princeps, ignorat. Mamertin. paneg.

ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς σοφὸς καὶ χρήσιμος. *Prou.*

Purpurea veste indutum mentiri nefas est. Zonar. tom. 3.

Vult esse pulcer & vult esse senex. Ista duo desideria sibi inuicem concordare non possunt. Si senex eris, pulcer non eris. August. Ioan. 32.

Quanto più ne l'huom sormontan gli anni, più si scema il fauor, crescon gli affanni. Guicc. pag. 16.

Sicut Principem leuia proferre non decet; sic nec facilem quidem esse ad leuia audienda. Saresb. 6. 23.

† * † *Extat inter epistolas procerum mundi pag. 182. sed multis in locis discrepans.*

Vobis salutem votis opto, literis dico. Symm. 7. 119.

Animus viciorum immunis increpare alios, non quia odit, sed in remedium iubet. Sen. Vit. beat. 26.

Quis non amet eum, quem audit sui memorem esse. Amb. Rom. 1.

La richesse d'vn Frince est l'amitie des siens. Ronf. 8 pag. 238.

† *responsiones. G.*

οἷς συνείληχας ἀνθρώποις τούτους φίλει, ἀλλ' ἀληθινῶς. *Aurel. Imp. lib. 6.*

Pauci ex multis sunt amici homini, qui certi sient. Plaut. Pseudol. Pseudole non aud.

Religio fide pectoris continetur; in verborum officiis latet plerunq; simulatio. Sym. 7. 104.

Bonitas conditoris habitationem potiùs hominum, quam caritatem finalibus claudit angustiis. Sidon. 6. epist. 6.

τὸ σφόδρα φιλεῖσθαι ἐθέλειν, ἀπὸ τοῦ σφόδρα φιλεῖν γίνεται. *Chrysost. Steb. 717.*

Magis perniciosa sunt, quæ quodam cautelæ velamento studiosius occultantur. Saresb. 3. 5.

χαλεπόν ἐστι συμβουλευομένῳ τυχεῖν τὰ ἄριστα. *Herodot. lib. 8.*

Nihil vtilius, quam sibi vtilem fieri. Sen. 1. benefic. 11.

† *consilii. G.*

Multi sunt, qui velint fallere; qui falli, nemo. Augustin. dulciloq. pag. 97.

Plerunq; non amicitiæ negligentia, sed obstrepentibus curis officia retardantur. Symm. 7. 117.

Δυστυχοῦμεν οἷς εὐποροῦμεν, πονηραῖς ἀλλήλους ἀγγελίαις ἀμοίβεσθαι. *Syn. ep. 125.*

Quid humano genere felicius, si omnes esse possent amici; Fab. declam. 9.

Quem felicitas amicum fecit, infortunium faciet inimicum. Boet. 3. consol. 5.

Nullæ occultiores insidiæ sunt, quam quæ latent in simulatione officii, aut aliquo necessitudinis nomine. Saresb. 3. 6.

ego quo gratiorem semper in vobis beneuolentiam cognoui. NEMINEM enim vnquam vidi, qui tantum haberet, valeret, sciret, tanta denique esset potentia præditus, vt non amicorum aliquando fidelium indigeret.

Plato diuinus dicebat, & egregiè quidem, EVM, qui ex animo amat, neque absentem amicum obliuiscì, neque præsentem negligere; neque in secunda fortuna adesse, in aduersa discedere; neque commodi gratia inseruire, neque sui quæstus caussa amare: denique amici rem non secus ac suam (& semetipsum) tueri.

CVR autem amici recipiendi sint, variæ fuerunt veterum sententiæ: sed quatuor ob caussas eligendos illos plerique statuerunt.

Primum habendi sunt amici, vt sint, quibus cum familiariter viuamus & conuersemur. INVARIIS enim vitæ huius assultibus, nullum tempus iucundius impenditur, quàm quod in fidelis amici necessitudine conteritur.

Deinde, vt cogitationes illis (curasque) nostras aperiamus. MAXIMVM enim solamen est animo ægro, miserias suas amico narrare; earumque illum seriò participem videre.

Præterea quærendi & eligendi sunt amici, vt nostris ærumnis opitulatores sint. PARVM enim iuuatur animus, si quæ dico lacrymans amicus audiat; posteaque iuuandi mei caussa ne pedem quidem loco moueat.

Postremò quærendi & retinendi sunt amici, vt fortunarum nostrarum tutores, & erratorum quoque castigatores sint. VERI enim amici munus est, vt me non minus à viciis, quæ me infamant, auocet; quàm ab inimicis, qui me interi-
535 *munt, vindicet.*

Hæc recensere volui (tum vt dignitatis meæ defensores vos habeam, tum) si quod in his literis verbum inueneritis durius, (tametsi senectutem vestram magis monere, quàm moneri æquum sit;) vt æquo animo accipiatis, cogitantes tum amorem, quo vos prosequor, vt dicam, hortari; tum fidem, quam vobis debeo, vt id taceam, non pati. Nam MVLTA in amicis, licèt seriò dicentibus, toleranda sunt, quorum ne minima quidem pars in aliis, licet ioco agentibus ferenda esset.

Sed ad rem ipsam accedo: Atque vtinam non plus sit, quàm ad me allatum est, vel minus etiam, quàm suspicor! C. Furius tanta mihi necessitudine, quanta vobis affinitate coniunctus, cùm ad regna Palæstinæ, (& Hierosolymam) contenderet; Antiochiam ad me visendum venit, & multa mihi ex Italia & vrbe (&) noua (& insperata) narrauit; ex quibus vnum peculiariter memoriæ mandaui, quod

Quis tantus est, quem non fortuna indigere etiam infimis cogat? Sen.

Wen grossen öfen ist sich nut wermen/sie bedörffen aber viel Holtz. Adag.

ἡ φιλία χρημάτων ἐν αὐθρώποις τὸ κάλλιστον. *Hesiod. lib. 9.*

Studeas semper aliquem ex potentissimis habere amicum. Plut. præc. polit.

Amicitia virtute nixa nulla locorum intercapedine viciatur. Plat. Semin.

δοκιμάζε τὰς φιλὰς ἐκ τῶ ἀφελῆ βίον, ἀτυχίας, & τὸ ἐν τοῖς κινδύνοις κοινωνίας. *Isocr. Ad Demonic.*

Pertiæ sunt semper iniuriis facultates absentium. Cassiod. 1. 15.

Amicitiæ usu receptæ.

μὴ κτῆσαι φίλον, ᾧ μὴ πάντα πιστεύεις. *Sext. Stob.* 21.

οὐχ' ἁλιήλοισιν ἀμοιβαίη φιλότητι ἁλητῆες χαίρουσι *Oppian. ἁλ. δ.* 71.

1. *Ob conuersationem familiarem;*

τὸ ἑτέρων εὐτυχούντων καὶ αὐτὸς ἑτέρῳ συμπλακῶ δυσμενὴς, ἀθεῖς εὐδὲν ἧττον εὐτυχεῖν δόξω. *Phalar. epist.* 12.

Idcirco amicitiæ comparantur, vt commune commodum mutuis officiis gubernetur. Cic. pro Rosc. Amer.

2. *Ob curarum participationem;*

ἡ λύπη εἰς πολλὰς διαμεριζομένη μετριώτερον δάκνει τὸν πάσχοντα. *Chrysost. St.* 720.

3. *Ob solatia & auxilia in ærumnis;*

φίσιν ὅτε παρ' ἄλλοις πόνων ὅτ' ἐν φίλοις βεβαίαν εὗρον. *Phalar. epist.* 34.

Manus ad amicos non complicatis digitis extendendæ. Diogen. apud Boet. 2. consol. 4.

4. *Ob defensionem in prosperis & castigationem in erratis.*

Liberæ reprehensionis medelam sana mens minimè aspernatur. Saresber. 7. 24.

& τὸ ὀργίζεσθαι, & τὸ κολακεύειν ἀκινδύνητον, τὴν πρᾶξιν βλάβην φέρει. *Aurel. Imp. lib.* 11.

Μεῖζον ἀγαθὸν τὸ ἐλεγχθῆναι & ἐλέγξαι νομίζω. *Method. Stob.* 111.

Monere & moneri proprium veræ amicitiæ. Cic. Læli.

Dolor semper reprehensionem vel iustam sequitur. Macrob. Sat. 7. 2.

οἱ παρρησιαζόμενοι ὅσοις λέγουσι, θυμοῖς & εἰς πρόσωπον συγγνώμην δώσουσι. *Theodor. β.* ῆ.

Admoneri bonus gaudet; pessimus quisq; correptorem ægerrimè patitur. Sen. ira. 3. 37.

Ostendere imminens periculum, bonum est. Ambros. Luc. 7.

Πυθαγόρας τὸν φίλον ἄλλον ἑαυτὸν ἀφίσι. *Synes. epist.* 100.

mihi risum audienti maximum mouit, posteaq; diligentius cogitanti dolorem non vulgarem attulit. Quam multa enim joco primum accipimus, quæ postea bene ruminata mœrore nos plurimo adobruunt.

Adrianus Imp. Dominus meus sannionem quendam, Belphum nomine habebat, adolescentem gratiosum & ingeniosum, quamuis, vt hoc genus esse solet, admodum maliciosum. Cùm autem Legati quidam Germani cum Imperatore iucundissimè & hilariter cœnarent; parasitus in singulos discumbentes scommata nonnihil aculeata (quæ hominem versutum olebant) cœpit iácere; quibus cùm Adrianus alios offendi, alios indignari, alios irritari animaduertisset; Si me amas, inquit, Belphe, à salibus quæso versutis (& mordacibus) super mensa abstineas, quorum postea (subtilior) indagatio noctem nobis in lecto insuauem reddat.

Cum autem C. Furius tot mihi scandala per Italiam admissa, tot noua, quæ in vrbe acciderunt, tot factas in senatu mutationes, tot ciuium rixas, tot vtriusque vestrum leuitates narrârit, vt audiens obstupuerim, & referre erubescam: exponentem quidem vtcunque pertulissem, nisi tantam ostendisset in narrando inertiam, cogitans scilicet, quemadmodum ipse sine vlla molestia recensebat; ita eadem me citra dolorem auscultare; cùm reuera singula, quæ dicebat verba, singula essent iacula, quibus cor consauciabatur meum. SÆPE enim aliqua nobis negligenter dicuntur, quæ ad viuum penetrant, doloremque animo afferunt.

Vos quidem omnium iudicio sententiaque admodum grandæuos; at vestra opinione (arbitrioque) admodum iuuenes censeri perhibent: quippe qui ita vos ornetis & componatis eleganter, quasi nunc primum in lucem prodiretis: nihil item iniquiore vos animo ferre, quàm si senes audiatis; præterea in theatra, vbi scenici ludunt artifices, & in campos, vbi bestiæ conficiuntur, haud inter postremos venire, adhæc nullum in vrbe ludum, nullum leuitatis genus, quod domi vestræ non prius in commentarios referatur, reperiri: denique ita vos totos oblectamentis deditos esse, vt qui nulla vnquam superuentura formidant incommoda. 536

Ita me magnus seruet Iupiter! vt me vestræ, Claudi & Claudina, pudet impudentiæ; vestro erubesco dedecore, & inprimis vestro excrucior crimine. Quo enim tempore missionem accipere honestè poteratis, nomen mundo de integro datis. MVLTA delinquunt homines, quæ etsi grauia videantur, excusatio tamen, quam afferunt, leuiora reddit.

At,

Curandum, vt eos, quibus cum sermonem conferimus, & vereri, & diligere videamur. Cic. off. 1.

Nunquam decebit sic aduersus tales agere personas, quomodo contra nos agi ab hominibus conditionis eiusdem iniquo animo tulissemus. Fab. 11. cap. 1.

Ferè quæ impetu placent, minus placent ad manum relata. Sen. epist. 100.

Qualis vnusquisque apud se lateat, Illata contumelia probat. Gregor. discip.

Cautius in conuiuio abstinendum scommate, quod tectam intra se habet iniuriam. Macrob. Sat. 7. 3.

Admittantur mimici sales ita vt nullus conuiua mordacis linguæ felle feriatur. Sidon 1 ep. 2.

Non placet mihi cœna, quæ bilem mouet, Plaut. Bacc. Reddidi patri.

In conuiuiis lætitiæ insidiatur ira. Macr. Sat. 7. 2.

Facetias in bilem & amaritudinem vertit iniuria. Plin. 6. ep. 8.

Facetiæ vbi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt. Tacit. annal. 15.

μᾶλλον οἱ λόγοι τῶν σκωμμάτων καὶ τοὺς ἀκούοντας πείθουσι, καὶ τοὺς κακολογουμένους λυποῦσι. *Aristot. Rhetor. Alex* 36.

Hominum ineptiæ & stultitiæ nobis deuorandæ sunt. Cic. Brut.

Est odiosa omnis supinitas. Fab. lib. 11. cap. 2.

Nunquam is, qui audit, incenditur, nisi ardens ad eum perueniat oratió. Cic. Orator.

Turpe est, valdeq; viciosum, in re seuera conuiuio dignum aut delicatum aliquem inferre sermonem. Idem offic. 1.

Cum iam post tergum XII. lustra transmittat, quotidie tamen habitu cultuque, conspicuo iuuenescit, imo repuerascit. Sidon lib. 4. cap. 13.

Quando senectus venerit, pulcritudo fugit. Augustin. Ioan. 23.

Senectutem quidam inuiti audiunt, & canos & alia, ad quæ voto peruenitur. Sen.

Erubescit ætas exoptata votis. Tertul. de cultu fœmin.

Nihil sene deformius, qui iuuenis vult videri. Petrar. senil. 24. epist. 6.

ὦ δύσμορ, οὐδὲ τῷ χρόνῳ φύσας φανῇ φρένας ποτ', ἀλλὰ λῦμα τῷ γήρᾳ τρέφῃ. *Sophocl. Oedip. Col.*

Viri boni officium est errores hominum corrigere, eosque in viam reducere. Lactan. 5. 17.

In vno habitare non possunt, vigor pulcritudinis & gemitus senectutis. Augustin. Iohan. 32.

αἰσχρὸν τὴν μὲν ἡλικίαν παρακμάσαι, μὴ παρακμάσαι δὲ τὴν ἀσέλγειαν, *Naz. Stob.* 875.

At, vt verè dicam, quod sentio, vestras leuitates & errata quæ tuear, ne vnam quidem; quibus autem eadem condemnem, vel sexcentas rationes inuenio.

Solon Salaminius in legibus, quas Atheniensibus dedit, iuuenem, qui deliquisset, leuiter (verbis) admoneri, & duriter (factis) puniri, quòd robustus esset, iubebat: Senem verò leniter puniri, & duriter moneri, quòd imbecillis esset. Contrà Lycurgus in legibus, quas Lacedæmoniis dedit, adolescentem aberrantem leuiter plecti, & duriter admoneri; quòd ignoratione delinqueret: senem verò leuiter moneri, & duriter puniri, quòd improbitate peccaret, imperabat.

Cùm ergo tanta seculis illis priscis fuerit, vt fuit, vtriusque legislatoris autoritas, & tam ponderosæ sint vtriusque leges & sententiæ; aliquas illarum non recipi maximè temerarium foret. Sed vt neque hunc recipiamus, neque illum improbemus, ego ita censeo; MAGNVM tum ad excusandos iuniores pondus habere ignorationem, tum ad condemnandos senes experientiam. Itaque vt idem repetam, veniam mihi dabitis amici, neque grauiter feretis, in loquendo me verecundiæ fines transgredi; cùm idem in viuendo ipsi quoque faciatis. VITÆ enim vestræ nigritudo, atramentum (vt ita loquar) meo præbet calamo.

Audire me memini, dum iunior esses Claudi, satis te elegantem & præstantem corpore, nec minus te quoque, Claudina, gratiosam & formosam in iuuenta fuisse: ita vt tuæ quidem, Claudi, fortitudini inuiderent plurimi; tua verò, Claudina, pulcritudo ab omnibus appeteretur. Non libet his literis in memoriam vobis, amici & populares, reuocare,
537 *quàm egregiè tuis, Claudi, viribus ad commodum reipub. vsus sis, & quanto tua, Claudina, pulcritudo honori tibi fuerit: MVLTIS enim dotibus insignes grauium solent notari criminum. Veruntamen qui tecum, Claudi, luctabantur, quosque prouocabas, iam sunt mortui; qui tibi, Claudina, inseruiebant, qui te præsente suspiria emittebant, qui te deperibant, diem suum obierant. Cùm ergo & illi, & illorum leuitates expirarint; an non vobis vestræque dementiæ mortem impendêre cogitatis? Percontor iam alterius iuuentam, alterius formam: Ex illis oblectamentis, ex illis delitiis, ex illa abundantia, ex illa iucunditate, ex illis voluptatibus mundanis, ex vanitate illa præterita quid habetis? quid vos ex omnibus istis in tumulum ablaturos angustum vobiscum speratis?*

O nos fatuos! ô nos inertes! ITA nimirum præterit vita, vt ne viuere quidem discamus! NON enim vitæ vel diutur-

Libertas de singulis pro arbitrio iudicat, & quæ sanis videt moribus obuiare, reprehendere non veretur. Saresb. 7. 25.

ἥμαρτεν. ἐν νέοισι δ' ἀνθρώπων τόδε ἔνεστι. συγνώμην δὲ τῷ δ' ἔχειν χρεών. *Eurip. Supplic.*

Peccatum adolescentiæ mitiore sententia quam senectutis astringitur, & citius relaxatur. Ambr. Psal. 118.

ὁ νέος πλείονος δεῖται τῆς φυλακῆς σφοδροτέρου τοῦ χαλινοῦ, ἀσφαλεστέρου τοῦ τυχίου, καὶ τοῦ κωλύματος. *Chrysost. Stob.* 858.

ἐμπειρία τῆς ἀπειρίας κρατεῖ. *Eurip. Stob.* 860.

Minus mirandum est, illæc ætas si quid illorum facit, quam si non faciat. Plat. Bacchid. Nunc exper.

Se'l giouane sapesse, è'l vecchio potesse, E' non è cosa, che non si facesse. Adag.

Ætas peritiam ac prudentiam affert. Plut. an seni ger. resp.

Τὸ ἐν μηδενὶ τῶν φαύλων ἐρυθριᾶν, σημεῖον ψυχῆς ἐστὶν αἰσχίστης. *Philo. Stob* 333.

Πάλαι πότ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. *Aristoph. Pluto.*

Arguere licitum est, quod æquum est esse correctum. Saresb. 7. extra.

Bona iuuentæ senectus flagitiosa obliterat. Tacit. annal. 6.

Κράτιστον τὸν νέον καὶ πρὸ ὥρας σωφρονεῖν. *Naz. Stob.* 857.

Festinat decurrere velox Flosculus angustæ vitæ. Iuuen. 14.

Iniucunda est temporis ingloriè acti memoria, & stultum est indesinenter exprobrare debitum. Ioseph. 19. 7.

Quid turpius, quam senex viuere incipiens? Sen. epist. 13.

Vt hedera serpens vires arboreas necat; Ita me vetustas amplexu annorum necat: Sepulcris similis nil nisi nomen retineo. Macrob. 2. Sat. 7

Θρὶξ λελευκασμένη τὴν ἐντεῦθεν τῆς ψυχῆς ἀποδημίαν βοᾷ. *Nil. Stob.* 860.

Æui mutatio facti vniuscuiusque mutat sæpe naturam. Ambrosius Luc. 1.

Infinita est velocitas temporis, quæ magis apparet respicientibus. Sen. Epist. 49.

ὁ ἀληθείᾳ πρεσβύτερος οὐκ ἐν μήκει χρόνου, ἀλλ' ἐν ἐπαινετῇ καὶ τελείῳ βίῳ θεωρεῖται. *Philo.*

ἐδὲν τ ἀνθρωπίνων βέβαιον, ἐδὲ ὁμαλὸν, ἐδὲ αὔπτωκες. *Nazianz. Stob.* 805.

Fugit irreuocabile tempus. Virgil. Geor. 3.

† *rebus non mortis. H.*

se non mouens. G.

Labitur occultè, fallitq; volatilis ætas. Ouid 1. amor. 7.

Obrepit non intellecta senectus. Iuuenal 9.

Τὸ χρεὼν ἐπήτητον ἕως ζῇς, ἕως ἔξεσιν, ἀγαθὸς γένε. *Aurel. Imp. lib.* 4.

† *irruere!*

σιγμὴ χρόνος πᾶς ὁ βίος ἐσι. *Plutarch. Epigram. lib.* 3.

Vola il tempo, & fuggion gli anni, Si, ch' à la morte in vn punto s' arriua. Petrarcan 7.

Si est homo bulla, eò magis senex. Varro. rer ruſt. c. 1.

Senectuti nulla ætas succedit. Auguſt.

Qui ab itinere recto desiſtit, perdit meritum totius itineris, quod cucurrit. Fulgent. epiſt. 2.

ἐχ ἥτιον ἄνειδος αὐδρὶ καλλιωπιζὸν φιλοσόμαθον εἶναι, εἰ πᾶς ἄλλου τ παθῶν ἀζηνὸς ἀφικέσθαι. *Baſil. de legend. Græc.*

Ego bis tricenis annis actis ſine nota, Eques Romanus lare egreſſus meo, domum reuertar mimus. Macrob. 2. Satur. 7.

Non omnis ætas ludo conuenit. Plaut. Bacchid. 2.

Μὴ νυθέτει γέροντα ἀμφεπόνοντα. *Ariſtoph. Stob.* 64.

γέρων ὅταν χρεύει, τείχας γέρων μὴ ἐσι, πὰς ὃ φρένας νέαζει. *Anacr.*

Ut temporum vices, ita morum vertuntur. Tacit. annal. 3.

ὥρη ἐξᾶν, ὥρη ὃ χαμεῖν, ὥρη ὃ πεπαδθαι. *Athenæ.* 281.

Nulla virtus magis neceſſaria, quàm ſimplicitas humilis, & grauitas verecunda. Bernh.

Luxurioſus adoleſcens peccat; ſenex luxurioſus inſanit. Sen. 2. contron. 6.

La ſennora al ſieruo ſometida, pierde la fuerça y tino à la ſalida. Arauc. 122.

Κόσμε ἀναχόρησις, ἁ τὸ ἔξω ἀπ' ἔνδοθ σωμαλικὸς, ἀλλὰ τ πρὸς τὸ σῶμα συμπαθείας τὸν ψυχὸν ἀποῤῥίξας. *Baſil. Brod. Epigr. lib.* 3. *extr.*

ὅπου πίνη γεραιὸς, τερμερὸς πόσις χρεύει, πολίας τείχας λιάσων. *Anacr.*

Caro ſuggerit mollia, mundus vana, diabolus amara. Bernh.

O munde immunde! qui omnes homines illaqueas; rapere omnes appetis; occidere omnes quæris. Aug. ad fr. in erem. ſer 31.

Mundus tabernaculum tenebrarum, locus afflictionis, limus profundi, vmbra mortis. Naz.

diuturnitate vel breuitate metienda felicitas; ſed præclarè illam collocandi ſcientiâ. O filij terræ! ô diſcipuli vanitatis! nunc demum intelligitis, EVOLARE tempus † alis non vibratis; fugere vitam, pedibus non ſublatis; digladiari fortunam, brachiis non commotis; commeatum petere mundum, ne verbo quidem prolato; homines nos decipere, immobilibus labiis; conſumi carnem, nemine animaduertente; emori cor nullis adiutum remediis; denique gloriam noſtram, ac ſi nunquam fuiſſet tranſire; mortemque nobis, ne pulſatis quidem foribus, † inſultare! Quantumuis vel rudis vel demens aut hic aut ille ſit; negare nemo poterit; FIERI non poſſe, vt in maris profundo ignis accendatur, vt in præcipitiis altiſſimis via (æqua) ſternatur; vt ex ſanguine tenui nerui, ex venis teneris oſſa fiant: Æquè mihi impoſsibile videtur, vt viridis iuuentæ flos ſenectutis æuo non aliquando marceſcat.

CAPVT XXII.

Proſequens inſtitutum Imperator Claudio Claudinæque ſuadet, vt cum ſenes iam ſint, mundo & voluptatibus ſuis non credant.

QVÆ dixi hactenus, ad commonefaciendos magis iuniores, quàm erudiendos ſenes pertinent. Vos enim pueritiæ ver, iuuentutis æſtatem, virilis ætatis autumnum iam olim pertranſiſtis, & ſenectæ iam hyemem ingreſſi eſtis, vbi ABSVRDISSIMVM, caput canis albeſcere, idemque, perinde ac iuuenum, dementiâ cumulari. Iuuenes voluptatibus vacare non eſt, quod miremur, quippe qui iuuentæ finem aliquando futurum neſciunt. At ſenes, quibus nihil ab hac iam fraude metuendum periculi, cur de integro viciis ſe implicant?

Heu munde! Cum mundus ſis, cumque tam exiguæ noſtræ vires, tanta noſtra imbecillitas ſit; ipſe volens nos minimè reſiſtentes in ſinum maximè periculoſum propellis, in ve- 538.
pretis denſiſſimis nos abdis, ad diuerticula maximè impedita nos auocas, per vias maximè aſperas ducis; hoc eſt, in crepidine nos maximi fauoris ſtatuis, vt pede ſuppoſito inde nos momento oculi præcipites. O munde, vt nihil aliud es, quam mundus! Annus hic eſt quinquageſimus ſecundus, ex quo naſcentem me excepiſti; quo toto tempore ne ſemel quidem ex te veritatem audiui, & in decies mille te mendaciis deprehendi, nunquam abs te quicquam petij, quin promiſeris; nunquam

quam mihi promisisti, quod dederis; nunquam tecum commercij quicquam habui, quin deceptus sim; nunquam societatem tecum inij, quin perierim: Denique NIHIL *vnquam in te vidi, cur amandus esses; & quicquid in te videbam, dignum erat odio.*

Quod cùm ita sit; haud scio, quid vel in te insit, vel nobis tui amatoribus desit, quòd licèt nos oderis, te odisse nequimus; licèt increpes, dissimulamus; licèt calcibus ferias, toleramus; etsi fustibus nos contundas, silentio ferimus; etiamsi nos persequaris, queri tamen nolumus; quamuis nostra nobis eripias, tamen non repetimus; vt vt fraude nos circumuenias, fraudem tamen appellare nolumus; & quod pessimum, cùm è tua nos domo expellas; tamen exire recusamus. Hoc quid sit, vnde proficiscatur, quorsum euasurum sit, (coniectare) nescio, quòd MVNDVM, *qui nos auersatur, sectamur, & deos, qui nos amant, odimus. Sæpe annorum exactorum rationem inire apud animum meum soleo; nonnunquam etiam libros meos reuoluo, quid legerim regustaturus; interdum etiam amicos rogo, vt salutari me instruant consilio; non alio quidem fine, quàm vt, quod dixi, assequar, & quod dicturus sum, intelligam.*

Rhodi cùm Rhetoricam, domino meo Adriano sumtus suppeditante, profiterer, anno ætatis XXXII *qua eram carnis fragilitate ac teneritudine, cùm in vere illo solitudinem nactus essem, per solitudinem & libertatem mundum olfeci; cuius odorem simul percepi, sectatus, & sectando adeptus sum, & apprehendi, apprehensumque delibaui & degustaui, eumque amaritie percepta, auersatus sum, & reliqui; at relictus rediit, & ego redeuntem recepi: In summa, mundus me inuitans, & ego non repugnans, annos* LII. *panem eundem comedimus, & domum eandem inhabitauimus.*

Vultis scire, quo pacto mundus & ego in vna domo vixerimus, aut vt verius dicam, in vno corde habitauerimus!
539 *Vno, si volueritis audire, verbo dicam. Quando ego mundum iratum cognoscebam; illi deseruiebam: ipse cùm mœstum me videbat, mihi blandiebatur: Cùm prosperum videbam, aliquid deposcebam; ipse cum lætum me cernebat, me fallebat; Cum quid optabam, in adipiscendo mihi adiutor erat: mox cum maximè illo fruebar, id mihi subtrahebat: animo ægrum me interuisebat, felicem obliuiscebatur; depressum, porrecta manu erigebat; sublimem si me videbat, pedem, vt caderem, supponebat. Denique* QVOTIES *aliquid in mundo me habere confidebam, quicquid is haberet, somnium esse animaduerti.*

Voluptas sæpius relinquit caussas pœnitendi, quam recordandi. Cic. fin. 2.

Le vieil renard tousiours renard demeure. Bien qu' il change de poil, de place, & de demeure. Ronsard. 10 97.

Amor sempre d' ogni promessa sua fù disleale. Ariost. 13.20.

ὁ κόσμος) τὴν φύσιν ὁμοίαν ἔχει ταῖς ἑτέραις, ταῖς ἐρᾷν μὲν ἑαυτῶν, ποιούσαις, τοὺς δὲ χρωμένους ἀπολλυούσαις. *Isocr. de pace.*

O munde immunde! in te habitare & non dolere est impossibile. August. ad fr. in erem. ser. 31.

Τί τηλικούτῳ χαίρομεν θηρίῳ, ὃ κολακεῖον ἡμᾶς ἀναλίσκει; *Plut. Stob.* 130.

Io vo dietro à quel che m' arde. Petrar. Sonet. 17.

O munde proditor! væ! qui tibi credit! beatus, qui tibi resistit! beatior, qui à te illæsus recedit! August ibid.

Diuitiæ promittunt securitatem & dant timorem; satietatem, & dant esuriem; stabilitatem & dant subitam defectionem. Augustin. discip. de temp. 403.

Hominibus contra Deum credunt, qui Deo contra homines non credunt. Cypr. serm. 5.

Ridiculis hominum versat sors cæca labores; secula nostra iocus, ludibriumque Deis. Saresb. 3. 8.

Veteris contagia morbi tam blande obrepunt, vt quo languetur, ametur. Prosp. de ingratis.

Tibi imputa, quicquid pateris ab eo, qui sine te potest facere nihil. Bernh.

Quot vitia, tot retia; quod peccata, tot laquei. Ambr. psal. 118.

Mala multi probant; nemo improbat bona. Fab. 12.10.

Prona tibi vinci cupientem vincere palma est. Ouid. remed. 1.

Non m' accorsi prima de l' inganno, che n' era gia tutto accaduto il danno. Ariost. 4. 26.

εἴ τις ὀΐσσεται ἔργα δόλοιο, οὐκ ἂν ἔτ' ἐμπελάσειε. *Oppian. ἁλ. δ.* 368.

Graue est sapienti offendere, vbi alterum reperit incidisse. Cassiod. 8.20.

Μεῖζον τῆς φώρας τὸ αὐτὸν κατειπεῖν. *Taci. lib.* 7.

Feræ bestiæ cibum ad fraudem suam positum plerunq; aspernantur. Liu. lib. 41.

τῆς ἀναγκαίας τύχης οὐκ ἔστιν οὐδὲν μεῖζον ἀνθρώποις κακόν. *Sophocl. Aiac.*

Voluptas tunc cum maximè delectat, extinguitur. Sen. vit. ben. 7.

Sit sanè aliquid, quod de mundo dixi; at longè, quod de me dicturus sum, grauius est, quòd scilicet INFINITIES *maior est amentia mea, quàm ipsius malitia. Toties enim deceptus, tamen deceptorem sector. Heu munde, munde! tantâ vteris † in leuitate tua constantia, vt nos omnes supplantes. Vnum vehementer miror, in quo certi aliquid statuere nequeo, quòd nullâ propositâ emolumenti spe, cum per pontem ingredi nobis liceat, vadum quærentes circumimus; vadum tutum vbi inuenimus, sinum transmittendi periculum vltrò subimus; cum via sicca sit, per paludes imus; cùm ad manum sint epulæ salutares, venenum quærimus lethiferum; interitu gaudemus, cùm seruari valeamus; denique* NVLLO *proposito lucro culpam admittimus, licèt pœnam eius comitem esse videamus.*

SVMMA viros prudentes vti vigilantia decet, vt videant, quid agant; examinent, quid loquantur; ponderent, quid suscipiant; spectent, cui sese adiungant, & in primis cognoscant, cui sese committant: ADEO *quippe debilis est intelligentia nostra, vt ad nos decipiendos vnus sufficiat; ad nos errore liberandos etiam decies milleni nihil possint. Tanta & mundi de fallendis, & carnis de inescandis nobis solicitudo est; vt licèt angustissima sit via, semita confragosa, iter longinquum, vita breuis; tamen nunquam non corpora nostra viciis onerata, nunquam non corda nostra curis referta sint. Multa in mundo miratus sum; sed hoc maximè offendor, quòd* CVM *quidam boni sint, malos illos esse omnibus persuademus; & nos mali cum simus, persuadere aliis volumus, vt bonos esse nos credant, & tantùm vt boni habeamur, ad scopum (vt sic loquar) collineamus virtutum, & in aggerem defigimus tela viciorum.*

Vnum fatebor, quod detectum mihi dedecori futurum non ignoro; at vsui forsitan viro prudenti erit. Annis, quos vixi, LII. *omnia huius vitæ vicia delibare volui, tantum vt periculum facerem, an quicquam humanæ satisfaceret improbitati: Sed omnibus perspectis, tentatis, exploratis, cognoui, me,* QVO *plus comedo, eò magis fame enecari; quò plus bibo, eò magis sitire; quò magis recreor, eò magis frangi; quò plus dormio, eò magis esse somnolentum †; quantò plura habeo, tantò plura petere; quò plus cupio, eò magis torqueri; quò plus affecto, eò minus assequi; denique* NVNQVAM *me desiderio rei alicuius flagrasse, quin eam adeptus, & satietate captus, & mox alterius cupiditate incensus sim.* SVMMA *dementia est cogitare aliquem, dum in carne viuit, carni se satisfacturum:* CITIVS *enim* 540

nos

Quanto place al mondo, è breue sogno. Petrarch. Son. 1.

Quisquis amas mundum, tibi prospice, quo sit eundum; Hæc via, qua vadis, via pessima, plenaq; cladis, August. Manu 30.

Aun que el peligro afina lo perfeto, aquel que del se aparta es el discreto. Araucan. 123.

† *in fraudibus tuis astutia.*

Generosior spiritus vanitatem non amat. Arbit.

Non tam facile exire de fouea, quam in eam labi. Bernh. 216.

Ad mores natura recurrit damnatos. Iuuenal. 13.

Amor rerum terrenarum, viscum est spiritualium pœnarum. Augustin. Euangel. Luc. serm. 33.

Voluptas apud imperitos ipso, quod fugare debet, periculo crescit. Sen. benef. 7. 9.

Non ben si ripente de l' vn mal, chi de l' altro s' apparechia. Petrar. Canz. 4.

Maior animo honestatis fructus in conscientia, quam in fama reponitur. Plin. 1. epist. 8.

Difficile est hinc abire, cum veneris. Symm. 1. 24.

Breuia & caduca sunt terrenarum gaudia voluptatum, quæ ad æternitatem vocatos è semitis vitæ conantur auertere. Leo serm. 2. anniuers. assum.

Et malus boni viri fama gloriatur, & innocentissimus contra noxiorum ore plectitur. Apul. lib. 4.

Oculis de homine non credo. Sen. vit. beat. 2.

Refert, sis bonus, an velis videri. Martial. 8. 38.

Multi famam, conscientiam pauci verentur. Plin. 3. ep. 20.

Magnos quoq; profectus frequenter perdidit arrogans de se persuasio. Fab. 2. cap 4.

In vitas omnium tanquam in speculum inspiciamus, atque ex aliis sumamus exemplum nobis. Terent. Adelph. 3. 4.

Immensæ hominum cupiditates hiant semper & poscunt. Sen. benefic. 7. 26.

Curiosum nobis natura ingenium dedit. Idem vita beat. 32.

Φιλῶν οὐκ ἂν ἔχοις κόρην. ἀλλ' ὅσον ἐμφορῇ διψεῖς ἔτι φιλεῖν. *Taci. lib. 2. extra.*

† *peruigilem.*

Misera mortalium rerum beatitudo nec apud æquanimos perpetua perdurat, nec anxios tota delectat. Boët. 2. consol. 4.

Difficilis ad salutem recursus est. Sen. 1. ira. 8.

nos vita priuare illa poterit, quàm nos immoderatam illi cupiditatem adimere.

Si cum diis homines colloquerentur, aut cum hominibus dij versarentur; primum omnium ex illis quærerem, cur dierum nobis miserorum certum numerum; desideriorum verò improborum nullum definiissent! Quid hoc rei est, dij crudeles, quòd vel facitis, vel permittitis? Itáne fieri oportet, vt ne vnum quidem vitæ diem lætum transigamus; sed in hoc atque illo experiundo vitam consumamus? O intolerabilem vitam humanam! in qua tot insunt scelera, à quibus cauere debeamus; tot pericula, quæ fugiamus; tam multa in nobis ipsis, quæ consideremus; vt TVM demum & illam & nos ipsos exactè cognoscamus, cùm hora iam, qua moriendum est, appropinquat!

Discant, qui nesciunt, mundum nostram capere voluntatem, nobis, qua sumus dementia, id minimè abnuentibus; eumque nostræ voluntatis imperio potitum, cogere nos ea velle, quæ nolumus; vt QVAMVIS ad actiones honestas voluntas sæpenumero inclinet; tamen quia mundi nos arbitrio permisimus, aggredi eas non audeamus. Vtitur hac etiam mundus versutia, quòd ne † sibi obluctemur, LAVDARI à nobis tempus præteritum approbat, hac tamen lege, vt moribus vtamur præsentibus. Addit & hoc mundus, quòd dum modò in viciis suis vires omnes exeramus, potestatem nobis dat optima virtutum desideria capessendi. O si diem illum videre mihi liceat, quo solicitudine, qua mundus in mundanis conseruandis vtitur, in viciis, mundi fugiendis mundani vterentur! Futurum iurare ausim, vt plures dij cultores, & pauciora mundus & caro haberent mancipia.

CAPVT XXIII.

Prosequitur sermonem institutum M. Aurelius, multisq; demonstrat rationibus, cum
541 à iunioribus coli & honore affici seniores velint, æquum esse vt honestatis virtutisque studio illis præstent.

HÆC vti dicerem, vos, Claudi & Claudina, causam præbuistis, qui cum annos iam LXX. nati exire è carcere mundi, vbi membra iam vestra computruerunt, recusetis; quid de iuuenibus, qui annum vix XXV. excesserunt, sperabimus? Si recte memini, dum istic essem, iam & nepotes vestri maritati, & pronepotes desponsati, imò etiam abnepotes nati vobis erant.

Il mondo è mare, perche gonfio per superbia, bolle per auaritia; è fa spuma per lussuria. Teat. 253.

Φύσει οἱ ἄνθρωποι οὐ παύονται, ἀεὶ τῇ ὀρέξει ἐπεκτεινόμενοι. *Schol Thucyd. lib. 3.*

Inefficacibus laboriosisque conatibus vitam conterimus. Macrob. Somn. 1. 10.

τὸ δ' ὄντι θαυμαστόν ἐστι φιλεῖν πρᾶγμα, ᾧ τοσαῦτα λειτουργοῦμεν καθ' ἑκάστην ἡμέραν. *Epictet. Stob.* 890.

Maximum viuendi impedimentum est expectatio, quæ pendet ex crastino. Sen. de breuit. vit. cap. 19.

ἡ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγὴ, κακοῦ τινός ἐστιν εἰς ἀγαθὸν μεταβολή. *Plat. Stob.* 892.

Tu occupatus es, vita festinat: Mors interim aderit; cui velis, nolis, vacandum est. Sen. breuit. vit. 18.

Para caer, abasta mi malitia, y para leuantar me, no abasta mi fuerça. Gueuar. epist. 2. 170.

Etsi datum fuit voluntati stare, ne caderet; non tamen resurgere, si caderet Bernh. 226.

Affectus nomen imponit operi; quomodo à te proficiscitur, sic æstimatur. Ambros.

Ad bonos mores ab errore migrare paucorum est, & eos qui diu totum indulserint sibi, protinus totum & pariter incidere. Sidon. 9. epist. 6.

† *resipiscamus eiusq; improbitatem agnoscamus.*

Rarum & difficile fieri bonum; facile & pronum, esse malum; & hac sine magistro, sine exemplo, doctrina statim à pubescentibus annis imbuimur. Cypr. 2. epist. 3.

Αἰσχρὸν ἄνδρα τοῦ μακροῦ χρήζειν βίου, κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται. *Sophocl. Aiac.*

τὸ γῆρας ἦλθεν. ἔξοδον κήριξ βοᾷ. πᾶς εὐτρεπίζου πλησίον γὰρ ἡ κρίσις. *Nazi. tetrasti.*

Turpe est sene iuuenem imbecilliorem esse, ac senem iuuene stolidiorem. Nazian. Monost.

ἡ ἐπιπλεῖον ἐν ταῦθα διατριβὴ, πλειόνων κακῶν ἐστιν ἀφορμή. *Basil. Stob.* 765.

Ibi sunt præmia honoris, vbi sunt merita virtutis. Sym. 1. 14.

αἰὼν πάντα φέρει. δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμοιβεῖν οὔνομα, καὶ μορφὴν, καὶ φύσιν, ἠδὲ τύχην. *Plat. Epigram. lib. 1.*

Senibus agere turpe est, quod adolescentibus pudor est confiteri. Ambr. Luc. 1.

L'age ne sert de rien; les gestes font. la vie. Ronsard. 10. 6.

Quod non es, non esse velis, quod es, ipse fatere: Est male, quod non est, qui negat esse, quod est. Tob.

Quod

Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima. Cic. Offic. 1.

Οἵηπερ φύλλων γενεὴ τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. *Homer. Stob.* 810.

* *vinacea.*

† *farinam. G. aquam. I.*

Illum lauda & imitare, quem non piget mori, cum iuuat viuere. Sen. epist. 55.

Natura in arbore, de qua maturi fructus defluunt, alios recentes substituit quibus alantur fruanturq; quibuscunque datum est. Philo de sacrific. Abel & Cain.

Βίου τὸ κέρδος, ἐκβιοῦν καθ' ἡμέραν. *Nazian. Monostich.*

Color arte compositus inquinat corpus, non mutat. Arbit. 59.

Senex amens, senex ebrius, circundatus sertis, delibutus vnguentis, & in præteritos annos se retro agens, nonne portentum est? Sen. 2. controu. 6.

Διαφέρει τοῦ νυπίου καθ' ἡλικίαν οὐδὲν, ὁ ταῖς φρεσὶ νηπιάζων. *Basil. Stob.* 875.

Senectus cum plus occultari studuerit, plus detegetur. Tertul. de cult. fœmin.

Ἡ γείας χωρὶς οὐδέν ἐστιν Ἀφροδίτη *Taci. lib.* 5.

ὥρη ἐρᾷν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι. *Dionys. Epigr. lib.* 1.

Die Haut ist kein Narr/wenn sie alt wird/so rümpfft sie sich. Adag.

χρόνος οὐ διδάσκει φρόνησιν, ἀλλὰ φύσις καὶ ὀρθὴ δίαιτα. *Philem. Stob.* 875.

Ποθεινὸν ἀεὶ τὸ ἀκόρεστον. *Taci. lib.* 2.

In manu DEI dies hominum. Dan. 9.

Deus horarum & temporum dominus. Nicet. Alex. Comn. 3.

ὁ πλάσας ἡμᾶς καὶ ψυχώσας Θεὸς ἄλλοις ἄλλους ὅρους ἔπιξεν τῆς ἐξόδου. *Basilius Stob.* 876.

Non rugæ, non cani autoritatem afferunt, sed honestè acta ætas. Cic. Cat. Maior.

Πολιὴ γὰρ ἐπείγεται αὐτὶ μελαίνης θρὶξ, ἤδη συνετῆς ἄγγελος ἡλικίης. *Philodem. Epigram. lib.* 7.

Apex senectutis est autoritas. Cic. Cat. Mai.

Vt quisq; ætate antecedit, ita sententiæ principatum tenet. Idem.

Sapere istac ætate oportet, qui sunt capite candido. Plaut Mostell. extrem.

Τί τῷ γήρᾳ κακὰ πολλὰ ἔχοντι, τὴν ἐκ τῆς πονηρίας αἰσχύνην προστίθης; *Plut. Stob.* 868.

Les vertus nous font l'age & non pas les années. Ronsard. 10. 6.

*Quod cum ita sit; me iudice, vuis expressis, pecori debentur * expressi acinorum folliculi; POMIS decerptis, nihil folia valent; † molile si tollas, malè molet mola. Quorsum ista? Vt ostendam homini grandæuo dedecori esse tàm diu in viuis agere. Non conueniunt inter se, amici, nepotibus plenam habere domum, & paucos se annos natum esse dictitare. ARBORE enim pomis onusta, mox decidunt aut marcescunt flores.*

Diu mecum cogitaui, quid facere potueritis, vt iuuenes videremini, & annos minueretis! Sed aliud nihil inuenio, præterquam quòd cum Lambertam filiam Druso, & nepticulam Sophiam pulcram Tutidano vxorem dedistis, qui omnes admodum adolescentes erant; quippe cum puellæ vix XV. iuueues vix XX. annos nati essent: vos illorum auos annis plenos, nummis vacuos, singulos XX. annos ætatis ingrauescentis ipsis pecuniæ dotalis nomine dedisse credo; vnde colligi posset, vos nepotum pecuniam retinuisse, & annis vos exonerasse propriis.

Cùm vos iuuenes, & quidem valdè iuuenes audiui: vehementer optaui, amici, vt mihi liceret hisce vos oculis senes (& quidem valde senes,) contueri; non annis, quibus (iam pridem) abundatis; sed sensu, quo caretis. Velim, Claudi & Claudina diligenter, quod dicturus sum, obseruetis, & sensibus imis reponatis; nimirum IVVENTÆ vigorem conseruare, senectam exuere, æquo animo viuere, laborum expertem esse; vitæ annos prorogare, mortem depellere; hæc inquam omnia non in hominum id optantium, sed in deorum id tribuentium manibus esse posita; qui PRO iusticiæ suæ arbitrio, non pro nostra libidine vitam nobis ad pondus, mortem sine mensura exhibent.

Faciunt quiddam senes, quo multi offenduntur, quòd in consultationibus primas dicendi partes sibi vendicant, à iu- 542
nioribus studiosè coli, in conuiuiis primos accubitus; quæcunque loquantur, semper fidem sibi haberi, in templis sedem præ cæteris sublimiorem, in distribuendis officiis honoratissima quæque, in suffragiis ferendis sibi à nemine contradici; in summa AVTORITATEM obtinere senum, & vitam agere iuuenum volunt; Quas prærogatiuas & priuilegia senibus concedi æquum, imò æquissimum foret, qui annos suos multis iam temporibus in seruitium impenderunt reipublicæ; quos tamen simul monitos & rogatos volo, ne QVAM canis debent autoritatem, actionibus improbis imminuant.

Iustumnè esset iuuenem moderatum honestumque honorem

norem exhibere ſeni indomito, (arroganti) & ſuperbo? benignum & amabilem liuido & maligno? cordatum & tolerantem moroſo & fatuo? liberalem & munificum tenaci & auaro? ſolertem & induſtrium ſocordi & ignauo? abſtinentem ac ſobrium guloſo & diſſoluto? Me quidem iudice, hæc nequaquam eiuſmodi ſunt, vt ob ea honorari ſenes debeant; ſed potius obiurgari & caſtigari. SENES enim magis exemplo, quod præbent; quàm peccato, quod admittunt, delinquunt.

Non negabis Claudi amice, ante annos XXXIII. cùm in theatro ludis ambo intereſſemus, tuque quòd tardius veniſſes, locum non inueniſſes, te ſedenti mihi dixiſſe: Surge Marce fili; decet enim te adoleſcentem mihi ſeni (aſſurgere & potiorem) locum dare. Si ante annos XXXIII locum tanquam ſenex in theatris poſtulaſti; dicas mihi, quæſo atque obſecro, quo † pharmaco te inunxiſti, quo fonte lauiſti, vt repueraſceres, & priſtinum vigorem reciperes? O ſi pharmacon inueniſſes Claudi, aut herbam reperiſſes, qua canos viris de capite, rugas fœminis è facie tolleres! Magis, mihi crede, & certo certius habeto, viſitareris & colereris Romæ, quàm templum Apollinis in Aſia.

543 *Meminiſti procul dubio Annij Priſci ſenis, vicini noſtri & tui agnati; cui cùm aliquando dixiſſem, me audiendis ipſius verbis præclaris, & intuendis canis ſenilibus non poſſe ſatiari: Satis, inquit, apparet, Marce fili, te nunquam fuiſſe ſenem; Ideoque vt adoleſcentem loqui. CANI enim vt perſonæ honori; ita cordi oneri ſunt. SIMVLenim ſenes apparemus; ab alienis contemnimur, à noſtris non amamur: Et porrò ait: Scito Marce, cum vxore mea ſæpe me ſecretò colloqui, quot annos vterque habeamus; cumque illi diligentius intuenti tam ſenex videor, etiamnum iuuenem me eſſe iuro. CANOS enim † hæreditate accepiſſe; ſenectam ægritudini me debere.*

Memini item, eundem Annium Priſcum, cùm ſorte Senator quodam anno factus eſſet, vehementerque ſenem ſe videri doleret, & ſummo ſtudio eniteretur, vt iuuenis haberetur: tum igitur & caput & barbam nouacula illum radere memini, quod Cenſoribus Senatoribuſq; Romanis prorſus interdictum erat. Cumque vnà cum cæteris Senatoribus quodam die Capitolium ingreſſus, quis eſſet, quid vellet, cur veniret, quomodo, cùm Senator non eſſet, curiam intrare auſus eſſet! interrogaretur; Ego annius Priſcus ſenex ſum, inquit; qui fit, quòd me iam non agnoſcitis? Reſponſum autem fuit: Si Annius Priſcus eſſes; non ita raſus venires. NEMINI enim in Senatu hoc ſacro ſancto ad gubernandam rempublicam adeſſe fas eſt, niſi præter vitæ honeſtatem capite cano ſit conſpicuus.

Non ætate, verum ingenio adipiſcitur ſapientia. Plaut. Trinum. Quòd illic.

Non poſſis prohibere, quod doceas, Ambroſ. funer. Satyr.

ἐχ αὐ τρίχες ποιοῦσιν αἱ λευκαὶ φρονεῖν. *Menand. Epigram. lib.* I.

Brutti da vedere, il ricco auaro, il pouero ſuperbo, & il vecchio luſſurioſo. Prou.

Non poſſumus ob honores reuerentia dignos iudicare, quos ipſis honorib. iudicamus indignos. Boet. 3. conſol. 3.

Multum mali in exemplo eſt. Cic. offic. 1.

Sulla accuſatus, quod Corbuloni inter ſpectacula gladiatorum loco non deceſſiſſet. Tacit. annal. 3.

ἐ τῷ ἡλικίαν νέῳ, ἀλλ' ὁ τῷ ψυχῷ ἀτελής, νεώτερος λέγεται. Baſil. Stob. 857.

† *collyrio.*

Τί δ' ἐστὶν ὦ παῖ· παῖδα δ' σ' εἰκὸς καλεῖν, ἕως ἂν ἄτας τὰς γναθὸς ψιλὰς ἔχῃς. *Ariſtoph.* Θεσμοφ.

Latitia iuuenem, frons decet triſtis ſenem. Mim.

ὅταν δ' γέρων τὸ νεότητ νοσεῖ, ὑπερβολὴ κακίας ἐστί. *Chryſoſt.*

Facciamoci ben, facciamoci mal in cent' anni faremo equal. Adag.

τὸ ῥόδον ὠμιμάζει βαιὸν χρόνον, ἦνθε παρέλθη, ζητῶν εὑρήσεις ἐρόδον, ἀλλὰ βάτον. *Anthol. Epigram. lib.* I.

ἀλαλύκτων, εὖ βιώτων δ' ἡ χάρις. *Nazi. Stob.* 449.

Cultus conceſſus atque magnificus addit hominibus autoritatem; vt muliebris & luxurioſus, non corpus exornat; ſed detegit mentem. Fab. 8. 1.

Τί δ' ἄλλο, φωνὴ γ' σὴ γέρων αὐδᾷ; *Eurip. Stob.* 866.

Aſtutè dum celatur, ſe ætas indicat. Mim.

ὦ γῆρας, οἷον τοῖς ἔχουσιν εἰ κακόν. *Eurip. Stob.* 868.

† *laboribus ac moleſtiis. G.*

Quicquid eſt boni moris, extinguimus leuitate & politura corporum. Sen. nat. quæſt. 7.

Seque reformidat ſpeculo damnante ſenectus. Claudian. Eutrop. 1. 94.

Idcirco capite & ſuperciliis ſemper eſt raſis, ne vllum pilum viri boni habere dicatur. Cic. pro Roſ. Com.

Oris contumelia leuigati & dehoneſtati vultus punitur. Arnob. 6.

Τί αὖ ὑμεῖς εἴποι, ὃς ἀ μόνον ἐπὶ τῇ ψυχῇ τὸ ψεῦδος ἀλλὰ κ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ περιφέρεις; *Ælian. Stob.* 237.

Præbentur cunctis exempla, cum irrogantur quibuſdam ſupplicia. Cyprian. de ſingular. cleric.

Vbi inuerecundi ſenes, nulla inerit adoleſcentibus verecundia. Plut. præcept. coniug.

Nunquam superflua fundamenta virtutis. Pudor enim non reuocat, sed commendat officium. Ambros. Satyr.

Necesse est vindictæ subiaceat, qui prauis moribus obsecundat. Cassiod. 4. 49.

In omnibus ferè minus valent præcepta, quam exempla. Fab. 2. c. 8.

ἔθος ἄρχεται μὲν ἀπὸ μικροῦ, μελέτημον δὲ τῷ ἰσχὺν μείζονα λαμβάνει. *Polyæ. Stob.* 454.

Senes agere turpe est quod adolescentibus pudor est confiteri. Ambros. Luc. 1.

Qui peccantem blandimentis adulantibus palpat, peccandi fomitem, submini strat, nec comprimit delicta ille, sed nutrit. Cyprian. serm. 5. de lapsis.

Æmulatus est quidam, si cedentibus viribus recusemus vti laborum vacatione, quam nobis præstat senectus. Sym. 5. 66.

Sola senum vita est quietis inuenisse remedia. Cassiod. 5. 25.

ὁ μὴ χειμῶν στέφησι, δ' γῆρας ἀλυπίαν δέδωκε. *Plut. Stob.* 860.

Cum corporibus vigent & defloreſcunt animi. Liu. lib. 6.

Nunquam hoc continget malis moribus regnum, vt si qua preciosa fecit, & bona faciat. Fab. 5. 12.

Peccare senem non potuisse pudet. Gall.

Tunc repræsentatur pœna impio & peccatori, quando iam non potest pœnitentia prodesse peccati. Cyprian.

A chi in amor se invecchia oltr' ogni pena si con vengono i ceppi, e la catena. Arioſt. 24 2.

ὅτ' ἐγὼ νέοις ὁμίλουν ἑσπερίοις πάρεστιν ἥκω, τότε δὴ τοῖς ἐς χρεὼν ὁ γέρων ἐκὼν ἔπεσεμαι. *Anacre.*

Nulla capitalior pestis quam corporis voluptas hominibus à natura data. Cic. Cat. Mai.

† *quo minus.*

Πᾶς ἀνὴρ, κἂν δεῖλ' ᾖ τις, ἡδεται τὸ φῶς ὁρῶν. *Eurip. Oreſt.*

† *quo minus.*

Amare iuueni fructus est, crimen seni. Mim.

Sapientiæ ætas condimentum est, sapiens ætati cibus est. Plaut. Trinum. Quo illic homo.

Prudentiores tempus diesque facit. Liu. lib. 22.

Senem, discessum ex hac vita, quam diuturnam in ea mansionem, magis spectare & curare decet. Simplic. Epict. 12. extrem.

† *præsidiarios.*

Γῆρας ἀγείτονα κἄλυδιν ἀίδεω. *Melag. Epigram. lib.* 3.

Itaque ex hoc tempore te exulare iubemus, & honore priuamus. SENES enim iuuenum more viuentes, iuuenum more castigandi sunt.

Non narrari vobis figmentum Homericum, vel fabulam Ouidianam, probè noſtis, cum ipſi veſtris illud oculis videritis, & ego illius exilium auxilio pecuniario ſubleuarim, cum Capuam relegatus fuiſſet; vnde rurſus propter, neſcio quæ crimina noctu in vrbe admiſſa, relegatus fuit; quod quidem minimè miror. SENES enim, quod experientia teſtatur, viciis prorſus dediti, difficilius quàm adoleſcentuli corriguntur. O infelices ſenes, qui in viciis inueterarunt! DAMNOSIOR enim ignis in domo antiqua eſt, quàm noua; nec tam noxium eſt vulnus recens, quàm gangræna putris.

ETIAMSI honeſtatis & virtutis ſtudium amplecti ſenes propter deorum cultum, vtilitatem ciuitatis, ſermones vulgi, & exemplum iuniorum nollent; vel ob requiem ſuam id debebant facere. Senex edentulus, quomodo guloſus erit? calore deſtitutus, quomodo comedere poterit? cui guſtatus periit, quomodo potatione delectabitur? neruis carens, quomodo in ganeis verſabitur? pedibus captus, quomodo ambulabit? paralyſi laborans, quomodo loqui poterit? chiragra diuexatus, quomodo ludet? Poſtremò huiuſmodi HOMINES mundo viciiſque dediti, quemadmodum in iuuenta omnes vires ſuas in viciis illis experiundis exercuerunt; ita ingraueſcente ætate toto pectore, quòd eadem explere nequeant, dolent.

Omnia in ſenibus crimina hoc mihi ſuperare videtur, quòd cum conſtet ſenem nullum reliquiſſe vel mundi angulum, quē non perreptarit; vel impuritatis genus, quod non tentarit; vel fortunam, quam non ſubierit; vel bonum, quem non perſecutus ſit; vel malum, cui non adhæſerit, vel vicium, cuius experimentum non ceperit: His ergo viciis cum tantum temporis 544
infortunatum impendiſſe conſtet: iam cùm morbi & ærumnæ commeatum illi intercludant; non tam, vt † probus ſit, de viciis, quibus abundat; quàm vt † improbus ſit, de virib. quibus deſtituitur, queritur. Vtinam aut dij eſſemus, aut poteſtatem ſaltem à diis acciperemus cognoſcendi ſenum cogitationes, vt iuniorum actiones oculis intuemur! Grauius, ita Martē matremque Berecynthiam experiar propitios! multò, inquam, grauius praua improbitatis in ſenibus deſideria, quàm nequitias & delicta iuuenum puniremus.

Aut arbitramini Claudi & Claudina, ideò non amplius vos ſenes viſum iri, quia iuuenum vos more geritis? Aut ignoratis naturam noſtrā eſſe corporis corruptionem; corpus noſtrum ſenſuum euerſorem; ſenſus animæ † ſpeculatores; animam cupiditatum matrem; cupiditates adoleſcentiæ carnifices; adoleſcentiam ſenectutis cuſtodem, ſenectutem mortis

explora-

explorationem, mortem deniq; diuersorium, vbi vita hospitatur? vnde iuuentus pedibus fugiens elabitur, cum senectutem ne citis quidem (quod dicitur) quadrigis possimus euadere.

Scire ex vobis, Claudi & Claudina, peruelim, quid in vita reperiatis, vt annos XX C. nati etiam atque etiam iucundum viuere ducatis! Aut mali in hoc mundo fuistis, aut boni. Si boni; placeat vobis ad Deos transmigrare bonos: Si mali; mori vos æquissimum est, vt tandem praui esse desinatis. (Quod si minus velitis; iure optimo de vobis supplicium sumi potest.) QVI enim LXX. annos perditè vixerunt, eos ad frugem se bonam recepturos exigua spes est.

Cum dominus meus Adrianus in Campania Nolæ esset; nepos ad eum è schola, in qua non pœnitendos in studiis progressus puer fecerat, adductus est. Nam præterquam quòd Græcæ Latinæq; linguæ peritissimus erat; forma & morib. excellebat: cumque Adrianus eum plurimum amaret; ita illum compellauit: Vtrum bonum an malum te, nepos, esse dicam, nescio. Si enim malus es; malè apud te vita collocabitur; sin bonus; citò moriendum tibi est. Ego enim quia pessimus sum omnium, diutissimè omnium viuo. Quibus verbis euidenter indicabat, BONOS à morte (pallida & crudeli) citò circumueniri: malis diu vitam prorogari. Philosophus quidam in hac fuit opinione, cum adeò OCCVLTA sint deorum iudicia, adeò iusta eorundem opera; ideò iis, qui minimè sunt ciuitati vtiles, diutissimè vitam prorogari; quòd licèt ille nunquam dixisset, experientia magistra discimus. BONVM enim & reip. amantem (virum) aut dij tollunt, aut hostes occidunt, (aut pericula perimunt) aut labores enecant.

545 *Cum simultates inter Pompeium Magnum & Iulium Cæsarem in bellum erupissent sæuissimum, (quo & Romanæ vrbis decus fœdauerunt, & semetipsos perdiderunt;) annales illorum temporum referunt, occidentales Reges populosque Cæsaris; orientalium potentissimos Pompeij castra secutos esse. Ambo enim illi Principes à paucis amabantur, à multis colebantur & timebantur.*

Inter alios autem populos & varios & mirificos, qui in castra Pompeij ab Oriente venerunt, barbari quidam hoc nomine dignissimi fuerunt, quos Riphæorum montium latus ad Indiam vergens inhabitare perhibebant. Illi in more habebant, vt vltra L. annum nollent viuere, ideoque id ætatis cum attigissent: pyras sibi ingentes struebant, in quibus se cremabant, diisq; sponte immolabant: Quod si quis miratur; magis illud miretur, quod dicturi sumus, quòd eo ipso die, quo L. annis completis viuum sese in pyram aliquis conijciebat, consanguinei, liberi, amici eiusdem diem festum agebant; ita vt defuncti carnib. semiassis vescerentur, & vino vel aqua mixtos

Ante senectutem cura, vt bene viuas; in senectute, vt bene moriaris, Sen epist. 61.

Cum vitæ nostræ hostis aduenerit, inducias accipere non possumus. Hieron. Ecclesiast.

ἡ γὰρ ἐκάστῳ νεμομένη μοῖρα συμφέρεταί τε & συμφέρει. *Aurel. Imp. lib.* 3.

Cum dulce est viuere, dulce mori est. Politian.

Quanto vita longior, tanto culpa numerosior. Bernh.

Nihil aliud in hac vita nostræ peregrinationis meditemur, nisi quia & hic non semper erimus, & ibi nobis locum bene viuendo præparabimus, vnde nunquam migremus. Augustin. Iohan. tract. 32.

Ἀμήχανον μακρὰν σωτηθεῖαν ἐν βραχεῖ λύσαι χρόνῳ. *Menand.*

Consuetudo rebus adfert constantiam. Sen. tranquil. an 1.

Fere memores sumus etiam procedente ætate, puerilium feriarum. Symm. 5. 83.

Viuens; da pie Christe, talis vt sim, qualis, cum moriar, fuisse vellem? ex Petrarcha. expres.

Formæ non vllam fata dedere moram. Tib. 1. 4.

O celeres bonorum hominum dies? ô præsidum optimorum citata curricula? Apul. florid 2.

Τί παῖ γὰρ ἡμαρ ἡμέρᾳ τέρπει ἔχει, πρὸσθεῖσα, καὶ ναδῆσαι τὸν γε κατθανεῖν; *Sophoc. Aiac.*

Fœcundius nequiora proueniunt. Minut. 360.

Optima prima ferè manibus rapiuntur auaris, implentur numeris deteriora suis. 2. amor. 6.

ὃν οἱ θεοῖ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος. *Menand. Stob.* 882.

Quem dii diligunt, adolescens moritur, dum valet, sentit, sapit. Plaut. Bacchid. Constring. Plat. in Axioch.

Misera respub. in exitium suum merces. Flor. 3. 13.

Pompeius in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat. Vell. lib. 2.

οὐτε ἦν ὁ ἐπάρατος ἢ πολλῶν ὄξυς & ὀδυρμῶν πόλεμος, ὃς τοὺς τῷ μεγέθει συμφορῶν, ἢ τὴν πολιτείαν ἐνήπαλεν. *Eutrop. lib.* 6.

Colunt detestanturq; felicem. Sen. 1. benef. 9.

Assiduum inter pares discordia malum. Iustin. lib. 16.

Cum orbem terrarum duo soli tenerent angustiis sibimet inclusi videbantur. Iustin. lib. 17.

Οἱ μαθόντες μήθ' ὑπερέχειν, μήθ' ὑποπίπτειν ἄλλοις, πρόπτυον ἔχουσι βίον πρὸς ἀπάσας τὰς περιστάσεις. *Diodor. lib.* 2.

Quinq; suas struxere pyras, viuiq; calentes conscendere rogos. Luc 3.

De Calani, qui ad 73. annos vitam produxit, morte vltronea vide Plut. in Alex. Ælian. lib. 5. Strab. lib. 15. Diodor. lib. 17. Philon. quod omnis prob. liber.

Olim rei bellicæ deditis morbo perire probro datum est. Ola. epit. 5.

Quod nequeas fugere, hoc etiam anticipare licebit. ibid.

Hamaxobii parentum cadauera cum pecudib. cæsa conuiuio conuorant. Tertul. Aduers. Marc. 1. Aug. 1. ciuit. 16.

Quinquagenarius & consilio aptus est, nec ab exercitio virium alienus habeatur. Macrob. 1. Somn. 6.

† *Vide* αὐιστορησίαν.

τῶν παρόντων οἱ μὲν μαίαν τοῦ καλάνου κατέγνωσαν, οἱ δὲ κενοδοξίαν, τινὲς δὲ τὴν εὐψυχίαν ἐκ τὴν τοῦ θανάτου καταφρώνησιν ἐθαύμασαν. *Diod.* 17.

Non est præcipitandus vitæ finis, cum adhuc proficiendi esse possit accessio. Macrob. 1. Somn. 13.

Iniussu imperatoris Dei de præsidio & statione vitæ non decedendum. Cic. Cat. maior.

In vtrunq; monendi ac firmandi sumus, & ne nimis amemus vitam, & ne nimis oderimus. Sen. ep. 24.

Telum ingens contra aspera mors est. Sil. lib. 2.

Vinci non possunt, mori possunt; & hoc ipso inuicti sunt, quia mori non timent. Cyprian. 1. ep. 1.

Philosophia est mortis affectus, & consuetudo moriendi. Apul. de philosoph.

Contemptus mortis facilis plerisque barbaris, caussam vitæ non habentibus. Fab. declam. 3.

Sic seruanda est vita, vt sit contemtui; sic contemnenda est, vt proficiat saluti. Saresb. 5. 17.

Quid per rem adhuc probandam probetur? Macrob. 1. somn. 20.

Est gloria genti iniecisse manum fatis, vitaque repletos, quod superest donasse deis. Lucan. lib. 3.

Difficile videtur hominibus, vt spem periculis emant. Ambr. Luc. 9.

Medicis grauis annus in quæstu est. Sen. 6. bene. 38.

Mirum cultos mores incultæ barbariæ collatione superari. Iust. 2.

Πανταχοῦ ζῆν ἡδὺ μᾶλλον, ἢ θανεῖν τοῖς σώφροσιν. *Eu. Orest.*

† *Plin.* 82. 29.

Contemtu præsentium futura cogitemus. Cyprian. 4. ep. 1.

ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι τὸν εὐγενῆ χρή. *Sophocl. Stob.* 890.

Nihil difficile persuadere persuasis mori. Iustin. lib. 2.

Ego euenire posse non arbitror, vt cuiuscunq; difficultatis articulo, liceat propria autoritate homini, sibi mortem inferre. Saresb. 2. 27.

ossium cineres imbiberunt; atq; hoc modo liberorum superstitum viscera sepulcrum parentibus mortuis præbuerunt. Hæc omnia fidelibus Pompeij oculis visa sunt, quòd eorum aliquot, dum in Romanorum castris essent, quinquagesimum ætatis annum compleuerunt: cumque res esset admiratione digna, sæpe in † Senatu postea fuit à Pompeio recitata.

Sentiat sanè hac in parte quisque, quod voluerit, & quantum libuerit, barbaros illos damnet; ego quid sentiam, non celabo. O auream ætatem, quæ tales viros tulit! O fortunatam gentem, cuius memoria seculis futuris nunquam intermorietur! Qui mundi contemtus, quæ suimet obliuio, quod genus proculcandæ fortunæ, quod carnis flagellum maius esse; qui minoris æstimari vita, minus curari aut formidari mors potuit? Quale frenum sceleratis, quæ calcaria virtutem amplexis; quam derisionem vitæ amantibus quàm grande exemplum non timendæ mortis nobis reliquêre! Qui cùm sponte sua vitam cōtemserint, eos nullo rapiendi aliena desiderio laborasse profectò existimare debemus. Etenim NON *aliam ob caussam, quàm quòd nunquam vitæ nostræ finem futurum cogitamus, nullum cupiditati nostræ finem statuimus.*

O gloriosam (mea quidem sententia) gentem! ô terq; quaterque beatos mortales! qui sensus proprios exuentes, innatumq; viuendi amorem vincentes, quod ante oculos erat non credentes, quæ nunquam videratis, sperantes, fatis obstitistis, fortunæ obuiam iistis, vitam humi strauistis, corpus morti intercepistis, & ante omnia honorem à diis consecuti estis; non vt vitam vobis prorogarent, sed quod eius superesset, vobis adimerent. Paucos profectò nummos in ea terra Archagathus 546
chirurgus Romanus, Antonius Musa Augusti Cæsaris medicus, & Æsculapius medicinæ parens lucraturi fuissent. Quis à barbaris illis impetrasset, vt tum facerent, quod hodie faciunt Romani? vt manè scilicet potiones haurirēt, vespere catapotia vorarent, serum † sub dio refrigerarent, hordei decocto vterentur, iecori cataplasmata imponerent, lienis oppilationibus mederentur, modò sanguinem mitterent, modò euacuarentur, certis cibis vescerentur, plurimis abstinerent? Nimirum QVI *mortem gratis quærit, cum producendæ vitæ gratia nummos expensarum neutiquam verisimile est.*

CAPVT XXIV.

Concludens epistolam M. Aurelius ostendit, quantum senibus, iuuenum more viuentibus, immineat periculi; & remedij loco salutaribus illos præceptis instruit.

VT

VT igitur ad vos, Claudi & Claudina, veniam, mihi sic videtur, cùm barbari illi quinquagenarij fuerint; vos autem septuagenariis maiores sitis: æquum esse, vt qui natu grandiores estis, prudentia illos æquetis, & si dulcem appetere mortem recusatis; improbam saltem vitam emendetis. Ante annos non (ita) multos, cum Fabricius iunior, Fabricij senioris filius fraudem mihi noxiam machinaretur, nisi vestro mihi monitu cauissem, honoris periculum maximum adiissem; cuius officij tum mihi præstiti præmium iam vobis æquali pondere cuperem persoluere. NVLLV Menim inter amicos maius beneficium quàm errore errantem liberare. Itaque certiores, si ignoratis, vos facio, oculos iam vobis subsedisse, nares † humidas, capillos canos, aures obtusas, linguam torpidam, dentes deiectos, faciem rugosam, pedes † turgentes, (ceruicem depressam) & pectora angusta esse: denique si sepulcro loqui daretur, vos vt inquilinos suos iure posset compellere, vt ad habitandam domum vobis debitam veniretis.

Cum miseratione dignissimi sunt iuuenes, & eorum iuuenilis ignorantia, quòd TV Millis oculi adaperiuntur, ad dignoscenda vitæ huius infortunia, cum finitâ iam vita ad exequias citantur. Plato diuinus in libris de repub. dicebat: FRVSTRA iuuenibus vanis & stultis consilia dari salutaria. Nam ÆTAS illa eorum, quæ scit, experientia caret; quæ audit, suspecta habet; quæ dicuntur, non credit; consilia spernit aliorũ: 547 sua non habet. Quod si ita est vt reipsa est; longè MINVS reprehendenda est boni, quæ iuniorib. ineſt, ignoratio, quàm senum in malo animi obstinatio. Nam DIIIMMORTALES mille offensas per ignorationem admissas sæpe dissimulant; per malitiam verò contractam culpam neutiquam ignoscunt.

Cum homines sitis Claudi & Claudina; vos deorum à quibus conditi, parentum à quibus procreati, propinquorum à quibus (ad dignitates) promoti, amicorum à quibus honore affecti estis, obliuiſci non miror. At quòd vestrum obliuiſcimini, indignor, nunquam scilicet, quidnam futuri sitis, respicientes, donec quod nolletis sitis, nullo relicto ad pœnitendum regressu. Expergiſcimini, quia arcto somno deuincti estis; aperite oculos, quia obdormiiſtis; labori assuescite, quia erroneſtis; discite quæ vos decent, quia rudes estis; officij vestri nolite esse incuriosi, quia adeò iam natu grandes estis; maturè, inquam, cum morte transigite, priusquam vitæ pignus executor auferat!

Annus hic est LII. ex quo res huius mundi noui; Sed NVNQVAM mulierem ita annis grauem, nunquam virum membris ita effœtum cognoui, vt virium defectu; si modò

Αἱ πολιαὶ σωὴν νοῦ, γεραρώτεραι. αἱ δ' ἄτερ νόου μᾶλλον τῶ πολλῶν εἰσιν ὀνειδος ἐτῶν. *Philo Epigram. lib.* 1.

πρόσηκει δὲ τὸν ἀρχόμενον βίου ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχειν τὸν τελευτὴν. *Basil. Stob.* 876.

Labor irritus, & nullus effectus, efferre lumen cœco, sermonem surdo, sapientiam bruto. Cyprian. tract. 1.

Septies deni anni meta viuendi, Macrob. 1. Somn. 6.

Sic viam mortalis huius vitæ perage, vt ad æternam vitam valeas peruenire. Fulgent. epist. 2.

Prodest, quod moratur ad praua properantem. Sen. ep. vlt. extr.

ψυχῶν σώματος ἀναγκαιότερον ἰᾶσθαι. *Democr. Stob.* 879.

Μὴ ἐλαττον ἡγεῖ τῆς ἐπιμελείας τὸ ἀνθρωπείας. *Chrysost. Stob.* 253.

Hebescunt sensus, membra torpent, præmoritur visus, auditus, incessus. Plin. 7. cap. 50.

Non possunt vitari discrimina, nisi suis denuncientur indiciis. Saresb. lib. 8. prolog.

† *compressas.*

Quid tam pium, quam medicus ferens ferramentum? Sæuit in vulnus, vt homo sanetur; quia si vulnus palpetur, homo perditur. Augustin. Matth. serm. 15.

† *incurvos.*

Ætate confectis caligat acies, & intuitus obscuratur. Hieron. Eccles. vlt.

Τύμβῳ γὰρ ἐσθεὶς πίστις ἀνθρώπων φίλος. *Eurip. Stob.* 879.

Dum deliberamus, quando incipiendum sit; incipere iam serum est. Fab. 12. 6.

Vsu ratio splendescit. Plut. an sit ger. resp.

αἰσχρὸν, νέον γέροντος ἀσθενέστερον εἶναι, γέροντα δ' ἀφρενέστερον νέου. *Nazianz. tetrastich.*

τὸ αἴτιον δ' ἁμαρτάνειν ἄγνοια. *Arrian. Epict.* 1. 27.

Prudentiam affert senectus. Cic. Tusc. 1.

Συγγνώμην ἔχει τὸ ἀκέσιον. *Thucyd. lib.* 3. *Basil. de leg. Græc.*

Dimidiatum videtur facinus, cui non accessit longa deliberatio. Philo de legib. specialib.

Vita hæc misera est, mors incerta; quæ si subitò obrepat, quomodo hinc exibimus? Augustin. dulciloq. lib. 1. cap. 16.

Ne aduenientem quidem gratiam homines benigne accipiunt, nedum vt præteritæ satis memores sint. Liu. lib. 30.

Quotidianus sit illius periculi metus, cuius nescitur incursus. Emiss.

Stulti, qui quærunt illud, quod inuenire non possunt, sc. diu viuere; & negligunt quærere, quod facilè possunt inuenire; sc. bene viuere. Discip. de temp. pag. 210.

Sic abutere mundi rebus, vt scias te in vltimo iudicandum. Hieron. Eccles. vlt.

Κἂν τις ἡμέραν μίαν χρηστὸς γένηται, δέκα πονηρὸς γίγνεται. *Aristoph.* ἐκκλησ.

Cæteri corruptis, vitalitas in corde durat. Plin. 11. cap. 37.

Nil quod bene fit, serò fit. Petrar. Senil. 8. epist. 6.

Nihil prodest dimittere terrenas substantias, si vicia non dimittimus. August. ad fr. in erem. 45.

Pœnitentia nunquam est apud Deum sera. Fulgent. epist. 7.

Non turpe est resipiscere; sed in malo hærere perniciosum. Naz. orat. 27.

Stulti, qui habent malam vitam, & volunt habere bonam mortem. Discip. de temp. pag. 210.

Vita mala quanto magis fuerit prolongata, tanto magis delinquentibus multiplicat pœnam. Fulg. epist. 2.

Peccata præterita non nocent, quando non placent. Thom. discip. de temp.

Nihil officiunt peccata vetera correcto; quia superueniens iustitia labem vitæ prioris aboleuit. Lactant. 6. 24.

† *hospitium.*

Turpis & ridicula res est elementarius senex. Sen. epist. 36.

Feruorem & audaciam ætas quotidie aufert; quod desideratur, consilium indies crescit. Liu. lib. 3.

Emendate vitam, & emendabo verba; quiescite agere peruersè; & ego quiescam mala vobis improperare. Augustin. ad fr. in erem. 47.

ἡλικίη δὲ χρόνῳ τῷ γήρᾳ τῷ πολιῇσι, ἐνῷ τῶν πρώτεων ἐὸν ὄναρ οὐδὲν ἔχει. *Rufin. Epigram. lib. 7.*

Turpe seni vultus nitidi, vestesq; decoræ. Gall.

Nihil prodest adolescentiæ frugalitas, si senecta ducatur in luxu. Hieron. Eccles. 11.

Cultus lasciuior nec in muliebri sexu vicio caret aut nota. Sar. 6. 19.

† *limbos.*

σκοπὸς δ' οὗτος εἶς· κἀλυμμα εἶναι σεμνὸς, πρὸς χειμῶνα θ' ἱερὸς αὖ μηχανὴς. *Basil.*

Anus cum ludit, morti delicias facit. Mim.

σὸν αὖ πρεσβύμιλον ἐδέννος λόγῳ βροτὸν, ὅς τις κενεῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται. *Sophoc. Aiac.*

Quod iuuenem decuit, in sene crimen habet. Gall.

Χαλεπὸν ἀνδρὸς δυσαρίστου νεῆτειν. *Aristoph.* ἐκκλησ.

Comessator senex nulli nimis luxuriosus, sed parum sanus videtur. Sen. 2. controu. 6.

Ex omnibus rebus, quas dedit tibi Deus, serua cathrui tuæ; vnde sustentetur in mundo; & repone animæ tuæ, vnde perpetuò viuat in cœlo. August. ad fr. in erem. 50.

Nihil prodest male viuenti ante actæ vitæ probitas; quia superueniens nequitia iustitiæ opera deleuit. Lactant. 6. 24.

voluissent, probi esse nequierint, vel mali esse ea ipsa de causa prætermiserint. Res tum aspectu mira, tum notatu digna est, omnia in hominis corpore cõsenescere, excepto interius corde, exterius lingua. Semper n cor ad cogitanda mala vegetum; semper lingua ad mendacia & nequitias habilis est. Equidem vobis autor sum, vt cùm æstas læta præterierit, ad hyemem vos rigidam præparetis, & SI QVID etiam superest diei, ad capiendum hospitium properetis; cumque vitæ diem cum labore transegeritis; vt mortis nox in portu vos securo excipiat, enitamini.

VALEANT ludi, vt ludi, & seria seriò amplectamur. Iustissimum quippe, & honori vestro maximè necessarium, vt quicunque vos antè iuuenes fatuos agere viderunt, senes iam temperatos conspiciant. NIHIL *enim ad errata iuuentutis obliteranda efficacius, quàm singularis in senecta modestia & grauitas. Dum eques in stadio decurrit, nemo vicio dat, equũ iubam (vento) perturbatam gerere; cum autem ad* † *metam peruenit, adornari (concinnarique) equum decet. Quid homini turpius, quid patriæ nostræ probrosius, quàm quòd in ea videmus hodie per plateas discursare, ad theatra festinare, in amphitheatro sedere senes, tantùm non marcore labentes non aliter ac si iuuenes essent in primo ætatis flore constituti?*

Turpe quidem dictu, sed non minus aspectu pudendum est, 548
senes Romanos quotidie canos euellere, ne senes appareant; barbam anxiè concinnare, vt iuuenes videantur; calceos gestare ad pedem aptissimos, interulas latè adapertas, pallium vndique fimbriatum, insignia Romana emblematis variis exornata, torquem in collo aureum more Dacorum, † *clauos in vestitu more Sabæorum, tympana in pileis more Græcorum, & vniones indigitis more Indorum. Quid dicam? quòd vestes laxas longasque velut Tarentini, & colore croceo tanquam Vandali gestant, & singulis hebdomadis nouas histrionum more induunt, & quod pessimum, æquè sibi ob amores placent, atque cùm admodum iuuenes essent.*

SENES à cupiditatibus iuuenilibus vel oppugnari vel etiam superari, mirum non est, cùm ÆQVE *naturalis sit belluinus ille appetitus, quã cibi vsus quotidianus. At Quot senes illa ætate palàm dissolutè viuunt; indignissimũ meritò videtur vniuersis.* SENES *n. luxuriosi & improbi facto quidem deos; exemplo verò ciuitatem offendunt. Plurimos ego Romæ noui, qui cum in iuuentute existimationem sibi singularem peperissent, postea quam leuitatibus istis se dediderunt, in senecta illam amiserũt; & quod omniũ pessimum, cùm ipsi autoritatem (ac dignitatem,) tum agnati gratiam, tum liberi innoxij rem omnem perdiderunt. Sæpe n. deorum permissu,* CRIMINIS *à parentibus perpetrati pœnam soli luunt filij*

Gagui-

Gaguinus † ille Cato vir clarissimus, veteri Catonum sapientum familia oriundus, quinquennium Romæ flamen dialis, ter Prætor, bis Censor, semel Dictator, quinquies Consul fuit. Is anno ætatis † LXV. sectari, demereri, deperire cœpit Rosanam Cn. Curtij filiam, virginem iuuenculam, & raræ formæ, plurimisq; expetitam & exoptatam. Porrò temporis progressu, dum suum Cupido facit officium, tantus senis miseri animo insedit amor, vt parum abesset, quin sensu orbaretur; dum fortunis in illa demerenda absumtis, totum diem suspiraret, & totam noctem præ desiderio videndæ puellæ (quasi tenellus infans) lacrymaret.

Cùm autem puella in febrim difficilem incidisset, cum qua coniuncta erat ciborum omnium nausea, & vuas expetere se dixisset, eaque nondum temporis ratione Romæ matures cere potuissent: re cognita Cato, qui à Rheno flumine, tot millia passuum, illas afferrent, misit. Quod cùm in Italia diuulgatum, in vrbe populo vniuerso innotuisset, eiusque leuitatis indicium ad Senatum peruenisset: P. C. Rosanam inter Vestales virgines claudi iusserunt; senem verò perpetuo multarunt
549 *exilio, vt tum ipsi punirentur, tum aliis exemplo essent: quæ res mihi profectò visu acerba, & nunc relatu non parum inucunda fuit. Patrem enim (cum maximo probro) infamem obire, liberos inopes vidi viuere.*

Etsi autem facilè credo, quotquot hæc audierint, aut hanc epistolam legerint, (turpe ac probrosum) senis amatoris factum reprehensuros, sententiamq; à Senatu in ipsum latam approbaturos: tamen iurare ausim, si Cato tot adolescentes exilij consortes haberet, quot senes amatores erunt illius facti imitatores; neq; tot Romæ viros nequam, neq; tantam mulierum nuptias (infelices) deplorantium multitudinem fore.

Sæpe fit, vt senes, maximè genere & dignitate præstantes, à necessariis moneantur, ab affinib. arguantur, ab amicis rogentur, ab inimicis accusentur, quòd vitam agant tam probrosam; quibus non seriò, sed ioco se amare respondent. Dum essem & ætate & ingenio admodum adolescens; (forte fortuna) quadam nocte occurrit mihi Fabricius, contribulis meus, prope Capitolium, qui me nepotem iure optimo vocare poterat. Is à me interrogatus, nunquid amori operam daret! Ætatem, inquit, meam non pati vides Marce, vt amori operam dem; quod tamen si facio, animi caussa facio. Quo sanè responso non minus offensus sum, quàm quòd nocte mihi obuius fuisset, admiratione affectus fueram. IN SENIBVS ætate & dignitate grauib. eiusmodi † procationes (si ita loqui fas est) non amores, sed amarores; non oblectationes, sed temporis iactura; non ludi, sed illusiones dicendæ sunt. EX amoribus enim ludicris verum (& solidum) nascitur dedecus.

Culpam maiorum posteri luêre. Curt. 7.

Non est pœna quæ maiorem afferat dolorem, quam si quis videat sua culpa suis posteris male esse. Plutar. de sero punit.

E sempre meglio lasciari viui, e dir del tempo veglio. Ariost. 2. 5.

† *Valerius.* † *LXXV. G.*

Turpe senex miles, turpe senilis amor. Ouid. 1 amor. 9.

Inamorado ni goza del binir, ni se acaba de morir. Gueuar. 2. epist. pag. 327.

Γέρων ὅλον χορέυει, τείχας γέρων μὲ ἔστι, τὰς δὲ φρένας νεάζει. *Anacr.*

Humanum amare est; humanum autem ignoscere est. Plaut. Mercat.

Venit amor grauius, quo serius vtimur. Ouid. 2. amor. 21.

L' amorose saerte tanto piu atti ad ardere, quanto piu arida materia trouano. Metamorf. p. 286.

Nihil censor obiicere poterat adolescentibus, aut obiicientes audire, quod non agnosceret senex. Vell. lib. 2.

Assai piu è da comportare la perdita della robba, che della fama. Domen. pag. 248.

Piu distrugge vn cattiuo esempio, che non edificano cento buoni. Metamor. pag. 122.

Aliquando est iustitia relaxanda, propter scandalum multorum; aliquando exagitanda, vt sit cautela reliquorum. Aug. ad fr. in erem. 14.

Domitianus Cæcilium Rufinum propterea senatu mouit, quod saltaret. Dio.

Maiorum supplicia hoc demonstrant, Iustitiæ ratione pergentis opus esse aliis puniendis alios coercere. Plut. de sero punit.

Insano nemo in amore videt. Propert. 2. 15.

Οἰμωι, ἦ γέρων ὢν ἠγόμην γυναῖκ', ὅστις ἐμὲ ἄξι' ἐστὶ πληγὰς λαβεῖν. *Aristoph. Ἀχαρ.*

Nihil tam inuisum Deo, quam mens incasta & animus impurus. Lactant. epit. 3.

Iudicis officium est, vt res ita tempora rerum quærere. Ouid. 1. Trist. 1.

Maiorum instituta ceciderunt, quæ modestiæ, quæ sobrietati patrocinabantur. Tertul. apol. 6.

Τὸ δ' οἶδα, ὡς τῶν γέροντα μᾶλλον πρέπει τὰ τερπνὰ παίζειν, ὅσῳ πέλας τὸ μοῖρης. *Anacr.*

† *blandimenta.*

Si pantere possent, possent & incolumes esse. Liu. lib. 36.

Luxuriæ quoque militia est vigil. Manil. lib. 4.

Μόνοι εἴδασιν οἱ ἐρῶντες τὸ τῶ ὁμοίων πάθεσι. Tati. 6.

Quid decerat, non videt vllus amans. Ouid. heroid. 4.

Turpis amor surdis auribus esse solet. Propert. 2. 17.

Amare & sapere vix Deo conceditur. Mim.

Μεῖζον τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων πάσῶν ἀναίδεια. *Eurip. Medea.*

Quid

Amor in puero pudor, in virgine rubor, in fœmina furor, in iuuene ardor, in sene risus, Secund.

Ni sadabo in sol, in moco sin amor, in vieio sin dolor. Adag.

Vetulus decrepitus senex tantidem est, quanti sit signum pictum in pariete. Plaut. Mercat. Profecto ego.

Senibus vires corporis affectæ, sensus oculorum atque aurium hebetes, memoria labat, vigor animi obtusus. Liu. lib. 5.

Vieio amador, inviemo con flor. Adag.

† *adiuuat.*

† *caput album, cauda viridis.*

† *La teste* blanche, la queue verte. Boccat. 4. declam. procem.

Iobo veduto il porro, che sta sottera, è ingrossa, è inuechia il gambo de fuori, & sempre sta verde.

Recipiamus tormentum pœnitentiæ? si volumus obtinere præmium gloriæ. Vincent. de S. Agatha.

Todo es nada lo deste mundo, si no se enderca al segundo. Adag.

Quis est tam stultus, quamuis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperam esse victurum? Cic. Cat. Mai.

Id iam lucro est, quod viuis. Plaut. Mercat. Tandem impetraui.

Plus est, à vitio se reuocasse, quam propè vicia ipsa nescisse. Ambros. Psal. 118.

ἤθους χωλασμὸς δυσεφώλατον. *Basil. Stob.* 452.

Magis Deus pensat, ex quanto quis agit, quam quantum facit. Chemp. de imitat. Christi.

† *contis, destinis.*

Paullatim peccando grandem nobis efficimus summam peccatorum. Hieron. Eccles. 7.

Stulti, qui in tali statu viuunt, in quo mori non auderent. Discip. de temp. pag. 210.

Magnum est pœnitentiæ auxilium magnum solatium. Lact. epitom. 6.

Supernus arbiter noster etsi pondus considerat in retributione; tamen vires pensat in pondere. Greg.

Non putemus talia esse, quæ veniunt, qualia fuerunt illa, quæ transierunt. Cypr. 4. epist. 4.

Δεινὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ. *Hesiod. lib.* 1.

Sera parsimonia in fundo est. Non enim tantum minimum in imo; sed pessimum remanet. Sen. epist. 1.

Ex eo, quod affluit operibus nostris, sustineamus necessitates aliorum. Liu. lib. 6.

τὸ εὐεργεσίας τὸ μέγεθος, μεῖζον τὸ ἀποτίνειν ἀξιοῦν τὴν φίλησιν. *Theodor* 5. III.

Maiestatem res data dantis habet. Ouid. 4. Pont. 9.

Quod ex insperato prouenit, gratius accipiatur. Saresb. 3 11

Quicquid ex fiducia amicitiæ præsumi-

Quid aliud, quæso, estis amantes Claudi & Claudina, vetuli, quàm hedera ante tabernam (suspensa,) vbi dum omnes vinum vendi putant, tantùm acetum venditur; Oua foris cãdida, quæ intus vrina reperiuntur; vulnus in cute consolidatum, vnde fistula nascitur; catapotia deaurata, quæ gustanti amarissima sunt; ampullæ in pharmacopoliis fractæ, noua inscriptione insignitæ; paludes glacie concretæ, vbi tutò ingredi nequeas; ianua noua, cùm domus interior planè sit carioſa? In summa NIHIL *aliud est senex amator, quàm equus in ludo latrunculorum, qui homines ad perdendam pecuniam* † *allicit, è periculo eximere neminem valet. Diligenter notetur, hoc verbum, & memoriæ in perpetuum mandetur,* NIHIL *distare senem vicioſum & luxurioſum ab allio, cuius* † *comæ albæ, folia viridia sunt.*

Mihi quidem ita videtur, vtinam idem vobis videretur! non decere vt eò vsq; alas tempori (vt sic loquar) frangere differatis, cùm plumas eis nullas reliquas esse consentaneum est. Nolite errare amici & contribules mei, satis superesse temporis dictitantes. IN VESTRA enim manu emendatio est, quam suscipere debetis: at tempus in deorum manu est, quorum est illud distribuere. Vt igitur remedium tanti mali afferamus, ITER, *quod de die confici potest, in noctem senectutis ne differatis. MALE enim* † *gladius, chalybe detrito secat; & carni assuefactus, à rodendis saltem ossibus difficulter auocatur.* 550

Moneo præterea, si domus præ carie & vetustate ruinam minatur, eam fulciendam † *non tibicinibus ligneis; sed* COGITANDO *de ratione strictissima, quam diis de vita, hominibus de fama reddituri sumus. Ad hæc si omnium virtutum nostrarum vindemia iam peracta est; racemationem saltem emendationis demus: Et si vindemiæ nostræ dolia malis & peruersis actionibus infecta sunt: dulci musto illa nouarum & bonarum cupiditatum repleamus. ADEO facilè diis satisfit obsequiis, quæ pro beneficiis exhibitis debemus; vt si laudatis actionibus satisfacere ipsis nequeamus, in rationarium accepti bona referant desideria. Postremò si iuuentæ (vt sic loquar) farinam mundo Claudi & Claudina obtulistis; Deo senectæ iam furfures offeratis.*

Plura, quàm putaram, scripsi. Salutate contribules omnes, in primis Drusiam Patroclam viduam, fœminam præstantissimam. Memini Coruinam nepticulam vestram die festo matris Berechynthiæ singulari mihi oblectamento fuisse; Itaque duo millia. H. S. *ei mitto, quorum mille doti accedant, mille inopiam vestram subleuent. Faustina non satis bellè valet. Itaque mille* H. S. *virginibus Vestabilibus dabitis, vt diis salutem illius precib. commendent. Claudinæ Faustina arcam (dono) mittit; quid insit, ita sim felix! vt nescio. Deos precor, vt quia*

vt quia senes estis, bonam vobis mortem tribuant, meque & Faustinam vitam faxint agere laudatam. Marcus Cœlimontanus m. p s.

CAPVT XXV.

Suadet autor Principibus & summatibus, vt diligenter perpendant, quot incommoda auaritiam comitentur, & quòd auarus Deo iuxta ac mundo inuisus sit.

ALEXANDER *Magnus Macedonum, & Darius infelix Persarum Rex, non solùm in bellis & expeditionibus, quas susceperunt; verum etiam ingeniis & inclinationibus, quas habuêre,*
651 *diuersissimi fuerunt. Alexander enim natura dando & expendendo; Darius contrà colligendo & asseruando gaudebat Itaq́ diuulgata per totum orbem terrarum fama de Alexandri liberalitate, animoque ab auaritia alieno; tum sui ipsum plurimum amabant, tum alieni ipsi seruire cupiebant. At Darius, cum ob insignem auaritiam atque in largiendo tenacitatem malè audiret; & suorum inobedientiam, & alienorum contemtum (odiumque) experiebatur. Vnde coniectura facilis est,* PRINCIPES *& megistanes dando ditescere, asseruando pauperes fieri.*

Plutarchus in apophth. narrat, cum extincto Dario, & toto Oriente ab Alexandro triumphato, Thebanus quidam in foro Athenis fortunam Alexandri, qui tam multa adeptus (& lucratus) erat, extolleret, & infelicitatem Darij, qui tãta amiserat, deploraret; magna voce quendam exclamasse philosophum: Vehementer erras Thebane, Principem hunc multas perdidisse prouincias, illum multa acquisiuisse regna existimans. ALEXANDER *enim saxa tantum & tecta acquisiuit vrbium; vtpote qui largitate sua iam voluntates sibi ciuium conciliarat; contrà verò* DARIVS *infelix præter saxa & tecta opidorum nihil perdidit, quippe qui tenacitate & auaritia iam voluntates omnium Asianorum perdiderat.*

Et porrò ait: PRINCIPES *qui fortunam suam ampliare, & imperia dilatare cupiunt; in expeditionibus voluntates primùm magnanimitate & liberalitate sibi conciliare debent, & tum missis copiis propugnacula murosque expugnare; alioquin enim* PARVM *illis proderit saxis potiri, si rebelles sint voluntates. Ex his colligi potest, quod Alexander adeptus est, largitate & magnanimitate partũ fuisse; quod amisit Darius, id auaritia & sordib. periisse: quod minimè nobis mirum*

tur, plus habes gratiæ, si sponte præstetur. Sym. 8. 67.

Quam serum est tunc viuere incipere, cum desinendum est? Sen. Brenit. Vit. 4.

Est ipsum viuere turpe seni. Gall.

Se quisque, vt viuit & effert. Man. lib. 4.

Omnia in homine senescunt vicia; Sola auaritia iuuenescit. O rabies omni fine carens? ô pestis dæmone sæuior? August. ad fr. in erem. 48.

Quod putamus lucrum esse pecuniæ; damnum est animæ; quia virtutis est detrimentum. Ambr. 1 sal. 118.

Quantumlibet colligas, inops de hoc mundo & egenus abscedes. Leo serm. 6. de ieiun. X. Mens.

Δαρεῖος πάππλος, Καμβύσης δεσπότης, Κύρος πατήρ. *Herodot. lib. 3.*

Πολὺ κάλλιόν ἐστι, τοὺς ἐυνοίας τοὺς τῶν πόλεων αἴρειν, ἢ τὰ τείχη. *Isocrat. ad Philipp.*

Φιλίαν κτησάμενος ἄρχων, ἐδὲν ἔτι δεήσεται δορυφόρων. *Xenoph. Hieron.*

Non sic excubiæ, nec circumstantia pila, quam tutatur amor. Clau. 4. Cos. Honor. 281.

Regnantis facultas tunc fit ditior, cum remittit. Cass. 1. ep. 16.

Decet eos, qui generis præclara primordia ceperunt, nulli rei maiorum institutis indignæ operam dare. Dion. 1.

Acquirendi desiderium cogit præsentium copiam non videre. Macrob. Somn. 1. 10.

Πλεῖστον κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπηρέτης ἐστίν. *Isocrat. ad Demonic.*

Θησαυρὸς ἔχει ἄρχων ἀγαθὸς πάντας τοὺς παρὰ τοῖς φίλοις πλούτους. *Xenoph. Hier. extr.*

Aurea mensa à Dario summa in honore habita pedibus Alexandri pro scabello subdita. Diodor. lib. 17.

Auaritia semper odiosos, largitas caros facit. Boet. 2. consol. 5.

ἐδέν ἐστιν, ὅτε πύργος, ὅτε νᾶυς ἔρημος, ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων πόλιν. *Sophocl. Stob. 485.*

Alexandrum omnes vt maximè metuerunt, item plurimũ timuerũt. Cic. Heren. 4.

Pecunia quam regni melior custos nihil aliud agit, quam vt quanta maxima potest præda ex victo hosti reseruetur. Liu. lib. 44.

Mas vale dexar en la morte al enemigo, que pedir en vida al amigo. Adag.

Vrbium status non tam murorum ambitu, quam ciuium claritate taxandus est. Sidon. 7. 9.

ἀνδρες πόλις, ἢ τείχη. *Thucyd. lib. 7.*

Et rei & famæ bene consulit munificus Princeps; Lucratur enim gloriam, cum det pecuniam redituram. Pacat. Panegyr.

ἐὰν τοὺς φίλους κρατεῖς εὖ ποιῶν, ἢ μή σοι δυώνυμον αὐτέχειν οἱ πολέμιοι. *Xeno. Hieron. extrem.*

τὴν εὔνοιαν τῶν ἑλλήνων πολὺ κάλλιόν ἐστι λαβεῖν, ἢ πολλὰς πόλεις κατὰ κράτος ἑλεῖν. *Isocrat. ad Philipp.*

Auaritia criminibus infinitis implicata est. Cic. in Pisonem.

Auarus cum incipit, modum excedit. Saresber. 8. 6.

Auaritia viciorum omnium schola. Heliodor.

Esca laquei auaritia est; esca diaboli luxuries est; quibus nos vult inescare, non pascere. Ambros. Psal. 118.

Diuitiæ periculum possidentium aut onus. Sen. epist. 84.

Chi piu branta, piu s' affama. Adag.

Quod vltra vsum est, non habet possessionis fructum, sed custodiæ periculum. Ambros. 2. offic. 26.

Diuitiæ non melius in fundis & in fœnore, quam in ipso hominis æstimantur animo. Apul. apol. 1.

Auaritia latentium indagatrix lucrorum, manifestæ prædæ auidissima vorago, neque habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miserrima. Saresb. 8. 15.

Egestatem non absentia pecuniæ, sed præsentia immoderatarum cupidinum gignit, Apul. de Philosoph.

Auaritia semper insatiabilis, neque copia neque inopia minuitur. Sall. Catilin.

Opum cupiditas indiuulsas comites habet vigilias & animæ labores. Naz. Eccles. 5.

Multa petentibus desunt multa. Horat. 3. od. 16.

Satis diuitiarum est, nihil amplius velle. Fab. de el. 13.

ὁ πλοῦτος ἄνευ ἀρετᾶς, οὐκ ἀσινὴς πάροικος. *Sapph. fragm.*

Fortuna multis dat nimis, satis nulli. Martial. 12. 10.

Pauperiorq; bonis quisq; est, quo plura requirit. Manil. lib. 4.

Omnium viciorum prætextus in promptu sunt;

Verbis eleuare quædam licebit, luxuria hilaritatis, auaritia parsimoniæ, negligentia simplicitatis nomine lenietur. Fab. 4. cap. 1.

Turpia sunt vicia, cum virtutum specie celantur. Hieron.

Pro bonis mala amplectimur; Vicia nobis sub virtutum nomine obrepunt. Sen. epistol. 45.

Honoris splendorem res tenuis decolorat. Saresb. 5. vlt.

1. *Superbiæ.*

Seruitus quædam imago mortis est, & libertas securitas vitæ. Saresb. 7. 17.

Habet mens nostra natura sublime quiddam & erectum, & impatiens superioris. Fab. 11. cap. 1.

2. *Iracundiæ.*

Regis quisque intra se animum habet. Sen. ira. 2. 31.

Pleraq; sunt, quæ non tam factis, quam caussis eorum, vel honesta fiunt, vel turpia. Fab. 12. cap. 1.

mirum videri debet. PRINCIPES *enim & magnates auaritia superati, haud scio an multorum victores possint esse regnorum.*

Adeò FOEDVM, *malum, odiosum, periculosumque auaritiæ crimen est, vt si persequi mala, quæ complectitur, omnia stilus meus conetur; perinde futurum sit, ac si vndam maris exhaurire velim.* CVIVS *enim pectus auaritia occupat, eum viciis seruire, & idola adorare cogit.* SI VIR *cordatus cum animo suo molestiam & inquietudinem, quam ex vicio hoc abominando trahit, perpenderet; haud scio, num quisquam obnoxius illi esse auderet. Etsi enim nullam præterea molestiam auarus, quàm* CVM *periculo semper cubitum eundi & cum cura cubitu surgendi caperet; satis mihi molestiæ videtur.* QVI *enim ita cubitum se confert, metuit ne in lecto occidatur, aut ne dormienti arca effringatur; Cùm autem surgit, cum timore perdendi, quod partum est, curaque opes exiguas augendi surgit.*

Scitum est illud Platonis in 1. *de repub.* IDEO *non esse diuites homines, quia nunquam sese collocupletare didicerint.* QVI *enim perpetuò vereque ditescere cupit, prius cupiditatem reprimat oportet, quàm in cumulandis occupetur diuitiis. Nam* QVI *nullos cupiditatibus suis limites statuit, etiamsi mundi dominio potiatur, parui id æstimabit. Digna profectò tanto viro sententia. Stoicorum mihi paradoxon, cuius in politicis Aristoteles meminit, vehementer probatur, vbi dicit, quòd* INGENTES *calamitates ingentes semper diuitiæ antecesserint; & quod* NVNQVAM *summa fuerit paupertas, nisi vbi summa fuit abundantia. Vnde conficitur, principibus & dynastis,* QVI *multum habent, multum deesse. Nam* QVI *parum semper habuerunt, iis non potest nisi parum deesse.* 552

Quoties improborum arguimus vicia, nunquam velamenta illis, quæ viciis prætendant, desunt, præterquam in auaritiæ crimine, cuius nullam prorsus excusationem habent, quin si vnam afferant excusatiunculam ineptam, sexcentæ, possint ad damnandam eam opponi rationes. Quòd si omnium viciorum principalium exempla posuerimus; solum auaritiæ crimen inexcusabile & damnabile videbimus.

1. *Si Principum aut megistanum aliquis fastus & superbiæ arguatur; iustam sese illius caussam habere respondebit. Est enim natura* ITA *comparatum ingenium hominum, vt cum molestia potius imperare, quàm cum quiete seruire malint.* 2. *Si quem accusamus, vt furiosum & iracundum, minimè id nobis mirandum respondebit, cum nec superbum miremur.* NON *enim maiorem inimicus aut vicinus iritandi aliquem; quàm ille se vlciscendi potestatem habet.* 3. *Si quem*

luxuriæ

luxuriæ & libidinis arguimus; peccato illo se abstinere non posse respondebit. Nam VT MAXIME actus quis impudicos euitare poßit; semper tamen ei cum cogitationibus malis pugnandum. 4. Si quem desidiæ & ignauiæ accusamus; se reprehensionem non mereri respondebit. EAM quippe esse naturæ nostræ prauitatem, vt si laboremus, mox defatigetur; & si labore releuetur, mox luxuriet. 5. Si quem gulæ & intemperantiæ arguimus, sine cibo potuque neminem in terris viuere posse respondebit; & verbum Dei testari, non polluere (& damnare) hominem epulas, quæ in os intrant; sed cogitationes malas, quæ ex corde egrediuntur.

Quod de his paucis viciis dicimus, idem in cæteris omnibus excusandis poteramus facere: 6. At auaritiæ nulla potest dari excusatio vera. THESAVRO enim congesto neque anima frui, neque corpus delectari potest. Boëtij libro de con-
553 *solatione † est, PECVNIAS (fundendo, quàm coaceruando, melius nitere: &) tunc esse preciosas, cùm translatæ in alios vsu largiendi desinunt poßideri: qua Boëtij sententia nihil melius dici potest. EXPENDENDO enim pecuniam, quod vult quisque consequitur; eadem retenta nulli vsui aut emolumento est.*

Quòd si prætendant diuites auari, quicquid cumulent & reseruent, tantùm † futuræ caritatis & penuriæ gratia fieri, vt tum parentibus & necessariis opitulentur: Illos nequaquam thesauros cumulare respondeo, vt in eiusmodi neceßitatibus pauperes subleuent; sed vt in maiores rempub. conijciant. Nam prout magno tum vendunt, prout fœnori multum dant, iuraturos iurarim pauperes, PLVS damni sibi ab auaro pecunia fœnori data, quàm ab anni sterilitate negatis alimentis illatum.

NON debet à beneficentia deterrere viros generosos & præstantes annorum fame infestorum metus. Nam vt maximè annus sterilior venerit; sumtus tantum aliquanto parcius facere cogit; quod si vsu veniat, ô felicem, qui vt liberalior (& largior sit) in eleemosynis, paullò fragilius victitare gaudebit! CAVEANT auari & cupidi, ne multas opes cumulandi studio malè consulant animæ. Facilè enim potest fieri, vt cum annus carus venerit, iam auarus ille mortuus sit; atq; ita prius animam Satanæ gratis dederint (auari,) quàm frumenta magno vendendi tempus videant. Vah, quanto viros generosos DEVS afficit beneficio, cum animos eis generosos tribuit! Quantum mali habent auari, qui animo sunt, vt sunt, angusto! NAM si auari, quàm dulce sit dare, degustassent; ne illa quidem, quæ suis ipsorum vsibus necessaria sunt, retinere possent.

3. Luxuriæ.

οὐκ αὐθαίρετοι βροτοῖς ἔρωτες, οὐδ' ἑκουσία νόσος. *Eurip. Stob.* 688.

Fornicationem fugere & gulæ seruire, aut omnino impossibile, aut difficillimum est. Saresb. 8. 6.

4. Desidiæ.

Delicatus miseretur industrii: desidioso studere torqueri est. Sen. epistol. 71.

Studiorum tristicia feriarum hilaritate discutitur. Sen. 1. controu. procem.

Pereza, Ilaue du probreza. Adag. *Matth.* 15. 19.

5. Gulæ.

Horrore vniformis alimoniæ edendi desiderium languescit. Macrob. Satur. 7. 5.

Ignis luxuriæ lignis ciborum conseruatur. Vincent. serm. de S. Agath.

6. Auaritia inexcusabilis est.

Priuatorum auaritiæ licet mala, tamen aliqua defensio est. Pacat. Paneg.

† *Lib. 2 pros. 5.*

Extra fortunam est, quicquid donatur amicis; Quas dederis, solas semper habebis opes. Martial. 5. 43.

Diuitiæ nisi comminutæ in plures transire non possunt. Boët. 2. consol. 5.

ἐὰν φυλάσσεις, οὐκ ἔχεις. ἐὰν δὲ σκορπίσεις, οὐκ ἀπολέσεις. *Basil. Stob.* 271.

† *annorum carorum & siccorum. Gen.* 41.

Bona appellant, ex quibus nullus illis, nisi ad res malas, vsus est. Cyprian. 2. ep. 2.

Cupiditatis inexplebilis integumenta inuentu facillima. Naz. orat. 30.

Quomodo egeno stipem offerent, qui in prouentu felici famem inuehunt? Philo. de caritate.

Quasi famem maiorem siccitas, quam rapacitas faciat. Cypr. tractat. 1.

Obseruant temporum difficultates, vt ex aliorum calamitatibus messem faciant. Nazi. orat. 30.

Diuitiæ grandes homini sunt viuere parcè æquo animo. Lucret. lib. 5.

Quod alteri dederis ad tempus, ipse à Deo accipies in æternum. Lactant. 6. 12.

Seruas pecuniam, quæ te seruata non seruat. Patrimonium cumulas, quod te pondere suo onerat. Cypr. sermon. 1.

Tanto è mio, quanto io godo, è do per Dio. Guic. 49.

Frustra congregat opes, qui se his nescit vsurum. Ambros. Luc. 12.

Auri (sacra) fames parto sit maior ab auro. Prudent. hamartig.

Maleuolus animus non impendit caritatem alteri, quia non habet sibi. Fulgent. epist. 5.

In nullum auarus bonus est, in se pessimus. Sen. epist. 108.

Genus egestatis grauissimum in diuitiis inopem esse. Idem. epist. 24.

Imperat, aut seruit collecta pecunia. Hor. 1. epist. 10.

Non intelligit miser, sibi speciosa esse supplicia; auro se alligatum teneri, se possideri magis, quam possidere diuitias. Cypr. 2. epist. 2.

Auaritiæ rapina est subdita. Ambros. psal. 118.

ὁ κακῶς διανοηθεὶς περὶ τῶν οἰκείων, οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων. *Stob.*

Maior pecunia fauces auaritiæ non claudit, sed extendit; non irrigat, sed accendit. Aug. homel. 30.

Πλοῦτος ἐξουσίαν μὲν τῇ ῥαθυμίᾳ παρασκευάζει, ἐπὶ δὲ τὰς ἡδονὰς τοὺς νέους, παρακαλεῖ. *Isocrat. ad Demonic.*

Non parcit propriis amor insatiatus habendi pignoribus. Prudent. Psychomach.

Omnis actus vitæ nostræ non careat misericordiæ munere. Lact. 6. 12.

Nullum est officium tam sanctum atque solenne, quod non auaritia comminuere atque violare soleat. Cic. pro Quinctio.

Apud viuos sepulta sunt, quæ tenacium manibus includuntur. Cassiod. 4. 34.

Lucrum pietas nescit pecuniæ, in quo pietatis est dispendium. Ambros. de Ioseph.

Iræ Dei est, vt peccator opes congreget, & nequaquam eis vtatur. Hieron. Eccles. 2.

Auari in affluentia inopes, egestatis mala in vbertate patiuntur; nescientes parta respicere, dum egent habendis. Macrob. Som. 1. 10.

Πλοῦτον μὲν πλουτοῦντος ἔχεις, ψυχὴν δὲ πένητος, ὦ τοῖς κληρονόμοις πλούσιε, σοὶ δὲ πένης. *Pallad. Epigram. lib. 2.*

Illa vera lucra iudicamus, quæ integritate suffragante percipimus. Cassiod. 1. 22.

Quicquid sub cœlo diuitiarum est, eæ omnes ad bene viuendum non quicquam sunt. Apul. flor. 4.

Eccles. 3.

Opus nihilo indigentem sufficientemque sibi facere nequeunt. Boet. Consol. 3.

Auarus antequam lucretur, seipsum perdit. Augustin.

Τοῦ χρυσίου ἡ γένεσις ἐπίπονος, ἡ φυλακὴ σφαλερὰ, ἡ σπουδὴ μεγίστη, καὶ ἡ χρῆσις ἡδονῆς ἐλάπης ἀνὰ μέσον κειμένη. *Agatharch. de Mari rubr.*

At enim etsi sordidis & auaris animus deest dandi amicis, distribuendi inter parentes, subueniendi egenis, mutuò dandi vicinis, sustentandi pupillos; in suos tamen vsus audent expendere! Nihil verò minus. INVENIAS enim homines nonnullos, qui ab eo, quod habent, adeò captiui teneantur, vt æquè malè collocatum, quod sibi ipsis impendunt, arbitrentur, quàm quod alij ipsis furantur. Quomodo nudum vestiet, qui præ sordibus ac tenacitate sibi ipse tunicam parare non audet? Quomodo pauperi famelico victum impertiet, qui panem infelix comedit furfurosum & hordeaceum, vt triticum vendat? Quomodo peregrinos hospitio excipiet, qui præ nimia tenacitate ne domus quidem tectum reficit? Quomodo ptochodocheia visitabit, aut ægrotis succurret, qui salutis vitæque periculum potius adit, quàm nummum vnum chirurgo, alterum pharmacopœo det? Quomodo clàm egentium succurret necessitatibus, cuius ministri liberique discalceati nudique incedunt? Quomodo in filiarum collocatione egentes adiuuabit, qui filias proprias domi suæ patitur consenescere? Quomodo redimendis captiuis opes impendet, qui mercedem renuit ministris soluere? 554

Quomodo parentum honestorum liberis egentibus cibum dabit, qui filios suos edere semper lamentatur? Vestem daturum credibile est eum viduæ, qui ad parandam calanticam nummos vxori negat? Quomodo ad præstanda singulis diebus opera misericordiæ ordinaria se obligabit, qui die dominico sacris non interest, ne assem offerre necesse sit? Quomodo gratuito (hilarique animo) quicquam dabit auarus, qui sæpe ne argenteum expendat, it cubitum incœnatus? In summa NVNQVAM, mihi crede, de opibus dabit suis, qui propter opes perpetuò lamentatur alienas.

CAPVT XXVI.

Prosequens institutum autor stilo mirifico declarat, quam multa faciat auarus illiberaliter.

INTER ea, quibus diuina monstrat prouidentia, modum suæ gubernationis nobis ignotum esse, & hoc est, quòd videmus, ab ea dari homini ingenium, ad cognoscendum diuitias, vires ad quærendum, solertiam ad cogendum, prudentiam ad asseruandum, animum ad tuendum, vitæ denique spacium ad possidendum; simul tamen potestatem fruendi illis negari: vt DEI permissu, qui iniustè dominus euasit alieni, iure mancipium fiat proprij. Vnde intelligitur, quanto PRÆSTANTIOR sit honesta paupertas, quàm rabida auarities,

auarities, dum PAVPERI DEVS animum in paucis contentum donat; diuiti verò animum æquum etiam in copia adimit; ita vt auaro in singulas horas molestiæ, lucra verò non nisi singulis nundinis accrescant.

Age diuitem auarum cum figulo paupere conferamus, & videamus, vtrum plus commodi figulus ex ollis, quas de argilla facit, an ex pecunia auarus, quãm defodit, capiat. Quã-
555 *uis autem nemo respondeat, iam responsum manifestum est, melius illum cum luto, quàm hunc cum auro habere. Vendendis enim ollis vitam figulus lucratur; custodiendis verò pecuniis animam diues perdit.*

Itaque Principes excelsos obsecro, megistanes precor, cæteros nobiles ac plebeios hortor, vt huius verbi memores sint, & intimis id reponant sensibus, quòd scilicet aio atque affirmo; SI QVIS pecuniam custodiat & claudat, sibi ipsi eam maximè custodire & claudere. Dum enim duas † thesauro seras custodiæ gratia addit; vel septem cordi suo, ne illum eroget, apponit. CAVEANT, caueant sibi viri nobiles & generosi, ne pecunias asseruare & cumulare assuescant! VBI enim semel animi illorum cumulandis sese thesauris dediderunt; vel vnius trioboli comparcendi gratia in mille sordes quotidie incidere nunquam desinent.

Quòd si dicant plebeij, quia non admodum diuites sint, se non posse magnos aceruare thesauros, cùm vltra centum aut ad summum ducentos aureos cogere nequeant: Si ordines spectentur, TANTVNDEM peccare respondeo, qui decem aureos, quantum qui myriadem aureorum reponit. NON enim in asseruandis & abscondendis vel multis vel paucis pecuniis culpa sita est; sed in eo, quòd illas custodiendi gratia multa prætermittimus bona. Mihi quidem plane nouum accidit, cùm plus virium apud auaros video tenacitatem habere, quàm in aliis conscientiam. INVENIAS enim multos, qui neglecta conscientia facultatibus vtuntur, fruuntur alienis; auari verò tenacitate magis quàm conscientia, coacti facultatibus non vtuntur, fruuntur propriis.

Maxima cum solicitudine, & diligentia non vulgari prospiciunt auari, ne † eluuie molendina auferantur; ne prata greges depascant; ne venationem instituant venatores, ne vinum vetustate coacescat aut euanescat; ne debitores cum sorte aufugiant; ne frumentum mures rodant; ne quid ex ædibus fures auferant (aut decoquant:) Sed nemini pertinacius, quàm sibi ipsis reculas suas claudunt. Cæteris enim vel citius vel serius occasio semper adest aliquid suffurandi; at AVARO semper animus deest coronatum vnicum minuta commutandi pecunia.

Bene est, cui Deus obtulit parca, quod satis est, manu. Horat. 3. od. 16.

Le vray contentement ne gist en l'abondance, Il gist à la mesure & à la suffisance. Ronsar. 6. 70.

Δεινὸν πένεσθαι, χεῖρον εὐπορεῖν κακῶς. *Naz. Monostich.*

Nulli paruus est census, cui magnus est animus. Leo. Sermon. 2. quadrag.

Eo quod natura bonum est, bene licet vti. Fab. 2. cap. 11.

Plures nimia congesta pecunia cura strangulat. Iuuenal. Sat. 10.

Tantalo locuples visus & pauper effectus. Fulgent. Mytholog. 2.

Magnas inter opes inops. Horat. 3. od. 16.

Nulla auaritia sine pœna est: quamuis satis sit ipsa pœnarum. Sen.

† *arcæ inexorabilibus claustris obseratæ. Val. Max.*

ἡ θάλαττα οὐδὲν γίνεται ἐπιῤῥεόντων τῶν ποταμῶν, πλεῖον; σὺ δὲ ζητεῖς ποιῆσαι τἀργύριον πλεῖον τοῦ σόν. *Aristoph. Nub.*

Qui pecuniæ seruit & præsentibus compedibus stringitur & futuris. Chrysost. discip. de temp.

Haud facile conquiescit auaritia humana, dum conatibus fortuna respondet. Nic. Greg. 4. 2.

Quisquis peccat inops, minor est reus. Arbit 103.

Minimo indigent, qui abundantiam suam naturæ necessitate, non ambitus sui superfluitate metiuntur. Boet. 2 consol 5.

Omnis cupido acquirendi ex opinione inopiæ venit. Apul. apol. 1.

Illè magis potest ditescere, qui lucra turpia nescit optare. Cas. 6. 20.

Vtatur suis bonis oportet & fruatur, qui beatus futurus est. Cic. nat. deor. 1.

Le but de la richesse est d'en scauoi, vser, Ronsard. 6. 70.

Quid habet pulcri constructus aceruus? Horat. 1. Sat. 1.

Nemo habet iniustum lucrum sine iusto damno. Vbi lucrum, ibi & damnum. Lucrum in arca; damnum in conscientia. August. Serm. 215. de temp.

οἴκοι καὶ πάτρη, βιότου χάρις αἱ δὲ περισσαὶ φροντίδες ἀνθρώποις οὐ βίος, ἀλλὰ πόνος. *Iulian.*

Auarorum miseriæ;
1. Curæ assiduæ.

Malignissimum est solicitudinis genus, seipsum custodire. Fab. declam. 17.

Auaritia quicquid omnibus abstulit, sibi ipsi negat, Sen. nat. quæst. 1. præfat.

Qui nimium diligit, nimium custodit. Ambros. psal. 118.

2. *Sordes in vestitu;*

Le vray contentement ne gist en l' abondance, Il gist à la mesure & à la suffisance. Ronsard. 6. 70.

πολλάκις εὐχρυσῷ τι μαλθακὸν φόρτον ἔχουσιν πολλὰ ναῦς νάτας, κόρτον ἔδουσι μόνον. ἄδηλ.

Quelli che più posseggono manco si contentano. Domen. 172.

Sordidus hæredi suo procurat, & sibi negat omnia. Sen. epist. 123.

Nulla ditari ratione potestis auari, Vos faciunt inopes, quas cumulatis opes. Scholi. Boet. 2. conf. 5.

Pauperius nihil est, quam miser vsus opum. Æsop.

3. *Habitatio immunda;*

Alquimia prouada, tener renta, y qui no gastat nada. Adag.

Cupiditas nouit habere, non nouit frui. Fulgent. Mythol. 3.

Herus in hara, haud ædibus habitat. Asinar. Quid hoc est.

ἐδὲν ὑγιὲς ἐστιν ἐδὲ ὁσίας: ἀλλ' εἰσὶ δ' κέρδους ἅπαντες ἥττονες. *Aristoph. Pluto.*

Qui suis rationibus inimicus fuerit semper; cum quo modo alienis rebus amicum fore speres? Cic. Herenn. 4.

4. *Victus sordidus;*

Le but de la richesse est d' en scauoir vser. Ronsard. 6. 70.

Auari possident ad hoc tantum ne alteri possidere liceat. Cypr. 2. epistol. 2.

Auarus diues stultissima parcitate se cruciat, aliis deuoranda conseruans. Hieron. Ecclesiast. 6.

Omnis appetitor auaritiæ, cum omnia precio destinat, fame moritur. Fulg. Mytholog. lib. 2.

Auaritia ingratissimum & odiosissimum vicium, quod nec effectu prodest aliis, nec affectu. Saresb. 8. 15.

5. *Existimationis contemtus.*

In singulis lucris singulæ mortes. Vt accedat aurum, perit fides; vt foris vestiaris, intus expoliaris. August. serm. 50. de temp.

Auaritia fidem, probitatem, cæteraque bonas artes subuertit. Sal. Catilin.

Auaritia studiosius declinanda, quia tenacius inhæret ab imagine vtilitatis, & perniciosius nocet ab exterminio caritatis. Saresb. 8. 15.

Contemtu famæ contemnuntur virtutes. Tacit. annal. 4.

Κακοῖς τὸ κέρδος τῆ δίκης ὑπέρτερον. *Eurip. Stob.* 214.

6. *Odia ciuium.*

Auaritia semper odiosos, caros largitas facit. Boet. 2. consol. 5.

τὰ μέγιστα δ' κακὰν οἱ πένητες συμπεφόρηκασιν, ἐπιφθόνου κὴ μίσους, οἷς οἱ πλούσιοι κατ' ἡμέραν σωροικοῦσιν. *Arist. Stob.* 758.

Pecunia profuso decus, auaro supplicium est. Saresb. 8, 15.

Commiseratione dignus est auarus, qui voluntate, non necessitate pallium gestat detritum, calceos sine soleis, ligulas exarmatas, cingulum sine fibula, tunicam laceram, petasum vetustum, caligas dissutas, pileolum crassum & interulam sine manicis: Denique multi ex infelicibus istis luctum ob aliquem defunctum simulant, cùm vera caussa sit, (cur sordidati incedant,) ne panni elegantioris aliquantum emere cogantur. Quid non faciat auarus, cùm tantùm ne ex loculis promere dimidium argenteum cogatur, duos menses barbam intonsam gestet? 556

At enim auari, licèt malè seipsos tractent, domos tamen habent bellè exornatas! Nihil verò minus: Sed in ædibus ipsorum cameras videas araneis oppletas, fores è cardinib. emotas, feneſtras rimosas, seras fractas, vtensilia comminuta, pauimenta euersa, tecta pluuiis peruia, sedilia diuulsa, atria immunda, (lectos carioſos) caminos collapsos; vt propinquum aut amicum hospitio excepturi vicinum adire, vt ipsum recipiat, aut quod opus est, vtendum petere cogantur.

Sed omisso vestitu, quo vtitur, & domo, quam habitat, quam splendida auarus mensa vtatur, videamus. Hìc verò certum, quòd ex hortis suis tantùm comedat poma cadiua; ex vineis vuas putridas; ex gregibus carnem morbidam; de tritico, quod madefactum; de vino, quod corruptum (aut acidum) est: de caseo, quod mures ambederunt; de petasonibus, qui subrancidi sunt, de lacte, cui flos demptus est Postremò QVAM guloſi in comedendo ponunt, eam felicitatem auari in asseruando statuunt. O infelices lurcones! ô infortunatos auaros! Illorum enim suauitas in eo, quod per guttur demittitur; horum felicitas in eo, quod in arca clauditur, consistit.

Rursus verò etsi auari malè vestiantur, tenuiter victitent, incommodè habitent, existimationis tamen suæ rationem habent. Imò verò si tam attentas miseri ad audiendum aures haberent, quàm animo sunt ad colligendum & custodiendum auido; nullo non momento audirent; vt vocentur miseri, danistæ, auari, ærumnoſi, famelici, fœneratores, crudeles, immemores, ingrati, periuri, scelerati & infausti. Quid multis opus est? Adeò ciuibus inuisi sunt, vt libentius illi corpora manu, quàm existimationem lingua verberarent.

Magna est auari infelicitas, quòd si quem inimicum nactus est (validum,) nullum reperit amicum, qui domum ipsius (visendi gratia) veniat; & centum inuenit fures, qui opes rapiant. SI QVIS inimicum suum, qui auarus est, vlcisci cupit; nihil ipsi peius precari potest, quàm vitæ diuturnitatem. Multo enim acerbiorem sibi auarus vitam facit auaritia, quàm nos iniuncta graui satisfactione.

Quòd

Quòd si dicerent diuites, se libente animo carere splendidis ædibus, quas habere possent; exquisitis vestibus, quarum
557 *copia adesset; ciborum delitiis, quibus vesci liceret; idque se non quòd auari, sed quòd Christiani sint, facere: meritò sibi stilus temperaret meus. Verùm proh dolor! cum res ad existimationem pertinentes parui pendant; longè minoris ad conscientiam spectantes æstimant. Si auarus dicat, ideò se opes asseruare, vt sit, vnde eleemosynas det, id me credere nego. Quotidie quippe videmus, vt pauperes eleemosynam petentes mox cum † bona pace abire iubeant auari, quasi ne obolum quidem (vel teruncium) ad manum habeant.*

Illud tanquam imperatum obseruant auari, non aliam domi suæ dandam eleemosynam, quàm carnem crassam, ius hesternum, lardum rancidum, caseum à muribus arrosum, panem durum, vestes obsoletas, numulos fractos; vt domum potius repurgare, quàm eleemosynam dare videantur.

Quòd si dicant auari, ideò se attentiores ad rem esse, vt onera à maioribus sibi relicta sustinere possint: Hanc quoque excusationem friuolam esse aio. Nam parentum, imò etiam auorum testamenta nondum impleta esse, nec implendi illa curam ab ipsis suscipi videmus; Siquidem ex quo parentes tumulo intulerunt, nullam ibi candelam accenderunt. Qui præ nimia tenacitate & sordibus fame ac frigore enecatur, an is patrem è purgatorio (per elemosynas aut benefacta) liberaret? Si dicat auarus, quicquid asseruat, tantùm reponi, ad extruendum sacellum luculentum, & relinquendam ibi piam memoriam; Si eiusmodi de sudore id faciat proprio, & quicquid malè partũ erat, restituat; ædificium illud Deo gratum (acceptumque) fore, & ab omnibus laudatum iri aio. At si vult auarus, vt in maxima paupertate multi viuant; tantùm vt conditorium sibi struat opulentum; id verò neque Deus præcipit, neque Ecclesia permittit. DE clamoribus enim & sudoribus alienis non sunt accepta DEO sacrificia.

Si dicant auari, si quid in thesauro reponant, ideò fieri, vt defunctis sibi multas missas dici curent (hæredes,) quæ per Ecclesias pro animabus celebrentur: propositum me laudare aio, si modo nihil subsit periculi. Sed proh dolor! auarus omnia se onera de positurum retur, si vnicum (vt vocant) tricenarium pro mortuis dici iubeat; cùm spoliatos, & ad ptochodocheia redactos relinquat bis mille homines viuos. TVLIVS ergo crediderim, si Principes & megistanes pecunias suas expendant in dotandis puellis orbis in vita, quam si multas iubeant missas in morte dici. Sæpe enim hæredes relicti missas dici curant admodum paucas; at ex puellis orbis

7. *Conscientiæ cura nulla;*

Vt sacculus tuus impleatur nummis, anima tua febricitat curis. Aug. serm. 50. de temp.

Nullius magis auarus, quam suæ salutis hostis. Cypr. Serm. 2.

πολλῶν κακῶν ἐπηώλυμμα ἐστὶν ὁ πλοῦτος. *Xenoph. Stob.* 760.

Ein eigen Hauß / vnd ein langer Mantel deckt viel zu. Adag.

Nihil nefas est auaritiæ. Curt. lib. 4.

8. *Nulla erga egentes misericordia.*

Qui succurrere perituro potest, si non succurrerit, occidit. Lactant. 6. 12.

† *Iacob.* 2. 16.

Quoties rogaris, tentari te à Deo crede, an sis dignus exaudiri. Lactant. 6. 13.

Lacrymis pauperum vt rubigine diuitiæ iniustæ consumuntur. Nazianz. orat. 23.

ὃ δὲ ἔδωκε, μὴ ἐλπίζετω λαβεῖν. *Idem Stob.* 271.

Deus animum tuum contra te geret, tuisq; te legibus iudicabit. Lactant. 6. 12.

9. *Pietatis & religionis respectus aut nullus.*

Anima lucri cupida etiam pro exiguo perire non metuit. Leo. de passion. Serm. 9.

Parum prouidum sperare ex aliis, quod tibi ipse non præstas. Plin. 2. epist. 10.

Diuitiæ negligentiam pariunt salutis. Ambros. 1. Thessal. 5.

Qui sibi nequam, cui bonus? Bernh. 217.

ἐγὼ τὸ ἀγαθὸν ὑμῶν οὐκ ἀφ' ἡδονῆς, μὴ δὲ πρὸς δόξαν. *Nazian. Stob.* 271.

10. *Aut peruersus;*

Pauca malè parta, multa bene comparata perdunt. Chrysost.

Fœnus pecuniæ, funus est animæ. Leo. serm. 6. ieiun. X. mens.

Καλὸν σύμφυτον ἡ εὐσέβεια. *Basil. Stob.* 271.

Naufrago tabulam abstuliſti, mortuo applicas nauem. Fab. declam. 12.

ὁ θεὸς οὐδέχεται κατὰ δύναμιν λαμβάνων τὰς θυσίας. *Aristot.* 7. *Eudem.* 10.

11. *Sera post mortem animæ cura.*

Cuius omnis in pecunia spes est, eius à sapientia est animus remotus. Cic. Herenn. 4.

Dum viuis, pauperem videri, vbi sis defunctus, diuitem deprehendi, turpissimum. Ælian. lib. 14.

Cum viuis, fac, si quid facturus es, quia vltra neque fides est, neque labor neque pœnitentia. Chrysost. Vincent. de S. Martino.

Plus meretur, qui viuens dat eleemosynas, quam qui moriens. Ambr.

ἐὰν νόμῳ σεαυτῷ τὴν συνείδησιν ἔχῃς, κἂν μὴ πείθῃ σοὶ ἑτέρῳ πειθεῖν σοὶ ἐξέλει, ὅδε ἑτέρῳ πειθεῖν ἐπιτρέψεις ὅδε ποτε μέμψιν ἁμαρτίας ὑποστήσῃ. *Basil. Imp. ad F. me.* 42.

ἐλεημοσύνης χωρὶς ἄκαρπος ἡ ψυχή. *Nazi. Stob.* 272.

Felices non faciunt diuitiæ terrenæ, aut nobis viuentibus amittendæ aut nobis mortuis, à quibus nescimus, vel forte à quibus nolumus, possidendæ. August. 5. ciuit. 18.

Κἂν μὴ λῃστεύῃ τις, ἐν τῷ τῶν λῃστευόντων σπηλαίῳ φανῇ, τὴν αὐτὴν ἐκείνοις δίδωσι δίκην. *Chrysost. orat.* 4. *cont. Iudæ.*

ἀμφότεροι κλῶπες, ἐν δεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας. *Phocyl.*

Der Häler ist wie der Stäler. Adag.

Plus gaudebit hæres tua morte, quo plus acceperit. Sen. ep. 123.

Ablatio rei alienæ restitutione dissoluitur. Chrys.

Benedictus est, qui non dimittit filiis restitutionis onus! Vincent. in sermon. de S. Laurent.

Dedit operam, quod male partum erat, vt male periret, ne quid habere ex fraude paterna diceretur. Apul. apolog. 2.

Respondisse nobilitati pulcrum, aut humilius genus illustrasse factis. Fab. 2. cap. 9.

οὐκ ἔστι πλουτεῖν ἐν ταῖς καθ' ὑμᾶς ἀγοραῖς, μὴ πάντα μιγνύντα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα δίκαια, ἐν κέρκωπα αὐτ' ἐλευθέρου γενόμενον. *Synes. ep.* 101.

ἐν γῇ πένεσθαι κρεῖττον, ἢ πλουτοῦντα πλεῖν. *Menand. Stob.* 744.

Hoc vnum bonum habet generositas, quod necessitatem indicit probitatis. Saresb. 8. 15.

Auari non tam patrimonium facultatum, quam thesaurum criminum congregant, æterno supplicio & breui fructu. Ambros. Luc. 4.

Pro sodalibus fide iunctis, sede discretis frequenter incutiunt & tuta mœrorem; quia de actionibus longinquis sinistra quæque metus augurat. Sidon. 8. 6.

Ipse valeo; si valere est suspensum & anxium viuere, timentem pro capite amicissimo, quicquid accidere homini potest. Plin. 3. 17.

Non sunt amici, amici qui degunt procul. Mim.

Tacita concordia instar odiorum est. Symm. 3. 13.

Perit gratia, si reposcatur. Plin. 1. ep. 13.

Πολλὰς δὴ φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν. *Arist.* 8. *eth.* 6.

Διανίστησιν ὡς τὰ πολλὰ τὴν ψυχὴν καὶ γράμμα τῆς ποθουμένης χειρός. *Chrysost. Stob* 718.

Desiderium absentium nihil perinde ac vicinitas acuit. Plin. 6. ep. 1.

orbis multæ pereunt. Is scilicet ANIMAS *è purgatorio redimere verissimè dicitur, cuius liberalitate fit, ne in vicia mundi virgines egenæ ruant.*

Fit interdum, vt cupidus & auarus aliquis, opes acquirendi studio, Augustobrigam Hispaniæ, Lugdunum Galliæ, Olysipponem Lusitaniæ, Londinum Britanniæ, Antuerpiam Flandriæ, Mediolanum Insubriæ, Florentiam Hetruriæ, Panormum Siciliæ, Viennam Austriæ, Pragam Bohemiæ, Budam Hungariæ, proficiscatur; in summa oculis Europam lustret vniuersam, & per commercia noticiam habeat Asiæ totius. Demus ergo singulis hisce locis aliquid eum lucratum, idque conscientia non planè integra; sed pro commerciorum diuersitate diuersa fuisse peccata. Si ergo in mortis articulo cùm auarus huiusmodi pecunias liberis distribuit, peccata idem sic distribueret, vt fortunarum possessione exutus à culpa quoque liber esset; ferendum erat: Sed proh dolor! LIBERI *pecuniis hilares fruuntur; pater infelix cum peccatis ad Orcum migrat.* 558

CAPVT XXVII.

Epistola M. AVRELII Imp. ad Cincinnatum amicum, mercaturam Capuæ facientem, cum Romæ prius eques fuisset; diuisa ab autore in tria capita. Peculiarem habet vsum ad arguendos nobiles, qui natalium splendore gloriantur, & tamen mercaturæ nullo pudore sunt addicti.

Marcus Aurelius Imp. Rom. Annij Veri fratris in imperio & Censura collega, Cincinnato Capuano S. & fortitudinem contra aduersam fortunam.

INDE *à solenni festo matris Berecynthiæ nec ministrum è domo tuâ vidi, nec literas abs te scriptas legi; quæ res suspicari me cogit, te aut valetudinis periculum adiisse, aut amicitiæ iam nostræ oblitum esse.* AMICITIA *quippe quo arctior, hoc frequentiorem exigit communicationem aut visitationem. Nolim te deinceps adeò incuriosum, nostrique immemorem esse, vt neque visum scilicet nos venias, neque literas subinde saltem scribas.* AMICORVM *enim intimorum epistolæ licèt præsentiæ desiderium non prorsus adimant; spem tamen nutriunt, (fore vt aliquando nos inter nos videamus.)*

Paratam tibi ad ista responsionem noui, tot scilicet in rep. te Capuana negotiis distineri, vt nihil supersit ad scribendum

scribendum ocij. Sed ego contrà respondeo, nullum tibi negotium tantas occupationes afferre posse, vt legitimum sit impedimentum, quo minus per literas cum amico colloquendi commercium retineas. SOLVM enim illud tempus nos viuere possumus dicere, quod deorum cultui & conuersationi
559 *cum amicis tribuimus. QVICQVID præterea temporis colloquendo, negotiando, laborando, dormiendo, comedendo, requiescendo consumimus, non in codicem vitæ; sed in tabulas mortis referamus oportet. Eiusmodi quippe operibus etiamsi corpus recreatur; animus tamen non refocillatur. Iurato ergo mihi credas amice, FIERI non posse, vt vlla in re quisquam acquiescat, dum animus illius inquietus est. NON enim ossibus neruisque corporis; sed in viuis animæ potentiis nostra consistit † consolatio.*

Diu est, quòd ego te, & tu me nosti; diu est, quod ego te, tu me amas. Cum igitur amici tam vetusti simus; vt mutuis amicitiam renouemus officiis, æquum est. FALSO enim nomen vsurpant amicorum, inter quos non maior, quàm inter alienos, intercedit conuersatio. Eum qui mecum non loquitur, nihil ad me scribit, me neque videt, neque inuisit, nihil mihi dat, nihil à me accipit; non quidem inimicum mihi velim; veruntamen parum mea refert, amicum se meum prædicare (& iactare.) NVLLA enim in re magis consistit peculiaris amicitia, quàm vt amici cordis sibi inuicem penetralia (vt sic loquar) aperiant, & familiariter inter se conuersentur.

Dices fortasse Cincinnate, interuallum locorum, quòd Româ abes, in caussa fuisse, vt nostra refrigesceret amicitia. ANIMI quippe teneri vt eius, quod amant, præsentiâ exardescunt (& flagrant;) ita eius, quod exoptant, absentia cruciantur. Ego verò sic respondeo: VINA mollia, quo longius ab eo loco, vbi nascuntur, auehuntur, eò firmiora fiunt: Ad eundum modum, IN HOC veri cognoscuntur amici, dum quantò longius inter se corporibus distant, tantò arctius voluntatibus copulantur. Cùm ergo semper fidelem & ad omnia paratum me sis expertus; cur suspicionem, quæso, sinistram de fide mea concepisti? Viridia foris folia non esse intus arborem aridam arguunt; & ACTIONES extrà bonæ, quales interius mens sit, ostendunt. Si amicus, Cincinnate, verus perhiberi vis; hanc amicitiæ legem teneto: quòd VBI CVNQVE non est amor perfectus; semper in obsequiis aliquid desideratur; contra verò, qui perfectè amat, perfectè & constanter seruit.

Equidem tuus & fui, & sum, & ero; iniurius es, si non totus meus es; (verbum non amplius addam.)

Varia & magna curanti, non tam studium deest, quam copia, Symm. 1. 20.

Iucundæ sunt literæ, quæ vera amici absentis vestigia, veras notas afferunt. Sen. epist. 40.

Κἂν μυρίας ἡσυχὰς εἴπῃς, οὐδὲν αὐτῶν ἡδιον γνησίᾳ φίλᾳ ἕυρεις. *Chrysost. Stob.* 717.

Temporis tantum honesta auaritia est. Plin.

Institum est bonis mentib. vt quæ copiosè ab aliis optamus adipisci, ea largiter deferamus. Plin. 3. ep. 61.

Ne lassescat fortuna, metus est; quo semel recepto, solida felicitas non est. Plin. 7. cap. 40.

Vbi oblectatio fruendi constituitur, ibi cura cordis obstringitur. Leo ieiun. VII. mens. 7.

οὐκ ἔστιν ἡ ὁμόνοια ἐν τοῖς νοητοῖς, ἀλλ' ἐν τοῖς πρακτικοῖς. *Aristot. 2. magn. moral.* 12.

† *oblectatio.*

Amicitia esse non potest, si nulla sit communicatio. Thom.

Amicitia vsu credita & expensa documentis, à periculo suspicionis aliena est. Symm. 1. ep. 92.

εἰς ὄμμαθ' ἕνεκα φωτὸς εἰσβλέψαι γλυκύ. *Eurip. Ion.*

Ad connectendas amicitias vel tenacissimum vinculum, morum similitudo, Plin. 4. ep. 15.

Amicorum nihil ita proprium, quam simul viuere. Arist. 8. eth. 6.

Cum non rescriberes, ipse te à colloquii mei consortio, separasti. Leo. ep. 61.

Καλὸν θέαμα δ' ἐστὶν εὖ πράττων φίλων. *Prouerb.*

Maximè necessarium familiaritates habere amantium nos amicorum. Cic. offi. 2.

Nulla assiduitas animum potest amantis explere. Symm. 7. 79.

Amici sunt, qui absentes æque ac præsentes amant. Arist. Rhetor. 2.

παρόντος μὲν ἀγάπης οὐδὲν βλάβος οὐδ' ἐν μετὰ τὸν τόπον διαστήματος, ἀπόντος δ' οὐδὲν ὄφελος οὐδ' ἐν τῷ πόπῳ ἐγγύτητος. *Chrysost. in obseruant. nouilun.*

Beneuolentiam stabilitate & constantia iudicemus. Gic. offic. 1.

Vt gladius vsu splendescit, situ rubiginat; ita vox in vagina silentii condita diutino torpore hebetatur. Apul. 3. Florid. extrem.

Bonitas conditoris habitationem potius hominum, quam caritatem finalibus claudit angustiis. Sidon. 6. epist. 6.

Δεῖ τὰς φιλοῦντας πίστιν, ἐ λόγους ἔχειν. *Prouerb.*

Amicitia communis plus accepit iniuriæ ex tua suspicione, quam ex meo silentio. Symm. 3. 4.

ὦτων πιστότεροι οἱ ὀφθαλμοί. *Polyb. lib.* 12.

Veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur. Cic. 2. 61.

Maiorum bona, siquidem nos tales simus, nos celebrant; sin minus, contumeliæ nobis loco sunt. Theophyl. 2. Timoth. 1.

Minus est dedecoris nunquam ad prædonium laudis accessisse, quàm de fastigio laudis suisse. Cypr. 2. 7.

Qui peccare se nescit, corrigi non vult. Sen. epist. 28.

Aliud aliis annis magis conuenit. Fab. 5. cap. 9.

Τὰ παρὰ φίλων λεγόμενα κρεῖττον ὕβρεως ἦ, φορητὰ. *Nazian. Stob.* 716.

Φίλα τρόπως γίνωσκε, μισήσεις ἢ μή. *Prouerb.*

Cuius omnis in pecunia spes, eius à sapientia est animus remotus. Cic. Heren. 4.

Magni animi est magna contemnere, at mediocria malle, quàm nimia. Sen. epist. 39.

Blanditiis veritas temperetur. Fab. declam. 14.

Quædam qua licent, tempore & loco mutato non licent. Sen. 9. controu. 2.

Εἴγι τέρπον κῆ ἀφροσύνα πε, τῷ ἀπὸ προφάξεως κοινωνικῶς μεταβαίνειν ἐπὶ πρᾶξιν καινωνικὴν σὺν μνήμῃ θεοῦ. *Aure. Imp. lib.* 6.

Omnes immemorem beneficij oderunt. Cic. offic. 2.

Nihil est periculosius acceptis beneficiis, si in omnem nos obligant. Fab. decl. 333.

Αὐτάρκεστον χωλὸν ἡ ἀνυπαρξία. *Epict. Stob.*

Φεύγειν δεῖ κακῶν φιλίαν, κῆ ἀγαθῶν ἔχθραν. *Isocrat. Stob.* 721.

Τὸν ὁμιλητικὸν τρόπον ἅπαντες ἡδέως ἀποφέρονται. *Idem. Stob.* 14.

Ἀνόητον, ὃς φίλα μὲν σαίνησιν ἐναντία δὲ, ἀλλὰ ἦ θυμῷ προφύρει, κῆ κρύβδα τὰ παρόντα χαλέπλει. *Coint.* 2. 82.

Μᾶλλον ἐυλαβοῦ ψόγον, ἢ κίνδυνον. *Idem. Stob.* 18.

La mala Isaga sana, la mala fama mata. Adag.

Certa amittimus, dum incerta petimus. Plau. Pseud. Di immortales.

E meglio penna in mano, che vecello in aria. Adag.

Δεῖ μήτ' ἄφιλον εἶναι, μητ' ἂν πολύφιλον. *Arist. Ethic.* 9. 10.

Vn nemico è troporo, è cento amici ne bastano. Adag.

Muchos amigos en general, y vno en especial. Adag.

Facilius aliis, quæ recta sunt, consulere, quàm ipsi ea agere possumus. Dio. lib. 46.

Μηκέθ' ὅλως περὶ τοῦ οἷόν τινα εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα διαλέγεσθαι, ἀλλὰ εἶναι ποιεῖν. *Aurel. Imp. lib.* 10.

Ἐπιμελῶς ἐστὶ πάντες, ἐπανορθοῦν ἢ ὑφ' ἑαυτοῦ. *Demosth.*

CAPVT XXVIII.

M. AVRELIVS institutum prosequens, quædam laudabilia viris generosis præstanda, & vituperabilia iisdem fugienda commemorat.

OLIM cùm ego iuuenis essem, tu senex; ego te pecuniis, tu me consiliis bonis iuuabas. Hæc verò ætas alios mores postulat. Cùm enim cani senem te esse pronuncient; facta verò vt iuuenem accusent; stilum vertamus necesse est, vt ego scilicet bonis te iuuem consiliis, etiamsi de tuis mihi nihil des pecuniis: adeò quippe mihi videris auaritiæ deditus, vt ne vno quidem denario consilia consiliariosque Romanorum omnes sis emturus. Veruntamen pro summa mea in te beneuolentia, proque amicitiæ nostræ iure, consilio te nunc vtili instruam, ex quo intelligas, quid viro bono faciendum sit, vt à diis diligatur, ab hominibus ametur & obseruetur. Itaque si vitam inter homines quietam agere Cincinnate cupis; quæ ad te scripta mitto, memoria semper teneto:

Primum, BENEFICIORVM acceptorum memor esto, & iniuriarum tibi illatarum vt obliuiscaris, studeto.

Deinde, EXIGVVM id, quod tuum est, magni; & multum illud, quod aliorum est, parui æstimato.

Præterea, BONIS te semper adiungito, & improborum commercia fugito.

Adhæc, ERGA maiores grauem, erga minores affabilem te præbeto.

Porrò, PRÆSENTIBVS semper benefacere studeto; & de absentibus bene semper loquitor.

Tum FORTVNARVM iacturas vel maximas paruis existimationis verò vel minimas magni semper æstimato.

Item, NEQVE vnius rei consequendæ gratia multas, neque multarum incertarum caussa vnam certam in aleam mittito.

Postremò te rogo moneoque, vt NON plus quàm vnum amicum habeas, & ne quem inimicum capias, caueas. Hæc præstanda sunt ei, qui bonos numerari cupit.

Non dubito, quin vbi hæc præcepta (tam præclare scripta) videris, singularem inde voluptatem sis percepturus; sed longè maiorem ego caperem, si eadem abs te promptè præstita viderem. PRÆCLARA enim † præcepta dare & præscribere facillimum; eadem verò opere præstare, difficilimum est. 561

Equidem & pro amicitiæ coniunctionisque necessitudine, & pro ea, quam in te animaduerti, habilitate, honestissimis

semper

semper muneribus vt præficereris, curaui. Nam me intercedente & ædilis, & tribunus & quæstor ærarius, & magister equitum creatus es; quæ munera tam prudenter gessisti, vt & gratias mihi senatus egerit, quòd ea me autore adeptus esses, & memoriam inde sempiternam tibi comparaueris. Iam verò quippiam de te cognoui, quod vtinam neque ego vnquam resciuissem, neque ipse fecisses! quòd scilicet † præfecti rerum capitalium munere deserto, mercaturæ terræ marique tractandæ te tradidisti; & qui eques nuper Romanus spectabaris, iam mercator Capuanus conspiceris.

Huc vsque cùm scribendo peruenissem; aliquantisper suspensum tenui calamum, dum scilicet cogito, vtrum prius in te vituperarem officij tam honesti desertionem, an eam, ad quam te abiecisti, humilitatem ac vilitatem. Si tui oblitus eras; at maiorum meminisse debueras, qui vt liberos ac nepotes insignibus equestribus claros relinquerent, vitam inter labores profuderunt; cùm tua iam dignitatem, quam illi sanguine † in campis effuso pepererunt, pecuniarum cupiditate perdas.

Maiores tui, neque enim falli me puto, vel scio potius; illi ergo si in vitam reuerterentur, qua fuerunt circa honores ambitione, † non diuturna te lucis vsura frui sinerent. FILIOS enim, qui honore parentes priuant, optimo iure vita priuare illi possent. (ARCES, opida) villæ, domus, montes, aquæ ductus, nemora, greges, serui, gemmæ, pecuniæ, à maioribus relicta, temporis tandem loginquitate pereunt: nec quicquam est eorum, quod perpetuò teneamus, præter celebrem, quam nobis reliquerunt, vitæ famam. Quod cum ita sit; FILIO, in quo maiorum fama extinguitur, vitæ vsuram diuturniorem concedi, consanguineis probrosum est.

Cùm Cicero ille sapiens maximè floreat, totamque suis consiliis rempub. gubernaret, eiusque sapientia & potentia nonnullos vreret, & forte quidam † generis humilitatem ei exprobrasset: Dis, inquit, gratias ago singulares, quòd generis tui nobilitas in te finitur; ego verò ita viuo, vt sim posteris meis nobilitatis initium (& virtutis exemplum.) Non sine commiseratione ac dolore maximo cognoscimus, tot viris optimis & nobilissimis in familia aliqua extinctis, tam perditos vicioso sque succedere filios; vt æquè præsentium memoria per infamiam, quàm maiorum per famam propagetur.

562 *Mirari satis nequeo, Cincinnate, cur hostes, equitis Romani more, desieris oppugnare, & mercator, tanquam è plebe aliquis factus sis! Vis tu relictis extraneis, male domesticis facere?*

† *Sares. 6. 29. ex Cicerone.*

Marci) potentiam nemo sensit; nisi aut leuatione periculi, aut accessione dignitatis. Vell. lib. 2.

Nihil in (M. Aurelio) mutauit fortunæ amplitudo, nisi vt prodesse tantundem posset & vellet. Plin. præfat. histor. nat.

Pars optima, quæ sapientia prudentiaq; præcellit, imperitæ multitudini. Apul. de Philosoph.

Non est maius meritum, quam meritum inuenisse regnantium. Cassiod. 1. 43.

† *Prætoris militaris.*

Δέον ἐυμεθοκινήτους μὴ εἶναι πρὸς τὸ χεῖρον ἀπὸ τοῦ κρείττονος, ἀκινήτους ᾖ πρὸς τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος. *Nazianz. Stob. 959.*

πρεσβευτέον μέτριον βίον μετὰ δικαιοσύνης μᾶλλον, ἢ πλούτον μέγαν μετὰ ἀδικίας. *Isocr. de pace.*

ἡ φύσις ἔδωκεν ὡς ἀνθρώποις ἀφαρμακον, πρὸς τὰ ἀγνώμονα, τὴν παιδοποιΐαν. *Aurel. Imp. 9.*

Nemo sponte capessit noua, nisi quem pœnituit priorum. Apul. de Deo Socrat.

In cuiuscunq; animo virtus inest, ei plurimum tribuendum. Vell. lib. 2.

† *præliis.*

Aliena quisq; vitia reprehendi mauult, quam sua. Fab. 2. cap. 61.

Egregii & honesti filii parentibus curam, nequam & improbi dolorem afferunt. *Nazianz. de homin. Vilit.*

Filius malus potius in tormento animi, quam in voluptatibus reponendus. Val. Max. 5. 9.

† *cum neruis & ossibus te buccellatim voraront.*

Quanto maiorum vita præclarior, tanto posterorum socordia flagitiosior. Sal. Iugurth.

Mens & gloria non queunt humari. Sidon. 4. ep. 11.

Dionysius dedecore filii mortuus pœnas rependit, quas viuus effugerat. Val. Max. 1. 3.

Quien la fama ha perdida, muerto anda en lauida. Adag.

Improbum te vocari pudeat, non ignobilem, M. Naz. tetrastich.

† *Salustius, inuectiua G.*

Plut. in apoph. & in Cicer.

Qui genus iactat suum, aliena laudat. Sen. Hercul. fur.

Quidam ignobiles nati facere posteris genus. Sen. 1. controu. 6.

Facilius crescit dignitas, quam incipit. Idem. ep. 101.

Quod optimum, & nobilissimum. Vell. lib. 2.

πολλοὶ γὰρ ὄντες εὐγενεῖς εἰσὶ κακοί. *Eurip. Stob. 734.*

Κακὸς δ' ἀκόλουθος ἀγχοῦ, μὴ δυσγενὴς γένος· γὰρ εἰσὶν οἱ πάλαι σεσηπότες. *Naz. tet.*

Iniustitiæ autor & dominator totius seculi NVMMVS, Tert. aduers. Marcion. 4.

Non est iustum augeri patrimonia locupletum per damna miserorum. Lactant.

Res familiaris quæri debet iis rebus à quibus abest turpitudo. Cic. offic. 2.

Nullius rei turpis merces decora est. Tert. de habit. mulieb.

Arist. 1. *pol.* 11. *Franc. Patric. de rep.* 1. 8.

Nemo iucunde potest viuere, nisi simul & honeste viuat. Sen. Vit. beat. 10.

Mercatura magna & copiosa non est adadmodum vituperanda. Cic. offic. 2.

οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν. *Menand. Gnom. Græc.*

Κακοῖς τὸ κέρδος τῆς δίκης ὑπέρτερον. *Eurip. Gnom. Græc.*

Quo quis versutior, hoc suspectior. Cic. offic. 2.

ὑπ' ἐλπίδων ἄνδρας τὸ κέρδος πολλάκις διώλεσεν. *Sopho. Antigon.*

Dei sententia omni culpa caret. Tertul. aduers. Marcion. 2.

Paucis diebus vitæ nostræ cursum raptimque transimus, actuum quisque suorum sarcinas baiulantes. Aug. 4. ciuit. 5.

Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἴσ' ἄτησιν *Hesiod.*

Male partum male disperit. Plaut. Pœnul. Satis spectatum.

Iustus iudex & verax Deus neminem fraudat mercede meritorum. Leo. Serm. 4. de collect.

τὰ πονηρὰ κέρδη τὰς μὲν ἡδονὰς ἔχει μικρὰς, τὰς δὲ λύπας μακρὰς. *Diphil. Stob.* 227.

Ad magnam iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato. Chrysost. Vinc. in 8. Dominici.

Qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, extremi ingenii est. Liu. 22.

Ῥᾶβδος δικαίου πλεῖον, ἢ τιμὴ κακοῦ. *Nazi. monostich.*

Vsus pecuniæ bonus, abusio mala, solicitudo peior, quæstus turpior. Bernh.

Nimis arcta lege constringor, si me ipsum & amicos castigare & emendare non licet. Saresb. lib. 8. extrem.

Castigare amantis est, non execrantis; & ideò bonitatis est, non crudelitatis. Ambro. Psal. 118.

Amicorum est libere monere, & patienter accipere. Cic Læl.

Medici salutis caussa tristia adhibent remedia. Liu. lib. 42.

Κήδεσθαι πάντων ἀνθρώπων κατὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν ἐστὶν. *Aurel. Imp. lib.* 3.

facere? Vis ei, qui vitam nobis dat, vitam adimere; & qui vita nos orbat, eum morte liberare? Vis turbulentis quietem dare; & quietos tranquillitate priuare? Vis dare iis, qui nostra auferunt; & auferre iis; qui de suo nobis dant? Vis liberare condemnatos; & condemnare innoxios? Vis tuæ tyrannus esse reipublicæ; non defensor patriæ? His enim omnibus se obstringit, qui depositis armis mercaturæ se tradit. Diligenter mecum perpendi, quid te impulerit, vt ordinem equestrem, cui gloriam omnem debebas, desereres, & vitæ genus tibi infame susciperes: Tibi inquam infame, viro scilicet militari, cum id vitæ genus iis, qui in eo nati sunt, honorificum sit in ciuitate.

Sic habeto Cincinnate, non damnari à mè commercia & negotiatores, non vituperari ementium vendentiumque contractus: VT enim sine equitibus bene geri bellum nequit; ita sine mercatoribus non potest stare ciuitas. Verum non aliam inuenio desertæ militiæ, & institutæ mercaturæ caussam, quàm vt ociosè sedens in foro rapias, quia per senium latrocinari in saltibus nequis. Emito ergo vili Cincinnate miserrime, & pluris vendito; multa promittito, & pauca præstato; mensura in accipiendo dandoque diuersa vtitor; ne quis te decipiat, vigil, imò peruigil esto; quod in huiusmodi rebus solenne est iis, qui mercaturam exercent: Ego verò iuratus affirmo, IVSTIOREM fore mensuram, qua vitam tuam dij metientur, quàm tabernæ tuæ vlnam.

Id muneris suscepisti, quo solus, quicquid sodales tui multis diebus furati sunt, vna hora (per fraudem) auferas; At tempus erit, quo per fas nefasque parta non hora, quod longũ foret, sed momento, quod breuius est, vno perdas. Quantumuis multum & valeamus, & habeamus, & possimus, & viuamus; tamen A IVSTICIA diuina & malè factorum pœna, & rectè factorum remuneratio expectanda est. Itaque SÆPE deorum permissu vnus multorum carnifex est, & tempus tandem diuturnum punit vniuersos.

CAPVT XXIX.

M. AVRELIVS epistolam concludens Cincinnato, amico suadet, vt parui res caducas æstimet; docens virum, quantumuis sapientem, consilio semper indigere alieno.

SI eum à prudentia tua putarem mundo, eiusq; leuitatibus finem statui, quem tibi tuisq; diebus, quod cani isti clamitant, mundus statuit; liberari & ego persuadendi tui labore, & ipse audiendi mei molestia potuisses. Verùm 563

CVM

CVM tanta sit in foribus negligentia; admonitionis alicuius marculo pulsari eas necesse est. Licèt nitida sit nouacula; in nitorem tamen eam subinde opus est redigi: QVANTVMVIS perspicaci aliquis sit ingenio, consilio subinde indiget. SÆPE errant prudentes, non quidem ex destinato; sed quia tam cruda sunt negotia, vt sua prudentia concoquere illa nequeant: Vnde ipsorum voluntatem veluti obtusam exacui, intellectum extricari, arbitrium proprium expediri, memoriam exuscitari, & ante omnia suffragij arbitrijque alieni quasi coticulam subinde adhiberi necesse est.

Qui excelsa, magnifica, spacioſa ac speciosa extruere volunt ædificia; in ponendis fundamentis summam adhibent vigilantiam: VBI enim minus solida sunt fundamenta, periculosæ sunt fabricæ. Turres mundi, status scilicet prosperi, in quibus filij vanitatis nos iactamus, arenæ superstructæ sunt instabili, vt quantumuis firmæ validæque sint, ab aurula minima moueantur, prosperitatis æstiu debiscant, & aduersitatum imbri labefactentur, & cùm minimè putamus, à morte funditus solo æquentur.

Cùm ergò videant homines perpetuitatem sibi denegatam; eam sibi parare conantur, ædificia molientes superba, & status filiis relinquentes ampliſſimos; qua in re non minus, quàm in cæteris, stulti sunt. Quamuis enim palæ aureæ, rutra argentea, structores Reges, tignarij fabri nobiles sint; & præterea in fodiendâ vsque ad intima viscera terrâ mille anni consumantur, dum ad abyssum infimam descendatur: certo tamen certus, nusquam inuenturos rupem solidam petramque viuam, in qua tutò domum extruant & sui memoriam immortalem reddant.

OMNIA dij immortales cum hominibus mortalibus communicarunt, præter immortalitatem, ideoque ipsi immortales dicuntur, quia nunquam moriuntur; nos verò mortales, quia nullo non die morimur. Cùm igitur homines finem habeant; opes finem non habituras Cincinnate reris? Siue viride, siue maturum, siue putre, siue decerptum, siue excussum; necesse tandem est VITÆ huius pomum à carnis
miseræ arbore auelli: quod neutiquam parui æstimabis. Etsi
564 *enim mori naturale est; tamen SÆPE nos in foliis aut floribus iuuentæ, morbi pruina, aut calamitatis grando ausert; vt cùm viuos nos cubitu surrecturos remur, † in æternam claudamus lumina noctem. Laboriosa, sumtuosa, inextricabilis & prolixa textu tela est; sed vt multis diebus detexitur, ita puncto temporis abrumpitur. TRISTISSIMVM visu est, tanto cum labore hominem † educari, tanto sumptu statum assequi honestum; & cùm minimè putamus, ita perire, vt nulla vtriusque relinquatur memoria.*

Castigatio non nocet, sed medetur specie nocendi. Sen. ira. 1. 5.

πολλὰ γὰρ παρόδοξα αἱ καλαὶ ἀνθρώπων τύχαι καινουργοῦσιν. Heliodor. lib. 6.

Securius, consilium accipere, quam dare. Thom.

Etiam in secundissimis rebus maximè est vtendum consilio amicorum. Cic. offic. 2.

De' secondi consigli son piene le case; de primi ve n' à carestia. Adag.

Reuocandis ad bonam frugem vel amico ingenuo, vel acri opus est inimico. Antisth. Rhodig. 7. 11.

δικίας ἐδὲν ὄφελος αὖ εἶη, εἰ ζῷ αὖῶν πάνυ καλὰ ἔχει, μὴ ὑποκειμένων, οἷον δεῖ ἡμελίων Xenophon. de re equestri.

Vt echinum. sic diuitias capere facilius, quam retinere. Ælian. 4.

ἄλυπος Διοτελῆς, ὅτε τὰ παρόντος τεταύρωμος, ὅτε ἐπὶν φοβούμενος. Aurel. Imp. 4.

Magna tutela stant ac vigent omnia, citò ac repente dissiliunt. Sen. nat. quæst. 3. 27.

οὐδεὶς ἔπαινον ἡδονῆς ὑπέστατο, ἀλλ' οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐανδρίαν. Carcini. Comici. Camer. Strac. 170.

Nemo nostrum mortalem se cogitat, nemo imbecillum. Sen. ep. 114.

Nullus bidens demergit aurum in terram, nullus clauus argentum intimat tabulis. Tertul. de habit. mulieb.

Maximis erroribus res humanæ intricantur, vt & ea, quæ in expectatione sunt, inexpectato exitu terminentur, & desperatæ res feliciter subleuentur. Nic. Greg. 6. 5.

Omnia mortali mutamur lege creata. Manil. lib. 1.

Minuatur necesse est, quicquid fine iam proximo in occidua & in extrema deuergit. Cypr. tract 1.

Quid attinet diuino numini inuidiam fieri, quod immortalitatem suam nobiscum partiri noluerit? Val. Max. 2. 1.

Quicquid ad summum venit, incremento non relinquit locum. Sen. Suasor. 1.

Mors tam iuueni ante oculos, debet esse, quam seni. Non enim citamur ex censu. Sen. ep. 12.

τὸν ἔσχατὸν ἐνεστηκυῖαν ἡμέραν καλῶς βιῶναι, μὴ παρθέμενον ὡστὲ ὡς ἐχάτῳ βιῶσαι. Muson.

† *Virg. Æn.* 10.

Effice mortem tibi cogitatione multa familiarem, vt si ita tulerit, possis illi vel obuiam exire. Sen. nat. quæst. 6. extrem.

† *diescere. G.*

Hæc sententia mundo data est, vt omnia orta occidant & aucta senescant. Cypr. tractat. 1.

ὁ βίος πόλεμος, καὶ ἐπιδημία ἡ ἐντεῦθεν ἀποδημία. Anton. Aurel. Imp. lib. 2.

Omnium istorum, quos incedere altos vides, bracteata felicitas est. Sen epist. 115.

Periculum huius mundi probat transeuntium raritas, & pereuntium pluralitas. Bernhard.

Inspice, sub tenui membrana dignitatis, quantum mali lateat? Sen. epist. 115.

Vna cum satietate memoria quoq; moritur voluptatis. Cic. offic. 2.

Vix tota vita sufficit, vt hoc vnum discas, vitam contemnere. Sen. epist. 111.

Φρονίμως μὲν ἐστιν ἀνθυποστεῖναι τοῖς ἡδονεῦσι, ἄφρονος δὲ ὑπαλύειν. Epict. Stob. 291.

Etiam in amplissima quaque lætitia subest quædam vel parua querimonia, coniugatione quadam mellis & fellis. Apul. Flor. 4.

Qui contra ordinationem Dei nititur ob temeritatis audaciam diuina animaduersione punitur. Cypr. tractat. 3.

Angustus animus est, quem terrena delectant. Sen. Helu. 9.

Properans ad peccatum, propetat ad supplicium. Philo. Vit. Mos. 1.

Secundæ notæ testes, vidisse quidem se negant, sed audisse. Sen. 4. nat. quæst. 3.

Magna seruitus est magna fortuna. Idem Polyb. 26.

Cito nos omnis voluptas relinquit, quæ fluit & transit, & penè antequam veniat, aufertur. Ibid. cap. 29.

Non est, quod blandiatur celsitudo; solicitudo maior. Bernh.

Quis vnquam vlcerosus spinas congessit, vt voluptatis in eis quiescat molliter? Saresb. 5. vlt.

† *centum aureos. G.*

Τίς πλοῦτος; πεζὸν μὲν γὰρ οὐδὲν ἐπίκηρον. Themist. c. 4.

Aurum non minore periculo quærendum, quam possidendum. Sen. 5. natur. quæst. 15.

Diuitiarum frons hilaris, multis intus amaritudinibus referta est. Val. Max. 4. 4.

Res est inquieta felicitas. Sen. epist. 36.

Vsus pecuniæ bonus, abusio mala; solicitudo peior, quæstus turpior. Bernh.

Χρήσονται δ' ἄλλοι σοῖς ἀγαθοῖς αὖθις. Lucil. Epigr. lib. 2.

Misera est magni custodia census. Iuuen. 14.

Non vacat deplorate publicas clades intuenti domestica mala. Se. de morte Claud.

Pereunt nobis, quæ congregantur hæredibus. Ambr. Luc 12.

Iniqua lucra sunt damnosissima. Philo de creat. Princip.

Miser chi speme in chosa mortal ponè, e s' ei si troua à la fine ingannato, è ben ragione. Petrar. 190.

Per mutuum inter nos amorem, Cincinnate, te rogo, per deos te immortales obtestor, ne mundo credas, cuius est PROPRIVM *sub auro tenuissimo multam abscondere æruginem; sub veritatis colore mille nos onerare mendaciis; breui voluptati myriadem miscere dolorum; quibus maximam ostentat beneuolentiam, eos citiùs decipere; quantò plus bonorum suorum dat, tantò maiora inferre damna; ioco sibi seruientibus mercedem seriò reddere, & à quibus seriò amatur, iis bona ludicra dare; deniq; ex somno securissimo cum maximo nos expergefacere periculo. Tu quidem mundum, eiusq; fraudes vel nosti, vel ignoras. Si non nosti, cur ei seruis? si nosti, cur eum sequeris? An non dementem, quæso, iudicares furem, qui restim emeret, qua strangularetur; aut homicidam, qui gladium fabricaret, quo decollaretur; aut prædonem, qui puteum monstraret, quo mergeretur; aut proditorem, qui in forum prodiret, vbi in quatuor partes laniaretur; aut seditionis autorem, qui suo sese indicio proderet; vt lapidaretur? Sed longè medius fidius tu stultior es, si cùm mundum nôris, mundo seruis, mundum sectaris.*

Dicam tibi quiddam, tam eximium & singulare, vt illius obliuiscì nunquam debeas; MAIORE *scilicet fide nobis opus esse, vt non credamus, quas oculis videmus, vanitates vanissimas; quàm vt miracula credamus stupenda, quæ auribus audimus. Ne transmittas incuriosè; sed (relegas ac) rumines, quæso, quod dixi; quippe quod profunditate non caret. An tu censes Cincinnate,* DIVITES *& illustri loco positos viros, quia multum habent pecuniæ, paucas habere curas? Tu verò mihi credas velim amice,* EAM *esse bonorum huius mundi rationem, vt priusquam † dena infelix aliquis millia* HS. *arca claudat; animum illius centena curarum & molestiarum millia diuexent.*

Viderunt illi prisci, videmus id hodierni, videbunt idem posteri, PECVNIAS, *quas acquirimus, (numero) finitas; curas lites q;, quas secum trahunt, infinitas esse. Paucas Romæ familas imaginibus insignes & dignitate illustres videmus, quæ breui temporis spacio non expertæ sint graues in animis curas; acerrimas cum vicinis inimicitias, magnam hæredum inuidiam, immoderatas amicorũ flagitationes, periculosam inimicorum maliciam; inprimis verò litigiosa in Senatu certamina: Qui quidem interdum* VT VNICAM *fortunarum lacunam solidarent, quatuor existimationi imposuerunt. Quot ego ciuibus euenire vidi, vt quod filio vnicè caro relicturi cumularant, illo hæres alius, quem minimè putabant, magna cum securitate frueretur!* NIHIL *enim iustius, quàm vt qui in vita fraude alios circumuenerunt, cogitationum suarum vanitate se circumuentos agnoscant in morte.* 565

Admo-

Admodum iniusti forent dii iusti, si malis tempus locumq́ darent, quicquid mali facere in animum inducunt, perpetrandi. Sed adeò DII prouidi sapientesq́ sunt, vt conniuere, & improborum cœptis aliquantisper fauere & aspirare videantur; eadem verò cùm maximè ex destinato fluunt, tanto maiore cum dolore interrumpant. IMMITES dii forent, & indigna vterentur tolerantia; si quæ mali cum detrimento plurimorum cumularunt bonorum, eorum vsuram illis & tranquillam & diuturnam concederent. MAXIMÆ mihi stulticiæ videtur esse, cùm plorantes nos nasci sciamus, & cum gemitu moriendum nobis esse videamus; quòd tamen ridentes sustinemus viuere. Vellem scire ex mundo, eiusq́ amatoribus, cùm in mundum cum fletu ingrediamur, & ex eo cum gemitu emigremus, cur ridentes velint viuere? Cùm REGVLA, qua metimur, omnia ex parte recta esse debeat.

Quis te fascinauit, Cincinnate, vt ob vnicum te aquæ cantharum, quo ex pelago mundi indiges, manus quasi decorticare fune curarum, corpusq́ in tantorum laborum pugna frangere, & ante omnia propter vnicam aquæ alienæ situlam, existimationem propriam in aleam mittere iubet? Iurato mihi credas velim, quantumuis multum pecuniæ habeas; æquè te siti enectum iri ex pelago illo bibentem, quàm cùm in † campo aqua carebas.

Considerata iam ætate tua, si me in consilium adhiberes; mortem à diis peteres, vt tanquam senex cordatus conquiesceres; non diuitias, vt stulti iuuenis more nequit er viueres. Multos ego largis prosecutus sum Romæ lacrymis, è mundo videns illos discedere: Te verò Cincinnate, lacrymis & prosecutus sum & prosequor sanguineis, ad mundum te redire conspiciens. Et autoritas in Senatu tua, & maiorum sanguis,
566 *& amicitia mea, & tua dignitas, & cognatorum existimatio, & ciuitatis offensio tantam in te cupiditatem refrenare debuerat. Cogita Cincinnate infelix, CANOS venerandos, qui decidunt, honestis debere occupari exercitiis. Quoniam sanguine clarus, meritis grauis, ætate grandæuus & ciuibus carus eras; considerare debueras, PLVS rationem, quæ semitâ (angustâ) bonos ducit, quàm vulgi opinionem, quæ latissima improborum via est, valere. Quamuis enim altera ingressu angusta sit; non tamen ad excœcandos oculos, perinde vt altera, puluerulenta est.*

Consilium tibi dabo, quod si malè cesserit, non me amicum porrò habeto. Quæris, quod sit? CAVE caducarum diuitiarum quasi seuo viscoso te porrò oneres, cùm tam tenue habeas vitæ ellychnion. Nam qui pari tecum ætate sunt, diffluere potiùs videmus, quàm illustrare. Huic consilio monitum

Tarditatem supplicii DEVS grauitate compensat. Val. Max. 1 2.

DEI in occulto patientia est. Hieron.

Pœna tanto amarior, quanto serior. Iustin. lib. 32.

Lenta ira deorum est. Iuuenal. 13.

Nescis miser, quia dum times, ne res familiaris fortè deficiat, vita ipsa & salus deficit. Cyprian. sermon. 1. cap. 1.

Ipso natali die ad vagitum & ploratum homo abiicitur. Plin. 7. cap. 1.

Vix quinto nobis mense ridere permittitur, dum lacrymæ in ipsa vitæ ianua profluant. Fulgent. Mythol. 3.

Εἰ ἦν ἡδὺ τὸ ἀποθνήσκειν, πολλάκις ἂν δι' ἀκρασίαν ἀπέθνησκον οἱ ἀκόλαστοι. *Ari. 3. Eudem. 1.*

Oportet primum regulam rectam & firmam esse. Plut. ad Princip. inerud.

Auaritia tali sorte punita est, vt cum multa rapiat, semper egeat. Cassiod 4 39.

Quæ non possumus consequi, non concupiscamus. Sen. tranq. ani. 11.

Ita se Tantalo vnda fallax præbet, vt sitiat; ita se poma ingerunt, vt esuriat. Fulgent. mytholog. 2.

† *castris.*

Opes inexpletam restinguere auaritiam nequeunt. Boet. 3. consol. 12.

Prosunt in bono, qui obsunt in malo. Bonauent.

Diuites pauperibus miseriores sunt, eò quod à sapientia longius abeunt. Saresb. 5. vlt.

Auaritiæ furentis insatiabilem semper ardorem, mortis metus extinguat. Cypr. Sermo. 4

Potest ipsa paupertas in diuitias se, aduocata frugalitate, conuertere. Sen. tranquil. anim. 9.

Non remaneamus terreni, quibus terra non remanet. Sidon. 9. 3.

Magis intempestiuum luxuriare senem quam rempub. gubernare. Plut. an seniger. resp.

Λύχνος βίου σοι παντὸς ἡγείσθω λόγος. *Nazi. monostich.*

Neq́ decipitur ratio, neque decipit vnquam. Manil. lib. 2.

Virtutis via non capit magna onera portantes. Lact. 7. 1.

Tristissima quæque via & celeberrima maximè decipit. Sen. Vit. beat. 1.

Qui consiliis fortioribus adarguit simul atque instruit fratrem, præmonet ad salutem. Cypr. Serm. 4.

Magno viatico breue vitæ iter non instruitur, sed oneratur. Minut.

monitum adiungo, vt NVNQVAM præsenti fidas prosperitati; quippe quæ fortunæ semper infelicis augurium est. Cùm vt stultus callem conscenderis tam abruptum, pedetentim suadeo descendas, vt cordatus; ita ab omnibus descendisse potius, quàm cecidisse diceris. Finem facio iam scribendi; summa verò hæc est, quam diligenter obseruabis; Execratione dignum esse & te & vitæ genus, quod amplexi mercatores egeni viuitis, vt locupletes moriamini. Execratione vos dignissimos esse, denuò repeto, & repetam; quoniam IMPROBI vnius cupiditas cùm detrimento multorum explenda est bonorum.

Salutat te Faustina mea, non paruo dolore affecta, vbi te mercaturæ deditum, tabernam Capuæ aperuisse cognouit. Equum tibi mitto, quo veharis; & calamũ Tripolitanum magni precij, quo pro scipione vtaris; præterea annulum preciosum & gladij capulum Alexandrinum; quæ tibi mitto, non quòd iis indigeas; sed ne laudatum, quo vtor, donandi morem negligam. Pamphilia amita tua, mea vicina mortua est, de qua hoc habeo affirmare, multis iam annis non obiisse fœminam, quæ talem de se famam relinqueret, quòd scilicet inimicos reconciliauit, egentibus succurrit, exules visitauit, inimicis † caruit, omnes amicos habuit, sola denique, vt perhibent, templa omnia illustrauit. Priscilla sobrina tua rectè valet, quamuis propter obitum matris magno in luctu versatur, nec sanè immeritò. Nam si solos dolores, quos in partu matres sustinent, lacrymis prosequeremur sanguineis, precium persoluere illis dignum non possemus. Dij te custodiant, & à te, à me Faustinaque mea fortunam auertant sinistram. Marcus Cœlimontanus m. p. s. 567

CAPVT XXX.

Suadet autor Principibus & summatibus, vt sordes fugiant, liberalitatem & munificentiam persona regia dignissimam esse ostendens.

PIsistratus famosus Atheniensium tyrannus ab amicis tantam immanitatem, quantam exercebat, perferre non valentibus, desertus fuit, domum sese quolibet conferente: quo animaduerso, tyrannus & vestes & pecunias omnes in fascem coniectas, humeris suis ad amicos portauit, multisque ante eos profusis lacrymis ita locutus est: En vestes & pecunias affero; vt si ad meam redeatis societatem, domum cuncti meam repetamus: sin autem meam sequi societatem non libet; in vestra mihi decretum est manere. Si enim meæ vos

Omnium extrinsecus affluentium, lubrica & incerta possessio est. Sen. in sapi. non cad. iniur. 5.

Plerunq; altis & excelsis adiacent prærupta. Plin. 2. 26.

De gran subida, gran cayda. Adag.

Per procliue currentium, non vbi visum est, gradus sistitur; Sed incitatio corporis pondere se rapit, & longius quam voluit, effertur. Sen. ep. 40.

Eo ne procedas, vnde receptum ad pœnitendum non habeas. Liu. lib. 41.

Nefas bene meriti munus, innocentis esse dispendium. Cassiod. 2. epist. 17.

Natura non vol, nesi conuene, Per far rico no por gli altri in pouertate. Petrar. Sonett. 292.

Amicitia factis non verbis, probanda. Dio. lib. 68.

Iusta caussa lætitiæ est, lætum amicum videre, iustior fecisse. Sen. 2. benef. 22.

Dona regalia, quamuis parua, sublimant. Cass. 9. 13.

τὰ παρὰ τῶν φιλουμένων κἂν μικρὰ τυγχάνει, μεγάλα τῷ ποθοῦντι φαίνεται. *Chrysost. Stob.* 718.

Ἀδαπάνητός ἐστι τῆς ἐποιίας ὁ πλοῦτος, ἐν τῷ διδόναι γὰρ λαμβάνεται καὶ ἐν τῷ σκορπίζειν συνάγεται. *Thespid. St.* 278.

† *benefecit. G.*

Illud amplius nostris vtilitatibus accommodamus, quod misericordi humanitate concedimus. Cassiod. 1. 16.

Omne præclari facti decus crebra memoria in seipso reuirescit. Val. Max. 4. 8.

Nemo referre parentibus dignam gratiam potest. Arist. 8. Ethic. vlt.

Τί δὲ τὸ πλέον, εἰ τὸ φυλαχθὲν ὄλλυπαι, εἴ τε λύκις, εἴθ' ὑπὸ τοῦ φύλακος; *Antipat. Epigram. lib.* 1.

Oportet priuatis vtilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre. Plin. 7. epist. 18.

εὐεργετῶν νόμιζε μιμεῖσθαι θεόν. *Naz. Monostich.*

Pisistratum ciuitatem præclarè rexisse, historici consentiunt. Reiner. tom. 2. *fol.* 489.

Iniquum est, vt de vna substantia, quibus æqua competit successio, alii abundanter affluant, alii paupertatis incommodis ingemiscant. Cassiod. 1. 7.

Homo sine homine nullo modo potest viuere. Lactan. 6. 10.

Non sanctum est, vt de moribus amici cito perperam sentias. Sidon. 1. 11.

ἐπετήδευσαν ἐπιπλεῖστον τύραννοι Ἀθηναῖοι ἀρετὴν καὶ ξύνεσιν. *Thucyd. lib.* 7.

Vicia magis amicorum, quam virtutes dissimulanda. Tacit. Hist. 2.

vos tædet consuetudinis; ego vobis seruiendi cupidissimus sum. Nostis enim, NON appellandos veros amicos, qui alteri alteros non sufferunt.

Plutarchus in apophthegmatis ait Pisistratum supra modum diuitem, & extremè auarum fuisse, vt perpetuis damnatum tenebris, quicquid auri vel argenti semel in manus ipsius venisset, dicatur; quippe si quid emendum esset, ab iis, qui sponte non dedissent, inuitis ipso iubente auferebatur. Cùm autem morti vicinus, vel potius mortuus esset tyrannus; placuit Atheniensibus pondus explorare Pisistrati, & thesauri ipsius, & quod dictu mirabile, sexies tantùm fuit argenti aurique pondus, quàm quantum extincti cadaueris erat.

Cùm autem Lydus philosophus, qui tum Athenis erat, interrogatus fuisset, quid de thesauro simul & cadauere faciendum esset; ita respondit: Si quis viuentium aliquid recognouerit, à tyranno sibi ereptum, id ei mox restituendum censeo. Nec quisquam miretur, me non suadere, vt in ærarium thesaurus inferatur ciuitatis. NON enim tyrannorum spoliis; sed ciuium sudore dij ciuitates collocupletari volunt. Si quæ reliquæ fuerint opes, & quibus ereptæ fuerunt, non comparuerint; inter egenos distribuendas censeo. IVSTISSIMVM enim, vt quibus opibus tyrannus multos depauperauit, iisdem nos multos collocupletemus.

568 *Ad sepulturam quod attinet, cadauer auibus deuorandum & canibus laniandum abijci suadeo. Neque vobis ea sententia crudelis videatur. Neque enim deuincti sumus, vt plus in morte ipsius gratia faciamus, quàm ipse in vita pro se fecisset, qui AVARITIA superatus non sustinuit solum septem pedum emere, vbi sepulcrum ipsi fieret.*

Neque vos ignorare volo, quantis hodie dij Græciam affecerint beneficiis, vitam tyranno eripientes: quorum prius est, quòd multæ in libertatem vindicantur opes; alterum quòd multæ labore liberantur linguæ. Tyranni enim ipsius thesauri magnam faciebant in ciuitate penuriam; nostræ verò linguæ maximam diei partem malè de ipso loquendo occupatæ erant. Hic mihi philosophus duo tetigisse incommoda videtur, quorum auarus in ciuitate autor est; quòd nimirum ILLO magnam argenti aurique vim recondente, negotiationes & commercia, de quibus populo victitat, iacent; deinde quòd omnibus inuisus, plurimum in animis indignationis & odij excitat; atque ita diuitibus murmurandi, pauperibus execrandi caussam præbet.

Tunc est tormentum carere diuitiis, cùm illas iam senseris. Sen. 1. controu. 6.

τοῖς τυράννοις ἔθος καθέστηκε τοῖς τῶν ἄλλων πόνοις καὶ κακοῖς αὐτοῖς ἡδονὰς παρασκευάζειν. *Isocrat. de pace.*

Quanto melius salutem habere sine pecunia, quàm pecuniam sine salute? Ambr. offic. 2. 25.

Ὁ τῶν Φιλαργύρων βίος ἔοικε νεκροῦ δείπνῳ. πάντα γὰρ ἔχων, τὸν εὐφρανθησόμενον οὐκ ἔχει. *Socrat. Stob.* 281.

Optimus pecuniæ modus, qui nec in paupertatem cadit, nec procul à paupertate discedit. Sen. tranquil. ani. 8.

Auarus nisi cum moritur, nil rectè facit. Mim.

L'auaritie vn prechè monstrueux, escole de tout vice. Ronf. 7. 68.

Innocentiæ nostræ professio est, iusta compendia non negligere. Cassiod. 5. 24.

Ius semper hoc fuit, vt quæ tyranni eripuissent, ea tyrannis interfectis ij, quibus erepta essent, recuperarent. Cic. Philipp. 2.

Primus prosperitatis gradus suis non esse damnosum. Cass. 5. 10.

Fiscus bonorum Principum non (ciuium) damnis, sed hostium spoliis augeatur. Sym. relation.

Turpior hostis læticia maiore cadit. Claudian. Eutrop. 1. 501.

οὐδ' ἐπὶ τύμβῳ οἰμωχθεὶς ἐπὶ γῆν εἰσι τύραννος ἀνήρ. *Theog.*

Ne in morte quidem scelerosis aliquid lucri propositum est; qui vel sepultura destituuntur, vel supremum honorem amittunt. Ælian. lib. 4.

Omnia tanquam mortales timetis, omnia tanquam immortales concupiscitis. Sen. breuit. vit. 4.

Omnia occupant (auari) non vt ipsi fruantur; sed ne quis alius, Plin paneg.

Auri carcer auarus, & aurum carcer auari est. Adag.

Ὁ φιλάργυρος οὐδὲν φροννῆ δίκαιον, οὐδὲ βούλεται. φίλοις τ' ἄμικτός ἐστι καὶ πάσῃ πόλει. *Eurip. Stob.* 213.

Quicquid habeo, nec sordidè custodiam, nec prodigè spargam. Sen. vit. beat. 10.

Pecunia si apud vnum, quanta vbique gentium est, congeratur; cæteros sui inopes facit. Boët. 2. cons. 5.

ἡ τυραννὶς οὐκ ἐᾷ τελέως αὔξειν τὰ πράγματα. *Thucyd. Schol. lib.* 1.

Lycurgus auri argentique vsum, velut omnium scelerum materiam sustulit. Iustin. lib. 3.

Sic omnes post diuitias currunt, ac si alibi laborum requies, dolorumque solatium inueniri non posset. Saresb. 5. vlt.

In augenda re non auaritiæ præda, sed instrumentum bonitati quærendum. Cic. pro Rab. Posthum.

Priuatum quemque suis necesse est esse contentum. Saresb. 4. 4.

Magis parentes, qui verè diligunt filios, bene operando eis consulant, quàm diuitias colligendo, dum filiis tenaciter substantia colligitur, opportunitas boni operis omittatur. Fulg. epist. 1. extr.

La mal le plus pernicieux C' est vn Prince sordide & auaricieux. Ronsard. 5 29.

Quid faciunt sordes animorum in splendore natalium? Cass. 4. 39.

Me non mercatorem memini, sed Regem. Curt. lib. 4.

Qui plura tributa conatur imponere subditis, non facit officium boni Principis, sed auari & pugnantis cum naturæ legib. Philo de creat. Princ.

Bonus Princeps sibi pauper, reip. diues est; parcus in re sua familiari, erga alios liberalis. Dio. lib. 56.

Plurimum cæteris profit, qui plurimum potest. Dio. lib. 43.

Erogandæ per honestæ pecuniæ cupiditas Principe digna. Tacit. annal. 1.

Detestanda auaritia illius, qui tam multa concupiscit, cum habeat superuacua tam multa. Plin. pan.

Quemcunque in aliqua laude miramur, cum paupertas ab incunabulis nutricata est. Apul. apol. 1.

Quod non dabis amico esurienti, dabis improbo pulsatori. Sid. 4. 2.

Abunde patet, quid viuus possederit, cui mortuo lectus funebris & rogus defuit. Val. Max. 4. 4.

Non mortalem aliquem, sed propitiæ fortunæ benignum esse diceres sinum. Saresb. 8. 4.

Timetur inopiæ, reponitur senectuti, prospicitur hæredi. Pacat. penegyr.

Cuius est, quicquid est omnium, tantum ipse, quantum omnes habet. Plin paneg.

Frugalitatis studio habendi cupiditas frequenter irrepit. Ambr. Psal. 118.

† *copiis omnibus circumfluat; de fama quid fiat, minimè solicitus.*

Inter leges Longobardorum hæc quoque fuit dignissima cum cognitu, tum imitatu; quòd videlicet sancierunt, vt qui argentum, aurum, pecunias, sericum, vestem Attalicam haberent, coram magistratu quotannis in rationarium ea referrent, idque eo fine, ne pecunias quenquam reponere sinerent; sed vt emtione, venditione & commerciis inter ciues pecuniæ spargerentur; ideoque illi, qui pecunias ad domus suæ emolumentum erogare nolebat, ademtas vsui accommodabant reipublicæ. Si idem hodie Christiani, quod olim Longobardi, facerent; neque tantæ pecuniæ vis defoderetur, neq; tot in singulis ciuitatibus auari forent. NIHIL *enim iniquius, quàm diuitem vnicum in thesauro recondere, de quo mille egeni poterant viuere.*

Etsi autem inficiari nemo potest auaritiam execrabilem, & immoderatam cupiditatem, omnibus ordinibus exitiosam esse, & tinearum instar, quæ optimas quasque vestes corrumpunt: tamen vt verè libereque loquamur, nihil est quod ea magis quasi denigret atque dedecoret, quàm familias illustres & viros nobiles. PERNICIOSIOR *enim est mica arenæ in oculum illapsa, quàm carbunculus in pede natus. Agesilaus Lacedæmoniorum Rex clarissimus, à Thebano quodam interrogatus, quod verbum esset Regi maximè contumeliosum; quòd maximè honorificum!* PRINCIPEM, 569 *inquit, decet nullam rem grauius ferre, quàm si diues dicatur; nulla item magis lætari, quàm si pauper appelletur.* PRINCIPIS *enim boni gloria non in pecuniis, quas in thesauro reponit; sed in magnis, quæ præstat, beneficiis sita est. O sententiam verè regiam, & dignam, quam memoriæ Principes mandent!*

Alexander, Pyrrhus, Nicanor, Ptolomæus, Pompeius, Iulius Cæsar, Scipio, Annibal, M. Porcius, Augustus, Titus, Traianus, Theodosius, M. Aurelius, Principes fuêre magnanimi & præpotentes: Simul tamen autores, qui res ab illis in vita præclarè gestas literis mandarunt, paupertatem, in qua sunt à morte deprehensi, scripserunt: Adeò NON *minori ipsis gloriæ opes expensæ, quàm res fortiter gestæ fuerunt.*

Etsi autem & homines infimi plebeiique, & Principes magnatesque auari sunt; culpa tamen vtrorumque minimè æqualis est; licet vituperabiles vtrique sint. PAVPER *enim si quid comparcit, indigentiæ metu; vir nobilis si quid recondit, abundantiæ cupiditate facit. Itaque execrabilem esse dixerim nobilem illum, qui nititur, vt † à diuitiis humi raptetur, à fama si vix duos, (vt ita loquar) palmos extollatur, susque deque habet.*

Cùm

Cùm Principes & megistanes laudem affectent magnanimitatis & generositatis, cuperem ex ipsis scire, quam habeant tenacitatis caussam! Si quæ asseruant, ideò se comparcere dicunt, vt victus suppetat; nihil est absurdius. Nam CVM vel tenuissimè diues victitat, multi sunt, qui mensæ ipsius reliquias mallent, quàm quicquid eduliorum in ædes suas inferunt.

Si quæ asseruant, vestiendi & ornandi sui gratia dicunt asseruari; hoc quoque absurdum est. SVMMATVM enim præstantia non in eo consistit, vt vestitu culti incedant; sed vt prouideant, ne ministri incedant pannis obsiti.

Si quæ recondunt, ideò dicunt recondi, vt armaria monilibus referta, & aulæis exornatas aulas habeant; ne hic quidem prætextus valebit. QVICVNQVE enim Principum palatia ingrediuntur, magis eos, qui in cubiculo sunt, an virtute conspicui, quàm tapetes, qui in aula sunt, an magni precij sint, respiciunt.

Si quæ asseruant, ideò dicunt asseruari, vt ditionum suarum oppida muris cingant, aut finas propugnaculis muniant; hæc quoque responsio, perinde ac cæteræ, frigida est. NIHIL enim aliud laborare Principes bonos decet, quàm vt subditis amabiles sint. SI enim suis amabiles sunt; non possunt muros habere firmiores, quàm subditorum animos.

Si quæ asseruant, ideò dicunt asseruari, vt in matrimonium filios collocare possint; absurdum & hoc est. Cùm enim amplissima Principes & magnates habeant patrimonia; pecunias vt in thesauro multas recondant, minimè opus est.
570 *SI enim boni sunt filij; hæreditatem acceptam ampliabunt; sin fortuna aduersante mali euaserint; quæ relicta fuerint, perdent.*

Si quæ asseruant, ad bella asseruari dicunt; hæc quoque iniqua excusatio est. BELLVM enim si non est iustum, neque à Principe suscipiendum, neque à subditis suadendum: Sin iustum est; non ipse, sed ciues sumtus faciant, oportet. IN BELLIS enim iustis & legitimis parum est fortunas Principi (cunctas) dari, nisi morti quilibet sese offerat.

Si quæ asseruantur, ideò dicunt asseruari, vt quod morituri largiantur & distribuant, suppetat; hoc verò tantum abest, vt prudentiæ sit, vt extremæ potius sit amentiæ. IN MORTIS enim articulo lætari Principes eo, quod dederunt, satius est, quàm alios hæreditatis amplitudine gloriari.

Prætextus auaritiæ varij refutati:

Pecunias despicere, quàm hostes superare rarior virtus. Dio. l. 39.

Res secundæ mirè sunt viciis obtentui. Sallust. apud Sen. 9 cont. 1.

1. *Victus;*

Ambitiosam mensam fortuna, parcam virtus apponit. Rhodig. 7. cap. 11.

Quot se felices putarent, si tua sorte infelices essent? Saxo lib. 5.

2. *Vestitus;*

Adhibenda est mundicia non odiosa. Cic. offic. 1.

Cultus muliebris non corpus exornat, sed detegit mentem. Rhodig. 16. 9.

Ornatus vt sordes pari modo fugienda; quia alterum delitias, alterum gloriam redolet. Sar. 7. 23.

3. *Ornatus;*

Ornanda est dignitas domo, non ex domo dignitas tota quærenda. Cic. offic. 3.

πολὺ κάλλιόν ἐστι καὶ βασιλικώτερον, τὴν ψυχὴν ἔχειν εὐγνωμονοῦσαν, ἢ τὴν ἕξιν τοῦ σώματος ὁρᾷν εὐειματοῦσαν. *Arist. Rhetor. Alex.* 1.

4. *Munitiones;*

Miraris, cùm tu argento post omnia ponas, si nemo præstat, quem non merearis, amorem? Horat. Sat. 1.

Non murus, non arma ducem tutantur auarum. Alexand.

Subditorum fides stabile & æternum facit imperium. Curt. li 8.

5. *Matrimonia liberorum;*

L'*accumulare* per i figliuoli è vn porre la mascara all' auaritia Teat. 384.

Dos est magna parentium virtus. Horat. 3. od. 24.

πρὸιξ πολλὴ τέκνα βελτίονα οὐ ποιεῖ. *Stob.* 759.

6. *Bella gerenda.*

Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt. Tacit. histor. 4.

Vnum omnium votum est, salus Principis. Plin. paneg.

Sine militum arte mancus quilibet intelligitur principatus. Saresb. 6. 19. ex Plutar.

7. *Donationes testamentariæ;*

In reb. pietatis caussa distribuendis, vnicuique non aliena, sed sua vtendum manu. Polyd. Angl. lib. 26. fol. 617.

Deo carissimum sacrificium est opus iustum. Lactant. 6. 12.

Non est vtilitas, in qua plus honestari detrahitur, quàm vtilitati adiungitur. Ambr. 3. offic. 6.

Cui nihil satis est, eidē etiam nihil turpe. Ælian. lib. 14.

Nihil ita facit thesaurosreponete; vt non credere, quòd Deus sit magnus thesaurarius, & inexhaustum promtuarium bonitas eius. Theophyl. Luc 17.

Ζήσων λοιδορεῖ τὸν μενεδήϊον ἀνέρα δειλόν. *Pro. epigram. lib.* 1.

Alexander patrimonium omne suum amicis diuisit, sibi Asiam sufficere præfatus. Iustin. lib. 11.

Pecunia ad milites, gloria ad ducem redundare debet. Saxo. lib. 1.

Nunquam magis nomina facio, quàm cum dono. Sen. vit. beat. 24.

In eo sibi quisq; maxime credat esse consultum, in quo aliis vtilius nouerit esse prospectum. Sar. 6. 20.

ἐμοὶ δοκεῖ τὸ εἰς τὸν πόλιν ἀναλίσκωμα μᾶλλον εἰς τὸ δέον τελεῖσθαι, ἢ τὸ εἰς τὸ ἴδιον, ἀνδρὶ ἄρχοντι. *Xenoph. Hieron.*

Qui quod huic donant, auferunt illi, famam liberalitatis, auaritia petunt. Plin. 9. epist. 30.

Pulcrum est commodum famæ, fœda neglexisse lucra pecuniæ. Cassiod. 5. 12.

ἔχ' ὁ πλοῦτον, ἀλλ' ὁ χρήζων πλούτου μαθέτω. *Arist. Stob.* 758.

Melius operatur pecunia in pauperis cibo, quam in diuitis sacculo. Ambros. 2. offic. 16.

Θαῤῥῶν πλάπτει τὸν φίλον, σωστὸν δὲ πλείονες. *Xenoph. Hieron. extrem.*

Nunquam periclitati sunt fame, qui frugalitatem inter copiam seruare cœperunt. Veget. 4. 7.

Der gibt/ der lebt. *Adag.*

Non quid fiat aut quid detur, refert, sed qua mente. Sen. ben. 1. 6.

Familiare contubernium honestatis & vtilitatis. Ambr. 2. offi. 7.

Potest esse par animus, etiam vbi impar est census. Leo. serm. 4. de ieiun. X. m.

Diuitiæ rectè vtenti contingunt, vt ipse facilius agitet, & habeat benefaciendi facultatem & ad beneficia voluntatis incrementum. Simplic. Epict. 38.

Pauperem restrictum non animus, sed familiaris rei necessitas facit. Arnob. lib. 7.

Liberalitatis fontes verum iudicium, & honesta beneuolentia. Val. Max. 4. 8.

Illis qui promeruerunt, donare iustum est, & eis qui indigent, subuenire pium. Sares. b. 8. 4.

In multos diuidenda liberalitas. Sen. benefic. 2. 28.

Pecuniam qui temere profundit, per fas & nefas comparat. Zonar. tom. 3.

Multi patrimonia effuderunt inconsulte largiendo. Cic. offic. 1.

Quàm inconsideratè agunt, quàm malè sibi consulunt Principes & megistanes, qui auarorum & parcorum infamiam subire non recusant, vt pauxillum execrabilis pecuniæ in thesauris ponant! NEMO *enim, quod experientia testatur, pecuniæ potest esse auarus, quin existimationis sit prodigus (& in benefaciendo tenax.)*

Plutarchus de fortuna Alexandri ait, inter familiares Magni Alexandri fuisse Perdiccam, qui cùm videret Alexandrum, quicquid ingenti sumtu (ac labore) acquisiuisset, summa facilitate dilargiri; Dic mihi, inquit, Princeps serenissime, si quicquid habes aliis dederis, tibi quid reseruas? Tum Alexander; Superest mihi, inquit, gloria eius, quod dedi & acquisiui, & præterea spes eius, quod daturus & acquisiturus sum. Et porrò inquit: Hoc mihi credas Perdicca, si putassem cogitaturos homines, quæ cepi, ea me cupiditate vel auaritia incensum cepisse; ne vnam quidem, ita me Mars amet! (opidi vllius) pinnam deieciſſem; imò ne vnam quidem pugnam iniissem, etiamsi mundi vniuersi dominium occupaturus essem. Sed HIC *consiliorum meorum finis est, vt mihi gloriam pariam, opes inter alios partiar. Hæc nimirum Principem summum decebat oratio.*

Nisi vel ea, quæ in libris legi, vel quæ hisce vidi oculis me fruſtrantur; etiam vt diuites sint, munificos decet esse homines. PRINCIPES *enim & megistanes, qui in dando sunt* 571
natura magnanimi; in habendo semper sunt fortunati; (& scitum est vulgare illud Gallorum, denarios si dederis, denarij venient; sin aureos, aurei.) Sæpe fit, vt qui parum dat, liberalis; & qui multa dat, parcus habeatur; cuius mali causſa vnica est, nescire, quòd TENACITAS *& liberalitas non in dando vel multa vel pauca; sed in scientia rectè dandi vtraque consistit.* BENEFICIA *quippe temere & intempestiuè data, neque accipienti vtilia, neque danti honorifica sunt.*

Plus auarus semel dat, quàm alius munificus vicies: (vnde dicterium natum; Si tantundem auarus, quantum liberalis eroget, maculam omnem eluit:) Sed inter alterius liberalitatem, alterius verò tenacitatem hoc est discriminis, quòd GENEROSVS *& magnanimus quæ dat; multis dat; parcus quod dat, vni dat: quod incommodum diligenter cauere Principes debent. Si enim hac in parte vnum haberent liberalitatis laudatorem; vel myriadem habituri essent auaritiæ vituperatorum.*

Sæpe vsu venit, vt reuera Principes & magnates in tribuendis beneficiis largi, & tamen respectu eorum, quibus ea dant, infelices sint: cuius rei causſa est, quòd se viris præſtanti-

stantibus & bene moratis dare existimantes, in homines ingratos & immemores se incidisse sentiunt; atque ita neque beneuolentiam sibi tribuendo conciliant, & aliorum adimendo odia suscipiunt.

Nec verò satis est Principes & magnates ad dandum animo magno esse; sed SCIRE *etiam illos oportet, quando, quomodo, vbi & cui dandum sit: alioquin enim æquè dando reprehensionem, atque thesauros cumulando accusationem mererentur. Quando homines ea, quæ habebant, ludis, adulteriis, conuiuiis, aliisq; id genus viciis perdiderunt; † notari illos æquissimum est: At cum sua tanquam viri generosi & magnanimi expenderunt; non est quod ægrè ferant,* NON *enim eius, quod perit; sed eius quod malè perit, pœnitere; neq; eo, quod dat; si non bene illud dat, gaudere virum prudentem decet.*

Dio Græcus Seuerum Imperatorem narrat, cum Iani die festo amplissima tum ministris, tum alienis tribuisset beneficia, ideoq; plurimum à ciuibus vniuersis laudatus fuisset; ita dixisse: Vos quidem plurimum lætari me ciues, ob (munera,) beneficia (ac donaria) tributa; & laudibus, quibus me cumulastis, gloriari arbitramini. Verùm, ita Mars me
572 *amet, ita annum nobis felicem Ianus afferat! vti* MINORE *ob ea, quæ dedi, voluptate, quàm ob ea, quæ dare nequeo, dolore afficior!*

CAPVT XXXI.

Prosequens institutum autor suadet iis, qui nobiles haberi volunt, ne emolumenti vllius gratia, ad humiles sese artes demittant.

PTOLEMÆVM † *quintum Plutarchus in apophthegmatis refert, adeò tum visu facilem, tum dictu affabilem omnibus fuisse, vt ad amicos familiares cœnatum sæpe ierit, & cum iisdem pernoctarit: quo facto vehementer ab illis sese amari demonstrabat. Nam, vt verè loquamur,* PRINCIPEM, *ex cuius vita reipublicæ totius salus pendet, paucis sese in mensa, paucioribus in cubiculo decet credere.*

De eodem Ptolemæo hoc quoque narratur, quod amicos aut peregrinos ad prandium vel cœnam vocaturus, ab alio sedilia, ab alio stragula, ab alio pocula, ab alio mensas, & cætera ad eundem modum vtenda petierit. Erat enim

Subitæ largitionis comes pœnitentia. Plin. 1. ep. 8.

Concordia esse non potest, cum aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniæ. Cic. offic. 2.

κατὰ χρήματ' ἄριστον ἁπάντων τὴν δαπάνην θέσθαι. *Theog.*

Liberalitas multas habet cautiones. Cic. offic. 1.

Comes honestatis semper est vtilitas, & vtilitatis honestas. Ambros. 3. offic. 14.

Ita temperanda liberalitas, ne nimia profusione inarescat. Plin. 2. epist. 4.

Plerunq; bonorum malorumq; caussæ sub diuersa specie latent. Plin. paneg.

† *perturbari. G.*

Inest profusioni cupiditas plerunq; rapiendi. Cic. offic. 1.

Simplicitas ac liberalitas, ni adsit modus, in exitium vertuntur. Tacit. histor. 3. extr.

αἱ ἀπὸ τῶν δυνατωτάτων ἡμήσεαι χώριτες πλέον ἢ ὅλον τὸ παρὰ τοῦ ἰδιώτου δώρημα δύνανται. *Xenophon. Hieron.*

Liberalitatem nec deesse oportet, nec superfluere Sen. benef. 1. 4.

Nullum magno Principe impendii genus dignius, quam quod erogatur in posteros. Plin. paneg.

οἱ μηδενὸς ἐνδεεῖς, τοὺς συναπολαυσομένους ζητοῦσι πάντες. καὶ τοὺς εὖ πεισομένους μᾶλλον, ἢ τοὺς ποιήσαντας. *Aristot. 7. Eudem. 12.*

ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε, ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων. *Lucian. Epigram. lib. 1.*

Possessiones nec in immensum augendæ per auaritiam, nec prodigendæ per luxuriam, nec deserendæ per negligentiam. Apul. de philosoph.

† *Lagum.*

Amari Princeps, nisi ipse amet, non potest. Plin. paneg.

Multi ditant, non etiam diligunt; prodesse norunt, amare nesciunt, Pacat. Paneg.

Latus à domesticis hostibus muni, hos si submoues, nihil metuo ab externo. Curt. lib. 6.

τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ ἀποδιδόναι τὴν ἔντευξιν δικαίου καὶ σπουδαίου δοκεῖ εἶναι. *Arist. 2. magn. moral. 3.*

Custodite animas, & nulli credite mensæ. Iuuenal. Sat. 6.

Tutior & securior domus Principis, non crudelitatis, sed amoris excubiis defensa. Plin. paneg.

Is sumptibus ærarii modus adhibendus, ne exhaustum sit innocentium bonis replendum. Plin. paneg.

Princeps adeò prodigus, vt quod in crastinum ministri emerant, id vespere dilargiretur. Cùm autem Ægyptii proceces quodam die frequentes conuenissent, eumq́ rogarent, vt ad largiendum esset restrictior; alioquin & inopiam ignominiamq́ ipsius & regni vniuersi indignationem esse metuendam; in hanc illis sententiam respondit:

Vehementer erratis Ægyptii, Principem pauperem & egenum discrimini probroq́ esse obnoxium existimantes. Ego enim hac in parte ausim dicere, Principem pauperem & inopem felicem esse existimandum. Nam BONOS Principes magis placere sibi decet, quod alios locupletent; quam quod opes amplissimas habeant (aut cumulent.) O felicem rempublicam, quæ talem meruit habere Principem! ô felicem linguam, quæ talem potuit proferre sententiam! Profecto optime suadebat Princeps ille optimus cæteris Principibus vniuersis, Honestius & vtilius ipsis esse, si alios diuites facerent, quam si ipsi diuites essent. Si enim multa habeant; nunquam deerunt, qui petant: si parum; nunquam deerunt, qui ipsis seruiant.

Titum Imperatorem, autor est Suetonius Tranquillus † libro de Cæsaribus, quondam super cœnam, ex intimis duxisse spiritum præcordiis: & amicis illius caussam percontantibus, memorabilem illam (meritoque laudatam) vocem edidisse: Amici, diem perdidi! *quibus verbis innuebat Imperator optimus, eum diem sese inter vitæ dies minimè numerare, quòd nihil cuiquam toto die illo præstitisset. Ita princeps ille generosus, fortis, magnanimus, non ob multa, quæ multis diebus dederat; sed quod vnus dies nihil danti abijsset, ingemiscebat ac dolebat.*

Pelopidas Thebanus, vir æuo suo illustris & prædiues, cum in possidendo fortunatus, & in largiendo minimè parcus esset; quodam interrogante, cur adeò foret in dando prodigus! Tibi quidem, ait, multa dare; at mihi etiamnum plura dare debere videor. PECVNIAS enim mihi seruire, non à me (velut) adorari oportet. MALO enim diuitiarum mearum dispensator, quam domus meæ procurator appellari. 573

Plutarchus in apophthegmatis refert, Darium vt Alexandro paupertatem exprobraret, missis nunciis quæsiuisse, vbi pecuniæ essent ad cogendos contra se milites? Alexandrum verò respondisse? Renunciarent Dario, ipsum thesauros suos arcis clausisse æreis: se verò nullos habere thesauros præter amicorum animos. Renunciarent item omnes illius thesauros, vnicum hominem furari posse; suos verò thesauros

Largitio fontem ipsum benignitatis exhaurit. Cic. offic. 2.

Magnificus apparatus conuiuiorum, & sumtuosa largitio, nonne ab opulentia paritura mox egestatem? Flor. 3. 12.

Basilius Imp. statuit, vt qui nulla probabili de caussa pecuniam accepissent, eam aut eius semissem restituerent. Zonar. tō. 3.

Trop donné, soit repeté. Lex Camer. Franc.

Quid honestius culpa benignitatis? Plin. 7. 28

Tolerabilius est propria profundere, quàm aliena diripere. Amb. Psal. 118.

Insimulari quiuis innocens potest; reuinci nisi nocens non potest. Apul. apolog. 1.

τοῦ πλουτεῖν τὸ πλουτίζειν βασιλικώτερον. *Ælian. lib.* 13.

Principis mentē tanto in suos benigniorem esse decet; quanto est fortuna præstantior. Pacat. paneg.

Ideirco te DEVS abundare voluit vt per te alius non egeret. Leo. serm. 1. de collect.

Modus ille largiendi nobilior & laudabilior est, qui spem remunerationis excludit. Saresb. 8. 13.

Domus Principis munificentiæ officina sit. Val. Max. 4. 8.

Regem esse expedit copiosum; ita tamen, vt diuitias suas populi reputet. Saresb. 4. 5.

† *In Tito cap.* 8.

Assuescat Imp. cum imperio calculum ponere, ita fiet, vt non absumat, quod pudeat dicere. Plin. pan.

Principis munificentia nemini debet esse fraudi. Cass. 96.

Diues opum, fer opem; sic operantur opes. Tobias.

Munificentiam Regis decet quotidie cum Sole relucere. Cass. 8. 23.

Amorem fidelissimum & constantissimum etiam à durioribus extorquent beneficia, & quem fecere, fouent ac solidant. Saresb. 4. 8.

Regem armis, quam munificentia vinci, minus flagitiosum est. Sallust. Iugurth.

Commodum debet esse cum modo. Cass. 9. 14.

Diuitiæ apud sapientem in seruitute; apud stultum in imperio. Sen. Vit. beat. 26.

Auarus suum ipsius opus adorat. Chrys. Stob. 225.

οὐκ ἐξ ἅπαντος δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν. *Sophocl. Antig.*

Alexander plus victoriæ, quam prædæ reportauit ex Asia. Curt. lib. 10.

Iulianus nunquam augendæ pecuniæ cupidus fuit, quam cautius apud dominos custodiri existimabat. Ammian. 25.

Inopia desiderio, opulentia fastidio cernuntur. Apul. apolog. 1.

sauros amicos scilicet, neque ipsum neque vniuersos (mortales) sibi posse eripere. In eandem sententiam cum Alexandro ausim dicere; NON posse vocari pauperem, qui amicis diues est; nec diuitem, qui ab amicis pauper est. Euentus enim responsum comprobauit, dum Alexander cum amicis Darium thesauris orbauit; Darius verò cum thesauris suis Alexandrum amicis priuare nequiit.

Viros natura verecundos, & loco illustri positos, summo studio auarorum probrum decet declinare. Infinities enim PLVRIS est honor, qui perit, quam opes, quæ parantur. Si Principes & megistanes ad magnanimitatem natura duce feruntur; naturam ducem sequantur: Sin autem naturali inclinatione ad tenacitatem proni sunt; vim sibi ipsi afferant; quod si facere recusarint; iam nunc diem fore dico, quo ipsos pœniteat. Est enim regula generalis, CVPIDITATES immoderatas venenatarum semper esse incitabula linguarum.

Cogita tecum frater, qua vigilantia ipse vteris, vt alium suis spolies bonis, eadem vel maiore vsurum alterum, vt tuo te spoliet honore; quòd si periculo honorem exponis; vix securam te habere vitam arbitror. NEQVE enim vel lex vlla iubet, vel patientia vlla tolerare potest, vt ex sudore meo vitam sibi vicinus voluptuosam paret. TANTI pauper aliquis pallium detritum, quanti diues vitam voluptuosam facit; vnde facilè colligitur, si pallio diues pauperem spoliat; fore vt à paupere vita priuetur.

Fuit Phocion vir inter Græcos non vulgariter celebris &
574 *honoratus, non tam ob sapientiam, quam ob rerum caducarum contemtum. Huic cùm Alexander centum talenta dono misisset; eos, qui afferebant, percontatus est, cur tantum munus Alexander sibi potiùs, quam illi è Philosophis Græcis mitteret! Illis verò respondentibus; Ideò ipsi Alexandrum mittere, quod ipsum ab auaritia alienissimum, & virtutis studiosissimum audiuisset; respondit Phocion: Renunciate Alexandro; Si ipse, quid sit esse Principem, nesciat; me probè nosse, quid sit esse Philosophum. EST enim Philosophi, pecunias contemnere Principum; Principis verò consilia petere à Philosophis. Et porrò ait: Renunciate item Alexandro, quod mihi misit, non amici benigni; sed inimici crudelis esse indicium. Si enim bonum me credebat; opera danda ipsi erat, vt qualem me credebat, talis manerem. Digna verò tali viro oratio.*

Dolendum profectò est virum nobili loco natum, ita auaritiæ esse deditum, vt famæ & existimationis nulla habita-

Cum plurimis amicis fortuna Principum indigeat; præcipuum est Principis munus amicos parare. Plin. paneg.

La richesse d' vn Prince est l' amitté des siens. Ronsard. 8. 239.

Φίλος πιστὸς σκέπη κραταιά. καὶ ὁ εὑρὼν αὐτὸν, εὗρεν θησαυρόν. *Nazian. Stob.* 716.

Non pluris apud nos diuitiæ valeant, quàm fama. Symm. 2. 30.

Οἱ πλεῖστοι ὁρίζονται τοὺς εὐεργέτας αὐτῶν, ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι. *Xenoph. rer. Græc. lib.* 7.

Breuissima ad diuitias per contemtum diuitiarum via est. Sen. epist. 62.

Dilige possidere diuitias, non à diuitiis possideri. Pet. Chrysol. serm. 28. de Abrah.

Vllumne lucrum compensat inuidiam? Sym. relation.

Naturale est & odisse, quem times, & quem metueris, infestare, si possis. Minut.

Par est pauperibus locupletibusq; tormentum: vtrisq; pecunia sua adhæsit, nec sine sensu auelli potest. Sen. tranquil. 8.

Tenues leui dispendio vulnerantur. Cassiod 7. 14.

Vt facilius pauperibus noceri potest, ita diuitibus latius. Fab. declam. 13.

Non minus molestum comatis; quam caluis, pilos velli. Sen. tranquil. anim. 8.

Paupertas odibile bonum, sanitatis mater, sapientiæ inuentrix, absq; solicitudine felicitas. Secund.

Paupertatis horridior aspectus solidis & certis bonis abundat. Val. Max. 4. 4.

Stob. serm. 136.

Si malus sum, cur munera mihi largiris? Sin bonus, cur ea me accipere iubes? Zonar. tom. 2.

Plutar. in vita Phocion. 8.

Ne sustineas inter graculos excellere, cum aquila esse possis. Naz. epist. 57.

Paupertas olim Philosophiæ vernacula. Apul. apolog. 1.

Διογένης τὴν πενίαν ἔλεγεν αὐτοδίδακτον εἶναι ἀρετήν. *Plut. Stob.* 299.

Virtis modestæ paupertatis exercitio crescit; & fortitudo facilius diuitiis, quam laboribus expugnatur. Saresb. 7. 13.

Qui generis præclara primordia cœpere, nulli rei maiorum institutis indignæ operam dare decet. Dion. lib. 1.

habita ratione, dum paullum modo corradat opum, ad exercenda se demittat opificia, quæ ad homines potius humiles, quàm viros generosos & nobiles pertinent, quæ quidem res non solum ipsi dedecori; sed amicis quoque vniuersis probro est. Vt idem pressius dicam; ANIMI mihi videtur prorsus degeneris, virum nobilem ordinis equestris neglecto officio, ad obeundum agricolæ munus se demittere, vt scilicet equi in boues, lanceæ in stimulos, scuta in vomeres, scutigeri in bubulcos, insignia in fascias mutentur; denique in villa opus facere gaudeat, & in finibus pugnandi periculum refugiat.

Proh quantum equites nonnulli huius æui, à maioribus, qui olim fuerunt, degenerarunt! Maiores enim † Mauris à se interfectis gloriabantur; at hodie filii illorum tantum iactitant, quot vehes frumenti comportarint. Nunquam suspirare solebant equites prisci, nisi cum in † discrimine versarentur præsenti: at posteri hodie, si mense Maio non pluat, plorant. Certabant maiores, quis plurimos sustentaret cataphractos *; certant posteri, quis ad congerendum sit solertissimus. Hæc inter priscos erant colloquia; domum Titii ducentos, domum Seii trecentos alere cataphractos: Recentium hodie colloquia sunt; Accii censum esse sex millionum †, Titii decem: itaq; haud verear dicere, cum hi de multis glorientur (prouentuum) millionibus, quemadmodum illi de multis sibi placebant, quos alebant, cataphractis; nihil hoc aliud esse, quam patres gladium capulo apprehendisse; filios illum mucrone arripere.

Cum omnes bonæ artes interierint; ordinis equestris ars maximè omnium iacet. Nec verò sine caussa artem nomino. Non parum enim temporis Philosophi prisci scribendis legibus; quas equites obseruarent, consumserunt. Vt nunc 575
*rigidissimus videtur ordo Carthusianorum; ita quondam rigidissimus erat equitum, quibus ego iuratus affirmo; SI IN seruandis legibus equestris ordinis, equitum (bonorum ac nobilium) fungerentur officio; futurum vt neque in vita tempus superesset, vt essent vitiosi; neque in morte mali Christiani arguerentur. VERVS eques & minimè simulatus, non sit superbus, malitiosus, furibundus, gulosus, timidus, impurus, tenax, mendax, blasphemus, deses: in summa non calcari aureo; sed vitæ integritate glorietur.

Vtinam tanta hodie Principes vterentur diligentia in explorandis iis, quibus animas commendant; quanta Romani vtebantur in iis, quibus arma credebant! Antiquitus enim NON accipiebat baltei militaris dignitatem,

nisi

ἵππου ἄχρηϊ ποιεῖ τὸ οὐ πυκνοβότων φύσιν. Basilius Stob. 724.

Ἄρχων εἶναι, κάλλιστον. γῆς ἐργάτην, ἐλαφρότατον. τὸ ζῆν ἀπὸ πολέμου καὶ λῃστέος, κάλλιστον. Herodot. lib. 5.

*Vicios*us vicios*o*rum conscientias non fugit; & vbi omnes sordent, vnius fœtor minimè sentitur. Bernhard. fol. 227.

Stultum est compendium consectari, quod longè maius afferre possit dispendium. Colum. 4. 2.

Agrum si mediocriter colas, possides; si nimium; possideris. Sidon. 8. epist. 8.

Mire cupio, ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulcrum, nisi imagines habeant. Plin. 5. epist. 17.

† *paganis.*

Non quanto plura possidet, sed quanto pauciora optat, tanto est quisque locupletior. Censorin. de die nat. 1.

† *transitu difficili deprehensi essent.*

Non oportet succum, quem quærit terra, solem ante exsugere. Varr. 1. rust. 13.

Miserum est, aliorum incumbere famæ. Iuuen. 13.

* *lanceas* Guicc. lib. 1. hist. 22.

Di cortesia, di genti lezxa essempi fra gli antichi guerrier si veder molti, e pochi fra moderni. Ariost. 35. 29.

† *(cuento) contus, pertica, ratio, census, narratio, Canon.*

In Hispania vlteriore metiuntur iugis; in Campania versibus, in agro Romano iugeris. Varro. 1. rust. 10.

Proceres Sueciæ strictum gladium, per cuspidem è Principis manu, fidelitatis iuramento præstito suscipiebant, ne capulo sumto, gladium in viscera porrigentis retorquerent. Saxo. lib. 2. extrem. Olaus epit. lib. 8.

πόλις οὐ ἡ μάλιστα οἱ πολῖται τοῖς νόμοις πείθονται, οὐ εἰρήνη τε ἄριστα ἀφέλιμος καὶ ἐν πολέμῳ ἀνυπόστατος ἐστι. Xenoph. memor. 4.

* Gueuar. epist. tom 1. pag. 283.

Iuste sub iusto principe iacet, qui per se minimus & tantum per sua maximus, animo exiguus viuit, & patrimonio plurimus. Sidon. 8. 7.

Lumen, quod tibi maiores prætulerunt, posteris ipse præfer. Plinius 5. epist. 17.

Vim iurisiurandi habet inter Hispanos, si nobilis per honorem equestrem aliquid promittat. Roderic. histor. Hispan.

Malis prognatis ex honestis maioribus nullus locus inter nobiles esto. Philo. de nobilitat.

Manus æmula ferri gestamen studeat condecorare suum. Saxo. lib. 2.

ἀπολιμότερα τῶν ἄλλων πολιητέων οἱ τὰς τέχνας μανθάνοντες, καὶ οἱ ἔκγονοι τούτων. Herodot. lib. 2.

nisi qui natalibus clarus, forma conspicuus, sermone moderatus, bello exercitatus, animo impauidus, armis felix, & vita integer erat: In summa OMNIBVS se probaret, & nemini querimoniæ caussam præberet necesse erat. His autem virtutibus qui effulgebant Equites, multis etiam Romæ PRIVILEGIIS fruebantur. Solis enim licebat annulos digitis (aureos) induere; equis (per plateas) vehi; gestare † ephestrin; insignibus vti gentilitiis; foribus clausis prandere; è poculis argenteis bibere; in Senatu sententiam dicere; duello prouocare; vexilla militaria petere; arma habere; legationibus fungi; & portarum vrbis custodiæ præesse. Autor est harum Blondus libro de Italia illustrata.

Si Plinium in epistola quadam, Plutarchum in politicis, Senecam in tragœdia, & Ciceronem in paradoxis audimus, nihil erat in quo vigilantiores antiqui essent, quàm in explorandis iis, quos equestris ordinis honores decorabant; quod tantum abest vt hodie obseruetur, vt QVI satis pecuniæ ad emendum dominatum aliquem congessit, continuò pro equite se gerat; & quod omnium pessimum, ordinem hunc affectet, non vt contra hostes pugnet; sed vt tantò licentius vitiis (flagitiisque) indulgeat. Vt Christianus aliquis bonus sit, CHRISTVM contempletur crucifixum: Vt eques bonus sit, scuti sui semper intueatur insignia, quæ auus aut proauus promeruit. Ibi enim manifestum fiet, EA consecutos illos non domi nequiter agendo; sed in Imperij limitibus sanguinem profundendo.

CAPVT XXXII.

Epistola M. Aurelij Imp. ad Mercurium Samnitem, mercatorem, qui mercium quarundam iacturam in mari fecerat. Diuisa ab
576 autore in duo capita: Estq; diligenter notanda iis, qui mari negotiantur, suisque in terra cupiditatibus indulgent.

MARCVS Aurelius Imp. Rom. in monte Cœlio natus, Mercurio amico singulari S. & solatia à diis consolatoribus.

AMICITIÆ nostræ indicia sunt opera, quæ inter nos exercemus, beneuolentiæ. Nam simulatque tuum hîc infortunium resciui; mox tabellarium consolandi tui gratia ablegaui; tu verò valetudine istic mea audita, amicum ad me visendi gratia misisti, vnde & te mei memorem, & me tui minimè oblitum fuisse manifestum est.

Fama optimo cuique preciosa est. Symmach. 3. epist. 69.

Ὁ μηδεμιᾶς φροντίζων δόξης, ἀναίσχυντος. *Aristot. 3. Eudem. 6.*

Effigies maiorum in prima ædium parte poni solent, vt eorum virtutes posteri non solùm legant, sed etiam imitentur. Valer. Max. 5. 8. Vide Plin. 35. cap. 2.

Equites Romanos à Senatu discernebat angustus clauus; à plebe annulus aureus. Sigon. de iure ciu. Rom. lib 2. cap. 3.

† *balicum.*

Qui parentes laudat, filios prouocat. Cyp. 1. ep 1.

Quorum opera publicam autoritatem splendorem suum obtinuisse viderant, eorum dignitatem domi collabi, sibi deforme esse arbitrabantur. Val. Max. 2. 1.

Non dixerim sapienti viro rem domesticam non esse curandam; sed eo temperamento, quòd non solum quid habere, sed quid debeat esse, consideret. Sidon. 8. 8.

Artes desidia perdidit, & quoniam animorum imagines non sunt; negliguntur etiam corporum. Plin. 35. 2.

Maiorum virtus etiam nunc vicia nostra sustentat. Sen. Helu. 10.

Nihil est illo per sententiam boni cuiusque generosius, quisquis ingenij, corporis, opum iunctam in hoc constans operam exercet, vt maioribus suis anteponatur. Sidon. 8. epist. 7.

Generositas & clari sanguinis lumen nihil aliud sunt, quàm morum manifestatio, gloriosa quidem, si boni fuerint; ignominiosa, si mali. Saresb. 8. 15.

Pueri iam foro digni, incipiunt agresti habitatione nesciri; & cum agros diligunt, se amare non norunt. Cassiod. 8. 3.

ἐκ τῶν αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους. *Sophoc. Antig.*

Ea inuasit homines habendi cupido, vt possideri magis, quàm possidere videantur. Plin. 9. ep. 29.

Γνώμης δρίστης τὸ μήτε πενίαν ὀνειδίσαι τοῖς ἔχουσι, καὶ παροῦσαν ζητεῖν ἐκ παντὸς τρόπου φυγεῖν. *Thucyd. Schol. 2.*

Per amicos res secundæ ornantur, aduersæ subleuantur. Cic. pro P. Sylla.

Συμπαθὴς εἰς ἔλεον ἄνθρωπος ἀκρατὴς ἀλλοτρίων κακῶν. *Tati. 3.*

Sufficit mihi, quòd amorem meum de tua mente metiris. Sym. 7. 50.

παῦροί τοι πολλῶν πιστὸν ἔχουσι νόον. *Theogn.*

Ego me vel tam timidum vicio infirmitatis meæ, vel tam nimium amoris tui fateor, vt pro te etiam tuta timeam. Paulin. epist. 15. ad Seuer.

Quid amico opus est, de cuius beneuolentia dubites? Curt. lib. 7.

Amicus eum, quem diligit, pariter ac se cupit prosperis rebus potiri. Apulei. de Phil.

Amicitiæ bonum & sermone excolas, & mente custodias. Symmach. 3. 68.

Ἡ λύπη εἰς πολλὰς διαμεριζομένη μᾶλλον ἀσθενέστερον δάκνει τὸν πάσχοντα. Chryso. Stob. 789.

Κληρώτων πάντων ἐστὶ ἡμιώπιον, ἀνὴρ φίλος, σωτὴρ, τεκνοῦ ἔνυος. Herodot. li. 5.

Omnia facilia vicissitudine & compensatione redduntur. Symmach. 7. 53.

Ὁ πυρέξας εἶτα παυσάμενος, οὐχ ὁμοίως ἔχει τῷ ἀεὶ πυρέξαντι, ἀλλ' ἡ περιπνευμονία εἰσάπαξ. Arrian. 2. cap. 18.

La vita fugge, e non s' arresta vn' hora, e la morte vien dietro à gran giornate. Petrar. 232.

Οὐ τὰ ἐυπλοεῖς, μᾶλλον μέμνηται ζάλης. Nazian. Monost.

Aut ego febrem relinquam, aut ipsa me; semper vnà esse nō possumus. Sen. excerpt.

Voluunt mortalia vices crebræ, & omnium rerum fuga fit. Sym. 7. 27.

Κρείσσων λογισμὸς πράξεων ἢ χρημάτων. τὰ μὲν γὰρ ἐστι τῆς φθορᾶς, τὰ δ' ἰσχύος. Nazian. Tetrast.

Idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. Sal. Cat.

Inter solos bonos fides amicitiæ est. Apul. de Philosoph.

Le parfait ami, qui aime de bon cœur, Aime au temps die mal heur & au temps du bon-heur. Ronsa.

Summa amicitia est amicum sibi æquare. Sen. 2. benef. 15.

Non est suos amantes pati, vt quæ non decent, committant. Dio. 41.

Bonæ amicitiæ iactationes refutant. Symmach. 9. 23.

La lengua longa es sennal de mano corta. Adag.

Amicitiam tueri non possumus, nisi æquè amicos ac nosmet ipsos diligamus. Cic. fin. 1.

Vinculum omnium virtutum est amicitia. Epict. c. 37.

Vinci in amore turpissimum est. Plin. 4. epist. 1.

Facilius inueneris, qui pecuniam ex ærario, quàm qui ex animo fidem promserint. Pacat. paneg.

El mal no es grande, que sufrir se puede. Araucan. 296.

Nauicularij iacturam non ægerrimè ferunt, à mari ea sibi eripi, quæ antea idem dederit, reputantes. Dio li 38. † negociatores.

Θάλασσα νόμον ἔχει τὸν βίαν. Tati. Leucip. lib. 3.

Stultitiæ videtur alienam rem suo periculo curare. Sallust. Iugurth.

Difficile est ēt sua caussa mori. Fab. decl. 8.

Ὁ ἐν πολέμῳ θανὼν βροτὸς ἀσφαλῶς τεθνᾶναι δοκεῖ. Tati. 3.

Συμφορὴν ἑαυτῷ ὡς κεφάλαιον φέρων, κερδαίνειν πλείστην. Herodot. lib. 1.

Et tabellarium meum, qui istuc ibat, & nuncium, qui huc veniebat, tuum, Capuæ inter se obuiam factos cognoui; quorum ille mea ad te desideria, hic literas ad me tuas portabat: quòd si tam curiosè meas legisti, quàm ego tuas attentè audiui; perspicuè inde cognoscere, æquè animum meum curis plenum esse, quàm tuus angoribus conficitur.

Quòd misisti, qui in tertiana me consolaretur: & gratum habeo, & magnas tibi gratias ago. Commodum enim & consolatio tua & visitatio in horam illam incidit, qua febris desinebat. Quòd si perinde in mea manu rem totam relinquere diis placuisset, quemadmodum membris meis febriculam implicare ipsis placuit: neque discedendi potestatem solatiis tuis facerem, neque redeundi locum febri darem. O ingentem superbiam nostram! ô miseram hominum conditionem! EGO, qui multa aliis regnæ eripere affecto, ne vnicam quidem febriculam artubus possum meis expellere. Quid, obsecro Mercuri, multum nos optare, affectare, consequi, superbire prodest; cùm & dies tam breues, & vires tam (fragiles ac) debiles habeamus?

Diu iam est, quòd inter nos amamus, & à multis iam annis inter nos nouimus; & quo die tua meæ se fidei credidit amicitia, exemplò mea se tibi deuinxit fides, vt & mala tua mea forent, & bona mea forent tua. Siquidem ea demum, secundum diuinum Platonem, VERA est amicitia, vbi corpora quidem diuersa, voluntas vnica est. Admodum mihi SVSPECTA videtur amicitia, vbi & animi inter se dissident, & voluntates discordant. MVLTOS enim Romæ inuenias, qui verbotenus tantùm aliorum amici sunt: cumque inter ipsorum & amicorum ædes decem vix intersint domus; animis vltra decies mille passuum distant. Quod fœdus Capuæ, cùm tu Roma discederes, & è Samnio ego redirem, fecerimus, nosti; à quo tantum abest, vt recedam, vt ego alter tu hîc sim, modò tu alter ego istic sis; vt & absens ego tibi semper præsens sim, & te absentem tanquam præsentem habeam. 577

Ex tabellarij quidem tui sermone cognoui, magnam te fortunarum iacturam fecisse; ex ipsis verò literis tuis longè maiorem esse tuum angorem perspexi. Allatum ad nos est, te nauem mercibus onustam in Græciam misisse; nautas verò & † institores sua potius vti prudentia, quàm tua satisfacere cupiditati voluisse, mercibusque in mare abiectis, suæ tantùm saluti prospexisse. Quo quidem in casu tam periculoso & difficili neque te æquum est illos incusare; neque illos necesse est tibi satisfacere. NON enim stultius fieri quicquam

quicquam potest, quàm si quis propter alienas fortunas periculo exponat vitam propriam.

Tum ei, quod dixi, veniam Mercuri, tum multò magis ei, quod dicturus sum, dabis; quòd nimirum cum nautæ & procuratores neque filij, neque agnati, neque amici tui essent; dummodò merces tuæ portum incolumes attigissent; parum tua interfuisset, si mari illi profundo fuissent absorpti. Sed ne hoc quidem reticebo, licèt id inuitus dicam, & multò magis ipse inuitus audias; nimirum prout parui vos auari æstimatis aliorum filios (& negotiatores,) & prout immoderatè opes amatis proprias, quantumuis vbertim tuarum iacturam opum deplores; ne vnam quidem lacrymulam effunderes, licèt omnes illos submersos videres. ACERBIVS enim Romani mercatores decem coronatos, quos lucrari nequeunt, quàm decem virorum, quorum opera illa lucrantur, interitum deflent.

Mihi verò nec iustum, nec honestum videtur, ea te facere, quæ ad me deferuntur; quòd videlicet de ministris quereris, & nautas accusas, ab hominibus miseris repetens in terra, quod in potestate sua pisces habent in mari. VT enim FORTVNAS pro salute, vita ac fama mutet, nemo (quod nosti) obligatur. Itaque vehementer me tui miseret, Mercuri, quòd nauis sibi exonerata, tibi oneri est; & quod pessimum, quòd nauicularij non tot (mercium) fasces, vt ego arbitror, & tu sentis, in mare proiecerunt, quot in animum tuum solicitudines ceciderunt.

Nunquam ita animatum, vt ipse es, quenquam vidi; qui cum perspicias, non potuisse nauem nauigare securam, nisi supellectilem preciosam in mare abijceret; diuitiis te ad
578 *sepulcrum ambulaturus oneras. Heu angoris plenas & execrabiles diuitias! cum quibus tot periculis, tot casibus terra marique subiacemus! Si probè ingenium noui tuum; ego operam in plumbo & stanno, quàm in corde tuo curis distracto inuestigando malim ponere. Siquidem vno in loco profundi maris plumbum tuum subsedit; tua verò auaritia per terram diffusa est vniuersam.*

Si fortè hodie morereris, & viscera tua medici nouacula aperirent: prius, ita me mater Berecynthia, magna illa omnium deorum Romanorum genitrix amet! prius (inquam) cor tuum cum plumbo submersum, quàm viuum in corpore inuenirent. Non potes iam tu tertiana, vt ego, simplici (febre) laborare; sed æstus corporis, & dolores animi geminam tibi parient (quartanam,) quam ægritudinem non in lectulo, sed in naui, non in terra, sed in mari; non Physicorum, sed nautarum ope curare potes.

Quale e di pazzia segno più espresso, e he per altri voler perder se stesso. Arioſt. 24 1.

Nemo alii nascitur, moriturus sibi. Tert. de pallio.

Maiore tumultu planguntur nummi, quàm funera. Iuu. Sat. 3.

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι πημάτων πλέα. *Eurip. Phœniſ.*

In regno auaritiæ nihil damno ascribitur, modo pecunia salua sit. Petrar. epist. 16.

Quid non facit hominem lassum? luctum. Epict. dialog.

Dolenter amittitur, quod ad procurandas delitias possidetur. Cassiod. 5. 17.

ἐστὶν ἀνθρώποις ψυχὴ πάντων πονηρότερον. *Heliod. lib. 5.*

Plerunque carius comparatur equus, quàm seruus; gemma quàm famula. Augustin. 11. ciuit. 16.

Grauiorem amissa dolorem, quàm nec dum quæsita mouent. Claudi. 1. Stilicon. extrem.

Diues est! sed fortunæ malè creditur. Minut. pag. 399.

πῶς ἂν αὐτὸν ἡ πέλας μᾶλλον φιλεῖ. *Eurip. Mede.*

ὃ γὰρ πᾶσι ψυχῇ πέλει ἀνθρώποις φίλτερον ἄλλο. *Coin. 13. 240.*

Quisque magis suæ saluti, quàm domini consulit opibus. Apulei. lib. 4. asin.

Piglia quel che viene, e lascia quel che se ne va. Domenic.

Ἀλλὰ θάλασσα χαῖρέ μοι ὦ γαίης. ἔκφυγεν δέμας ἅπας ἧς. *Oppian. ἁλ. 3. 348.*

Nemo cum sarcinis enatat. Sen. epist. 22.

Gubernator vbi naufragium timet, iacturam, quicquid seruari potest, redimit. Curt. lib. 5.

Todo por la vida es bien dexarse. Arauican. 300.

Ad viuendum, velut ad natandum is melior, qui onere liberior, Apul. apolog. 1.

Οὐ τὸς ἁλιπλεῖ θάλασσαν, ἢ μεμλαγχολᾷ, ἢ πλωτός ἐστιν, ἢ γυναῖκα. *Alexid. Stob. 743.*

οὐκ ἄρ' ἀλλοῖος ὁ ὑτὸς ἐπιπνείει κ' εἰς ἀθόνας ἄνεμος. *Isidor. Epigram. lib. 3.*

Nihil facilè persuadetur inuitis. Fab. 4. cap. 3.

Tentatio est patrimonium grande, nisi ad vsus bonos census operetur. Cypr. tractat. 2.

No ay mal tan lastimero, como no tener dinero. Adag.

Con agua passada no muele molino. Adag.

Quod vides periisse, perditum ducas. Catul.

Medici ex alienis calamitatibus proprios mœrores percipiunt. Nazianz. orat. 21.

† *Physici enim pecuniam tibi erepturi; nautæ verò, quo loco plumbum tuum decidisset, monstraturi essent. Sed noli te afflictare mi Mercuri. Nam si tu plumbum in terra tecum non habes; illud te secum in mari habet: & hoc te solare, quòd cum antè in arcis habueris, iam in visceribus id habeas. Illic enim vita tua submersa est, vbi plumbum tuum subsedit.*

Nunc demum Mercuri intelligis, cum fortunas tuas scopulis suspectis, vota tua altis fluctibus, auaritiam rabidam vendis importunis, & plumbum tuum vndis credidisti alienis; quàm lucri tui cupidi procuratores tui proficiscebantur, tam certum te iacturæ manere debuisse? Si hæc tibi in mentem venissent, aut diligentiam hanc adhibuisses; submersum fuisset tuum desiderium, & spes tua euasisset. QVI enim mari opes audent suas committere, tam periculoso & incerto; non tristari illo debent, quod submergitur; sed eo lætari, quod euadit.

*Socrates † ille Philosophorum antiquissimus & maximus, non verbo, sed facto nos docere voluit, quàm parui æstimanda essent huius vitæ bona. Proiecit enim in mare non plumbum, sed aurum; non exigui ponderis, sed magni; non alienum, sed suum; non coactus, sed spontè; non per tempestatem, sed per prudentiam; Animum denique declarauit facto illo heroico tam excelsum, vt nullus auarus tantopere lætatus fuisset, illo in terra inuento, quantopere exultauit Philosophus, illo in mare demerso. Cùm autem memorabile sit factum * Socratis; longè pluris facienda sunt verba, quæ addidit;* † Abite in profundum malæ cupiditates! Ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis.

Cùm ita pecunias timuerit & formidârit Crates proprias; cur non timent auari possidere, quas furantur, alienas? 579
*Noluit auro sese puro-puto sapiens ille committere, & tu plumbo te credebas duro! Agite iactis ambo sortibus, ille Thebanus, tu Samnis, explorate, vter rectè aut secus egerit; * illene aurum è terra in mare abiiciens; an tu per mare aurum in terram portans! Etsi non dubito, quin prisci Romani, illi; hodierni auari tibi palmam sint adiudicaturi: Mea tamen sic est sententia; te illud magno æstimando, contemtum; Socratem † id contemnendo gloriam ab omnibus auferre.*

CAPVT XXXIII.

Pertexit & concludit epistolam M. Aurelius, acriter Mercurium obiurgans, quòd tristis esset; quid fortuna sit ostendens, & conditiones quasdam auarorum in fine exponens.

IDEM

† *Medici.*

Quin tu, quod periit, periisse putas! Plaut. Trinum. Stasim fac.

Sors est sua cuique ferenda. Manil. lib. 4.

Quò præcessit dilectionis thesaurus, illuc etiam cogitationis sequitur affectus. Fulgent. de dispensator. Domini.

Aduersus miseros inhumanus est iocus. Fab. 6. cap. 4.

Qui sese miserum & mendicum volet, Neptuno credat sese, atque ætatem suam. Plaut. Rudent. sc. 11.

Ὁ μὴ πεπλευκὼς οὐδὲν ἑώρακεν κακόν. *Athenæ. fol.* 154.

ἦν ὄντως μερόπων χρύσεον γένος, εἴγ' ἀπὸ χέρσου τηλόθεν ὡς ἀΐδης πόντος ἀπεβλέπετο. *Antiphil. Epigr. lib.* 1.

Quæstus naufragio petitur: Pudeat tanto bona velle caduca. Manil. 4.

Insani est ob amissa dolore affici; relictis non gaudere. Plut. de anim. tranq.

En fortunas y grandes tempestades solo en lo que se escapa a de pensar se. Araucan. 300.

† *Crates Thebanus aurum in mare demersit. Laert.* 6.

Non est æquum, id haberi malum, quo bene vti licet. Fab. 2. c. 16.

Omnium pecuniarum congeriem dignam non putem, quæ frontem viri boni contrahat. Sen. 3. ira. 33.

Diuitiarum non indicit fugam Philosophia; sed inhibet appetitum. Saresb. 5. vlt.

* *Cratetis.*

† *verba Lactantij.* 3. 22.

Quàm magnum contemnere diuitias! sed quàm rarum hoc ipsum est? Ambros. Psal. 118.

Crates rem familiarem abiicit velut onus stercoris, magis labori, quàm vsui. Apul. florid. 2.

Crates Cratetis bona abiicit, ne Cratetis bona Cratetem superent. Nonnus in 48. orat. Nazian.

* *Ego dubito, sanus an demens fuerit. Lactant. vt sup.*

Sapiens patrimonio per honesta quæsito nec gloriabitur, nec erubescet. Sen. vit. beat. 23.

Disceptatio sine ira, suauitas sine amaritudine sit, monitio sine asperitate, hortatio sine offensione. Ambros. offic. 1. 22.

† *Cratetem.*

Θέσμων τε χοίνιξ καὶ τὸ μηδενὸς μέλειν. *Apophth. Cratetis. Billi. orat.* 24. *Nazianz.*

Plerique naufragio liberati exinde repudium & naui & mari dicunt, & Dei beneficium memoria periculi honorant. Tertul. de pœnitent.

Ὅταν τοι θυμὸν ἀσηθῇς, μηδεὶς ἀνθρώπων γνῶσε βαρυνόμενον. *Theog.*

Es necedad ò simpleza, llorar per lo que con llorar no se puedo remediar. Celestin. 49.



IDEM tabellarius mihi significabat, totum te mœrori deditum, de nocte vociferari, deos incusare, vicinos † excitare, & ante omnia querelis fortunam, quæ ita te tractauit, quotidianis ream agere. Dolet mihi mœstitia tua. Mœstitia enim solitudinis amica, societatis inimica, tenebrarum amans, conuersationis fugitans, & desperationis hæres est. Dolet mihi VOCIFERATIO tua nocturna: Est enim stulticiæ indicium, exiguæ tolerantiæ signum, prudentiæ aliquem deficientis nota, amentiæ experimentum manifestum. Qua enim hora mundus omnis tenebris operitur, solum cor tuum ad eiulatus aperitur.

Dolet mihi, quòd cum diis contendis, crudeles illos dictitans; qui quidem SI QVID ob superbiam tibi ademerunt, ob humilitatem redderent. QVANTVM enim culpa deos offendimus, tantum patientia placamus. An te fugit, Mercuri amice, MAIOREM esse patientiam, qua in dissimulandis criminibus nostris dii, quam qua homines in tolerandis ipsorum pœnis vtuntur? Nos enim iniustè illos offendimus, & ab illis iustissimè punimur.

Dolet mihi, quod clamoribus & querelis tuis offendiculo vicinis es. SEMPER enim, quod nosti, vicinus vicino, maximè diuiti pauper inuidet. Itaque dissimulato dolore, læticiam ac hilaritatem in omnibus præte feras censeo: vt SI fortè inuidiam tibi conflauit opulentia, commiserationem excitet tolerantia. Dolet mihi, quod de fortuna conquereris. FORTVNA enim cum tam multis pulcre nota sit; ab vno sese infamia affici non patitur, & DE FORTVNA commodè mitiganda, quam accusanda cogitare satius est.
580 *MVLTOS enim valde in prædicandis ærumnis (doloribusq;) suis solicitos; in quærendo remedio planè ignauos reperias.*

O te imperitum, Mercuri, qui cum adeò sis † improuidus; (& obliuiosus;) de integro nunc litem fortunæ intendis! Fortunam, cum qua cuncti inducias faciunt, tu bello prouocare audes? Nos arcus retendimus: tu iacula † amentas! Nondum scis, quid bellum sit, & victoria frui vis! Nemo non fraude irretitus est; & tu securus vis ambulare? Quid vlterius dicam, cùm te fortunæ videam congredi? An tu ignoras HANC esse, quæ muros excelsos oppugnat, & parietinas defendit; quæ deserta inhabitata frequentat, & populos frequentes desolat; quæ ex inimicis amicos, ex amicis inimicos facit: quæ victores vincit; quæ ex proditoribus fideles, ex fidelibus suspectos facit? Postremò sic

Ανδρὸς γὰρ κρατεροῖο κακὴν ὑποκλῆναι ἀνάγκην. *Coint.* 12. 380.

Absurdum est, si cæptis audacibus aduersetur euentus, consurgere in querimonias. Sidon. 4. 6.

† *inquietare.*

Murmurandum non est in aduersis; sed patienter & fortiter, quicquid acciderit, sustinendum. Cypr. ser. 4.

Non debemus leuia incommoda indignando cumulare. Sen. ep. 99.

Ordine accusat, 1. *Tristitiam nimiam*;

Dolori succumbere ipsa clade tristius. Val. Max. lib. 5 extrem.

2. *Eiulatum.*

Δεῖ τοὺς τραυματίας ἰατρεύεσθαι, μὴ βοᾶν. *Apophth.*

Lasus animus vociferatione pascitur. Cass. 2. 23.

Νυκτῶν φίλαι φροντίδες. *Heliod. lib.* 3.

Nil segnibus vndæ planctibus, aut vanis mitescunt flamina votis. Claudian. bell. Get. 272.

3 *Impatientiam.*

τί κινυρόμεθ' ἄλλως; οὐκ ἐχρῆν ζητεῖν τι ἀσωτηρίαν νῷν, ἀλλὰ μὴ κλάειν ἔτι. *Aristoph. Equit. initio.*

Is demum miser est, qui ærumnam suam nequit occultare. Cæcil. Sel. 2. 23.

πάντ' εὐχαρίστως δεῖ δέχεσθαι τὰκ θεοῦ. *Naz. Monostich.*

μάλιστα ἕνεκεν θεοῦ πάντα ἡμᾶς ὑπομένειν δεῖ, ἵνα καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ὑπομείνῃ. *Ign. St.* 311.

4. *Offensionem vicinorum.*

Qui suos dolores anxietatesq; dissimulant, perueniunt patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. Macrob. 1. Sat. 10.

5. *Fortunæ incusationem.*

Peruersissima gloria infelicissimum videri. Sen. Marci. 5.

Stultum est perpetuæ infelicitatis se damnare. Val. Max. 6. 9.

Dementis est, ipsum malam sibi facere fortunam. Colum. 1. 3.

Nulla re maior inuidia fortunæ fit, quàm æquo animo. Sen. Marc. 6.

πρὸς τὴν τύχην ζηγομαχεῖν οὐ ῥάδιον. *Menand. St.* 849.

Quando la mala ventura se duerme, nadre la despierta. Adag.

Incommoda sapientes commodorum compensatione leniunt; stulti nec vitare venientia possunt, nec ferre præsentia. Cic. nat. deor. 1.

† *vibras.*

Sapiens neque in secundis rebus effertur, neq; contrahitur in aduersis. Apul. de philosoph.

Res humanas ordine nullo fortuna regit. Sen. Hippol. 3. extr.

Non minus in secundis aduersa, quam in aduersis secunda cogitemus. Iustin. lib. 31.

Nihil inausum fortunæ. Aduersus imperia idem habet iuris, quod aduersus imperantes. Sen. epist. 91.

Chi è sauio, patiente & forte, Lamentasi di se, non della sorte Boiard. Guicciard. 38.

τῷ μακροθύμῳ χρηστότης, καλὴ δόσις *Nazianz. tetrast.* 50.

El mas seguro bien de la fortuna es non hauerla tenido ve z alguna. Arauc. 10.

Quicquid à fortuna datum est tanquam exemplo abiturum possideamus. Sen. Marci. 10.

Il ne fait iniure à personne, qui honestement vse de son droict. Bocac.

Fortuna plus consiliis humanis pollet. Liu. lib. 44.

Quod datum est vtendum, id repetendi copia est, quando velis. Plaut. Trinum. Neq; fuit.

In eum intrauimus mundum, in quo his legibus viuitur. placet? pare: non placet? quacunq; vis exi. Sen. ep. 91.

Quid præsentibus confidis, incertus futurorum? Plin. 9. 13.

Pessimi est debitoris, creditori facere conuicium. Sen. Marci. 10.

ἡ γοῦ τύχης φρόνησιν ἀσφαλεστέραν. ἡ μὲν γὰρ ἐστι πραγμάτων κούφη φορὰ, ἡ δ' οἰακισμός. *Nazian. tetrast.* 55.

Immodicæ diuitiæ, vt enormia gubernacula, facilius mergunt, quam regunt. Apul. apolog. 1.

6. *Negotiationem.*

Natura insidians Pontum substrauit auaris. Propert. 3. 7.

Aduersus experimenta pertinaces sumus, & naufragi maria repetimus. Sen. 1. benefic. 1.

πᾶσα θάλαττα θάλαττα. *Antipat. Epigram. lib.* 3.

Expertæ toties tam malè credis aquæ! Ouid. Heroid. 7.

Nullis muneribus fortunæ explentur, quorum cupiditates ratio non terminat. Panegyr. Constanti.

Præsentibus bonis vti præstat, quam nos fugientia quærere. Procop.

Estan todos los bienes suietes à peligros y vaybenes. Arauc 300.

Nihil tam capax fortuitorum, quam mare. Tacit. annal. 13. extr.

Facit experientia cautos. Mant.

Certa pro dubiis relinquere tutum non est. Bernhard.

Improbè Neptunum accusat; qui iterum naufragium facit. Mim.

Nauta amator pelagi, firmi desertor, contemtor vitæ mortisq; vndæ cliens. Epictet. Dialog.

I nunc & ventis animam committe, dolato confisus ligno, digitis à morte remotus 4. ac 7. Iuuenal. Sat. 12.

Omne futurum incertum est & ad deteriora certius. Sen. Marc. 23.

Io non mi curo punto di quella felicità, che pende delle funi. Domin. 307.

habeto, FORTVNAM illam esse, quæ regna sursum deorsum voluit, exercitus profligat, Reges deijcit, tyrannos euehit, mortuis vitam dat, viuos sepelit.

Non recordaris simboli, quod secundus Spartanorum Rex portæ suæ inscripserat his verbis: HÆC domus est, vbi homo facit, quod potest; Fortuna, quod vult? Verba profectò præclara, & tam præclaro ingenio digna, & si qua mihi fides est, ab omnibus cordatis diligenter notanda; quippe quæ non supra portas; sed in ipsis scribenda sunt præcordijs. Melius ille, quam tu, fortunam nouerat, qui se depositarium, non proprietarium statuebat; & quoties aliquid perinde ac tu, perdiderat; non suum sibi eripi; sed depositum repeti existimabat. NIHIL est, quod vitam hanc acerbiorem hominibus reddat: quàm quòd animo fingunt, bona caduca, quæ ad tempus certum fortuna apud illos deponit, per omnem vitam tenenda ac possidenda esse. Siue id deorum permissu, siue fatorum nobis infestorum nutu fiat, QVO quis in hac vita honoratior & opulentior est; eo grauiores illum fortunæ ictus sustinere video; vt verè audeamus dicere, SOLVM illum à fortunæ insultu tutum esse, qui in sepulcri sese arcem recipit.

Narrauit mihi tabellarius tuus, proxima æstate Romam te venire in animo habuisse; nunc verò in hyeme Alexandriam nauigare velle. O te infelicem, Mercuri! Dic mihi 581
obsecro, quando sensum omnem amisisti? quod dum vita tua desinit, de integro auaritia incipit. Duas inueniebas vrbes exercenda mercatura celeberrimas, Romam scilicet, virtute præstantium tortorem, & Alexandriam viciorum caput? quas si vnicè caras habes; audi, quæso, quænam ibi merces vendantur. Romæ corpus vicijs onerabis; Alexandriæ cor solicitudinibus implebis. Ac si fortè aliquid coëmeris eorum, quæ ibi sunt, aut vendideris aliquid eorum, quæ hinc exportas; famem medius fidius potius auferes eius, quod reliqueris, quam animum eo, quod asportaueris, contentum.

Non meministi & hyemem iam esse, & mare transeundum, in quo, nisi nautæ me fallunt, Securissima quæque malacia, maximæ tempestatis præludium est? Quòd si dixeris, naues tuas vacuas ituras, ideoq; tutius nauigaturas; futurum respondeo, vt magis onustæ auaritia abs te dimittantur, quàm serico oneratæ reuertantur. Quam felix esset permutatio; si cum serico Alexandriæ auaritia mutaretur Italica! quod si fieret, illius serico vix vnam nauim instrui; auaritia nostra integram classem armari posse iurarim. INGENS est cupiditas, quam nec hominum verecundia reprimit, nec mortis timor eripit; quod tua caussa dico, qui

cùm

cùm tali tempestate nauigare audeas; aut auaritia abundes, aut prudentia careas necesse est.

Vt mihi satisfaciam, & te excusem; de te percontantibus quid respondeam, nescio; nisi & dijs te ignotum, & mari notum; itemq; inquietum animum tuum inquietis vndis, cor durum duris scopulis, denique ventum vento notum esse. Dic mihi; quid quæsitum is, tali tempore domus tuæ quietem relinquens & Alexandriam nauigans? An in sinum abis Arpinum, vbi tuum nauicularij plumbum proiecerunt? Etiam atque etiam Mercuri, quid agas, vide, ne plumbum durum piscibus erepturum te cogitans, carnes illis molles prædæ relinquas. MVLTOS enim Romæ vidi, qui perditum aliquid recuperaturi, reliquum omne perdiderunt.

582 *Vltimum hoc verbum imis sensibus Mercuri reponas, ex quo intelliges, quid AVARI in hac vita quæratis. Tibi † solicitudinem, vicinis inuidiam, stimulos alienis, furibus incitabulum, corpori tuo periculum, famæ labem, vitæ perniciem, amicis fatigationem, inimicis occasionem, denique hæredibus execrationem, & lites filijs acerbas quæris.*

Propter accessionem febriculæ nihil addere vlterius possum. Itaque dijs pro me supplices, rogo, Samnitum. Nam SI deos habeamus infensos, parum morbis medici prosunt nostris. Salutat te Faustina tuamq; iacturam magno sibi dolori esse ait, & monile filiæ tuæ Fabiolæ pretiosum mittit. Ego quoque diplomæ mitto; vt pro plumbi compensatione nauis tibi detur, qua caue Rhodum veharis: Nos enim piratis eam Rhodijs eripuimus. Dij te custodiant, & tibi, mihiq; & Faustinæ meæ vitam inter nostros bonam, famamq; inter exteros secundam largiantur! Non scribo propria manu, valetudine scilicet impeditus.

Incommoda accepta pro disciplina & præceptis habeas, vt reliquos casus timeas. Cæsar. bel. ciuil. 3.

Redit in tumidas naufraga puppis aquas. Ouid. 2. Trist. init.

Ναυτιῇ δ' ἀεὶ χειδὸν εἰσιν ὀλέθρε. *Coint.* 8. 296.

In nauigatione minimum est, quo à morte vita diducitur. Sen. ep. 49.

ὁ ἐπίγειος ἄνθρωπος, ὡς ἀμφίβιος αὖτε εἰς τὸ πέλαγος ἔρριψεν ἐπὶ τῇ τύχῃ γαύδυος πᾶς. *Plat. Axioch.*

Quisquis nauigat, naufragio propinquus est, eoq; magis, quo audacius nauigat. Naz orat. 27.

Turissima nauigia sunt, quæ in terram subducta. Anachar. Laërt. l. 1.

εἴη μοι γαίης ὀλίγος βίος, ὄφρα δὲ θαλάσσης ἄλλοισιν μελέτω κέρδος ἀεικελίων. *Iulian. Epigram lib. 3.*

† *fastidium. I.*

πὰ δεινὰ κέρδη πημονὰς ἐρεθίζεται. *Sophocl. Antigon.*

Auaritia omnia mala potest admittere. Ambr. 1. Timoth. 5.

αἱ κοιλίαι ξηραίνονται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῖσιν ἀπαγορεύσιν. *Hippocr.* 2. 53.

Nulla lassitudo impedire officium & fidem debet. Cic. lib. 12. ep. 25.

Animus morbo corporis occupatus rebus alienis nescit curam intendere. Sym. 8. 48.

Quod ex insperato obuenit, gratius accipitur. Saresb. 3. 11.

Nescit semel incitata liberalitas stare; cuius pulcritudinem vsus ipse commendat. Plin. 5. 12.

Porrigenda sunt amicis munera, non iactanda. Saxo. lib. 5.

In dono plus dantis, quam accipientis consideratur sublimitas. Ambros. Rom 4.

τροφὴ νόσων ἡ σιωπή, τὸ δὲ σκανδαλῶδες, ἐυπαραμύθητον. *Heliodor. lib. 4.*

CAPVT XXXIV.

†

Epistola M. AVRELII Imp. ad Pyramonem amicum singularem, vehementer afflictum.

MARCVS Orator † Rom. Cælimontanus, Pyramoni Lugdunensi, amico singulari S. animiq; aduersus fortunam sinistram præsentiam.

In literis, tuis quæ III. Cal. Ianuarias mihi redditæ, superiores meas ad te per-

† *In Hispan. lib. 3. cap. 65.*

In Gallicis versionibus desideratur.

Extat inter epistolas mundi procerum paullo breuior.

† *Imperator.*

Ἔστιν ὃ οὐκ ἐξ ἄλλου λόγου παντὸς ἰδεῖν τὸ ἐπιγραφόντος, ἐξ ἐδεσμὸς δὲ οὕτως ὡς ἐξ ἐπιστολῆς. *Dem. Phal. de eloc.*

Magnum atq; in magnis positum populisq; vitisq; aduersis seruare fidem. Sil. l. 11.

Infractæ fortunæ homines amicorum studia desiderant, vel præsidii vel solatii gratia. Val. Max. 4. 7.

Molti parenti, molti tormenti, Adag.

Rebus potiùs, quam verbis ſpectatur affectio. Sym. 3. 28.

Inter abſentes alterna epiſtolarum decertatio plerunq; ad odia procedit. Idem 9. 24.

In aduerſis collocutio tametſi periculum non tollit, ægritudinem minuit. Saxo. lib. 3.

Ad connectendas amicitias vel tenaciſſimum vinculum morum ſimilitudo. Plin. 4. epiſt. 15.

A primis ſtatim ætatibus in eandem coire vitam, habet aliquem fraternitatis affectum. Fab. declam. 16.

Multum voluntates noſtras copulauit decurſarum forinſecus actionum ſimilitudo. Sidon. 3. 1.

Non ſanctius eſt ſacris iiſdem, quam ſtudiis initiari. Fab. 1. cap. 3.

Tolle inuidiam, meum tuum eſt & tuum meum. Saresb. 7. 24. ex Auguſtino.

Homini amico, qui eſt amicus, ita vti nomen poſſidet, niſi deos ei nihil præſtare puto. Plaut. Bacchid. Multimodis meditatus.

τὸ τύχης τ' αὐτῆς κοινωνεῖν φιλιοπικόν. *Heliod. lib.* 1. 27.

Minus gratiæ præcipiendo recta, quàm offenſæ reprehendendo praua meremur. Fab. 4. cap. 1.

πῶς δ' ἂν δείξω φίλῳ, εἰ σε μὴ δεινᾶσιν ὄντες συμφορᾶι; ἐπιρκέσω; *Eurip. Oreſt.*

Hæc omnibus natura eſt, vt ſua cuiq; calamitas præcipuè intoleranda videatur. Fab. declam. 6.

Κυφότεροι μὴ μόνοι φέροντες τὰ κακὰ *Ariſt. Eudem.* 7. 12.

† *infelicium omnium princeps ſum.*

Abunde atq; indulgenter fortuna decidit cum eo, qui iure dici non infelix poteſt. Plin. 7. 40.

Δεῖ τινὸς τύχας τὰς γνώμας μὴ σωπιζούσεως, μηδὲ τὸ μεμιγῆσθαι τῷ πάλαι φίλων ἐλαττον ἡγεῖσθαι τὸ πυρώσης ἀξίας. *Syneſ. epiſt.* 24.

Nihil iucundius, quam habere, in quo calamitas acquieſcat. Sen. 3. benefic. 12.

Dulce certamen eſt familiaris officii. Sym. 1. 86.

ὁ φίλῳ βάλλειν εἶναι ἄλλῳ ἠρωκλῆς, ἄλλῳ ὄτῳ. *Ariſt. 7. Eudem.* 12.

Claritas regia nihil admittit infectum. Caſſ. 7. 32.

Hominem magnificum decet, ſi queat, in primori fronte animum geſtare. Apul. apolog. 1.

Qual ſonata. tal ballata. Adag.

ποῖα ξυμμαχία ἡδεῖα μᾶλλον πίστεως τ' πρὸς ἀλλήλους; *Xenophon. Hieron.*

Alterni præbent ſolatia luctus. Stat. Thebaid. 9.

te peruenisse indicant, verba non magnopere curo; ſententiam vero illarum quantiuis æſtimo. Cum autem ego etiam ſine interprete mentem tuam aſſequar, & ex ſignis intelligam; æquum fuiſſet, te mentem meam, qui tam prolixus in ſcribendo fueram, intellexiſſe. Verùm adeò ſtolidus es, vt nec vocatus audire, nec pulſatus ſentire videaris.

Vt igitur ad rem accedam, quanta ſanguinis propinquitate, quàm vetuſta amicitia, quàm firmo amore coniuncti ſimus, quàm tenerè inter nos amauerimus, quanta ceperimus vtrinq; veræ amicitiæ experimenta, noſti. Meminiſti enim procul dubio, cùm Rhodi ageremus, nos & contubernales & coniuctores fuiſſe; SI QVID animo concepiſſes, me opere (factisque) confeciſſe; Si quid ego dixiſſem, te nunquam aduerſatum eſſe. Quippe meo tu cordi, tuis ego præcordiis infixus eram; ego alter tu, tu alter ego eras; atque ita duo cum videremur, vna tantùm amborum voluntas erat.

Quid hoc rei eſt, Pyramon, quod tanto mœrore affectum te ſcribis, neque cur triſtus ſis, exprimis? Mortem imminere tibi inquis, & quis tibi vitam adimat, taces? Si portionem mihi impertire miſeriarum pro amicitia recuſas; eam me ſcito iure repetiturum. Sic tibi velim perſuadeas à diis immortalibus eſſe conſtitutum, vt omnes voluptates & commoditates à mea arceantur domo; calamitates verò & ægritudines omnes in me incumbant, poſteaquam † is ſum, quem omnes moleſtiis onerant. Tu quamuis cupias, imperium meum effugere non potes. Nam ſi in felicitate infelicem te quæreris; ego in infortuniis fortunatum me eſſe glorior.

Dicas mihi, quæſo, an vnquam, cum eſurires, ſaturum 583
me conſpexiſti? dormientem, cum tu vigilares? requieſcentem, cum tu laborares? Profectò LICET *corpora & fortunæ ſingulorum fuerint propria; ærumnæ tamen atque infortunia ſemper communia fuerunt. Vnum facias neceſſe eſt, SI modò in amicitia mea perſeuerare cupis, vt bona mea pro tuis, & mala tua pro meis habeas; cum ad delicias ipſe natus ſis, ego laboris gratia viuam. Hæc à me non ſimulatè dici, ipſe teſtis es. Nam in obitu Iamariæ ſororis tuæ, præſtantiſſimæ iuxtà ac pulcerrimæ, animaduertere potuiſti, dum ipſa exanimis terræ mandabatur, me adhuc viuentem ſepeliri: cùm ad lacrymarum mearum ſonum tui, (vt ſic loquar) ſaltarent oculi.*

Cùm igitur nullam de me dubitandi cauſſam habeas; dolorem tuum mihi tutò potes aperire. Quoties te interrogaui, nunquam tibi rationes conſictæ defuerunt.

Quare

Quare te etiam atque etiam rogo atque obsecro, per Deos te precor & obtestor, vt ærumnarum tuarum pyxidem in meo deponas sinu! QVACVNQVE enim perrexeris, ne latum quidem vnguem abs te recedam. Si profectus fueris, proficiscar; Si constiteris, consistam; Si laboraueris, laborabo; si quieueris, quiescam. Si mortem optas, me vitam minimè optare probè nosti.

Nihil in rebus humanis excogitauit natura præstantius amicitia: nullum concordiâ contra fortunam maius auxilium. Fab. decl. 9.

Veræ amicitiæ est, vt idem amici sempet velint. Cic. pro Plancio.

πρὸς ἐλάττονος ποιοῦ τὴν σὴν ἀργυρίου ζημίαν, ἢ τὴν σὴν φίλου. Synes. epist. 44.

Amici, quibus eadem ambobus placent. Apul. lib. 9. asin.

Delige Pyramon, quod placet, & distribue, vt libet. Nam tuæ meæque calamitates cor vnicum duntaxat torquent. Si enim dolere vis; alienæ à me deliciæ omnes erunt: Si plorare; nunquam me risurum iuro: Si molem luctus deponere cupis; ego illam totam non secus ac meam humeris subibo: Si tibi solitudo placet; valeant hominum cœtus! Si cœtus hominum probantur, valeat solitudo! † Quid ergo me velle vis? Equidem quicquid volueris, vltrò appetam.

Non est beneficium, quod ingeritur recusanti. Lactant. 5 20.

Si moreris, antecedo; si viuis, sequor. Sen. Thebaid. 1.

† *postremò facias me solummodò certiorem, quid velis; & quicquid. I.*

Quòd in tantis rerum difficultatibus tibi nec affinium quenquam auxilio, nec amicorum solatio esse quereris; mihi credas velim Pyramon, vtriusque rei tantam domi meæ esse penuriam, quantum intra parietes tuos mœroris est. AVXILIVM † (in malis nostris) à locupletibus; solatium † à sapientibus expectandum nosti. Cùm igitur ob iniquam fatorum iram desidia sapientiam mihi ademerit, & nihil mihi fortuna superesse passa fuerit; pro certo habeas, me & ni-
miam miseriam tuam, & minimum auxilium in te subleuando meum deflere.

τὸ μὴ δυνάσθαι βοηθεῖν τοῖς φίλοις, ἀπορίας. τὸ δὲ μὴ βούλεσθαι, κακίας τεκμήριον. Democr. Stob. 724.

Amigo del buen tiempo muda se con el viento. Adag.

† *præsidium.*

† *consilium.*

584 *Quòd populares & amicos in promittendo largos, in dando parcos fuisse scribis; minimè miror. NON enim ad omnia ea facienda manus prudens obstringitur; quæ fatua lingua pollicetur. Etenim SI AD linguæ (vt ita loquar) sonum & pedes nostri saltarent, & manus agerent (omnia;) paucis diebus vita, paucioribus fama interiret. Vetus hoc malum est, & iam pridem ab hominibus leuissimis vsu receptum, LINGVAM velociter loqui; manus verò (serò aut) segniter agere (atque efficere.) NON est autem, quod † doleas, vt paullò pressius agamus, in paucis te deprehendere (bonum,) quod in te vno multi repererunt. MORIS enim est, citò & alacriter accipere; at serò & ægrè dare: quorum illud proteruiæ, hoc pigritiæ (& desidiæ) est.*

Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt, hi simulac fortuna dilapsa est, deuolant omnes. Cic. Heren. 4.

Familiarium vsus officiorum inter aduersa negligitur. Sym. 8. 72.

Non fortunam tibi debeo, sed affectum; non exitum, sed voluntatem. Fab. declam 5.

Ex factis, non ex dictis amici pensandi. Liu. lib. 34.

Pollicitis diues quilibet esse potest. Ouid. art. 1.

Promissum potius non faciendum quàm tetrum facinus admittendum. Cic. offic. 3.

Leuissimi animi mos est polliceri facilè, quod non disponit implere. Cassiod. 5. 34.

Non liberalis, sed leuis est polliceri, quod præstare non possis. Nepos Vit. Attic.

glorieris. I.

Colui che tosto niega, meno inganna. Teat. 51.

Vide Martial. 7. 42.

Minus decipitur, cui negatur celeriter. Mim.

Sic demus, quomodo vellemus accipere. Sen. 2. benefic. 1.

Proximus est neganti, qui dubitauit. Tarde velle nolentis est, ibid.

Græci bonum amicum esse aiunt, qui (citò) promittit, etiamsi serò præstet: nos Romani optimum esse dicimus, qui citò negat, & petentem errore liberat. Ego verò sic statuo, QVI cum posit, non dat, hostem apertum; qui citò pollicetur, seroque dat, suspectum amicum esse. QVID enim amici nostri verbis indigent, cùm factis iis succurrere possumus? NON est æquum nos ei, qui nobis cor, potissimum

Μὴ μ' ἔπεσιν μὲν τέρπε, νόον δ' ἔχε καὶ φρένας ἀλλη. Theogn.

Odium lingua fidemque parit. Alex.

† *serum.*

Conscio sin remedio es cuerpo sin alma. Adag.

Petitionis successus petendi nutrit audaciam. Petrar. Variar. ep. 20.

Nihil profunt figmenta solicitis. Sym. 8. 46.

Μήτε τὸ ἀλγεῖν ἀπαραμυθήτον, μήτε τὴν προσδοκίαν ἀπαραδεκτόν. Nazian. Stob. 253.

Optimus autor consilii, qui & re consilium exequitur. Liu.

Quid te refert beneficum esse oratione, si ad rem auxilium emortuum est? Plaut. Epidic. Rem tibi.

Plus semper imbecillo amico debemus. Sen. 7. benefic. 16.

Nemo non benignus est sui iudex. Sen. 2. benefic. 26.

Iniurium est magnopere flagitare, quod speres; ne quod est voluntarium, videatur extortum. Sym. lib. 1. cap. 30.

Non in voluntate petentis, sed in dantis arbitrio debet esse, quod petitur. Ambros. Rom. 9.

† *Seruitutis.* * *libertatis.*

† *puerorum.*

Dij pereuntium beneficiorum semper vltores. Fab. declam 15.

* *Romanæ virtutis.*

Galba putabat indignum, Imperatorem aliquid coactum facere Dio. lib. 64.

A venir con le man vote senza vsar forza; il precar poco gioua. Ariost 40. 74.

Cæsarem eodem animo dixisse, quo bellauit, apparet. Fab. 10. cap. 1.

Quam diu hunc (gladium) habebimus, pecunia nobis non deerit. Dio. lib. 77. Appian. ciuil. 2.

Periculosum inermes armato resistere. Auct. Vict. Cæs. 25.

Ad præterita rari animum retorquent. Sen. 5. benefic. 3.

Non potes dicere te perdidisse, quod nescis, an merearis accipere. Cyprian. serm. 4.

Cladi parce obuius ire, dum transit diuùm furor. Sil. lib. 9.

Magna accepimus, maiora non cepimus. Sen. 2. benefic. 29.

μισεῖ ὁ θεὸς τὰς ἀλαζόνας. Tati. 5.

Nec dies, nec quies vlla, ac ne momentum quidem tenue DEI transcurrit beneficiis ociosum. Apul. apolog. 1.

Plurimum beneficia ac maxima in nos Deus confert sine spe recipiendi. Sen. 4. benef. 9.

Quod Deus dedit gratis; tollit ingratis. Augustinus.

Segnius homines bona, quàm mala sentiunt. Liu lib. 30.

visserum, dat, linguam, qua nihil in vita peius, dare. Etenim NEC *dij volunt, nec amicitiæ lex patitur, vt cùm ab amico expromtum petam auxilium; is diu meditatus* † *benè longum mihi impertiat consilium.*

Plato diuinus in legibus aiebat; NOS *iubemus in repub. nostra* FELICITER *agentibus consilium dari, ne corruant; miseris auxilium, ne animum despondeant. Quibus verbis multæ & egregiæ insunt sententiæ. Nosti Pyramon,* AFFECTO *cordi verba mitia & simplicia minimum prodesse, nisi opera præclara comes adsit.* NEQVE *negare ausim, eos, quibus voluntates nostras secundis temporibus nostris exhibuimus, astringi, vt suas nobis fortunas & præsidia in aduersis impertiant.*

Verùm ex te quæro, CVR *tu licentiam tibi quicquam audacius petendi sumas, & libertatem in alio negandi vituperes! Etenim* VT VERECVNDVS *in petendo nos quasi astringit, vt nihil ipsi negemus; ita inciuilis & importunus omni indignus est beneficio. Disce ergo, si nescis, Pyramon:* OBTINERE, *quicquid petitur, duntaxat deorum; dare quicquid postulatur,* † *seruorum signum; negare aliquid eorum, quæ petuntur,* * *liberorum; flere, si quippiam negetur, tyrannorum* †; *ingratum esse pro datis, barbarorum; negata (obsequia) magno animo ferre,* * *Romanorum esse.*

Ex iis, quibus animi sui celsitatem C. Cæsar declarauit, 585
& hoc fuit, quòd si quippiam in Senatu sibi negaretur, tum magis lætabatur. Subinde enim aiebat; Romæ sibi nihil honorificentius & glorioſius esse, quàm si quid obnixè à Senatu contenderet, & Patres essent in negando pertinaciores: In adipiscendo enim illo virium suarum robur, & Senatus in resistendo imbecillitatem spectari.

TVTIVS mihi videtur, quod idem tibi velim videri, virtute deorum promereri beneuolentiam, quàm querelis eos magis etiam irritare. Vt animo æquiore & tranquilliore sis, si quando ærumnis oppressus, repulsam apud deos hominesque patiaris; FAC VLNA *iusta metiaris, & æqua lance ponderes, quàm multa tibi dederint, quàm pauca non concesserint. O nos erga deos ingratos, erga homines immemores! qui* ACCEPTA *obliuione immunimus, negata querelis exaggeramus. Quinquaginta, ni fallor, annos natus es Pyramon, quibus omnibus in muneribus semper accipiendis occupatus fuisti; pro quibus omnibus ne vnum quidem te diem deorum seruitiis vidi impendere.* QVID *ergo absurdius, quàm de aduersa octo dierum fortuna te queri; cui totos L. annos ingratus pro acceptis beneficiis fueris?*

Quòd

Quòd ciuium tuorum inuidia inprimis torqueri te scribis; equidem dolore tuo plurimum doleo, admirationemque tuam miror. OMNIS enim admirationis causſa eſt ignorationis abundantia, & experientiæ deficientia. ADEO ſolers nunc eſt hominum ingenium, adeò vſque in delicias inſtructa mortalium vita, vt, cùm de malo ingruente vix ſomniant, ad manum continuò ſit medicina. Eſurientes comedunt; algentes caleſiunt; ſomno grauati dormiunt; defeſſi quieſcunt; ægroti curantur; mœſti ſolatia adhibent: Ita nimirum vita hæc ærumnoſa inter iſta abit, dum alij aclides conficiunt, alij vallum obijciunt; alij machinas excogitant, alij aggeres reficiunt: hoc eſt, NIHIL aliud mundus & caro agunt, quàm vt nos oppugnent; & nos ne punctum quidem temporis liberum habemus, quo non ſit de defenſione cogitandum.

Hæc quidem remedia omnia carnis affectibus inuenta ſunt. Inter hos autem cùm inuidia execranda non numeretur; quid quæſo faciemus? O infelices diuitias, quibus vniuerſi inuident! Profectò aduerſus inuidiam propugnaculum nullum eſt, quo quis ſeſe tueatur; nullus receſſus, vbi deliteſcat; nullum cacumen, quò aſcendat; nulli montes, quò ſe recipiat; nulla ſylua, vbi latebras quærat; nulla nauis, qua elabatur; nullus equus, quo effugiat; nulla pecunia, quæ ſe redimat.
586 *INVIDIA eſt anguis adeò venenatus, vt nullus mortalium vel fuerit, vel futurus ſit, quem non dentibus ſuis momorderit, vnguibus laniârit, pedibus conculcârit, veneno infecerit. Deos teſtor immortales, QVO quiſque ampliorib⁹ à fortuna cumulatus eſt opibus, hoc infeſtioribus illum peſtis huius petidentibus. ADEO, vt idem ſæpius repetam, liuida eſt inuidia, vt qui ab ea longiſſimè diſcedunt, eos grauioribus contundat ictibus. Itaque nihil me hercule loci eſt ſegnitiæ & ſocordiæ, cum INVIDIA deteſtandaiis, qui in maximis ſecuri deliciis degunt, occultos infligat ictus.*

Multos euoluiilibros, Hebræos, Græcos, Latinos, Chaldæos; complures item conſului viros doctiſſimos, an ratione aliqua ab inuido homine me tueri poſſem, ſciſcitatus. Sed vera fatenti mihi credas, lectis, inſpectis, inueſtigatis omnibus, quæ legi, inſpici, inueſtigari poteraut, NVLLVM contra inuidiæ peſtem inueni remedium, niſi proſperitatis abdicationem, & aduerſæ fortunæ contubernium. O infelices ergo homines fortunatos! ô miſeros, qui illuſtri loco ſunt poſiti! Siquidem Scyllam effugere non poſſunt, quin Charybdis vorticibus abſorbeantur; nec euadere periculum, niſi opum iacturam faciant; hoc eſt, Talis eſt inuidiæ morbus, vt mortem minetur; tale pharmacum, quod

Semper homines, quantamcunque felicitatem habeant, inuidiam tamen ſentiunt maiorem. Curt. lib. 4.

Ὁ ἀπειρῶν τὸ θαυμάζειν οἴεται ἀγνοεῖν. *Ariſtot. 1. metaph. 2.*

Commune eſt omnibus & ab ipſis penè incunabulis traditum, bona malis anteferre, inutilibus vtilia præponere. Arnob. lib 2.

Naturaliter apud plurimos plus valet malorum timor, quam ſpes bonorum. Fab. 3. cap. 10.

Omnis rerum naturæ pars tributum aliquod nobis confert. Sen. 4. benef. 5.

Non neceſſitatibus tantummodò noſtris prouiſum eſt; vſque in delitias amamur. Idem. 4. benef. 1.

Rabiem liuoris acerbi nulla poteſt placare dies. Claudian. rapt. Proſer. 3.

πρὸς τὸν ἔχοντ' ὁ φθόνος ἔρπει. *Sophocl. Aiac.*

Nulla tam modeſta felicitas, quæ malignantis dentes vitare poſſit. Val. Max. 4. 7.

Cæca inuidia eſt, nec quicquam aliud ſcit, quàm detrectare virtutes, corrumpere honores & præmia eorum, Liu. l 38.

Nec prudentia quicquam in ſe eſſe, nec fiduciæ oſtendit, qui contumelia adficitur. Sen. in ſapien. non cad. iniur. 10.

Alit liuorem infelix inertia. Sen. tranquil. anim. 2.

Improbus ſuo delectatur bono: inuidus torquetur alieno. Ille diligit mala; hic odit bona. Ambr. 2. offic. 30.

Inuidia ceu fulmine ſumma vaporant plerunque. Lucret. lib. 5.

Et auida eſt felicitas, & alienæ auiditati expoſita. Sen. epiſt. 19.

Qui inuident; egent; illi, quibus inuidetur, rem habent. Plaut. Trucul. Lepide efficiam.

Τοῖς ἀφ' ἧς δέξῃς βαδίζουσιν ἀκηλεθεῖ φθόνῳ. *Plut. Stob.* 405.

Beſſer Neider / als Kläger.

Inuidiam virtute partam, gloriam non inuidiam puto. Cicero. orat 1. in Catil. extrem.

Optima vindex inſolentiæ, varietas humanæ conditionis. Val. Max. 4. 7. extrem.

τῷ φθόνῳ τὸ μόνον πρόσεστιν ἀγαθόν, ὅτι μέγιστον ἡμῖν τοῖς ἔχουσιν ἐστίν. *Hocr. Euag.*

Infelix quidem, ſed certiſſima ex malis ſecuritas. Fab. procem. lib. 6.

Inuidia nullius cauſſam agit, contra omnes ſibi fauet. Sen. lib. 7. benef. 27.

Τὰ ἡμέρα καὶ φθόνῳ πρὸς ὀλίγον ἐπισκιάσῃ χρόνον, ἐπὶ καιρῷ λυθέντα, αὖθις ἀναλάμπει. *Philo. Stob.* 408.

Malum mihi inimicos inuidere, quàm me inimicis meis. Plautus Trucul. Lepidè efficiam.

Prodest paupertas; sed à tali prodesse libera me Domine! I C.

† *omni destituta fortunæ fauore. I.*

Nunquam tutius fortunam experiri, quàm cum locum iniuriæ non habet. Sen. 5. controu. 1.

Nulla ingenia tam prona ad inuidiam, quàm eorum qui genus ac fortunam suam animis non æquant: quia virtutem & bonum, alienum oderunt. Liu. lib. 35.

* *doctissimus.*

Οὕτις ἐπὶ μεγίστοις τὸ ἐπίφθονον λαμβάνει, ὀρθῶς βεβούλευται *Thucyd. lib. 2.*

Assidua eminentis fortunæ comes inuidia. Vell. lib. 1.

Dum mihi abstineant inuidere, sibi quisque habeant, quod suum est. Plaut. Curcul. Placidè egred.

Non cibus inuidis, non potus lætus iucundus; Suspiratur semper, & gemitur & doletur. Cypr. serm. 2.

Κρέσσων ἀκλερμῶν φθόνος. *Pind. Pyth. od. 1.*

Lata & prospera negotia cùm diuina suffragatione foueantur, humana minus indigent. Valer. Max. 4. 7.

Κάλλιστον τῷ μισηθεὶς τεθνάμεν, εὐδαιμονῆσαί τι μὴ φθονεῖσθαι. *Xenoph. Hieron. extr.*

Nulli candida virtus inuidet, inuidiæ quanquam est subiecta malignæ. Alcim. pag. 427.

Chi spezza a gloria, animazza l'inuidia. Adag.

Χάρις φθονεῖσθαι, τὸ φθονεῖν δ' αἶσχος μέγα. *Nax. Mon.*

Ἀνὴρ ἀδεὴς; ἔσθ' ὁ μὴ φθονούμενος. *Epichar. Stob. 313.*

Inuidia semper magnis successibus adhærescit. Epiph. hæres. 77.

Inuidiam effugies, si scieris in sinu gaudere. Sen.

Est miserorum, vt malè volentes sint, vt quæ inuideant bonis. Plaut. Capt. Quò illum.

Τοῖς μὲν ἥλιξ πορδυομένοις ἐπέλαυσε κία. τοῖς μὲν δόξης βαδίζουσιν, ἀκηλεῖ φθόνῳ. *Plut. Stob. 408.*

Nemo alterius, qui suæ confidit, virtuti inuidet. Cic. Philip. 10.

Res seuera est verum gaudium. Sen. epist. 23.

Intacta inuidia media sunt; ad summa fermè tendit. Liu. 45.

Οἱ βασκαίνομοι λιμῶ τὸν ἔχουσι βίον. *Pallad. Epigr. lib. 1.*

Raro inuidetur eorum honoribus, quorum vis non timetur. Vell. lib. 1.

Μωμεύμενον φλαύρων ὁ ἀγαθὸς ἐπαίνου λόγον. *Democr. Stob. 405.*

quod adhibemus, vt vitæ securitatem minimè præstet. Mihi quidem NON CONSTAT, *vtrùm melius sit, vel vt verius dicam, vtrum minus malum, extrema miseria† nullis obnoxia fortunæ procellis; an supremæ felicitatis fastigium, quod ruinam semper minatur. In re tam ancipiti, non me satis explico; cum in altero vita periclitetur; in altero fama minimè secura sit.*

Idem tibi, mi Pyramon, dicam, quod Cicero ille sapientissimus, cum multorum se Romæ inuidiæ videret obnoxium, dicere solebat: Neque ego vos, Quirites, ita bonos; neque me tam improbum censeo, vt vos omnia vera dicatis; ego (prorsus) omnia mentiar. Noui enim, vos non inuidere mihi, quòd non sim, quòd vos estis; sed quòd vos, quod ego sum, esse nequeatis. Veruntamen* INIMICOS *mihi inuidere malo, quàm amicos mei misereſcere. Ad voluntatem nimirum fortunatorum locutus est Orator, de afferendo miseris nihil cogitans remedio. At mihi crede Pyramon, postquam Pharsaliæ campos Cicero vidit, quodlibet Romæ consilium remediumque (animo lubente,) accepisset. Cæsar enim etsi fortunas ei vitamque concesſit; dignitatem tamen & famam non reddidit.*

Quod tutamen aduersus inuidiam tibi dem, profectò non 587
inuenio; cùm omnia inuidiæ plena videas. Inuidiæ filij sumus, cum inuidia nascimur, viuimus, morimur; & QVO *quis ampliores diuitias (moriens) relinquit, eò maior illum sequitur inuidia. Veteres illi sapientes locupletibus consulebant; ne penes se pauperes haberent; pauperes verò ne prope diuites habitarent, monebant; sapienter sanè. Nam* IN DIVITIIS *locupletis sementem suam pauperis inuidentia facit: &* EX PAVPERIS *penuria, diuitisque abundantia nascitur in populis discordia. Per deos, Pyramon, immortales iuro, quanquam improbi falsò me iurare mallent; quot diuites & voluptuarios auaritia genuerit; tot liuidos & carnifices illius parituram inuidiam.*

Veruntamen NVNQVAM *tibi suaserim, vt declinandæ inuidiæ gratia, à virtute illi inimica discedas. Homerus suo æuo duos Græcos vixisse ait in diuersissimo genere insignes: Alterum rebus præclarè gestis maximè clarum; sed in primis inuidiæ obnoxium, Achillem nimirum: alterum improbitate insignem; cui nemo vnquam inuidit, nempe Thersitem. Ego verò Achilles esse malim inuidiæ obnoxius, quàm Thersites ab illa immunis. Cùm autem* ROMANOS *nihil præter quietem in vita, & gloriam post mortem quærere noueris; &* FIERI *non possit, quin is, cui vniuersi inuident, & famæ arcem teneat, & vitam*

degat

degat pacatißimam; Et hæc vtraque in te agnoſcamus amici; Rumores de te maleuolorum non magnopere curamus.

Quod Lugduni omnes benevalere ac gaudere ſcribis, præter te vnum, qui male affectus & ager ſis: Cum eos tuo mœrore lætari non videas; caue eorum te lætitia mœrere oſtendas. Fieri enim poteſt, vt illis aliquando mœrentibus, tu quoque lætus ſis; atque ita† facietis æquilibrium. NVLLA in perdito homine maior improbitas, nullum in viro bono maius crimen ineſſe poteſt, quam commodis dolere, & incommodis gaudere alienis. ET SI autem omnes inuidia nos lædunt; tamen multo magis nobis amicus inuidus, quam inimicus officit. AB hoſte enim mihi cauere poſſum, & ille timens recedit. Amicus vero amicitiæ fœdere me decipit, & ego nihil mali ſuſpicans ſecurus fio. INTER inimicos capitales nullus infeſtior, quam amicus, qui pro† fidelitate inuidiam reddit. Itaque ſi in cauendis inimicis extraneis vigilas Pyramon; inter domeſticos tuos peruigiles, hortor.

Quod præterea ſcribam, nihil eſt, niſi quod vices tuas ex animo doleo. Allatum ad te arbitror, Brixam neptem
588 *tuam à marito pugione confoſſam eſſe. Miſeret me vitæ, quam perdidit, & nominis, quod reliquit. Flauius Priſcus auunculus tuus iterum Cenſor deſignatus eſt; Litem inter fratrem tuum Phormionem & Britium Senatus compoſuit. Eos reconciliatos eſſe gaudeo; quorum vterque (& mihi amicus eſt, &) ſententiæ Senatus ſe acquieſcere oſtendit. Libellum, qui inſcribitur, Conſolatio miſerorum, iam abſolui & in Capitolio collocaui. Nunc Græcum facio, ideoq; eum non miſi. Enſem mitto maximi precij, balteumq; pulcerrimum. Fauſtina tibi ſalutem impertit, & vxori tuæ ſeruas duas dono dat. Dij mihi adſint cuſtodes, teq; in præſentibus conſolentur ærumnis! (Vale.) Marcus Fortunatus Pyramoni mœſtißimo.*

In maledicto plus iniuriæ, quam in manu in infamia plus pœnæ, quam in morte. Fab. 6. cap. 3.

Importunum malum inuidia; quæ nos inquietat, dum comparat. Sen. 2. benefic. 27.

ὁ φθονῶν χαίρει ἐδάμοις, ἀλλὰ μᾶλλον λυπεῖται. *Arian.* 2. 12.

† *eandem fortunam ſentietis. Vel, optimè inter vos conueniet.*

πολὺ κρέσσονα φημὶ τὴν φανερὰν ἔχθραν τ᾽ δολερῆς φιλίης. *Lucil. Epigr. lib.* 1.

Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ ſunt, quam indictæ atque apertæ. Cic. 7. Verrin.

Maius malum eſt inteſtinum bellum, quam externum. Ambroſ. Rom. 9.

Contra hoſtes licet amicos opponere; contra hos nullum eſt auxilium. Dio. lib. 55.

Malicia nocet aut in euidenti, robuſtior; aut ſubtiliter, amicus; aut occultè, vt impoſsibilis latro. Fulgent. mythol. 2.

† *felicitati meæ inuidet.*

Vnde præſidium petieram, periculum exiſtit. Curt. lib. 6.

ὅταν ὁ δαίμων δῷ δίδῳ, τί χρὴ φίλων; δρᾶν ἔστ᾽ αὐτὸ ὁ θεὸς, ὠφελεῖν θέλων. *Eurip. Oreſt.*

Ταὺς μὲ ἀμφισβητήσεις ὡς ἐλαχίστας, τὰς δὲ μὴ λύσεις ὡς οἷόν τε ταχίστας τοῖς πολίταις ἐξ ποιεῖν. *Iſocr. ad Nicocl.*

La deuotion fait valoir le preſent, & comme s'il fuſt deor, le fait riche & peſant. Ronſard. 7. 96.

Doni poteſt oblatio exigua non videri, ſi magis mei in vos animi, quam ſui precii æſtimatione pendatur. Symm. 6. 80.

Non quantum, ſed à quali profectum ſit voluntate, perpenditur. Sen. epiſt. 81.

Voluntas eſt, quæ apud nos ponit officium. Idem benef. 11.

Τὸ μὲ χαρίσασθαι, τὸ δ᾽ διδόντος ἐπιμελέως ἐπειγόμενον, ἐστὶ τῷ δεήσασθαι τῶν δεδεῆσιν ὠφελοῦντι, τὸ δ᾽ λαβόντος εὐλογίας. *Phalar. ep.* 119.

Inueniſti ſapientiam, ſi mala tua præterita defleas; ſi præſentia hæc bona parui pendas; ſi futura bona toto cordis deſiderio concupiſcas. Bernh. fol. 325.

Vt filio nihil indignius, quàm parentem infamare; ſic nihil homini deformius, quam accuſare naturam. Petrarch. 8. Senil. epiſt. 1.

Midæ & Sileni colloquium ex Theopompo refert Ælian. lib. 3.

Mida ab Orpheo ſacrorum ſolennibus initiatus, Phrygiam religionibus impleuit, quibus tutior omni vita, quam armis fuit. Iuſtin. lib. 11.

Odium inuidia, metus inſidias parit. Dio. lib. 59.

CAPVT XXXV.

Conſiderandum Principibus & dynaſtis, quam miſera ſit natura humana, & quàm multis bruta donis ornata ſint, quib. homines ratione præditi carent.

Midas Phrygiæ Rex antiquißimus, tum in vita vicioſißimus; tum in gubernatione ſæuißimus, ſubditos ſuos tyrannicè diuexare non contentus, piratarum opera mari, prædonum terra, ditiones diripiebat alienas.

Tyrannorum execrabilis ac breuis potestas est. Sen. 1. clem. 11.

Phryges matri Deûm in Pesinunte magnificum extruxere fanum, diligenter eam rem adiuuante Rege Mida. Diodor lib 3.

Midæ in ore cibus crepitabat, ferens non alimenta, sed vulnera; & in gutture potus hærebat, nec penetrare facilis, nec redire. Ambros. Luc. 9.

Qui somniis & auguriis credit, nunquam erit securus. Saresb. 2 1.

Omen diuitiarum Midæ puero oblatum. Cic. 1. de diui. Valer. Max. 1. 6. Ælian. 12.

Midas magnis in diuitiis mortem oppetiit, cui famem auream omnia adferebant, immodici voti pœnam. Nazianz. oda vltim.

Maiore tormento pecunia possidetur, quam quæritur. Sen. ep. 115.

Diuitias non magis prodire passus, quam Danaën Acrisius. Nicet. Man. Comn. 1.

Omina omnia possunt, quantum excipientis fides permittit. Saresber. 2. 1.

Midæ necessitas aurea, locuplesq; penuria. Fulg. Mythol. 2.

Cic. Tusc. 1.

Non in animum sapiens diuitias, sed in domum recipit, Sen. vit. beat. 20.

In fontem vinum infudisse Midam, vt Silenum captaret, vulgò creditum est. Pausan. lib. 1. Xenoph. expedit. Cyri lib. 1.

† *In venatione, vt Plutarchus consolat. ad Apoll. ex Aristotele refert.*

Non solent sibi aduersa sociari, Boet. 2. consol. 6.

Haudquaquam Philosophus tyranno dilectus est. Apul. florid. 2.

Philosophi) captiuo quidem corpore ambulant, sed corde regnante. Cyprian 3. epist 24.

Iure domini feliciter acquiruntur omnia, quæ mundi cordis adfectione, quasi mentis pede calcantur. Saresb. 7 13.

ἡ πενία παρὰ τοῖς χρηστοῖς τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἢ παρὰ τοῖς φαύλοις ἐστὶν. Arist. problem. 29. 4.

Nemo in summam nequitiam incidit, qui vnquam hæsit sapientiæ. Sen. 7. benef. 19.

Ie ne fais pas conte D'vn homme fust-il Roy quand l'Argent le surmonte. Ronsar. 6. 55.

Fortuna nec se bonis semper adiungit, & bonos, quibus fuerit adiuncta, non facit. Boet. 2. consol. 6.

Facilius paupertatem laudare, quam ferre. Sen. 2 contr. 1.

Homo totus quodammodo versus in spiritum, omne quod sapientiæ profectum impedit, reputat alienum. Saresb. 7. 13.

Μακαριστοὶ, ὅσοι ἀπ' ὠδίνων σὺν ἴδον ἠέλιον. Ἀδηλ. Epigr. lib. 3.

Is ordo mundo datus, vt appareat curam nostri non inter vltima habitam. Sen. 6. benef. 23.

Cùm autem in cunctis esset Orientis regnis notissimus; non veritus est eum familiaris quidam Thebanus ita compellare: Scito Mida Rex, omnibus te regni tui incolis inuisum & cunctis Asiaticis formidabilem esse, non ob potentiæ magnitudinem; sed ob fraudes & scelera, quæ exerces. Quamobrem tum exteri omnes, tum subditi tui vouerunt, neque te viuo se risuros vnquam neque te mortuo ploraturos.

Autor est Plutarchus in politicis, Mida nato, formicas grana tritici in cunabula deportata in os infantis congessisse; cumq; ea nutrix ablatura esset, infantem labijs compressis non passum esse granum vllum inde tolli: Rei verò nouitate perterrefactos cunctos oraculum consuluisse, quorsum prodigium tenderet, & hoc responsum accepisse; Infanti illi ingentes diuitias, & profundam simul auaritiam portendi: Id enim significari, quod formicæ os tritico implerent, & ipse vel vnicum reddere nollet granum. Nec vana prædictio fuit. Nam Midas & ditissimus & auarissimus euasit. Nihil enim cuiquam dedit; nisi vel vi eriperetur, vel dolo subduceretur.

Florebat autem illa tempestate in schola Attica Silenus Philosophus, vir & eruditione & vita illustris. Non 589
minus enim Silenus diuitiarum contemtu, quam Midas possessione celebris erat. Is cum per Phrygiæ fines peregrinaretur; † *à latronibus, qui terram illam prædabundi percursabant, captus & ad Midam adductus fuit, qui ita illum compellauit: Tu Philosophus es, ego Rex sum; & iam tu captiuus meus es; ego tuus sum herus, Itaque sine mora volo indices, quod libertatis precium possis persoluere. Scito enim minimè mihi decorum esse, si vllus in regno meo Philosophus habitet. Vos enim Philosophi cum mundi huius opes nequiistis adipisci, vltro vos ijs renunciasse dicitis.*

Cui respondens Silenus; Satis apparet, inquit, ô Rex, tyrannidis exercendæ, quam de Philosophia disserendi peritiorem te esse. Nos enim PHILOSOPHI *corpora capta esse susq; deq; habemus, dummodò liberæ sint voluntates. Precium te redemtionis à me petere, valde absurdum est. Aut enim Philosophum me putas, aut non. Si Philosophus non sum; cur in tuo me regno ferre times? cùm citius me tyrannum facturus videaris, quam ego te Philosophum. Si Philosophum me putas; cur pecuniam à me petis? cum me Philosophum, artificem, poëtam, musicum esse noueris, qui id temporis, quod tu cumulandis impendisti pecunijs, cognoscendis tribui scientiis.* ARGENTVM *vel aurum à Philosopho, quo se redimat, petere, aut scurrilis iocus; aut violentia*

violentia tyrannica est. Nam ex quo lucis vitalis vsuram accepi, nullæ vnquam in manus meas pecuniæ, nulla in mentem meam illarum venêre desideria.

Si me audire Rex Mida, & verbis meis, fide vt Principem decet data, credere volueris; ego quid maximum, quid ab eo proximum sit, dicam, quod dari à dijs in hac vita potest; quæ tibi fortasse tam grata auditu, tam vtilia in vita sunt futura, vt tu me ex inimicorũ, ego te ex tyrannorum numero eximam. His auditis, Mida veniam, haud illibenter dedit, illa duo proferendi, æquo se animo illa auditurum sanctè promittens ac iurans. Silenus liberè quæ vellet dicendi potestate facta, † citharam manu pulsare cœpit, & in hanc sententiam cecinit.

Non † natum esse, loco primo est optabile, & illud
Non vidisse facis lumen Apollineæ.
Proximum huic, natũ citò trans Stygis ire paludem,
† Puluereoq; tegi corpus inane solo.
*Nam desiderio vitæ non tangitur infans,
Et necis ex omni parte dolore vacat.

Quæ vtraque Philosophus tam argutis & firmis probauit rationibus, vt Philosophi canentis ardorem, & tyranni plorantis affectum sine admiratione intueri nemo posset.

590 *Vt autem profundissima fuit sententia à Philosopho prolata; ita non immeritò magni Rex illam æstimauit. Nam SI diligentius perpendamus, vnde simus, cur simus, quid simus, & quid futuri simus; nimirum quod de terra sumus, quòd terra & terræ gratia sumus, & quod in terram redituri sumus: nec gemitu vnquam fatigabimur, nec ploratu explebimur.*

Inter ea, quæ inter filios vanitatis inueni vanissima, non vltimum hoc est, quod operam in considerandis siderum proprietatibus, planetarum influxibus, & orbium (cœlestium) motibus ponunt; seipsos vero considerare, vnde vtilitates percepturi essent plurimas, recusant. EX EO quippe, quod homo studium in consideratione ponit alienorum; obliuio nascitur propriorum. SI PERPENDEREMVS corruptionem, ex qua formati; immundiciem, de qua generati sumus; molestias innumeras, cum quibus nascimur; laborem infinitum, quo educamur; dolores innumeros, cum quibus viuimus, & quod caput est, periculum ingens, cum quo moriendum est; futurum, ita me Deus amet! esset, vt in hac meditatione mille caussas mortem optandi, ac ne vnam quidem prolongandi vitam inueniremus.

Is vitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. Plin. lib. 7. cap. 7.

Magnis viris semper voluptas, supra spem magna præstare. Symmach. 7. 110.

† *Concordem citharæ mouit per carmina linguam. Sil. lib.* 11.

Homini aiunt non nasci esse bonum, aut natum cito morte perire. Auson. Idyl. 15.

Vide Lactant. lib. 3. ca. 158.

† *Ioach. Camer. Tusc.* 2. *ex Theog.*

τὸ μὴ γένεσθαι μὲν κρατιστόν ἐστ' ἀεὶ, ἐπὰν γένηται δ', ὡς τάχιστ' ἔχειν τέλος. *Athen. lib.* 3.

Μὴ φύναι τὸν ἅπαντα νικᾷ λόγον. *Sophoc. OEdip. Col.*

Multi non nasci optimum censuere, aut quam ocyssimè aboleri. Plin. prooem. 7.

* *Profundoque.*

ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον. *Scholiast. Sophocl. ibid.*

Ἀνθρώπῳ τοῦ μὲν γενέσθαι συμφερώτερον ὁρῶ τὸ μὴ γενέσθαι τοῦ τυραννῆσαι καὶ τὸ μεῖναι μέχρι ζωῆς ἰδιώτην. *Phal. ep.* 38.

Optime cum his agitur, quos natura, quia illos hoc manebat vitæ stipendium, citò in tutum recepit. Sen. Mar. 22.

Nihil sublime potest esse, quod fragile est. Ambr. Luc. 1.

παρὰ πὰ ἄλλα ζῶα ὥσπερ θεοὶ ἄνθρωποι βιοτεύουσι, φύσει καὶ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ κρατιστεύοντες. *Xenoph. memorab.* 1.

Heu heu nos miseros! quam totus homuncio nil est. Arbit. Sat.

On ne foit au monde chose, qui plus que l'homme en miseres abonde. Ronsa. 8. 235.

Quod est ante pedes, nemo spectat; cœli scrutantur plagas. Cic. diuin. 1.

Celuy qui se cognoist, est seul maistre de soy, E sans auoir royaume, il est vrayment vn roy. Ronsard. 9. 28.

Socratis, quoties de cœlestibus rogabatur, responsio erat, quod supra nos, nihil ad nos. Minut. 364.

Vide Lact. 3. 18. & de opif. 3. & 4.

Eadem est meditatio bene viuendi ac bene moriendi. Laert. lib. 10 Sen. 2. benef. 29.

O quam contemta res est homo, nisi supra humana se erexerit! Sen. natural. quæst. 1. præfat.

Cæteris animantibus sese ignorare natura est; Hominibus vicio venit. Boet. 2. consol. 5.

Versentur

Versentur sanè multos in Academiis annos filij vanitatis, atq; ibi Rhetoricen discant, in Philosophia se exerceant, Platonem legant, audiant Aristotelem, ediscant Homerum, versent Ciceronem, scrutentur Ptolemæum, occupentur in Xenophonte, auscultent T. Liuium, A. Gellium non obliuiscantur, Ouidium nouerint; Ego verò aio atq; affirmo, NON PARVM didicisse, qui seipsum nosse didicit. Æschines dicebat, & recte quidem, NON minimam, sed maximam potiùs Philosophiæ partem esse, si cognoscat homo, ad quid natus sit. SI n. penitius, quis inspiceret, quid rei sit homo; plura intra sese inueniret, quibus ad humilitatem inuitaretur, quam quibus ad superbiam incitaretur.

Si in contemplando affectum seponimus, & in examinando rationem sequimur, quid in homine sit, non video. O MISERAM & fragilem naturam humanam! quæ per se sumta parum; cum altero comparata, minus valet. MVLTA enim homo videt in animantibus, quæ illis inuideat; & multo plura in homine vident animantes, cur illius ipsas miserescat. SI animæ rationalis excellentia, vitæq; sempi- 591
ternæ spe excepta, hominum captiuitas cum animantium libertate conferatur; meritò poterimus dicere, animantes vitam placidam viuere; eam verò, quam homines viuunt, nil aliud quàm mortem esse diuturnam. Si considerare paullò diligentiùs voluerimus, inde à natali die hominis & brutorum, vsque ad emortualem vtrorumque diem, quam multis in rebus potiore quàm homines conditione bruta sint: NATVRAM erga animantes matris piæ officio functam; aduersus nos verò nouercam iniustam fuisse meritò poterimus dicere. Itaque seorsim vtrorumque examinemus originem, & quam bene dotatæ sint animantes, quam exhæredes relicti miseri homines, apparebit.

CAPVT XXXVI.

Prosequens institutum autor, singulari arte miseriam hominum cum prærogatiuis comparat animantium.

SIngulari cum attentione considerandum est, nullum animal, vel siluestre vel domesticum, tam tardè formari, perfici, nasci, quam (miserum) hominum; † cui generando materia est sanguis menstruus, semine è maribus coaguli modo id in sese glomerante, quod deinde tepore ipso animatur corporaturque; & nouem menses in aluo materna abscon-

κὴ χαλεπώτατον τὸ γνῶναι αὑτὸν καὶ ἥδιστον. *Arist. magnor. moral.* 2. 15.

Διὰ τὸ εἰδέναι ἑαυτὸν, πλεῖστα ἀγαθὰ πάσχουσιν οἱ ἄνθρωποι. Διὰ δὲ τὸ ἐψεῦσθαι ἑαυτῶν πλεῖστα κακά *Xeno. memor.* 4.

Beati satis, satisque prudentes iure videamur, si nosmet ipsos familiarius nouerimus. Minut.

Pythicis oraculis asscripta vox NOSCETE. Sen. Marc. 11. Cic. Tusc. 1. de legi. 1. & ad Q. F. ep. 1.

οὗτος μάλιστα ἐστὶν ὁ ἑαυτὸν εἰδὼς, ὁ μηδὲν ἑαυτὸν εἶναι νομίζων. *Chrysost. Stob.* 345.

Quoniam bonus mundum Rector temperat, rectè fieri cuncta ne dubites. Boet. 4. consol. 5.

εἰ βούλει γνῶναι θεὸν, προλαβὼν γνῶθι σαυτόν. *Clement. Stob.* 345.

Quanto in cognitione mei proficio, tanto ad cognitionem Dei accedo. Bernh.

Vos Deo mente consimiles, ab rebus infimis excellentis naturæ, ornamenta captatis, nec intelligitis, quantam conditori vestro faciatis iniuriam. Boet. 2. consol. 5.

πλείω τὰ χρηστὰ τῶν κακῶν ἐστὶ βροτοῖς. εἰ μὴ γὰρ ἦν τόδε, οὐκ ἂν ἦμεν ἐν φάει. *Eurip.*

Non distas à pecore, nisi intellectu. Aug. Ioan. tract. 3.

Iniqui sunt diuinorum munerum æstimatores etiam quidam professi sapientiam. Sen. 2. benef 29.

Cætera animantia in suo genere probe degunt. Plin. procem 1.

Ζωῆς πονηρᾷ θάνατος εὐπορώτερος. *Æschyl. Stob.* 889.

Hominum imbecillitati natura quodammodo nouercatur. Sidon. 7. ep. 14.

Non satis est æstimare, parens, melior homini natura, an tristior nouerca fuerit. Plin. 7. hist. nat. 7.

Vide August 22. Ciu. 24. de bonis homini in hac vita concessis.

Potius quid habeas, quam quid non habeas, (respice,) Sidon. 2. 2.

Bestiis concessa dona, vt mali homines erubescant à brutis & rationis expertibus superari. Panor. 3.

Deus ita est artifex magnus in magnis; vt non minor sit in paruis. Aug. 11. ciu 22.

ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν εἴδωλ', ὅσοι περ ζῶμεν, ἢ κουφὴν σκιάν. *Sophoc. Aiac.*

θεοὶ φύουσιν ἀνθρώποις φρένας, πάντων ὅσ' ἐστὶ κτημάτων ὑπέρτατον. *Idem Antigon.*

† *Verba Plinii.* 7. 15.

Hominis animaliũ superbissimi. Plin. 7. 7.

1. *Friuola origo*;

Vide Sen. 4. benef. 18. ep. 76. & vlt. Saresb. 8. 12. Boet. 3. cons. 8. Sidon. 7. epist. 14.

Quid fuisti? sperma fœtidum: quid es? vas stercorum: quid eris? esca vermium. Bernh. 268.

absconditur. Equam si intucaris, ea dum vtero grauis est, si opus sit, iter facit, onera gestat, molam versat, arat, currit, pugnat, omnique agriculturæ exercitio fungitur, vt non minori sit vsui grauida, quàm cùm prægnans non est. At in fœmina Principe vel illustri contrarium euenit, quæ prægnationis tempore, ambulando defatigatur; in lecto iacendo delassatur; in stratis volutatur; parum comedit; quod edit, euomit; quod vtile est, auersatur; quod noxium est, appetitu absurdo concupiscit: In summa FOEMINA grauida nulla re delectatur, & ipsa sibi fastidio est (atque oneri.)

Cùm autem matribus prægnationis tempore oneri, fastidio dolorique simus; tantum abest, vt partus horam securam ipsis concedamus, vt non parum ipsis attrahamus periculi. O infamem hominum conditionem! Animantes quando nascuntur, sine interitu nascuntur matrum: At homines miseri antequam videntur nati, fastidio dolorique sunt: Ipso verò PARTVS tempore, & sibi & matribus periculum creant; quod inde manifestum, quòd quem apparatum vir moriturus facit; ad eundem faciendum fœmina paritura astringitur.

592 *Considerandum item est animal duobus tantùm pedibus præditum, quales sunt aues; (mox ab ipso ortu) moueri, ingredi, currere. Hominem verò in lucem editum, nec moueri nec ambulare, nedum currere scire: aut posse vt potiore conditione psittacus sit manibus carens, quàm homo manibus præditus ac pedibus. IPSVM lucis in infante rudimentum, præsagium est eorum, quæ vitæ progressu patienda sunt; quòd nimirum sicut maleficus aliquis tum in carcerem ducitur, tum catenis ac compedibus ferreis oneratur: sic miserum hominem in vitæ huius carcerem detrusum, vincula in cunis excipiunt, & omnium membrorum nexus; atque ita infans (vnam tantùm ob culpam, quia natus est,) non antè quàm manibus pedibusque ab obstetrice deuinctis, (fasciisque inuolutus) matris amplexu fouetur, & lacte nutritur.*

Notatu item dignum, quòd brutum, cùm ex vtero elapsum excidit, si minus patrem, à quo procreatum est; at matrem saltem agnoscit, ex qua natum est; quod inde euidens, quia si genitrix lac habet; mox soboles ex vberibus illius pendet: sin eo caret; (quemadmodum in pullis gallinarum & reliquis auibus;) vestigia illius sequitur, & sub alas illius sese abdit. In homine tantum abest, vt idem fiat; vt die, quo nascitur, nec patrem, à quo procreatus, nec matrem, à qua in lucem editus, nec obstetricem, à qua susceptus est, agnoscat: Imò nec oculis videre, auribus

Homo fictus, vt esset Dei ludus, atque id verè ipsius optimum est. plat. 7. de ll.

Macrob. 1. Somn. 6. de semine semel intra formandi hominis monetam locato.

Nihil æquè miserum destitutumque nascendi conditio produxit, quàm hominem. Sidon. 7. 14.

πολύ γ' ἐστὶ πάντων ζῶον ἀθλιώτατον ἄνθρωπος, εἴ τις ἐξετάζοι κατὰ τρόπον. *Simonid. Stob.* 809.

Miraculum quoddam diuinum in animantium genere vnumquemque nostrum existimemus. Plat. 1. de ll.

Grauidæ cum malacia vexantur absurdos cibos appetunt. Plut. præcept. gerend. reip.

2. *Natiuitas periculosa;*

οὐ μοῦνον ἐπιχθονίῃσι γυναιξὶν ἄλγεα, πάντῃ δ' εἰσὶν ἐπαχθέες εἰλείθυιαι. *Oppian.* ἁλ. α. 486.

Puer vt sæuis proiectus ab vndis nauita, nudus humi iacet. Lucret. lib. 5. Ambr. in funer. Theodos.

O necessitas abiecta nascendi, viuendi misera, dura moriendi! Sidon. 8. 11.

In hac necessitate vniuersaliter humanum volutatur genus. Fulgent. Mythol. 3.

Soli matri ante partum liberi sunt onerosi, in partu dolorosi, post partum maximè laboriosi, I. C.

3. *Vitæ auspicium à suppliciis;*

Infans occiso magis quàm nato similis. Plut. de amor. prol.

Ab infantia ærumnis coniuncta est humana natura. Fulg. Myth. 3.

Paruulos naufragos in hanc vitam quidam naturæ fluctus exputt. Amb. Fun. Theodos.

Infans conditionis suæ fragilitatem ploratu ominatur. Lact. opific. 3.

Desque naci, ilore, y cana dia nace, porque. Adag.

Statim lucem lacrymis auspicatur & pannis iam sepulturæ inuolucrum initiatur. Tert. adu. Marc. 4.

Ne membra libertas immatura detorqueat, in rectum exitura constringunt. Sen. 6. benefic. 24.

κατὰ τὴν πρώτην γένεσιν τὸ νήπιον κλαίει, τοῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀρχόμενον. *Plat. Axioch.*

4 *Rationis sensuumque vsus nullus;*

Sensus obtusa res & hebes, & in homine, quàm in aliis animalibus tardior. Sen. epist. vlt.

ὀλίγος δὲ νόος μερόπεσσι καὶ ἀλκή. *Oppian.* ἁλ. α. 87.

πᾶν θηρίον διδάσκεται σωφρονεῖν, οὐ λόγῳ τὴν ἐκ δοχὴν τοῦ κρείττονος μανθάνον, παραπεπλεγμένης δὲ ἐναλλὰξ τῷ πάθει τῆς μνήμης. *Agathar. mar. rub.*

Ea quæ paullò antè nata sunt, sine magistro, duce natura, mammas appetunt, earumq; vbertate saturantur. Cic. nat. deor. 2.

audire, gustu discernere potest, nec quid tactus sit, intelligit, neque odoratus sensu vti nouit; Sed CVM ad ipsum dominium pertineat in (animantes vniuersas &) omnes res conditas; præcunctis tamen bestiis inhabilem (ad omnia) videmus nasci

Est & hoc considerandum, quòd animal, quantumuis pusillum, matris vbera lactis, aut campos pabuli gratia quærit, aut è fimeto cibum eruit, aut fontes & flumina potandi gratia adit; idque non temporis progressu ab alio animali edoctum discit; sed mox simulatque natum est, quæ necessaria sunt nouit. Non ita felix homo nascitur, qui edere, bibere, ambulare, se vestire, poscere, queri nescit, & quod maius, VIX appetere lactis alimentum nouit aut vult. Non rarò enim cùm matres etiam sanguinem è visceribus suum, si fieri posset, dare filiis vellent, impetrare ab iis nequeunt, vt lac tantum ex vberibus suis sugant. O miseriam ingentem naturæ humanæ! Bruta recens nata internoscere alia ab aliis possunt, & quæsitum eunt, & instinctu naturali, quod vtile ipsis est ad vitam belluinam conseruandam, eligunt: At miser homo tantum abest, vt quærere valeat; vt vltrò etiam oblatum non agnoscat.

Præterea singulis animantibus TEGVMENTA natura dedit, quò facilius possent calorem æstiuum, & frigus hybernum sustinere. Ouibus enim lanam, auibus plumas, porcis setas, equis pilos, vrsis villos, piscibus squamas, & testudini conchas (& inuolucra) dedit. Quid multis opus est? NVLLVM animal necessitate astringitur vel manibus vestem sibi conficiendi, vel alienis se velandi opibus. Hæc verò omnia HOMO desiderat, qui nudus & nascitur & moritur, ne vnicam quidem secum vestem vel afferens vel auferens; & si vita progrediente veste aliqua vult vti; ab animalibus pelles lanamque petat, in iisque operam & industriam exerceat necesse est. 593

Libet interrogare Principes & megistanes, quando nascuntur; ecquid secum indumenti afferant; & quando moriuntur, nunquid de thesauris secum auferant! Nihil verò minus: sed VNO eodemque modo diuites iuxtà ac pauperes, imi primique & oriuntur & moriuntur. Etsi enim in hac vita ratione status discrimen aliquod inter homines fortuna facit: ORTVS tamen & mortis tempore natura omnes exæquat.

Quid dicam? quòd natura non solùm vestitu instruxit animantes; sed alimenti etiam cura liberauit. NVLLVM n. animal sibi arat, fodit, putat, seminat; sed exiguo contenta, alia muscis aëris, alia viarum granis; alia camporum graminibus,

τὰ ζῶα μακαριώτατα, καὶ νῦν ἔχοντα μᾶλλον ἀνθρώπου πολύ. *Menand. Stob.* 807.

Omnia sunt hominum tutelæ tradita. Lucret. 5.

Animantium illæ plus habent admirationis, quæ molis minimum. Aug 22. ciu. 44.

5. *Alimentorum necessariorum ignoratio;*

Dedit natura belluis sensum & appetitum, vt hoc conatum habeant, ad pastus capessendos; illo secernant pestifera à salutaribus. Cic. nat. Deor. 2.

Homini nato nec ad incessum pedes idonei sunt, nec manus saltem ad scalpendum habiles. August.

Conciliatur suæ saluti quisq;, quæ iuuant, petit; læsura formidat. Sen. epist. 121.

Tantam ingenuit animantibus conseruandi sui natura custodiam. Cic. nat. deor. 2.

Iuxta se positis mammis nascentes magis possunt esurientes flere, quàm sugere. Augustin.

Diu infans, vix puer, tardè homo. Tert. aduers. Marcion. 4.

τὰ οὐχ αὑτῶν ἕνεκα, ἀλλὰ πρὸς ὑπηρεσίαν γεγονότα, οὐκ ἐλυσιτέλει προσδεόμενα ἄλλων πεποιηκέναι. *Arian.* 1. 16.

6. *Nuditas;*

Νόῳ δέ τε πάντα τελεῖται. *Coin.* 5. 250

Ratio omnia vincit. Manil. lib. 4. extrem.

Plin. proœm. 7.

Quid non ingenio voluit natura licere? Martial. 8. 67.

Boui pilus, apro seta, volucri pluma vestitum præbet. Sidon. 7. epist. 14.

Excutit redeuntem natura, sicut intrantem. Non licet plus efferre, quàm intuleris. Sen. epist. 102.

Hominem non forinsecus Deus vt cætera, sed interius armauit. Lact. opific. 2.

Homines imbecillitatis auxilia animalibus mutuantur à mutis. Arnob. lib. 2.

Heu dementiam, ab his initiis existimantium ad superbiam se genitos! Plin. 7. hist. 7.

Superbia radix omnium malorum est, mortisque fomentum. Saresb. 3. 3.

Æquat omnes cinis; impares nascimur; pares morimur. Sen. epist. 91.

Ad omnia patienda pares sumus. Nemo altero fragilior est, nemo in crastinum sui certior. Ibid.

7. *Labor in parandis alimentis;*

Aues sine patrimonio viuunt & in diem pecua pascuntur, & hæc nobis tamen nata sunt, quæ omnia si non concupiscimus, habemus. Minut. extrem.

nibus, alia † formicis terræ, alia alga aquæ, alia oßibus sterquiliniorum, alia radicibus plantarum, alia pomis cadiuis vitam tolerant; In summa PERINDE curarum omnium expertes somno se dantanimantes, ac si postero die non opus futurum esset, vt ederent. O quanto miserum hominem beneficio DEVS affecisset, si laborem illi sese vestiendi, & curam quærendi nutrimenti ademisset! Sed quid faciat miser HOMO? qui prius quàm edat, agrum aratro proscindere, iterare, seminare, rigare, metere, triturare, euentilare, molere, (farinario cribro) cernere, subigere & coquere cogitur, quorum nihil sine mentis cura prouideri, sine proprio † sudore confieri potest: & VT maximè hac in parte sudore quis vteretur alieno; de peccatis tamen comederet propriis.

Alia quoque in re nobis præstant animantes, quòd herbæ, frondes, flores, paleæ, hordeum, far, caro aut poma, quæ comedunt, & aqua, quam bibunt, neque vtrum tempestiua sint, laborant; neque si ingrata gustu sint, dolent; sed QVALIA natura producere voluit, talibus suauißimè, sine coquendi aut melius apparandi cura, vescuntur. Qua
594 *in re si ad animantium exemplum sese conformarent homines; damni nihil facerent. Sed multis eheu! VENTRI gulæque deditis neque ad vestitum quicquam deest, & ad victum multa supersunt; qui tamen eo non contenti, adeò in appetenda epularum varietate delicati, adeò in exquisitis ciborum lauticiis † Epicurei sunt, vt PLVRIS interdum apparandi solicitudo, quàm parandi (congerendique) labor & sumtus constet.*

Neque prætereundum, quòd animalia è materno vtero, vel quoquo modo effusa intellectum habent, aut salutaris aut mortiferæ rei. Sic LVPVM agnus, catus canem, felem mus, miluium pullus gallinaceus fugit; vt vix dum apertis oculis statim agnoscant animantes & amicos, quos sequantur, & hostes; quos deuitent; quæ prærogatiua tam eximia misero miserabilique homini planè denegata est. MVLTI enim in mundo homines fuerunt bestiis deteriores, qui non modò nihil eorum, quæ nosse ipsos, cùm nascerentur, oportuerat, adepti sunt; sed cum ea ipsa, in qua vixerunt, ignorantia & ruditate mortui sunt. O NOS miseros, quotquot in lucem prodimus vitalem! qui nec quid nobis noxium, quid comedendum, à quo abstinendum, quid odio habendum sit, intelligimus; nec in eo, quod amandum est, scopum assequimur; aut quibus nos credere, vel à quibus cauere nobis debeamus, internoscimus; nec quid eligendum, quid repudiandum (abijciendumque) sit, discernimus

† *lumbricis, vermiculis.*

Animantes, cum fœtus edidêre, non nisi pastus sui curam gerunt. Lact. opif. 2.

Natura tutelam sui, & eius peritiam tradidit. Sen. epist. 121.

Hominis industriæ pro suo modulo comparari nec formica formidat. Sidon. 7.14.

Tardis semper processibus aucta crescit vita hominis, & longo proficit vsu. Prudent. contra. Symm. lib. 2.

Plus homini confert ratio, quàm natura mutis. Lactant. 7. cap. 14.

† *corporis.*

τῶν ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις. *Xen. memorab.* 2.

8. *Luxuria terrarum marisque vastatrix.*

Viuitur exiguo melius; natura beatis omnibus esse dedit, si quis cognouerit vti, Claud. Ruf 1. 215.

Ad parata nati sumus; nos omnia difficilia facilium fastidio fecimus. Sen. epist. 90.

Non est vnquam penuria parui. Lucret. lib. 5.

Ne contemne tuas, quasi paruo in corpore vires. Manil 4. extr.

Omnia olim corpori tanquam seruo præstabantur; nunc tanquam domino parantur. Sen. epistol. 90.

Non solum perditæ, sed etiam furiosæ luxuriæ homines patrimonium tanquam amaram aliquam sarcinam, quàm celerrimè abiicere cupiunt. Val. Max. 9. 1.

† *Apicii.*

Simplici cura constant necessaria; in delicias laboratur. Sen. ep. 90.

9. *Vtilium & noxiorum ignoratio;*

Pudendum omnia animalia, quæ sint salutaria ipsis nosse, præter hominem. Plin. 27. 3.

Γιγνώσκουσι δ' ἕκαστος ἑῆς φύσιος κλυτὰ δῶρα, ἔνθ' ὀλιγοδρανέες τε, καὶ ἔνθα πέλουσι δαφοινοί. *Oppian. κυν. δ.* 31.

Sentit enim vim quicque suam, quam possit abuti. Lucret. 5.

Omne animal tueri salutem laborat, mortem perniciemque deuitat. Boët. 3. consol. 11.

Non vsu ad hoc perueniunt, sed naturali amore salutis suæ. Senec. epist. 121.

Antequam possint experiri; cauent. Idem epist. 121.

Omnibus ignotæ mortis timor. Ouid. Halieut.

Vita hominum altos recessus, magnasque latebras habet. Plin 3. 3.

Frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur; oratio verò sæpissimè. Cic. ad Q. fratr. epist. 1.

Nusquam tuta fides. Virg. Æne. 4.

κακῶν τὸ εὐτύχημα μειζόνων ἀρχή. *Tati. lib.* 1.

Vbi maximè gaudebis, maximè metues. Sen. 2. ira. 31.

† *voragine.*

10. *Armorum penuria.*

Δέδωκεν ἡ φύσις τοῖς δὲ ὀδόντας μαχητικοὺς, τοῖς δὲ ἄλλο τι μόριον ἰσχυρὸν ἀμῦναι. *Arist. 3. de part. anim. 2.*

Φύσις κέρατα ταύροις, ὁπλὰς ἔδωκεν ἵπποις. &c. *Anac.*

Genus acre leonum tutatur virtus, vulpem dolus, vt fuga ceruos. Lucret. lib. 5.

Hæc refellit Lactant de opif. 2. & 3. cap. & Sen. 2. de benef. 29.

τοῖσιν δὲ θεὸς πόρε πάντα, βελῶν κερδαλέων, κραιπνοσύνας μένος, ὠκέα γυῖα. *Oppian. κυν. δ. 29.*

Dente timetur aper, defendunt cornua taurum. Martial. 13. 94.

Vnumquodque suo donauit munere largus, Armauitque manu, cornu, pede, dente, veneno. Victor. Gen. 1.

Animalib. vt vim inferant vel repellant, cornu, dens, vnguis arma genuina sunt. Sidon. 7. 14.

Bruta violentia triste leonum minium sequitur, vulpes dolus, & fuga ceruis à patrib. datur. Lucret. lib. 3.

Bruta licèt soleant animalia iure timeri; omnibus est illis plus metuendus homo. Auien. fabul. 17.

Sustine, si potes, lectuli & tegetis tuæ bestias, muscæ spicula, culicis & lanceam & tubam. Tertul. aduers. Marcion. 1.

κώνωψ ὅργανον ὅλον πολέμου, ᾧ σάλπιγξ ὁ βέλος τὸ τέμνον. *Tati lib.* 2.

Nihil est ita paruum aut infirmum vt non possit vitam tueri, si audeat se defendere. Plut. de prof. virt.

Idcirco accepit homo sapientiã, vt aduersõ nocẽtia fragilitatẽ suã muniret. Lact. opif. 4.

Nudum & infirmum hominem societas munit. Sen. 4. benef. 18.

Luctus vni animantium homini datus. Plin. procem. 7.

Sicut inferior est caro vitæ, sic vita rationi, cuius assequendæ substantiam nostram cõpotem Deus artifex, ferinam verò impotem fecit. Sidon. 7. 14.

Potest non dolere cor humanum defuncto carissimo: melius tamen dolet & sanatur cor humanum, quàm non dolendo sit inhumanum. August.

κοινὸν ἀνθρώπου χαρᾷ τε λύπη δάκρυά ἐστι. *Xen. rer. Græc. lib. 6.*

Quis ille humor est, in dolore tam fœcundus & paratus? aut vbi reliquo tempore? Plin. procem. 7.

Est quædam flere voluptas. Ouid. 4. trist. 3.

Amant miseri lamenta malisque fruuntur, Stat. Theb. 14.

Expletur lacrymis egeriturque dolor. Ouid. 4. trist. 3.

Fletus ærumnas leuat. Sen. Troad. 3.

nimus. Imò NON *rarò vbi vadum nos arbitramur tutissimum transituros, vix tres passus progressi* † *pelago absorbemur.*

Considerandum & hoc est, quòd cunctis animantibus, feris iuxtà ac domesticis, ARMA *dedit natura, quibus tum se tuerentur, tum hostes læderent. Dedit enim testudinibus testas, auibus alas, ceruis pedes leues, elephantis probosscides, serpentibus squamas & venenum, aquilis vngues, falconibus rostra, leonibus dentes, tauris cornua, vrsis robur; vulpibus denique sagacitatem latibula quærendi, & piscibus pinnas, quibus natarent. At cum satis superque miseri homines inimicorum habeant, tantum abest, vt potiore in superioribus illis conditione sint, vt ab animantibus, quod sine lacrymis vix referri potest, ad obsequium hominis conditis, maximè nunc infestentur homines (& vexentur.)*

Quod ne temere affirmare videamur; cogitet quisque secum, quantum in vitæ ex animantibus mali nobis sit; dum LEONES *nos perterrefaciunt, vrsi dilaniant, lupi deprædantur, canes mordent, feles vnguibus lacerant, serpentes veneno inficiunt, tauri cornibus petunt, aues (auolant* 594
&) nobis immorigeræ sunt, mures nos inquietant, aranei molestant, & quod omnium indignissimum, CVLEX *sanguinem nobis interdiu exorbet, pulex somnum noctu interturbat. Et quænam maior cogitari potest, quàm hominis egestas atque inopia? qui ad vitam hanc ærumnosam sustentandam, quicquid opus est, inter animantes mendicare cogitur, dum iumentorum opera in conuehendis lignis, aggerenda aqua, faciendo itinere, vineis colendis, frumentis importandis vtitur. Denique* SI BONI *quippiam homo accipit, nihil ad persoluendum precium; sin damno afficitur, nihil ad vltionem præter linguam habet.*

Quid? quòd animantes lignis oneratæ, flagris concisæ, per vias asperrimas adactæ, pabulo defraudatæ, sobole orbatæ, nullam ex his omnibus tristiciam (ægritudinemque) præ se ferunt; multò minus verò lacrymantur, & vt maximè flere vellent, non possunt. ANIMANTES *enim cum parui æstiment nasci, longè minoris æstimant mori. At in hominibus miserrimis (atque ærumnosis) aliter fit, qui* NIHIL *norunt, nisi deplorare amicorum ingratitudinem, inimicorum persecutionem, liberorum mortem, penuriam alimentorum; casus, quos experiuntur, aduersos; falsa, quibus onerantur, testimonia; mille, quæ animo insident, ægritudines; In summa,* MAXIMI *non-*

nunquam

nunquam solatij, in quo vita homines vtuntur, loco est, quod oculos velut aquarum † torrentes faciunt.

Quæramus nunc ex Principibus & dynastis, quid artis eo, quo nascuntur, die norint! an more oratorum dicere; cursorum ambulare; regum gubernare; equitum pugnare; agricolarum arare; aurificum operari; magistrorum docere possint! Respondebunt scilicet infantuli, non solum omnium de quibus quæsiuimus, ignaros se esse; sed nec dicere posse, nihil eorum, sese nosse. Si porrò instemus, quid ergo sciant; si nihil eorum, de quibus quærimus, norint: nihil sese nosse respondebunt, præterquam fletu, dum nascuntur, sese explere. Gaudeant eia & lætentur, quicunque mare tam periculosum nauigant, & somnum; si placet, iucundum dormiant, quasi aduersitatis venti planè sileant! Ego verò, nisi fallor, & mundi huius planè rudis sum, QVOS natiuitatis momento cum fletu vidimus nauem conscendere, vix futurum arbitror, vt ad littus sepulturæ ridentes appellant.

O infelicem vitam! quid vitam dico? cum mors potiùs dicenda sit, quam pro vita mortales habent; in qua omnes scientiæ, omnes artes, omnia opificia longo indigent ad discendum tempore; & cum optimè cadit, PLVRA sunt, quæ omittimus, quam quæ discimus; & eorum quæ discimus, maximam partem obliuiscimur: Solam flendi artem non
596 *opus est, vt quisquam discat; siquidem FLENTES & nascimur & viuimus; & in hunc diem neminem vidimus ridentem mori.*

Notandum & hoc, quod inclinationes, quas nascentes secum afferunt animantes, easdem in vita & ad mortem vsque retinent. Lupus enim oues, non apes; falco lepores, non mures; araneus muscas, non auiculas; accipiter auiculas, non pisces persequitur: In summa SI animal in victu quærendo non impediatur; nulla in re videbimus illud exorbitare. Contrarium in hominibus accidit, quos ETSI natura imbecilles creauit; non tamen Creatoris voluntas est, vt malitiosi sint. Illi verò, proh dolor! Imbecillitatem non fugientes, maliciam amplectuntur; gloriam ex probitatis conscientia capiendam, in superbiam: innocentiæ desiderium in inuidiam; ardorem, quo contra maliciam incitari debebant, in iram; liberalitatem, qua erga bonos vti debebant, in auaritiam; edendi necessitatem in luxuriam; vigilantiam, qua animæ (conscientiæq;) consulere debebant, in desidiam (siue acediam) mutant. In summa, ANIMANTES quo plus virium habent, eo magis (nobis) seruiunt: at hominibus, quo plures sunt dotes, eo minus prosunt.

† *riuos. Plin.* 11. 37.

Mollissima corda humano generi dare se natura fatetur, quæ lacrymas dedit: hæc nostri pars intima sensus. Iuuenal. Sat. 15.

12. *Artium ignoratio*;

In optimis quoq; antequam erudias, virtutis materia, non virtus est. Sen. epist. 90.

Potior humana sapientia cum imbecillitate; quam pecudum firmitas cum illarum natura. Lact. opif. 3.

Vides qualem vitam nobis rerum natura promiserit, quæ primum nascentium omen fletum esse voluit. Senec. Polyb. 23.

Non aliud naturæ sponte homo scit, quam flere. Plin. prooem. 7.

Ploratus vtiles ad augmentum, cum sint quodammodo exercitationes corporis. Arist. 7. polit. 17.

Procellas mundi, quas ingreditur in exordio statim suo ploratu rudis anima testatur. Cyp. Serm. 3.

Succedunt nubila sudis, atq; iterum fugiunt imbres, redeunte sereno. Paulin. de statu suor. temp.

Inepta sententia; hanc esse mortem, quam nos vitam putamus. Lactant. 3. 18.

Quo facilius obrepat mors, sub ipso vitæ nomine latet. Sen. Marc. 20.

τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν ἐστι κατθανεῖν. *Aristoph. Ran.*

τὸ ζῆν τοῦ μὴ ζῆν οὐδὲν ὅλως ἀπέχει. *Epigr. lib.* 3.

ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος, ἀλλὰ συμφορά. *Eurip. Alcest.*

Confessæ imperitiæ summa prudentia est. Minut. 365.

Nemo egrediente anima, sine amaritudine expirauit. Cyprian. de passione Christi.

13. *Malitia hominum.*

ἢν ἂν εἰσενέγκυται φύσιν ἕκαστον εὐθὺς καὶ νόμον ταύτην ἔχει. *Philem. Stob.* 809.

Non est vlla supra terras adeò rabiosa bellua, cui non imago sua sancta sit. Fab. declam. 12.

Non debent propterea esse pessimi, qui in bono nondum possunt esse perfecti. Fulgent. de dispensator. domini.

Non dat natura virtutem; ars est bonum fieri. Sen. epist. 90.

Mihi maior pars simulare eam scientiam videtur, ad segregandos se à cæteris, quàm intelligere aliquid ibi subtilius. Plin. 34. 2.

Tanta in hominibus peccandi libido est, vt hoc ipsum eos delectet peccare, etiamsi caussa non sit. Cic. offic. 3. extrem.

Seria sine ridiculis, & omnino sine contrariis contraria cognoscere impossibile est, si quis prudens est futurus. Plat. 7. de ll.

Libentius homo sit cum cane suo, quam cum homine alieno. Aug. 19. ciu. 7.

Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. Cic. offic. 2.

Feras nunquam ad nocendum nisi necessitas misit: Homini perdere homines libet. Sen. ep. 103.

Homini plurima ex homine sunt mala. Plin. 7. procem.

Serpentum maior concordia. Iuuenal. Sat. 15.

ἀμφὶ δ' ἀνθρώπων φρεσὶν ἀμπλακίαις αὐάσθμοι κρέμανται. *Pindar.*

Lupus est homo homini, non homo, cum qualis sit, non nouit. Plaut. Asinar. Quid hoc est.

14. *Sepultura cura.*

Homo cum bene lacertos exercuit, cuiuslibet ferę pabulum, cuiuslibet victima. Sen. Marci. 11.

† *computrescunt.*

Scalig. 3. *poët* 20.

ἐ γὰρ ἔοικεν ἀλχωσιν ἐπὶ δηρὸν ἀκειδέμεν θνητοῖς. *Coint.* 3. 522.

σήλη τὸ σκληρὸν νεκρῶν βάρος. *Leonid. Epigr. lib.* 3.

Impensa monimenti superuacua est: memoria nostri durabit, si vita meruimus. Plin. 9. ep. 19.

μὴ φίλα ψυχὰ δίον ἀθάνατον ἀποβᾷς, πὸν δ' ἐμπρέπεται αὐτλεῖ μαχανάν. *Pind. Pyth* 3.

Monumentorum arduum & operosum honorem, vt grauem defunctis, aspernantur. Tacit. de morib. Germ.

πέλει αἰέρι κόδος, κηδεμονίῳ ἐν χαῖρε θεχυθλώσαι. *Coint.* 8. 657.

Non timendum, ne Deus non agnoscat, vnde me resuscitet. Aug. Confess 9. 11.

Talis hinc exis, qualis venisti. Ambr. 1. Timot. 6.

Pompa exequiarum magis sunt viuorum solatia, quàm subsidia mortuorum. Auguste. 1. ciu. 12.

Sepultura optima, vita optima. Chrysostom. 2. Homil. 84.

τὰ δ' θνητῶν κόδεν, ἀλλ' ἀπλῶ πόνος. *Eurip. Helen.*

Si viuentibus præcipitur, ne quid habeant præter vestimentum; multò magis mortuis. Chrysost.

Ἀνδρῶν ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος. *Thucyd. Stob.* 894.

Nec tumulum cuto; sepelit natura relictos. Mecæn. Sen. ep. 94. extr.

Un beau mourir rend l' homme triumphant, Domtant la mort, quand la belle memorie De ses vertus est escrire en histoire. Ronsard. 10. 39.

μόχθων δὲ κἀλλο ὕπερθεν ἢ γάς πατρίδος τέρας. *Eurip. Mede.*

Non oportet dignitate impares pugnæ paritate conferri. Sax. lib. 5.

Voluit nos ille mortalitatis artifex Deus in commune succurrere, & per mutuas auxiliorum vices in altero quemque, quod per se timeret, asserere. Fab declam. 5.

Gratiosa est expostulatio, quæ requirit officium. Sym. 2. 54.

Considerata bruti innocentia, & hominis improbi malitia, longè minus mala est brutorum societas, quàm hominum conuersatio. Quippe CVM animante si res sit, vnum est, quod caueas; at cum homine si sit commercium; vix vnum est, in quo tuto ipsi possis fidere.

Postremò nullum vnquam animal aut vidimus, aut legimus de sepultura fuisse solicitum: Sed posteaquam extincta sunt, alia leones dilaniant, vrsi lacerant, canes rodunt; alia in ipsis campis † manent; alia homines edunt, alia formicæ pungunt, alijs aues satiantur: vt vno verbo dicam, horum viscera illorum sepulcra sunt. Hoc vero in homine non fit, qui non exiguam facultatum partem faciendo consumit conditorio; eaq; vna est ex (præcipuis) vitæ huius (ærumnosæ) vanitatibus. QVID enim vanius aut inanius, quam hominem conditorio superbire pulcro; & vitam impuram esse parui pendere? Equidem iuraturos hodie iurarim mortuos cunctos, PARVI referre, sintne sepulta corpora sua in mari profundo, an in sterquilinijs immundis; sintne ab animantibus sæuis deuorata, an in campis inhumata manserint; dūmodo animæ suæ in choris sint collocatæ cœlestibus.

Atque vt Christiano more loquar, parum prodesse ausim dicere, corpora in monumentis marmore vestitis iacêre; cum animæ infelices in flammis ardeant Tartareis. Itáne miseris in hac vita nobis deest, quod quæramus, curemus, laboremus, sudemus, præstemus, suspiremus, fleamus: vt anxiè cogitandum sit, vbi locorum sepeliendi simus? Inuenias quosdam adeò tum infideles, tum vanos, vt omnium iudicio condemnari vitam suam susq; deq; habeant, dum ob conditorij splendorem passim laudentur. Cum viuentibus loquor, & de mortuis dico; quod SI HODIE facultas his daretur in vitam reuertendi; futurum esset, vt magis in corrigendis delictis & peccatis suis, quam in monumentis, etiamsi collapsa inuenirent, instaurandis occuparentur. Quod præterea addam nihil est, nisi HOMINES meminisse moriendum sibi esse, sapientiæ; at de sepultura anxiè cogitare, insignis esse stultitiæ. 597

CAPVT XXXVII.

Epistola M. Aurelii Imp. Rom. ad Domitium ciuem Capuanum exulem consolatoria, qui ob tumultum cum alio quodam, super certamine equestri excitatum, in exilium missus fuerat. Epistola diligenter notanda ei, qui cum maximè securus esset, casum expertus est infelicem.

MARCVS

MARCVS Imperator Rom. Cœlimontanus, Domitio Capuano S. & solatium à dijs consolatoribus.

Frigoris hyberni asperitas ventos hic vehementes excitauit, qui maximas peperererunt inundationes, vnde multæ ortæ sunt † humiditates, quæ morbos pariunt varios, ex quibus & chiragra mea est, & podagra. Æschines dicere solebat ANIMI libertatem & corporis sanitatem nec æstimari vllo precio, nec comparari posse. Qui enim libertate caret, quid quæso potest? qui sanitate, quid valet?

Tria Plato dicebat in libris de Repub. Primum, eum QVI nemini quicquam debet, non posse de paupertate queri: SIMVL enim alteri pecuniam debeo; alius, non ego, mei dominus est. Deinde eum, QVI NEC seruus, nec captiuus esset, non recte facere, si vlla alia re sese infelicem fieri posse diceret. NVLLA enim in re crudelior fortuna est, quàm si vitæ huius libertatem nobis adimat. Postremò, NEC bonum vllum è temporaneis maius, nec felicitatem
598 *vllam pleniorem, quàm sanitatis thesaurum. QVI enim morbis infestatur; insufficientiam plenus opibus sustinet, & ex delitijs (iucunditatibus q;) voluptatem nullam capit.*

Maiorum nostrorum æuo, cum præclarè Roma gubernaretur, non solum res ad publicum statum pertinentes constituebantur; verum etiam quæ ad singulorum pertinebant sanitatem, curabantur: cum quidem in conseruandis corporibus vigiles, in extirpandis vicijs peruigiles essent. Quare cum Cn. Patroclus, & Iunius Albus Coss. animaduertissent, vrbem æstiuo tempore, pleruns; morbis tentari; edicto prohibuerunt:

Primum, ne Iulio & Augusto mensibus cellæ aperirentur meretriciæ; siquidem iuuenum sanguis actibus Venereis corrumperetur. Deinde ne Salona aut ex Campania poma Romam venalia importarentur: Delicaciores enim Romanæ ob æstum, tenuiores ob egestatem æstiuo tempore pomis (& fructibus) tantùm vescebantur: Itaque fora omnia plena, & domus febribus infestæ erant. Præterea ne quis ciuis noctu sub dio vagaretur. Iuuenes enim stolidi & leues, ex lasciuia & amoribus nocturnis morbos contrahebant & dolores diurnos. Adhæc, ne quis vinum Creticum aut Hispanicum in vrbe publicè venale haberet. IN ardore enim æstiuo, cum Sol ardentissimus est, cicutæ instar lethiferum iuuenibus vinum est. Postremò, vt sterquilinia tollerentur, repurgarentur semitæ, & euerrerentur ex ædibus stercora. AERE quippè infecto cooriri solet in populis pestilentia.

Hæc 104.

Φύλαττε σεαυτὸν, πλοῦτε δ' ἄλλε μὴ γέλα. *Nazianz. Monostich.*

Superbius æstimat miserias longa felicitas. Fab. declam. 9.

Ἔπαμφοτερόν πῃ ὑγρὸς ὁ βιωτὸς νοσώδης ἐστίν. ὑγρὰ γὰρ τὰ σώματα ὄντα πολὺ ἔχει τὸ ῥεῦμα, ὅθεν τὰ νόσων αἴτιον. *Arist. Probl.* I. 224.

† *Aquæ.*

Robur valentiam præstat, pulcritudo atq; velocitas celebritatem, salubritas voluptatem. Boet. 3. consol. 2.

Neque salutis ratio habenda sine salute. Cic. 1. epist. 7.

Τὸ παθεῖν δοῦ, πρῶτον ἀέθλων. οὐ δ' ἀκέσειν δεύτερα μοῖρα. *Pind. Pyth.* 1. *extr.*

Comes æris alieni atque litis est miseria. Plin. 7. 32.

ἥμισυ τοῦ ἀρετὴ παντὸς δίκαιον ἥμισυ. *Prouerb.*

Libertatem non solum homines, verum etiam bestiæ expetunt, atq; omnibus rebus anteponunt. Cic. contr. Rull.

Μετὰ σεῖο μάκαιρα ὑγίεια τέθειλε πάντα καὶ λάμπει χαρίτων ἔαρ. σέθεν ὄλβος ἐλεῖς, ὅσσοι δύδαίμονες. *Athen.* 15.

Optimum homini rectè valere, formosum esse, sine fraudibus diuitem, & cum amicis florere. Athen. 15.

δεῖ δ' ὑγιείας τε κατὰ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή. *Pythag. ib.*

Id debet seruari diligentius, quod nescias, quando deficiat Sen. breuit. vit. 8.

Ἀεὶ γὰρ ἔστι τοῖς μὲν σώμασι καὶ πᾶς ψυχοῖς δύ' ἔχεσιν, ἐγὼ δ' οὐκ εἶναι δύο τυχοῦσιν. *Xeno. de venation.*

Medicus quando ægritudinem discutit, si curet; quod per aliquam causam factum est, & ipsam non curet, ad tempus medetur. Causa manente morbus repetitur. Augustin. Ioh. 25.

Κἂν δ' μέγα τερθλοῦσι μειχιῶ γωαγωείω. *Arrian. lib. 3. cap. 22.*

Sangre nuena poco calor ha menester para heruir. Celest. 97.

Ἀπεψίαν οἱ νέοι καθ' ἑσπέραν εἰσφέρουσιν. *Aristot. problem.* I. 25.

Haz la noche, noche, y el dia, dia, y bi viras con alegria. Adag.

Νὺξ πολλῶν κακῶν ἀρχηγός. *Menand. Gell.* 2. 23.

Solis calore vsti vino abstineant, aut diluto vtantur. Plut. de sanit. tuend.

Vinum venenum afferens dementiam. Philo. de vit. contemplat.

Aëris temperies ad sanitatem plurimum facit. Plut. præc. reip. gerend.

Vt primum grauitatem vibis excessi & nidorem culinarum, quæ motæ pestiferum vaporem cum puluere effundunt, protinus mutatam valetudinem sensi. Sen. epist.

Quonam illæ leges abierunt, sumtum & ambitionem comprimentes? Tertull. apolog. 6.

Eò prolapsi mores sunt, vt suo quam reip. magisq; potentiæ, quam gloriæ studio plures agant. Aurel. Vict. Cæsar. 33.

Illud detrimentum reip. tam grande, quam verum, nemo circumspicit. Tertull. apolog. 44.

Quis soletur alterum, ipse consolatione indigens? Philo. vitæ Mosi. 1.

Patula latitudo itinerum & nulla vmbra defensa grauiore æstu ardescit. Tacit. annal. 15.

Successio temporum placita priora mutauit. Symm. 3. 44.

Facis rem tui pariter & amoris & moris, quod peregrini curas amici literis mitigas consolatoriis. Sidon. 7. 16.

πολλὰ δ' ἀνγένοιτο καὶ ἐν νυκτὶ μιᾷ. *Tati. lib.* 1.

† *Cic. Cat. Mai.*

τὸ παρ' δίκαν γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά. *Pindar. Istm. od.* 7.

Cauto circumspectu in vitam, quæ multis casibus subiacet, veniendum. Apul. lib. 11.

τὰ δ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται. *Pind. Pyth. od.* 8.

Si deorsum sunt, quæ amas, ad ima descendes: si sursum sunt, quæ diligis, ad summa peruenies. Leo. natiuit. serm. 6.

Literarum breuitas inculpabilis est, cum ex iniuria valetudinis, non ex voluntate descendit. Symm. 7. epist 28.

Similitudo desideriorum æqualitatem gignit adfectuum. Leo. natiuit. serm. 6.

Lacrymæ nobis deerunt, antequam caussæ dolendi. Sen. Polyb. 23.

Φέρειν χρὴ τάτε δαιμονία ἀναγκαίως, τάτε ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀνδρείως. *Thucyd. lib.* 2.

Non euentus debet imputari cuiusq; rei, sed consilium. Sen. 10. contr. 3.

Indignior semper mensura calamitatum magna felicitas. Fab. declam. 7.

Ex magno certamine magnæ excitantur fermè iræ. Liu. lib. 3.

Indignum est à pari vinci aut superiore; indignius ab inferiore atq; humiliore. Cic. pro Quinct.

Quos iniuriæ inuisos faciunt, gratiosos miseriæ reddunt. Val. Max. 5. 3.

Et honores & iniuriæ vulgi in promiscuo habendi sunt; nec his dolendum, nec illis gaudendum. Sen. in sap. non cad. iniur. 18.

Miseros magis fortuna conciliat suis. Sen. Thebaid. 2.

In vires caritatis accrescit ipsa miseratio. Fab. declam 18.

Propensius malum est dignitatem perdidisse, quam non habuisse. Ambros. Rom. 9.

ἐκ τοῦ παθεῖν γίνωσκε τὸ συμπαθεῖν. *Philisti. Stob.* 275.

Hæc omnia, dum Roma & opulenta & fortunata erat in ciuitate seruabantur. At postquam Catilina tyrannus exortus est, & Rempub. Sylla Mariusque perturbarunt, Cæsar & Pompeius tyrannicè oppresserunt, Octauius & M. Antonius diripuerunt, & Caligula ac Nero infamarunt; paucis Romæ curæ fuit, ne vinum ex Hispania vel Creta inferretur, aut venderetur: cum diligentiores essent singuli in vitando gladio hostili, quam caloribus æstiuis.

Non iniuria vrbem dixerunt prisci esse morbis obnoxiam: Est enim reuera talis: quòd ideo dico, quoniam licet tentem ambulare, & licet velim scribere, nequeo. Dum Romæ iuuenis erã; nec caput mihi sub dio dolebat; nec sanguis vino inflammabatur; nec calore fatigabar æstiuo; nec frigore lædebar hyberno, si discalceatus incederem. Iam verò postquam senui, nec calor est, quo non exæstuem; nec frigus, quo non cohorrescam. † LIBIDINOSA & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. *Vtinam mortales, postquam aliquandiu senes fuissent, impetrare à dijs possent, vt repuerascerent? Futurum* 599
medius fidius esset, vt cautiores, quàm fuissent, indeclinandis mundi fraudibus forent, & in tuenda corporis sanitate diligentiores. Sed QVI in iuuenili ætate viciosi fuerunt, eos in senecta ægrotare non miror. QVI enim virtutem non amarunt; quantulum est, eosdem sanitatem parui æstimasse?

Hæc eò dixi, vt intelligas & credas, me valetudine prohibitum aduersa, non tam prolixum in scribendo esse posse, quàm vel tu velles, vel ego optarem; Vnde fiet, vt & ego dolorem tuum complorem, & tibi podagra mea doleat.

Allatum ad me est, festo Iani die super decursione equestri rixam inter te & Patricium vicinum tuum extitisse, tantumque inde tumultum commotum, vt & bona tua confiscata, & domus diruta, & filij relegati, & ipse in decennnium senatu motus, & nepos tuus ordine senatorio deiectus, & tu in perpetuum Capua relegatus, & in custodiam Mamertinam datus antagonistes tuus fuerit: atque ita ex furore illo breuissimo, complorandi tota vita caussam habeatis.

Omnium, qui istinc veniunt, sermonibus, & qui istinc scribunt literis certior fio, tanto animum tuum discruciari mœrore, tantoque in squalore te vitam agere, vt neque cogitationes tristiores animo eijcias, neque amicorum admittas solatia. Quod nequaquam à me dici putes, quod ea re offendar: Nam pro varietate, quam expertus sum, fortunæ, iam olim scio, quid sit mœstitia. QVI enim verè tristis est, interdiu suspirat, noctu vigilat; in societate stoma-

ſtomachatur, in ſolitudine conquieſcit; lucem odit, tenebras amat; terram lacrymis rigat, cœlum ſuſpiriis rumpit; de præteritis dolet, de futuris non cogitat; ipſis ſolatiis irritatur; commemorandis doloribus refocillatur. In ſumma AFFLICTVS nulla ex re voluptatem capit, & in ſeipſum moroſus eſt.

Si viuis tibi, mi Domici, expreſsiſſe coloribus animum afflictum videor; non alia, mihi crede, cauſſa factum, quàm quòd ego, qui fatis ita volentibus omnium iſtorum cepi experimentum, tam exactè etiam deſcribendi illa facultatem aſſecutus ſum. Nam AD ANIMI angores & corporis dolores quod attinet, multum intereſt inter eum, qui legit, &
600 *eum, qui ipſe expertus eſt. Si perinde tu iſtic ſentis, atque ego hìc ſentio, res eſt eiuſmodi, vt meritò & tibi & amicis acerbiſsimo dolori ſit, cum tam leui de cauſſa & tibi & propinquis exitium te attraxiſſe cogitas. Equidem vt verum fatear, exitio tuo plurimum doleo: ſed longè magis doleo, cum aquula tam exigua te ſubmerſum video. VIROS nobiles & magnanimos pares dignitati ſuæ inimicos decet capere: Hoc eſt, QVANDO vir nobilis in aleam mittere & vitam & fortunas decreuit, in magni momenti negotio id faciat oportet. Quippe TVRPIVS eſt, ſi agricolam vincat, quàm ſi ab equite vincatur.*

Proh quàm VARIA eſt fortuna! quàm magni caſus paruis ſæpe momentis intercedunt! In eo, quod dicturus ſum, meipſum condemno, te accuſo, de diis queror, mortuos cito, viuos aduoco; vt videant, nos CVM in conſpectu mala habeamus, ea non agnoſcere; cum ea manibus palpemus, non ſentire; cùm ea pedibus teramus, non videre; cum auribus ingerantur, non audire; cum clamor hinc inde perſonet, non intelligere; cùm indies moneamur, non credere. In ſumma, TVM demum periculum intelligimus, cùm morbus nullum patitur remedium.

NON tradant ſecuritati ſeſe homines, in rebus vilibus nihil ineſſe periculi cogitantes. Nam quod experientia teſtatur; aurula vel minima poma decutiuntur; ſcintilla minima deflagrat † ſylua; in ſcopulum exiguum illiſa nauis dehiſcit; in lapidem paruum pes impingit; hamo exiguo (magnus) piſcis capitur; vulnere leuiculo vir magnus moritur: Vnde intelligi datur, adeò FRAGILEM eſſe vitam noſtram, adeò ancipitem fortunam, vt qua parte nulla erat ſuſpicio, ea periculum omne ingruat. Senecæ ad Heluiam matrem Roma exulantem † verba ſunt (cap. V.) Tu quidem Heluia mea mater es, ego tuus ſum filius; tu anus, ego nondum ſenex; Sed nunquam ego fortunæ credidi,

Amare miſericordiam miſer cœpi. Fab. declam. 9.

Clementia cunctis in ſimiles; animoſque ligant conſortia damni. Claudian. Eutrop. I. 188.

Omnis mœror contumax eſt. Sen. Hel. I.

Ὅπου τὶς ἄλγη, κεῖσε χὴ τὸν νοῦν ἔχει. *Adag. Stob.* 788.

Vulneribus didicit miles habere metum. Propert. 3. 21.

Facis rem tui pariter & amoris & moris, quod peregrini curas amici literis mitigas conſolatoriis. Sidon. 7. 16.

Μόναι πῶν ὁμοιοπαθῶν ὁμιλίαι τοῖς ἀθυμοῦσιν ὑελόκολλα παρηγορίαι. *Stob.* 789.

Καὶ φρονήσαί μέ τις; ὄψεται. ἐγὼ δ' ὄψομαι, ἵνα μή τι καὶ φρονήσεως ἄξιον περάσων ἢ λέγων ὑρίσκωμαι. *Aurel. Imp. lib.* II.

Τὸν ἀξιόχρεω χὴ δόξαντα εἶναι, ἡμίσεα συμφορή. *Herodot. lib.* 5.

Contumeliam humilitas facilius intelligit, dignitas grauius. Fab. declam. 9.

Fructus contumeliæ in ſenſu & indignatione patientis eſt. Sen. in ſap. non cad. iniur. 17.

Dolorem grauiorem pudor facit. Sen. mort. Claud.

Acres dolorum aculei à contumelia, quã imponit inferior. Nazar. paneg.

Citò gloria obſoleſcit in ſordidis hoſtib. Curt. lib. 9.

Vincere inglorium, atteri ſordidum. Tacit. vit. Agricol.

Nemo eſt tanta firmitate ſuffultus, vt de ſtabilitate ſua debeat eſſe ſecurus. Leo. quadrag. ſerm. 5.

ἐ μεταγοεῖν, ἀλλὰ φθάνοειν χρὴ τὸν σοφὸν αὖθις. *Epichar. Stob.* 856.

Non eſt libertas nihil pati. Sen. in ſap. non cad. iniur. extrem.

Vt ſemper tutus ſis, nunquam eſto ſecurus. Marul. Euang. 4. 7.

Non poteſt prætermiſſa cuiuſque rei tempeſtiuitas reuocari. Experto mihi crede. Columel. 4. 3.

Exigua gleba ingentes arietat currus. Saxo. lib 3.

Plerunque fortunam mutaturus Deus corrumpit conſilia. Vell. 2.

Nihil tam leue, quod non magnæ interdum rei momentum faciat. Liu. lib. 25.

† *domus G.*

Tantas conuerſiones aut fragilitas mortalium aut fortunæ mobilitas facit. Plin. 4. epiſt. 24.

Fors verſat humana, nec ſemper ex voto deſtinata ſuccedunt. Sym. 1. 57.

Periculum ſecuritate, & calamitas proſperitate melior eſt. Naz. epiſt. 50.

† *imò exulantis.*

Incertitudo futuri temporis non finit securos esse vel audacissimos. Philo. legat. ad Cai.

Alia felicitate ad tuendam felicitatem opus est, & pro ipsis, quæ successerunt, votis vota facienda sunt. Sen. breu. vit. 7.

† *vnde posset ea sine motu meo repetere. Itaque abstulit illa, non auulsit.*

Subita conterrent, vsitata vilescunt. Veget. 3. cap. vlt.

Sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus aduersos reformidant. Cic. Herenn. 4.

Æquo animo toleres oportet, quicquid intra fortunæ aream geritur, cum semel iugo eius colla submiseris. Boët. 2. consol. 1.

Plus periculi in insidiatore occulto, quã in hoste manifesto. Leo. serm. 9. de quadrag.

Quæ pestis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus? Boët. 3. consol. 5.

Deterior quauis est peste domesticus hostis. Guiller. lib 8.

Multo grauiores domestici hostes, quam extranei. Ambr. Lu. 21.

Non y enemigo mayor que el encubierto. Arauc. 284.

Nihil magis abominantur iura, quàm quòd alteri ius suum per deceptionem auferatur. IC.

Siempre es peligrosa la cayda del que esta del peligro descuydado. Arauc.

Neminem aduersa fortuna comminuit, nisi quem secunda decepit. Sen. Helu. 5.

Amplior securitas grauius solet habere discrimen. Veget. 3. 22.

Nemo celerius opprimitur, quàm qui nihil timet. Vell. lib. 2.

Nemo adeò tutus, qui non aliquando timere debeat. Alcim. 428.

Fortuna impotens, quales ex humanis malis tibi ipsa ludos facit! Sen. Polyb. 35.

Sperata vix pauca, & cum maxima rumna prouenerunt. Apul. de Philosoph.

Fortuna cum blanditur, captatum venit. Mim.

† *amittimus.*

Ἡ ἀνθρωπείη εὐδαιμωνίη, ἐδαιμέως ἐν τῷ μένει. *Herodot. lib.* 1.

Nulli fortunæ minus benè quàm optimè creditur. Sen. breu. vit. 17.

Κύφως φέρειν χρὴ δυσχερῆ ὄντα συμφορᾶς. *Eurip Mede.*

Hæc est vita hominum. Sic læta dolendis
Alternat fortuna ferox: Eat ordine mundus
Antiquo: Nobis rerum experientia prosit. Petrar. Eclog. 2.

Δεῖ καρτερεῖν ἐπὶ τοῖς παροῦσι, καὶ χαίρειν τοῖς τῶν μελλόντων. *Isocrat. Archidam.*

Quinis beatus versa rota fortunæ, ante vesperum potest esse miserrimus. Ammian. lib. 26.

Vt nihil spernendum, ita non omnia metuenda. Tacit. Annal. 2.

Vt nihil timendi, sic nihil contemnendi autor sum. Liu. lib. 6.

etiamsi videretur pacem (*vel inducias*) agere. *Et mox:* Omnia illa, quæ in me indulgentissimè conferebat, (pecuniam, honores, gloriam) eo loco posui, *vt* † *qualibet noctis hora, ne somno me priuaret, illa posset auferre; atque ita ex arca, non è pectore illa abstulit meo. Grauissima profectò & conueniens tali viro oratio.*

Dominus meus Adrianus Imp. annulum in digito gestabat, quem Drusi Germanici dicebant fuisse, cui insculpta erat hæc sententia: (*Seneca ibid.*) ILLIS grauis est fortuna, quibus est repentina: *hoc est*; FACILE fortunam sustinere potest, qui semper expectat. *Experientia magistra disco, fistulam clausam & non apertam, chirurgo periculosissimam videri; in Syrtibus, non in altis vndis formidare nautam; ab insidiis occultis diligenter vsus sibi bonum bellatorem, quàm à prælio cauere aperto: Ita* VIRVM *cordatum cauere sibi decet non ab exteris, sed à domesticis; non ab hostibus; sed ab amicis; non à bello aspero, sed à pace simulata; non à damno manifesto, sed à periculo occulto.* QVOT *vidimus, quos in casuum infelicium turbinibus fortuna prosternere nequiuit, & postea in securitate deprehensos supplantauit?* 601

Quam ergo sibi quietem quisquam polliceatur, quis prosperæ sese vnquam fortunæ credat; cum ex caussa tam leui tantus Capuæ tumultus ortus, tanta domui tuæ tibique clades illata sit? Si probè fortunam nossemus, non ita de illa quereremur. Nam, vt verum fatear, cum illa rationem habeat cum omnibus, & cunctis satisfacere cupiat, quamuis ad extremum omnes eludat: omnia bona sua nobis spectanda exhibet; nos verò illa tanquam hæreditatem accipimus; quæ nobis vtenda dedit, tanquam perpetua capimus; ioco data, seriò sumimus; in summa, vt est deceptrix, & nos ludibrio habet, cum aliena ab ea nobis dari putamus, propria accipimus.*

Cum igitur FORTVNA *mihi notissima sit; nec turbines, mihi crede, molestiarum ipsius timebo; nec fulgura & tonitrua expauescam, nec serenitati deliciarum ipsius credam; nec blandimentis suauissimis fidam; nec amicos ipsius magni æstimabo; nec ipsius hostibus me adiungam; neque voluptatem ex iis, quæ mihi dat, neque dolorem ex iis, quæ mihi eripit, capiam; nec, quòd mihi veritatem dicat, magni pendam; nec quòd mendacium mihi narret, magnopere curabo. In summa,* NEC *ridebo, quòd mihi faueat, nec quòd me repudiet, complorabo.*

Mysterium tibi iam, Domici, singulare aperiam, quod memoriæ abs te mandari velim. A DEO *dubia est vita*

nostra,

nostra, adeoque repentina fortuna, vt neque semper feriens minetur, neque semper minans feriat. Itaque QVI VIRI prudentis sibi laudem vendicat, & cunctis in rebus circumspectus esse cupit; neque tam attonitus incedat, vt ad singulos assultus ruinam formidet, neque ita securus viuat, quin in plano quoque se cespitare posse cogitet. FORTVNA enim fraudulenta sæpe minatur, & non ferit; nonnunquam ferit, & non minatur.

Cùm ætate annisque te antecedam, & maiorem negotiorum experientiam habeam; si hactenus dicta notasti; quæ dicturus sum, diligenter obserua; EAM scilicet vitæ partem periculosissimam esse, quam incuria securissimam facit. Vis exemplo dicta confirmem? Respice Herculem Thebanum, 602 *qui tot terra marique euasit pericula, amicæ† tandem manu occidit. Agamemnon magnus Græcorum dux toto belli Troiani decennio non periclitatus, tandem domi suæ noctu trucidatus est. Alexander ille inuictus in expeditione Asiatica & Indica non perit, † & Babylone mox veneni haustu exiguo perimitur. Pompeius Magnus prælio cum hoste dimicans non occumbit, & ab amico deinde Ptolemæo interficitur. Iulius Cæsar ille magnanimus quinquaginta duobus præliis vinci non potuit, & tribus ac viginti in curia plagis confossus est.*

Annibal Carthaginensium dux fortissimus, septendecim annis vita priuari à Romanis non potuit; qua se ipse tandem priuat, ne in hostium manus veniat. Asclepius Pompeij Magni frater vterinus periculum nullum adijt, dum prædonis more viginti annos maria infestat, & tandem hauriens aquam è puteo mergitur. Decem tribuni lectissimi, quos in bello Africano Scipio habuit, ludentes in ponte ceciderunt, & submersi sint. Bibulus ille optimus dum curru per vrbem inuehitur triumphali, tegula delapsa caput illi elidit; atque ita vana illa gloria finem illi vitæ bonæ attulit. Quid dicam de Lucia sorore mea? quæ cum acum in pectore haberet, & filiolum vlnis gestaret, isque infantulus ludens matrem pugno peteret; qua parte acum infixit, ea matris animæ exiuit. Cn. Rufinus vir doctissimus, & meus consanguineus, dum canos pectit, & pectinis dente caput leuiter consauciat; erysipelas inde lethale enatum paullò post finem vitæ quidem; at non doctrinæ memoriæque illius attulit.

Quid tibi videtur, Domici? Equidem vt pauca ista recitaui; sic, Deos testor immortales, innumera alia possem referre. Heu quanta post tantam felicitatem calamitas! quæ ignominia post tantam gloriam! quod pericu-

Eadem in alterutro mutabilitas, nec formidandas fortunæ minas, nec exoptandas facit esse blanditias. Boët. 2. consol. 1.

In secundis nemo confidat, in aduersis nemo deficiat. Sen 3. natur. quæst. præfat.

Μεφόπων ἢ πωνάλιε ἔπης ἐπύχθη ἐς τέλ ἐξ ἀρχῆς. *Coint.* 7. 83.

In re mala animo bono si vtare, adiuuat. Plaut. Capt. 3.

Plebeia ingenia magis exemplis, quàm ratione capiuntur. Macrob. 7. Satur. 4.

Prudentiam, vt cætera auferat, affert certè senectus. Cic. 1. Tusc.

Citius venit periclum, quod contemnitur. Mim.

Quem mundi magnitudo vincere non potuit, libido compressit. Fulgent. Mythol. 2.

† *Deianiræ*. Sen. Herc. OEt. & Agamem.

Ἡλυθέρη μ' ἐδάμασε, τὸν κλάνε δῆι Ἔκλως. *Macedon. Epigram. lib.* 1.

† Iustin. lib. 12.

Dux malorum fœmina & scelerum artifex. Sen. Hippol. 2.

Quis non diuersa præsentibus, contrariaque expectatis aut speret, aut timeat? Vell. lib. 2.

Rarò quisquam erga bona sua satis cautus est. Curt. lib. 10.

Appian. ciu. 2. Sueton. 82.

Quid tragœdiarum clamor aliud defles, nisi indiscreto ictu fortunam felicia regna vertentem? Boët. 2. consol. 2.

Quem sæpe transit casus, aliquando inuenit. Sen. Her. fur. 2.

Liu. lib. 40. Plin. 7. 53. Val. Max. 9. 12.

Non fert vllum ictum illæsa felicitas. Sen. Cur bon. mal. 2.

Quantò quis maiora incrementa accipit, tanto facilius auræ instar concidit. Dio. l. 38.

Rarus felix idemque senex. Sen. Herc. OEt. 2.

In summum perducta maximè nutant. Sen. 6. benef. 30.

Sat semper celsa laborant. Sidon. carm. 7.

Extrema gaudii luctus occupat. Petrar. Senil. 14. epist. 4.

Nec iis quidem confidendum, quæ videmus. Apul. apolog. 1.

Paucis deponere felicitatem molliter licuit. Sen. epist. 74.

Suspecta habenda nimia prosperorum continuatio. Flor. 4. 2.

Quicquid in altum fortuna tulit, ruitura leuat; modicis rebus longius æuum est. Sen. Agamemn. 1.

Qui cecidit, stabili non erat ille gradu. Boët. consol. Philos. 1.

Gaudia principium nostri sunt sæpe doloris. Ouid. Metam. 7.

Nihil successu magis insolentiam nutrit, nec vllum prosperitate efficacius superbiæ incitamentum est, Sax. lib. 3.

lum post tantam securitatem! quod infortunium post tantam prosperitatem! quàm misera & obscura nox post tam serenum diem! quàm malum, post tam longum iter, diuersorium! quam aspera, post litem tam pertinacem sententia! quam absona tam bono vitæ principio mors! Ego si illorum loco essem, quid optaturus sim nescio: veruntamen illorum si loco forem, LABORIOSAM potius vitam & honoratam mortem, quàm mortem infamem & vitam honoratam eligerem. Qui viri cupit nomine appellari, non inter bruta numerari, & OPTARE & eniti summo studio debet, vt bene viuat, multoque magis vt bene moriatur. Nam MORS mala dubiam facit vitam bonam: at bona mors vitæ malæ excusatio est.

Initio epistolæ mentionem feci chiragræ, quæ malè me 603
haberet. Hoc ideò repeto, quia plurima cupiebam ad te scribere, idque propria manu. Biduum iam confligunt inter se amor, quo te complector, & dolor, quem habeo. Gestit animus meus ad te scribere; at digiti calamum tenere nequeunt: Cuius mali medicina hæc est, vt CVM ego (ad te consolandum) non possim, quod volo tanquam tuus; tu velis quod ego possum, tanquam meus. Nihil est præterea, quod addam, nisi quòd renunciatum mihi est, te domum Rhodi struere; itaque quater mille H.S. in subsidium sumptuum mitto.

Salutat te Faustina, quæ ob morbum meum non satis bellè valet. Cicatricem nondum vulneri inductam aiunt: Itaque libram tibi balsami Palæstini mitto; quo si faciem inunxeris, ne vestigium quidem ictus manebit. Si amygdalas virides, & nuces iam maturas, & auellanas syluestres inuenire datur; Faustina eas secundo cursu ad se mitti petit. Ego tibi togam & vxori tuæ tunicam mitto. Quod reliquum est, deos immortales oro, vt quod tibi opto, & quod mihi precaris, vtrique nostrum largiantur. Quanquam aliena ad te manu scribo, tamen toto pectore te amo. Vale.

CAPVT XXXIIX.

Principes & megistanes singulari cura decere eniti, vt patroni sint viduarum & orphanorum patres.

AVRELIVS Macrobius Saturnalium lib. 3. in nobilissima Athenarum vrbe templum ait misericordiæ adeò diligenter claudi & custodiri solitum, vt nisi senatus consensu & permissu nemini fas esset ingredi; quoniam ibi statuæ tantùm Principum benignorum positæ erant, nec alij nisi viri misericordes ad orandum intrabant. Singulari quippe

Ἔπεσθ' τοῖς τερπνοῖς εἴωθε τὰ λυπηρά. Moschi. Stob. 790.

Gaudia non remanent, sed fugitiua volant. Martial. 1. 72.

Honesta mors ignominiosæ vitæ præferenda. Philo de fortitud.

Aquien a de viuir misera vida, no le puede estar mal muerte temprana. Arauc. 2. 264.

La vita il fin, e'l di inda la sera. Petrar. Can. 4.

Mors honesta sæpe vitam quoque turpem exornat: Vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. Cic. pro Quinctio.

Σοφόν τι κἂν κακοῖς, ἀδεῖ, φρονεῖν. Eurip. Hecub.

Frigescunt impetus mentium, quos non explicant ministeria membrorum. Fab. declam. 1.

Habeat modum sermo, quem nunquam circa te habebit affectio. Symm. 3. 6.

Nihil æquè oblectat animum, quàm amicitia fidelis. Sen. tranquill. ani. 7.

Melius apud bonos, quàm apud fortunatos beneficium collocatur. Cic. offic. 2.

Incitamentum spontanea officia non requirunt. Sym. 5. 94.

Nil quod resartum est, integri splendorem habebit. Sax. 5.

Ἦ μεγάλα χάρις δώρῳ ξὺν ὀλίγῳ. πάντα δὲ τιμᾶν τὰ πὰρ φίλων. Theocr. idyl. λδ.

Adeò interdum ex offerente oblati precium pendet. Sax. 3.

Ea inter amicos petitionum debet esse conditio, vt præstantibus digna videantur, quæ sunt magna poscentibus. Sym. 7. 26.

Bis est gratum, quod opus est, vltrò si offeras. Mim.

Hæc est animi nostri destinatio; Nunc in cœlesti manu est affectus optati. Sym. 6. 76.

Magnum iusticiæ opus est, pupillos & viduas destitutos, & auxilio indigentes tueri atque defendere. Lactant. 6. 12.

οὔτε ἐξ ἱεροῦ βωμὸν, οὔτε ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀφαιρετέον τὸ ἔλεον. Philist. Stob. 275.

Atheniensis humanitas misericordiæ aram instituit. Pacat. panegyr in æde Mineruæ. Sen. 10. contr. 1. Pausan lib. 1. Rhodig. 6. 17.

Flentibus aram & proprium miseris numen statuistis Athenæ. Claudian. bell. Gildon. 405.

Mitis posuit clementiæ sedem & miri fecere sacram. Stat. Thebaid. 12.

quippe diligentia cauebant Athenienſes, ne quid facerent aſperum & immane, vnde crudelitatis arguerentur & notarentur. Itaque SI QVEM maxima ignominia volebant afficere, eum nunquam academiam philoſophorum diſcendi gratia, nunquam ædem miſericordiæ orandi cauſſa adiiſſe dicebant; illo quidem ruditatis eum notantes, hoc verò crudelitatis accuſantes.

Narrant hiſtorici nobiliſſimam ſtatuam in eo templo fuiſſe Regis cuiuſdam Attici, qui & ditiſſimus & liberaliſſimus, & ante omnia maximè miſericors fuerit: quem præter theſauros, quos templis dedit, & pecunias, quas pauperibus diſtribuit, curam ſuſcepiſſe aiunt educandi Athenis
604 *omnes orphanos, & alimenta præbendi cunctis viduis. Quantò iuſtius conſpiciebatur in eo templo Regis illius miſericordis ſtatua, qui orphanos nutriebat; quam vexilla ducis, qui viduas ſpoliauit, in templo ſuſpenſa! Omnes Principes antiqui, de generoſis & magnanimis loquor, & à ſæuitia tyrannica alienis, etiamſi vicij alicuius notati fuerint; ſemper laudi ſibi decorique duxerunt, quod clementes & benigni eſſent; FEROCITATEM ſcilicet & crudelitatem, qua aduerſus hoſtes vtebantur; benignitate & clementia, qua proſequebantur orphanos, compenſantes.*

Plutarchus in politicis autor eſt, Romanos inſtituiſſe, vt epuli aut conuiuij nuptialis vel triumphalis reliquiæ viduis & orphanis darentur vniuerſæ: quæ conſuetudo ita Romæ inualuerat, vt ſi quis diues reliquijs ipſe fueretur; eum furti poſtulare orphanis liceret. † Ariſtides in oratione quadam de Romanorum præſtantia narrat, in more habuiſſe Principes Perſarum, vt non antè menſæ pranſuri vel cœnaturi accumberent, quam ad palatiorum portas tubis ſonoris magis, quam ſuauibus ſignum daretur, vt pupilli viduæque omnes illuc concurrerent: quod Lex inter ipſos eſſet, vt quicquid eduliorum menſis regiis ſupereſſet, indigentibus diſtribueretur.

Phalaridis in epiſtola quadam ad amicum verba hæc ſunt: Epiſtolam tuam accepi breuem, & cum ea reprehenſionem tuam non longam quidem, ſed aſperam; quæ cum primum dolori mihi fuiſſet; poſteaquam ad me redij, lætitiæ ſingulari fuit: Siquidem POTIOR eſt beneuola amici obiurgatio, quam ſimulata inimici adulatio. Inter cætera, quorum iſtic accuſor, hæc commemoras, me pro tyranno haberi, quoniam dijs non obedio; templa irreuerenter tracto; ſacerdotes occido; innocentes perſequor; ſubditos ſpolio; & quod omnium deterrimum, neque exorari me (vllius

Oppreſſi manum porrige, vt tibi Dei quoque manus porrigatur, qua vtpote homo opus habes. Nazianz. epiſt. 49.

Athenienſes miſericordia ſemper cenſi ſumus Sen. 10. controu. 5.

ὁ μηδέποτε τοῖς χαίρουσιν, ἀλλ' ἀεὶ τοῖς μέσοις; Φύσας. *Athen.* 163.

Nihil tam commendat Chriſtianam animam, quam miſericordia. Ambroſ. 1. offic. 11.

Clementia magis quam ira decet Reges, & lenitas animi magis quam celſitudo. Ioſeph. 19. arch. 7.

In theatri, quod Odeum vocant, veſtibulo Ægyptiorum Regum ſunt ſtatuæ. Pauſan. 1.

Orphaniſta magiſtratus fuit Athenis. Rhodig. 15. 9. Xenophonti de vectig. *ſunt* ὀρφανοφύλακες.

Ad pariendum honorem potentiſſimæ clementia & liberalitas. Val. Max. 5. 3.

Clementia Imperatorum dos prima. Vopiſc. Aurelian.

Regibus certior eſt ex manſuetudine ſecuritas. Sen. 1. clem. 8.

ἐδ' αἰεὶ χαλεπὸν ἥμις ἔμμεναι, ἐδ' ἀσύφηλον. *Coint.* 9. 519.

Pupillis defenſio, viduis tutela noſtra non deſit. Lactan. epitom. 5.

Vt ſol quibus adfulget, calorem ſuum impertit: ita ab Imp. clementia iis tribuenda, quos aſpexerit. Zonar. tom. 3.

Etiamſi ſanitatem ſumentium mediocritas obſeruata non ſauciet; ipſe tamen luxus morum ſit ægritudo. Macrob. 7. 5.

† *Ariſtoteles. G.*

Opem fer neceſſitatibus indigentium, & pro lucro habe illorum gratiarum actionem, & DEI retributionem, quæ talem beneficentiam ſolet conſequi. Ioſeph. 4. arch. 8.

† *Eſt ea Romanis conſuetudo, vt tempore conuiuandi cuncti tubicines ac buccinatores ad tentorium ducis perſonent. Polyb. lib.* 14.

† *In aula Alexandri tubis ſignum dabatur ad menſam accedendi, & ab epulis diſcedendi. Ælian. lib.* 8.

Stilus officioſus in titulis, aſper in paginis. Sidon. 3. 9.

τὸν δὲ τύραννον δύσκολον ἁπλοῦν. *Soph. Aiac.*

Male fecit; ſed bono animo. Fab. 7. ca. 5.

Non excidit ſpinam Deus prius, quàm inde aſparagum præcerpſerit. Rhodig. 6. 14.

χρὴ κατηγορεῖν μὲ ἡγεῖσθαι τοὺς ἐπὶ βλάβῃ λοιδορεῖσθαι, νομίζειν δὲ τοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ τοιοῦτο πράττοντας. *Iſocrat. panegyr.*

precibus) patior, neque ad familiares congressus quenquam admitto.

Quòd dijs me non obedire perhibent: verè profectò dicunt. Nam SI quæcunque dij volunt, facerem; paucißima eorum, quæ homines à me petunt, facturus essem. Quod templa irreligiosè tractare dicor; verum & hoc esse fateor. MALVNT enim dij nos corda, quam templa inaurata habere. Quod Sacerdotes interimere dicor; verum esse id quoq; fateor. SVNT enim adeò impuri & flagitiosi, vt maiorem ego dijs cultum præstem illos occidens, quam ipsi victimas dijs offerentes. Quod à me subditos spoliari perhibent, verum esse fateor. CVM enim CONTRA hostes ipsos defendam; æquum est, vt alimenta mihi meisque ministris præbeant. Quod me in exorabilem esse aiunt; verum esse iniquit. TAM iniusta enim quotidie petunt, vt & ipsis & mihi optimum sit ea non concedere. 605

Quod me conuersationem fugere dictitant; verè dicunt. Nam QVOTIES domum meam veniunt, non tam exhilarandi mei, quam in vsum suum aliquid à me petendi & auferendi gratia accedunt. Postremò, quod me erga ærumnosos immisericordem esse, & orphanos non audire perhibent; id vero neutiquam assentior. Deos enim testor immortales, nunquam pupillis & viduis fores meas clausas fuisse.

Trebellius Pollio in vita Claudij Imp. autor est, fœminam pauperrimam & viduam venisse aliquando ad Claudium Imp. lacrymis madentem, vt vllius opem imploraret. Optimum verò Principem misericordia commotum non solum cum illa complorasse; verum manibus etiam suis lacrymas de facie illius abstersisse. Cumq; multi ex nobilitate Romana circa Imperatorem essent; quendam illorum ita Cæsarem compellasse: Satis est ad Principum Romanorum autoritatem & grauitatem, si iustitiam petentes subditos audiant, etiamsi lacrymas de facie illorum manibus suis non exiccent.

Cui respondens Claudius, BONOS, inquit, Principes eo nequaquam contentos esse decet, si nihilo amplius quàm iusti iudices faciant; nisi in exercenda iustitia misericordes etiam esse videantur. SÆPE enim adeuntibus Principes magis beneuolentia, quam pro se ferunt, quam iustitia, quam illis administrant, satisfaciunt. Et porrò ait; Quòd imminuendæ Principis autoritatis & grauitatis esse ais, si cum vidua misera comploret Princeps, suisque illius faciem manibus abstergat; MALLE me respondeo angoris subditorum participem, quàm vt oculos lacrymis plenos habeant, autorem esse. Digna verò cùm notatu, tum etiam imitatu oratio.

Quod Deus iniquum iudicat, iustum esse non potest. Cypr. 4. ep. 2.

Nonnulli sicut promti sunt sequi reges in malum; sic pigri sunt imitari illos in bonum. Isidor. de prælat.

Deo acceptum est, quicquid fit pro viribus. Nazianz.

Qui intra Ecclesiam positi contra fidem & disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore Principum conterantur. Isidor. de prælat.

Pauperibus parum tribuunt, vt amplius accipiant, & sub prætextu eleemosynæ quærant diuitias. Saresb. 7. 23.

ὡς ἂν προσαρκῶν σμικρὰ, κερδάνῃ μέγα. *Soph. Oedip. Col.*

Fructuosus debet esse labor publicus. Cass. 3. 19.

Non est magni animi, dare & perdere; Hoc est magni animi perdere & dare. Sen. 7. benef. extr.

Mann sol der Herrn geniessen / Daß sie auch bey Brodt bleiben. Adag.

Nec ego mores vestros ferre, nec vos meum imperium perpeti potestis. Val. Max. 6. 4.

Sicut nos tangunt supplicum damna; ita nobis eorum fructuosa debent esse compendia. Cass. 1. 16.

Non meremur in periculo liberari, si non succurrimus; non meremur auxilium, si negamus. Lact. 6. 10.

ὅτις οὐκ ἔδωκε, μηδ' ἐλπιζέτω λαβεῖν. *Nazianz. Stob.* 271.

Boni Principis est libenter suos videre felices; sed melioris inuisere etiam laborantes. Paneg. Flauian.

Ostendent terris hunc tantum fata. Virg. Æneid. 6.

Naturalis nobilitatis superbia. Vell. lib. 2.

No de oios quelloran, sino de manos quæ laboran. Adag.

Naturæ humanæ vicio probitas liuori subiacet. Sym. 10. 34.

Comitas non sine seueritate sit, neq; grauitas sine facilitate. Corn. Nep. Vita Attic.

Permittite illi, vt homo sit. Neq; enim vel Philosophia vel Imperium tollit affectus. Capitolin. in Pio.

Ille verè incrementis suis maior est, quem sublimitas parti honoris inclinat. Sym. 9. 86.

Num te præterit Paullum Persei Regis à se capti calamitatibus pias impendisse lacrymas? Boet. lib. 2. cap. 2.

Licet Principem semper humaniora censere. Cass. 1. 42.

In Principe laudantur promti aditus, obuia comitas. Tacit. annal. 2.

Prince tres humain porte de ses subiects tous les cœurs en sa main. Ronsard. 4. 14.

Cauendo ne metuant homines, vltro se metuendos efficiunt. Liu. lib. 3.

Princeps sit) sine contemtu facilis, sine terrore reuerendus. Sym. 10. 25.

Cæte-

Cæterùm cùm omnibus in rebus laudem mereatur clementia; tum inprimis laudanda est, quando erga fœminas exercetur; maximè eas, quæ mœrore oppressæ solatijs carent. FOEMINÆ *enim angore facillimè obruuntur, & consolationem difficillimè recipiunt.*

Alexandrum M. celebrant Plutarchus † & Q. Curtius, † qui tam humanè tractârit Darij Regis, à se penitus victi coniugem & liberos, eamq; clementiam ita extollunt, vt fermè eandem Alexandro groriam, ob pietatem in liberos (ac castitatem,) quam ob victoriam de patre tribuant. Darius quidem Rex infelix, cognita Alexandri erga vxorem & liberos clementia, missis legatis ingentes ei de præteritis gratias agi iussit; vtq; idem deinceps etiam fa-
606 *ceret, rogari: Posse enim fieri vt deorum & fortunæ indignatione aduersus se mitigata, parem ipsi gratiam referret.*

Verùm Alexander legatos cum hoc responso remisit: Renunciarent Dario Gratiarum *actionem ab hoste pro (benignitate) beneuolentia mulieribus captiuis præstita superuacaneam esse. Neque enim se vel quia Darius sibi amicus foret, ita facturum; vel quia hostis esset, idem prætermissurum fuisse: Sed ideò fecisse, vt Principis hac in parte generosi officio fungeretur.* VTENDVM *enim clementia erga mulieres, quæ nil nisi flere nossent; vtendum animi magnitudine aduersus Principes, qui tantum bellare didicissent. Vox profecto tali Principi conueniens.*

Multi Alexandro cognomen Magni inuident, quod inde natum, quia cum magnanimus fuerit, in rebus aggrediendis; multò id magis fuit in vrbibus regnisque largiendis. Multi Pompeio cognomen Magni inuident, qui ita appellatus fuit, quoniam dux hic Romanorum excellentissimus XXII. regna subegit, & in comitatu suo XXV. Reges habuit. Multi Scipioni Africani cognomen inuident, quod ei tributum, quia potentissimam vrbem Carthaginem vicit, quæ diuitijs Romam superabat; armis verò & potentia, cum tota certabat Europa. Multi L. Scipioni † Asiatici cognomen inuident, quod accepit, quoniam Asiam superbam debellauit & edomuit, quæ ad id æui commune fuerat Romanorum sepulcrum. Multi immortale Carolo cognomen inuident, qui Magnus cognominatur, quòd cùm Rex esset paruus, non tantum de multis regibus regnisq; triumphauit exteris; sed imperij quoq; sedem amplissimam in regnis reliquit proprijs.

Equidem Principes superbos istis tam gloriosis Principibus inuidere non miror: Sed si illorum loco essem, quid factu-

Hoc Reges habent magnificum prodesse miseris. Sen. Mede. 2.

Δεινότερον γυναῖκα ἀποκτεῖναι, ἢ ἄνδρα, *Arist. prob.* 29. 11.

† *In Alexandro.*

† *Lib.* 3. *Iustin.* 11.

Alexander humanitate suorum; alienorum animos sibi iustitia deuinxit. Saresb. 5. 7.

Virtutem etiam in hoste miratur. Curt. lib. 4.

Nimiæ opes magnæ iacturæ locum faciunt. Idem. lib. 4.

Post acies odiis idem, qui terminus armis. Claud. 4. Cos. Hon. 115.

Quando fortuna non mutat fidem? Vell. lib. 2.

Sæpe titubantia in solidum conuersa sunt. Sym. 8. 27.

φίλους ποιεῖσθαι δίκαιον τοὺς ὁμοίως αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις χρωμένους. *Isocrat.*

Potestas publica sic studeat præesse, vt in vniuersitate sua tristem aliquem esse non patiatur. Sar. 5. 6.

Quanta pernicacia in hostem, tanta beneficentia aduersus supplices vtendum. Tacit. annal. 12.

Cortesia de boca, mucho vale y poco cuesta. Adag.

Ita clemens victor Alexander, vt acer bellator. Plut. in vita.

Pompeius tripartitas orbis terrarum oras atq; regiones trib. triumphis adiectas Imp. Romano notauit. Cic. pro Sextio.

Salutem dedecore mercari virtus ignorat. Sax. lib. 7.

Felicis Syllæ, Magniq; Pompeii cæptum ab assentatione familiari cognomen. Liu. lib. 30. *extrem.*

Nisi honorem laboriosa impleant merita, idem est, ac si pro solida substantia quis vendicet spumam. Saresb. 6. 13.

† *Qui frater fuit Africani. Liu. lib.* 37.

Ex ipsis nominibus epithetis etiam virtutis signa elucent. Epiphan. hæres. 78.

Magnam fortunam magnus animus decet. Sen. 1. clem. 5.

Regnauit Caroli progenies in regno Francorum vsq; ad annum Christi 926.

Cuiusq; Imperatoris gubernatio ex morum & actionum eius maiori parte iudicetur. Zonar. in fine operis.

Gratius nomen est pietatis quàm potestatis. Tert. apolog. 34.

Si quando, quod rarum est, probis honores deferantur, quid in eis aliud, quàm probitas vtentium placet? Boet. 2. 6.

Pietatis tituli sunt omnibus honoribus pulcriores. Plin. 3. ep. 8.

Antoninum Romani Pium cognomine appellarunt, quod religionum studiosissimus fuerit. Pausan. l. 8.

Traianus Optimi cognomine magis, quã cæteris gloriari videbatur. Dio. lib. 68.

Apud Deum non tam exactio; quam exactio damnatur iniqua. August. de verb. Domi. 19.

Nulli nisi ex alterius damno quæstus est. Sen. 2. ira. 8.

Ita omnibus consulendum, ne vllius gaudium alterius tristitia turbet. Plin. paneg.

τὸ δὲ ποιεῖν, ἓν τοῦτο μόνον ἔχει κρεῖττον ἔργον ἀνθρώπου ἢ θεοῦ. ἡδὲ μίμησις ὁμοιώσεις ἐστὶ, συνάπτει πῶς ἢ ὁ μιμεῖται, τὸ μιμούμενον. Synes. epist. 31.

Magnæ caussæ sunt personarum humiliorum. Phil. de creat. Princ.

Regia potentia ministros delectat superbiæ suæ longum spectaculum. Sen. 2. benef. 5.

Modestiæ fama nec supremis mortalium spernenda. Tacit. annal. 15.

Grauissimum est per calumniam subtrahi, quod collatum est munificentia Principali. Cass. 1. epist. 7.

Antoninus nulli acerbus, nec grauis, cunctis benignus & mitis erat. Dio. lib. 70. Sabell. lib. 4. Enn. 7.

Erigi plus merentur, quos sortis suæ aduersa pressérunt. Cass. 1. 22.

Quid nimium prodest, si regina virtutum iustitia in sui nimietate obest? Saresb. 4. 9.

In regio fastigio collocatos difficiles accusatoribus aures præbere conuenit. Saxo. lib. 13.

O mentis aureæ dictum bracteatum! Auson. Gratiar. act.

Largitor temporalium hæres fit æternorum. Leo. serm. 4. de collect.

Non est perfecta misericordia quæ precibus extorquetur. August. homili. 39.

Deus inexorabilis est ei, quem precantibus cernit immitem. Lactant. epitom 5.

Non iustum est augeri patrimonia locupletum per damna miserorum. Idem. Epitom. 4.

Qui se à præstando auxilio remouet, etiam ab accipiendo se remoueat necesse est. Idem 6. 10.

Cum diabolo ardent, qui nudum non induerunt; vbi putamus arsuros, qui viduas & orphanos spoliauerunt? Augustin. ad fr. in Erem. 31.

Caue cogas eam, quæ aut dolorem suum, aut pudorem secretis clausa parietibus fouere deberet, prosilire in publicum, inuerecundius quam iniustius litigare. Ambr. Psal. 118.

facturus essem nescio; veruntamen illorum loco si essem, magis, mihi credant, Antonino Imperatori cognomen PII, quam cunctis mundi Principibus sua vel nomina, vel cognomina inuiderem. Cæteri enim Principes Cognomenta illa superba adepti sunt, quod multas terras diripuerunt, multa templa euerterunt, multas gentes tyrannide oppresserunt, multos tyrannos dissimulanter tulerunt; multos innocentes afflixerunt, bonos plurimos cum fortunis, tum vita quoque spoliarunt. Hoc enim MVNDVS habet peculiare, quod ad conciliandam vni nominis claritatem, multorum nomina obscurari necesse est.

At Pij cognomen Antoninus non coñatu tituloq; eiusmodi sibi peperit; sed quia NIHIL *aliud nouerat, quam pater esse pupillorum, nec vlla re magis gloriabatur, quàm quod patronus esset viduarum. Princeps enim hic præstantissimus ipsemet audiuisse & iudicasse legitur pupillorum (controuersias &) querimonias; palatijque fores egenis & viduis apertas semper habuisse; cum* IANITORVM, *quibus in palatio vtebatur, munus esset, non ingressu prohibere tenuiores; sed accessu arcere locupletes. Autores referunt hæc verba optimum Principem frequenter vsurpasse;* DECERE *Principes bonos & generosos, orbis & viduis viscera semper aperta habere, vt illis opitulentur; & portas nunquam claudere, vt illos audiant. Apollinem enim dixisse,* NVNQVAM *permissuros deos, vt Principi, qui in iudicandis negotiis pauperum non fuerit diligens, promtè obediatur à ditioribus.* 607

O verba eximia & sublimia, quæ vtinam non quidem Apolline; sed vero Deo annuente, in Principum cordibus inscripta forent! NIHIL *enim vel iniustius, vel inhonestius, quam in aulis Principum & magistanum diuites & fatuos receptum inuenire; viduas verò & orphanos ne audientiam quidem impetrare.* O FELICEM, *ô terq; quaterque beatum! qui sic memoria tenet, & infixos animo pauperes afflictosq; habet, vt tum cor ad consolandos illos aperiat, tum arcas ad subleuandos eosdem minimè claudat. Iam nunc enim futurum promitto & spondeo, vt stricto illo iudicij die cum misericordia vitæ ipsius processus iudicetur.*

CAPVT XXXIX.

Infinitis partibus grauiores esse viduarum, quàm viduorum ærumnas, ideoq; illarum potiùs quàm horum commiseratione afficiendos Principes oportere.

Com-

COMMISERATIONE *dignus est vir generosus & nobilis, cùm tristem, solum & viduum intuemur; inprimis si coniugem, quam ex animi sententia habuit, amisit. Si enim cœlebs mansurus est, dulcem vitæ sociam amisit: si aliam ducere in animo habet;* PAVCIS *feliciter coniugia secunda cedere nouerit.* INGENS *iactura est domui nobili (atque illustri,) cùm ex ea materfamilias, à qua gubernabatur, tollitur. Mox enim maritus curam omnem deponit, liberi hinc inde vagantur, ministri pigritia torpescunt, famulæ pudorem abijciunt, amici illius obliuiscuntur, domus corruit, † vestes deteruntur, fortunæ pereunt; In summa,* IN ÆDIBVS *vidui multi sunt, qui furantur; pauci, qui laborant.*

608 *Ancipites molestæque sunt vidui cogitationes. Si enim de matrimonio nouo cogitat; tristicia oboritur de nouerca liberis inducenda; Si de cœlibatu cogitat; ex solitudine diuturna dolorem capit. Ita* VIRO *misero coniunx amissa gemitus, ducenda lacrymas ciet.*

Quod cùm ita sit; MVLTVM *tamen inter viduatum virorum & fœminarum interest. Viro enim, dum viduus est, extra ædes suas exire, rus prodeambulare, cum vicinis colloqui, amicorum caussas agere, lites suas prosequi; imò etiam in locis honestis agere & recreari licitum est.* PLERVNQVE *enim minus grauiter coniugum mortem mariti, quàm maritorum vxores ferunt. Neque verò in contumeliam hæc dicuntur virorum prudentum & cordatorum, quorum oculos ob vxorum mortem lacrymarum torrentes fieri videmus: Sed propter vanos & leues illos, quos vix peracto nouendiali sacro, nullo cum pudore oculos in fenestras defigere (& puellis aliis annuere) videas.*

Alia profectò fœminarum ratio est, quibus in viduitate neque foris versari, neque domo exire, neque cum alienis colloqui, neque cum suis commercia habere, neque cum vicinis conuersari, neque cum debitoribus litigare licet; sed eas necesse est pro status sui conditione miserâ, domi lugubria sumere, intra cubicula se includere, vbi lacrymis strata rigent, & cœlum suspiriis rumpant.

O QVAM *mœstus, quàm molestus, quàm periculosus est viduarum status! Nam* VIDVA *si domo exit, inhonesta censetur; si domo exire recusat, fortunas amittit; si paullum ridet, leuitatis notatur; si risu abstinet, hypocriseos incusatur; Si frequens in templis est, ambulatrix dicitur; si templum non adit, in virum fidelem ingrata perhibetur; si male vestita incedit, nimietatis insimulatur; si vestita*

Tupilli ætatem & solitudinem, etiamsi tutores non essent, defendere Prætor deberet. Cic. Verrin. 1.

Quorum nos vita propter amicitiæ solatia delectabat, vnde fieri potest, vt eorum mors nullam nobis ingerat mœstitudinem? Augustin. 19. ciu. 8.

Quid iucundius, quàm vxori tam carum esse, vt propter hoc tibi carior fias? Sen. epistol. 104.

ὀλοῇ γὰρ ἐπ' ὀρφανίῃ βαρὺς αἰὼν πᾶσι πέλει, καὶ πήματ' ἐπ' ἄλλοθεν ἄλλα χέοντο. *Coint.* 4. 553.

Mulieri, quæ post liberos inducitur, matrimonii non contingit tota reuerētia. Fab. declam. 2.

† *res familiaris detrimentum capit.*

Liuia florentes priuignos cum per occultum subuertisset, misericordiam erga afflictos palàm ostentabat. Tacit. annal. 4.

Bonos priuignos nouercæ faciliùs decipiunt, nec leuiùs oderunt. Fab. declam. 2.

τάρβος ἀσφαλὲς αἰὲν ἔχοιμι. σοὸν δὲ μοι οἶκον ὀφέλλειν. *Coint.* 2. 90.

Cum sciam spiritum illius in meo verti; incipio, vt illi consulam, mihi consulere. Sen. epist. 104.

τί πλέον ἀνέρι κήδευς μούνῳ ὑπὲρ γαίης οἰχομένης ἀλόχου; *Anthol. Epigram. lib.* 3.

Vide Medeam Eurip.

Nullum desiderium ad secunda progreditur, si priora displiceant. Symm. 4. 65.

τοῦ μὲν θανόντος οὐκ ἂν ἐνθυμοίμεθα, εἴτι φρονοῖμεν πλεῖον ἡμέρας μιᾶς. *Simonid. fragment.*

Fœminæ ad luctum proniores, quàm viri. Plin. 7. procœm.

Cum in plenum adhuc sanguinem aduersa ceciderunt, repugnantis roboris colluctatione vincuntur. Fab. decl. 5.

Flagrantior æquo non debet dolor esse viri, nec vulnere maior. Iuuenal. 13.

Lex ciuilis notat infamia nubentem intra tempus luctus. lib. 1. & 2. C. de sec. nupt.

Fœminis lugere honestum, viris meminisse. Tacit. de morib. Germ.

μάλα πένθος ἀέξει ἀνδρὸς ἀποφθιμένοιο σαόφροσι θηλυτήροισι. *Coint.* 1. 115.

Quis non exacerbescat, cum videat sordidari virtutum sinceritatem criminatione viciorum? Sidon. 7. 8.

Verecundi animi est, vel falsa vituperatione grauari. Apul. apolog. 1.

Libertatem pro improbitate condemnāt, verecundiam pro rusticitate fastidiunt. Sidon. 7. 9.

Virtutibus vicia confinia sunt. Sen. epistol. 120.

πᾶσιν ἀρέσαι δυσχερέστατόν ἐστιν. *Socrat. Stob.* 720.

Non solùm in amissione, sed etiam in discessu carissimorum necessarius morsus est, & firmissimorum quoque animorum contractio. Sen. Marci. 7.

Sine dolore non pereunt, quæ cum amore possessa sunt. Aug.

Est dolendi modus, non est timendi; Doles, quantum scis accidisse; times, quantum potest accidere. Plin. 8. epist. 17.

Non aliud probis, quàm ex matrimonio solatium. Tac. annal. 4.

† *refrigerium*;

πᾶς ὁ τυχὼν τὸν δυστυχοῦντα δύναται τιμωρεῖσθαι. *Thuc. Sch.* 1.

Contemnunt spinam, cum cecidêre rosæ. Ouid. fast. 5.

οὐ τέτυκται οἰζυρώτερον ἄλλο χήρης ἐν μεγάροισιν ἀκιδνοτερόν τε γυναικός. *Coint. lib.* 7. *cap.* 284.

τοῖς θανοῦσι φιλοῦσι πάντες κειμένοις ἐπεγγελᾶν. *Sophocl. Aiac.*

τίς γὰρ πεσούσης οὐ ξυλεύεται δρυός; *Naz. vit.*

Ignaui præcipitata premunt. Ouid. trist. 2.

Fœminas ab negotiis publicis conditio fragilitatis excepit. Arn. l. 7.

Minimæ vires frangere quassa valent. Ouid. trist. 2.

οὐδεὶς οὐδὲν ἔχοντι φίλος. *Philodem. Epigram. lib.* 7.

Viduatus res contumeliæ obnoxia. Theophyl. 1. Timoth. 5.

La fame caua il lupo fuor del bosco, e la pouertà la donna fuor de termini de l' honore. Met. 118.

Malè curat egentes pudor. Prouerb. Camer. Sirac. 4.

En este mundo mesquino, quando ay para pan, no ay para vino. Adag.

Ogn' vn corre à far legna à l' arbore, che il vento in terra getta. Ariost. 37. 106.

θανόντ' ἀποκλαίει οὐδεὶς, εἰ μὴ ὁρᾷ χρήματα λειπόμενα. *Theog.*

Vidua aut sic iniuriis exagitatur, vt nubat, aut dando munera in facultate vix permanet Aug. de verb. Dom. 19.

Neque honestum silere, neque proloqui expeditum. Tacit. annal. 3.

Pupilli & pupillæ certissima præda prætoribus. Cic. Vertin. 1.

αὐτίκα γὰρ περὶ φῶτες ἀποτμήγουσιν ἀρούρας, κείρουσιν δέ τε πάντα, καὶ οὐκ ἀλέγουσι θέμιστας. *Coint.* 7. 281.

mundius est, molestè ferre viduitatem arguitur; si tetrica est, arrogans dicitur; si affabilis, mox domus suspecta habetur: Vt vnò verbo dicam, VEL sexcentos viduæ infelices vitæ suæ censores; at ærumnarum opitulatorem ne vnum quidem reperiunt.

Multum perdit fœmina, quæ patrem, à quo procreata, vel matrem, ex qua nata est, vel fratres vnicè charos, vel amicos spectatæ fidei, vel opes partas amittit: Sed NVLLAM in terris cum hac iacturam comparandam aio atque affirmo; quando probum vxor maritum amittit. In reliquis enim damnis vnica tantùm iactura est; MARITI verò iactura cætera omnia simul complectitur.

Postquam maritum vnicè carum iam tumulatum videt fœmina; velim ex ea quærere, quid boni in ædibus habeat reliquum? MARITVS enim, quod omnes nouimus si bonus erat, laborum ipsius † vmbraculum, necessitatum medela, oblectamentorum inuentor, cordis intimi amor vnicus, ipsius denique dominus & tantum non idolum, quod adorabat, erat. Quid multis? Gubernator erat domus fidelissimus, & filiorum ac familiæ pater optimus. 609.

SIVE familia, aut liberi, aut fortunæ ipsi relinquantur, siue secus; vtrobique miseria viduæ parata est. Si enim paupercula sit, & nihil habeat opum; cogitet quisque, qualis vita illius futura sit. Infelix enim vel victus parandi gratia seipsam in aleam mittat, vel petendi illius caussa pudorem perdat necesse est. Fœmina ingenua, nobilis, delicata, tenera, honestæ famæ, cui liberi & domestici alendi sunt, grauissimas habet angoris caussas, quoties videt, si lana ac tela victum quæritet, vix pani & aquæ id satis esse; si corpore quæstus sit faciendus, animæ iacturam se facere; ab aliis si petat, erubescendum; si familiam dimittat, de dignitate sua actum esse; ne iustis maritus exequiarum careat, vendendam supellectilem; si æs alienum nolit dissoluere, in ius ambulandum. Cùm ergo natura teneræ sint fœminæ; quæ animi firmitudo illis ad tantas molestias sustinendas sufficiat? qui oculi à profundendis lacrymarum fluminibus abstineant?

Sin autem opes aliquas retinet vidua ærumnosa; non paucas simul retinet (curas &) molestias. OPVS enim est industria ad comparcendum, sumtibus ad conseruandum, litibus ad defendendum, laboribus ad augendum, multis denique molestiis ad distribuendum. Nam FILII & hæredes suas cogitationes magis ad hæreditatem accipiendam, quàm ad obsequia ipsi præstanda intendunt. Cùm huc vsque progressus essem, non paruo temporis spacio suspensum tenui calamum, an attingerem, an intactum relinquerem

hoc

hoc argumentum hæsitans, nimirum quòd SÆPE viduæ querimoniam de fortunis suis palàm ad iudices deferunt; illi verò clàm personæ possessionem petunt; atque ita prius de honore ipsarum iudicium fit, quàm caussæ æquitas declaretur.

*Si nulla est viduæ soboles; non proinde sine labore est; tum quòd infelix omnino solitaria manet, tum quòd à mariti † parentibus fortunis spoliatur; qua quidem in parte ADEO nonnunquam immoderati * sunt hæredes, vt pallij detriti, aut cistæ fractæ gratiâ viduæ miseræ molestiam creare non vereantur.*

Sin autem filij viduæ relinquuntur; ibi verò geminatum illi laborem relinqui aio. Si enim paruuli sunt; plena periculi est illorum educatio, vt nulla hora, nullo momento curarum
610 *expertes sint matres, de vita solummodò & salute paruulorum solicitæ. Sin grandiores fortè sunt filij superstites; labores profectò qui residui cum illis manent, haud quaquam exigui sunt, dum plerique omnes superbi, inobedientes, malicioſi, desides, libidinoſi, helluones, blaſphemi; aleatores, turbulenti, mendaces, fatui, ſtupidi, inertes, valetudinarij euadunt: Atque ita VITA matrum infelicium in deplorandâ patrum morte, & corrigendis filiorum erratis transigitur.*

Cùm autem ingens sit labor, quem filij matri attrahunt; intolerabilem illum dico, quem filiæ afferunt. SI enim ingenioſa est filia, ne deprauetur; ſi ſimplicior, ne ab aliquo decipiatur, veretur; ſi formoſa, ſatis habet in cuſtodienda illa curæ; ſi deformis, elocari nequit: Si bene morata est, nollet eam à conſuetudine ſua ſegregari: ſi malè morata, perferre illam non poteſt; ſi hominum fugitans est, ne exoleſcat, metuit; ſi petulans, caſtigare illam non audet; Breuiter, ſi foras eam mittit; ne infamia afficiatur, timet; ſi domi eam retinet; ne rapiatur, formidat.

At quid faciet vidua plures circa ſe filias habens, & filios eius tam ætatis, vt de matrimonio illorum cogitare debeat, cui nec ad alendos illos neceſſaria ſuppetunt? At enim ſi filio vxorem conciliare, aut filiam elocare contingat, tum certè angoribus vidua liberabitur! Nihil verò minus. Imò quantumuis opibus & forma præſtantes ſortiantur viduæ generos aut nurus; tamen fieri non poteſt, quin eo, quo domum illis implent die, doloribus corda ſua curiſque onerent.

Nolite errare viduæ, ita cogitantes, ſi filiis vxores conciliaueritis, aut filias elocaueritis, de cætero vos hilariore & æquiore animo victuras. Nam vt taceam, quæ nepotes petitari ſunt, quæque generi furtim ablaturi; cùm maximè

Cunctis mentitæ pietatis officiis ſtudium contrectandæ mulieris adhibet, odioſumque amorem ſuum perperam delectando nutrit. Apul. lib. 8. aſin.

Vltra omnem iniquitatem est, diuitem velle fieri de exiguitate pauperum vel viduarum. Aug. ad fra. in Erem. ſerm 31.

Ni eſpero, vi creo, ſi no lo que veo. Adag.

† *propinquis, conſanguineis.*

* *inhumani.*

O triſte fractis orbitas annis malum? Sen. Hippol. extr.

Viel Erben machen ſchmale theil. *Adag.*

Παιδὸς σὺν ἐστ' ὀδύνῳ, νηπίαχοι κομέουσαι τὼ ἀνδρόσι μᾶλλα πολὺν χειροτέροις. *Coint.* 5. 551.

Effuſa mater, & ſuis ac parentis vicibus occurrens, pallidior ad metus, ad vota pronior, non diebus ſecura, non noctibus. Fab.

Ciento de vn vientre y cada vno de ſu mente. Adag.

Note de Dios mas mal, que muchos hios, y poco pan. Adag.

Kleine Kinder/ kleine ſorge. Prou.

Quamo maggiore è figliuolo, tanto maggiore e'l duolo. Adag.

Δύπη πῶς παῖδι πάντα χρόνον. *Euen. Plut. de Philoſtorg. extrem.*

Bendita ſea la puerta pordo ſale la hiia muerta. Adag.

Habes filias, ſi malè fers, magna onera; ſi bene, magna ſolatia. Sen. Marci 16. Siracid. 42.

Τηλικαῦτ' ἀ γάμων ἔμπειρ', ἀλλ' ἄπουτ' ἀρπάσαι, ἆρ' ἄθλιον τέκνειδ'. *Sophocl. OEdip. Col.*

Madre, que coſa es caſar? Hiia, hilar, parir & llorar. Adag.

No ay coſa conque meior ſe conſerue la limpia fama en las virgines, quæ con temprano caſamiento. Celeſtin.

ὦδε τῶν δὲ κορῶν ὡς τοῖς γαλάμοις γαμησασῶν ἀνιᾶμαι. *Ariſtoph. Lyſiſtrat.*

Iacob inter XII. Patriarchas vnius filiæ pater est, & ob ipſam periclitatur. Hieron. Eccleſ. 2.

Γαμεῖ ὁ μὲν ἐπίλυχνον εὗρεν ἢ ὀλὲ λύχνων, ἀπώλεσε τὸ ζυγάτερ. *Solon. Stob.* 819.

Con buen vezino caſaras tu hiia, y venderas tu vino. Adag.

O miſera conditio ſexus, cuius ipſæ plerunque virtutes fabulas parant! Fab. declam. 18.

Deſperanda tibi ſalua concordia ſocru. Iuuen. 6.

maximè vetula erit in securitatem composita, litem illi iuniores de facultatibus mouebunt. VBI gentium nurus est, quæ socrum ex animo diligat? vbi terrarum gener est, qui socerum non exhæredare gestiat? SI IN morbum incidat vidua, cui gener aut nurus domi est; & iurisiurandi religione astrictis optio detur, vtrùm socrum cum spe recuperandæ sanitatis curare, an cum spe adeundæ hæreditatis humare malint; iuraturos eiusmodi iurarim, LÆTIORE se animo aureum (libitinario) ad curandum funus, quàm argenteum pharmacopœo pro medicamento repurgante daturos.

Seneca in epistola quadam ait, NATVRALITER à socero nurum, à socru generum diligi: ex aduerso nurum à socru, generum à socero odio haberi naturaliter ferunt; quæ 611
tamen regula mihi minimè generalis videtur. INVENIAS enim nurus, tantùm non adorari dignas; inuenias generos summa beneuolentia prosequendos.

Aliud quoque molestiæ genus viduis familiare est, quòd nimirum, quæ filium habet vnicum, qui ipsi patris, fratris, filij atque mariti loco est, cùm minimè putat, ante oculos suos mortuum aspicit. Quare vt filij vitam lachrymis redimebat; ita non potest, etiamsi velit, illius mortem patienter ferre: Vnde CVM filij insontis corpus extinctum humatur; matris ærumnosæ cor viuum sepelitur. Sed ne de morte iam filiorum dicamus, quæramus nunc ex matribus, quid ipsis animi sit, quando illi ægrotant! Respondebunt scilicet, QVOTIES ægrotant filij, toties maritorum sibi mortem renouari, dum eundem illorum, quem horum, exitum fore verentur. Ac sanè timere illas mirandum non est. MAIORI enim periculo obnoxia est vinea gemmascens, quàm vuis iam maturis aucta.

Alia quoque calamitas cæteris haud quaquam leuior viduis accidere solet, nimirum amicorum mariti contemtus, & eorum, qui ipsius fuerunt alumni ac necessarij, ingratitudo; qui funere concelebrato domus limen non transeunt, nisi vt seruitiorum mercedem pristinorum petant, aut nouas lites moueant.

Volui recensere, vel vt verius dicam, breuiter tantùm perstringere ærumnas viduarum, vt persuadeam Principibus, vt earum rationibus prospiciant; iudices moneam, vt eas audiant; omnes denique virtute præstantes (viros) rogem, vt eas consolando iuuent. Est enim OPVS per se tam diuinum, vt plus quilibet vnius tantùm ærumnas subleuando, quàm ego omnium simul angustias describendo, mereatur.

CAPVT

Aquella es bien casade, que notiene suegra ni cunnanda. Adag.

Quæ apud concordes vincula caritatis, incitamenta irarum apud infensos sunt. Tacit. annal. 1.

Vno animo omnes socrus oderunt nurus. Terent. Hec. 2. 1.

Suocera e nuora, tempesta e granuola. Adag.

No se acuerda la suegra que fue nuera. Adag.

Inuidia caritatis oblita, in acerba odia caussas amoris inflectit. Ambros. Luc. 4.

Decem illis mensibus ne domum quidem vllam nisi socrus suæ nosse debuit. Cic. pro Cluent.

Die beste Schwiger / auff deren die Gense weiden. Adag.

Ridiculum, putare soceri tantam autoritatem in generum, quantam patris in germanum filium. Philo legat. ad Colum.

Religio magis fide animi metienda est, quàm ostentatione verborum. Symm 8. 12.

Filij pro salute, pro moribus hoc sum magis anxius, quòd vnicus factus est. Plin. 20. epist. 21.

Breues sunt doloris induciæ, & mox in miseras cogitationes recurrunt dissimulata paullulum mala. Symm. 9. 73.

ὀ τι γυναικὶ κακώτερον ἄλγος ἔπεισιν, ἢ ὅτε παῖδες ὄλωνται, ἐπιφθιμένοιο καὶ ἀνδρός. *Coint.* 7. 279.

Vidua post filios interire cupiens, non gaudia seruatur ad vitæ, sed vt suam solitudinem discat & orbitatis cruciamenta sentiat Arnob. lib. 7.

In æquo est dolor amissæ rei, & timor amittendæ. Sen. ep. 98.

Non oportet te mirari, quòd plurimum timeo, de quo plurimum spero. Plin. 4. ep. 21.

Ictus nouissimus etiam veteres plagas dolore rescindit Sym. 3. 6.

Quorum pater fuit amicus, collega vel frater, interueniente morte, eiusdem liberi habentur tanquam ignoti, viles & miseri. Augustin. de verb. Dom 19.

φίλος, ὅστις ἑταίρου μέμνηται κταμένοιο, καὶ ἄχνυται οὐκ ἔτ' ἐόντος. *Coint.* 2. 392.

τῶν ἐχόντων πάντες ἄνθρωποι φίλοι. *Menand.*

Τοῖς μὲν νοσοῦσιν ἰατροὺς, τοῖς δὲ ἀτυχοῦσι φίλους δεῖ συμπαρεῖναι. *Plut. Stob.* 772.

Quos non potes opibus, consilio adiuua, solatio foue. Hier. Eccles.

Cum diabolo ardent, qui nudum non induerunt: vbi putamus arsuros, qui viduos & orphanos spoliarunt? Aug ad frr. in erem. ser. 31.

Magna est miserico diæ merces, cui Deus pollicetur, peccata se omnia remissurum. Lact 6. 12.

Sit afflictis & lugentibus communis solatii medicina, vt se mortales prosequi mortales intelligant. Nazianz. orat. 28. extr.

CAPVT XL.

Epistola M. Aurelii Imp. ad Lauiniam Romanam in morte mariti consolatoria, ad consolationem viduarum maximè illustrium, aptissima, ab autore in duo capita diuisa.

Marcus Cœlimontanus Imp. Rom. Consul primus, Trib. pl. Pont. Max. (dux) contra Dacos designatus, matronæ generosissimæ Lauiniæ Romanæ, vxori quondam Claudini illius optimi S. & consolationem à dijs consolatoribus.

Quoties & quid ipsa merearis, & quantum marito tuo debuerim, cogitas; non dubito, quin suspectam habeas ægréque feras meam negligentiam: cum ad grauissimas plagas
612 *tuas, (gemitusq; acerbissimos) mea tardissimè accedant solatia. Verùm cum animi præsentiam, qua non potes destitui, considero, teq; voluntatis meæ, tibi seruiendi semper cupidæ, memorem esse arbitror; exploratum habeo fore, vt sinistram de me suspicionem tua refutet prudentia. Etsi enim ad consolandum vltimus accedo; tamen, mihi crede, inter primos doloribus tuis dolui.*

Quamuis autem IGNORANTIA virtutum immanis (vt sic loquar) carnifex, omnium q; viciorum stimulus sit; tamen vsu nonnunquam venit, vt NIMIA scientia & perturbet eruditos, & offendat imperitos: Cum ipsa testetur experientia, QVI nimiam sibi arrogant sapientiam, in pericula sæpe grauissima incidere. Longè Latinis vtilior est vitiorum ignoratio, quam Græcis fuit virtutum cognitio; In promptu caussa est. Quæ enim ignoramus, ijs neq; adipiscendis cruciamur, neque perdendis dolemus. Hæc ideò dixi, quoniam cognoui, quod noluissem rescisscere, & audiui, quod audire noluissem; nimirum & dies & ærumnas mariti tui Claudini iam finem habere; tuas verò, quæ vxor ipsius fuisti de integro nunc inchoari.

Iam pridem Claudini optimi amici mei, mariti tui excessum cognoueram, licet dissimularem, non quidem, ita me Mars amet! quòd deflere illum nollem; sed ne animi tibi ægritudinem augerem. Crudelissimum enim mihi videbatur, eam, quæ tanti temporis absentiam molestissimè ferebat, nunciata mariti optatissimi morte, manu mea velut occidere. Præterea & inhumanum & iniquum erat eam, à qua tot acceperam beneficia, tam tristem à me accipere nunciam.

Sancto ingenio familiare est, opis indigos subleuare. Sym. 4. 68.

Un mal succesſo y otro, cada dia la mas ardiente deuocion resfria. Arauc. 279. part. 2.

Opere est demonstranda dilectio, ne sit infructuosa nominis appellatio. August. Ioan. 76.

Integer animus putat innocentiam suam minui, si periculis desit suorum. Sym. 2 7.

Pleriq; tantum viuentes amant, seu potius amare se simulant, ac ne simulant quidem, nisi quos florentes vidêt. Plin. 9. ep. 9.

Hoc scribendi debet esse principium, quod maximè expetunt vota lecturi. Sym. 3. 40.

Inhumanum ipso funebri die oculos lugentis exiccare. Sen. Mar. 4.

Tene superuacua sunt tarda solatia. Stat. 2. Sylu. præfat.

Instaurant dolorem sera solatia. Sym 1. 94.

Ὃ ἐλεεῖσθαι ἐστι, βοηθεῖν, ὅτι δύναμις, ἡ ἐξουθένωσις, ὅθεν αὐτοῦ πτωχεύει ὁ ἡσυχία. *Synes. epist.* 44.

Τὸ σωφρονεῖν γνησίως πολὺ κερδίζει τὸ συμφέρον. *Nazi. Stob.* 272.

Amicitiæ fiducia non ex literis pendet. Sym. 4. 28.

Νόσον δέ τι ἧπιον ἔστω τις φίλης ἐπιστολῆς, ἐθ' ὑγείας, ἔς τε γυναῖκας. *Coint.* 14. 202.

Quisquis plus iusto non sapit, ille sapit. Martial. 14. 210.

Βέλτιον ἀγνοεῖν καλῶς, ἢ μανθάνειν κακῶς. *Chrysost. Stob.* 392.

Mucho labe el rato, pero mal el cato. Necio es, quien pensa, que otro no pensa. Adag.

Τούτου μηδὲν νόσημα χαλεπώτερον, μήτε ἐπὶ μήτε πολλοῖς, ἢ ὄλεθρον ἴδῃς ὦν, σωφρονεῖν ἑαυτὸν νομίζῃ. *Dion. Chrysost. in Troico.*

Facile est non appetere, quod nescias, & auersari, quod desideraueris nunquam. Tertul. ad vxor.

Consolatio si breuis sit; nihil adfert, quo mœstum adfectum demulceat: sin prolixior; longiorem adfert admonitionem doloris. Ambr. fun. Valentin.

Fit nouus admonitu dolor. Ouid. 3. Trist. 6.

Τὸ αὖθ' πῆμα θρηνεῖν ἀπομνημόνων αἰεί. *Simonid. Epig. lib. 3.*

Dolori, dum recens sæuit occurrendum non est, ne illum ipsa solatia irritent & accendant. Sen. Helu. 1.

Incrementum doloris est, id quod doleas scribere. Ambr. fun. Valen.

Naturale est, vt semper animus ab eo refugiat, ad quod cum tristitia reuertitur. Sen. Polyb. extr.

Recens animi dolor consolationes refugit. Plin. 5. ep 16.

Vulnera, quæ cicatricem processu temporis ducunt, intempestiuè contrectata crudescunt. Sym. 1, 94.

περὶ γὰρ ἀδελφεὶς ἄγγελον ἥκοιν ἐπῶν. *Sophocl. Antigon.*

Aduersis reb. varior fides est. Veget. 3. 8.

Aures meas percuti cuiusuis alterius, quàm tuæ linguæ cuspide maluisti. Petrarch. Senil. 3. ep. 1.

Incrementum doloris est, id quod doleas scribere. Ambr. in fun. Val.

ἄγγελος ἐσθλὸς ἁμαὶ μεγίστην πῆμα μαλακὸν παύει φρένα. *Pindar. Pythior. od.* 4.

Piget me esse infelicitatis nuncium, quia compatior miseris, memor communis sortis hominum. Philo. de Ioseph.

Fugio illud quicquid mali est per bonorum indicia cognoscere. Sidon. 4. ep. 5.

οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ἅτις θρεμικώτερος, ὃν ἁ τᾶ φήμας φθάνει τὸ πλέρον. *Tati.* 6.

Admonitu luctus renouantur amari. Ouid. metam. 14.

ἀκρόπολίς ἐστιν ἡ ἐλαυθέρα παθῶν ἀλφάνοια. ὁ μὴ ἐωρακὼς τᾶθ', ἁμαθής· ὁ δ' ἑωρακὼς, καὶ μὴ κεκλαφὼς, ἄτυχος. *Aurel. Imp. lib.* 8.

Vix propinquorum alloquia, vix dies aspicitur à plerisque lugentium. Tacit. annal. 4.

Νηρὸς δ' ἅ τε γόοισιν ἀδέρκετον, ἐδὲ τι οἱ δὲ φρόσσεται. *Coint.* 5. 608.

Ζωόντων εἰσὶν ἀμοιβαίαι κῆρ φθιμένοις χάριτες. *Leonid. Epigram. lib.* 3.

Amicorum vita carentum semper æquè incolumium reminiscamur. Sidon. 4. 11.

Τὸ φιλῆσαι τὸν θανόντ' ἀγὰ δύκερν. *Eurip. Alcest.*

Hæc est indubitata nobilitas, quæ moribus ornata. Cassiod. 1. 12.

Facile probitas delata ad virtutum arbitros placet. Symm. 3. 29.

Exactissimus vir potest cẽseri, de quoquiuis malus loqui, bonus tacere non potest. Sidon. 7. 8.

Mortalis conditio non patitur esse hominẽ ab omni macula purum. Lactant. 6. 13.

Τί παθοσὰ θρηνεῖς; ἁ δὲ μάτηρ οὐ θνᾴσκει; εἰς κοινὸν ἅδου πάντες ἄγεσι βροτοί. *Antholog. lib.* 3.

Qui potest fieri, vt eius nobis amara mors non sit, cuius dulcis fuit vita? August. 19 ciuit. 8.

Mors necessarium munus est naturæ iam corruptæ. Corruptio namq; mortis origo est. Sar. 2. 27.

In contemplatione vitæ per virtutem actæ desiderium mariti honestis solatiis tolera. Tacit. ann. 15.

Trale incudine e l' martello man non mette, chi ha ceruello. Adag.

εὐφημᾶ φάνει, μὴ κακὸν κακῷ δίδες ἄκρον, πλέον τὸ πῆμα τᾶτις τίθει. *Soph. Aiac.*

Meliora præteruolant, deteriora succedunt. Sen. epist. 108.

Optima quæq; dies miseris mortalibus æui Prima fugit, subeunt morbi tristisq; senectus. Virgil. Georg. 3.

Lex erat apud Priscos Carthaginenses, vt si filij mors patri, aut patris filio, aut vxori mariti, aut marito vxoris aut cuiuscunque mors dolenda & lamentabilis indicanda alicui foret; eius vterentur ministerio, qui in carcere iam capitis condemnatus erat. Videbatur quippe Carthaginensibus, qui fratris, aut agnati, aut amici mortem alicui nunciaret, eum oportere vel statim occidi, vel mori, vel certè in conspectum illius non amplius venire. Si igitur æqua fuit hac in parte lex Carthaginensium; ne pœnam illam subirem, æquum fuit, vt ego tam tristis casus nuncium non afferrem. QVOTIES enim rei nobis iniucundæ indicem videmus, eius conspectu semper plaga renouatur.

*Post mortem Claudini mariti tui, ne horam quidem quietam egi, dum scilicet cogito, quæ pacto tam tristis & acerbus nuncius ad te peruenturus esset. Iam verò postquam rem omnem te cognouisse video, duplici afficior dolore. Nam & mors illius & mea solitudo, & tuus mœror in- 613
consolabilis, & damnum (irreparabile,) quod illius morte Romano allatum est Imperio, mihi dolori est. Nam CIVEM amisisti, sanguine nobilem, in prosperis moderatum, in aduersis tolerantem, in ærumnis animosum, in negotijs industrium, in consilijs prudentem, erga amicos fidelem aduersus inimicos callidum (& astutum,) reipub, amantem, & vita integerrimum, & quod caput est, quodque maximè admiror, qui NVNQVAM vita quenquam offendit, nunquam lingua quenquam læsit. Tot & tam eximias virtutes rarò in vno vidimus homine cumulatas. Nam vt verè loquamur, SI multorum, qui singularem sibi virtutis opinionem induerunt, vita scrupulosius examinaretur; plura me hercule reprehensione, quam laude digna reperirentur.*

Cùm ergo tam probum ipsa maritum, tam fidum ego amicum amiserimus; te quidem tantam deplorare iacturam; me verò tam dulcem cum gemitu desiderare sodalem par est: non tam ipsius Claudini, qui iam quiete cum dijs iucundissima fruitur, quam nostra caussa, qui tantis malis viuimus obnoxij MORTVI nanque velut in portu tuto quiescunt; nos autem mari nauigamus (profundo ac procelloso, & in omnes tempestates expositio.) O COR miserum! vt te video inter incudem & malleum! bonorum scilicet sodalitio destitutum, & malorum agmine cinctum; Vnde sæpe cogitare cum animo meo soleo, vtrum malos prius deplorem, qui viuunt; an bonos, qui mortui sunt. Siquidem ÆQVE nos excruciat malum, quod inuenimus; quàm bonum, quod perdimus. Acerbissimum quidem est mori videre viros bonos & virtute præstantes: Ve-

rum

rùm ego acerbius dixerim, videre viuere malos & viciis deditos.

Verùm enim verò, QVOD dij bonos, à quibus coluntur, occidunt; & vitam malis, à quibus offenduntur, prorogant; res est, vt Plato dicebat, tam abstrusa, vt eam quotidie desleamus, eiusdem mysterium nunquam assequamur. Dic mihi quæso Lauinia, iamne intelligis tam bonæ conuersationis esse Deos, ad quos morientes commigramus, & tam praui esse ingenij homines, cum quibus commercium, quàm diu viuimus, habemus; vt sicuti MALI nascuntur, vt moriantur; sic boni moriantur, vt viuant? VIR enim bonus etiamsi moriatur, viuit; malus etiamsi viuat, moritur. Ita me mater amet Berecynthia! ita me magnus sospitet Iupiter! vt citra simulationem, quod dicturus sum, dico: quod nimirum CONSIDERATA quiete, qua cum dijs defuncti fruuntur, & perspectis angoribus atque ærumnis, quibus hic viuentes conflictamur; denùo dico atque affirmo, maiori illis nostram vitam commiserationi, quam nobis illorum mortem dolori esse.

Etiamsi nihil hominum mors à bestiarum interitu differret, hoc est, etsi nullæ essent furiæ, quæ sceleratos torquerent, nulli dij, qui bonos remunerarentur; vel IDCIRCO 614
æquiore animo amicorum mortem ferre debebamus, quod à tantis iam laboribus liberatos aspicimus. QVA lætitia perfunditur nauta, portum ingressus securum; qua gloria dux victoriam adeptus fruitur; qua quiete viator (& peregrinator,) peracto itinere potitur; quo voluptate artifex absoluto opere afficitur; eadem afficiuntur mortui extra vitam hanc ærumnosam constituti. SI nascerentur homines, vt perpetuò viuerent; æquum esset nos illorum conspecta morte lacrymare. CVM autem vero verius sit, eos vt morerentur, natos esse, & post mortem vita sua frui: non eos, qui citò moriuntur; sed qui diu viuunt, deflendos dixerim.

Pro certo scio, si maritus tuus Claudinus, cum ea recordatur, quæ in hac vita (pertulit ac) sustinuit, & quietem, qua in altera fruitur, intuetur; Romanorum à dijs Imperator declararetur; eum ne vnum quidem diem è sepulcro proditurum. Nam IN vitam reuersus denùo cogeretur mori; at cum dijs agens vitam expectat immortalem. Etiam te atque etiam, Lauinia (fœminarum præstantissima) rogo, ne tantis porrò suspiriis cœlos rumpas, ne tam acerbis humum lacrymis riges; cum ibi locorum Claudinum maritum tuum esse noueris; VBI non mœror illi, sed lætitia; non

λυπεῖ τὰς ἀγαθὰς δυτυχία ποτὲ δν. *Socrat. Stob.* 819.

Maxima nostri mœroris caussa, quod cum rerum bonus rector existat, vel esse mala possint, vel impunita prætereant. Boet. 4. 1.

Sic semper viuas, vt vltimam quamq; lucem tanquam non redituram consumas. Arbit.

Nihil morte certius est, nihil hora incertius. Saresb. 2. 27.

Nefas existimandum est ea scrutari, quæ Deus voluit esse celata. Lactant. 2. 28.

Parce, precor, cineri. Stat. Silu. 5.

Mori est felicis, antequam mortem inuocet. Mim.

ἄθλον ζῆν δὲ ἐπινοῆσαι ῥᾴδιον. *Aurel. Imp. lib. 6.*

Nec sine pœna vnquam sunt vicia, nec sine præmio virtutes. Bonis felicia, malis infortunata semper contingunt. Boet. 4. 1.

Τοῖς ζῶσι μόχθος ἀπροσγίνεται. *Sophocl. Stob.* 882.

El fin de los trabaios es la muerte. Arau. 248.

παραμυθία σοι ἔστω μεγάλη, ὅτι μηδὲν ἀμοιρεῖν παρὰ τὸν βίον, ὑπεσφεύγεσαι τῶν ἰδίων ἀρετῶν θανάτῳ. *Phal. ep.* 10.

Quid curam crucias tam læuis luctibus vmbram? Stat. Silu. 2.

Ne inuideris (marito) tuo; quiescit: tandem liber, tandem tutus, tandem æternus est. Sen. Polyb. 28.

Κοδὲν ἦν νέῳ ἀνδρὶ φέρειν ἀπ' ἀγῶνος ἄεθλον. *Coin.* 4. 322.

Πᾶς μὴ ἔσι λυπεῖσθαι βίῳ, ἐσὶν τὸ χαίρειν τ' κακῶν λελασμένον. *Astydam. Stob.* 883.

Vita actuosa est, mors quieta. Lact. 6. 17.

Latebra lethum depellere non est. Sen. 6.

Quisquis ad vitam editur, ad mortem destinatur. Sen. Poly. 30.

Nec debet deuitari, nec potest euadi, quod à Deo euenit. Tertul. de fuga in persecut.

Ἴσθι, μὴ μόνη σὺ πρώτη τὸ πεπρωμένον ὑποσᾶσα. *Heliod. lib. 4.*

Μὴ καλῶφρόνει θνητός, ἀλλὰ δυμερές αὐτὸ ὡς ἓν τέτρασιν ἐνὸς ὄντος, ὧν ἡ φύσις θέλει. *Aurel. Imp. lib. 9.*

Erras, non perdidit lucem (maritus) tuus; sed securiorem sortitus est. Sen. Polyb. 28.

Est piis affectibus quædam etiam flendi voluptas, & plerunq; euaporat dolor. Ambros. fun. Valen.

Est quædam & dolendi modestia. Sen. Marci. 3.

ξυὺ τῷ ζῆν πᾶς τῷ γελᾷ κἀδύρεται. *Sophoc. Aiac.*

Flenda huius vitæ calamitas, & alterius desideranda felicitas. Aug. 22. ciu. 22. & 30.

Ζῆν τῷ τὸ γελᾶν τῷ τὸ κλαίειν διδῶσι. *Scholiast. Sophoc. Aiac.*

Cœlestia recogita, & terrena despicies. Tert. ad vxor. lib. 1.

Δειλοὶ κλαίεθ' ὧτιν. *Dioscurid. Epigram. lib. 3.*

Lacrymæ pietatis indices, non illices sunt doloris. Ambr. fun. fra.

Futurorum gaudio præsentia calcanda sunt: Contemtu præsentium futura tantum cogitemus. Cyprian. 4. ep. 1.

Μία τῶ βιωλικῶν πρόξεων ἡ αὐτή ἐστι, καὶ ἰὼ ἀποθνήσκομεν. *Aurel. Imp. lib. 6.*

Τὸ ζῆν μὴ κλαῖε, μέγας πόνος. *Eurip. Hecub.*

Excepit illum magna & æterna pax. Sen. Marc. 19.

Profectio est, quam putas mortem. Tert. de patient.

Ταὶς ἐπικυμονούσαις τῶ μεθοδολῶν καὶ ἀλλοιώσεων ἐνθύμιόν τι, καὶ τῶ ζῆν, παντὸς θνητῶ καὶ φρονῆσαι. *Aurel. Imp. lib. 9.*

Quanta erit ibi felicitas, vbi nullum erit malum, nullum latebit bonum? Aug. 22. ciu. 30.

Θεῶ βουλομένω καὶ τὸν καλὸν μεθίστην εἰς πέρην. *Scholiast. Sophoc. Aiac.*

Non reliquit ille nos, sed anteceſſit. Sen. Polyb. 28.

ὁ τελευτήσας ἀνωτηγόρητος, ἐν τῶ καλῶ χήματι τῆς δόξης καθίδρυται. *Phalar. ep.* 10.

Solatii loco est inter multos dolorem suum diuidere. Sen. Polyb. 31.

Tæ sunt frequenter & lacrymæ, & mentem alleuant; fletus refrigerant pectus, & mœstum solantur adfectum! Ambros. fun. Valent.

ἁ καλὰ κρύπλει κόλις συγγόνων κεδνὰν χάριν. *Pindar. Olymp. od. 8.*

Alienis malis torqueri, æterna miseria est; Alienis delectari malis voluptas inhumana. Sen. de tranquill. anim. 15.

Calamitas sine remedio est, odisse felicem. Cypr. sermon. 2.

Cum aliena cogitationibus, nostra dolore tractentur, necesse est apud impatientiã suam vel minora præualeant. Fab. decl. 5.

Delinimentum est, doloris pectus laxare suspiriis. Pacat. panegyr.

Μέγιστον τοῖς ἐπλαγκύσι τὸ συγκλαῖειν ἰδεῖν. *Menand. Stob.* 850.

Φάρμακον ἀνθρώπῳ τὸ ὧν ἔπαθε λύπης, ἢ ταθεῖν ἄλλον εἰς τὸ παθεῖν κοινωνία. *Tati. lib. 7.*

Αἰσχρὸν εἰ βλέποντι μὲ φίλῳ χρώμεθ', ἐπεὶ σὺ ὄλωλε, μὴ χρώμεθ' ἔτι. *Eurip. Hecub.*

Consolatio si breuis sit; nihil adfert, quo mœstum adfectum demulceat: sin prolixior; longiorem adfert admonitionem doloris. Ambr. in fun. Valentin.

Φιλοῦντες ἀλλήλους ἢ ὑπὲρ ἀλλήλων ἀποθνήσκουσιν, ἢ νικᾶν τοὺς πολεμίους. *Polyæn. 2. Geor. 2.*

Nescias, an diligat, cuius non habet *Nihil* bonæ rei inter nos diuidi amor

non dolor, sed quies est; vbi non plorat, sed ridet; non suspirat, sed cantat; non cruciatur, sed delectatur; vbi denique mortem non timet, sed vitam habet perpetuam. Quod cùm ita sit, quemadmodum reuera est; ÆQVVM *est vxorem viduam luctum moderari, cum maritum nullo iam dolore affici recordatur.*

Sæpe mecum expendere soleo, quid cogitare viduas deceat in angustiis (ac mœrore) constitutas, vt tristitiam à sese angoremq; abigant; & ratione subducta inuenio, NON *cogitandum illis esse neque de præteriti temporis societate iucundissima, neque de præsentis temporis solicitudine tristissima, neque de vllare, quæ voluptati ipsis in mundo fuit; sed recreationem memoria recolendam, quam expectant, futuram.* VERAM *enim viduam cum viuis quidem conuersari; at cum mortuis vt coniungatur, optare par est. Si hactenus cruciabaris maritum expectans, vt domum tuam veniret; nunc lætare, quod ille in sua te domo præstolatur, in qua, mihi crede, melius ipsa à dijs tractaberis, quam ipse hic ab hominibus tractatus fuit.* IN *hoc enim mundo, quid gloria sit, non intelligimus; illic verò quid dolor sit, ignoratur.*

Ex Licinio & Posthumio patruelibus tuis cognoui, te nec plorandi finem facere, nec solatium vllum admittere. Ego verò non video, cur (sola) ita Claudini obitum lugeas, quasi sola illum amiseris. CVM *enim omnibus vita illius profuerit; ab omnibus illius mortem complorari par est.* NIHIL *in terris acerbius potest contingere animis mœstis & afflictis, quam si alios doloribus suis lætari videant. Ex aduerso* NIHIL *in diris durisque fortunæ ictibus, animo mœsto & afflicto maiori leuamini ac solamini est, quam si alios dolore suo dolere cogitet. Quando ego dolore & mœrore opprimor; non vulgare solatium percipio ex præsentia amici, quem doloris mei participem esse mihi persuasum habeo. Ita scilicet* QVICQVID *lacrymarum amicus ex oculis profundit, quicquid doloris animo percipit, eo quemadmodum suos humeros velut onerat, ita pectus meum exonerat.* 615

Octauius Augustus Imp. quemadmodum historici narrant gentem quandam inter Danubij accolas inuenit, quæ more vtebatur singulari, cuius simile quid neque oculis alibi visum, neque in libris lectum. Amici enim duo ad aras simul templorum accedebant, atque ita fœdus inibant, animis inter sese devinctis, perinde atque mariti & vxoris corpora coniugio copulantur, deos testes inuocantes & conceptis verbis iurantes, in nullo vnquam infortu-

experimentum, nisi sola felicitas. Fab. decl. 16.

æquus ac mutuus finit. Sym. 4. 18.

nio sibi oblato lacrymas sese effusuros aut dolorem perceptu-ros; sed si quid alterutri aduersi contingeret, tum amicum id perinde deploraturum, & remedia adhibiturum, ac si ipsi ac-cidisset. O seculum glorioſum! ô fortunatam ætatem! ô gen-tem æterna dignam memoria! in qua viri erant adeò colum-bina sinceritate præditi, tamque candidi amici, vt suarum obliti ærumnarum, alienis illacrymarent.

*O Romam non-Romam! ô tempus malè impensum! ô vi-tam malè apud nos collocatam! ô vacuam omni cura oscitan-tiam! Adeóne hodie pectora bono exinanita, adeò corda malo immersa esse, vt homines conditionis suæ obliti, & ferus syluestribus peiores facti, ego quidem de morte tibi afferenda la-borem; tu verò de vita mihi eripienda anxiè cogites; tu plo-res, quòd me ridentem videas; ego rideam, quòd te flentem aspiciam; ego, ne surgas, annitar; tu, quòd non cadam, do-leas! In summa SINE vllo emolumento nos perditum imus, & *sine vlla lucri spe, extremam nos perditioni nostræ ma-num iuuat imponere.*

Crede mihi Lauinia, si ita in mea manu esset, rationibus tuis consulere, quemadmodum tuus dolor cordi infixus est meo; neque tanto mihi luctus tuus dolori, neque tibi marito orbatæ tantæ acerbitati solitudo foret. Sed heu mihi! ANI-MVS quidem, qui illa sentiat, adest; vires quæ medeantur, desunt.

Humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat. Val. Max. 5. 1.

Vel muscæ sequuntur cadauera lupi, fru-menta formicæ: prædam sequitur ista tur-ba, non hominem. Sen. excerpt.

Celtiberi nefas ducebant, prælio superes-se, cùm occidisset, pro cuius salute spiritum deuouerant. Val. Max. 2. 1.

Nihil facilius inarescit, quàm lacrymæ. Fab. 6. 1.

Ὄνομα μὲν, ἔργον δ' ἐκ ἔχουσιν οἱ φί-λοι, οἱ μὴ πὸ ταῖσι συμφορῇσι ὄντες φίλοι. *Eurip. Orest.*

Nihil vile nunc est, nisi mores mali. Plaut. Trinum 1.

In deterius res humanæ & in omne nefas labuntur. Sen. 1. ben. 10.

Cum vicio conuitium facio, in primis meis facio. Sen. Vit. beat. 18.

Miror querorque quenquam hominem ita pessundare alterum verbis velle, vt et-iam nauem perforet, in qua ipse nauiget. Fa. 8. c. 5.

* *Nec antè quiescimus, quàm pessum ieri-mus. I.*

Lo spirito è pronto, ma la carne è stanca. Petrar. 173.

Quæ remedia requiras? Vbique vicia re-mediis fortiora. Plin. 4. 24.

Non est beneficium, quod fortunam spe-ctat. Sen. 4. benef 3.

Ἄπορον χρῆμα, δυσχῶν δόμων. *Eurip. Oreſt.*

Dura anime, dura! Heri fortior fuisti. Fab. 9. cap. 2.

Manifestum fit, magnarum rerum curam non dissimulaturum, qui animum etiam le-uissimis aduertit. Tacit. annal. 13.

Ἄρτων, χιτὼν πατὴρ τε τῇ λιμῷ γενῇ. πεινῶσι, γυμνοῖς, ὀρφανοῖς, τοῖς ἐν ζάλῃ. *Epigr.*

γυνὴ μάλιστα τὸ παρὸν φιλεῖ, ἥ κἀπόν-των ἕως κομῶν ἐχ ἔυρεν, μνημονεύει, πρόσ-λαβέσθαι δὲ ἕτερον, τ' πρότερον τ' ψυχῆς ἀπείληφεν. *Tati. lib. 6.*

Nostris & affectibus & profectib. est præ-ponenda Dei voluntas. Ber.

Carior est superis homo quàm sibi. Iuue-nal. Sat. 10.

Iniquus est, qui muneris sui arbitrium danti non relinquit. Sen. Pol. 29.

Placitum Dei necessitas sequitur, volun-tatem comitatur effectus. Apul. Asclepi.

Πολλὰ κέκρυπται τὰ κεν ὔπις ἀείδελα μυθήσαιτο θνητὸς ἐών. *Oppian. ἁλ. α.* 81.

Pati nos oportet, quod ille faciat, cuius potestas plus potest. Plaut. Stich. Qui ma-net.

Dei voluntas est sola & vera iusticia. Cy-prian. de singular. cleric.

Οὔτε σύρεται ἀνθρώπους, ἃ θεὸς μαχανᾶ-ται, οὔτε χαλίζεται θεῷ ὁ ζητῶν, ἃ ἐκεῖνος σαφήνισεν ἐκ ἐβουλήθη. *Xenoph. Memo-rab. 4.*

CAPVT XLI.

616 Pergens in epistola cœpta M. Aurelius mo-net viduas, vt ad voluntatem sese diuinam accommodent; simul exhortans easdem, vt castæ sint.



VM ergo nec tibi opitulari, nec desiderio meo satisfacere liceat; quoniam in potestate no-stra non est mortuos in vitam reuocare, vel saltem alloqui: REM omnem deorum volun-tati permittamus ambo oportet, qui melius scilicet partiri, quàm nos eligere, norunt. Itaque etiam te atque etiam, mea Lauinia, rogo, & tanquam amicus mo-neo; seriò tibi suadeo, & toto pectore peto quæsoque, vt QVOD dij fecerunt, boni consulas, & ad deorum te vo-luntatem conformes, nec aliud, quàm illi, velis. Ipsi enim sciunt & quidem citra erroris periculum, cur tibi præma-tura maritum morte eripuerint, & tibi illius vxori tam-diu vitam prorogent. Cùm & sapientia dij & potentia

Non decet in decreta cœlestis illius sapientiæ curiosos oculos immittere. Lactan. 3. 19.

Incipit beatitudo iudicio diuino, vbi æstimatur æstimatur humano. Ambros. 1. offic. 16.

Innocentem se quisque dicit, respiciens testem, non conscientiam. Sen. 1. ira. 14.

Alia sententia domestica, alia forensis: In fronte ostentatio est, intus veritas occultatur. Cic. fin. 2.

Oportet te non de eo, quod detractum est queri; sed de eo gratias agere, quod collegisti. Sen. Marc. 12.

Poteris ne meliora quæque retinens, de infortunio iure caussari? Boët. 2. Consol. 4.

† *qui tibi ornamento sint.*

Nunquam iniuriam dixeris, ex æquo cum potentiore diuidere. Sen. Marci. 16.

Quod placet Deo, placeat & omnibus nobis. Leo. Serm 1. de iciun. X. mens.

Vnum dolorem geminato solatio leua. Sen. Marci. 16.

τὸ λοιδορῆσαι θεούς, ἐχθρὸ σοφία. Pindar. Olymp. 3.

χρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐλέγειν. Idem. Pyth. 2.

† *in pectore humi reptemus, vt eos veneremur & propitios habeamus.*

Et infinito dolore, cum aliquem ex carissimis amiseris, affici stulta indulgentia est; & nullo, inhumana duritia. Sen. Helu. 15.

καλεπαίνειν τοῖς θεοῖς, μεῖζον κακὸν ἔστιν ζητεῖν. Eusseb. Stob. 898.

Deo nisi optima placere non possunt. Sen. 1. nat. quæst. præfat.

Deus adorandus potius quàm iudicandus, demerendus magis, quàm retractandus. Tert. Aduers. Marc. 2.

Iusto homini in Dei religione & summa pietate præsidium est. Apul. Asclepi.

ἐσθλά τε καὶ χέρεια θεῶν ὐν γόνασι κεῖται. Coint lib. 7. 71.

Qua patientia ædificat ad gloriam, impatientia destruit ad ruinam. Cypr. serm. 3.

Μηδὲν ὄφελος τοῖς ἀμέτρως ἀνιωμένοις. Phalar. ep. 10.

Extenua forti mala corde ferendo. Ouid. 3. trist. 3.

Tanti quodque malum est, quanti illud taxauimus. Sen. Marci. 19.

In remedium cedunt honesta solatia, & quicquid animum erexit. Sen. corpori prodest. Sen. ep. 78.

χρόνος λύπης φάρμακον, καὶ παύει τῆς ψυχῆς τὸ ἕλκος. Tati. lib. 5.

Aliter cum alio agendum est, Idem. Marci. 2.

Obras son amores, que no buenas razones. Adag.

Si vitæ præstes omnia secunda, amicus otiosa res est. Fab. decl. 16.

Voluptas pro facto reputatur, vbi actum excludit necessitas. Bernh.

præpolleant, quis arcanorum iudiciorum suorum iudex esse audeat? OPTIME norunt dij, à quibus vel colantur, vel offendantur; quibus amori, quibus contemtui sint; à quibus laudentur, aut contumelia afficiantur; qui denique grati vel ingrati sint. Imò sæpenumero gratiora diis illorum, qui sepulcris clauduntur, quàm qui in fanis orant vrbanis, obsequia sunt.

Iam verò si volueris computare rationes, respice quæso & cogita, relictos tibi à diis liberos, quorum solatio fruaris; relictas fortunas quibus tuam sustentes egestatem; relictos amicos, quorum patrocinio defendaris; relictos parentes, † quorum dignitate fruaris; relictam famam, de qua tibi placeas; relictam sanitatem, vt viuas. Adeò nimirum EXIGVVM est, quod dij nobis eripiunt, respectu plurimorum, quæ nobis relinquunt.

Aliter cum hominibus, aliter cum diis agendum est. IN homines enim nonnunquam nos toruum intueri res poscit, vt humilientur; coram diis verò nos supplices † prosternamus oportet, vt ad nos eos attrahamus. FACILIVS enim, nisi Apollinis oraculo fallimur, humilitate, qua adorantur, quàm victimis sumtuosis, quæ offeruntur, dij placantur. Cùm ergo & vidua sis Lauinia, & mulier cordata ac (virtuosa;) DEOS precare, vt liberos tuos custodiant, & famam defendant; ne amici te deserant, aut opes tuæ dissipentur; vt valetudine vtaris prospera, & ante omnia ipsos habeas semper propitios. HAC enim ratione non tantum in vita omni vel lucrari vel amittere poteris, quantum vna hora dij tibi vel tribuere vel adimere valent.

617 *O si intelligeret vidua, quàm parum inter homines lucretur, quàm multum apud deos perdat, dum patientia in rebus aduersis caret! IMPATIENTIA quippe nimia sæpè ad iram deos prouocat. Experientia docet, NONNVLLOS in corporibus humanis morbos, qui verbis, quæ nobis dicuntur curari minimè poterant, herbis, quæ (parti læsæ) imponuntur, sanari: alios contrà morbos nullis medicamentis adhibitis, solis verbis (solatiisque) curari. Hæc eò spectat comparatio, vt ostendam, QVICVNQVE ægritudine afflicti iacent, & cogitationum fluctibus iactantur, plus interdum solatij capere ex vnico beneficio sibi præstito, quàm ex multis, quæ ad aures accedunt, verbis: interdum verò cor ægrum magis vnico amici verbo, quàm omnibus omnium exhilarari obsequiis.*

Ego verò, proh dolor! neque hoc neque illud præstare possum! Cùm enim tuam excellentiam, meamque tenuitatem in-

tem intueor: adeò me inhabilem agnosco, vt tum ad consolandum scientiâ, tum ad opitulandum facultatibus destituar. Veruntamen doloris abunde est; si quid dolor ad rem facit. Sed non persoluam charta & atramento, quod ipse (facto) præstare possum. QVI enim verbis tantum solatur, cum reipsa opitulari possit; amicum sese antea fuisse simulatum, neque deinceps pro fideli habendum, ostendit. Non imitabor vsitatam Romanorum erga viduas ciues consuetudinem, quòd nimirum moriente marito, viduam frequentes inuisunt, ad viduam scribunt, suam viduæ deferunt operam, viduam cuncti consolantur, cum vidua complorant vniuersi: At mox elapsis paucis diebus, vbi paruo vidua misera patrocinio in Senatu indiget, à præstando illo ita omnes subterfugiunt, ac si nunquam maritum nouerint, aut cum ipsa commercij nihil vnquam habuerint.

Cùm autem viduarum Romanarum fama nihil sit tenerius; Si quidem EX VIDVARVM castitate vel lasciuia, tum ipsarum fama, tum familiæ dignitas, tum filiorum existimatio, tum mortuorum memoria pendet: RECTE præcipitur viris prudentibus, vt in verbis erga viduas parci, in benefactis largi sint. Quid enim prodest viduis pollicitationum epistolis arcas refertas, & verborum blandimentis aures plenas habere? Tu verò si hactenus me pro populari tuo, & mariti propinquo habuisti; porrò ME habeas, rogo, pro marito in amore, pro patre in consilio, pro fratre in obsequiis, pro aduocato in Senatu; quæ omnia tam cumulatè præstabuntur, vt verè te dicturam confi-
618 *dam, quicquid in multis perdideris, in vno te inuenisse M. Aurelio.*

Neque ego ignoro, & ipsa probè nosti, ANIMIS mœrore superatis, perturbari cogitationes, memoriam † vacillare, carnem tremere, intellectum iacêre, rationem fugere. Cùm igitur nunc animi ægritudo & mœsticia, quasi tabernaculum in ædibus tuis collocariut; Dij me deserant, si te deseruero! dij mei obliuiscantur, si tui oblitus fuero! nisi quemadmodum Claudinus mortuus ad extremum vsque halitum totus meus fuit; ita M. Aurelius; quàm diu vixerit, totus tuus fuerit! Cùm ergo tantopere ego tibi faueam & ipsa ita mihi confidas; cùm tu iam doloribus obruaris, & meus animus curarum pondere opprimatur; tibi quidem, Lauinia, potestas sit mihi, non secus ac si tuus essem, imperandi; mihi verò te rogare & de iis, quæ ad te existimationemque tuam pertinent, commonefacere liceat. Nonnunquam enim non minus salutari viduæ monito, quàm mediocri indigent remedio.

τῶν αὐτῶν μετέχοις ὧνπερ ἐμοὶ παρέχεις. *Epigr. lib. 3.*

Nihil agit, qui diffidentem verbis solatur suis. Plaut. Epidic. Rem. tibi sum.

χρυσὸς μὲν οἶδε δοκιμάζεσθαι πυρὶ, ἡ πρὸς φίλους δ' εὔνοια καιρῷ κρίνεται. *Menand.*

Ne speres fore, vt aliena quisquam diu ploret. Facilè deficit adfectus, qui descendit. Fab. 6. cap. 1.

Promtius ad amicorum aduersa, quam secunda accurrendum. Laërt. lib. 1.

Familiarium vsus officiorum inter aduersa negligitur. Sym. 8. 72.

Amicorum fidelium mentes aspera & horribilis fortuna detegit. Boët. 2. consol. 8.

Religionis sinceritas pectoris magis fidem postulat, quàm delinimenta sermonis. Sym. 9. 87.

Mas vale vn toma, que dos te dare. Adag.

Plerique miserorum non secus ac defunctorum obliuiscuntur. Plin. 9. epist. 9.

Nequam illud verbum est, bene vult, nisi qui bene facit. Plaut. Trinum. Minus. XV.

Aduersa fortuna certos sodalium vultus ambiguosque secernit. Boët. 2. consol. 8.

Sinceræ fidei amici præcipuè in aduersis rebus cognoscuntur. Val. Max. 4. 7.

Est adhuc curæ hominibus fides & officium; sunt qui defunctorum quoque amicos agant. Plin. 1. ep. 17.

Laudanda est constantia eius, qui florentis domus amicus, adflictam non deserit. Tacit. annal. 4.

† *hebetari, confundi.*

Res aduersæ consilium adimunt. Tacit. annal. 11.

Pauidis consilia in incerto sunt. Idem. annal. 3.

Eodem animo sapiens est affectus in amicum, quo in se ipsum. Cic. fin. 1.

Fides amicitiæ syngrapham non requirit. Symm. 4. 64.

Si quid scis me fecisse improbè, si id ipse non accusas, tu ipse obiurgandus es. Plaut. Trinum. 2.

οὐδὲν οὕτως ἔσται μέγα τῶν αἰτημάτων ὃ μὴ πάντως αἰτησομένῳ χαριούμεθα. *Phal. ep. 11.*

Libertatis vsus eximius est eique soli displicet, qui moribus seruilibus viuit. Saresb. 7. 25.

Quamobrem vehementer te rogo, ne ineptias imiteris viduarum Romanarum, quæ solent claudere fores; laniare velamina capitis, vestimenta præsecare; nudis pedibus incedere; faciem pingere; cibum solæ capere; ad sepulcra plangere; tondere pedisequas; aquam stillicidiorum colligere; de noctu in triuiis vagari; glandibus sepulcra spargere; vngues dentibus præmordere; colla sanguine erinacei inungere. Has enim & id genus ineptias haudquaquam matronali grauitati admittere, imò ne videre quidem aut scire conuenit. Cùm autem IMMODERATVM nihil sit, quin extremè viciosum sit: disce, si ignoras Lauinia, VIDVAS, quæ modum luctui nesciunt ponere, se quidem fatigare; amicis verò molestias creare, deos offendere, suos contristare; breuiter nec mortuis quicquam prodesse; & maleuolorum sermonibus ansam præbere.

Itaque censuerim ac suaserim, matronis ac viduis eum habitum vestitumque capiendum, quo die maritos ipsarum ex hac vita dij sustulerunt, quem omni vita retinere decreuerint. Quid enim prodest viduam mensem vnum domi suæ clausam latere, & prius, quàm annus abeat, omnes peruagari vrbis plateas? Quid prodest, eam aliquot diebus parentum & amicorum conspectum fugere; & deinde in theatris atque Circo primam esse? Quid viduas prodest initio viduatus sordidatas incedere; & mox cultus elegantiâ cum matronis maritatis certare? Quid prodest, viduas aliquot dies fores claudere, si mox à pluribus illarum ædes, quàm aliarum, frequentantur? Quid viduas ob maritorum mortem largè effuseque flere prodest; cum multò largius in suis postea rideant oblectamentis? Omnino PARVM prodesse aio, si fœmina grauissimum præ se ferat mortuo marito luctum; si clàm alium iam sibi quæsiuit maritum. VIDVA quippe virtutis & honestatis amans † continuò ex ipso vestium, quas sumit, cultu cognoscitur. 619

Narrabo tibi historiolam, Lauinia, quæ Romæ accidit, ne quid me fingere putes. Fuit enim Romæ fœmina quædam primaria M. Marcelli nobilis vxor, Fuluia nomine; quæ cum maritum suum in campo Martio humari videret, & præ doloris magnitudine faciem sibi laniaret, comam euelleret, vestem omnem scinderet, exanimata humi sese apploderet, eiusque brachia duo Senatores, ne quid grauius in se consuleret, tenerent; Cn. Flauius Censorinus, Manus, inquit, Fuluiæ soluite. Vult enim omni viduitatis luctu vno eodemque die defungi. Equi-

(*Probæ* viduę) quanquam nec insignibus lugentium abstineant, altius animis mœrent. Tacit. ann. 2.

Germani lamenta ac lacrymas citò; dolorem & tristiciam tardè ponunt. Tacit. de morib. Germ

Et infinito dolore affici, stulta indulgentia est, & nullo, inhumana duritia. Sen. Helui. 15.

Illa dolet verè, quæ sine teste dolet. Martial. 1 90.

La cruz en los pechos, y el diablo en los hechos. Adag.

Viciosum est vbique quod nimium est, Sen. tranq. ani. 9. & Fab. 8. c. 3.

Virtutes in meditullio positæ sunt, & omne quod nimium est, reputatur in vicio. Hier. Eccles. 7.

L' *homme* se faict la guerre Luymesmes à soy-mesme, & n' ad dans son cerueau Autre plus grand desir, que d' estre son bourreau. Ronsard. 6. 104.

Quæ humano conspectui concupiscentiam seminat, in diuino conspectu iracundiam metet. Fulgent. epistol. 3.

Comme vn clou per l' autre est repoussé, L' amour par l' autre est soudain effacé. Ronsard 6. 134.

Annum fœminis ad lugendum constituêre maiores, non vt tam diu lugerent, sed ne diutius. Sen ep. 64.

In cultu tam nimia cura, quàm negligentia sunt reprehendenda. Fab. 11. cap. 2.

ἀγενὲς, ἄμετρα εἶναι τὰ πένθη. παντελῶς ἐκκεκόφθαι οὐ πρέπον. ἀδύνατον γὰρ τὸ ἄπαθες ἐπὶ ἀνθρώπων. *Plut. Vit. Homer.*

Femina e cosa mobil per natura; ond' ioso ben, ch' vn amoroso stato in cor di donna picciol tempo dura. Petrar. Sonet. 151.

Quien no siente el mal, es argumento, quæ tuuo con el bien poco contento. Aurac. 129.

† *statim prodit, quam viam sit ingressura. I.*

† *simulatque virum alium videt, mariti defuncti recordatur. G.*

Fuluiæ luctus in ostentationem compositus. Tacit. ann. 2.

Tiempo passado siempre es membrado. Adag.

Faciliùs quid imitandum & quid vitandum sit, docemur exemplo. Sen. 9. contr. 2.

Omnia quidem lugentium officia solerter affingit; sed solæ lacrymæ procedere noluerunt. Apul lib. 8. asin.

Probis animis proprium decus aliena non decerpit improbitas. Boët. 4. consol 3.

Singulorum vicia nemo vrbibus asscribit. Sen. 9. contr. 2.

Latet plerunque tristi amictu mentis lasciuia & deformis horror vestis obtexitur, vt secreta petulantium tegantur animorum. Ambros. fun. Satyr.

Equidem haud scio, num oraculum Flauius consuluerit, an vates fuerit; Euentum sanè dictis ipsius respondisse certò scio.

Cum autem Fuluia tam excellentis viri, nimirum M. Marcelli vxor fuerit; nollem rem tam indignam ab ea commissam, quod interim dum ossa M. Marcelli cremarentur, cum alio transegit marito; & quidem è Senatoribus, qui illius brachia tenebant, alter ibi data acceptaq; dextera fidem ei fecit coniugij; Quæ res tam fœda, ab omnibus meritò reprehensa fuit, quod omnibus illius æui matronis maculam inusſit, cauſſamq; præbuit, vt nulli vnquam viduæ credatur.

Etsi autem ista non dico, quod te quoque, Lauinia, idem facturam putem; quod me hercule nec animus meus suspicatur, neque tam præstantis matronæ dignitas patitur; Tu enim sola culpam sustineres, & ad me solum redundaret ignominia: Tamen diligentissimè tibi castitatem matronâ Romanâ dignam, & † modestiam, quæ in tam generosa (nobilique) vidua requiritur, commendo. Nam si te defunctorum, quos luges, absentia excruciauerit; præclara te solabitur, qua inter viuos frueris, opinio. Nihil nunc addam, nisi (enitendum tibi) vt talis sit inter præsentes fama tua atque ita de te loquantur absentes; vt & improbis freno iniecto os obstruas; & bonis calcar, vt tibi inseruiant, addas. VIDVAM enim sinistræ famæ viuam sepeliri oportebat.

Nihil est, quod præterea scribam; tum quia Periculosum est epistolis res alicuius momenti credere; tum quia nouis audiendis animus iam tuus minimè vacat. Illud tamen celare non possum, nos amicos & parentes tuos à Senatu impetrasse, vt officium ac munus, quo Byzantij maritus tuus fungebatur, ad filium tuum transeat; quod tibi tributum magni æstimes; at pluris illud, quod de te cuncti
620 *dixere, facias, nimirum etiamsi Claudinus maritus tuus non fuisset ciuis Romanus; tamen & illud & ampliora tibi propter solam tuam famam fuisse tribuenda.*

Salutat te Fauſtina mea, quam liquidò affirmare possum, nunquam tantam lacrymarum vim profudisse, quantam propter tuam profudit calamitatem: quippe cui & iactura tua, quæ maxima, & mœror meus, qui non paruus erat, dolori esset. Mitto tibi quatuor millia H. S. in numerato, quam pecuniam tibi, tum ad sumtus necessarios, tum ad debita dissoluenda opus fore arbitror. Nam viduæ Romanæ plures debitorum flagitatores, aut qui lites intentent, quàm opes à maritis relictas habent. Dij, qui

πολλῶν ἔρωτα μαραίνει νέος ἔρως. *Tati. lib. 6.*

Periisse aliquem nulli iactantius mœrent, quàm qui maximè lætantur. Tacit. annal. 2.

Improba iuuenum circumspectatrix, immodica sui ostentatrix. Apul. apolog. 2.

In exemplum facillimè vicia proficiunt. Fab. declam. 3.

La biuda riea con vn oiollora, y con el otro repica. Adag.

Cur omnium sit culpa, paucarum scelus? Sen. Hippol. 2.

Nunquam vnius facto publica fama corrumpitur. Sen. 10. contr. 5.

Tal queda la casa de la duenna ydo el escudero, como el fuego sin trashognero. Adag.

Infida custos est castitatis necessitas, & illa verè pudica dicenda est, cui licuit peccare, sed noluit. Saresb. 8. 11.

Malo miserandum, quam erubescendum. Tert. de fuga.

Gloria à radice virtutis oritur, & ipsius lumine duntaxat illustratur. Saresb. 8. 15.

† *solitudinem.*

Prima virtus est vicio carere. Fab. 8. cap. 3.

Pudicitiæ satis non est esse, verum & videri. Tert. de cultu fœmin.

ψυχάσης ἡ φήμη τὸ ἀφροδισίων. *Tati. lib. 6.*

Si ad paupertatem admigrant infamiæ, grauior paupertas fit. Plaut. Perſ. Quæ res bene.

Quidam barbarismus est morum sermo iucundus & animus afflictus: Sidon. 9. 3.

Non debet hominum à morte memoria deleri, quin à proximis retineatur. Cæsar. apud Gel. 5. 13.

ὁ ἀνθρωπικὸς εὐεργετικὸς πέφυκεν· ὁ πόλις εὐεργετικὸν πεῖσαι, πεπόνηκε ὡς ἂν κατεσκεύασται. *Aurel. Imp. lib. 9.*

Gaudere te par est de patronorum seu sic sentiente concordia, seu sic concordante sententia. Sidon. lib. 4. 25.

Publicum officium in secundis rebus iucundius est, in aduersis gratius. Ambros. fun. Satyr.

Dilectio perfecta non tam debet recolere quid officiorum soluat, quam meminisse, quid debeat, Sidon. lib 5. ep. 3.

ἐπὶ τε αἰτήσει χαλεπὸς, παρὰ δὲ μὴ τυχόντι μέτρια καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ λαβεῖν παρὰ τὸ μὴ τυχόντος ὑπομένειν. *Phalar. epist. 119.*

Homini probo ad rogandum os corruit & rubore suffunditur: Qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus suum. Sen. 2. benef. 1.

El que haze beneficio, le recibe, quando es ad persona que merece. Celestin.

Multo gratius venit, quod facili, quàm quod plena manu datur. Seneca. 1. benefic. 7.

Benignus etiam dandi caussam excogitat. Mim.

Peto vt susceptionis benignitate oblationis exilitas augeatur. Sym. 6.81.

Si te delectat mundus; semper vis esse immundus, si iam te non delectat mundus, iam tu es mundus. Augustin. Iohan. 38.

Quicquid de prosperitatibus mundi huius occurrerit, viaticum sit itineris, non illecebra mansionis. Leo serm. 5. de ieiun. 7. mens.

Mundum quidam nec natum, nec periturum, immortalem nonnulli genitum; tertii & genitum existimant, & ordinaria necessitate periturum. Arnob. lib. 2.

Philosophi de mundo, natus innatusue sit, decessurus, mansurusue sit, variant Tert. apolog. 45.

Sit nobis vita maiorum disciplinæ speculum, non calliditatis commentarium; imitandi teuerentia, non disputandi astutia. Ambr. 1. offic. 25.

Totam veritatem & omne diuinæ religionis arcanum philosophi attigerunt; sed aliis refellentibus defendere id, quod inuenerant, nequiuerunt. Lactant. 7. 7.

ὃ ἂν ἡ λογικὴ καὶ πολιτικὴ δύναμις εὑρίσκῃ μήτε νεορὸν, μήτε κοινωνικὸν, εὐλόγως καταδεέστερον ἑαύτης κρίνει. *Aurel. Imp. lib. 7.*

Qui hanc veram Megalopolin mundum videt, nonne verisimilem atque adeò necessariam cogitationem de illius conditore atque rectore concipiet? Philo. de monarchia.

Plin. 1. 2. Lactant. 3. 23.

Physici mundum magnum hominem, & hominem breuem mundum esse dixerunt. Macr 2. som. 10.

Cuncta in orbis modo vertuntur, nihilq; accidit, quod rursum naturæ vis ferre nequeat æui spacio. Aur. Vict 36.

† 36. *Mars. Fic. in* 10. *Plat. de rep.*

ἤδη πάντας ἡμᾶς γῆ καλύψει, ἔπειτα καὶ αὐτὴ μεταβαλῇ κἀκεῖνα εἰς ἄπειρον μεταβαλεῖ, καὶ τάλιν ἐκεῖνα εἰς ἄπειρον. *Aurel. Imp. lib. 9.*

Opinionum commenta delet dies, naturæ iudicia confirmat. Cic. nat. deor. 2.

Vtinam tam facilè vera inuenire possem, quàm falsa conuincere. Idem nat. deor. 1.

Philosophi incidunt in multa ridicula; quia necesse est falsa esse, quæ rebus falsis congruunt. Lact. 3. 23.

Inaniss. res est, & superuacui operis tanquam scias aliquid promere velle, aut scire contendere. Arn. lib. 2.

Illa quæ nouimus, puto opinari nos potius, quam tenere, & æstimare magis, quam scire quod verum est. Hieron. Eccles. 2.

Nullus sit, mihi crede, quanta nescit. Sidon. carm. 9. extre.

Claudino marito tuo quietem dederunt, tibi Lauiuiæ ipsius vxori consolationem tribuere dignentur? Marcus Cælimontanus m. p. s.

CAPVT XLII.

Principes & Megistanes contemtores decet esse rerum mundanarum, siquidem quicquid in mundo est, mera fraus est.



Lato, Aristoteles, Pythagoras, Empedocles, Democritus, Seleucus, Epicurus, Diogenes, Thales & Metrodorus tantas inter se lites & contentiones, in depingendo & describendo mundo, eiusq; origine & natura habuerunt, vt pro tuenda singuli opinione sua, non leuius inter se calamo, quam hostes gladio decertarint. Pythagoras aliud mundum, aliud vniuersum esse dicebat: Thales vnum tantùm mundum; contra Metrodorus astrologus infinitos mundos esse contendebat. Diogenem mundum infinitum esse affirmantem Seleucus refutauit, finitum illum asserens. Aristoteles (lib. 1. de cœlo. cap. X.) mundum æternum esse censuit; Plato verò (in Timæo) mundum principium quidem habuisse: finem verò non habiturum expressè dixit, Epicurus mundum pilæ instar rotundum esse aiebat: Empedocles non globi, sed oui figuram illi tribuit.

Chilon in monte Olympo disputans mundum hominibus similem affirmauit, hoc est, anima præditum sensitiua & intellectiua, quorum vtrunq; Aristoteles negat. Socrates in Academia sua docuit & scriptis asseruit, post XXXVII. † annorum millia omnia rursus eadem futura, quæ fuissent: Fore scilicet, vt ipse denuò & nasceretur, & disceret, & doceret, & Dionysius denuò tyrannus esset Siculorum, & Iulius Cæsar Romæ dominaretur, & Annibal Italiam subigeret, & Scipio Carthaginem debellaret, & Alexander Dario 620
bellum faceret, itemq; cætera, quæ olim euenissent, denuò euenirent.

His aliisq; id genus quæstionibus & speculationibus tam vanis dediti antiqui Philosophi multos annos impenderunt, libros innumeros scripserunt, ingenia sua fatigarunt, plurimum consumserunt temporis, multa peragrarunt regna, labores infinitos pertulere: Sed pauca ad extremum vera repererunt, & plurima scripserunt ridicula & absurda. Nam MINIMA pars eorum, quæ ignorarunt, maior fuit omnibus, quæ sciuerunt.

Mihi

Mihi verò, cùm calamum cepi de vanitate mundi scripturus, non fuit propositum, reprehendere, aut tractare de mundo hoc materiali, qui quatuor elementis constat, terra scilicet, quæ est frigida & sicca; aqua, quæ est humida & frigida; aëre, qui est calidus & humidus; & igni, qui siccus & calidus: Hoc enim sensu mundum accipientes, nihil habemus, quod de illo queramur; cum sine eo vitam hanc corpoream nequeamus agere.

Quando opifex ille (& fabricator) mundi in hunc mundum venit; sæpenumero mundum arguit & reprehendit. Nec verò credibile est eum aquam vituperasse, quæ sese ab ipso calcari fuit; (Iohan. 6. 19.) aut ventum, qui in mari spirare desiit; (Matth. 8. 26.) aut terram, quæ ipso moriente tremuit; (Matth. 27. 1.) aut lucem, quæ fulgere desiit; (Matth. 27. 45.) aut saxa, quæ fissa sunt: aut pisces, qui capi se passi sunt; (Matth. 17. 27. Luc. 5. 6.) aut arbores, quæ ipso iubente aruerunt, (Matth. 21. 19.) aut monumenta, quæ aperta sunt. (Matth. 27. 52.) (AGNOVIT enim creatura in Creatore omnipotentiam; & debitam Creator inuenit in creatura obedientiam.

(Porrò) nihil his querelis in communi vita est vsitatius; Heu infelicem mundum! heu miserum mundum! heu fraudulentum mundum! heu instabilem mundum! Ita enim NEQVE nos de illo conquerendi finem facimus, neq; ille nos vnquam decipere desinit. Verùm quotus quisque eorum, qui de mundo queruntur, explicare potest, quis sit ille, de quo queritur? Itaque discamus oportet, quis sit mundus iste, vnde sit, vbi sit, ex quibus constet, quis eius sit dominus; siquidem omnia in ipso tristia, instabilia, misera, fallacia & malitiosa sunt; quæ de mundo hoc materiali intelligi non possunt; Cum in igni, aëre, aqua, terra, luce, planetis, saxis, arboribus, neque tristitia, neque miseria, neque fraus, neque malicia insit.

Mundus, in quo nascimur, viuimus, morimur, plurimum differt ab eo mundo, de quo querimur, contra quem militamus, à quo nobis cauemus, in quo suspicione semper vi-
621 *uimus, quique ne horam quidem vnicam nos sinit quiescere. Vt igitur rem ipsam explicemus, MVNDVS hic malus nihil aliud est, quàm mundanorum vita mala; vbi terræ loco est auaritia, ignis cupiditas, aquæ inconstantia, aëris (leuitas ac) stultitia, petrarum superbia, florum oblectamenta, arborum celsarum cogitationes, maris profundi cor. Quid multis? MVNDI huius Sol est prosperitas; Luna continua mutabilitas.*

Nullus scit, mihi crede, quanta nescit. Sidon. carm. 9. extr.

Κόσμου ἡ Ἑλλὰς ἐξέστε τὴν Δημήτερα, τὸν δὲ θεὸν τὴν Δήλον θεὸν φυλαττομένην. *Aristot. de mundo cap 2.*

Organum Dei; Censorin. die natal. 10.

Publica naturæ domus. Manil. lib. 1.

Vna omnium resp. Tert. apol. 38.

Mundus quodam modo tacitus & factum se esse, & non nisi à Deo ineffabiliter magno pulcroq; fieri se potuisse proclamat. Aug. lib. 11. ciuit. 4.

Mundum DEVS de nihilo expressit, in ornamentum maiestatis suæ. Tert. apolog. 17.

Tutte le cose, di che l' moedo è adorno, vscir buone di mano del mastro eterno. Petrar. canz. 17.

Agnoscunt substantiæ autorem suum, quæ famulis quoque eius obedire consueuerant. Tert. adu. Marcio. 4.

Prima iustitia est agnoscere Creatorem; deinde custodire, quæ præcepit. Ambr. Rom. 9.

Nulli Deus infert necessitatem, imperiosa formidine nullum terret: neque enim necessaria nostra illi salus est. Arnob. 2.

Mundus) diuersorium viciorum. Sen. epist. 51.

Non institutio, sed exorbitatio reprobanda est. Tert. adu. Marc. 1.

Peccante homine, mundus arguitur. Oros. 1.

Vana Deo est sapientia mundi. Sedul. oper. Paschal. lib. 1.

Vbi in populari ratione versatur oratio, populariter interdum loqui necesse est. Cic. fin. 1.

Mundo apud Græcos ornamenti & cultus, non sordium nomen est. Tert. aduers. Marcion. 1.

A perfecta absolutaque elegantia mundus appellatur. Plin. 1. cap. 4.

Ipsa fabrica mundi prædicat Creatorem. Ambr. Rom. 10.

Mundi nomine Iohannes homines significat, mundi istius dilectores. Fulg. de prædestin. lib. 1.

Mundi nomine malicia potest mundi huius intelligi, id est, hominum mundi huius amicorum. Augustin. Iohan. tract. 101.

Il mondo è fucina d' inganni, oue' l ben more, e' l mal si nutre è cria. Petrar. sonet. 108.

Per mundum hominem, qui in mundo est, intelligimus. Tert. aduers. Marcio. 5.

Dilectores mundi mundus dicuntur. Augustin. Ioan. 2.

Mundus homines, quę in mundo sunt, affectantes. Theophylact. 1. Cor. 1.

Regnum hoc munitur viciis, ambitur flagitiis; turres eius sunt crimina, arma quarumcunque turpitudinum molimina. Cyprian. de ieiun. Christi.

Scriptura mundum vocat ipsa praua opera, horumque peccatores: In hos imperium exercent dæmones, vt in seruitutem sui redactos. Theophyl. Ephes. 6.

Mundi rector est diabolus. Idem Matth. 12.

Sicut arbor foliis & pomis, sicut area paleis & frumentis, ita infidelibus & fidelibus plenus est mundus. Augustin. Iohan. tract. 95.

Nullus fructus iniquitatis exoriri potest, nisi quem radix voluntatis malæ protulerit. Fulgent. de prædestin. lib. 1.

Ita noxius est diabolus, vt & quos odit, impetat, & quos amat, extinguat. Sedul. oper. pasch. 3. c. 8.

Si non sit peccator, quod impossibile est, fit peccator, dum superbit. Ambros. Rom. 12.

Tota vita tentatio est. Leo serm. 12. quadrag.

Corrumpere & corrumpi seculum vocatur. Tacit. de morib. Germ.

† *vitiosos. G.*

Mundus) sedes ac domicilium, in quo omne quotidie perpetratur nefas, malefi cia cuncta confiunt. Arnob. 2.

Operatio dæmonum est hominis euersio. Tert. Apolog. 22.

Nulla est maior victoria, quam vicia domuisse. Sen. 3. nat. quæst. præf.

Mundus idcirco infidelitas dicitur, quia visibilia sequitur. Ambr. 1. Cor. 4.

Diuinæ clementiæ est, quod viuimus; quod autem miserè viuimus, intemperantiæ nostræ. Oros. 2. 3.

Præcipua arma, quibus nos oppugnat diabolus, sunt nostra desideria. Basil. Dux. peccat. 278.

Causæ cupiditatum sunt carnis oblectatio, species gloriæ, auiditas potentiæ. Ambros. Luc. 4.

Omnia vicia contra naturam pugnant. Sen. ep. 122.

Veritatem soli Deo cognitam, corporis vallata septo mens humana comprehendere non potest. Hieron.

Par morbus est sub vana delectatione languere, vel sub anxia solicitudine laborare. Leo. quadrag. serm. 11.

Fragilia sunt omnia, quæ videri ac tangi possunt. Lact. opific. 4.

Quand' hauro quieto il cor, asciutti gli occhi, Vedrem ghiacciar il foco, arder la neue. Petrar. canz. 7.

Solomonis de mundi vanitate sententia: Eccles. cap. 1.

† *interrogemus.*

Huius tam mali mundi dominus est dæmon nequam, de quo CHRISTVS *dicebat: (Iohan. 12. 31.)* Princeps huius mundi iam eiicietur foras; *quod eo fine Redemtor mundi dixit, quia mundanos & mundanam illorum vitam mundum vocabat. Cum enim* SERVI *essent peccati; vasallos ipsos nequam dæmonis esse necesse erat. Superbia, auaritia, inuidia, blasphemia, delitiæ, voluptates, luxuria, desidia, gula, ira, malitia, vanitas & stulticia; hæc, inquam, omnia mundus sunt, contra quem tota vita nostra militamus, & vbi* BONI, *viciorum sunt principes, & vicia domini sunt improborum.*

Si conferamus inter se molestias, quæ ab elementis nobis afferuntur, & quas inter vicia patimur; exiguum omnino periculum esse inueniemus, quod terra marique instat, respectu eius, quod vitæ nobis prauitas facessit. An non GRAVIORE *versantur in discrimine, qui cubitum altum in voraginem ruunt superbiæ, quam qui de scopulo cadunt altissimo? An non* GRAVIVS *subit (discrimen &) periculum, qui liuore tentatur, quàm cui cerebrum saxo comminuitur? An non Periculosius agunt homines inter † vicia & voluptates, quam inter bestias feroces & bruta? An non Grauius periclitantur, qui auaritiæ æstu torrentur, quàm qui ad montem Ætnam habitant? Quid multis? Grauius periclitari aio, qui cogitationibus inescantur sublimibus, quam prealtæ arbores, quæ ventorum turbinibus oppugnantur.*

Hic ergo, hic est MVNDVS, *hostis noster capitalis, amicus fraudulentus & perfidus; qui assiduo nos labore defatigat, & quietem nostram disturbat, qui nostro nos spoliat thesauro; qui se bonis formidabilem, improbis amabilem præbet, bonorum maximè prodigus alienorum, propriorum parcissimus; viciorum omnium machinator, virtutum cunctarum carnifex; qui suos blanditijs (mendacijsq3) sustentat, alienos delicijs allicit; qui mortuorum famam furatur & viuorum famam vitamque deprædatur. Denique* MVNDVS *improbus is est, qui rationem habet cum cunctis, & à quo rationem petere nemo audet.* OVANITAS *vanitatum, vbi omnia vanitatem olent, sonant, sapiunt; vbi omnia vanitas vidētur! quid videntur dico? imò reipsa vanitas sunt. Siquidem* ÆQVE *falsi testimonij sese alligaret, qui rem vllam in hoc mundo fixam, sanam veramq3 perhiberet, quàm qui rem vllam in cœlo instabilem, caducam falsamq3 esse affirmaret.* 623

Vt igitur videant Principes vani, quam inanes labores sui, quamq3 vanæ cogitationes sint: † inducamus Principem vanum, qui commemoret, quid in vanitatibus huius

mundi

mundi experiendo cognouerit, vt qui credere illis, quæ à me scribuntur, noluerint, ei qui ipse experiendo didicit, fidem habeant. Sunt ergo hæc Solomonis in Ecclesiaste (c. 2.) verba: Ego Ecclesiastes Dauidis filius, fui Rex (Israëlitarum) in Hierusalem, & statui ac proposui elaborare & eniti, vt omnis generis deliciis ac voluptatibus huius vitæ circumfluerem & fruerer; visurus scilicet, an nulla mihi res in ea satisfaceret, qua acquisita animus meus acquiesceret. HANC enim occupationem sibi peßimam sumserunt filij vanitatis, quòd cum paucorum omnino capaces sint, multa illos vestigare & scrutari iuuat.

Vt igitur quod animo destinâram, perficerem; ampliaui terminos; promoui limites regnorum meorum; ædificaui magnifica palatia, vbi habitarem; extruxi domos amœnas, in quibus recrearer; conseui vineas multas, quarum & vuas maturas ederem, & vina biberem suauißima; multos feci hortos, in quibus obambularem (& recrearer;) pulcra institui pomaria, in quibus cœnarem; arbores inseui varias, vt varia poma ederem; alias item seui arbores, quæ vmbram mihi præberent; de montibus altißimis aquam tubis adduxi; † ad irrigandos hortos; ad pisces item asseruandos ingentia stagna feci: ad pascuorum vsum septa (in planitie) paraui amplißima, & ad feras venationi nutriendas nemora conseui densißima.

Multa possedi ouium millia, & vaccarum armenta innumera; seruorum habui ingentem numerum, qui hortos colerent (& curarent,) & ancillas emi plurimas, quæ in ædibus ministrarent; cantores habui, qui canerent, & musicos, qui coram me psallerent; feci conquiri puellas rusticanas, quæ cantarent, & saltatriculas, quæ saltarent. Tanti tamque ampli fuerunt thesauri, quos in terra mea cumulaui, vt tam parui penderetur in ædibus meis argentum, quàm parui lutum alibi æstimatur.

Quid multis moror? Nihil videre oculi mei concupiuerunt, quin viderint; nihil audire aures, quin audierint; nihil tangere manus, quin tetigerint; nihil olfacere nares,
624 *quin olfecerint; nihil adipisci cordis mei desideria, quin voti compos fuerim. Et postquam hæc omnia vidi, gustaui, tetigi, probaui, possedi; OMNIA vanitatem vanitatum & leuitatem leuitatum esse animaduerti. Hæc ergo Solomon ille sapientißimus dixit, de rebus mundanis loquens, qui quod verbis protulit, ipse expertus erat. Quod si fidem tam eximiæ doctrinæ, quod par est, damus; non video, quid hîc addi à me præterea poßit, cùm affirmet, se postquam omnia probauit, possedit, degustauit,*

Experientia omni oratione est præstantior. Dionys. lib. 3.

Plura in rebus noxia sunt creata, vt dum vitamus ea, ad sapientiam erudiamur. Hieron. Eccl. 1.

Imitatrix boni voluptas; malorum autem mater omnium. Cic. de leg. 1.

Superflua cura est, scire cupere, quod scire non licitum est. Hier. Eccles.

Natura ingenuit homini cupiditatem veri inueniendi. Cic. fin. 2.

Qui quò destinauit, peruenire vult, vnam sequatur viam, non per multas vagetur. Sen. epist. 15.

Πολλῆς ἀνοίας καὶ τὸ θηρῶσθαι κενά. *Sophocl. Electr.*

Solomonis magnificentia & delitiæ.

Opum possessione tibi non interdico; sed efficere volo, vt illas intrepidè possideas. Sen. epist. 18.

Interdum Pronœa nostra Epicurea fuisse videtur. Cic. natur. deor. 2.

Ferè pulcerrima quæque multis & aduentitiis comitata sunt dotibus; sed illas trahunt, ipsa præcedunt. Sen. 4. benef. 23.

† *vt longus viror humore perpeti nutriretur. Hieron.*

Ex nimiis opibus ad maiores delicias prouocamur. Idem. Eccl. 2.

Omnium rerum hominum & vsus est & cura. Cic. nat. deor. 2.

Omnis pecuniæ pecus fundamentum. Varro re rust. 2. 1.

Quanto ista crescebant, tanto sapientia deerat. Hieron. Eccles. 2. 3. Reg. 10. Sir. 47.

Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum finge Deo. Virgil. Æneid. 8.

Nihil, quod in mundo putabatur bonum, bonum potui reperire. Hieron.

Qui voluptatem maximè sequuntur, minimè consequuntur. Cic. Tuscul. 5.

Minimum prodest sana adsumtio, si consequens vita dissentit; nec initia rerum apud iudicem obtinent, cuius sententia pendet ex fine. Saresb. 8. 20.

Κόσμου ἀναχώρησις οὐ τὸ ἔξω αὐτοῦ γενέσθαι σωματικῶς, ἀλλὰ τῆς πρὸ τοῦ σῶμα συμπαθείας τὴν ψυχὴν ἀπορρήξαι *Basil. Brodæ. lib. 3. epigram. Græc. extrem.*

Magnus, qui incidens in aduersa, non excidit vel parum à sapientia: nec minor, cui præsens felicitas, si arrisit, non irrisit. Bernh. fol. 229.

Qui cauet, ne decipiatur, vix cauet, cùm etiam cauet. Plaut. capt. Quæ res bene.

Magis nocent insidiæ, quæ latent. Sen. 1. controu. procem.

Qui minimè suspectus, perniciosius vulnus infert. Nazi. orat. 35.

Non faciente seruo, quod præcipitur, Dominus faciet, quod minatur. Cyprian. sermon. 1.

Vbi tranquilla tibi omnia videntur, ibi nocitura non desunt, sed quiescunt. Sen. 2. ir. 31.

Aues sæpe edunt, semel si sunt captæ, rem soluunt aucupi. Plaut. Asinar. sc. 3.

Coacta seruitus miserabilis, affectata miserior. Bernh. 216.

Ὁ μολυσμὸς διαδόσιμος γίνεται, καὶ ὁ θίγων ἐναγοῦς ἀπολαύει τῆς προστροπῆς. *Synes. epist.* 58.

Nocent mala audita, tentant pulcra visa. Bonauent.

Non ha questo misero mondo vsanza di dar contento alcuno, senza qualche dispiacere. Met. 323.

Latet anguis in herba. Virgil. Eclog. 3.

In nemore lupus habitat: Si sola ouicula vmbras nemoris penetras, præda vis esse lupo. Bernh. fol. 118.

Quantò quisque curis mundi maioribus occupatur, tantò facilius viciis premitur. Isidor. de prælat.

Non habet veram lęticiam & cor bonum, qui creatutis supra modum abutitur. Hier. Eccles. 9.

Quid tibi istis ineptis & stultis cogitationibus plaudis? Pecuniæ tuæ captiuus & seruus es. Cypria. sermon. 1.

Cuncta quæ possides, quasi ad alia profecturus aspicias, & quod potes, bene facias in vita tua. Hier. Eccles. 3.

In bello corpora hominum gladiis, in pace voluptatibus vulnerantur. Saresb. 4. 3.

Opum cupiditas indiuulsas comites habet vigilias, & animæ labores. Nazianz. Eccles. 5.

† *hora prima.*

Non sunt ea studiosè appetenda, quæ dum tenentur, intereunt. Hier. Eccl. 1.

Quis fructus est, quæue vtilitas, ea indesinenter cupere, quæ etiamsi non deserant, deserenda sunt? Leo. serm. 5. in Epiphan.

Φιλίας ἢ αἰδοῦς οὐκ ἔτι θεσμός ἐστιν. ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον ἕκαστος σκοπῶν ἀσφαλὲς τὸ πρὸς τοὺς ἑτέρους εὔγνωμον οὐ λογίζεται. *Tati.* 3.

Disce homo non diligere mundum, vt diligas Deum; auertere, vt conuertaris; effunde, vt implearis. Gregor. discip. de temp. 507.

Nemo insons, pacem seruant commercia culpæ. Sil. lib. 2.

reperisse, VANITATEM esse, quicquid in hoc mundo vel affectamus, vel habemus.

Itaque vos, ô Principes & megistanes rogo, & per misericordiam (IESV) CHRISTI obsecro, vt cautissimè in mare hoc profundum intretis. Nam eius ductio seductio est, & in errorem omnes abducit. Eius enim viam quicunque ingressi fuerint, cum se tutissimos incedere cogitarint, in media via pessum ibunt. Non est, quòd cum mundo quisquam super hoc contendat, quod illius domi velit viuere. Portas enim omnibus mundanis dies noctesq; apertas habet, introitum faciens planum & securum. Sed ô nos miseros, si illuc intramus! at longè miseriores, qui illius se vicijs onerauerint, & indulgenter ab illo tractati fuerint! Postquam enim semel inescari nos (vt ingrederemur) passi sumus, licet intrasse nos pœniteat; nulla tamen à parte exitum experimus securum, nisi probè persoluto cauponi hospitii precio.

Quis homines mundo deditos singulis momentis neget decipi, cum obiter mundum oculis intueantur, & corde eundem penitus ament? Nam si tam attenti in illo contemplando esse vellent, quam sunt in illo intuendo ac sectando leues; luce meridiana clarius inuenirent, nunquam mundum prosperitate quenquam illicere, quin aduersitate comminetur; quemadmodum (in ludo tesserario) SVB maximo numero, qui est senio, minimus scilicet monas latet.

Itaque autor fuerim Principibus & dynastis, vt neque mundo, neque illius delitijs; minimè omnium verò sibi & vanis cogitationibus suis credant; quod nimirum sæpe cogitant, postquam laborauerint, & thesauros amplos congesserint, tum laboris se fructum percepturos, vt à nemine molestia vlla afficiantur, aut impediantur. O quam vana cogitatio! quam plane contrarius est euentus! Ea quippe mundi astutia est, vt cum primum somnum & nos, & ea, quæ cumulauimus, capere quietè sinat; appropinquante iam diluculo, imò quandoque † secunda vigilia vix exacta, nouis nos curis excitet, nouumque iam ijs, quæ habemus, inuenerit dominum.

CAPVT XLIII.

Prosequens institutum autor, acerrimè in fraudes mundi inuehitur. 625

PLutarchus ille, Philosophus clarissimus, à Traiano Imperatore, cuius magister erat, interrogatus; Cur plerunq; PLVRES mali essent, quam boni, & cur infinitis partibus plures, qui vicia sectarentur, quàm qui virtutes

tutes amplecterentur; ita respondit: AD LASCIVIAM & desidiam natura procliuius fit ingenium hominum, quàm ad castitatem & abstinentiam. QVI AD sectandas virtutes animi satis habeant, pauci sunt; & qui immissis habenis vicia sectantur, multi; cuius mali nullam aliam, Princeps serenissime, causſam esse scias, quàm quod populi populos, non ratio rationem sequitur.

Sit licet fragilis & misera natura nostra; negare tamen non possumus, quin CONTRA omnes molestias aliquid in ea remedij inueniamus. Nam si à Sole ferimur, vmbræ succedimus: Si iter facere laboriosum opus est; equis vehimur: mare si transeundum; nauem conscendimus; si frigore fatigamur; ad ignem accedimus: si sitis molesta; potu illam restinguimus; si imbres, tectis vtimur: Si pestilentia locus aliquis infestatur; alio migramus: Si inimicos habemus, amicorum opera vtimur. Vsq; adeò NEQVE mœror, neque labor vllus est, cui non inuentum sit aliquod (remedium ac) leuamentum.

Quod cum ita se habeat; quæro nunc ex omnibus mundanis, an vllum inuenerint contra labores & fraudes mundi remedium? Nisi ego fallor, & mundo huius planè rudis sum; REMEDIA laborum, quæ mundus exhibet, ipsis profecto laboribus laboriosiora sunt, instar cauteriorum, quæ plagas non sanant, carnes exustas relinquunt. Cùm morbi non planè (inueterati,) maligni & periculosi sunt; malunt interdum ægroti febriculam lentam tolerare, quam sorbitionibus aut purgationibus ad eam tollendam vti. Verùm ADEO fraudulentus & versipellis mundus est, vt planè contrarium agat. Quippe vbi nobis suadet, vt contumeliam aliquam vlciscamur; id agit, vt in vlciscenda illa; alias recipiamus contumelias sexcentas; & dum vnam deponere curam satagimus, infinitæ accrescant; Ita ductor perfidus, terra nos tuta duci cogitantes, cùm minimè remur, in insidias præcipitat.

PRINCIPES *megistanes cogitationes, quas habent,*
626 *& verba quæ dicunt, magni æstimant; & opera quæ præstant, & negotia, quæ tractant, paruipendunt. Huic planè contrarium MVNDVS improbus facit; qui aduersus omnes, cum quibus negotij quid habet in promissis & blanditijs mitissimus; in venditionibus verò & emptionibus, quas tractat, admodum fraudulentus & superbus est: Siquidem MVNDVS, vt verum fateamur, nobis magno constat; nos verò admodum vili nosmet ipsos illi vendimus. Nimium est, quod nos vili vendere dixi; cum verius nos gratuitò ipsi venundare diceremus. Pauci enim*

Genus hominum non ex bonis pauculis, sed ex cæteris omnibus æstimari conuenit & ponderari. Arnob. lib. 2.

Mali inter malos viuimus. Sen. 3. ira. 26.

Pluraque sunt semper deteriora bonis. Ouid. art. 3.

Non quæritur, qui latam viam sequi paratus, sed qui angustam. Tert. de fuga extrem.

Stat contra rationem defensor mali sui populus. Sen. Vit. beat. 1.

Sana ratio exemplis anteponenda. Aug.

Recta ornatum recipiunt, & curua correctionem. Hier. Eccl. 1.

Periculum huius mundi probat transeuntium raritas, & pereuntium pluralitas. Bernh.

Omnia hominis studia commoditatem semper spectant priuatam, nec à finib. propriæ vtilitatis abscedunt. Arnob. lib. 2.

Idcirco sapientiam accepit homo, vt aduersus nocentia fragilitatem suam muniat. Lact. opif. 4.

Παντὸς ἄπορος ἐπ' ἀδὲν ἔρχεται. Νόσων δὲ μὴχανὰν φυγὰς ξυμπέφρασται. *Sophocl. Antigon.*

ἀδὲν μερόπεσιν ἀμήχανον. *Oppian. ἁλ. 5. vers. 2.*

Quò non ars penetrat? Ouid. art. 3.

Euenire solet, vt malum medicum expertus, etiam bono timeat se committere. Aug. 1. tom. 1. 113.

Si vix valet peccata animus deuitare quietus; quantò minùs occupatione seculari deuinctus? Isidor. de prælat.

Frustra mihi quisquam blanditur remedio, cuius patior tormenta. Fab. decl. 14.

Πέπονα φαρμακεύειν τὴ κινέειν, μὴ ὠμῷ, μηδὲ ὐν δεχῇσιν ἢ μὴ ὀργῇν. *Hippoc. 1. 22.*

Non pura videtur curatio, cuius salutaris est effectus. Sen. 1. ira. 5.

Prima pars sanitatis est, vt remedium libenter accipiat æger. Fab. declam. 14.

Ira pericula dum inferre vult, non cauet. Sen. 1. ira. 12.

Cæcus ineſt viciis amor: Omne futurum despicitur, suadentque breuem præsentia fructum. Claudia. Eutrop. 2. 50.

Vrbem proditis, dum castella defenditis. Cic. diuinat. 2.

Expedit bene timere, quàm malè fidere. Cypr. de singular. cleric.

Τῶ ἀληθεῖαν ὅτω φαίνε σωτηρίαν, ὥστε πιστοτέρας εἶναι τὰς σὰς λόγους, ἢ τὰς τῶν ἄλλων ὅρκους. *Isocr. ad Nicocl.*

Mundus periculosior est blandus, quam molestus. Augustin. ad fr. in eremo. sermon. 3.

Ea concedere, quæ in perniciem cedant, decipere est. Cyp. 3. ep. 15.

Nihil est cuique se vilius. Sen. epist. 42.

Nihil quisquam possidet se ipso pretiosius. Philo. de victimis.

Periniurium est, ei fidem in peiorib. habere, cui in melioribus non haberes. Apul. apolog. 2.

Insidiosissimè nocet, cui gratiæ aguntur pro iniuria. Sen. bene. 20.

Qui facilè ac palàm mentitur, pejerabit. Fab. 5. 10.

Fraus fidem in paruis sibi præstruit, vt cùm operæ precium sit, eum mercede magna fallat. Liu. lib. 28.

Non his portionibus, quibus ad summum peruentum est, retrò itur. Sen. 6. benef. 33.

Qui fœdera rumpit, ditatur; qui seruat, eget. Claudi Eutrop. 2. 213.

Sæpe inter fortunam maximam & vltimam nihil interest Sen. 6. benef. 33.

Vbique damnatur dolus: sed & cæcitas, quæ à superbia est, non absoluitur. Saresb. 3. 5.

Multi laquei, quacunque progredimur. Ambr. Luc. 4.

Omnia imaginaria in seculo & nihil veri. Tert. de coron. mil.

Le bois sec brusle mieux que le verd. Ronsard. 8. 238.

Etiam cùm cauisse ratus, sæpe cautor captus est. Plaut. Capt. Iam ego.

Boni ad hoc vtuntur mundo, vt fruantur Deo; mali vt fruantur mundo, vti volunt Deo. Aug. 15. ciuit. 7.

Nemo caperetur linguæ tendiculis alienæ, si non blandiretur ipse sibi. Saresb. 3. 5.

Dona inimicorum veneno sunt illita. Ambr. lib. 5.

† *letbaliter vulneramur. G.*

Omnium ferè tristis est exitus, dum omnia mundi dulcia, quantacunque fuerint, amarescunt, & extrema gaudii luctus occupat. Saresb 3. 8.

Necesse est caducis lapsibus elidantur, qui viam lubricam tenuerunt. Cypr. de singular cleric.

Fuge seculi mare, & naufragium non timebis. Ambros. Luc. 4.

Quant au monde' où tu es, cen' est qu' vne chimere, qui te sert de marâtre en lieu de douce mere. Ronsard. 9. 42.

Ruit in vetitum damni secura libido, Dum mora supplicii lucro est, ferumque, quod instat, creditur. Claudian. Eutrop. 2. 52.

Stultitiæ maximum specimen, non intelligere, se deridiculo haberi. Apul. florid. 1.

Non pauciores animorum penè, quàm corporum formæ. Sab. 2. c. 9.

Tot sunt, quot corpora, mores. Manil. lib. 4.

Totidem penè ingeniorum species, quot corporum formæ. Fab. 12. 10.

Istæc lepida sunt memoratu; eadem in vsu, atque vbi periculum facias, aculeata sunt. Plut Bacch. scen. 1.

Oculus meretricis, laqueus amatoris. Ambros. 1 sal. 118.

omnino sunt, qui stipendium à mundo accipiant; at qui pro vana spe ipsi militent, innumeri.

Quamobrem monitos rogatosque vos, ô Principes & megistanes, velim, ne fidei, ne verbis, NE promissis mundi huius fidatis, etiamsi religiosissimè sanctissimeque pacta & conuenta seruaturum sese iuret. Quanquam enim statim magno vos honore afficiat, multis cumulet deliciis, crebrò visitet, multa offerat, multa donet; tamen ideò tantum facit, vt minutatim data, deinceps vno die semel eripiat.

Vetus enim hic MVNDI mos est, vt quos inter primos promouerat, inter postremos relinquat. QVID fiduciæ possumus in mundo eiusque deliciis blanditiisque collocare, cum futurum aliquando diem, quo priuemur illis omnibus, cogitamus? Quid dicam? quòd gnarus callidè hos atque illos tractare veterator, in iis, qui annis iam abundant, & in quibus iam vicia deficere æquum erat, magis quàm in aliis, ignem suffiat, vt tantò magis illorum titiones ardeant. Ita nimirum MVNDVS nequam nouam diuitibus cupiditatem immittit, & crudam in senibus generat auaritiam, idque tempore planè intempestiuo.

Etsi autem dolendum est, quòd mundus nos decipit; magis tamen illud pudendum, quòd nos minimè deceptos arbitramur. DVM enim nos remur liberos, clandestina custodia attinemur, dum nos sanos cogitamus, † prorsus desperati sumus; dum multum nobis superesse censemus, omnia nobis desunt necessaria; dum vitam in multos annos securam nobis spondemus, insidias clàm mors nobis struit; dum prudentes nos haberi credimus, ergastulo tanquam dementes claudimur; dum opes nos ampliare putamus, opum, imò conscientiæ quoque iacturam facimus. In summa, QVA via famæ vitæque perpetuitatem quærimus, ea ipsa & vitam & famam, sine vlla spe recuperandi perdimus.

Heu munde immunde! Quàm breui nos spacio & recipis & expellis! quomodo nos attrahis & repudias! exhilaras & contristas! satis nobis & ægrè facis; extollis & deijcis; castigas & permulces! ADEO denique nos dementasti, & philtris tuis fascinasti, vt sine te tecum simus; & cum intra parietes nostros furem habeamus, ad inquisitionem illius foras prodeamus. Etsi MAGNA est hominum in gestibus diuersitas; longè tamen maior est in appetitionibus varietas & discrepantia. At mundus tot seculorum edoctus experientia, pro singulis hominum generibus, quibus capiantur, in promtu habet. Nam AMBITIOSO honores ostentat, auaro diuitias obijcit, guloso

627

epulas

epulas exhibet, libidinoso fœminas procurat, desidi ferias indulget, idq́; hoc fine, vt postquam piscium more illos inescauit, reti illos viciorum comprehendat.

Notate hoc Principes magni, notate viri præpotentes, quòd LICET *Princeps aliquis totius mundi monarcha sit: tamen ipsi cogitandum est, Principatum suum haud flocci faciendum, si ipse virtutis expers sit.* PARVM *enim omnino prodest, dominum aliquem esse hominum viciosorum; si mancipium sit ipse viciorum. Etsi autem multi se à mundo decipi aiunt; multi item se mundi dominiũ excutere non posse dictitant: tamen illis responderi potest;* SI *ad primas tentationes mundo resistere libuisset; fieri non posse, vt toties nos auderet aggredi. Nam Resistendi segnitie confirmatur ipsius audacia (& pertinacia.)*

Quod dicturus sum, haud scio, vtrum dissimulem, an silentio tegam, an proferam; cum tantùm cogitando illo, tanto afficiatur animus meus dolore, vt oculos ad complorandum potius promtos, quam habiles ad scribendum digitos animaduertam. Est autem miserum aspectu, quod ITA *singuli ad digituli (quod dicitur) crepitum mundo sunt morigeri, ac si nullum in cœlo Deum haberent, aut Christianos sese in terris futuros nunquam stipulati essent.* QVOD *enim (mundus) vult, volumus; quod sectatur, sectamur; quod eligit, eligimus; & quod acerbius, si vicio aliquo abstinemus, non id naturæ nostræ ductu fit; sed quia mundus id nobis imperare noluit.*

Sed leuia hæc sunt, si cum ijs, quæ dicturus sum, conferantur: quod nimirum adeò iam nos mundus ad libita sua aptos & accommodatos habet, vt omnium in hac vita rerum in singulas horas gustum nobis (variet ac) mutet. Facit enim vt hodie spernamus, quod heri amabamus; vt hoc anno vituperemus, quod superiore laudabamus; vt nunc repudiemus, quod paullo ante elegimus (& exoptauimus) vt nouo illos persequamur odio, cum quibus vetusta nobis intercedebat amicitia. In summa FACIT *mundus, vt in vita id † oderimus, quod inde in morte sæpe deflemus.*

628 *Si quid mundus suis amatoribus (& pullastris) perfectum & consummatum daret; eos aliquantisper promtè illi deseruire parui referret. Sed cum res omnes in mundo sint non quidem vt ius in vitam; sed vtendum datum, quod postridie restituendum est: non possum satis mirari eius amentiam, qui quicquam à mundo perpetuum expectat.* QVICQVID *enim dat, hac lege dat, vt quando ipse petierit, non quando ipsi voluerint, restituant. An vitam nobis mundus perpetuam dare potest? Nihil verò minus.* QVO

Diabolus dolosis commoditatibus iuuat, vt perdat. Cypr. de singular. cleric.

Süß getruncken/ Sauer bezahlet. Adag.

Quoties resistimus, diabolum superamus, angelos lætificamus, Deum glorificamus. Bernh.

Præstat nemini imperare, quam alicui seruire. Fab. 9. cap. 3.

ἐλεύθερον ἀδύνατον εἶναι, τὸν πάθεσι δουλεύοντα, καὶ ὑπὸ παθῶν κρατούμενον. *Stob.* 724.

Vincitur (mundus) si resistas; vincit, si contemseris. Fab. declam. 4.

Nolle in caussa est, non posse prætenditur. Sen. epist. 116.

Facile est vincere non repugnantes. Cic. Tusc. 5.

οὐ μαλακιστέον πρὸς τὸ ἔργον. *Tati lib.* 6.

Tanto magis quisque deserit Christum, quanto magis diligit, quod improbat Christus. August. 21. Ciuit. 27.

Mundum habes; Deum non habes. Mundus transibit, tu cum eo, qui non stat, cades, transibit & rues. Cypr. de ieiunio Christi. extr.

τῶν ἐναντίων ἑκάτερον τὸ μὲν φυκτέον, τὸ δὲ ἀνεκτέον. *Iambli. protrept.* 8.

Profectus est, ex libero seruum fieri Christi. Ambr. 1. Cor. 7.

Mundus quanto familiarior est, tanto periculosior; & multi per vicia eius corruunt. August. ad fr. in erem. serm. 31.

Mundum contemnendo calca, à quo cum diligeris, calcaris. Fulgent. epistol. 6.

Felix fortuna à vero bono deuios blanditiis trahit; aduersa plerunq; ad vera bona reducit. Boet. 2. consol. 8.

δέον εὐμετακινήτους μὲν εἶναι πρὸς τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος, ἀκινήτους δὲ πρὸς τὸ χεῖρον ἀπὸ τοῦ βελτίονος. *Nazianz. Stob.* 959

Libere debet defendere vnusquisque fidele mentis suæ & seruare propositum. Ambr. ad Valentin.

Vidi pueros tam diu balbutientium vicia imitari, vt postmodum nec cum vellent, recte loqui potuerint. Saresb. 3. 8.

† *spernamus.*

κύκλος τῶν ἀνθρωπηΐων ἐστὶ πρηγμάτων. περιφερόμενος δὲ οὐκ ἐᾷ ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς εὐτυχέειν. *Herodot. lib.* 1.

Inania pacta reuocare maturitati potius, quam inconstantiæ deputetur. Saxo. lib. 5.

Præsentis vitæ gaudia dum tanguntur, amittuntur. Greg. 15. moral. 2.

Nemo tribuit, quod non accepit. Ambr. 1. Timot. 3.

Vita fallax & vmbratica, plena laqueis mortis. Aug. Soliloqu. cap. 2.

enim tempore dulcissima nobis vita est; subito nos mors opprimit. An bona temporanea mundus abundanter dare potest? Ne hoc quidem. NVNQVAM enim tantas quisquam opes habuit, quin plus deesset, quam superesset.

An lætitiam nobis mundus, quæ perpetua sit, dare potest? Nequaquam. SI enim dies, quibus ad flendum indigemus, & horæ ad gemendum necessariæ excipiantur; ne momentum quidem ad ridendum relinquetur. An sanitatem mundus perpetuam dare potest? Minimè gentium. Nam homines LONGÆVI, longè plures morbos, quibus conflictantur, quàm annos, quos viuunt, numerant. An quietem nobis & tranquillitatem mundus perpetuam dare potest? Ego verò nego. SI enim pauci sunt dies, quibus sine nubilis cœlum aspicimus; longè pauciores sunt horæ, quibus sine curis cor videmus.

Cum ego in mundo infelici (nec quies) nec sanitas, nec diuitiæ, nec lætitia, nec vita perpetua sit: velim scire, quid à mundo petant mundani, cum boni nihil habere mundum intelligant, quod ipsis tribuat? Quicquid enim dat; vel mutuaticium, vel fœneraticium est. († Si mutuaticium; sub sponsione citæ redhibitionis acceptum est:) Si fœneraticium est, non vsura pecuniarnm; sed viciorum pensio spectatur.

O filij vanitatis! ô magistri leuitatis! Cùm vobis decretum sit mundo adhærere & inseruire; ne quid à mundo, nisi res mundanas, expectetis. NIHIL enim in illo est, nisi superbia, inuidentia, luxuria, odium, ira, blasphemia, auaritia & stulticia. Quod si quæratis, an vllam rem virtute præstantem in potestate sua habeat: nunquam hoc mercimonij genus in taberna sua venisse respondebit. Non arbitretur quisquam, id nobis mundum daturum, quod ipse non habet. Quin si quando permutationem alicuius rei inter nos libet instituere: adeo ille in vendendo callidus veterator, adeò in emendo curiosus est, vt quod accipit cumulatum sit; quod nobis dat, neque pondere æquo, neque mensura iusta constet.

CAPVT XLIV.

Epistola M. Aurelii Imp. ad Torquatum amicum, quem in exilio consolatur, licet exilii caussam non exponat. Epistola est, ad cognoscendas mundi vanitates memorabilis. 629

Marcus

Multis eget, qui multa habet, magnaque indigentia nascitur non ex magna copia. Multa enim desiderantur ad multa, quæ habeas tuenda. Gell. 9. 8.

Ii sunt inimici pessimi, fronte hilaro, corde tristi; quos neque vt apprehendas, neque vt mittas, scias. Cæcil. apud Gell. 15. 9.

Hanc omnibus humanis gaudiis legem natura dixit, vt curæ voluptatem sequantur. Sym. 4. 34.

Ægritudo carnem vulnerat, mentem curat. Aug. discip. de temp. 555.

ὡς ὀβολοστάτις ἡ φύσις ἐνεχυράζει τοῦ μὲν ὄψιν. τοῦ δὲ ἀκοὴν, πολλάκις δ' ἀμφὼ. *Plut. Arioch.*

Pax vera falsæ pacis mendacio tollitur. Cypr. 1. epist. 3.

In mundo habitare & non dolere impossibile est, sperare & non timere, vanum: amare & non periclitari, impossibile. Aug. ad frr. in Erem. serm. 30.

Cauendum & in ocio ocium est. Bern. fol. 229.

Quanta dementia, id velle quod & nocuerit semper & noceat? Cypr. tractat. 2.

Vt boni viri simus, voluntate maximè constat. Fab. 12. cap. 10.

† *Lacuna solidata.*

Nemo in hac vita habuit gaudium sine dolore; pacem sine discordia; quietem sine metu; lumen sine tenebris; panem sine dolore; risum sine fletu. Aug. ad fr. in Erem. serm. 31.

Non tanquam Deum tuum adores mundum; sed tanquam opus Dei propter Deum laudes mundum, & mundi sordibus expiatus, mundus peruenias ad Deum, qui condidit mundum. Aug. 7. ciuit. 26.

Quia nunquam in præsenti deest miseria, semper indigemus Dei misericordia. Isidor. disc. de tem. 243.

Opes caducæ retinacula spei nostræ. Tert. de cult. fœm. extr.

ἀνάγκη χρόνῳ ποτὲ ἐκ τῶν ψευδῶν ἀγαθῶν, ἀληθὲς συμβῆναι κακὸν. *Arist. 4. polit. 12.*

Ab afflicta amicitia ad florentem aliam deuolare (turpe est.) Cic. pro Quint. circa fin.

Stat nulla diu mortalibus vsquam, fortuna titubante, fides. Sil lib. 11.

Vna est prudentia atque virtus, nihil vel facere vel cogitare contrarium iis, quæ antiquitus sancita noscuntur. Ioseph contra Apion. 2.

Marcus Imperator Rom. Annij Veri fratris in Imperio collega, Torquato ciui Caietano, Patricio Romano exuli, iam Rhodi agenti, sanitatem & tranquillitatem animi, ac fortitudinem contra fortunam aduersam precatur.

ANte menses circiter tres, cùm in æde essem virginum Vestalium, epistolam abs te accepi talem, vt neque oculi mei legendo illam percurrere; neque animus postea meas illi respondere sustinuerit. CASVS enim amicorum infelices, si minùs medendi illis facultas suppetit, deplorandi saltem nobis sunt.

Tanto mihi mœrori tuus mœror, dolori dolor, angori angor, cruciatui cruciatus est; vt si dij miseris mortalibus potestatem tristitiam suam partiendi, quemadmodum diuitibus opes suas distribuendi, darent; sicut amicorum tuorum maximus sum, ita mehercule maximam ærumnarum molestiarumque tuarum portionem suscipere non recusarem. Probè noui atque intelligo, vsu scilicet magistros edoctus, QVANTVM interest inter † arborem & vmbram, os ac medullam, frumentum & paleam, aurum & scoriam, somnium & veritatem, tantum interesse, vtrum quis calamitates ex altero alienas audiat, an earum sensu ipse experiendo afficiatur. Veruntamen hoc te solare mi Torquate, quod vbicunque amicici veri sunt, & bona & mala sunt illis communia.

Sæpe mecum cogitare soleo, qua de caussa, aut quo fine miserias (cruciatusq;) dij dederint hominibus; cum reuera in ipsorum manu sit, vt sine illis nos viuere faciant. Sed Nullam reperio caussam, cur nos infortunia (pati ac) tolerare oporteat, quam vt ex illis, quinam veri amici nostri sint, cognoscamus. Quippe IN PRÆLIO vir fortis, in tempestate gubernator, in fornace aurum, in calamitate amicus spectatur. NON enim amici munus exequitur, qui mihi risum mouet; sed lacrymas ex æquo mecum profundat oportet.

Et nunciatum mihi est, & iam literis tuis indicatum, te Româ exulare, bona tua publicata esse, teq; mœrore solo confectum in grauissimam valetudinem incidisse. Ego verò non te ægrotare, sed viuere etiamnum miror. VBI enim, vt verè tecum loquar, animus verè serioq; cruciatur; breui tempore corpus solet extingui. Equidem & lugere te perspicio, & meritò lugere intelligo, quod ab vrbe exulas; quod fortunas amisisti; quod patria cares; quod ab agnatis abes. Verum NON vsq; adeò immoderatam oportet esse mœsticam, vt vitam in discrimen adducas. Quippe EVM solum odisse vitam & licitum & æquum est, qui se neque diis seruijsse neq; hominibus profuisse recordatur. Nisi.

† *Extat & hæc inter epistolas mundi procerum, sed breuior.*

Plerunque in calamitate ex amicis inimici existunt. Cæs. bell. Alexan. 3.

Virtus vetat spectare fortunam, dum seruetur fides. Cic. diuinat. 2.

Nihil est, quod hominem magis deceat, eique Deum æquè conciliet, quàm in necessitate constitutos subleuare. Ioseph. 6. antiq. 15.

τὸ μὲν ἐν ταῖς εὐπραξίαις πιστὸς φάνεσθαι ἑαυτὸν ῥᾴδιον· ὅταν δὲ πένης ὢν συμφορᾶς γενομένων φίλων βέλτιστος φάνῃ, τοῦτ' εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον μνημονεύεται. *Xenoph. rer. Græcar. lib. 4.*

Pretiosissimum diuitiarum genus amici. Boët. 2. 8.

Dulce mœrenti populus dolentum. Sen. Troad. 4.

τὸ συναλγεῖν γνησίως πολὺ κεφίζει τῆς συμφορᾶς. *Naz. Stob.* 271.

Habitum mentis de amicorum ore ducimus. Sym. 3. 20.

Qui sua mala retulit, & alterius vicissim audiuit miserias, sui oneris partem abiecisse sibi videtur. Dio. lib. 42.

† *truncum arboris & cacumen. G.*

Amicis & felicibus & infelicibus eundem te præbe. Diog.

Facilius inuenias, qui adflictis insultet, quàm qui fortunatis gratuletur. Pachymer. lib. 2.

Longè diuersum est sibi ipsi quid videri, & vt aliis videatur, efficere. Fab. 2. cap. 18.

Miseris malorum altior est sensus. Boët. 2. consol. 3.

πιστὸς εἶ καιρῷ· ἀνὴρ κρείσσων γαλήνης ναυτίλοισιν εἰσορᾷν. *Eurip. Oresl.*

Multo maiore molestia afficiunt, quantulacunque sint ista quæ sunt, quàm illa, quæ siue transacta, siue ventura, non sunt. Oros. 4. præfat.

Κοινὰ φίλων ἄχη. *Eur. Phœn.*

οἱ μεγάλοι κίνδυνοι τὴν τῶν φιλίας λύουσι νόμους. *Tat. 3.*

Vt aurum igne, sic beneuolentia fidelis periculo perspicitur. Cic. 9. epist. 16.

Conflictatio in aduersis probatio est veritatis. Cyp. Serm. 4.

ἐσθλός τοι φεύγων φίλος τὴν πιστὸς ἑταῖρος. *Theogn.*

ἔνχεσθαι πεῖραν λαβεῖν φίλων. *Menan.*

Non est vel ob hoc vnum amanda paupertas, quòd à quibus ameris, ostendit? Sen. ep. 20.

πιστὸς πλανίων ἄβιος βίος. ἄδηλος. *Epigr. lib. 3.*

Viciant artus ægræ contagia mentis. Ouid. 3. Trist. 8.

τὰ πολλὰ συνδιαλλάττονται τῆς ψυχῆς αἱ ἐξεγειραι τῇ τοῦ σώματος διαθέσει. *Chrys. Stob.* 953.

Maxima est affinitas corporibus hominum mentibusque. Gell. 4. 13.

Nisi & negotijs Imperij impeditus, & maiestatis Cæsareæ cogitatione retentus fuissem; libentißimè ad te venissem, vt aliquid tibi solaminis darem, visuro scilicet, quàm ex animo cladem tuam lugerem: Sed (quoniam hoc mihi non licuit,) si me amicum sincerum putas; credas mihi, quod ego in simili fortuna tibi crederem: quemadmodum neminem habui Romæ arctiore mihi amicitia coniunctum; ita nihil mihi in vita accidisse hac calamitate acerbius.

Quid enim est, mi Torquate, quod tu istic † lugeas, quin ego hic defleam? Potest fieri, vt tu nonnunquam rideas; ego verò semper fleo: vt tu solatio interdum fruaris; ego vero perpetuo tristis sum: vt dolor aliquando tuus minuatur; ego verò semper ingemisco: vt mœrorem quandoq; deponas; mihi verò surdæ ad omnia solatia aures sunt: vt te vitæ longioris spes consoletur; ego verò NVLLVM inuenio præsentius remedium, quam mortem breuem. Quid multis opus est? Quicquid tibi istic dolet, idem mihi hic dolet, & ego tolero præterea, quicquid tanquam amicus tolerare debeo. Itaq; ex vtriusq; nostrum dolore vnus factus est dolor, qui vitam mihi acerbam reddit.

Libentißimè ad te venissem, vt te inuiserem, & inferendo onere adiutarem. Verùm cùm id non licuerit; hanc ad te epistolam libuit mittere, si fortè consolationem in ea reperire aliquam posses. VIRI enim amici, quod nosti, si quod debent, præstare nequeunt; satis officio suo faciunt, si præstant, quod possunt.

Annus hic, si rectè memini, XXXII. est, ex quo noticia inter nos Romæ cœpta est; quo toto tempore cum varias experti simus fortunæ (mutationes ac) vices ne vnum quidem diem vidi, quo te non tui pœniteret. Si enim tristis esses; nihil tibi iucundum erat, tanquam homini fastidio laboranti: Sin hilarior; parui illud tanquam nauseator, æstimabas. Cum igitur vero verius sit, te in aduersis bile, in prosperis tædio semper laborasse, nullaq; in re sufficientiam inuenisse: quid hoc rei est, Torquate, quòd nunc demum te ita abiecto animo video, ac si in hanc scenam nunc subitus hospes venires? Annos XXXII. triumphis & prosperitate 631
vrbis lætatus es; & de fortuna tres tantùm menses aduersa quiritaris! An tu ignoras Torquate, VIROS sapientes, & in quibus prudentia regnat, magis duos vitæ huius dies felices, quam ducentos fortunæ aduersæ formidare?

QVAM multos vidi rebus excidere prosperis, tum aliorum iniuria, tum proprio crimine? quorum quidem inanis

πάμπολλα ὅμοια τρόπον τινὰ καὶ ταῖς γνώμαις τῶν ἀνθρώπων, κἂν τὰ μάλιστα ἀσώματοι ὦσιν. ἃ καὶ τοῖς σώμασι συμβαίνει. *Xip. in August.*

πάντες ἄνθρωποι τούτων πλείστην μνείαν ἔχουσιν, ὧν ἂν ἐν ταῖς συμφοραῖς εὖ πάθωσιν. *Isocr. ad Philipp.*

Alicuius amicitiam inter ipsius aduersa vitare perfidum, ignauum, barbarum. Sidon. 1. epist. 7.

Sufficit amanti breuis & districta purgatio. Sym. 7. 104.

† *toleres.*

ἀλγεινότερα γίνεται τὰ ἕλκη τῇ σιωπῇ. *Tati. lib. 2.*

Lætamur amicorum lætitia æquè ac nostra, & pariter dolemus angoribus. Cic. fin. 2.

Veræ amicitiæ hæc ratio est, vt commoda nostra mutuò gaudeamus. Sym. 9. 81.

Vnicuiq; contingit adesse, quod nollet, vel abesse, quod vellet. Sar. 3. 8.

Propagatione vitæ multas haurimus calamitates. Cic. Tusc. 1.

Tanta est securitas veræ amicitiæ, vt de sua fide æstimationem mutui amoris assumat. Sym. 4. 30.

Lacrymas angulus omnis habet. Ouid. 1. Trist. 3.

Animus æquus optimum est ærumnæ condimentum. Plaut. Rud. intelligo.

Mitte, quod esse nequit, quære quod esse potest. Maxim.

Viuas, vt possis, quando non quis, vt velis. Mim.

Satisfaciat tibi animus meus, etsi voti efficaciam negauerit euentus. Sym. 6. 20.

Probatio dilectionis, exhibitio operis est. Saresb. 5. 3.

Ea iucundißtma est amicitia, quam similitudo morum coniugauit. Cic. offic. 1.

τροφαὶ καὶ αἱ καὶ παιδεῖαι κοιναὶ πάντα διὰ πάντων ἡμᾶς ἀλλήλοις ᾠκείωσεν. *Synes. epist. 8.*

Pœnitentia vacuum oportet esse contuitum sapientis. Sax. lib. 5.

Discitur ipsa iniuriarum assiduitate patientia. Sen. in sap. non ad iniur. 3.

O præclara opum mortalium beatitudo quam adeptus vbi fueris, securus esse desisti! Boet. 2. cons. 5.

Leue fit, quod bene fertur onus. Ouid. 3. amor. 2.

An tu in hanc vitæ scenam nunc primum subitus hospesq; venisti? Boet. 2. consol. 2.

Magni pectoris est res inter secundas moderatio. Sen. Suasor. 1.

Periculosior est res prospera animo, quam aduersa corpori. Aug. homil. 21.

Plus reor hominibus aduersam, quam prosperam prodesse fortunam. 2. consol. 8.

τίς ἡμῶν κακοδαιμονέστερος; οἱ φοβούμεθα τὰ εὐτυχήματα; *Tati. lib. 4.*

inanis gloria & caduca prosperitas paucissimos dies; dolor verò perditarum rerum, & quas sibi conflauerant, inimicitiæ multos durarunt annos. At in ærumnosis contrà fit; QVI EX calamitatibus emergunt, exuti viciis, virtutibus suffulti; nequitiæ hostes, probitatis amatores: omnium amici, neminis inimici; suo contenti, alieni minimè appetentes; in summa ex tempestate cauti euadunt, & ex fornace (aurum purum putum) sine scoria prodeunt. Quid multis verbis opus? FELICES pace superantur; ærumnosi è bello victores redeunt. Ex veterum sententiis, quibus plurimum delectatus sum, hoc quoque Platonis est; NON MINVS egere consilij felices in rebus secundissimis, quàm auxilij miseros in rebus secundissimis. NON minus enim, qui via semper plana incedunt, quàm qui asperum conscendunt scopulum, defatigantur.

Animaduertisse ex literis tuis mihi videor, quo tempore quietem sperabas optatam, molestias tibi euenisse grauissimas. Sed hoc neque mirum accidit, neque te perturbare debet. Vsu enim magistro discimus, DVM florent, gelu oburi arbores; dum è furno educuntur, frangi vitra; in ipso victoriæ cursu mori duces; dum inserendus est vmbilicus, collabi fornices; in conspectu terræ naufragium facere nautas; Ex quibus intelligi volo, CVM pacem conuenisse putamus, noua à fortuna postulata afferri.

Etsi autem NVLLA subita mutatio sine quodam quasi conflictu contingit animorum: tamen maioris ea sæpenumero roboris ac firmitatis caussa est. NVLLA enim arbor tantum fert fructus, vbi nascitur, quantum ibi, vbi denuò seritur; & aromata quò magis teras, tantò suauius redolent. Ad eundem modum EXCELSI animi viri, quò magis fortunæ procellis concutiuntur, hoc se fortiores præstant. AVT planè stolidus, aut iudicij inops est, qui sinceram vllo tempore quietem sperat, nullum amplius metuens mundi superuentum; sed tempus fore sibi persuadens, quo sit omni metu curaque vacuus. EA quippe vitæ huius miseræ natura est, vt annis in dies singulos deficientibus ærumnæ crescant.

Dic mihi, per deos te obsecro immortales, per fidem
632 *te obtestor amicitiæ! dic mihi Torquate; cum in mundo natus sis & educatus; cum in mundo viuas & conuerseris; cum mundum ames, mundi sis filius, & mundi partium; quid à mundo aliud, nisi res mundanas expectabas? An solus carnem sine ossibus (emere) & nucleum nuce non fracta edere, citra periculum præliari, iter facere sine molestia, mare sine metu nauigare vis? Cum impossibile sit quenquam in mundo mortalium viuere, quin quo omine in*

Quoties felicitatis caussa & initium fuit, quod calamitas vocabatur? Sen. epist. 110.

Aurum in fornace, fides anxietate nitet. Tobi.

Si cuique mores plerunque conciliant fortunam. Nep. vit. Artic.

Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos. Iuuen. Satyr. 7.

Nouerca virtutis prosperitas quo specie sui clarescit amplius, eo stupentibus oculis densiorem infundit caliginem. Saresb. ca. 1.

Labor est etiam ipsa voluptas. Manil. li. 4.

Insidias & campus habet. Martial. 12. 14.

Breues & mutabiles vices rerum sunt. Curt. lib. 4.

Per pericula venitur ad grandius periculum. Aug. 8. confes. 6.

Cum præcoces excurrêre germinationes, euocatæ indulgentia cœli; secutis frigoribus exuruntur. Plin. 17. 2.

Vice cuncta geruntur, alternisque premunt. Stat. Siluar. 3.

Improba nunquam spes lætata diu. Claud. bell. Getic. 73.

Vnus lapis facit fornicem, ille qui latera inclinata cum cunecauit, & interuentu suo vinxit. Sen. ep. 118.

Non nisi per magnos voluit Deus esse labores ad sua regna viam, nec sidera segnibus offert. Stat.

αἰνὸς δ' ὄπωτ' ἀνὴρ ἀρετῆς ἐπὶ τέρμαθ' ἵκανεν, ᾧ τινι μὴ νόος ἐστὶν ἐναίσιμος. *Coint.* 14. 194.

Ipsa vexatione arbor constringitur, & radices certius figit. Sen. cur bonis male. 4.

Multa experiendo fiunt, quæ segnibus ardua videntur. Tac. an. 15.

Δυσφύλακτον τὸ μέλλον τοῖς ἀνθρώποις, εἰ μὴ τὸ θεῖον ἐκ λιπαρίας ἱλεωθὲν ἀπώσαιτο τὰ δεινά. *Nicet. Manuel. Comn. li. 6.*

De tous les humains le sort n' est pas egal, Il faut l' vn apres l' autre endurer bien & mal. Ronf. 6. 122.

Ea sequi desine; quæ & assequi miserum est Bernh. 103.

Ne tentes, quod effici non possit. Fab. 2. cap. 9.

Nemo propè mortalium impunè viuit. Fab. decl. 6.

Similes aliorum respice casus; Mitius ista feres. Ouid. 15. met.

πόνων οὔτις ἀπόκλαρός ἐστιν, οὔτ' ἔσεται. *Pindar. Pyth. od. 5.*

Sic inter hostes viuendum, tanquam inter amicos; & inter amicos, ac si in mediis hostibus viueretur. Saresb. 3. 12.

Nulli contigit impunè nasci. Sen. Marc. 15.

Id semper contigit, neque finis erit, dum eadem natura hominum manebit. Dio. lib. 36.

Sapientis est, cum stulticiâ suâ impeditus sit, quoquo modo possit, se expedire. Cic. pro Rabir.

O infelicitas generis humani! Amarus est mundus, & diligitur. Putas si dulcis esset, qualiter amaretur? Aug. de temp. 111.

Rarò permanent vsque ad exitum successus. Pomp. Læt.

Heu cæcæ mentes tumefactaque corda secundis! Sil. 2.

Quid amas eum, qui te odit? Cyp. Sermon. 4.

In omni motu actionis, qui non respicit initium, non prospicit finem. Augustin. 7. ciuit. 7.

Rerum exitus prudentia metitur. Boët. 2. consol. 1.

Quid tantopere vitam istam desideramus? in qua quanto diutius quis fuerit, tanto maiore oneratur sarcina peccatorum. Ambros. de bon. mort. cap. 2.

Frequentissimum initium calamitatis securitas. Vell. lib. 2.

Diabolo nostra nos mancipat voluntas, non ipsius potestas. Bernh.

Ora, vt ad ista damnanda intellectum accipere merearis, & affectum ad fugienda, & misericordiam ad cognoscendum. Aug. homil. 21.

Quis ei de seculo metus est, cui in seculo Deus tutor est? Cyp. Serm. 6.

Non è gioco vno scoglio in mezzo l'onde, e'ntra le fronde il fisco. Petrar. Canz. 22.

† *ictus fortunæ.*

Quis damnosè, quàm turò præliari maluerit. Saxo. lib 2.

Nimiùm præceps est, qui transire contendit, vbi alium conspexerit cecidisse. Cyp. de singul. cleric.

Intenda mi chi può; che mi intend' io: Graue soma è vn mal fio à mantenerlo. Petrar. Canz. 22.

Nihil in re militari perniciosius quàm per ocium metu vacuum, nimia fiduciæ præsumtione torpescere. Saxo. lib. 2.

Cogita, vnde veneris, & erubesce; vbi sis, & ingemisce; quo properes, & pertimesce. Bernh. discip. de temp. 508.

Heureux; trois fois heureux, qui au temps ne s'oblige. Qui suit son naturel, & qui sage corrige Ses fautes en viuant par les fautes d'autry. Ronsard. 5. 180.

Læmaquina que en falso affiento estriba, su misma pesadumbre la derriba, Arauc. 175.

Si vicioso fundamento pulcra culminum velis eleuare fastigia; quo plus struxeris, plus corruit. Ambr. 2. offic. 2.

Prouidus est, qui solicitus sit cladibus cæterorum. Cypr. de singul. cleric.

Delectatio occidit & præteriit; vulnerauit & transiuit; miserum fecit & abiit; infelicem reddidit & reliquit. August. de temp serm. 7.

mundum venerit, cognoscat. MVNDVS *semper idem fuit, & nunc est, & post nos erit, & mundi more mundi amatores tractabit.*

VIRI sapientes, & de statu suo soliciti, non tantùm obiter res intuentur & cognoscunt; sed profundiùs illas rimantur. Hæc eò dico, quoniam si temetipsum, si imbecillitatem tuam, si fortunam variasq; illius vices, si homines eorumq; malitiam, si mundum eiusq; illecebras cognouisses: maximacum dignitate tua, maturè tibi ipse consuluisses, non cum dedecore intempestiuè ab illis eiectus esses. Eò iam progressi sumus dementiæ, vt neque diis, à quibus conditi sumus, seruire velimus; neque mundum, qui nos persequitur, sectari desinamus: Quin etiam si ille ita nobiscum agat, vt penulam non scindat, imò missionem vltrò det: tamen vltronea illi obsequia, & seruitia gratuita deferimus, cùm minimè nos fugiat, VT quisque diutissimè mundo seruiuit, ita maximo cum eiulatu ab illo dimitti.

Sæpe mecum cogitare soleo, cùm tanta sit eorum, qui mundo famulantur, multitudo, qui pessimè omnes ab illo tractantur; si ita mundus eos demulceret, vt affligit; si oblectaret, quemadmodum contristat; si foueret, vt relegat; si eueheret, vt deprimit; si admitteret, vt expellit; si perpetuaret, quemadmodum consumit: Hoc, inquam, si fieret; futurum arbitror, vt neque deos in cœlo quisquam adoraret, neque templa in terris veneraretur. Quod autem nunc de te, mi Torquate, dicam, idem meritò de me potes dicere. QVAM inermes (& imparati) expectamus † fortunam! quam securi vitam agimus! quàm vacui curis somnum capimus! quàm dementati mundum ducem sequimur! Perinde enim verbis illius fidimus, ac si neminem vnquam circumuenerit.

CAPVT XLV. 633

Prosequens institutum M. Aurelius, cunctis in mundo viuentibus suadet rationibus memorabilibus, vt à mundo sibi caueant: Quòd si superiora iucunda lectu fuerunt: sequentia digna sunt, quæ memoriæ mandentur.

Dicas mihi, quæso, mi Torquate, quid audire, videre, discere, vt mundum cognoscas, amplius expetis; postquam vides, quo pacto sis hactenus à mundo tractatus? PETENTI quietem, dedit laborem; petenti honorem, infamiam inussit; petenti opes & lætitiam, dedit paupertatem

tem & mœrorem; petenti, vt in ſuis te numeraret, miſſionem; petenti vitam, mortem dedit. Ita ergo cùm ab illo tractatus ſis; cur cum lacrymis in familiam ipſius, vt peſſum eas, te recipi petis? Heu munde immunde! Quàm procul à iuſto abes! & quam procul abeſſe abs te oportet, qui iuſtus eſſe cupit? Natura enim nouitatis amicus es, & veritatis inimicus.

*Ex præceptis, quæ filiis ſuis mundus tradit, & hoc eſt, VT verè mundani ſint, non oportere ipſos veri valde amantes eſſe; quod ſatis experientia teſtatur. QVI enim mundo totum ſe addixit, eum non admodum veracem eſſe quisquis ſuſpicatur. MVNDVS improborum † deceptor eſt, bonorum tortor; viciorum faſtigium, virtutum tyrannus; pacis hoſtis †, belli amicus; γλυκύπικρον vicioſorum, fel virtute præſtantium; mendaciorum defenſor, nouitatum inuentor; rudium inquietudo, malicioſorum malleus; * ardelionum fritillus, furnus concupiſcentiæ: Charybdis denique, vbi periclitantur corda, & Scylla, qua cogitationes ſubmerguntur.*

Hoc ingenio cum ſit mundus: mundi amator aliquis, malè ſe à mundo tractatum conquerens, ſtilum ſcilicet vertet! Nihil verò minùs. Quòd ideò fit, quia ſi quis (fortè) amator diſcedat, decies milleni leues ad fores præſtolantur. Quis igitur eſt è paullò cordatioribus, qui viuere cum mundo his legibus velit? cùm VICIA (atque oblectamenta) quibus ibi fruimur, reſpectu cruciatuum, quos ſuſtinemus, pauciſſima ſint. Non auribus nos haurire, aut in literarum monimentis legere; ſed oculis quotidie conſpicere dico, alios lapſare, & fortunarum iacturam facere; alios impingere, & exiſtimationis periculum adire; alios pronos cadere, & dignitatem perdere; alios in luto hæſitare, & vitam amittere: quæ cum videant vniuerſi, tamen quis q3 ſingulari lege, immunem ſeſe (liberum q3) fore, quod nulli contigit, arbitratur.

Illud pro certo habeas mi Torquate, adeò improbos eſſe
634 *homines, ex quibus naſcimur; adeò indomitam beſtiam eſſe mundum, cum quo viuimus; adeò venenatam anguem eſſe fortunam, cum qua luctamur; vt cum optimè cadit, niſi illorum vel pedibus conculcati, vel dentibus commorſi, vel vnguibus lacerati, vel veneno infecti, nulli mortem obeant, nulli vitam auferant. Quod ſi viſum à te Romæ dicas aliquem, qui vitam diuturnam egerit, vt ei nihil vnquam euenerit aduerſi: Eiuſmodi hominem commiſeratione potius, quam inuidia dignum reſpondeo. Non enim id felicitatis; ſed grauioris infortunii ſignum eſt. Mundus enim apprimè fallax, id tempus ſupplantandi illius expectat, quo maiore cum dolore proſternatur.*

Fugit meritò naufragus omne fretum. Ouid 5. triſt. 13.

Beatus, qui poſt illa non abiit, quæ poſſeſſa onerant, amata inquinant, amiſſa cruciant. Bernh

Vtendum eſt hoc mundo; non fruendum. Aug. doctr. Chriſt. 1. 4.

Mundus) officina nequitiæ, & diuerſorium flagitiorum omnium. Cic. pro Roſc. Amerin.

Da chi mi fido, mi guardi Dio; Da chi non mi fido, mi guarderò io. Adag.

ἐδεὶς ἀνὴρ ἔυψυχος ἀξιοῖ λάθρᾳ κλέπτειν τὸ ἐχθρὸν, ἀλλ' ἰὼν κατὰ κόμα. Eurip. Reſo.

† *Orator. G refugium. I.*

Bella in viſta, dentro triſta. Adag.

† *turbator. G.*

Non capit laqueus, niſi antè eſca te cepérit. Ambr. Pſal. 118.

Cuilibet id, quod eſt ipſius naturæ contrarium, & malum eſt, & calamitoſum. Simplic Epict. 38.

Quiſque ſequitur priores male iter ingreſſos. Sen. 2. ira. 9.

Es beſtial la paſſion y deteſtable, que no ſufre el conſeio ſaludable. Arauc. 157.

* *guloſorum.*

Aduerſa eſt confidentia, quæ periculis vitam ſuam prò certo commendat. Cypr. de ſing. cleric.

Dolus, arma, rapinę, furta, venena, neces, Veneres, iniuria, fraudes, Inſignes celebrant ſolenni laude triumphos. Mantuan. lib. 2. de calam. temp.

Fama oculo cedit, viſuſque fidelior aure eſt. Saxo. lib. 2.

Nulla læticia vllo minimo mœrore penſanda. Plin. 7. 41.

Mille piacer non vaglion vn tormento. Petrarch. ſonet. 196.

Τὰν ὄβῳ ἐσι ἐπὶ εὐλυχίᾳ μέγα φρονεῖν, τὸ ὀλίγῳ ὦδε σπουδοδρομεῖν. Socr. Stob. 806.

Sua quemque aduigilare ſibi iuſſit fortuna premendo. Manil. 1.

Magnum eſt ſalutis medicamentũ non iterare, quæ impiè geſſimus, nec priorũ cicatrices vulnerũ reſauciare. Aug. de tẽp. ſer. 66.

Nemo caret damno. Manil. 4.

Iniuſtè felicem eſſe, metu non caret. Nazi. carmin. cygn.

Corrigant ſe, qui tales ſunt, dum viuunt, ne poſtea velint & non poſſint: quia ſubitò venit mors, & non eſt, qui corrigatur; ſed vt in ignem mittatur. Aug. de temp. ſerm. 164.

ὃν τὸ βίῳ τέρψις ἐσιν, εἰπὶς εὐλυχεῖ ἀλλὰ βίᾳ. Bat. Stob. 810.

Longa ſenectꝰ plena malis. Iuuenal. Sat. 10.

Periculoſiſſima felicitatis intemperantia. Sen. cur bon. malè.

εἴ τις θεῶν βλάπτει, φύγοι γ' ἂν κ' ὡ κακὸς τὸν χείρονα. Sophocl. Aiac.

Valer. Max. 6. 9.

In omni aduerſitate fortunæ infeliciſſimum genus eſt infortunij fuiſſe felicem. Boët. 2. 3.

Deus quibus parcere videtur, molles venturis malis seruat. Sen. cur bon. malè 4.

Nemo modestè in prosperis agit, qui aduersa tolerare non didicit. Saxo. lib. 5.

Melius est labore partiliter securiore doceri, quàm ex necessitate veniente repentaliter perterreri. Fulgent. mythol. 2.

Nihil infelicius eo, cui nihil vnquam euenit aduersi. Sen. cur bon. mal. 3.

Fortuna auersa noi faetta all' improuiso, & quando men s' aspetta. Guicc.

Amor cum periculo sæpe concordat, & dum ad illud solum natat, quod diligit; nunquam videt, quod expedit. Fulgen. Mythol. 2.

Spes in aduersis alere animos solet. Sym. 1. 2.

Verendum est dormienti in ripa, ne cadat. Cypr. de sing. cleric.

Miserrimum, cum quod accidit, etiam meritò accidisse videtur. Vell. lib. 2.

Impossibilis liberatio est, flammis circundari, nec ardere. Cypr. de singul. cleric.

Vltima aduersæ fortunæ sarcina, quòd miseri, quæ perferant, meruisse creduntur. Boët. 1. 4.

Vehementer infrenis est, cui non incutitur timor, alio pereunte. Cypr. de singu. Cleric.

Nihil habeamus, quod cum magno emolumento insidiantis eripi possit. Sen. excerpt.

Ἀκέρδης ὁ βραδὺς λογισμὸς, τῷ αὐωφελὴ, ὁ συβραχὺς μεῖλαμελῶ. *Phil. Stob.* 110

εἰμὶ ὅλεθρ' ἐν ἀνθρώποισιν, ὧιδὺ νῳμάτῃ φάνεται. *Pindar. Pyth.* 12.

Si ab his lector melius sapit; Deum præferat, qui potiora concessit: Sin verò ab his minus aliquid desipit; ipsum præferat, qui ista contribuit. Fulg. 2. mythol. proœ.

Augello in ramo oue men teme, iui piu tosto è colto. Petr. canz. 35.

Finem omnium rerum specta, & superuacua dimittes. Sen. ep. 119.

Qui vult coronam dare, tentationes suggerit: Si quando tentaris, cognosce, quia paratur corona. Ambr. Luc. 4.

La ventura haze las bestias auisadas, y a las personas bestias descuydadas. Arauc. 130.

Fortuna quantum ad præsens ornata, tantum est citius fugitiua. Fulg. 2. mythol.

HOMINES prospera vsi valetudine paucorum dierum morbo facilius, quàm imbecilles & morbidi multorum annorum in valetudine extinguuntur: Vnde intelligi volo, CVM absque ærumnis elabi aut viuere homo nequeat; satius esse, vt paullatim eas degustet, quàm vt earum mole ingenti semel obruatur. O quàm INVISVS diis immortalibus est, qui quid ærumnæ sint in hoc mundo, ignorat! EI quippe soli metuenda fortuna est, qui quid fortuna sit, nescit. Sed quando & dij id permiserunt, & in fatis fuit, vt caderes, quo proximum te periculo agnosceres, vbi tutissimè agere existimabas: vt viro infortunato fomentum aliquod adhiberi par est, ne qui fortunarum pessimarum iacturam feceris, famæ quoque bonæ iacturam facias.

Dic mihi, quæso, Torquate, cur tanquam ægrotus quiritaris? cur tanquam demens clamitas? cur suspiria emittis velut omni spe deiectus? cur tanquam puer lacrymaris? A via discessisti, & te aberrasse quereris! Mare nauigas tumultuosum, & fluctus illidi miraris! montem ascendisti arduum; & te defessum doles! in spinas te coniecisti, & tibi vestes lacerratas nolles! iter per confragosa facis, & impingere te indignaris! præcipiti ac lubrico culmini insistens vitam agere tutissimam voluisti! Hoc est: OBSEQVII illius pertinacis; quod mundo præstitisti, an tibi mercedem deos cœlites persoluturos credidisti? A fortuna multis infesta immunitatem tibi dari vis, quam natura omnium mater tibi dare non potest? Quod tibi, mi Torquate, natura mater piissima promittere nequit; idne fortunam tibi, nouercam iniustissimam, putabis daturam?

FIERI non potest, vt perpetuam nobis promittat mare securitatem, cœlum serenitatem; vt æstas niues, hyems flores afferat; nunquam id fiet. Itaque nunquam ex animo tuo, Torquate, effluat, NATVRÆ quidem cursum singulis annis mutationi obnoxium esse; at mundanis nullo non momento eclipsin esse patiendam. CVM bona naturalia, quæ necessaria sunt, in eodem statu non semper maneant; fortunæ bona, quæ superflua sunt, interire æquissimum est. INIQVI dij (immortales) fuissent, si perpetuum fecissent, quod tam multis detrimento est; caducum, quod omnibus vtile est, condidissent. 635

Sed omissa rerum prosperarum, quibus superiore tempore vsus es, commemoratione; quomodo in præsentiarum à fortuna tracteris, videamus. Fraudulenta fortuna ad fores tuas licitationi rem proposuit, sibi conscia, quid venderet, cum tu quid emeres, ignorares: Quod carum

rum erat, vili; quod vile, caro tibi vendidit; amarum pro dulci, dulce pro amaro; malum pro bono, bonum pro malo exhibuit: precio denique te iusto, nihil de fraude, qua circumscribebaris, cogitantem defraudauit. Quid igitur aliud nobis faciendum, quibus sententia super hac re citra affectum ferenda est; quam vt fortunam malitiæ in vendendo condemnemus, teq; imperitiæ in emendo notemus? IN TABERNA enim fortunæ omne mercimonij genus suspectum est.

O nos miseros, quibus aliquid est cum mundo commercij! Nihil enim nisi mendacia in his (fortunæ) nundinis venditur; nihil creditur, nisi captis pignoribus famæ nostræ; nihil nisi vitæ nostræ stipe soluitur: nihil ad pondus & mensuram nobis datur. Nundinarum istarum institores gens sunt vagabunda; & quod pessimum, CVM omnes sese iacturam aliquam, si cum fortuna paciscantur, facturos sciant; certatim ex ipsius taberna gestiunt mercari. Totum te mundo dato; vehementer mundum amato; fideliter mundo seruito; diu mundum sectator; optimè de mundo sentito; tale ad extremum recepturus stipendium, qualis ipse mundus est; Cuperem ego calculum ponere, non cũ mundo, qui nihil nisi mũdus est; sed cũ mundanis mundi amatoribus. Aut enim bonus, aut malus est mundus. Si erga ipsos bonus est; quid de illo queruntur? Si malus; cur eum sectantur? Non potest fieri, quin vel inuiti fateantur, dum mundani sunt, in alterutrum errorum se incidisse; quod nimirum aut malo seruiant hero, aut de bono murmurent domino.

Libenter ex te scirem, Torquate, quid speraris, dum hilarem mundo vultum ostentasti tam diu! Triginta duos annos mundo & seruiisti, & in amoribus fuisti; tempus iam esset, vt inter vos aliquid (iurgij &) dissidij nasceretur. Inter auos ac nepotes, parentes & liberos, patrueles & consobrinos maximas nullo non die videmus concertationes: & tu pacem inter te ac fortunam tibi perpetuam polliceberis! Belo Assyriorum Regi septem felicitatis anni dati sunt, Semiramidi Reginæ tantum sex; Labello Lacedæmoniorum Regi quinque, Chaldæorum Regi quatuor, Alexandro Magno quatuor, Amilcari Carthaginensi duo, Caio (Cæsari) nostro vnus duntaxat, aliỹs q; innumeris ne vnus quidem. Si pacis amans esset mundus, si stabilis, sobrius, verax, emendabilis; non vtique mundus esset. Vt vno verbo dicam, NON ALIAM ob causſam mundus hoc nomine censetur, quàm quod reuera nihil amore dignum; nihil, quod vituperabile non sit, habet.

Si

Fortuna nec se bonis semper adiungit, & bonos, quibus fuerit adiuncta, non efficit. Boet. 2. 6.

Peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Gregor. Vinc. serm. de S. Iacob.

Præterit iucunditas, non reditura; & manet anxietas, non relicturа, Bernh.

Vor gethan vnd nach betracht/hat manchen in groß leyden bracht. Adag.

ἐ λόγον, ἐ νόμον οἶδε τύχη, μεροπων ἢ τυραννεῖ, τοῖς ἰδιοις ἀλόγως ῥοὐμφοι συρομένη. *Pallad. Epigram. lib.* 1.

Tal frutto nasce di cotal radice. Petrar. souer. 141.

Bien si concien l' herba col fiore. Arioſt. 16. 6.

Ea sequi desine, quæ & assequi miserum est. Bernh.

Non est leuitas, à cognito & damnato errore discedere, & ingenue fatendum est: aliud putaui, deceptus sum. Sen. 4. benef. 38.

Ille apud me primus, qui omnium perditissimus; ille meus est, qui suus non est: ille mihi gratior, qui sibi nequior. Ambr. Rhodigin. 8. 11.

Si fortunam probas; vtere moribus, ne queraris: Si perfidam perhorrescis; sperne atque abiice pernicioſa ludentem. Boet. 2. cons. 1.

Nemo peccat inuitus. Cyprian. de ieiun. Christi.

Hæc superbæ stultitiæ perseuerantia est: quod semel dixi, qualecunque est, fixum ratumq; sit. Sen. 4. benef. 38.

Intra commune omnibus regnum locatus, ne proprio iure viuere desideres. Boet. 2. Consol. 2.

Iunioribus nuptiæ competunt; senes sepulcrum manet. Saxo. lib. 3.

Non est turpe cum re mutare consilium. Sen. 4. benef. 38.

ϑῆλυ γὰ πυϑμελοδὲς τὸ ϑοῦϑε ἀγαπᾶν, ἐφ', ᾧν δυώατω βλάπλειν ὁ δαίμων ϑὲ τέλη τ' ωϑωμρέσεων. *Synes. epist.* 140.

636 τ' ἐν βροϑοῖς ἔκ ἐστιν εὐδὲν ἀ[illegible]τέλες; οὐδαμονῦν. *Eurip. Supplic.*

Commoda cladibus magnis magna patent. Sen. Hercul. Oet. 1.

Si manere incipit, fors esse desinit. Boet. 2. 1.

Vbi non est timor, ibi salus non erit. Isidor.

Nulli fortunæ minùs benè, quàm optimè creditur. Sen.

Τὸ πολυχρόνιον ἤθος ἀμήχανόν ἐστι μεταπεῖσαι. *Athen. fol.* 131.

Homines eò vsque Comœdiæ suæ insistunt, vt in se, cùm opus fuerit, redire non possint. Saresber. lib. 3. cap. 8.

Sors tollit eosdem & premit; incertas ipse verere vices. Ouid. 3. Triſt. 11.

Pars sanitatis velle sanari fuit. Sen. Hippol. 1.

Sapientis oculi in capite, stulti in calcaneo. Ambros. Luc. 12.

Vsus ægrè dedisci tur, & consuetudo alteri naturæ adsistit. Saresb. 3. 8.

Nihil fieri dementius potest, quàm scientem in eum locum venire, vbi libertatem sis perditurus. Cic. pro Rabir.

Nemo facilè cum fortunæ suæ conditione concordat. Boët. 2. 4.

Et cum aliquid non suppetit, queruli; & cùm quædam exuberant, ingrati sumus. Leo. serm. 1. de collect.

Non est turpe non assequi, dum modò sequaris. Sen. 5. benef. 5.

Oblectamento corporis homines rationale mentis etiamsi non actu præferant, iudicio tamen præferendum sciant. Oros. 6. 1.

Bonum opus in nobis voluntate sit: nam ex diuino adiutorrio erit in perfectione. Grego. Homilia 21.

Maior est Dominus ad protegendum, quàm diabolus ad impugnandum, Cyprian. exhortat. Martyr. 10.

De re manifesta fastidium prolixa assertione generatur. Macrob. 1. somn. 11.

Inter bonos bonum esse salutem habet; inter malos, etiam laudem. Bernhardus.

Solatia literarum, cum lectione finiuntur. Symm. 3. 6.

Iure exulantem consolari non oportet. Cic. Tuscul. 5.

Magnum est præsidium in periculis innocentia. Sen. 7. cont. 1.

Exilium ibi esse puta, vbi non est virtuti locus. Cic.

Ὅ, τι ἂν ὑπολάβῃ τιμιον εἶναι τοῦ κύριον, ἀνάγκη τῷ τὴν ἄκλιν πολιτῶν δύξαν ἀληθεῖν. *Arist.* 2 *polit.*

Τρόπος ἐστὶ χρησὸς ἀσφαλίστερος νόμου. *Epich. Stob.* 368.

Legis virtus est, non modò imponere honesta; sed etiam vetare contraria. Cic.

Si prudens fuisses, & mundi rerum non prorsus ignarus; totos XXXII. *illos annos nunquam absque graui cura comedisses, nusquam sine cautione inceßisses, nihil sine suspicione locutus esses, nunquam sine superuentus metu dormiisses, neque amico te cuiuis credidisses. VIRI enim circumspecti semper se ab inimicis decipi, seipsos errare, & à fortuna lædi posse cogitant. Haud scio, vtrùm mundi hoc felicitate, an mundanorum stultitia fiat. Nam si quis peregrinus, aut ciuis, aut propinquus, aut amicus, aut frater germanus, sine lædendi proposito nos offendit; ne roganti quidem veniam damus: Mundum verò, qui scientes (ac videntes) persequitur, sectari non desinimus. Contra culices ensem scil. stringentes, elephantos subulâ volentes iugulare.*

NIHIL *in mundo conspectu grauius, quam quod omnibus in rebus immoderatè nos gerimus. C V M enim humiles sumus, semper vt ascendamus, suspiramus; cum alti, timore cadendi semper ploramus. Tot habet mundus præcipitia, tam ægrè in ijs mundani possumus consistere, vt vix delapsi, ex templo manibus pedibusq; nos à vicijs videamus ligatos; vbi in tanto nostra libertas discrimine versatur, & carcere nos tam tetro mundus attinet, vt malorum omnium sensu nos afficiat rugitu quodam bestiarum more testemur; non tamen vt homines audeamus proferre. Quid hoc rei sit nescio; quòd alios prolabi, alios se erigere velle; multos è malis eluctari cupere, & omnes querendi peritos esse animaduerto? At qui sibi consulere possit, neminem video.*

Hæc ad te pauca scripsi, *tantùm vt maiore in posterum cum cura viuas. Nihil enim, quod nosti, dico, cuius non diuturnam habeam experientiam. Pullus, quem ad me misisti, equinus mihi maximè probatur, in primis quia frenum admittit, & facile hinc inde voluitur. Mitto ad te MM. HS. ærumnarum tuarum in præsentia leuamen. Si occasio dederit, quod ad exilium tuum attinet, agam sedulò in Senatu. Quod reliquum est, Torquate, precor vt te dij solentur & ament; vtq; improborum insidiæ, & furiarum ira procul hinc facessant. Salutat te Faustina, cuius item meisq; verbis Sophonisbam socrum, & Amildam filiam tuam officiosè salutabis. Vale.* Marcus Cœlimontanus m. p. s.

CAPVT XLVI.

Principes & megistanes non decere vti familiaritate histrionum & scurrarum; Leges item à Romanis ea de re latæ. 637

Inter

ENter ea quibus ingenij acrimoniam, & ciuium suorum amorem declarauerunt Lycurgus, Prometheus, Solon & Numa Pompilius, legum inuentores & conditores celeberrimi, & hoc fuit, quòd eiusmodi leges tulerunt, vnde non solum facienda; sed etiam fugienda discerentur. Medici enim periti & nobiles melius de nobis, ne ægrotemus prouidendo, quam ægrotantes sanando merentur. Plutarchus in (Laconicis) apophthegmatis miris effert laudibus Spartiatas, quàm diu leges custodierunt, omnium illos Græcorum honoratissimos; at postquam eas violarunt, omnibus Romanorum subditis vilissimos fuisse affirmans. NON in eo regnorum felicitas consistit, si bonas vel malas leges; sed si bonos vel malos Principes habeant. PARVM enim omnino lex iusta, si Rex sit iniustus, prodest.

Non magis spectandum quomodo immodesti puniantur, quàm quomodo ciues adducantur, ne quid pœna dignum admittant. Isocr. Areopag.

Spartani nihil priscorum seruantes, pristinam gloriam & libertatem amiserunt. Plutarch institut. Lacon.

Non debent inde nasci iniuriæ, vnde iura nascuntur. IC.

Principis mores quisque sibi regulam vitæ suæ proponit Dio li. 51.

Magistratui populus studet esse conformis; & vnusquisque libenter appetit, in quo alium cernit. illustrem. Saresb. 44.

Ἡ γὰρ ὧν ἀμαξιάνει τὸ αὐθὼς τῷ δ' βελτίονι ἀξιώματι παῤῥησία γίνεται. Tat. li. 1.

Τὸ σωτήριον ἀνθρώπων πόλεις δ' τ' ἔσω' ὅπως τὰς νόμους σώζῃ καλῶς. Eurip. Suppl.

Sextus Charoneus in vita Neruæ dicit, cùm bello inter se Romani & Græci contenderent, & vtriusque populi legati Rhodi certarent, vtri ad se Rhodios pertraherent, vt eorum amicitia & auxiliis contra hostes iuuarentur; legatum Græcorum ita Romano oratori insultasse: Non est quod Romani Græcis vos æquiparetis, cum Româ vos in Græciam venisse ad petendas leges constet. Ei verò respondisse oratorem Romanum: Equidem Româ nos in Græciam leges petitum misisse fateor; at neque tu negabis, è Græcia vos Romam vicia importasse. Atqui INFINITIES, mihi crede, plus damni vicia vestra, quàm emolumenti leges vestræ nobis attulerunt.

Allatæ è Græcia leges, ordinata in XII. tabulis rota iusticiæ. Flor. 1. 24.

Arma ab Samnitibus insignia à Tuscis, Leges de lare, Lycurgi & Solonis sumsimus. Symm. 3 11.

Quantum Græci præceptis valent, tantum Romani exemplis. Fab. lib. 10.

Vbi nulla seuera iudicia exercentur, ibi etiam bona ingenia corrumpuntur. Isocr. Areopag.

Magna abusio; pauci ad os legislatoris, ad manus omnes respiciunt. Bernh. lib. 14.

Plutarchi in epistola quadam ad Traianum hæc verba sunt: Occupatum te Princeps serenissime scribis, in constituendis legibus nouis: At ego in hoc te occupari mallem, vt seruares, & seruari curares leges antiquas. PARVM enim prodest, bonis legibus archiuum (& grammatophylacium) refertum esse; cum moribus ciuitas malis abundat. PAVCOS vidi Principes, quibus ad condendas leges non insit habilitas; & in quibus ad seruandas easdem, non magna deprehendatur debilitas (& imbecillitas:) Cuius rei exemplum Nero præbet, qui optimas Romæ leges tulit, & tamen vita fuit corruptissima. SÆPE enim dijs ita volentibus improborum coactiu alii boni sunt.

Ὁ γὰρ ἑαυτῷ μὴ δυνηθεὶς δόχλῳ, πῶς ἂν ἑτέρῳ δυνηθείη καλοὺς ποιεῖν τοὺς νόμους; Chrysost. orat. de Princ.

Non leges virtutis afferunt incrementa, sed quotidianæ vitæ consuetudo. Isocr. areopag.

Legem habere in mantica parum prodest, nisi fideliter custodiatur in anima. Saresb. 4. 6.

Quod mihi præcipis, cur ipse non facis? Aug. 4 doctr. Christian. 28.

Non est auctoribus, qui sermonem candidulè promsit; sed qui quod pollicetur diuinorum operum prosequitur sponsione. Arnob. lib. 2.

Compendia longis anfractibus anteponenda. Macrob. 1. Saturn. procem.

638 Et porrò addit Plutarchus; Si vis serenissime Princeps meo consilio, quod quantulum sit agnosco, tuum submittere ingenium singulare; verbis paucissimis summam complectar omnium legum priscarum. Et breues, & paucas,

De iuris autoritate Principis pendet autoritas, & reuera maius est imperio, submittere ll. Principatum, vt nihil sibi Princeps licere opinetur, quod à iusticiæ æquitate discordet. IC Saresb. 4. 1.

Legem breuem esse oportet, quò facilius ab imperitis teneatur. Sen. epist. 94.

paucas & iucundas ad te leges mittam, non vt Romæ publicentur; sed vt domi tuæ seruentur. Cum enim ipse leges omnibus dederis, has ego tibi dabo.

Sit igitur hæc prima lex: ITA cautus viuito, vt nullius vicij singularis notari possis. SI enim virtute Princeps excellit; nullus ex ipsius domesticis dissolutus esse audebit.

II. ÆQVABILEM administrato iustitiam tam ei, qui è regione venit remotissima, quam qui circa te est assiduus. SATIVS enim est, vt officiarijs ac familiaribus proprias opes impertias, quàm ius illis alienum gratificeris.

III. VERIDICVS esse gaudeto, néue in loquendo prolixus habearis, caueto. PRINCIPES enim in verbis inconstantes, & dubiæ in promissis fidei, tum amici deserent, tum inimici ludibrio habebunt.

IV. IN conuersatione benignus, & de remunerandis obsequiis solicitus esto. PRINCIPES enim morosos & ingratos dij puniunt, & homines oderunt.

V. NON secus ac pestem circa te scurras & adulatores habere fugito. Tales enim VITÆ prauitate ciuitatem perturbabunt, & assentationibus suis famam tuam obscurabunt.

Has quinque leges si volueris Princeps, Serenissime, seruare; non opus erit, vt plures condas. NVLLA enim alia lege in republica opus est, quàm vt Principem bonæ vitæ esse manifestum sit (vniuersis.) Hæc ergo ad Traianum Plutarchus scripsit, quæ optimus quisque in animo suo debebat scribere. Libuit autem obiter historiam illam attingere, tantum vt vltimam legem ad institutum meum accommodarem, vbi vetat inter familiares recipi à Principibus adulatores atque scurras; de quibus vt aliquid dicamus, res videtur poscere, quoniam multi sunt, qui cum illis & tempus perdunt, & opes absumunt.

Quo tempore Roma optimis vtebatur moribus; duo hominum genera Romanis acceptissima erant, nempe gladiatores, qui armis inter se dimicabant, & mutuò sese iugulabant; quorum ludorum caussa fuit, vt iuuenes virique belli rudes gladios strictos, lanceas acutas, balistas excus- 639
sas, vulnera illata, sanguinem effusum, ictus graues, vulnera immania, viros occisos intueri assuescerent, † ne dimicantes in bello armatos hostes timerent, aut vulnera ac sanguinem perhorrescerent. QVI semel vadum transiit, etiam nocturno illud tempore transire non veretur: at qui nunquam illud transiit, ne interdiu quidem illud ingredi, (nedum transire) sustinet. Itaque prudenter Romani

Iusta est vocis Principum autoritas, si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur. Isidor. de prælat.

Leges pro Principe.

1. *Princeps honestè viuito.*

Vita Principis censura est, eaq; perpetua. Plin. panegyr.

Sit (Principi) quasi copia dicendi, forma viuendi. August. lib. 4. doctr. Christ. 29.

2. *Iustitiam æqualiter administrato.*

ἀεὶ ταὐτὰ περίγε τῶν αὐτῶν γίνωσκε. *Isocr. ad Nicocl.*

Non interest cuius ordinis quis sit; sed quam caussam habeat. Plin. 9. epist. 13.

3. *Veritatem amato.*

Nunquam deceptus est Princeps, nisi qui prius ipse decepit. Plin. paneg.

Fides officiorum & bonorum omnium est fundamentum. Saresb. 3. 5.

4. *Beneficus & gratus esto.*

Prouidendum est potestati, ne consiliarii eius indigeant, ne aliena immoderatius concupiscant. Sar. 5. 9.

5. *Adulatores fugito.*

Μίσει τοὺς κολακεύοντας, ὥσπερ τοὺς ἐξαπατῶντας. *Isocrat. ad Demon.*

Non facilè dixerim, vter sit prior in vicio, qui linguam adulationibus polluit; an cuius cor se ex eis in lætitiam resoluit Saresb. 3. 5.

Πότερον συμφέρει μᾶλλον, ὑπὸ τοῦ ἀρίστου ἀνδρὸς ἄρχεσθαι: ἢ ὑπὸ τῶν ἀρίστων νόμων, *quærit. Aristot.* 3. *Polit.* 15.

Nescio, an plus moribus conferat Princeps, qui bonos esse patitur, quam qui cogit. Plin. paneg.

Sicut Principem leuia proferre non decet; sic nec facilem quidem esse ad leuia audienda. Sare. 6. 23.

Nihil est turpius vanitate. Cic. offic. 1.

Parua leues capiunt animos. Ouid. art. 1.

Tempus parca manu datum est ad mensuram in vsum vitæ, & solum reparari non potest. Saresb. 1. cap 1.

Πείρᾳ θὴν πάντα τελεῖται. *Theocrit. Idyl.* 15.

Optimis morib. fuit tempus inter duo bella Punica. Macr. 3. Sat. 14.

Homo occiditur in hominis voluptatem, & vt quis possit occidere, peritia est, vsus est, ars est. Scelus non tantum geritur, sed docetur. Cyprian. 2. epist. 2.

† *Capitol. in Max. & Balb.*

Gladiatorum spectaculum armorum studium plerisq; iuuenum accendit. Liuius lib. 41.

Facientes facienda discimus. Plin. 9. epist. 14.

Nolebat in agendo discere. Cic. Verri. 4.

ἃ δεῖ μαθόντας ποιεῖν, ταῦτα ποιοῦντες μανθάνομεν. *Arist eth.* 1.

Vsus magister est optimus. Cic. pro Rabirio.

mani faciebant, qui pericula filijs suis ante monstrabant, quàm ad ea mitterentur. HOC enim animus timidus à forti distat, quòd ille colo conspecta fugit; hic ne gladio quidem viso expauescit.

Alterum hominum genus, quibus Romani delectabantur, erant histriones & pantomimi, quales sunt parasiti, (moriones) & qui personas agunt in fabulis; ad recreandum & exhilarandum populum, maximè verò viros militares, inuenti; quibus varios abeuntibus, sed plures redeuntibus ludos exhibebant. Cùm enim cogitarent Romani fore, vt ita (gloriosè) exciperentur; aut consequendi victoriam, aut in prælio moriendi animo abibant. Adeò Romani illi prisci & veri vigilantes erant in regendo populo, vt si iocos & ioculatores, ludos & ludiones, histriones & histrionicam paterentur; neq; vanitatis id nimietate, neq; grauitatis defectu facerent: Sed vt ciues auocarent, ne vicijs insuescerent, ludos priuatim instituendo peculiares, oblectamenta ab omnibus publicè capi volebant.

Non frustra oblectamenta publica fuisse dixi, quia nulli ciui fas erat priuatim ludos facere, epulum dare, fabulas agere, & spectacula aliqua exhibere, præter ea quibus ciuitas omnis oblectabatur. Ita nimirum Romæ LABORES priuati, recreationes publicæ erant. Quæ consuetudo Romanorum tam eximia & laudabilis vtinam ad rempub. nostram Christianam transiisset! Sed proh dolor! promiscuè iam diuites & egeni, primi & imi mimos actitant, taurorum certamina instituunt, hastis infestis concurrunt, conuiuia agitant, confabulandi ordinem sorte capiunt, cum puellis ferias (ac iocos) celebrant, comessationibus multa impendunt, belli simulacra cient, & ludorum varia genera excogitant: QVÆ omnia detrimentum reipublicæ, dissipationem patrimonij, hominumq; corruptelam secum trahunt. Nam EX PECVLIARIBVS oblectamentis vicia nascuntur in ciuibus peculiaria.

Præterea Romæ ludiones & histriones operam nauabant in solennibus deorum festis. Nam Romani deorum suorum cultores religiosissimi, & templorum veneratores diligentissimi, nihil omnino, quod ad eorum celebritatem pertineret, prætermittebant: idq; reuera Deo permittente. Cum enim
640 *Dij forent ioculares; ab hominibus etiam ioculatoribus (ridiculisq;) erant illorum festa celebranda. Blondus lib. II. Romæ triumphantis nonnulla eorum, quæ dixi, commemorat, & pleraq; eorum, quæ deinceps dicturus sum; quòd nimirum Romani nõ minùs leges histrionibus, (ac ludionibus) qui ludos in vrbe faciebant, quàm ducibus, qui (pro republica) bella gerebant, dederint. Etsi enim histrionibus & ludionibus artem*

Et discas oportet, & quod didicisti, agendo confirmes. Sen. ep. 94.

Timor magis frangit insuetos. Veget. 4. 12.

In omni gente, qualis rector, talem inuenies & populum. Æn. Silu hist. Boh. 1.

Romani celebratis sacris, datis ludis scenicis & Circensibus, gladiatorio etiam munere, susceptis votis in Capitolio ad bellum mittebantur. Capitolin. in Maxim. & Balbin.

Romani & virtutibus & viciis magna precia posuerunt. Sen. Helu. 6.

Labor voluptasque dissimillima natura, societate quadam inter se naturali sunt iuncta Liu. lib. 5.

Ανδρὶ γὰρ αἰχμητῇ νίκη κλέος, ἔργα τ' Ἄρηος τερπνά. Φυγοπτολέμῳ δ' γυναικῶν εὐαδενέννη. *Coint.* 1. 737.

In illa virtutum abundantia vitiis quoque ætas illa non caruit. Macrob. 3. Sat. 14.

Manus mouere maluerunt in theatro ac circo, quàm in segetibus ac vinetis. Varr. 2. re rust. prooem.

Lycurgus conuiuari omnes publicè iussit, ne cuius diuitiæ vel luxuria in occulto essent. Iustin. lib. 3.

In theatris ad aram luxuriæ virtutum victimæ trucidantur. Oros. 4. cap. 21.

Spectacula maxima sunt irritamenta viciorum & ad corrumpendos animos potentissimè valent. Lactant. 6. 20.

Religionis honor est, dicare sacris diebus sacrum studium literarum. Macrob. 1. Satur. 7.

Χαλεπῶ ὄντος τοῦ διδάσκειν, τὸ παντὶ χαλεπώτερον τὸ μεταδιδάσκειν, ὅταν πολὺν τινες χρόνον ὦσι τὰ ψεύδη ἀκηκοότες. *Dio. Chrysost. in Troic.*

In voluptatis regno virtus non potest consistere. Lactant. 6. 20.

Saturitatis germana proles est petulantia. Philo. de agricultura.

Quicquid caritas erogat, remuneratur à Domino; quod dispensat vanitas, euanescit. Saresb. 8. 4.

Ludorum celebrationes deorum festa sunt. Lact. 6. 20.

Feriis agi licet quod prætermissum noceret. Macrob. 1. Satur. 16.

Non operis boni, sed mali feriæ sunt. Ambros. Luc. 13.

Augustin. 2. *ciuit.* 13.

Theatra stuprandis moribus orta. Tot illic immundi spiritus considunt, quot homines theatrum capit. Tertull. de spect. 10.

Hæc similiaq; memorabile nihil vel serium agi Romæ permittunt. Ammian. l. 14.

Qui spectaculis interest, relicto Dei cultu, ad profanos ritus videtur transisse. Lact. epitom. 4.

Morum quanta labes? quæ probrorum fomenta? quæ alimenta viciorum histrionicis gestibus inquinari? Cyprian. 2. epistol. 2.

Morio) stultorum diuitum adrosor, & quod sequitur, adtisor; & quod duobus his adiunctum est, derisor. Sen. epist. 27.

Si modestia, iucunditas vel vtilitas subest; & nemini noceatur; non aduersatur officio vel naturæ. Saresb. 1. cap. 2.

Leges histrionum:

1. *Histrio prudens esto;*

Seriis seueritatem adhibeas, iocosis lepôrem. Cic. offic. 1.

2. *Gratiam habeto;*

Non sit indecenter affectato lepore plus rusticus. Sidon. 3. 13.

Histrionem non assero turpiter in sua arte versari, etsi indubitanter turpe sit, esse histrionem. Saresb. 1. 8.

3. *Aliam quoque artem seriam scito;*

Panē tuo vescere; liber eris. Tobias.

Ocium in negotium vtile vertendum. Macrob. 1. Sat. 7.

4. *Obscœnis abstineto;*

In laudem crescit ex crimine, & eo peritior, quo turpior iudicatur. Cypr. 2. epist. 2.

Mimi simulatis erudiunt ad vera. Lact. 6. 20.

ὁ ἀληθολόγος οὐχ ὅστις λέγει, ἔχει ἐν τῇ καρδίᾳ, ἀλλὰ πολλαπλάσια. *Theoph. Matth.* 12.

Quæ pudica fortasse ad spectaculum matrona processerat; de spectaculo reuertitur impudica. Cypr. 2. epist. 2.

5. *Non alibi quàm in theatro spectator.*

Tacit. 1. *annal.*

Ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργείη δ' τ' ὄνειδος. *Hesiod.*

Malus pupillus est Imp. qui ex visceribus prouincialium homines non necessarios, nec reip. vtiles pascit. Lamprid. Alexand.

Habebant histriones mercedem ex publico diurnam mille denarios, Blond.

Sicut dignis liberalitatis ostia patent; ita sunt turpibus præcludenda. Saresb. 8. 9.

Roscius mercedem diurnam de publico mille denarios sibi gregalibus solus accepit. Macr. 3. *Sat.* 14.

Nefas est, vt dispensator publicus, in delectationes suas & suorum conuertat id, quod prouinciales dederunt. Lamprid. Alexand.

Idiotarum est sicut facilè conuinci, ita difficilè compesci. Sidon. 7. epist. 14.

Ποιήσει μέν τινι σωφρόνως, ὁποίους βάλλεται ἔχειν, αὐδιὼ τὸν ἔφη. τοῖς δὲ ἄσι σωφρονεῖ χρῆσθαι. *Suid. de M. Aurel.*

Nihil est nobis dictu, visu, auditu cum insania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, cum xysti vanitate. Tert. apolog. 38.

factitare ludicram (& oblectare populum) licebat; tamen vitam agerent (probatam &) seriam, ne exemplo aliis obessent,) imperabatur. Præter cæteras autem, has leges Romani histrionibus & mimis dederunt.

Primùm examinari & explorari illos necesse erat, an essent viri prudentes & sapientes. Quò enim leuiora erant artificia, eò prudentiorum illa virorum potestati volebant permitti.

Deinde iubebantur explorari, an ad factitandam artem suam præsenti ingenio & gratiosi essent; quod quidem non minùs prudenter, quam superius illud institutum fuit. ÆQVE enim atq; morio ipse stultus est, qui morionem infacetum auscultat.

Præterea artem ludicram factitare Romæ histrionibus aut ludionibus interdicebatur, nisi aliarum quoque artium essent periti: quippe quos ludis & deliciis faciendis tantùm diebus festis occupari; reliquis verò domi suæ laborare volebant.

Adhæc graui constituta pœna interdictum erat ludionibus & mimis, ne quid flagitiosum in actionibus suis repræsentandis admiscerent; quæ lex profectò illi hominum generi maximè erat necessaria. SÆPE enim qui leuitatibus illorum delectantur, pauci; at qui de ipsorum malitia queruntur, multi sunt.

Postremò lege cauebatur, ne cui ludioni aut mimo vel ludos agere, vel mimos dicere intra parietes priuatos; sed locis tantùm publicis licitum esset. Alioquin enim qui ea dicebant, ocioſi qui audiebant, vicioſi euadebant.

Cæterùm his legibus non contenti Romani constituerunt, ne quid pecuniæ ludiones & histriones, quamcunque fabulam egissent, aut quicquid iocorum dixissent, acciperent; néue caussam conquerendi haberent, sed operæ precium consequerentur; singulis mercedem mille H.S. constituerunt, ex ærario persoluendam publico. Præclara sanè & Romanis laudibus annumerandà prouidentia, quòd viuendi modum ludionibus & histrionibus, perinde ac cæteris officiariis Romæ & ducibus belli præscribere voluerunt: non minus suam hac in parte, quàm in grauioribus negotiis, demonstrantes prudentiam. LABORIOSIVS enim reipublicæ gubernatori est duos corrigere stolidos, quàm centum regere cordatos. 641

CAPVT XLVII.

De quibusdam scurris olim punitis, deq; nostri æui histrionibus & ioculatoribus.

Iulius

IVlius Capitolinus libro de moribus antiquorum ait, antiquitus ludiones & histriones maximo in precio fuisse habitos; quod meritò factum nemo negauerit: Illorum enim opera in diis colendis, in curandis suis oblectamentis, spectaculisq; celebrandis vtebantur, cùm acuti, faceti honestiq;, non importuni aut auari essent. NIHIL *enim amœnitatis & festiuitatis inesse facetiis potest, si immissa in crumenam manu mox precium illarum persoluendum sit.*

Extat fragmentum orationis, quæ nusquam integra inuenitur, quam in Senatu Cicero habuit, qua tum Senatores, tum populum acriter obiurgauit, quod Comœdo quodam gestum agente tumultuassent. Is autem Comœdus fuerat Roscius, tanto Romæ in honore habitus, vt libentiùs, quæ Roscius ioco, quàm quæ Cicero seriò dicebat, audirent. Neq; rarò inter se contenderunt Roscius & Tullius de ingenij præstantia, vtrum † scilicet Roscius sæpius eandem sententiam varijs gestibus efficeret; an Cicero per eloquentiæ copiam sermone diuerso pronunciaret. Hæc cum in Iulio Capitolino legi, risu, ne simplicitatem meam taceam, non parum commotus fui, cum fiderem Roscium, stultitiæ principem, cum Tullio, patre eloquentiæ, in certamen descendisse.

Vt autem OMNIA *breui admodum tempore in statu suo manent, quin in dies singulos mutentur; ita inter Romanos & politia reip. & disciplina militaris, & educatio liberorum, & exercitia iuuenum, & honestas histrionum ludionumq; interiit; qui eò progressi sint licentiæ & nequitiæ, vt turbarum inter ciues maximarum caussam sæpe præbuerint. Itaque animaduertentes Romani histriones, à quibus oblectari solebant, molestiæ iam caussam præberr, & artificio suo vacare iussos, hinc inde vagari; & prudentum loco habitos vitam agere scurrilem; & ijs, quæ ex ærario accipiebant, non*
642 *contentos; passim ab omnibus poscere: vnanimi omnium ordinum consensu scurras & ioculatores vrbe expellere decreverunt. Cæterum super histrionibus vrbe eiiciendis variæ extiterunt vices. Principes enim bene morati statim illos exturbabant; dissoluti verò mox illos reuocabant, vt inter signa, quibus cognosceretur, vtrùm Princeps virtuti an vicijs foret deditus, & hoc esset, si locum histrionibus in ciuitate daret.*

Lacedæmonios Plutarchus in apophthegmatis autor est, nullos in ciuitate sua scurras aut ioculatores tulisse; Ideoque à legato Rhodio interrogatum Spartiatam, quæ ferendæ legis illius fuisset caussa, siquidem histriones ijs, quæ repræ-

Iocundum quidem est, & ab honesto non recedit, virum probum quandoque modesta hilaritate mulceri. Sed ignominiosum est, grauitatem huiuscemodi lasciuia frequenter resolui. Saresb. 1. 8.

Maior antiquis seculis deliciarum cura fuit, quàm nostro. Macrob. 3. cap. 13.

Qui pro mactanda gregis sui pecude fortasse offenderentur, pro interficienda cordis sui virtute lætantur. Oros. 5. 21.

M. Aurelius iussi, vt quinos aureos scenici acciperent; ita tamen vt nullus editor X. aureos egrederetur. Capitolin.

Irrisoribus numinum dona instituuntur & munera, ab officiis ocium publicis, immunitas & vacatio cum coronis. Arnob. l. 4. extr.

Cùm Roscius artifex eiusmodi sit, vt solus dignus videatur esse, qui in scena spectetur; tum vir eiusmodi est, vt solus dignus videatur, qui eò non accedat. Cic. pro Q.

Roscius non vulgi tantum fauorem, verum etiam Principum familiaritates amplexus est, Valer. Max. 8. cap. 7.

† *Verba Macrobij.*

Nimium risus precium est, si probitatis compendio constat. Fab. 6. cap. 4.

Roscius librum conscripsit, quo eloquentiam cum histrionia comparauit. Val. Max. 8. 7.

Rhodigin. 14. 17. *Saresb.* 8. 12.

Princeps & malitiâ nobilitatis, & adulatoribus apertis infensus sit. Dio. lib. 54.

Vigor Romanus bellis semper exercitus in languidam segnitiem securitate atque ocio soluitur. Oros. 4. 23.

Spectantes in conuicia, rixas, prælia & cōtumelias sæpe consurgunt. Lact. epitom. 4.

Per exteriorem hominem interioris hominis vicia demonstrantur. Hier. epitaph. Paulæ.

Vix valeat ostendi, qui pariter improbus dictis & probus morib. existat. Sidon. 3. 13. extrem.

Spectantium immodestiam exilio multandi potestas Prætoribus fuit. Tacit. annal. 1. extrem.

Multa ab histrionibus in publicum seditiosè, fœda per domos tentata. Idē. annal. 4.

Propositis duobus exemplis, perinde cōiecturam de moribus Principum homines faciunt, prout hoc vel illud elegerint. Plin. paneg.

Illiberalis iocus ne homine quidem dignus, si rerum turpitudini adhibetur verborum obscœnitas. Cic. offic. 1 de orator. 2.

Ἀπέστω τὸ γέλωτα κινεῖν ἐπισφαλὲς καὶ τὸ εἰς αἰσχρολογίαν προελθεῖν. *Epict. c.* 54. & 55.

Spartana ciuitas, seuerissimis Lycurgi legibus obtemperans, omnia non necessaria voluptatis genera auersata est. Val. Max. 2. 1.

sentant, oblectamenti, & ioculatores ijs, quæ dicunt, risus materiam darent; ita respondisse: Procul ambiguo Lycurgum ingens aliquod malum vel audisse, vel vidisse, vel legisse, (vel animaduertisse, quod vrbi darent histriones, cum legem contra illos tam asperam tulisset: Sibi vero hoc compertum esse, longè meliùs Græcis fletum cum sapientibus, quàm Romanis risum cum fatuis cessisse.

In vita Traiani Dio narrat, histrionem quendam ex partibus Africæ Romam venisse, repræsentationibus mirificum, & in dicterijs admirabilem: Eum verò vt audire dignaretur, rogatum Traianum Imperatorem respondisse; NON CONVENIRE *Principis grauis & virtute præstantis dignitati, vt quis ipso præsente leue quippiam perpetret. Id enim si fiat, non minus ipsum leuitatis notatum, quam illum stultitiæ accusatum iri. Et porrò addidisse:* NEMINEM *oportere tam confidentem esse, vt verba, præsente Principe, obscœna proferat, aut res turpes repræsentet, eaque in re parem mereri pœnam, qui illos adducant, & qui illa repræsentent.* NVNQVAM *enim ea in conspectum Principum adducenda esse, quibus ad vicia inuitentur; sed ea tantum, quibus ad virtutis studium excitentur. Conueniens profecto tali viro oratio.*

Suetonius in vita Augusti (cap. 45.) refert, histrionem acutum, & facetum & gratiosum, Stephanionem nomine, cùm die quodam festiuo iocis oblectare Imperatorem voluisset, vnde emolumenti aliquid caperet; in Palatium primum † pueri habitu, deinde matronæ Romanæ ornatu venisse, & vtriusq; personam adeo ad viuum expressisse, vt non repræsentari; sed seriò singula geri viderentur. Imperatorem verò facto histrionis plurimum offensum, per trina theatra confestim virgis eum cædi iussisse: & quærenti, quòd cùm errones semel tantum cæderētur, ter cædi iuberetur, respondisse Augustum: Primùm ipsum flagellari ob contumeliam matronæ, quam repræsentârat, factam; deinde ob irreuerentiam, quòd coram se repræsentasset; postremò propter temporis iacturam, cuius causam spectatoribus præbuisset. NON *tam enim † vituperari ioculatores aut scurræ ob iocos* 643
ac ludos, quos exhibent; quam propter temporis, quod tum ipsi, tum alij ipsis autoribus perdunt, iacturam merentur. Vt autem iusta pœna histrioni illata; ita verba ab optimo Imperatore prolata, iustissima fuerunt.

Eiusdem Augusti æuo Pylades pantomimus, cum histrionibus cæteris vrbe pulsus fuerat: Sed cùm in primis gratiosus & festiuus esset; instantissimè populus Imperatorem rogauit, vt exilium ei remitteret, quas ei preces pro philosopho relegato

Error in pluribus est, in paucis correctio. Ambros. fun. Valentin.

Ludendi modus retinendus, ne nimis omnia profundamus. Cic. offic. 1.

Turpe honesto & graui viro, in eius consortio aliquem incompositum inueniri. Saresb. 8. 12.

Dio lib. 68. Traianum spectacula edidisse refert summa magnificentia.

Ridere & expuere in conspectu Regis turpe. Herodot. lib. 1.

ὅλως αἰσχρολογίαν ἐκ τῆς πόλεως, ὥσπερ ἄλλό τι, δεῖ τὸν νομοθέτην ἐξορίζειν. *Aristot. 7. polit. 17.*

Eodem facinore spectator obstrictus est, quo admissor. Lactan. epitom. 4.

Ποιεῖν τὰ αἰσχρὰ, καὶ λέγειν, ὁμοίως ἀπρεπές. *Heliod. lib. 7.*

Εἰπεῖν, ἀκοῦσαι καὶ δρᾶσαι, μικρὸν μέσον. *Nazi. tetrastich.*

Mimos & professiones obscœnas fouere beneficiis, illicitum est & infame. Saresb. 8. 2.

SAMATIVS morionem se 30. annis finxit, vt Constantinum Imp. à tædiis suis auocaret. Aug. quæst. V. & N. T. 115.

Desipientis est, ab his sperare laudem, quæ veniam rectiùs merentur, quàm gloriam, si tamen moderationis bono fuerint temperata, Saresb. 8. 11.

† *Cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat.*

Quantum admisit reus, tantum vindicandum. Plin. 2. ep. 11.

Non maior pœna quàm culpa sit. Cic. offic. 1.

Lingua mali pars pessima serui. Iuuenal. 9.

In ipso ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat. Cic. offic. 1.

Δεῖ γὰρ μήτε πονεῖν ἐν ἀθύρμασι, μήτε τι παίζειν ἐν σπουδῇ καιρῷ δ' ἴσθι νέμειν τὸ πρέπον. *Silentiar. Epigram. lib. 5.*

† *castigare.*

Quid eo brutius, qui dimissis propriis, non modò negotiis, sed & ociis alienis iugiter occupatur? Saresb. 1. cap. 1.

Disciplinæ interest iniuriam vindicari. Tert. Aduers. Marcion. 4.

Ἐν μιᾷ μοίρᾳ χρόνου ἄλλοτ' ἀλλοῖαι διωθύσσουσιν αὖραι. *Pindar. Olymp. 7. extrem.*

Τέρψις σὺν τῷ καλῷ μὲν ἄριστον, ἄνευ δὲ τούτου κάκιστον. *Isoc. ad Demonic.*

Τῷ γελοίῳ καθάπερ ἀλὶ πεφεισμένως δεῖ χρῆσθαι. *Dion. Stob. 390.*

relegato nunquam adhibuisset. HOMINES enim vani leuesq́; citiùs illius gratia facultates omnes expenderent, qui ineptum quiddam narrat, quàm qui vitam ipsorum informat & corrigit. Cæterum Augustus populi precibus annuit; sed ea lege, vt curator, (siue moderator) Pyladi adderetur, qui tanquam insanum corrigere & castigare posset; CVM prudentes magistros sibi fatuos sumerent, velle se inquiens, vt fatui magistris vterentur sapientibus.

Cùm autem quodam die is, cuius curæ Pylades commendatus erat, ob factum nescio quod turpe, aut dictum obscœnius eum † obiurgasset; ira & indignatione Pylades contra increpantem commotus fuit; quo cognito Imperator, eum virgis cædi, & in perpetuum relegari iussit. Quam sententiam cum ferret Augustus, hæc insuper addidisse perhibetur: Tantum habuit Roma virium vt hostes deleret, & ad delendos scurras ac sanniones viribus destituitur! cumq́; quod pessimum, animus nos iritandi illis adsit; nobis illos vel reprehendendi deest audacia.

Iustissimam Lacedæmonij Romaniq́; caussam habuerunt, à scurris & ioculatoribus suas repurgandi respublicas. Sunt enim ociosi, viciosi, inhonesti, maliciosi, & non parum ciuitati noxij. Quid enim? An non sunt scurræ ociosi, qui magis, quam alij, de sudore victitant semper alieno? An non dicendi viciosi, qui artem suam factitare nequeunt, quin in viciis sese exerceant, & cum hominibus improbis conuersentur? An non vocandi inhonesti, qui victum suum non honesta agendo; sed obscœna loquendo parant? An non appellandi maliciosi, cùm SOLENNE sit scurris, vt gratia (facetiisque) destituti à malitia subsidium petant? An non affirmare & quidem optimo iure possumus, esse illos inutiles & damnosos ciuitati; qui quod stultos nos reddiderint, pecunias nostras præmij loco auferunt?

644 *Eò mundi dementia & corruptela progressa est, vt quemadmodum viri graues cordatiq́; dedecori sibi inquietorum & vanorum colloquia ducunt; sic Principes præcellentes magnificum sibi ducant, si in aulis suis sannionem nugatorem habeant. Ac sanè si hic subsisteretur, ferendum vtcunque esset: Sed quid dicemus, quòd nonnunquam tam vani domini & tam iageniosi sanniones sunt, vt magis soliciti domini sint, quomodo illis satisfaciant, quam illi, quomodo dominis seruiant? Fit etiam hoc, quod non oportebat, quòd exacte in aula Principis anno vno, maiorem imperandi licentiam morio, quàm aulicorum vllus, aut minister peruetus habet; cum GRATIORES sint vnius ineptiæ, quàm omnium obsequia.*

Mimus corruptelarum disciplina est. Lactant. Epitom. 4.

Turpe honesto & graui viro, in eius consortio aliquem incompositum inueniri. Saresb. 8. 12.

Vulgum delectat, si quid molle à cinœdo, petulans à scurra, stultum à morione profertur. Plin. 9. ep. 17.

Ludicrum eò flagitiorum & virium venit, aut auctoritate Patrum coercendum esset. Tacit. annal. 4.

† *Quod spectatorem, à quo exibilabatur, monstrasset digito.*

Augustus immunes verberum histriones quondam responderat. Tacit. annal. 1.

Morionum) audacia ita demum in conuiuas sibi ius facit, si cœpit à domino. Sen. in sap. non cad. iniur. 11.

Non minore à te concentu, vt tolleres pantomimos, quàm à patre tuo, vt restitueret, exactum est. Pli. paneg.

Εἴ τις ἀνὴρ ἄχρων ἐθέλει κολάκων ἀνέχεσθαι, πολλοὺς ἐκδώσει τοῖς μαροῖς στόμασι. *Bizan. Epigram. lib. 1.*

Plus est cum pudore manibus victum quærere, quam inuerecundè cum ocio alienæ tensilia expectare. Ambros. 1. Tim. 5.

Fugienda ociositas mater nugarum, nouerca virtutum Bern.

Vacat viciis nostris, & ad omne votum fluente fortuna, lasciuit ocium. Fab. declam. 3.

Iocis temperatis delectamur, immoderatis irascimur. Sen. in sap. non cad. iniur. 16.

ἡδὲ μωρία μάλιστ' ἀδελφὴ τῆς πονηρίας ἔφυ. *Eurip. Stob. 97.*

Non sunt dicenda munera, in quibus nemo accipit, nisi qui accipere non meretur. Lactant. 6. 12.

Non habitant vna pudor & fames. Fab. declam 12.

Venter creat omnes has ærumnas, Plaut. Milit sc. 1.

Paupertas ridiculos homines facit. Iuuenal. 3.

Non oberret mensis Principis obscœna petulantia; sed benigna inuitatio, & liberalitas ioci & studiorum honor. Plin. paneg.

In exhibenda cœca quadam & contemtibili magnificentia multi, non tam mirabiles, quam miserabiles faciunt sumtus. Saresb 1. 8.

De scurra faciliùs diues, quàm paterfamilias fieri potest. Cic. pro Quinctio.

Inter scurrilitates histrionum totus actionum seriarum status peregrinatur. Sidon. 1. 5.

Αἴσχιστον κλύειν αὐδρὸς ματαίου φλαῦρ' ἔπη μυθουμένου. *Sophocl. Aiac.*

Pro Philosopho cantor, & in locum oratoris doctor artium ludicrarum accitur. Ammian. lib. 14.

Palatini fumi grauiter fœtere solent. Pomb. Læt. Phoca.

Nihil acerbius, quàm vbi quod impetrasti, rogandum est. Sen. 2. benef. 4.

Tanitoribus quoque innotescere pro magnifico accipitur. Tacit. annal. 13.

Nemo malus felix. Iuuenal. 4.

οὐδηὲν τυφλὸν λαθεῖν χὴ συμβολον ἀνόητον ἴσον ἐστί. *Plut.*

Qui versatur in sordibus, sordescit amplius. Saresb. 2. 27.

Qui stultis eruditi videri volunt, stulti eruditis videntur. Fab. 10. 7.

Inepta est munificentia, quæ præstatur indignis. Sym. 5. 57.

Non deest apud Principes mendacio fides, vbi scurris interdum gratia redditur, obtrectatoribus honos. Saxo lib. 3.

Laudabilem proferunt non de bene viuente; sed de bene pascente sententiam. Sidon 3. 13.

Largitio hominum patrimonia sua in mare abiicientium ab omni iusticia remotissima est. Lact. 6 12.

Τῆς ἀυτῆς ὁ μαρπας ἐστὶ τὸ διδόναι, οἷς μὴ δεῖ, χὴ τὸ μὴ διδόναι, οἷς δεῖ. *Diogen. Stob.* 277.

Nuditas, quæ indiget operiri, non poscit ornari. Leo. serm. 4. de ieiun. X mens.

Non est ab eo laudari gloriosum, cuius familiaritas ignominiam redolet. Saresb. 8. 14.

Iactantia & profusio, & quidquis potiùs, quàm liberalitatis existimanda est, cui ratio non constat. Plin. paneg.

Qui succurrere potuit, si non succurrerit, occidit. Lact. 6. 11.

Vilis adulator picto iacet ebrius ostro. Arbit. 36.

Misereantur pauperum, qui sibi volunt parcere CHRISTVM. Leo. serm. 4. de collect.

Melius est nudum Christum vestire, quàm adulatoribus vestes dando peccatum incurrere. Rigord. de gestis Philipp.

Inueniunt curiosi, quo delectentur; & non inueniunt miseri, quo sustententur. Bernh.

χρῆσον σπέρεις τρέφειές τε, χ' ὑ πτωχὸν τρέφων. *Naz. tetrastich.*

Qui dat, vt habeas; mandat, vt tribuas. Leo. ieiun. X. mens. serm. 6.

Pauperibus non dare, tulisse est. Aug. ad fr. in erem. 31.

Principum negligentia dum malè consultis impunitatem, rectè factis nullum præmium pollicetur; nec illos à crimine, & hos deterret à laude. Plin. paneg.

Ad bonos mores ab errore migrare paucorum est. Sidon. 9. 6.

Ad spectaculum luxuriosum quantus fit concursus, quanta est circa artes bonas solaudo! Sen. epist. 80.

Quasi mures semper edimus alienum cibum. Plaut captiu. 1.

In mensa tenui satis est immensa voluptas. Æsop.

Bona summa putant aliena viuere quadra. Iuuenal. 5.

Turpe dictu scriptuq; est, tantam esse hominum vanitatem, vt non minus operæ ponant in conciliando sibi scurra, cuius apud Principem fauore adiuuentur, quàm si Cicero aliquis foret, cuius in Senatu vtendum esset patrocinio INGENII stupor, personæ vilitas, animi humilitas, & famæ contemtus est, velle quenquam interprete morione in negotiis suis vti. NON admodum enim prudentia necesse est, abundet, qui in scurræ gratia fiduciam suam collocat.

Sed nondum omnia diximus; restant alia fœdiora, quod propter vnicam acclamationem, qua nobili, nescio cui, feliciter in publico scurra quispiam precatur, nihil præterea promeritus, vestem accipit sericam: Inde verò digressi cùm ædem sacram intrant, ne numulum quidem pauperi darent. O incuriam Principum! ô vanitatem megistanum! quod superest morionibus; desit pauperibus! Satis est, quod mundo dent; nihil, quod CHRISTO! *per amicum petentes accipiunt; per animam ipsorum rogantes vacui abeunt. Quod profectò fieri non oportebat. VIR enim nobilis, qui Christianus est, non mundanus, optare potiùs debet, vt à pauperibus in morte prædicetur, quàm à scurris in vita laudetur.*

QVID animæ vel torpori prodest, si à scurris ob vestem datam laueris, & à pauperibus ob panem negatum accuseris? An tantum tibi profuturum est, si scurra ante Principe nouo (tuæ gentis) conspicuus gestamine incedat; quantum obfuturus coram DEO *pauper, cui interulam negasti vetustam? Itaque omnes equites (& viros nobiles) Christianos, per IESVM CHRISTVM crucifixum moneo, hortor, obtestor, vt diligenter respiciant, quid & cum quibus erogent; quid & cui dent; quid & cui negent! APVD Principes enim bonos plus ponderis habere debent egenorum necessitates, quàm scurrarum facetiæ. Date, vt libet; distribuite, vt vultis: at* DIE *mortis, quantum cum scurris ob data risistis, tantum cum pauperibus ob negata plangetis. IN ILLA hora decretoria acerbissimum erit morituro, si hinc orphanorum membra nuda, inde vestimentis suis oneratos scurras viderit.* 645

Vnum mirari satis nequeo, quod promiscuè quisq; stultus euadere, etiamsi prohibeatur, potest; at quod pessimum, postquam scurræ (auari & auidi) aut sannionis personam induit, ne mundus quidem vniuersus efficere potest, vt resipiscat. Ac sanè eiusmodi homo etiam ratione caret; caussa tamen (cur id vitæ genus amplectatur,) non destituitur; quippe qui commodiorem sibi victum ludendo, quàm alij arando aut vestes sarciendo, parat. NEGLIGENTIA *est eorum, qui regimini præsunt, & magistratuum incuria, quòd iuuenis sanus, ingeniosus, corpore exacto, vegetus, robustus, tantùm quod obscœna narrat, & ineptijs aut assentatione*

deditus,

deditus, de domo in domum, † mensa ad mensam circumuagando tempus perdit; mox omnium iudicio laudem fabulatoris, quem Solvidet, lepidissimi reportat.

Accedit & illud, quod licet ipsa interdum (vt sic loquar) inuenustas non sit ipsis inuenustior; & siue faceti, siue infaceti sint, tamen non alium cuncti in repub. quàm fatuorum locum obtineant: Tamen nostra stultitiam ipsorum vanitate superamus, idem illis precium persoluentes, si frigidi sint & inepti, ac si gratiosi & lepidi. Non ferebant in ciuitatibus suis Romani histriones (malè) facetos; & nos Christiani scurras domi nostræ frigidos! Si verum est grauius peccare, qui cum deformi, quàm qui cum formosa delinquit; & qui vino austero, quam qui generoso inebriatur: magis vituperandi sunt, qui cum scurris frigidis, quàm qui cum ioculatoribus lepidis tempus perdunt. CVM homine enim festiuo aliquantulum temporis animi caussa terere tolerabile videtur.

Sus magis in cœno gaudet, quam in fonte sereno Prou.

Quid iniquius, quàm impia sapere & sapientioribus doctoribusque non credere? Leo. epist. 10.

Πολλοί εἰσι τῶν πονηρῶς πράξεις ἀποδεχόμενοι, τὸν μὲν χαρίεντα μὲν τὸν εὐτράπελον λέγοντες, τὸν δ' αἰσχρολόγον, πολιτικόν. Basil. Stob. 63.

Semper magnæ fortunæ comes est adulatio. Tacit. annal. 2.

Genus iocandi non profusum nec immodestum; sed ingenuum & facetum esse debet. Cic. offic. 1.

Peius adulterio turpis adulter obest. Ouid. heroid 4.

Τὸ κακὸν ἔχει τὴν παιγνιῶδειαν τῶν κακῶν, ἡγοῦ δ' ἐστὶν ὅταν ἀτυχήμασιν εὐτυχεῖν. Tati. lib. 1.

Expedit interdum desipere. Cassiod. 3 51.

Tetrica amœnanda iocularibus. Sidon 1. ep. 9.

Aliquando rideo, iocor, ludo; vtque omnia innoxiæ remissionis genera breuiter amplectar, homo sum. Plin. 5. epist. 3.

ὁ ἀπροθύμως δυνάμενος μᾶλλον ὁ γελωτοποιὸς, ἢ περ ἀθάνατος γενέσθαι. Xenoph. Sympos.

Adulatores fortunam Principum magis, quàm ipsos Principes colere solent. Philo. legat. ad Cai.

ἀρετῆς εἰκόνα ἔκφυσον τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφειν τῷ ἐπιστολῷ. Demetr. Phal. de elocut.

Ludorum actores inhonestos esse iussit; & inter capita computari iudicauit infamia. Arnob. lib. 7.

ὦ χαρᾶς κυνόμυια, δι' ἣν κόλακες ποιοῦσι ζωμοῖς πωλοῦσι θεσμὸν ἐλευθερίης. Epigr lib 1. cap. 12.

ἐπεμψάσατε τὸ ἀργύριον, οὐδ' ὅσον ὑπαναβαλόμενοι, μετὰ τὰ λαβεῖν τὰ γράμματα, νομίζων ἐκ χειρὸς εἶναι τὸ κερδος, ἀλλὰ μὴ ἔχειν. Phalar. epist. 95.

Dulciora sunt beneficia, quæ nullis difficultatibus obtinentur. Cass.

Qui dedit beneficium, taceat; narret, qui accepit. Sen. 1. benef. 11.

Nihil magna dignitas à paupere petit. Sym. 4. ep 61.

Nulla res carius constat, quàm quæ precibus emta est. Sen. 2. benef. 1.

Tantum gratiæ demis, quantum moræ adiicis. Sen. 2. benef. 5.

Gratius est quod defertur absentibus Symm. 8 21.

A quo celerior remuneratio videtur, in eum voluntas nostra propensior. Cic. offic. 1.

CAPVT XLVIII.

Epistola M. Aurelii Imp. ad Lambertum Helesponti præsidem, qua certiorem illum reddit, se histriones vrbe expulisse, & in insulam illam deportari iussisse: Diuisa ab autore in tria capita. Estq; diligenter notanda iis, qui magnificentiæ tribuunt, si morionem circa se habeant.

MArcus Aurelius vnicus Imp. Rom. Asiæ dominus, Europæ confœderatus, Asiorum amicus, Maurorum hostis, Lamberto Helleſponti præsidi S. & deorum amorem.

646 *ET pellibus, quas misisti, munitus, & balteo, quem dono mihi dedisti, cinctus incedo, & canibus magnopere delector venaticis: Omnia quippe tam bona sunt, vt & corpus ijs fruendo, & oculi intuendo, & animus grata habendo delectetur. Equidem pauca quædam, & quidem ludicra abs te petij; tu verò & multa mihi & seria videris misisse, non ministri hac in parte; sed amici functus officio. ANIMI enim boni & generosi est, non solum ea, quæ petunt; sed etiam quæ petituros arbitratur, amicis deferre.*

Profectò tu magis generositatis in obsequio præstando rationem, quam ego in petendo cupiditatis, habuisti. Ego enim

Sic natura comparatum est, vt eum quem laudes, etiam ames; porrò quem ames, laudari te ab illo velis. Apulei. Florid. 2.

Quisquis magna dedit, voluit sibi magna remitti. Martial. 5. 60.

Felicitatis cultus plus semper petit, quàm impendit. Val. Max. 4. 7.

Νόμιζε τὸν παρὰ τοῦ τύχοντος χρήματα λαμβάνοντα δεσπότην ἑαυτοῦ καθιστάναι. *Xenoph. Memoral.* 1.

Qui beneficia inuenit, compedes inuenit. Comment. Aristot.

Omnibus bonis in rebus affectus in laude, effectus in casu est. Apul. Flor. 4.

Iuuari aliunde, obnoxium fieri est. Bernhard. lib. 5.

Non satis amicus est, cui solenne aliquid statim redditur. Sym. 3. 59.

Amicitia pares semper aut accipit aut facit. Minut.

Tanta est securitas animi in nos tui, vt repensum putem, quicquid ab amante debetur. Symm. 7. 33.

Stultorum plena sunt omnia. Cic. 9. epistol. 22.

Κραγέται δὲ κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται. *Pindar. Neme.* 3.

Stultorum prosperitas eos perdere solet. Suger. Vit. Ludouic.

Διδάσκειν μὲν ἀνθρώπους ἅπαντας χαλεπὸν, ἐξαπατᾶν δὲ ῥᾴδιον. *Dion. Chrysost. Troic.*

Ἄνοια τοῖς θνητοῖς δυστύχημ' ἀυθαίρετον. *Menand. Stob.* 96.

Fatuum opera prodit. Sax. lib. 5.

Insitum mortalibus naturâ, properè sequi, quæ piget inchoare. Tacit. histor. 1.

Discentium studiis inueniuntur magistri. Cic. offic. 1.

Quales illic erunt discipuli, vbi tales docebunt magistri? Leo epist. 93 cap. 17.

Ludicrarum artium multi discipuli sunt, multiq; doctores. Sen. nat. quæst. 7. extrem.

Melior est gradus lentior per iter rectum, quàm velocitas festina per deuium. Leo. ieiun. Pentec. serm. 2.

Bonorum raritas flagitia multorum nequit excusare virtutibus communicatis, Sidon. 7. 9.

Rerum omnium legè peruersa, muri cadunt, aquæ stant; turres fluunt, naues sedent; sidunt viæ, natant sepulti. Sidon. 1. 8.

Εὐδαιμονιστέον πόλιν, ὅταν ἔχῃ τινὰ σπουδαῖον, κακοδαιμονιστέον δὲ ὅταν ἔρημος ᾖ τοιούτου. *Philo. Stob.* 49.

Boni rari, improborum vulgus immensum Mamertin. pane.

Maximi honores ad parum dignos penuria meliorum solent deferri. Idem paneg.

Mas vale bien de lexos que mal de cerca. Adag.

Scelere pares pœna exæquandi. Sax. lib. 13.

XII. à te, quod meministi, pelles petij, tu verò duodecies duodenas misisti; VI me desiderare canes venaticos ostenderam, & XII. ad me omnium, qui in insula fuêre, præstantissimos misisti. Itaq; commodum euenit, vt & ego honorem adeptus sim, & tu bonam famam pepereris. Quod enim pauca ego petij, modicæ in me cupiditatis indicium est; quod autem multa ipse misisti, tuæ testimonium liberalitatis.

Quamobrem & quæ misisti grata habeo, & deos precor, vt fata tibi perpetuò prospera largiantur. PRO beneficiis enim gratias, quod nosti, agere possumus; parem verò gratiam reddere non possumus. QVI beneficium aliquod accipere ab aliquo audet, ad perpetuam sese adstringit illius seruitutem. Ego verò cùm seruus tuus esse non possim; amicus ero, quo magis te, quàm illo, gaudere decet. Si enim seruus essem, cum timore tibi seruirem; at cùm amicus sim, cum amore tibi prodero.

Sed vt ad negotium accedam, cuius gratia scriptionem hanc institui; tres ad te naues, quemadmodum vides, scurris, comœdis & morionibus onustas mitto: nec tamen eos omnes mitto. SI enim cunctos, qui Romæ sunt, fatuos mitterem; totam hanc regionem exteris frequentari necesse foret. Ars, quam isti factitabant, hæc erat, quod mimi facetias aut scommata ad mensas dicebant, alij choreas nuptiales cantu celebrabant; alij fabellas ad portas cantabant aut narrabant; alij comœdias in foro agebant; aliis matronæ Romanæ pro nugigerulis (& internunciis) vtebantur; alii libros ineptiarum componebant & recitabant; neq; deerant me hercule in ipsorum scholis auditores. Ac velim tibi persuadeas, Lamberte, adeò tum mimos istos callidè artem suam tradidisse, tum ingeniosam fuisse in ea discenda iuuentutem vrbanam, vt tres quidem naues magistros ceperint, discipulos nec centenæ capere posse videantur.

Vnum admiror, ac penè dixerim, diis indignor, quòd 647
cùm venti turbo domos euertat, torrentium impetus pontes auferat, pruina vineas infestet, fulmina turres rumpant, terræ motus ædificia prosternant, aër infectus viros cordatos interimat; nulla tamen pestilentia, quæ fatuos auferat. O infelix Roma! qui probè te inspexerit, & curiosius scrutatus fuerit, PENVRIAM in te ducum fortium, Senatorum honestorum, Censorum iustorum, Officiariorum fidelium, & Principum virtute præstantium; At scurrarum tantùm, sannionum & ioculatorum copiam deprehendet. O quàm gratam rem diis, quàm vtilem genitrici nostræ Romæ præstares, si pro tribus stultorum onerariis, vel vnam saltem actuariam virorum prudentum mitteres!

Etsi

Etsi hoc reticere mallem; non possum tamen, quin dicam, quòd nimirum & stultos vidi, & stultas audiui ineptias: sed NIHIL *stultius, nihil ineptius vnquam vidi, quàm quòd multi Romæ & in Italia viri nobiles magnificum & gloriosum sibi ducunt, si domi suæ sannionem habeant. Ego verò* AMENTIOREM *illum, qui sannionem circa se habere gloriosum sibi ducit, quàm ipsum sannionem arbitror.* STVLTVS *enim cùm cordato sese adiungat, cordati speciem habet; prudens verò cùm ad stultum sese applicet, stulti indicia præbet.* CVR *homines quærunt res ludicras: cùm omnia huius mundi ludibrium sint vanissimum?* CVR *stultos quærimus, cum quicquid didicimus aut agimus, obstinata sit stultitia?* CVR *quærimus scurras, quorum salibus oblectemur fictis; cùm ærumnæ nostræ non fictæ, sed verissimæ sint?* CVR *ijs oblectamur, qui mendacio nobis palpantur; cùm ne vnuus quidem sit, ex quo vnicam audiamus veritatem?* CVR *fatuos quærimus simulatos, cùm plerique omnes fatui simus veri?*

Multos Romæ video, qui cum viris honestis conuersantes, tamen dissoluti sunt; cum sapientibus, rudes; cum prudentibus, inconsiderati: & cum fatuis conuersantes cordatos illos fore quisquam retur! VT MITIVM *vsi consuetudine mites, crudelium crudeles, mendacium mendaces, veracium veraces; ita fatuorum fatui erimus.* QVALES *enim magistri sunt, quos habemus, & præcepta, quæ audimus; tales & scientiæ sunt, quas discimus, & actiones, quas exercemus.*

Cùm Dionysius, famosissimus Siculorum tyrannus Diogenem interrogasset, cuius conditionis homines domi suæ quemq; oporteret habere, & quibus cum opes suas communi-
648 *care! ita respondit Diogenes:* VIR *cordatus, vt pacificè in sua viuat rep. & opes suas haud malè collocatas videat; ad conuictum consuetudinemq; tantùm senes admittat, quorum consiliis instruatur; iuuenes, quorum ministerijs vtatur; amicos, quorum gratia nitatur, & egenos, quorum voce celebretur. Hoc Philosophi responsum etsi vehementer Dionysius probauit; consilio tamen illo vti nescíuit; quippe qui non minùs in erogando sese insipientem, quàm in rapiendo tyrannum declarabat. Si ergo vera sunt, quæ Diogenes dixit,* VICTVM *nimirum esse præbendum senibus, ministris amicis & egenis: videamus, an ob vllam harum rationum æquum sit, alimenta sannionibus dari.*

Primùm superuacaneum mihi videtur cogitare, consilij nobis dandi capaces esse moriones, qui ne sibi quidem illud habent. QVI *enim sponte sua stultos sese fecerunt, eos tanquam cordatos tractare stultissimum foret.*

Histrionibus dare est dæmonibus immolare. Rigord. de gest. Philip. fol. 178.

Donare res suas histrionib. vicium est immane, non virtus. Aug. Iohan. 100.

Falluntur, quibus luxuria specie liberalitatis imponit; perdere sciunt; donare nesciunt. Tacit.

Καλὸν ἀεὶ τῷ κρείττονι τὸ χεῖρον ἀκηλεθεῖν, διάβελπώστεως ἐλπίδα. *Phil. St.* 48.

Burla es con el loco en casa, burlara con vos en la placa, Adag.

ὅλως πεσεῖῆ τις ἄλλον εἰς κωμῳδίαν ὡς ἐυφρανῶ σε, σεαυτὸν ἐγκεῖσθαι δοκεῖ. *Nazi. tetr.* 40.

Si quando fatuo delectari volo, non est mihi longe quærendus; me rideo. Sen. epistol. 50.

Πάντες πέλεσι γέλως. *Speusip. Epigr. l.* 3.

Veritati adulatio officit. Tacit.

Τὸ μὲν ἀληθὲς πικρόν ἐστι τῇ ἀσθενεῖ τῆς ἀνοήτου· τὸ δὲ ψεῦδος γλυκὺ τῇ πονηρίᾳ. *Dio. Chrys. Troic.*

Sumuntur à conuersantibus mores. Sen. 3. ira. 7.

No pidas al olmo la pera, pues no la lleua. Adag.

Πολλάκις ἄνδρες ἀγαθοὶ κακοῖς πεφυκόσι πολλῷ χεῖρον κακίας μετέλαβον, ἢ μετέδοσαν ἀρετῆς. *Nil. Stob.* 69.

Ideò magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt. Leo. epist. 10. cap. 1.

Μῶρος ὢν μῶρος λέγει. *Eurip. Bacch.*

Τίς ἐθέλει ἄνθρωπον ἐν οἰκίᾳ ἔχειν, πονεῖν μὲν μηδὲν ἐθέλοντα, τῇ δὲ πολυτελεστάτῃ χαίροντα; *Xenoph. Memorab.* 2.

Benefacta malè locata malè facta arbitror. Enn. Cic. offic. 2.

Ministri-simus misericordiæ diuinæ, qui partem pauperis in manu posuit largientis, Leo quadrag. serm. 11.

Ἔλεγχος ἀνδρὸς ἥδυς ἡ μεθ' ἡμέραν βιωσιμωτάτη. *Chrys. Stob.* 48.

Nihil prodigæ satis est voluptati. Ambr. Luc. 15.

Pecunias illas volumus, quibus libra iusticiæ suffragatur. Cas. 8. 20.

Κακοὶ κολακευόμενοι κακώτεροι γίνονται. *Antist. Stob.* 64.

Quisquis vni se flagitio dederit, in aliud mox procliuior ruit, it a alterum alterius incitamentum est Sax. lib. 3.

Moriones non habent locum inter I. Consiliarios.

Consilia egenis suggerit improba ocium. Adag.

Κόλακος βίος μικρὸν χρόνον αὐθεῖ. *Athenæ.* 258.

ὀδηγὸν τυφλὸν λαβεῖν, ἢ σύμβουλον ἀνόητον, ἴσον. *Pl. Stob.* 109.

2. *Ministros.*

Melius est domus suæ curam gerere, quàm in aliena adulari. Ambros.

Artes paupertatis ad subsidium comparatæ. Arnob. lib. 6.

3. *Amicos.*

Ἄφροσι μὴ χρῶ φίλοις, ἐπεὶ κληθήσει καὶ σὺ παντελῶς ἄφρων. *Menand. Sto.* 724.

Menea la cola el can, no por ti, sino por el pan, Adag.

4. *Pauperes.*

De miseriis pauperum diuites incentiua suarum capiunt voluptatum. Ambros. Luc. 16.

Si pauperem histrionem videamus, non debemus fouere malitiam. Saresb. 8. 4.

Ergo non sunt alendi.

Malo benefacere, tantundem est periculum, quantum bono malè facere. Plaut. Pœnul. Iam istuc.

Pars sacrilegij est, rem pauperum dare non pauperibus. Hieron.

Aliter Deo subiecta cuiusque conscientia est, aliter nostræ æstimationi. Sen. 1. controu. 2

Deus tenebris interest, interest cogitationibus nostris, quasi alteris tenebris. Minut.

Dim mi contui tu vai, & saprò quel che fai. Guazz. l. 1. pag. 30. 6.

Facilius obtingit, vt quispiam seria loquens viuat obscœnè, quam valeat ostendi, qui pariter existat improbus dictis, & probus moribus. Sidon. 3. 13.

Selue sassi, campagne, fiumi e poggi, Quanto è creato, vince e cangia il tempo. Petrar. can. 32.

ἐν μεγάλῳ τίθεται πολλῶν ἀνθρώπων ἰδεῖν ἄστεα καὶ νόον γνῶναι. *Strab. lib.* 1.

Nihil est animo iucundius, quàm id videre & audire, quod desideres. Nic. Gregor. 9. 13.

† *agiles & veloces. G.*

Sepulcra fiunt sanctiora vetustate. Cic. Verrin. 1.

Τὰδ' αὐτὸς ἄν τις τύχῃ, ἔλπεται τις ἕκαστος ἐξοχώτατα φάσθαι. *Pindar. Nem* 4.

Κόρος λόγου πολέμιος ἀκραῖς, ὡς ὑπερβάλλουσα τροφὴ σώμασι. *Nazian. Stob.* 367.

Maxima quæ vidit quisque, hæc ingentia fingit. Lucret. 6.

Non possum hîc dicere illud Cæcilianum: O tristes ineptias! Ridiculæ sunt. Sen. epist. 115.

Paucos de prudentiss. & sapientissimis inuenies in suæ patria sepultos. Plut. de exilio.

Deinde nihil ea cogitatione mihi videtur vanius si putemus scurras ministrorum more operam nobis nauaturos. Infortunati enim isti tantùm VT laborem fugerent, artificium amplexi sunt tam ignominiosum.

Præterea PVDENDVM mihi & probrosum videtur, virum aliquem (prudentem ac) generosum in animum inducere, vt scurram pro amico familiari habeat. Eiusmodi enim (homines) inter veros amicos numerari nec debent, nec possunt. Non enim ob dignitatem (& virtutem;) sed ob fortunas non amant.

Postremò superuacaneum est cogitare, iustum esse cibum parasitis tanquam egenis dari. Huiusmodi enim homines haud possumus dicere paupertate premi; sed opulentia carere, & stulticia abundare.

CVM ergò parasiti & histriones, vt inter amicos numerentur, infames; vt pro ministris habeantur, inhabiles; vt consulantur, imprudentes sint: opes suas quenquam hominibus leuibus impendere mihi leuissimum videtur. Cum autem intentiones solis diis manifestæ, & hominibus absconditæ sint; NIHIL est, quo boni intentiones suas vel bonas vel malas esse magis approbent & patefaciant, quàm in verbis, quæ loquuntur, & in socijs, quos sibi adiungunt.

CAPVT IL.

Pertexens epistolam M. Aurelius, in Hellesponto, quò moriones deportari iusserit, multos se inuenisse Philosophos humatos narrat, & caussas relegatorum morionum explicat.

INsulam istam scito Lamberte virorum excellentum, qui à Principibus Romanis tyrannis in exilium missi sunt, ossibus consecratam. Laudatur à multis insula ista, quod amethystos insignes, ceruos cicures, fœminas pulcras, lupos domesticos, canes † cornutos, poma suauissima, fontesq; amœnos habeat: Ego verò res illas neq; laudo, neque improbo, quibus viui fruuntur, & cum quibus defunctos comparabo. PLVRIS enim ossa terra obruta, quàm opes in insula natas æstimo Nisi olfactus sensum planè amisisti, quemadmodum mihi insula ista sapientes; sic tibi imperitorum fœtorem Roma redolebit. NVNQVAM enim non minus molestus toleratu fœtor bestiæ putrefactæ, quam auditu viri parum considerati sermo est. 648

Cùm bellis Asiaticis finem imposuissem; in reditu per insulam istã transii, vbi cunctos viuentium populos, omniaq;

Philoso-

Philosophorum monumenta defunctorum visitaui: Quæ mihi crede Lamberte, prouincia satis dura plurimum me defatigauit. Terra enim multis sustinui labores, & mari multis defunctus sum periculis. In ipsa vrbe † Orbita, quæ tibi sedem præbet, in medio nunc foro sepulcrum inuenies Pammÿ philosophi, cui arctissima cum Ouidio familiaritas parum profuit, & inimicitiæ cum Augusto Imperatore plurimum obfuerunt. Altero à Theophonte milliari sub † rupibus Arpinis sepulcrum inuenies Oratoris clarissimi Armeni, à Sylla Consule iniustè relegati. Ac sanè cum multum sanguinis effusum fuerit, ne vrbem Sylla intraret; non parum lacrymarum profusum fuit, quãdo philosophus iste Italia expulsus est.

In portu Argonautico, in promontorio, subter rupe quadam inuenies ossa † Heliodori Philosophi, qui leges antiquas collegit, & nouas consuetudines introducentium hostis fuit acerrimus. Is philosophus optimus in felicitate & furore Marianorum relegatus fuit, non ob mala, quibus ab illo afficiebantur; sed ob vicia, quæ in illis reprehendebat. In Campis Helinis † septum est nemorosum, intra quod ossa iacent Philippi † Septeni, qui septem liberalibus artibus perinde eruditus fuit, ac si ipse fuisset earum autor. Is à Nerone relegatus fuit, quòd adeò crudeliter rempublicam gerenti clementiæ (misericordiæq;) seruandæ autor fuisset.

In ijsdem campis Helinis extra nemus, meridiem versus, sepulcrum inuenies Vulturni philosophi, astrologiæ peritissimi, quod tamen parum illi ad (euitandum exilium) videtur profuisse. Fuit autem in exilium missus à malè fortunato M. Antonio; non quidem M. Antonio volente, quippe quem nunquam offenderat; sed Cleopatræ (ab eo amatæ) impulsu, quæ capitali ipsum odio & inimicitijs persequebatur. Nam VITÆ parum laudatæ mulieres sæpe animi sui affectus amicorum operæ vlciscuntur. Vidi præterea plura in insula ista monumenta, quorum nomina in charta quadam consignata, memoriam fugiunt: Satis sit, quod nec vir bonus, nec fide vlla dignus haberi volo, nisi omnia, quemadmodum dixi, inueneris.

Sed velim mihi credas Lamberte, cùm monumenta illa inuiserem, tantam me defunctis (reuerentiam) præstitisse, quantam discipuli viuentibus præstitissent obedientiam: quippe toto illo tempore æquè oculi mei lacrymis inundarũt, quam ossa illorum terra cooperta erant. Nec verò Philosophi isti, propter facinora perpetrata, aut rempub. offensam relegati fuerunt: Sed maiorum nostrorum delicta meruerunt, vt tam excellentium Philosophorum priuarentur commercio, vtque nos illorum posteri ossibus virorum sapientia tam illustriũ careamus. Haud facilè dixerim, vtrum

Itinerum labor vel maximus in re militari. Cic. Verrin. 5.

Exhausti laboris nosse mensuram voluptati est, & hortatur ad reliqua fortiùs exequenda, scire quantum supersit. Fab. 4. c. 5.

† *Oroba & Ctesiphon vrbes Assyriæ. Ptolem.*

Licet in exilium euntibus virtutes suas ferre secum. Sen.

Hic quoque cumulus accedit laudib. Imperatoris, quòd amare palàm licet & capite damnatos. Sidon. 1. ep. 7.

† *montibus Alpinis. G.*

Quid prodest, quia viuunt homines, & occisi sunt honores? valent quidem membris; sed erepta portant funera dignitatis. Optat. lib. 2.

Præstat nullo flagitio admisso patria excedere, quàm patrato facinore in ea remanere. Dio. lib. 38.

† *Callidori. G.*

Dedecus non in eum, qui iniquè eiicitur, sed qui iniquè eiiciunt, redundat. Dio. l. 38.

Ad posteros virtus durabit, non perueniet inuidia. Fab. 3 cap. 1.

† *monumentum vmbrosissimum. G.*

Philosophiæ pulcerrima pars, agere negotium publicum promere & exercere iusticiam. Plin. 1. ep. 10.

† *Philosophi. G.*

Odere Reges dicta, quæ dici iubent. Sen. Oedip. 3.

Magno constant Regum amicis bona consilia. Sen. 3 ira. 14.

Βόσκουσι τὰ ἀνάκτορα τῶν κακῶν ἐπαινέτας, τὸ ἀγαθὸν γνῶναι μὴ θέλοντας. *Nicet. Andronic. Comn.* 1.

Ψυχῆς ἀγαθῆς παιδὶ ὁ ξύμπας κόσμος. *Democr. Stob.* 554.

Doue non han pasco ni ricetto in sin le fere abandonano i lochi. Ariost. 35. 30.

Non pœnitet exilii, orbe pro vrbe commutato. Bern.

Quid sinat inausum fœminæ præceps furor? Sen. Hippol. 2.

Vindicta nemo magis gaudet, quàm fœmina. Iuuenal. 13.

Instruitur omnis fraude fœminea dolus Sen. Hippol. 2 extrem.

Τῶν ἀληθειῶν ὅτι φαύλη πρόσοψις, ὥστε πιστεύειν εἶναι τὰς σὰς λόγους, ἢ τὰς τῶν ἄλλων ὅρκους. *Isocr. ad Nicocl.*

Non Ierosolymam vidisse; sed Ierosolymæ bene vixisse, laudandum est. Hieron.

Nil sanctius habet reuerentia superstitum, quàm vt amissos venerabiliter recordetur. Auson. præfat. parental.

Attentius de claris viris locorum admonitu cogitamus. Cic Verr. 2.

Victorum omnium sibi conscius Princeps, inimicas viciis artes non odiis magis quàm reuerentia relegat. Plin. paneg.

Fortes viri felicius sepeliuntur, quàm viuunt ignaui. Val. Max. 5. 2.

Τὸ σαυτῆς φρέαρ τέρπε. δυσηλεγέων ἢ πολιῆς ἄλφε πὶς τε κακῶς, ἄλφε ἄμεινον ἐρεῖ. *Epigr. lib. 1.*

Donatum reuocari non potest, semel translato dominio. IC.

Quæ recte data sunt, auferri non debent. Plat. Seminar.

Semel honori vrbis delata compendia desinunt esse tribuentium, & quod à principio beneficium fuit, vsu atque ætate fit debitum. Sym. relation.

Nemo sibi rem iustè collatam sine culpa amittere debet. Guiller. Philipp. lib 2.

Circensium ludorum ratio quid aliud habet nisi leuitatem, vanitatem, insaniam? Lact 6. 20.

Fœda atque obscœna sunt Ethnicorum festa, vt hoc quod peccant, in Dei honorem cedat, ad quem vicium ceu res honesta confugit. Nazianz. orat. 44. initio.

Antiqui cum deos sibi propè adesse crederent, modestè ac honestè dies festos transigebant. Athe. 363.

Tunc te sobrium esse oportet, cùm alij non ebrij esse non possunt. Nic. Greg. 9. 10.

Via omnibus est præclusa disciplinis, si comes sapientiæ sobrietas amouetur. Saresb. 8. 8.

† *exhorresco cogitans.*

† *magis tamen illo erubesco.*

Vir bonus tam famam suam amat, quàm conscientiam. Sidon. 4. 24.

Cum pare contendere, anceps est; cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum. Sen. 2. ir. 34.

Cladet autore leuatur Oui. Met. 2.

Si te imbecilli or læsit; parce illi; si potentior, tibi. Sen. 3. ira. 5.

† *hami. G.*

Vbi vinci necesse est, expedit cedere. Fab. 6 cap. 5.

Melior est animi æquitas, quàm corporis sanitas. Aug. 19. ciu. 15.

Τῶν πόλεων ταῖς ὑπερεχούσαις λυσιτελεῖ ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι μᾶλλον ἢ δι' ἀλλαις ἀφθῆναι γενομέναις. *Isoc. panegyr.*

Mouens castra à tertio lapide Annibal vrbem tantùm non adoratam reliquit. Flor. 26. Liu. lib. 26.

Τί μοι συγχρῶτοι μέτ' ἔμμεναι ἐσθλὸν ἑόντως; ἢ γὰρ ἔτ' ἐσθλὸν ἔχει γέρας; ἀλλὰ χερείων τιμήεις τε πέλει καὶ φίλτερος. *Coint. 5. 476.*

Sapiente vno inuento, reperitur fatuorum multitudo innumera. Philo. lib. 1. legis allegor.

Οἱ γὰρ κακοὶ πάντες μίγνυνται κακοῖς. *Naz. vita.*

Ineffugibilis necessitas vltionis. Apul. de mundo extrem.

C'est la loy de Nature, celuy qui fait du mal, que du mal il endure. Ronsard. 4. 117.

Qui non vetat peccare, cum possit, iubet. Sen. Troad. 2.

plus insulæ isti inuideam, an Romæ infelicis me commiserescat. ILLA enim mortuorum monumentis immortalis; hæc verò superstitum vita infamis est.

Magnopere te tanquam amicum rogo, & tanquam officiario præcipio, vt priuilegia insulæ isti à me concessa, salua & inuiolata conserues. IVSTVM enim, imò iustissimum est, à viuentibus ornari priuilegijs ciuitates, quæ talibus decorantur defunctis.

Ex centurione rem omnem de captiuis istis ordine cognosces. Nam si casum infelicem, vt res ipsa gesta est, exponerem; & mihi scriptu laboriosum, & tibi lectu fastidiosum esset. Satis sit in præsentiarum dicere, quod die festiuo matris Berecynthiæ, ingens Romæ histrionum & pantomimorum culpâ excitatus est tumultus, vt liquidò iurare posse videar, plus sanguinis per plateas effusum, quàm vini in illo festo exhaustum fuisse. Nec verò parum me dicere arbitreris, cum tantum sanguinis effusum, quantum vini exhaustum dico. Eò quippe, quod nosti, dementiæ processerunt iam ciues Romani, vt qui illo die maximè omnium fuit ebrius, eum sacrificium maximum fecisse affirment.

Etsi autem † magni illa æstimo, quæ crudeliter illo die oculis hisce vidi fieri: † pluris tamen illud facio, quod de nobis in regnis dicetur exteris. VIRI enim verecundi & generosi animi non tanti æstimant, si vulnus accipiant ingens quanti, si ab homine nihil illatum sit. Multum inter se differunt retia, quibus in aucupio vtimur; nec minus † cibi, quibus pisces capiuntur: Ita multum differt gladius, quo caro laceratur, ab eo, quo præcordia lancinantur. CORPORIS enim vulnera chirurgi curant; animi verò angorum soli dij medici sunt.

Romam illam à prudentibus nunquam victam, scurrarum nunc pedibus conculcatam vidi: Romæ, ad cuius muros nunquam accedere Carthaginenses potuêre, nunc plateas ab histrionibus armatis occupari videres. De Roma omnium regnorum triumphatrice iam Pantomimi triumphant. Postremò Romam illam, quæ leges olim barbaris dabat, iam fatuorum famulam factam vidimus. Quæres mihi tam acerba accidit, vt nec quid dicam, nec quid scribam, sciam. Sed vnum me solatur, cùm & Roma & Romani non nisi cum stultis oblectamenta capiant; fore, vt non alijs quam stultorum manibus & ipsa, & filij ipsius castigentur. Non enim à dijs iniuria, me iudice, afficeretur, si, quæ ioco cum histrionibus risit, aliquando seriò cum pantomimis illacrymaret. 651

Quòd si dicas Lamberte, cùm PRINCIPVM sit omnibus æquabilem administrare iustitiam; cumq; in aliis multis flagitiis seriò perpetratis conniueamus; cur ioculatoribus misellis,

sellis, quorum actiones omnes ludicræ fuerunt, non ignoscamus! Velim certò tibi persuadeas, si nihil amplius, quàm tu arbitraris, fuisset, quantumuis grauissima fuisset ipsorum culpa; tamen maiorem futuram fuisse meam clementiam. Verùm ego non tam ob sanguinem illos effusum, quàm ob deprauatas (plurimorum) mentes relegaui. Non tam, vt idem denuò repetam, vt cædium nonnullarum autores, quam vt mendaciorum multorum magistros in exilium misi. Infinitis enim partibus Maior est deorum offensa, & grauius reipublicæ detrimentum, quòd sensu, quemadmodum faciunt homines cordatos scurræ priuant; quàm quod homicidæ, vitam inimicis eripientes, afferunt.

Vnum hoc sibi pantomimi, ioculatores, gladiatores & scurræ proposuerunt, persuadere scilicet hominibus, vt ioco loquantur, ioco agant, tristitiamq́; à se abigant; idq́; hoc tantum fine, vt de fortunis nonnihil ipsorum auferant. Atq; vtinam fortunis contenti, non furarentur nobis prudentiam!

Scipio Africanus, cum finem bellis Punicis imposuisset, per vrbem non ducum fortium frequentia stipatus; sed parasitorum famelicorum caterua cinctus incedebat; quo animaduerso Philosophus quidam ita eum compellauit: Prout multa de te, Scipio, dicebantur, & pauca in te apparent; satius fuisset in Africa te oppetijsse, quam Romam venisse. Absentis enim res gestæ admirationem nobis mouebant; Præsentis leuitates offendiculo sunt. Et tibi infamiæ, & Senatui sacrato dedecori est, quod cum Principes in Africa tam potentes viceris, solis scurris & morionibus stipatus per vrbē audes incedere. Non tanto, mihi crede Scipio, in discrimine
652 *vita tua inter hostes fuit, quanto nunc in periculo tua inter sanniones versatur existimatio. Fuit hæc oratio per se optima; sed pessimè à malitia humana accepta. Nā paulò post senex ille censu tenui, & scientia copiosa præditus, ab amicis Scipionis relegatus, & in insulam istam deportatus fuit.*

CAPVT L.

Concludens epistolam M. Aurelius, caussam & tempus commemorat, quo primùm histriones & ludiones Romæ recepti sunt, & multos illorum ditissimos fuisse indicat.

Postquam comœdi & sanniones ad insulam istam appulerint; & liberos illos abire sinito, & de fortunis nihil adimito: Simul tamen curæ tibi sit præmonere illos, ne artem suam exer-

Non decet Principem palatinis quibusdam esse addictum, ad singula eius verba plaudentibus & quid ille aiat vel neget, vt ad sentiri possint, obseruantib. Ammian. 21.

Impunita iustis seculis non relinquatur audacia. Cassiod. 1. 19.

Publici homicidij socios esse non conuenit eos, qui iusticiæ viam tenere nituntur. Lactant 6. 20.

τοῦ ψεύδους ἡ ἀλήθεια προτιμητέα. *Basil. Imp.* 48.

οὐχ οἱ τὰ φαῦλα πράσσοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τούτους ἐγκωμιάζοντες τῆς αὐτῆς κοινωνήσουσι κολάσεως. *Chrys. St.* 64.

Plurimum deformitatis olim ab illustribus viris in mendacio reponebatur. Sax. 3.

Omnis pœna non tam ad delictum pertinet, quàm ad exemplum. Fab. declam. 274.

Risus & iocus comes leuitatis. Cic. fin. 2.

τῷ γελοίῳ καθάπερ ἀλὶ πεφεισμένως δεῖ χρῆσθαι. *Dion. Stob. orat.* 34.

Quid enim saluis infamia nummis? Iuuenal. 1.

Tosto, o buona ò ria, che la fama esce fuor d' vna bocca in infinito cresce. Ariost. 32. 32.

Fama vix vero fauet; peius merenti melior, & peior bono. Sen. Hip. 1.

Vicius sopita gloria in infamiam conuertitur. Val. Max. 9 1.

Delinquentium particeps est, qui eorum lasciuiam exhibet. Sar. 8. 12.

L' honneur aime l' honneur, la vertu la vertu. Ronsar. 4. 22.

Seriam curam sepeliunt voluptates. Sym. 8. 25.

Come cosa buona non si troua, che duri sempre; cosi ancor ne ria. Ariost. 37. 7.

εἴ τι ἀνὴρ ἄρχων ἐθέλει κολάκων ἀνέχεσθαι, πολλοὺς ἐκδώσει τοῖς μιαροῖς στόμασι. *Byzant. Epigr. lib.* 1.

Pudor veluti vestis, quanto obsoletior est, tanto incuriosius habetur. Apul. apolog. 1.

Perniciosa est ac deceptrix adulatio. Lact. epit. 4.

ὀργίζονται πάντες τοῖς μετὰ παῤῥησίας τἀληθῆ λέγουσι. *Lucian. in abdicato.*

Domus studiorum seriis cultib. antea celebratæ, nunc ludibriis ignauiæ torrentes exundant. Ammi. 14.

Ridiculo vti nimis frequenti, scurrile est; subobscœno mimicum; petulanti improbum; in calamitatem inhumanum. Cic. orator.

Est proprium Regis misereri & parcere semper. Guill. Phil. lib. 1.

Dandi vitæ vsus, cui vita conceditur. Tacit. annal. 4.

Vigor ocio integratur alterno. Amm. 17.

Peccatum semel vt bonus quisque postea solicitiùs cauet; ita qui ingenio malus est, confidentiùs integrat. Apul. apolog. 1.

ὁ θεὸς ἔτως ἐποίησε, τὰς μὲν ἡδονὰς ἑαυτὰς πρόσταξεν ἐπιπονεῖν τῷ ἀγαθῷ, ἀλλὰ αὐτὰς ἐπιτακτῆρας δίδωσιν. *Xenoph. Stob.* 377.

ἀρχὴ κακοεργίας ἀργία. *Basil. Stob.* 381.

Miles per illecebras vrbis & inhonesta dictu, corpus ocio, animum libidinib. imminuit. Tacit. ann. 2.

τὸ ἀπραγμον ἀσφαλέστατα μὲν μετὰ τοῦ δικαιοπραγεῖν τεταγμένον. *Thucyd.* 2.

† *deliciis se tradere. G.*

Rex) *iocularis* ministerii cateruam probroso verborum ludibrio multare contentus fuit; ne clarissimanus hominum turpissimorum exitio commodaret. Ola. epit. l. 5.

Blandæ appellationis quies Romanos mores plurimis vitiis respersit. Val. Max. 7. 2

τῷ μὲν ξύλῳ τὸ πῦρ αὐξομένῳ ὑπ' αὐτοῦ καταλείπεται, ὁ δὲ πλοῦτος ὑπτερφέρων τὰς κτήσεις, ὑπ' αὐτῶν τῶν διαφθείρεται. *Aristonym. Stob.* 243.

† 389. *Sigon.* 391. *Tol. Virgil.* 3. 13

Ludi scenici, cœlestis iræ placamina. Liu. 7

Consumitur morborum malis intercapedo bellorum, & cum foris cessatur à prælio, agitur introrsum ira de cœlo. Oros. 4. 2.

Sine ludicris artib. olim satis felices fuêre futuræque sunt vrbes. Colum. lib. 1. præfat.

Qua magis via irrepunt vicia quàm publica? Plin. 36. cap. 2.

Gl. incendi brauì à nascer presti, ad ammorzarsi lenti. Ariost. 40. 40.

Pro depellenda temporali peste corporum, accersitus est perpetuus morbus animorum. Oros. 3. 4.

Inimicissimum bellatori populo, ad nutriendam desidiam lasciuiamq; theatri commentum. Oros. 4. 21.

† *sentinâ ipsa. G.*

Stare in damno del tutto era men male, che fare vn cambio tanto diseguale. Ariost. 20. 132.

ἤθους δικαίου φαῦλος ὁ ψόγος. *Prouerb.*

Non decet, vt Regis fiat reuocabile verbum. Guillerm. Philipp. lib. 2.

Argumentum recti est malis displicere. Sen. Vit. beat. 24.

Maledicta sperata exolescunt, si irascare, agnita videntur. Tac. ann. 4.

Non autorem respicias, sed autoritatem. Tert. de coron. mil.

Nulli me probatiorem volo, quàm quem ipse meritò ante omnes probo. Apul. Florid. 2.

Adjicitur laudum dignitati honore laudantis. Mamertin. paneg.

Quid lataris; quòd hominibus iis laudaris, quos non potes ipse laudare? Sen. epistol. 53.

λεγέτω πονηρεῖς ὁ πεῖσθαι λόγους. *Prouerb.*

exercere ausint. Hoc enim si tentauerint; vitam, quam illis hîc concessimus, adimere illic poteris. Vnum tibi mando, quod ne obliuiscaris, rogo, vt ad labores scilicet illos adigas, & nullo pacto ociosos vagari sinas. OCIVM enim omnium, quæ in hominem cadunt, viciorum, omniumq; in ciuitate turbarum fons est. Cùm præterquam laborare nihil nos nouerimus, & sanniones nihil nisi † ociosè vagari didicerint: iustius propè videntur illi posse dicere, nos minimè cordatos esse; quàm nos, illos fatuos esse. Immeritò enim stulti appellantur, qui ita ingeniosi sunt, vt de sudore alieno victitent. Ac si consideretur, quàm parui sanniones æstimemus, & quantum nobis ipsis arrogemus, perpendatur; iustiùs, crede mihi Lamberte, actiones illi nostras ludibrio, quam nos verba illorum risui habemus. MAIOREM enim illi ex nostris fortunis vtilitatem, quam nos ex ipsorum stultitia fructum capiunt.

Anno ab V. C. CCXVI. † sæuissima in Italiam incidit pestilentia, quæ cùm abiisset, non defunctorum millia, sed paucos superstites numerare placuit. Cùm ergo tam exhausta vrbs, tamq; desolata Italia foret; tantum vt lætitia populo daretur, & vrbs non adeò deserta maneret; primum & theatra inuenta & ludiones admissi sunt. Nam ad illa vsque tempora nihil Romani, nisi sacra dijs in fanis facere, & cum hostibus in campis pugnare nouerant. O rem miserabilem auditu! Non vltra biennium pestilentiæ sæuities; at pantomimorum histrionumque rabies & amentia supra CCCC. annos durauit. Vtinam paucos illos (qui supererant,) pestilentia sustulisset potius, quam tam nequam homines, & tam detestabiles mores in vrbem introducerentur! Tolerabilius enim genitrici nostræ Romæ fuisset, ciuibus carere, quàm † ludionibus & pantomimis abundare. 653

Non dubito, Lamberte, quin captiui cum grauissimis hinc querelis discesserint, & quæ hîc initium habuerunt querimoniæ, illic sint fine caturæ. Sed susque deque habeo. NIHIL enim aliud sunt improborum querelæ, quàm iustitiæ, à bonis contra illos administratæ, comprobatio. PRINCIPES, dum aliquid imperant, & magistratus, dum mandata exequuntur, nec vnius assis querelas omnium, à quibus incusantur æstimare debent: dummodò iustè dijudicata controuersia, & nemini iusticiæ prætextu facta sit iniuria. Tum in laudationibus gloriæ nostræ augendæ caussa, tum in vituperationibus, (opprobriisque) molestiæ exhibendæ gratia institutis, diligenter spectare viros prudentes decet, quis dicat; an verum dicat, & qua autoritate dicat.

Vt

Vt enim à BONO vituperari graue; sic ab improbo laudari probrosum est.

Ex quo lucem vitalem me aspicere fata (mihi infesta) voluerunt, nihil minus vtile reipublicæ, nullam maiorem hominum vanorum vanitatem, nullum perniciosius erronum inuentum, nullam frigidiorem mortalium recreationem vidi, quàm pantomimorum & ioculatorum spectacula. QVID enim cogitari potest monstrosius, quam leuissimi alicuius leuitatem ad dementandas multorum prudentum mentes sufficere? QVID magis ridiculum, quam omnibus persuasum esse, sannionis frigidi dicterium multorum prudentum risu esse comprobandum? Quid peioris exempli, quam in nobilium Romanorum ædibus fatuis portas semper patere, prudentibus semper claudi?

Quid crudelius, quàm Romæ Senatores & diuites plus histrioni aut scurræ, ob dictum paullò festiuius, quàm ministris pro opera nauata dare? Quod furtum indignius, quàm præsidiarios in Illyrico egere, & sanniones Romæ abundare? Quid vrbi contumeliosius, quam temporibus superioribus, maiores opes & monumenta reliquisse in Italia Pantomimos & histriones, scurras agendo & cantando (ac ludendo) parta, quàm multi sibi duces triumphis armisq; pepererunt? Vide ergo Lamberte, quid inter duces & scurras interfit? Dum hi leuitatis suæ semina spargentes, vrbem totam peruagabantur; illi fortunas suas impendentes, vitæ pericula subeuntes, cum gentibus pugnantes barbaris, &
654 *sanguinem profundentes proprium, regna diuersa peragrabant.*

*Cum in Hispania vlteriore bellum Celtiberi cum Gaditanis gererent; Celtiberis rei numariæ penuria tempore maximè necessario laborantibus, duo pantomimi polliciti sunt, se belli sumtus omnes in biennium suppeditaturos: Ita duorum fatuorum opibus multi prudentes victi sunt. Quando in Asia dominabantur Amazones, maximum † Dianæ templum condiderunt, & si historicis credimus, opibus vni tantùm pantomimo ereptis templum id. splendidissimum fuit extructum. Si Ægyptiorum nos historiæ non fallunt, Cadmus * Rex, qui Thebas centum portis insignes condidit, ad structuram tam stupendam non tantum ab amicis & clientibus cunctis, quantum à duobus pantomimis adiumenti accepit. Quando * Augustus Imperatorum optimus vrbis muros lateritios instaurauit, & marmoreos fecit, ad structuram tam sumtuosam & amplam plus ex duorum histrionum flumine submersorum hæreditate, quàm totius populi contributione accepit.*

Multo superbiores sunt, qui ista dicunt, quàm qui impune dicta audiunt. Sen. 3. ira. 23.

Multum postea pœnitebit fuisse irrisui, cùm ad sensum cœperit interitionis accedit. Arnob. lib. 2.

Qui rebus tam nullius precii operam nauat adeò diligentem, non potest magnis & præclaris vacare negotiis. Ælian. lib. 2.

Cupiens voluptatum vulgus est, & si eò Princeps trahat, lætum. Tacit. Annal. 14.

Igni stipulam addere, oleum camino, serpentem toxicare, nónne dementia est? Saresb. 1. 6.

Bien fol est, qui à fol demande sens. Adag.

Wer mit Narren zu ackern gehet/ der eget mit Gauchen zu. *Adag.*

Autor videtur luxuriæ alienæ, qui eam mauult sumtib. prosequi vel fauore, quàm persequi increpatione adhibita & sumtibus denegatis. Saresb. 8. 12.

Parasitorum cara adulatio diuitias concutit, & fundatam paternis auitisque opibus domum exhaurit. Fab.

Leuissimorum hominum patrimonia in res superuacuas prodiguntur. Lact. 6. 11.

Pompeij theatrum Demetrij liberti sumtu conditum. Dio, lib. 39.

Μισῶ πλοῦτον ἄλογον, πολλάκων τροφόν. *Parmen. Epigr. Græc lib. 1.*

Ab sano principio res in hanc vix opulentis regnis tolerabilem insaniam venit. Liu. 1. 7.

χρήματα τὰ πόνων παραγίνεται, ἐκ ἀλεγίζω, μισέω πε πίλας χρύσους ὁ πόρνοφίλας. *Epigr. lib. 1.*

Quod non dant proceres, dabit histrio. Iuuenal. 7.

De Æsopo tragico videatur. Plin. 9. 35. & 10 51. Val. Max. 9. 1.

Lucri bonus est odor ex re qualibet. Iuuenal. 14.

† *Templum Ephesiæ Dianæ 220. annis factum à tota Asia. Plin. 30. 14.*

Vide Brodæ, ad lib. 1. epigr. c. vlt.

Fortunæ munera ad improbissimum quõque vberiora perueniunt. Boët. L. cons. 6.

A Rhodope meretricula pyramis facta Plin. 36. 12.

† *Cadmus Thebas Bœotiæ condidit.*

Videtur ad Amphionis fabulam respicere.

σῆς χρὸς ὁ Ἀμφίων ἄπονος χάρις, ἐπλετο πίλον δὲ πύργων ἐπθαμίτων τείχους ἐνκαθάρη. *Onesi. Epigram lib. 1.*

† *Aliter Suetonius narrat cap 28. De libertis Principum ditissimis Plin. 33. 10 & alij videantur.*

Vnde habeat, nemo quærit, sed oportet habere. Iuuenal 14.

Un ver qui cachè dans le bois se nourrist, & tant plus s'y nourrist, & plus il le pourrist. Ronsard. 7. 98.

Corin-

Exultat animus maximorum virorum memoriam percurrens, Val. Max. 4.3.

Val più vna oncia di sorte, che vna libra di sennio. adag.

Miro modo demonstrauit, pristinum quæstum suæ fortunæ; præsens verò dignitatis incrementum moribus suis imputari debere. Val. Max. 6.10.

Un Roy pour estre grand ne doit rien ignorer. Ronsard. 9.25.

Chi fa quel che non deè; gl' intra vien quel che non crede. adag.

Pauca salutantis verba sunt; sed vota prolixa. Sym. 7. 129.

γείτων νόῳ φιλήσας ἀτενεῖ, γείτονι χεῖρα πάντων ἐπάξιον. *Pindar. Nem. 7.*

Quicquid bene meritis honestatis accedit, id solutum magis videtur esse, quàm præstitum. Sym. 8.1.

Benignitatem per se gratam comitate adiuuat. Liu. lib. 9.

Non omnibus danda omnia; sed quæ accipientibus conueniant. Philo. de monarchia.

In adiectis mensura non quæritur. Sym. 8.26.

La deuotion facit valoir le present, & comme s' il fast d' or, le fait riche & pesant. Ronsard. 7.96.

In hac vita quàm diu durat, compara tibi iliam, quæ semper durat, Bern.

οἱ θεοὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιστήμονες, οὓς ἐὰν θεὸς πολίσῃ πιώνται θεῖον ἀπειλλάττουσι δ' ζῶ. *Plat. Axioch.*

Ni faueur, ny liens, noble sang, ny parens, tant soyent grands, n' ont puissance de faire tous eusemble à la Mort resistance. Ronsard. 10.66.

Eis, qui pietatem exercent, quique parentes reuerenter colunt, etiam natura inimici non possunt non æquos & placatos se præbere. Ælian. lib. 3.

Herodot. lib. 1. Plut. in Solon. Cic. Tuscul. 1. Val. Max. 1.4. Plato. Axioch.

Religione vita constat. Plin. 2.98.

Nefas est purum ab impuro contingi. Plut. Consolat. ad Apollon.

L' esperance en dieu est certaine, & tutte aultre vaine. Adag.

Minus est, immundum per templa transire, quam sacerdotibus scelesta verba confingere. Ioseph. App. 2.

Corinthi cùm agerem, sepulcri vidi per antiquum, quo primus Corinthiorum Rex conditus dicebatur; quem historici alij palæstritam alij cauponem, alij ioculatorem fuisse aiunt. Sed quicquid sanè fuerit, ab artificio certè ludicro, ad parandum serio regnum venit. Vide ergo, quam parum (de nobis) soliciti dij, quàm varii fortunæ casus, & quàm PARVI huius vitæ bona sint æstimanda; cum æquè celebres euaserint, qui fatui, & qui cordati fuerunt. Vnum dun taxat in histrionibus mihi placuit, quòd præsentes cunctis falsè dictis risum mouent; discedentes verò singulos mœstos, propter substantiam pecunias q; ablatas, relinquunt; profectò iustissimo sit deorum iudicio, vt qui vanam vnà præcepêre voluptatem, iacturam mox se inuicti deplorent.

Nihil nunc addam præterea. Vsus autem sum in hac epistola Græco sermone, vt omnibus insulæ incolis legi possit. Naues quam primum dimittes; Necesse enim est, vt frumentum in Illyricum (ad milites) deportent. Tibi pacem Lamberte, mihi sanitatem ac fortunam benignam precor Salutat te Senatus, & prorogati in alterum annum imperii diploma mittit. Calendis Ianuariis feliciter nobis pro more precaberis. Salutat te Faustina & filiæ tuæ Zonam mittit magni precii. Pro remuneratione officiorum duo tibi monilia preciosa, duos q; equos celeres, & chirographum e rogatorium, quater mille H.S. mitto. Marcus Cœlimontanus m.p s.

CAPVT LI.

Meminisse Principes & megistanes oportere, se mortales esse; neque propter multas, quibus circumfluant in vita, delicias cogitationem, quid post mortem futuri sint, omnino deponendam. Inserit autem sententias autor memorabiles de non timenda morte. 647

CLeobis & Biton fœminæ celebris filii, quæ Iunonis sacerdos erat; Cùm diuæ dies festus (apud Argiuos) instaret; currum pararunt, quo ad fanum mater sacerdos veheretur. Habebant enim in more Græci, vt ad solennia & statuta sacrificia, vel lecticis gestarentur, vel curribus veherentur sacerdotes. TAM religiosè enim templa sua venerabantur, tanti sacrificia sua æstimabant, tanto sacerdotes honore dignabantur; vt si pede sacerdos humum tetigisset, nequaquam eo die sacrificia illum offerre paterentur.

Cùm

Cùm autem curru sacerdos vnà cum filijs Cleobi & Bitone veheretur; subitò iumenta curru iuncta conciderunt exanimata, cum à fano Iunonis circiter X. † abessent milliaria.

Cùm ergo iumenta extincta, & matrem pedibus ire nefas esse, currumq́; consistere, nec alia iumenta præstò esse conspicerent; filij, quod probos filios decebat, iugum subire, & loris sese cingere, currumq́; iumentorum instar ducere & pertrahere statuerunt. Atque ita euenit, vt quemadmodum nouem à matre menses in vtero gestati fuerant, ita decem milliaria & ipsam, & currum traxerint. Cum autem plurimi ex diuersis regionibus ad sacrificium Iunonis solenne proficiscerentur, & Cleobin ac Bitonem currui iunctos viderent, matrem suam in fanum vehere; admiratione commoti, iuuenes illos singularia mereri præmia dictitabant; nec sanè iniuria, cum ea reuera mererentur. Tanti enim æstimandum est exemplum, quod præbuerunt, vt patri quisq́; suo reuerentiam eandem exhibeat, quam illi matri ad eum modum curru vectæ præstiterunt.

Peracto autem sacrificio, cum ignoraret mater (gaudio perfusa,) quam mercedem filijs pro opera tam laudata persolueret; lacrymans Iunonem precata est, vt à dijs cæteris socijs suis impetraret, vt quod amicis optimum dare solerent, id filijs suis dare (pro pietate) dignarentur. Cui cum respondisset diua; & se preces illius gratas ratasq́; habere; & deos cæteros votis ipsius annuere; præmium, quod pro tam eximia pietate Cleobis & Biton receperunt, tale fuit, quòd cùm (epulati cum matre) sani somno se dedissent; manè inuenti sunt mortui.

Cùm autem mater filiorum mortem grauiter lugeret, & deos incusaret; ita ipsam Iuno compellauit: Quòd lamentaris, iniustè facis. Dedimus enim tibi, quod petiisti; & petiisti, quod tibi dedimus. Ego dea sum, tu mea sacerdos es: ideoque filijs tuis dij dedêre, quod habent præstantissi-
656 *mum, mortem scilicet. MAXIMVM enim vltionis genus, quo inimicos nostros afficimus; illud est, vt eos diu viuere sinamus: At optimum, quod amicis nostris reseruamus, hoc est, vt eos citò faciamus mori. Autor est huius historiæ Dicæarchus in politicis, & Cicero in 1. Tusc. quæstion.*

Delphis, vbi Apollo oracula reddebat, templum fuit sumtuosissimum; quod temporis longinquitate labefactatum ruinam, quod structuræ solent ingentes, nisi subinde instaurentur, minabatur. Si enim muri, turres, arces & domus arduæ loquendi facultate prædita essent; & ipsa quererentur, quòd non instaurentur, quemadmodum senes,

Maximum antiquis studium non solùm obseruandæ, sed etiam amplificandæ religionis fuit. Val. Max. 11.

† 45. *stadia Herodot.* 1.

Sacerdos à filiis aduecta in fanum,

Natura charitatem parentum liberorum pectoribus infundit. Val. Max. 5. 4.

Δημιουργὸς ἀρετῆς ἁπάσης, ἡ ἀγάπη. *Chrys. Stob.* 923.

Diligere parentes prima naturæ lex est. Idem. 5. 4.

Non obliuiscamur reuerentiæ, quæ parentibus debetur, Fab. 11. cap. 1.

Irreligiosum sacerdotes publicos pedibus ire, ferrique se ac suos in vehiculo conspici. Liu. lib. 5.

ἀρχὴ ἀρίστη, πάντων μὲν ὁ θεὸς ἀρετῶν δὲ, εὐσέβεια. *Arist. Stob.* 916.

υἱὸν χρὴ τοῦ πατρὸς πάντα ὑπακούειν, μηδέποτε ψέξαι πρός τινα, μηδὲ βλαβερὸν τί αὐτῷ εἰπεῖν ἢ πρᾶξαι. *Arr.* 2. 10.

Præmium illis maximum precaturi.

Eò certius præmium pietas; quò miserius experimentum habet. Val. Max. 5. 4.

Vberior est gratia, quàm petitio. Ambr. Luc. 23.

ὁδὸς εἰς αὐλὴν ζηνὸς, ἐπαθλον ἔφυ. *Paul. Epigram. lib.* 4.

Tout ξα bas est douteux:

La seale heure derniere Parfait nostre bon heur ou bien nostre misere. Ronsard. 8. 212.

Mortem amborum lugere prohibetur.

Placeat homini, quod Placuit Deo. Sen. epist. 24.

οἱ θεοὶ τῶν ἀνθρωπείων ἐπιστήμονες, οὓς ἂν περὶ πλείστου ποιοῦνται, θᾶττον ἀπαλλάττουσι τοῦ ζῆν. *Plat. Axioch.*

θανεῖν ἄριστόν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως, τὸ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖσσον, ἢ τὸ ζῆν κακῶς. *Sophocl. Stob.* 889.

Nisi carenti doloribus morbisque vita ipsa pœna est Plin 28. præf.

A casu describe diem, non solis ab ortu. Tobi.

Templa saxea, marmorea, ferro plumboque consolidata tamen cadunt, & homo se nunquam putat moriturum! August. de temp. serm. 113.

Par sumtus est semel solida collocare & sæpe integrare cadentia. Sym. 6. 76. Vid. l. 1. c. 41. fol. 176.

τὰ ἀνθρώπινα πράγματα ὅσον ἂν ἐπαρθῇ καὶ λάμψῃ. τοσοῦτον μείζονα τὴν πτῶσιν ἐργάζεται. *Chrysost. orat. de Principatu.*

quod parum delicatè tractentur, conqueruntur. Porrò Trophonius & Agamedes, sapientia & opulentia inter Græcos celeberrimi, ad templum profecti Apollinis, de integro illud, non sine maximo suo labore, fortunarumq; impensa exædificarunt.

Absoluto autem opere, cum Apollo & operam sibi nauatam grauissimam esse respondisset, & potestatem fecisset, mercedem aliquam laboris petendi, quæ ipsis promtissimè tribuenda esset: DEORVM enim esse, obsequia pauca plurimis remunerari beneficijs: Trophonius & Agamedes Apollini responderunt, non aliud se voluntatis, laboris, impensæq; præmium petere, nisi vt daret, quod homini optimum posset dari, quodq; homini foret optimum. HOMINIBVS enim neq; ad declinandum malum vires, neque ad eligendum bonum prudentiam inesse. Quibus cum ostendisset Apollo, se & officium sibi præstitum remuneraturum, & quod petijssent, concessurum; † tertio, postquam hæc gesta erant, die, cùm Trophonius & Agamedes epulati hilariter essent, subitò ad fores templi ambo conciderunt exanimes. Ita PRÆMIVM laboris fuit, à labore illos liberare.

Hæc duo exempla volui referre, vt mortales vniuersi perspiciant, NIHIL esse tam bonum in vita, quàm cùm desinit vita, quam relinquere si minùs fortè iucundum; at vtilissimum certè est. Quis enim non maximæ viatorem accusaret imprudentiæ, si in via, dum (largiter) sudaret, cantans incederet; & peracto, mox itinere illacrymaret? An non demens est, qui nauigat, quem ad portum appulisse piget? An non stolidus est, qui commisso prælio victoria se potitum ingemiscit? An non vanissimus, qui in præcipitio positus succursum sibi dolet? Atqui longè imprudentior, dementior stolidior vaniorq; est, qui cùm ad mortem iter faciat, in mortem se incidere dolet. Est enim MORS verum perfugium, perfecta sanitas, portus securus, victoria integra, caro sine osse, piscis sine spina, frumentum sine paleis; vt vno verbo dicam; POST mortem nec quod fleamus, nec quod expetamus, habemus.

Adriani æuo, cum matrona quædam præstantissima 657
*Imperatoris consanguinea, fuisset mortua. Secundus Philosophus orationem habuit funebrem, in qua multa mala de vita; plurima bona de morte dixit; cumq; interrogaretur ab Imperatore, quidnam mors esset: MORS, inquit, est somnus æternus, dissolutio corporum, diuitum pauor, pauperum desiderium, ineuitabilis euentus, incerta peregrinatio latro hominis, somni † mater; * vmbra vitæ, discessio viuorum, societas defunctorum, omnium resolutio, labo-*

χρόνος δ' ἀμαυροῖ πάντα, κ' εἰς λήθην ἄγει. *Eur. Stob. 901.*

πάντα ὅσα ὁρᾷς, τάχιστα φθαρήσεται, καὶ οἱ φθείρομενα αὐτὰ εἰδόντες, τάχιστα καὶ αὐτοὶ φθαρήσονται. *Aurel. Imp. lib. 9.*

Delphi commune humani generis oraculum, vmbilicus orbis terrarum. Liu. lib 48.

Semper plus Dominus tribuit, quàm rogatur. Ambr. Luc. 23.

εὐξάμενοι τὸν κράτιστον αὐτοῖς γενέσθαι, κοιμηθέντες οὐκέτ' ἀνέστησαν. *Plat. Axioch.*

Ex omnibus bonis, quę homini tribuit natura, nullum est tempestiua morte melius. Plin. 28. cap. 1.

Qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere aptissima possunt. Val. Max. 7 1.

† *Cic. Tuscul. 1. Septimo Plut. de consol.*

Nemo priùs felix, quàm moriatur, erit. Querulus.

Digna hora illa suprema est, quæ omnium annorum præcedentium impendio comparetur. Petrar. de rep opt admin.

Infelix, cui & accipere lucem prospere, & reddere placidè contigit. Val. Max. 2. 1.

ἡ ζῆν ἀπαλλαγὴ κακοῦ τινός ἐστιν εἰς ἀγαθὸν μεταβολή. *Plat. Axioch.*

Habitatio peregrinatione melior. Nazi. orat. 28.

Quien canta, sus malos espanta. Adag.

Quis non peregrè constitutus properet in patriam regredi? Cyp. Ser. 4.

Ea vitæ conditio est, vt mori plerunque etiam optimi portus sit. Plin. 25. 3.

Quod commune est omnibus, exceptum singulis esse non potest. Ambros. de fid. resurr.

Hominis tota vita nihil aliud, quàm ad mortem iter est. Sen. Polyb. 30.

κοινὸς πᾶσι λιμὴν ἀΐδης. *Leon. Epigram. lib. 3.*

ἔνθα ἄπονα πάντα καὶ ἀστέρακτα καὶ ἀγήρατα γαληνὸς δέ τις καὶ κακῶν ἄγονος βίος ἀσαλεύτῳ ἡσυχίᾳ εὐδιαζόμενος καὶ περιαθρῶν τὴν φύσιν. *Plato Axioch.*

κεφάλαιον πάντων τῶν κακῶν τῷ ἀνθρώπῳ οὐ θάνατός ἐστι, μᾶλλον δ' ὁ τοῦ θανάτου φόβος. *Arrian. lib. 3. extrem.*

Somno verè initiamur morti. Plut. consol. ad Apoll.

Mors ad requiem homini necessariam; lasso gratam perducit. Sen. epist. 30.

† *pater I imago G.* * *fuga. Vide dialogum Adriani & Epicteti.*

laborum finis, & cupiditatum vagarum clausula; in summa, MORS *improborum carnifex, & summum bonorum præmium est. Et rectè locutus est Philosophus, & minimè peccaret, qui dicta ab illo penitiùs inspiceret. Nam* SICVT *stillicidij lapsus lapidem cauat; ita* FIERI *non potest, quin mortis meditatio vitæ emendationem afferat.*

Seneca epistola (XXX.) refert Bassum Ausidium interrogantibus, quid mali mors haberet, cur tantopere ab hominibus formidaretur; Si quid incommodi, aut metus in eo negotio esset, morientis vicium esse, non mortis, † respondisse. In eandem sententiam & nos dicere possumus; SICVT *de harmonia surdus, de coloribus cæcus iudicare non potest; ita non posse eum, qui mortem nunquam gustauit, mali quicquam de morte affirmare.* EX *Vniuersis enim, qui mortui sunt, nemo de morte quæritur; & ex paucis, qui viuunt, omnes de vita quæruntur.*

Si ex defunctis reuiuiscerent aliqui, cum viuentibus colloquerentur, & quid mali occulti in morte esset, narrarent experti; mortem nobis terribilem videri æquum foret. At cur ob hominis, qui mortem nunquam vidit, audiuit, sensit, gustauit, in mortem maledicta, mortem exhorrescamus, (& odio habeamus?)

MALI aliquid perpetrarint in vita oportet, qui mortem metuunt & criminantur. IN ILLA *enim hora decretoria, in iudicio illo rigido, & boni cognoscuntur, & improbi deteguntur. Neminem è Principibus aut nobilibus, diuitibus aut egenis, sanis vel infirmis, felicibus aut afflictis, è viuentibus denique vniuersis video, quem suæ fortunæ non pœniteat, præter solos defunctos, qui in sepulcris pacati quietiq; agunt, non amplius auari, cupidi, superbi, pigri, vani, ambitiosi, vagabundi: Vnde* MORTVORVM *statum securissimum esse verò consentaneum est, quippe quo neminem non contentum videmus.*

658 *Cum egeni quærant, quo ditescant; mœsti, quo exhilarentur; ægroti, quo sanentur: cur qui mortem adeò formidant, non quærunt remedium aliquod, vt eam non timeant? Ego verò autor sim, vt Bene viuendo occupetur, qui mortem non vult timere.* VITA *enim innocens mortem reddit securam. Interrogatus à † Socrate Plato diuinus, quomodo in vita sese gessisset, & quomodo in morte sese esset gesturus; Scito, inquit, Socrates,* IN IVVENTVTE *operam me dedisse, vt benè viuerem; in senectute, vt bene morerer. Quare* CVM *& honesta vita fuerit, & mortem lætus expectem; nec vita mihi dolori est, nec mors timori erit. Conueniens profectò tali viro oratio.*

La morte è fin d' vna prigon oscura à gli animi gentili: a gli altri noia. C'hanno pesto nel fango ogni lor cura. Petr. trionf. mor. 2.

Mortem venientem nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illam diu composuerat. Sen. ep. 30.

ὡς ὁσημέ τὸν δρεπόμενον ἢ βίᾳ σε ὀφθαλμοῖς ἔχειν τὸν τελοῦντα. *Basil Stob* 876.

Gutta cauat lapidem. Ouid. 4. Pont. 10.

ὃν πᾶσι τοῖς λόγοις σε μεμνῆσθαι τὸ ἔχειν πάσας, ἢ εἰς τὸν αἰῶνα ἐχ ἁμαρτήσῃς. *Stra. cap. 7. v. vlt.*

Iustus mortem etsi cauet, tamen non pauet: quippe cuius mors vt præsentis exitus est vitæ, sic introitus melioris. Bernh. 105.

† *nec magis in ipsa quicquam esse molestiæ, quàm post ipsam.*

Quodque parum nouit, nemo docere potest. Ouid. Trist. 2.

Qui mortem metuit, videtur sibi scire, quod ignorat. Plut. Consol.

Suæ artis vnusquisque & autor & disputator optimus. Valer. Max. lib. 8. cap. 13.

Mortem metuere aliud nihil est, quàm falsò putare se sapere. Plut. consol. ad Apoll.

ἐδὲν γὰ θανάτε δεύτερόν ἐστι πικρόν. *Pallad. Epigr. lib. 1.*

Mortem horret non opinio, sed natura: accedit enim ex pœna, quam præcessit culpa. Aug. de verb apost. serm. 32.

Mori male times; & malè viuere non times! corrige malè viuere. Non potest malè mori, qui bene vixerit. Aug. de tẽp. ser. 239.

Nemo est, cui felicitas sua, etiamsi cursu venit, satisfaciat. Seti. epist. 115.

Summum homini bonum non nisi post mortem contingit. Cic. Tuscul. 1. Lact. 7. 10.

Οὓς τις ἐν πολλοῖς κακοῖς ζῇ, κατθανὼν κέρδος φέρει. *Soph.*

Οἰδ' ὀλωλότες ἐδὲν νοσοῦσιν, ἐδὲ κάκων τῶν κακῶ. *Eurip. Stob.* 882.

Mors ex præteritis vitæ actibus ponderanda est. Lactant. 7. 10.

Si tanta cura inest hominibus, vt perpetuos labores capiant, vt tardius moriantur: quanta cura agendum est, vt nunquam moriantur? Aug. de verb. Do. ser 39.

Solus vixit, quoad voluit, qui mori mauult. Fab. declam. 4.

Vltimam illam horam modò timere, vt non tunc timeatis: illam præcauere nunc, vt tunc securi esse possitis. August. ad frr. in ere. ser. 57.

† *à Platone Socrates.*

Nil subitum est semper migrare paratis. Alcim.

* *Plato.*

Tunc emigrandum ex vita, quando virtutes vigent. Ambr. Luc. 1.

Sapiens tam turpe putat mortem fugere, quàm ad mortem confugere. Sen. epist. 98.

Πονηρῶς βιοτῆς πονηρὸν ἔστι τὸ τέλος. *Chrys. Stob.* 877.

Eius est in morte timere, qui ad Christum nolit ire. Cyp. serm. 4.

Laboris est præsens tempus, futurum præmiorum. Nazi. orat. 23.

Præmium omnia expectant. Fab. 10. c. 7.

Præmium virtutis post mortem est. Lact. 7. 10.

Quis enim virtutem amplectitur ipsam, præmia si tollas? Iuu. 10.

Non potest vita æterna succedere, nisi hinc contigerit exire. Cypr. serm. 4.

Miser, chi mal' oprando si confida, Ch' ogn' horstar debita il maleficio occulto. Ariost. 6. 1.

Voluit nos Deus vitam nobis in vita comparare. Lact. 7. 4.

Εὐσεβὴς νόμῳ πεφυκὼς ἀ πάθοις γ' ἂν ἓν κακὸν κατθανὼν, εἶῶ τὸ πνεῦμα λιμένη καὶ ἐρανόν. *Epicharm. Clemen. lib. 4. Stromat.*

Qualis quisque hinc exierit suo nouissimo die, talis inuenietur in nouissimo seculi die, Aug. de verb. Dom. 21.

Inter leges ipsas delinquitur, inter iura peccatur: Innocentia nec illic, vbi defenditur, reseruatur. Cyprian. 2. epist. 2.

Ἐκαστος τῆς οἰκίας ἔργασίας ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἀνταποδόσεως τὰς καρπὰς ἐπιγνώσεται. *Naz. Stob.* 909.

Irremediabile periculum est, sic aliquem viciis & cupiditatibus frena laxare, vt se rationem Deo non meminerit redditurum. Aug. de temp. serm. 120.

O mors laudanda fortibus, expetenda miseris, non recusanda felicibus! Fab. decl. 4.

Compendium est male agentibus, si citò moriantur. Ambr. 2. Cor. 5.

Felicior, qui moritur antequam debeat, antequam velit. Fab. decl. 4.

Inopi quanto longior vita, tanto plus supplicii. Tacit. annal. 12.

Δάκοι καὶ μὴς ἀγαθὲς καὶ ἀπράγμονας ἀνδρας. τὸν δὲ κακὸν δεδιὼς δέξεται κἀδὲ θέλων. *Epigr. lib. 1. cap. 61.*

O mors semper imparata miseris, negata cupientibus! Fab. decl. 4.

πλείων χρόνος, ὃ δεῖ μ' ἀρέσαι τοῖς κάτω τὴν εὐθάδε. *Sophocl. Antigon.*

Τῶν εὐδαίμων τοῖς καλοῖς καγαθοῖς ἀμείνων τέρον ἐστ καλῶς ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν αἰσχρῶς. *Isocrat. paneg.*

Mors non vna venit; sed quæ rapit vltima, mors est. Sen. ep. 24.

Ἅμα πάντες εἰς ἕνα τὸν κατὰ γῆς ὅρμον ἀπερχόμεθα. *Pallud. Epigram. lib. 1.*

Non repentè in mortem incidimus, sed minutatim procedimus. Sen. epist. 24.

Prima, quæ vitam dedit hora, carpsit. Sen. Hercul. fur. 3.

Plurimum DOLENT *viri prudentes, cùm se laborasse animaduertunt, & neminem habent, qui sudoris mercedem soluat, cùm fideles sunt, & fidelitati ipsorum non est, qui respondeat; cum pro meritis plurimis ingrati sunt amici, cùm honore digni sunt, & nemo locum illis honoratum tribuit. ANIMI enim generosi & excelsi non dolent fructu se laboris sui priuari; sed laborem suum à nemine agnosci ægerrimè ferunt. O beatos, qui moriuntur, qui sine ista molestia ac dolore in suis singuli monumentis agunt! AD tribunal enim illud tam æquabilis administratur omnibus iustitia, vt quem locum in vita meriti sumus in eo post mortem collocemur. NVNQVAM iudex vllus fuit, est aut erit tam iustus, iusticiaq; seruans, vt præmia ad pondus, & pœnas ad mensuram statuat; sed nonnunquam innocentes puniuntur, & noxii absoluuntur; premuntur, qui crimine carent, culpæ participi venia datur. PARVM enim omninò litigatori prodest, iustitia abundare, si iudici desit conscientia. At in morte nihil huiusmodi fit; Sed persuasissimum sit vniuersis, QVI causſam habuerit iustam, de sententia bona securum fore.*

Catone illo Censorio Censuram Romæ gerente, ciuis quidam clarissimus defunctus, maximum in morte declarauit animi robur; cuius cum fortitudinem, & verba, quæ dixerat, laudarent ciues cæteri: Cato Censorius & dicta & laudes illas irrisit; deq; risus causſa interrogatus; Vos quidem, inquit, cur rideam, miramini; ego verò vos mirari rideo. CONSIDERATIS enim ærumnis ac periculis, cum quibus viuimus; & securitate ac quiete, cum qua morimur; maiore inquio fortitudine (ac robore) opus esse ad viuendum, quàm audacia ad moriendum. Autor est Plutarchus in apophthegmatis. Non possum autem negare, quin sapienter locutus sit Cato Censorius; quoniam nullo non die videmus VITAM homines virtute præstantes & verecundos in fame, frigore, siti, defatigatione, pauperie, ignominia, mœrore, inimicitiis, infortuniis agere; quorum omnium finem videre aliquo die satius foret, quàm singulis eadem horis perferre. MINVS enim mali mors honesta est, quàm vita ærumnosa: 659

Quam inconsiderati sunt homines, non nisi semel sibi moriendum esse cogitantes: cum verissimum sit, EO DIE quo nascimur, (& in lucem prodimus,) mortem inchoari, & extremo die nos mori definere. SI nihil aliud mors est, quàm vitæ exitus, & finis cuiusque rei: licet dicere, nostram & infantiam & pueritiam, & iuuentutem, & virilem ætatem mortuam esse, & senectutem, mori ac moriturum esse: Vnde efficitur singulis nos annis, mensibus, diebus

diebus, horis & momentis mori: atque ita DVM vitam nos agere securam arbitramur, mortem vbique comitem habemus. Non video, cur, tantopere mortem homines expauescant; cùm ex illo, quo primùm lucem viderunt, die, iter (quærendæ) mortis ingressi sint. NVLLI enim vnquam tempus ad moriendum defuit, nullus ab hac via aberrare potuit.

Seneca in † epistola quadam refert matoonam Romanam, quæ filium lugebat immatura morte extinctum, à Philosopho interrogatam, Cur filium deploraret! respondisse: Quòd tantùm XXV. annos vixisset, cum ipsa L illum viuere optasset, se lacrymari. ADEO quippe tenerè filios à matribus diligi, vt neque intuendo illos satientur, neq; illos deplorandi finem vllum faciant. Ei verò respondisse Philosophum; Dic mihi obsecro mulier, cur non incusas deos, quòd filium non multis antè annis voluêre nasci; vt quereris, quod non † L. annos alteros cum viuere permiserunt? Præmaturè mortuum lacrymaris, & tam serò natum non ploras? Crede mihi mulier, si alterum minimè lugendum censes; ne alterum quidem esse deplorandum. ABSQVE deorum enim nutu nec mortem accelerare, nec vitam prolongare possumus.

In eandem sententiam Plinius † epistola quadam loquitur, optimam legem, quam naturæ humanæ dij dederint, hanc esse, vt vitam nullus haberet perpetuam. Nam præ immoderato vitæ longæuæ desiderio, nunquam nos discedere ex hac miseria iuuaret.

Cùm duo Philophi apud Theodosium Magnum disputarent; & alter obstinatissimè asseueraret; bonum esse mortem sibi consciscere; alter item necessarium esse contenderet vitam odisse: interpellans Theodosius; Adeò, inquit, MODVM nullum odij atque amoris mortales tenemus, vt amandæ vitæ prætextu acerbam vitam reddamus. EA quippe
660 *conseruandæ vitæ gratia toleramus, vt satius interdum foret illam perdere. Ea porrò ait: Eò progressi sunt homines vaniamentiæ, vt moris etiam metu accelerare sibi mortem studeant. Quòd cùm perpendo, neque vitam nimis amandam, neq; * cum desperatione mortem quærendam censeo. VIROS enim fortes & magnanimos neque vitam, dum durauerit, odisse, neque mortem, cùm venerit, ægrè ferre decet. Hæc Theodosii sententia, teste in vita ipsius Paullo Diacono, fuit ab omnibus comprobata.*

Loquatur sanè quisq;, quod voluerit, & suadeant Philosophi, quod placuerit; ego pro mei ingenii tenuitate sic statuo; EVM solum mortem sine dolore suscepturum, qui ad susciendam illam longè ante se præparauit. OMNIS enim mors repentina, non solum gustanti amara; sed au-

A morte semper tantundem absumus. Sen. epist. 30.

ὀδὲν γὰρ βιότε πιστὸν ἐφημερίοις. *Anthol. Epigr. lib.* 3.

Quid est diu viuere, nisi diu torqueri? quid est aliud diu viuere, quàm malos dies diebus malis addere? Aug. de temp. ser. 113.

Nel mondo sua ventura ha ciascun dal di, che nasce. Petrar. Sonet. 263.

† *Vide Senecæ consol. ad Marc. cap.* 20. *epist.* 93. 99.

Citiùs mori, an tardiùs, nihil ad rem pertinet: Benè autem mori an malè; ad rem pertinet. Benè autem mori est effugere malè viuendi periculum. Idem. ep. 99.

ὧν τὰ βίω τὰ τρία μέρη ὅλον τὸ θεῶμά ἐστιν. *Aurel. Imp. lib* 12.

Æquiore animo filium in angulo fleuit, qui vidit acerba funera etiam ex regia duci. Sen. 3. ira. 25.

Mors filiorum quandoque fit disciplina parentum. Aug. de temp. serm. 204.

† XXV.

Quod habet introitum & vitæ incipientis exordium, necessariò sequitur, vt habere debeat & occasum. Arnob. lib. 2.

Tota vita hominis vnus est dies. Fab. declam. 4.

† *Histor. natural.* 7. 50.

Οὓς πὶς ὢν πολλοῖς κακοῖς ζῇ, πῶς οὐ δεῖ ἐκ κατθανὼν κέρδος φέρειν; *Sophocl. Antigon.*

De nullis melius mors merita, quàm ad quos venit; antequam inuocaretur. Sen. Marci 20.

Nihil nostra refert in hoc æuo, nisi de eo quàm celeriter excedere. Tert. apolog. 41.

Τί ζῆν καλεῖς ἄνθρωπε; σὰρξ ἂν μὴ καλέσῃς, ἥξει; *Bias Stob.* 878.

ἐκ τὸ βροτοῖς, ἀλλὰ τὸ ἐμφανῶς δοκεῖν μανῆναι. *Æschin Stob.* 881.

Quem nimia sui caritas ceperit; aliena deferit. Sax. lib. 2.

Naturalmente s' aita contra la morte ogni animal terreno. Petrar. 39.

Improba mors, quid non mortalia pectora cogis? Prudent. Hamartig.

* *Tædio vitæ.*

Non est virtus timere vitam. Sen. Thebaid 2.

Nihil turpius, quàm optare mortem. Sen. epist. 117.

Nemo eorum, qui mortem prouocant, excusabilis est: excusabiliores sunt qui imminentem abhorrent. Saresb. 5. 17.

Rebus in angustis facile est contemnere vitam; F.

Fortius ille facit, qui miser esse potest. Martial. 11. 56.

Qui id, quod vitari non potest, metuit, is viuere animo quieto nullo modo potest. Cic. Tusc. 2.

Si mortem possemus euadere, meritò mori timeremus. Cyp. 4 6.

πάντοθεν εἰς ὀφέρων εἰς ἀϊδῶ ὥσεμεν. *Lucil. Epigr. lib.* 1.

dienti quoque terribilis est. ITA viuere hominem oportere Lactantius (lib. 7. extrem) ait, ac si post horam vnam esset ei demigrandum. QVI enim mortem ob oculos habuerint, fieri non posse; vt vel cogitationibus malis locum dent. EIVSDEM mihi cum Apuleio videtur amentiæ, quod euitari non potest, fugere, & quod assequi nequeas, concupiscere; quæ propter eos dicuntur, qui mortis iter, vbi profectio necessaria est; reditus autem impossibilis, recusant.

Qui longum iter proficiscuntur, si quid deest, à comitibus mutuò petunt; si quid obliuiscuntur, ad diuersorium (petituri illud) redeunt, aut ad amicos saltem scribunt. Verùm proh dolor! VBI semel morimur, nec redire nobis dabitur, nec loqui poterimus, nec scribere; sed QVALES inueniemur, tales iudicabimur, & quod omnium terribilissimum, vno eodemq; die sententia & feretur, & executioni mandabitur.

Credant mihi Principes & megistanes, & QVOD in vita possunt agere, ad mortem vsq; ne differant; non in eo, quod mandarint; sed quod fecerint, spem ponant; non operibus alienis, sed proprijs confidant. PLVS enim vel vnicum suspirium, quam omnes in mundo amici, valebit. Itaq; omnes viros prudentes, imò & meipsum simul moneo, rogo, exhortor, vt ITA viuamus, vt in mortis hora nos viuere possimus dicere. NON possumus autem dicere, nos viuere, quando non viuimus. QVICQVID enim temporis inutiliter consumserimus, pro nullo reputabitur.

CAPVT LII.

De morte M. Aurelii Imp. & quam pauci sint amici, qui vera ægrotis audeant dicere: Vbi attingit autor, quam digni reprehensione sint, qui etiamnum valentes ad moriendum se præparant.



*CVM iam M. Aurelius Imp. tum annis, quos multos habebat, tum laboribus, quos maximos exhauserat, bellicis confectus senuisset; Imperij anno XIIX. ætatis * LXXII. ab vrbe condita † D.XLIV. bellum in Pannonia, quæ nunc Hungaria vocatur, gerens, & vrbem clarissimam * Vendobonam obsidens, paralysi subitò correptus fuit, cuius violentia & vitam ipse, & Principē Roma, vitæ ante omnes, quos vnquam habuit, integerrimum perdidit. Fuerunt inter Principes gentiles alij quoque ipsi potentia pares, opibus superiores, felicitate sapientiaque æquales: At vitæ integritate* 661

&

οὐκ ἔστι τὴν ἐνεστηκυῖαν ἡμέραν καλῶς βιῶναι, μὴ προθέμενον αὐτὴν ὡς ἐσχάτην βιῶσαι. *Muson.*

Stultum timere est, quod vitari non potest. Mim.

Μὴ ἀπαίτει τὸ ἀδύνατον. *Aur. Imp. li. 9.*

Summum nec metuas diem, nec optes. Martial. 10. 47.

Testudine nulla tutus erit, qui fata timet. Sax. lib. 6.

Semper discendum est, quod an sciamus, experiri non possumus. Sen. epist. 26.

Qualem te inuenit Deus, cum vocat, talem pariter & iudicat. Cypr. serm. 4.

Istam finiens quisque vitam, nisi quod meruit in ipsa, non poterit habere post ipsam. Aug. de verb. apost. serm. 32.

Nec in vltimis Dei clementia pœnitentes excludit: nec vlla hora sera est, cui compunctio districta occurrit. Cyprian. de pass. Chri.

El miedo es natural en el prudente y el saber lo vencer, es ser valiente. Arauc. 60

Non datur remedium satisfactionis, vbi iam non superest actio voluntatis. Leo ser. 5. in epiph.

Omni tempore Dei gratia recipit pœnitentes. Cyp. de cœn. Do.

Felices obeunt, quorum sine crimine vita est. Maximian.

ἀρξαίποτε αἴθρωπος εἶναι, ἕως ζῇς. *Aurel. Imp. lib.* 11.

Omne tempus quo de Deo non cogitas, te perdidisse computes. Bernh.

Quotidiè cogitemus, quales erimus in die iudicii, æterno Iudici rationem de libris conscientiæ reddituri, remotis omnibus probationibus. August. in epist. Ioan. sermon. 35.

Sic semper & vbique viuas, vt vltimam quamque lucem, tanquam non redituram consumas. Petron. 53.

Primus felicitatis gradus est, non delinquere; secundus delicta cognoscere: Illic currit innocentia integra & illibata, quæ seruet; hic succedit inedela, quæ sanet. Cyprian. lib. 1. epist 3.

Τὸ μανθάνειν ἥδιστον εὖ λέγοντος εἰ κέρδος, λέγει. *Sopho. Antigon.*

οὐ θρύον, οὐ μαλάχην ἄνουμός ποτε; τὰς δὲ μεγίστας ἡ δρύας ἢ πλατάνους οἶδε χαμαὶ κατάγειν. *Lucia Epigr. lib.* 1.

* 61. *Eutrop.* 59. *Victor.* † 936.

Felicissima vel lassitudo vel satietas est, virtute consenescere. Fab. declam 4.

* *Viennam Ortel. in ala Flauia.*

Ἄνανδρον ἀκλεῶς τὸ κατθανεῖν. *Eurip. Orest.*

Δυσάρεστον οἱ νοσοῦντες ἀπορίας ὕπο. *Eurip. Orest.*

Maximis viris exprobrare vicia sua verecundiæ est. Val. Max. 9. 3.

Ὁ φιλόδοξος ἀλλοτρίαν ἐνέργειαν ἴδιον ἀγαθὸν ὑπολαμβάνει. *Aurel. Imp. lib.* 6.

& sanctitate nullus cum ipso conferendus est. Nam si scrupulosissimè vita ipsius examinetur; MVLTA inueniuntur facta heroica, imitatu digna; pauca verò viciosa & reprehensionem merita.

Fuit autem hæc morbi ipsius occasio, quod cum vigilias cum tribunis circumiret; subito brachium alterum paralysis inuasit, vt deinceps neque vestem induere, neque gladium stringere, nedum hastam vibrare posset. Quare cum Imperator optimus curis non minus, quam annis oneratus esset; sæuiente indies magis hyeme, & magna aquarum niuiumque copia * *castra obruente; nouo morbo lethargo scilicet implicitus fuit; quæres barbarorum audaciam; suorum verò militum mœrorem vehementer auxit: Quippe, qui à singulis non aliter ac pater amabatur.*

Tentatis autem omnibus, quæ vel à medicis excogitari, vel in talibus tantis q3 Principibus adhiberi solent; nihil omninò ad salutem proficiebatur; q, & morbus per se grauissimus, & Imperator senio confectus, & cœlum ipsi graue, & tempus incommodum esset, & super omnia solicitudo tristitiaque accederet. INFINITIES enim grauior est ægritudo ex animi mœrore orta, quàm quæ ex tertiana aut quartana febri oritur; atque inde fit, quod Facilius curatur, qui humoribus abundat viciosis, quam qui profundis oneratur cogitationibus.

Cæterum cum ob morbi vehementiam lecto affixus Imperator omni administratione belli abstinere cogeretur, & ipsius equites ad impressionem faciendam castris exijssent; & Pannones similiter ad propulsandos illos prodijssent; tam acre inter vtros q3 certamen contractum est, vt plurimum
650 *vtring3 sanguinis effusum sit, & ob conflictum tam cruentum parum commodi Romani ex impressione facta; multò minus verò Pannones ex illius depulsione ceperint.*

Qua clade cognita Imperator, in primis quòd quinque tribuni desiderarentur, neque ipse propter valetudinem aduersam interesse potuisset; adeò consternatus animo repentè fuit, vt syncopen vitæ finem ipsi allaturam crederent vniuersi. Tres enim dies totidemq3 noctes ita iacuit, vt oculi lumen, aures alloquia refugerent; cum quidem æstus esset vehemens, inquietudo continua, angores perpetui, sitis insedabilis, cibus exiguus, somnus nullus, & super omnia vultus rigescerent, labra verò nigrescerent. Attolebat interdum oculos, nonnunquam manus complicabat; semper tacebat, assiduè ingemescebat, lingua tam turgida, vt nihil posset exspuere, oculis fletu (continuo) humentibus, vt miserabilis visu mors ipsius; at tristior aspectu domus ipsius confusio, & belli iactura esset.

Et si

Non debet mors eorum, quorum vita laudatur, silentio præteriri. Cic. partit. orat.

Inire, quos maximos adhuc nouimus, nemo est inuentus, in quo nihil aut desideretur, aut reprehendatur. Fab. 10. 2.

Frigidum paralysin facit, ac mortificat. Auicen. Rhodig. 15. 8.

Nihil magis magno Duci conuenit, quã pro omnibus cogitare. Macrob. 2. Sat. 7.

Dux præsens esse ne negligat, vbicunque sua præsentia opus fuerit. Chalcond lib. 1.

* *tentoria.*

Ὁ Κῦρος τὰς ὑφ' ἑαυτὸν, ὥσπερ ἑαυτὸν πειρώμενος ἔθεραπδυεν. οἵτε δὲ χάριμοι Κύρου ὡς πατρὸς εὐέδοντο. *Xenoph pædi.* 8.

Ægrum corpus quassari etiam leuibus solet offensis. Ammia. 14.

Dolor ac morbus lethi fabricator vterq; est. Lucret. lib. 3.

Iura minimè patiuntur euentus mortalitatis medicis imputari. Ic.

Difficile est abscondere pectoris æstus. Gall.

Fieri non potest, vt animo malè affecto, non corpus etiam vna laboret. Dio. lib. 38.

Corpus tantùm afficitur male; animus & afficitur male, & afficit. Plutarch.

Maiorem animi solicitudines miseriam, quàm voluptates corporis delectationem homini adferunt. Dio. lib 38.

Sine Imperio res militaris administrari, teneri exercitus, bellum geri non potest. Cic Philip. 5.

Πολὺ λώϊον ἀνδρὸς ἔργῳ ἐποίχονται, ὁππότ' ἐισορόωσιν ἄναχτας. *Coint.* 12. 337.

Vbi summus imperator non adest ad exercitum, citius; quod non facto est vbi; fit, quàm quod facto est opus. Plaut. Amphi. Bene vale.

Βασιλεῦσιν ἄμεινον; πεδνάμῳ ἐν πολέμῳ, ἢ χλίοσιν ἀμφιπολεύειν. *Coin.* 13. 269.

Τὸ λοιπὸν σῶμα ἄρχηδον τῆς κεφαλῆς οἰχομένης. *Polyæn.* 2. *Epam.* 15.

αἴθρας ἄρης κλείνει, δειλοτέρους δ' ἐνέσυσε. *Philip. epigr. lib.* 3.

Grauior est quies, quibus ex lassitudine calamitatum venit. Fab. declam. 2.

ὦ ἡσυχία τοῦ σώματος παιδικῆς καὶ ἀνάλωτος ψυχῆς γιγομένη τῷ κακῷ κυμαίνεις. *Tati lib.* 1.

Vrgent præsagia mille funeris, & nigræ præcedunt nubila mortis. Stat. 9. Theb. Celsi. 2. 4. & 6.

Si volio hor sù questo, hor sù quei fianco, nè può dormir su'l destro, nè su'l manco. Arioss. 33 59.

Omnibus mortalibus maior venit de languore reuerentia. Fab. decl. 8.

Vti corporis vulnere, ita exercitus incommoda sunt tegenda, ne spem aduersariis augeamus. Cæsar. bell. ciuil. 2.

Aßidet lectulo inefficax sedulitas. Fab. declam. 6

Illum nostræ vitæ temporib. fulcire cuperemus, vt de nostris annis viueret, qui fungi non potuit suis. Ambros. fun. Valent.

φόβος γλώττης ἐστὶ δεσμός. Tati lib. 2

Segniter deserere solet animus, quidquid solido fuerit amore complexus Saxo. l. 2.

Permittantur pia corda carorum de suorum mortibus contristari dolore sanabili & consolabiles lacrymas fundant. Augustin. de verb. Apost. serm. 32.

Cùm cari, quos diligimus, de seculo exeunt; gaudendum potius, quàm dolendum. Cypr. serm. 4.

Δυσχερὲς ψαύειν νοσοῦντος ἀνδρός. Eurip. Orest.

Veri consilij periculosa libertas Curt. l. 6.

Ἡ παῤῥησία μέγιστον ἐστὶ σημεῖον τῆς εὐνοίας τοῖς φίλοις. Isocr. epist. 4.

Inimici veritatis, inimici Dei, Oros. 4. 6.

Nihil veritas erubescit, nisi solummodo abscondi. Tert. apol. 45.

Præteruolat ætas; viuimus & morimur oculi trepidantis in ictu. Petr. epist. lib. 2.

Cùm innumerabilia sint mortis signa, salutis securitatisq; nulla sunt. Plin. 7. ca. 51.

Medicis non credo sperantib. Fab. decl. 8.

Omnia homini, dum viuit speranda sunt. Sen. epist. 70.

Ægroto dum anima est, spes esse dicitur. Cic. Att. Erasm. Chil. 2. cent. 4. Prou. 12.

Quo vsque miserum cruciatis? cur inuidetis bonam mortem, cui dare vitam non potestis? Plin. 2. ep. 20.

Confusi caligine nequitiæ in id cadunt, vt minus videndo plus videant, cùm id quod est, ita vt est, videre non possint. Oros. 4. 6.

Τί χθόνιτ' ἄν ἔλαβε μεῖζον, ἢ φίλου νοσοῦντος; Sophocl. Anti.

Stulta dissimulatione remedia potiùs malorũ, quàm mala differuntur. Tac. hist. 3.

Ἁπλῶ λόγῳ δίκαιον ἐστὶ τοῖς φίλοις ὀιγλὸν εἶμαι. Æschyl. Prometh. vinc.

Miser est Imp. apud quem vera reticentur. Capitolin Gordian. 3.

Ψυχῆς δεῖν ἐστὶ πικρότερον Eur. St. 880.

Nemo volentes surgere sua circumuentione præcipitet. Cyp. l. 8.

οὐκ ἂν πειαίμην δείνος λόγοις βροτῶν, ὅς ἂς κενεῦσιν ἐλπίσιν ἐγκαμὼν ἕλῃ). Soph. Aiac.

Sæpe calamitatis solatium est, nosse sortem suam. Curt. lib. 4.

Diabolus mentitur, vt fallat; blanditur, vt noceat; bona promittit, vt malum tribuat; vitam pollicetur, vt perimat. Cypr. l. ep. 8.

Hostis homines arbitretis, qui plus amicis consilio nocent, quàm inimicis odio obesse potuissent? Sym. 2. 55.

Κρεῖσσον νοσεῖν ἢ ἐγκαπόδην. τὰ μὲν ἐστὶν ἁπλᾶ, τὸ δὲ συνάπτει λύπης φρενῶν χρόνιόν τε πόν. Eurip. Hippol.

Omnis dies, omnis hora, quàm nihil simus, ostendit. Sen. epist. 101.

Etsi autem plurimi omnia ista præsentes intuebantur tribuni strenui, ciues honorati, officiarii fideles, amici vetusti: Tamen eorum nullus Imperatorem alloqui audebat, partim, quòd tam sapientem eum existimabant, vt nullo indigeret consilio; partim quod mœrore superati comploran-do tempus omne conterebant. VERI enim & dulces amici priùs, quàm moriantur, complorari merentur. COMMISERATIONE singulari dignissimi sunt, qui moriuntur, non tam quòd eos mori videmus; quam quod nemo est, qui quid faciendum ipsis sit, moneat. Inprimis verò Principes & megistanes morituri maiore, quam plebeiorum vllus in discrimine versantur. OFFICIARIVS enim intimus qui domino suo dicere non audet in propinquo mortem esse; multò minùs quomodo moriendum, & quæ deonerandæ conscientiæ gratia facienda sint, monebit.

Multi ægrotos interuisunt, qui vtinam nunquam eos visitandi gratia adirent! Etsi enim OCVLOS ægroti concauos, carnes macras, brachia sine pulsu, bilem inflammatam, febrim continuam, angorem vehementem, animi deliquia crebra, liguam turgidam, virtutem consumtam videant: Tamen, licet adeò ruinosa domus sit; bene sperare ægrotum iubent, quod multa etiamnum vitæ signa adsint. Cùm IVNIORIBVS natura vitæ amor insit, & senioribus omnibus mori acerbum sit; etiamsi ad vltimum iam ventum sit; nullum tamen abnuunt medicamentum, neque eos vitæ spei qualiscunque pœnitet: Vnde fit, vt infelices nonnunquam nec edita peccatorum confessione, nec mandata damnorum, aliis datorum, restitutione, moriantur.

O si scirent, quantum mali admittant, qui ista faciunt! Nam SI QVIS fortunas mihi eripiat, me ipsum persequatur, meæ famæ labem aspergat, meam domum euertat, familiam offendat, cognatos lædat, vitam criminetur; hæc quidem inimici infesti opera sunt: at ANIMÆ interitus causſam præbere, hoc vero dæmonis stygii opus est. Profectò DÆMON nequam, aut dæmone nequior est, qui 663
ægrotum decipit, cui cum adiutor esse bene moriendi debeat, vitæ spe adulari conatur: quo in agone, qui illa dicit, parum lucratur; at qui credit, multum in aleam mittit. MORITVROS enim ex conscientiæ præscripto munere, quam oratione reuerentiæ plena lactare (& falsa spe producere) satius est.

OMNIBVS in rebus parum erga amicos verecundi in vita sumus; & in morte demum verecundiam erga illos affectamus; quod profectò fieri non decet. Nam si ex præteritis nulli fuissent mortui, & de præsentibus non conspi-

ceremus

ceremus aliquos mori quotidie; pudendum videretur, atque etiam horrendum dicere ægroto; ipsi soli esse moriendum. Sed cùm ex æquo & tu & ille sciatis, quòd OMNES vna manet nox, Et calcandi semel via lethi; *cur dicere amico, ad exitum eum iam peruenisse, verearis? Si reuiuiscerent hodie mortui; ah quàm acerbè de amicis, solummodò quod nulla accepissent ab ipsis consilia in morte, quererentur? Etenim si ægrotus amicus meus est; an morietur, si dicam, vt ad bene moriendum se præparet? Nihil verò minus. Imò testatur experientia,* QVI *ad mortem optimè præparati erant, eos euadere; & qui sunt imparati, mori.*

QVI ægrotos visitatum veniunt, quid damni faciunt, si consulant & persuadeant eis, vt testamenta faciant, peccata confiteautur, conscientiam deonerent, sacramenta accipiant, cum inimicis reconcilientur? Hæc profectò omnia neq; ad viuendum impedimenti quicquam afferunt, neque ad bene moriendum fores claudunt (aut obicem ponunt.) Quæ ergo cæcitas tam cæca, vel ignorantia tam crassa esse potest, quàm si verearis & erubescas suadere, vt ea faciant ægroti, ad quæ facienda, dum rectè valent, adstringuntur?

Cæterum hac in parte, quemadmodum supra dicebamus, magis decipiuntur & viuentes, & morientes Principes & magnates. Cùm enim familiares & ministri illibenter ipsos contristent; non audent periculi magnitudinem exponere. Eiusmodi quippe MINISTRI *& familiares dummodo in testamento aliquid ipsis legetur; bene an malè patronus moriatur, susq; deq; habent. O quàm miserum est aspicere morientem Principem, dynastam, nobilem diuitem; si nullum penes se amicum fidelem, in superando transitu illo (difficillimo) adiutorem habeat! Nec temere amicum fidelem esse oportere aio. Nam* QVI *in vita fortunarum nostrarum participes sint, multi; at qui in morte conscientiæ nostræ curam gerant, paucissimi sunt.*

664 *VIROS prudentes & sapientes, antequam natura inuitos ad moriendum cogat, voluntariò decet mori; hoc est, antequam vltimæ necessitatis præscripta accedant, res ad conscientiam pertinentes ordinare. Nam si amentem putamus, qui mare sine naui transire vult: profectò minimè cordatum existimabimus, qui mortem planè imparatus adit. Quid perdit vir cordatus, facto testamento? Quod existimationis detrimentum patitur, qui antequam moriatur, cum inimicis & ijs, in quos maleuolo fuit animo, reconciliatur? Quid autoritati illius decedit, qui in vita restituit, quod iuberi debet, vt in morte restituat? Quanam*

Sana ratio vitam diligere, mortem non timere præcipit. Val.Max. 9.13.

Non est vllum maius solatium, mortis quàm ipsa mortalitas. Sen.6.nat.quæst.2.

Horat.1.od.28.

ἀποθνήσκοντας ὁρῶ τοὺς πεπλεῖστα πεπαμένους τὸ ζῆν, τοὺς ζῶντας, ὅσοι τοῦ ζῆν ἀπεγνώκεισαν. *Synes. ep.* 113.

Mors necessitatem habet æquam & inuictam. Sen. epist.30.

Quæ ex vsu sunt, non timentur. Veget. 3. 10.

Leuat omnes cruciatus, omnem dolorem, præparata mentem composuisse patientiâ. Fab.declam.11.

Si mortem timere nolumus, semper parati esse debemus. Aug.de temp.44.

Vidimus frequenter ad vitam post conclamata suprema redeuntes. Fab. decl.8.

In omnibus negotiis prius quàm aggrediare adhibenda, est præparatio diligens. Cic.offic.1.

Cur dubium expectat, CRAS hodierna salus? Prosper sent. 74.

Quomodo potest medicus vulnus sanare, quod ægrotus erubescit. Aug. serm. 66. de temp.

Citò ad sanitatem medela subueniente producitur, quod videtur. Cypr.serm.2.

Pleroſque cùm nihil refert, pudet; vbi pudendum est, ibi eos deserit pudor. Plaut. Epidic. 3.

Pœnitentia quæ à moriente tantùm petitur, timeo ne ipsa moriatur. Auguſt. de temp. serm.47.

In quantum odio flagrat veritas, in tantum, qui eam ex fide præstat, offendit, Tert. apolog. 45.

Securus non exit, qui male securus vixit. Bernh.

Infirmis animis hostis est securitas. Sen. Rhodig. 11.

Vt cuique homini res parata est, firmi amici sunt; si res labat, itidem amici collabascunt. Plaut.Stich.Ita me Di.

τοῖς πολλοῖς βροτῶν ἀπιστος ἐσθ' ἑταιρίας λιμήν. *Sophocl.Aiac.*

Alienus à fide est, qui ad agendam pœnitentiam tempora senectutis expectat. Metuendum n. ne dum sperat misericordiam, incidat in iudicium. Greg.in Moral.

ἐλπὶς ἀεὶ βιότου κλέπτει νόον, ἡ πνεμάτων δὲ ἠὼς τοὺς πολλοὺς ἔφθασεν ἀχολίας. *Polian. Epigr.lib.1.*

Si fragilitatem mortalitatis incertosque velimus æstimare casus; tantundem periculi habet omnis æger. Fab. decl. 8.

Illic capitur tota intentio mentis, vbi est vis doloris. Aug.ad frr.in erem.48.

Pessima est consuetudo despicere veritatem. Cassio.3.3.

Qui de futuro seculo non cogitat, nec propterea Christianus est, vt id quod in fine Deus promittit accipiat, nondum Christianus est. Auguſt.serm.96. de temp.

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Horat. 1. epistol. 4.

Latet vltimus dies, vt obseruentur omnes dies. Aug. de disciplin. Christ.

Aristotelem pœnitebat, quòd vnum diem intestatus mansisset. Stob. 957.

Fac testamentum, dum sanus, dum sapiẽs, dum tuus es. Nam si expectaueris infirmitatem, minis vel blandimentis duceris, quò tu non vis. Aug. ad fr. in Erem. serm. 48.

Si pœnitet; haud nocet error. Prudent. Psychom.

Fidelis bene viuens, securus hinc exit. Aug. hom. 41.

Bona vita sequens vitæ delicta prioris emendat. Victor.

Sic ordinandus est dies omnis, tanquam cogat agmen. Sen. epist. 12.

Omnis homo cum casu suo ambulat. Aug. de temp. 144.

Plin. 7. 53.

Stulti, qui in tali statu viuunt, in quo mori non auderent. Augustin. discip. de temp. 210.

συγγνωσθήσεται ὁ μελαγχολῶν ἐφ' οἷς ἤμελεν, ἀδύνατον. *Dionys. Stob.* 960.

Citò ad sanitatem vulnus reducitur, quod putrescere longa abusione non finitur. Aug. serm. 11. de temp.

Pulcra res est consummare vitam ante mortem. Sen. ep. 32.

τῷ ἐνθανοῦντι ἐγκλῶσι τὸ ψυχάριον ἀπὸ τῆ σώματος ἐξιλεῶται. *Aurel. Imp. lib.* 10.

ἕτω πειρῶ ζῆν ὡς κῆ ὀλίγον, κῆ πολλὼ χρόνον βιωτέον. *Democr. Stob.* 35.

Che altro, ch' vn suspir breue è la morte? Petrar. trionf. 3.

Pari in vicio sunt promtitudo ad vicium, & procrastinatio ad virtutem. Nazian. orat. 40.

Qui propria iudici non tacuerit flagitia, damnatur; qui eadem Deo confessus fuerit, absoluitur. Sid. 4. 14.

ἕδεις δυνάμενον τὸν θάνατον τῷ φοβεῖσθαι ἀποφυγεῖν. *Arr.* 1. 27.

† *Citius & sensum amittant & spiritum emittant, quam illud asseratur.*

κρεῖττον ἐν τῇ ἐρημίᾳ αἰτήσεται, ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ. *Xen. Memorab.* 3.

Non dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit esse moriturum. Cyprian. 4. ep. 4.

Si vis agere pœnitentiam tunc, quando peccare non potes; peccata te dimiserunt, non tu illa. Aug. hom. 41.

Miserum est, cùm nundinæ effluxerint, negotiationem quærere. Nazian. orat. 40.

re prudentiorem sese quisquam demonstrare potest, quàm si sponte sua sese ijs exoneret, quæ post iure repetentur? QVOT Principes & magnates, quia vnum diem faciendo testamento impendere noluerunt, fecere, vt filij & hæredes vitam omnem in litibus transigerent; atq; ita satis se ad tuendam vitam filijs relicturos cogitantes, quod procuratoribus & aduocatis daretur, reliquerunt.

QVICVNQVE verus & non simulatus Christianus est, ita opes suas ordinare vitamq; corrigere singulis diebus manè debet, ac si ad vesperam victurus non sit; & in tali statu noctem excipere, ac si diem posterum visurus non sit. Nam vt verum loquamur, AD VITAM conseruandam infinitis opus est laboribus; à morte vt supplantemur, vnicum sufficit offensaculum. Si qua meis verbis fides est, NEMINI ego suaserim, vt in eo vitæ genere ausit viuere in quo, vel si totus mundus lucrandus esset, mori nollet. Diuites iuxta ac pauperes, primi & imi, nobiles & plebeii, mortem se timere aiunt & iurant vniuersi, quos ego moneo, & per IESVM CHRISTVM crucifixum obsecro, vt sibi persuasum habeant, quod SOLVM illum verè mortem timere posimus affirmare, à quo vitæ emendationem aliquam videmus suscipi.

Decet ergo Principes & megistanes prius desinere, quàm desinant: finem facere, quàm finem accipiant: mori, quàm moriantur, sepeliri, quàm sepeliantur. Hoc enim si à seipsis impetrauerint; ita facilè vitam relinquent, vt ex domo vna in aliam migrarent.

*Pleriq; omnes ociosè lenteq; fabulari, ambulare, bibere, comedere, dormire gaudent; at in moriendo tantum festinare homo sustinet. Non sine caussa in moriendo (homines) festinare dico, (atq; affirmo:) cum eos raptim conscientiam exonerare, properanter testamentum condere, confiteri, communicare videamus; ita vt tam tardè tamq; intempestiuè (sacramentum) accipiant ac petant, vt † potius ad * satisfaciendum Ecclesiæ, quàm ad animæ salutem conducere videatur.*

Quid naui profundo hausta gubernaculum? quid prælio facto arma? quid hominibus defunctis cataplasmata & emplastra prosunt? Ad eundem modum quid prodest ad ægrotos, qui iam mentis suæ non sunt compotes, confessarios (quos vocant) accersere, quibus peccata fateantur? MALE profectò confiteri poterit, cui ad pœnitendum quoque intelligentia deest. Quid prodest notarium adducere, qui res ad conscientiam pertinentes attendat, eo tempore, quo ægrotus iam loquelam amisit? 665

Non

Non errent homines dicentes: In senecta resipiscemus; in morte pœnitentiam agemus, confitebimur, restituemus. Nam me iudice, NEC hominum cordatorum, nec bonorum Christianorum est, velle vt tempore ad peccandum abundent, ad resipiscendum careant. Vtinam temporis illius, quod cogitationibus homines de committendis peccatis tribuunt, saltem tertiam partem meditationi de bene obeunda morte tribuerent! & quam solicitudinem in explendis prauis cupiditatibus collocant, eam in deplorandis ex animo peccatis collocarent! Sed proh dolor! TANTA cum securitate in vicijs deliciisq; vita transigitur, ac si nullus sit DEVS, qui rationem aliquando sit ab ipsis postulaturus.

Totus mundus immissis habenis in peccata, cum spe ad meliorem frugem in senectute redeundi, & in morte resipiscendi ruit. Sed ego scire ex eo velim, qui hac cum fiducia peccatum committit, quam certitudinem ad senectutem perueniendi, quem sponsorem habeat, ad moriendum multum ipsi temporis concessum iri! MVLTI enim teste experientia, ad senectam non perueniunt, & plurimi subitanea morte rapiuntur.

NEQVE rationi neq; iusticiæ consentaneum est, cum tot committamus vno solo die peccata (& scelera) vt ijs deplorandis tota vita non sufficiat; vt deplorandis vniuersis totius vitæ nostræ peccatis non amplius, quàm vnicæ horæ spacium, requiramus. SECVNDVM clementiæ diuinæ magnitudinem, satis superq; vna hora est, vt vitæ perditè actæ nos pœniteat. Veruntamen ego suaserim, vt SI PECCATOR ad emendationem non amplius quam vnam horam sumit, ea ne postrema hora sit. Suspirium enim voluntario emissum cœlos penetrat; necessitate expressum ne tecta quidem transit. Equidem laudo atque approbo eos, qui ægrotos visitant, illos hortari, vt confiteantur, communicent, preces deuotè recitent, sanctis se commendent, de peccatis ingemiscant; in summa hæc omnia facere valde bonum esse aio; Sed iam feciſſe multò melius esse affirmo. NAVTA enim peritus & cautus cum maxima est in mari malacia, tempestati (sustinendæ) se præparat.

666 *Qui penitus intueri voluerit, quam parui æstimanda sint huius vitæ bona; visum eat diuitem morti propinquum, cum in lecto iacet; & videbit, quomodo à misero ægroto vxor dotem (aut donationem propter nuptias;) filiarum hæc tertiam, illa quintam; filius † maioritatem; gener pecuniam dotalem, medicus salarium, seruus libertatem; famuli mercedem, creditores debita petant; & quod indi-*

Tarà boluerse à Dios iamas es tarde. Arauc. 326.

Ante pœnitentiam bene viuendum est, & post pœnitentiam melius. Aug. hom. 41.

Beatus, qui vel sub ictu mortis animum auertit à vitiis! Ambros. Petrar. senil. 16. epist. 2.

Malè viuunt, qui se semper victuros putant. Mim.

Non nocent peccata præterita, si non placent præsentia. Augustin. de temp. 67.

Remediabile bonum est in peccatis accelerata correctio. Cass.

Pœnitet ambigue, quem sero pœnitet. Alcim.

Non quæritur, quid quis fuerit; sed quid sit: Præterita nec condemnant, nec vindicant. Ambr. Gal. 2.

Qui pœnitenti indulgentiam promisit, dissimulanti, crastinum non spopondit. Aug. Sent. Prosp. 74.

Quid damni est Christiano ad vitam æternam inhianti, quolibet tempore & quoquo pacto abstrahi? Ot. 7. 41.

Quomodo viuere potes, vbi mori non audes? Bern.

Sceleratus sponsorib. securitatis suæ non potest cedere. Sen. ep. 97.

Sera profectò, quos semel elegit, damnat sententia morte. Petrar. epist. lib. 2.

Mala mors putanda non est, quam bona vita præcesserit. Augustin. sent. Prosp. 50 1. ciuit. 11.

καλὸν μὲν τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ ἁμαρτάνοντας ἐπανάγεσθαι διὰ μετανοίας. *Clem. Stob.* 957.

Grauis in eum pœna decernitur, cui etiam ipsa correctio denegatur. Augustin. sentent. 80.

Exiguo temporis puncto lõgorum temporum reatus aboletur. Leo. sermon. 4. de pass.

Non est sapientiæ, profutura contemnere. Cassiod. 1. 7.

Quod necessitas præstat, depreciat ipsa. Tertul. ad vxor lib. 1.

οὐ χρόνῳ ποσότητι, διαθέσει δὲ ψυχῆς ἡ μετάνοια κρίνεται. *Basil Stob.* 955.

Scimus correctis veniam non esse negandam; Sed nulli nostrum est vltima nota dies. Prosper. 74.

Non longitudinem temporis tantum requirit Deus, quantum adfectum sinceritatis pœnitentis pensat. Aug. 67. de temp.

ἡ ἁμαρτία ὁμολογουμένη ἐλάττων γίνεται μὴ ὁμολογουμένη δὲ χείρων. *Chrysost Stob.* 956.

Dum viuis fac, si quid facturus es: quia vltra neque fides est, neque labores, neque pœnitentia. Chrysost. Vincent. in serm.

† *Ius primogenituræ.*

Malè secum agit æger, medicum qui hæredem facit. Mim.

Vide quales amicos habes, pro quibus animam perdis, pro quibus Deum offendis. Aug. ad frr. in erem. 48.

Instructus redditur animus in futuris, quando præteritorum commonetur exemplis. Cassi.

Plerunque videntur respondere futura præteriti, habeturque experimentum velut quoddam rationis testimonium. Fab. 3. cap. vlt.

De exemplo veniunt, q̃ cauem⁹. Sym. 9. 172.

Certa dies nulli est, mors certa, incerta sequentum Cura: Locet tumulum, qui sapit, ante sibi. Schrader. Ital. 135.

Viuens, fac pie CHRISTE, talis vt sim, Qualis cum moriar, fuisse, vellem. Ex Petrarch.

In isto adhuc mundo manenti pœnitentia nulla sera est. Cypr. tract. 1. extr.

Quid iuuat indulgere verbis, cùm res liceat experiri! Sym. 22.

οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ, θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τρωῶντι πήματι. *Sophocl. Aiac.*

Anxia est fidelium diligentia. Mamertin. paneg.

Ingeniorum facultas, negotiorum probatur difficultatibus. Sidon. 8. epist. 10.

† P. *Anicio.*

Quel, che di cor' ama, riman forte, & ama il suo signor dopo la morte. Ariost. 19. 1.

ἐν τοῖς οἰκείοισιν ὅς τις ἐς ἀνὴρ χρηστὸς, φανεῖται κἀν πόλει δικαῖος ὤν. *Sophocl. Antigon.*

χρηστοῖσι δούλοις ξυμφορὰ τὰ δεσποτῶν κακῶς πιτνοῦντα, καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται. *Eur. Medan.*

Refert cuius animi sit, qui præstat beneficium, non cuius status. Sen. 3. benef. 18.

Non speciosa dictu, sed vsu necessaria in aduersis sequenda. Curt. l. 5.

Imago est animi vultus, indices oculi. Cic. 3. orat. extr.

Intimos mentis adfectus proditos vultus enunciat. Pacat. paneg.

Seruo est vtilius parere dicto, quam adferre consilium. Curt. lib. 7.

Nemo in se debet, quod in alio reprendit, imitari. Ambr. Luc. 10.

πρὸ δεσποτῶν, τοῖσι γενναιοῖσι δούλοις εὐκλεέστατον θανεῖν. *Eurip. Helen.*

Nihil cuiquam tam preciosum quod non pro salute Principis commutatum velit. Sen.

Vn bon suiet doit mourir pour son Roy. Ronsard. 10. 39.

Ὁ νοῦς φαίνεται ἀκριβῶς, ὡς ἐν κατόπτρῳ τῷ προσώπῳ. *Tati lib. 6.*

Consternatio mentis, quamuis vultu prematur, emicat. Tacit. ann. 13.

In tua conseruatione nostra salus est. Pacat. paneg.

πεσθεῖν μὲν, εἴτι δεσπόταισι τυγχάνει, συγγνωστόν. *Eur. Alc.*

Πολλῷ γ' ἀμείνων τοὺς πέλας φρονοῦν ἔφυς, ἢ σαυτὸν. *Æsch. Prometh. vinc.*

gnissimum, QVI bonorum hæredes futuri sunt, eorum nemo adest, vt pocillum ei frigidæ præbeat.

Qui hæc vel audierint, vel legerint, velim considerent, Quod in vicinorum morte fieri viderunt; idem sibi lethaliter ægrotantibus euenturum. SIMVLatque enim oculos diues claudit; mox graues inter hæredes rixæ oriuntur, non quidem quisnam animæ ipsius curam sit suscepturus; sed quisnam ipsorum fortunarum hæreditatem sit aditurus, Non ero in his amplificandis prolixior, cum horum omnium diuites iuxtà ac pauperes experimenta quotidie capiant. ET PRVDENTIBVS res notorias in memoriam reuocare satis est, etiamsi nullum ad persuadendum tempus insumatur.

Cæterùm M. Aurelius Secretarium habebat sapientia & virtute præstantem; cuius industria cuncta Imperij negotia transigebantur. Is cùm dominum ad vltima iam venisse, neminemq; propinqnorum aut amicorum tantum habere animi videret, vt morti tam propinquum apertè alloqueretur: Ipse orationem habere decreuit, qua tum ingenij præstantiam, tum beneuolentiam erga dominum singularem declarauit. Erat autem illi Secretario nomen † Panucio, de cuius virtutibus & vita Sextus Chæronensis in vita Marci meminit.

CAPVT LIII.

Oratio Panucii Secretarii ad M. Aurelium Imperatorem iam moriturum: digna sanè, quæ memoriæ mandetur, & ægrotis animam iam agentibus legatur.

IAm verò Marce (Aureli) Domine, nec lingua (mihi) est, quæ taceat; nec oculi, qui dissimulent, nec animus, qui id perferat; nec ratio, quæ permittat. Nam mihi quidem sanguis conglaciat, arescunt nerui, aperiuntur pori, animi abit, spiritus deficit, cuius rei caussa est, quod præcepta, quæ alijs dabas, salutaria, vel non potes, vel non vis ad vsum tuum accommodare. Video te mori, Domine mi, 667
cumq; tibi mederi nequeam; (dolore) enecor. Nam si vicaria morte vitam tuam dij redimi paterentur; tantùm vt vnum tibi vitæ diem prorogarent, vitam tibi meam libentissimè impénderem.

Sitne vera, an simulata, quæ me incessit, mœsticia; verbis nihil attinet exprimi; cùm eius rei testis optemus sit vultus meus. Nam & oculi riui facti sunt lacrymarum, & cor cogitationum mare. Vehementer quidem mihi, tum quòd tua carendum est consuetudine; tum damnum,

quod

quod ex tua morte capiet respublica; tum solitudo domus tuæ; tum deniq; iactura dolet, quam hodie vrbs facit: Sed omnium maximè animum hoc meum excruciat, quòd te, quem vt sapientem vidi viuere, nunc vt imperitum video mori.

Dic mihi quæso Domine, cur discunt homines Græcè loqui? cur laborant, vt Hebraica intelligant? cur tantopere in lingua Latina desudant? cur tantum in Græcia temporis consumunt, toties magistros mutant, tam diuersos libros euoluunt, tot deniq; nummos annosq; studijs impendunt, nisi VT VITAM honestè agere, & æquo tandem animo mortem suscipere nouerint? HVNC sibi studiorum finem decet homines proponere; vt bene discant viuere. NVLLA enim alia est tam vera scientia, si quàm optimè vitam homo suam norit ordinare. QVID multa me scire prodest; si ex scientia illa nullam vtilitatem capio? QVID me iuuat omnium linguarum peregrinarum noticia; si linguam ego meam à carpenda aliorum vita non refreno? QVID plurimos euoluere libros iuuat; si nihil aliud inde, quàm circumuenire (amicos &) proximos disco? QVID stellarum vires, & elementorum motus scire me iuuat; si à vicijs mihi cauere nescio? In summa, PARVM omninò prodest magistrum sese aliquem iactare sapientum; si clàm vt fatuorum discipulus traducatur. TOTIVS Philosophiæ summa in seruiendo dijs, & non effendendo homines consistit.

Quæro ex te, Princeps serenissime, quid nautæ prodest artem nauigandi scire, & tempestate mergi? Quid bellatorem gloriosum iuuat de bello multa iactitare, & prælij committendi rudem esse? Quid ducem viæ compendia alijs monstrare expedit; si à via ipsemet aberret? Hæc omnia tua, Domine, caussa dico. Quid enim proderat, dum
668 *vita erat incolumis, mortem à te suspirijs expeti; cum offerente iam sese morte, vitæ (prorogandæ) gratia lamenteris? INTER ea, quibus suam homines prudentiam declarant, & hoc est, si amare & odisse norint. ANGVSTI enim, ac penè dixerim leuissimi animi est, quod heri quis detestabatur, hodie amare; & quod hodie (tantùm non) adorabat, postridie detestari.*

Quis vel Principum præcellentissimorum, vel plebeiorum infimorum fuit, atque vt ego, arbitror, futurus vnquam est, qui tam parui, quemadmodum tu, vitam æstimarit, aut tam præclarè de morte locutus sit? Quas res ego, dum à secretis tibi fui, ad diuersas orbis prouincias propria manu scripsi, vbi tanta morti bona tribuebas, vt me quoque ad vitæ odium nonnunquam adduceres; Quid de epistola

Hoc à te exige, vt qualem institueris præstare te, talem vsque ad exitum serues. Senec. epist. 120. extr.

Tunc prædicanti proderit, quod bene prædicatum est, si id quod ore promitur, factis sequentibus impleatur. Cypr. serm. 2.

Summus sapientię finis est, vt simus mente tranquilla. Ambr. Ps. 118.

Viuere tota vita discendum est; & quod magis fortasse miraberis, tota vita discendum est mori Sen. breuit. vit. 7.

τὸ καλῶς θνήσκειν ἀρετῆς μέρος ἐστὶ μέγιστον. *Phil. Epigr. lib. 3.*

Mors vitæ est testimonium. Ambros. de bono mort.

Actio doctrinâ carens, & actionis expers doctrina, æquè imperfectæ sunt. Nazian. orat. 30.

Ἀνδρίαντα μὲν τὸ σχῆμα, ἄνδρα δὲ ἡ πρᾶξις κοσμεῖ. *Plut.*

Tunc sermo & ratio salutaris efficaciter discitur, si patienter, quod dicitur, audiatur. Cypr. serm. 2.

ἡ θεωρία τῆς ἀρετῆς παγκάλη καὶ ἡ πρᾶξις καὶ ἡ χρῆσις περιμάχητος. *Philo. Stob. 34.*

φύσιν ἔχει τὸ λογικόν. ἡγεμονικὸν, ἑαυτῷ ἀρκεῖσθαι δίκαιο πραγοῦντι, καὶ παρ' αὐτὸ τοῦτο γαλήνην ἔχοντι. *Aurel. Imp. l. 7.*

Oportet cupiditates refrenatas, metus comprimi, facienda prouideri, reddenda distribui. Sen. epist. 120.

Nullo caret pietatis officio, cui studium est, colere Dominum, & iuuare conseruum. Leo. serm. 8. quadrag.

Sicut bene exercitus miles prælium cupit? ita formidat indoctus. Veget. l. 23.

Opus est ad noticiam sui experimento. Quid quisque posset, nisi tentando non didicit. Senec. cur bon. mal 4.

Minus est alienam sententiam spernere, quàm à propria discrepare. Sym. 2. 90.

Spes vitæ plerunque magnos animos frangit. Tacit. histor. 5. extr.

Φεύγουσι χ' οἱ θρασεῖς, ὅταν πέλας ἤδη τὸν ᾅδην εἰσορῶσι ἐπὶ βίου. *Sophocl. Antig.*

Magnam rem puta vnum hominem agere; præter sapientem autem nemo vnum agit. Sen. epist. 120. extr.

οὐ λόγων νῦν ἐστιν ἀγὼν, ἀλλὰ σῆς ψυχῆς πέρι. *Sophoc. Electr.*

Quod scimus, cùm necesse non est, in necessitate nescimus. Bernh.

Debet mortem sapiens ferre patienter; sed quæ accidit aliunde. Augustin. 19. ciuit. 4.

Fide dignum creditur testimonium amici de amico. Phil. de mundo incorrupt.

† *Lauiniam.*

μέμνησο, ὅτι ἐντὸς ὀλιγίστου χρόνου καὶ σὺ καὶ οὗτος τεθνήξεσθε. μεταβαλὼν δὲ ἀδόξου ὄνομα ὑμῶν ὑπολειφθήσεται. *Aur. Imp li. 4.*

Felix contumelia, cui finis gloria. Sidon. lib. 1. extrem.

† *Catulum.*

πτίλαγα κενοῖς δακρύοις οὐ χρὴ τένειν. *Eurip. Stob.* 897.

Ἀνδρὸς γὰρ πίνυτοῦ, καὶ ἄλγεα πολλ' ἐπιόντα τλῆναι ὑπὸ κραδίῃ στερεῇ φρενὶ μηδ' ἀκαχήσθαι. *Coint.* 5 594.

Subditus potiorem semper metuit, etiamsi sciat eius mite ingenium. Phil. de charitate.

Optimè miserias ferunt, qui abscondunt. Curt. lib. 5.

Cumulatissimi Principis munus est, si manu etiam cesset, non cessasse consilio. Nazia paneg.

ὃ γὰρ ἔοικεν ὑπερτέρῳ ἀμείλικτος. *Coint.* 2. 317.

† *Comas euellentem. G.*

τοῦδε γὰρ πλανωμένη τοὺς ἄλλοτ' ἄλλου πημονὴ προσιζάνει. *Æschil. Prometh.*

Suus cuique morbus ad præsens atrocissimus videtur. Plin. 25. cap. 3.

ἢ μὴ διδόσθαι, ἢ διδόσθαι τῷ τρόπῳ. *Nazian. tetrast. 4.*

Meditemur duriora, & non sentiemus; relinquamus lætiora & non desiderabimus; Proiiciamus terrena, si cœlestia optamus. Tert. de cultu fœmin. extr.

Quod datum est vtendum, id repetendi copia est. Plaut. Trinum. Neque fuit.

Turpis fuga mortis omni est morte peior. Cic. Philip. 8.

ὃν εἰς ἀθανασίαν μεταβάλλεις, ἀδεᾶ φθορᾶς ἔξεις τὰ ἀγαθά, ἀλλ' εἰλικρινεστέραν τὴν ἀπόλαυσιν. *Plat. Axioch.*

Contemnenda omnis iniuria malorum præsentium, fiducia futurorum bonorum. Cyp. serm. 4.

Lux comes est iusti, comes est mors horrida iniqui Prudent. hamartig.

Vnum ex vitæ officiis est & mori; tantùm bonam clausulam impone. Sen. ep. 77.

Ῥᾴον δὲ ὅσου μεθ' ἡσυχίας τὸ γενναίως λήμματο; ὅσιος. *Eurip. Hippol.*

Θαυμαστοὶ ἄνθρωποι, μήτε ζῆν θέλοντες, μήτ' ἀποθνήσκειν. *Epict. Stob* 89.

Deum, quo autore cuncta fiunt, sine murmuratione comitemur. Sen. ep. 107.

Τῷ μηδὲν ὠφελοῦντι μὴ πονεῖν μάτην. *Æsch. Prom. vinct.*

Magnum ex ipsa necessitate solatium est. Plin. 1. epist. 12.

μηδὲν ἀνάγκης βιαιότερον ἕτερον. *Nicet: Baldwin fol.* 685.

Optimum est pati, quod emendare non possis. Sen. epist. 107.

dicam ad Claudinam † viduam Romanam scripta, quam super obitu mariti in bello extincti consolabaris? cui quidem ita respondit, vt felicem prædicaret miseriam suam, quæ talem epistolam vti scriberes, meruisset. Quam miserabiliter simul & iucundè ad Antigonum † super morte Verissimi filii vnicè dilecti scripsisti: cuius mortem licet adeò luxeris, vt Philosophi limites penè excesseris; ad extremum tamen ni-

miam prudentia tua mœsticiam expulisti.

Quàm abditas sententias, quàm exquisita verba complexus es libro, cui titulus est, Remedium tristium, *quem ex bello Asiatico ad Senatores Romanos misisti, vt post grauissimam eos consolareris pestilentiam! cum vniuersus tibi Senatus respondit, non tantum damni pestilentiam dedisse, quantum emolumenti tua attulisset doctrina. Quàm nouo consolationis genere vsus es ad consolandum Ælium Fabatum Censorem, cum eius filius flumine mersus interiisset! quem quidem, vt memini, cum domum eius venisses, plangentem † inuenimus, & cùm discederemus, ridentem reliquimus.*

Cn. Rusticum virum optimum recordor, morbo oppressum periculosissimo, cùm ad eum visitandum accessisses, orationis tuæ feruore inflammatum, vberrimas effudisse lacrymas, fletusq; caussam à me interrogatum ita respondisse: Ego ex Imperatore, domino meo tot mala de eo, quod amitto; tot bona de eo, quod expecto, audiui, vt lacrymas; non ob vitam, quæ mihi abbreuiatur; sed ob mortem, quæ prolongatur, effundam.

Inter omnes nemo tibi Torquato carior fuit, cui tanquam patri obediebas, & tanquam magistro seruiebas. Is vero amicus tibi fidelissimus cum morti proximus, magno vitæ desiderio teneretur; misisti qui sacra dijs facerent, non vt vitam ipsi concederent; sed vt mortem illi accelerarent. Quod cùm ego admirarer, ac propè indignarer; vt meæ nobilitas tua satisfaceret ignorantiæ, secreto, ad me dixisti: Non mireris Panuci, sacrificia me videns non pro vita; sed pro morte offerre amicorum. NIHIL *enim aliud precari fidelis amicus amico vero potest, quàm vt tantis eum mundi huius laboribus liberatum videat.*

Cur in memoriam tibi, Princeps serenissime, censes omnia ista reuocari, nisi vt ostendam, non satis mirari me posse, quòd cum tantopere mortem abs te prædicari viderim, tam inuitum nunc vita te video excedere? CVM hæc deorum voluntas sit, & ætas tua sic postulet, morbusque caussam præbeat, & naturæ fragilitas, Romæ infelicis merita, fortunæ fraudulentæ consensus, fatique nobis infestivis ita ferat, vt moriendum tibi sit: cur te mori ingemiscis? LABORES, *quos venire necesse est, animo forti sunt* 669

expectandi. PRIVS animus miser & debilis concidit, quàm oppugnetur; animus verò magnus (& constans) vbi maximum est periculum, ibi vires maximè exerit suas.

Vnus vir es, non duo; vnam dijs mortem, non geminam debes: Cur ergo, vnus cùm sis, pro duobus vis soluere? cur prò vna vita geminam vis subire mortem? hoc est, antè quam vita finiatur, mera moreris tristicia? Postquam nauigasti, tantumque in nauigatione sustinuisti periculi; quo tempore ad portum à dijs securum perueheris; in pelagus denuò vis euehi periculosissimum! Victor è vita discedis; & in persecutione mortis vis mori! LXII. annos in campo, † facie nunquam à mundo auersa pugnasti; & nunc sepulcro velut arci inclusus times! De præcipitio, in quod progressus eras, non delapsus es; & nunc in via tutissima, cespitas! Quid ex diu viuendo mali oriatur, opimè nosti; & nunc quantum ex bene moriendo emolumenti capiatur, in dubium vocas! Anni sunt plurimi, quòd tu morti, & mors tibi duellum tanquam hostes capitales, indixistis; & nunc dum arma corripienda sunt, † fugere vis & tergum vertere? Anni sunt LXII. ex quo inimicitias cum fortuna exerces: & nunc vbi de illa triumphus agendus est, oculos claudis?

Hæc eò pertinet oratio, vt ostendam, quoniam voluntario mortem præsentem te non videmus excipere; suspicari nos, non bonam fuisse vitam præteritam. QVI enim non libenter ad conspectum (& tribunal) accedit deorum iustorum, eum vitiis onustum esse magnum signum est. Quid est, Princeps serenissime, quod infantis instar ploras; quòd tanquam desperatus ingemiscis? Si quia moreris, illacrymas; non ita ridendum fuisse respondeo; dum viuebas. IMMODERATVM enim in vita risum, largus in morte ploratus sequitur.

Quis vnquam ciuitatis † vectigalia vt hæreditatem sibi propriam vendicauit? Quis portorium conductitium,
670 *tanquam ius perpetuum sibi polliceri ausit? Cùm omnes mortui sint, moriantur, & morituri sint; inter tot mortuos solus vis viuere? Vis à dijs impetrare id, quo dij sunt, vt nimirum te perinde immortalem, ac seipsos faciant? Solusne priuilegij nomine expetis, quod per naturam dij habent?*

Ex te sene iunior ego quæro, vtrum melius sit, vel vt rectius dicam, vtrum minus malum, bene mori, an male viuere? Equidem C V M labores continuos ac varios, quos inter manus habere quotidie solemus, perpendo; an quisquam assequi possit, vt bene viuat, vehementer ambigo. TOLERARE continuam famem, frigus, sitim solitudinem, fastidia,

Gubernator in tempestate dignoscitur, in acie miles probatur. Cypr. serm. 4.

δεῖ φρονεῖν μὴ κομπεῖν. Macedon. Epigram. lib. 1.

ἄφωνον ἔρρειν, κρεῖσσον ἀπρεπῆ λόγον. ὃ δ' ἦδ λαλοῦντων, οὐ βιώντων οὐ κλέος. Nazz. tetrast. 6.

Mori est, quæ de animis verum dicit. Fab. declam. 332.

Stultum est, præsens tempus futuri metu perdere. Sen.

Nautis commendat placidum maris inclementia portum Claudian. bell. Get. 210.

Plus dolet, quàm necesse est, qui antè dolet, quàm necesse est. Sen. Epist. 98.

Cui peregrinatio dulcis est, non amat patriam. Aug. Psal. 93.

† *faciem (mundo) semper præstitisti. Fab. declam.* 16.

Cùm fuerit in pugnæ congressione victoria, tunc datur vincentibus & corona. Cypr. serm. 4.

Nemo potest, nisi vicerit coronari. Nemo potest vincere, nisi antè certarit: Ipsius coronæ maior est fructus, vbi labor maior est. Ambros. Luc. 4.

† *fiducia manuum ad pedes migret. Nazar. paneg.*

Finis non pugna coronat.

Cupias quodcunq; necesse est. Lucan. l. 4.

Dux nisi confecto prælio, non sumit laurcam. Ambr. de bono mort.

Haud est virile terga fortunæ dare. Senec. Oedip.

Probitate coacta gloria nulla venit, fordesque ingloria virtus. Prudent. Hamartig.

Nemo accipit remunerationem eius rei, quam inuitus agit. Ambr. 1. Cor. 9.

Non est gloriosum, quod ab inuito & tergiuersante fit. Sen.

Non memini me legisse, mala morte mortuum, qui libenter opera pietatis exercuit. Hieronym. discip. 13.

† *loca publica.*

γέλως ἄκλεὼς ἀνθρώπους ἀφίξει κοὐ δάκρυον. Nazian. tetrast.

Dies quod donat, timeas? citò raptum venit. Mim.

Fragilibus innititur, qui aduentitio lætatur. Sen. ep. 98.

† *Tanquam vento allatæ naues sine caussa & venisse & abiisse. Liu. lib.* 44.

τλῶ πεπρωμένα λώβᾳ κρὴ σῖσαν φέρειν ὡς ἴσθι, γιγνώσκω θ' ὅτι τὸ τῆς ἀνάγκης ἐς δύσμαχον οὐδέν. Æschyl. Prom. vinc.

Inuictæ leges necessitudinis. Val. Max. 1. 6.

Vita & mors iura naturæ sunt. Sall. orat. Curt.

Mors vnum in malis perfugium calamitatis. Cic. pro Cluent.

Non viuere bonum est, sed bene viuere. Sen. epist. 70.

Non est viuere, sed valere vita. Martial. 6. 69.

Emori per virtutē præstat, quam vitā agere miseram atq; inhonestam. Salust. Catil.

Mors trepidis ignaua venit. Stat. Theb. 8.

Toties inuocatur mors, vt nullum frequenter fit votum. Plin. 7. cap. 50.

Longam cœnam malam ferre nemo; longam vitam malam omnes habere volunt. Aug. 144. temp.

Non est immortalitas in luctu viuere. Macrob. 4. Sat. 4.

Iucundior voluptas, quæ rerum amaritudini successit. Sax. lib. 5.

Τὸν βίον ὅτε φυγεῖν βούλοιο, ὅτε φέρειν. *Anthol. Epig. l. 1.*

In luctu atque miseriis mors ærumnarum requies, non cruciatus est. Sal. Catilin.

Τοῖς μὲν τὸν καύκασον νόμιμον ἦν τὸν φιλῶν θρηνεῖν, τὸν δ' αὖ θανόντα χαίροντας ὑποπέμπειν δόμων. *Strab. l. 11. Herod. 5.*

Mors misera non est: aditus ad mortem est miser. Fab. 8. c. 5.

Dies iste, quem tanquam extremum reformidas, æterni natalis est. Sen. epist. 102.

Ὁ μεμνημένος τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἐπ' ἐδενὶ τῶν συμβαινόντων δυσχεραίνει. *Isocr. Stob.* 820.

Bona mors est homini, vitæ quæ extinguit mala. Mim.

Ἰατρὸς ἐς νόσον πεσὼν ἀθυμεῖς ἑαυτὸν οὐκ ἔχεις δρᾶν ὁποίοις φαρμάκοις ἰάσιμος. *Æschyl. Prometh vinc.*

Ben si può dire à te: Frate, tu vai Mostrando altrui la via; doue souente Fosti smarrito, & hor sè più che mai. Petrar. 79.

Turpe est, quæ in aliis reprehendimus, ea nos facere. Dio. lib. 78.

Liberæ reprehensionis medelam sana mens minimè aspernatur. Saresb. 7. 26.

Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. *Plut.*

Ea demum laus grata esse potestati debet excelsæ, cùm interdum & vituperationi locus gestorum patet locus. Ammian. 15.

Ὁ κυβερνήτης ἀγαθὸς οἷός περ ναυαγεῖ. *Democr. Stob.* 819.

Più che al proprio sapere, à quel d' altri deue si credere. Metam. 4.

An che al huomo sauio manca spesse volte il consiglio. Teat. 419.

No es pena el morir à aios cuytados, sino fin de las penas y cuydados. Arauc. 198. 2.

Ἱπποκράτης πολλὰς νόσους ἰασάμενος, νοσήσας ἀπέθανεν. *Aur. Imp lib. 3.*

Non est eiusdem, non posse à maioribus vinci & imparem minoribus inueniri. Cyprian. tract. 2.

Nosse bonum & non facere, meritum damnationis est, non via beatitudinis. Saresb. 8. 25.

αἰάζειν ὁ θρασὺς οὐκ ἔμαθεν. *Antipat. Epigram. lib. 3.*

Κατὰ τὸν Σύμωνος λύσιν, ἡ ψυχὴ εἰς τὸν ἄδηλον χωρεῖ τόπον. *Plat. Axioch.*

Ψυχὴν θανεῖν οὐκ ἀπόλυσιν ἀλλὰ, κακῶς βιῶναι. *Philist. Stob.* 878.

fastidia, odia, tentationes, persecutiones, infortunia, superuentus & morbos, non vita; sed mors diuturna appellanda est. MERITO vitam hanc mortem dixerimus, cum millies vitæ nos odium capiat.

SI SENEX vitam suam lustraret, ab eo momento, quo matris ex aluo prodijt, vsque ad id tempus, quo terræ sinu conditur; & corpus omnes, quos sustinuisset, dolores recenseret; animus omnes fortunæ tristioris incursus, quos excepisset, aperiret: futurum arbitror, vt & dij mirarentur, & homines obstupescerent, tum corpus, quod illa pertulisset, tum animum, qui dissimulasset, intuentes. Prudentiores mihi Græci (Thraces) videntur, qui cùm infantes nascuntur, plorant, & cum senes moriuntur, rident; quàm Romani, qui cum infantes nascuntur, cantant, & quando senes moriuntur, plorant. IN MORTE senum æquissimum est nos ridere, cùm ad ridendum moriantur; at cùm infantes nascuntur, æquissimum est nos plorare, cum ad plorandum nascantur.

CAPVT LIV.

Panucius Secretarius sermonem cœptum prosequens, morituris suadet, vt ob nullam rem, quam in hac vita relinquunt, in morte doleant.

QVMigitur vitam malam esse demonstratum sit; quid reliquum est, nisi vt bonam esse mortem comprobemus vniuersi? Vtinam, quemadmodum ego abs te hoc argumentum luculentè sæpe vidi tractari; ita nunc vti illo posses! Verùm proh dolor! SAPIENTISSIMO cuiq; nonnunquam facillimè deest consilium. NEMINEM decet adeò consiliis niti propriis, vt arbitrio non cedat alieno. Qui enim in sententia semel concepta pertinax, iudicio cunctis in rebus vtitur suo; futurum certò statuet, vt in omnibus aut certè plerisq; aberret.

Cum sis Marce domine & sapiens, & ingeniosus, & vsu edoctus, & senex; an non diuinasti fore, vt quemadmodum tam multos ipse funerasti, aliquis esset, qui te funeraret? Quid cogitabas, cùm dies ipsorum finem habere videres? an non putabas futurum, vt annorum alij tuorum finem viderent? Cùm & diues, & amicis stipatus, & honoratus, & senex, & quod caput est, pro reip. salute moriaris: cur tumulum subire formidas? Semper studiosus fuisti cognoscendi res tum præteritas, tum occultas (& arcanas.) Cùm ergò expertus iam sis, quid honor sit & ignominia; quid diuitiæ & paupertas; quid prosperitas & calamitas; quid 971

lætitia

Lætitia & mœsticia; quid amor & timor; quid vicia & deliciæ: NIHIL mihi videtur reliquum esse, quod cognoscas, nisi vt quid mors sit, discas: in cuius cognitione plus, mihi crede, vna hora Domine, quam in vitæ centum annis proficies.

Cùm bonus sis, & habearis, & vt bonus vixeris; an non satius est, vt moriens ad tot bonos transmigres, quàm vt elapsus inter tot improbos viuas? Mortem tibi acerbam esse non miror, cum homo sis; at quòd illud, cùm prudens sis, non dissimulas, miror. VIRI enim cordati multa animo molesta percipiunt, quæ tamen gloriæ studio foris dissimulant. SI quicquid veneni in corde mœsto constipatum latet, pustularum instar tota cute diffunderetur; nec parietum satis foret, ad quos pruriginem fricaremus, nec vnicum, quibus nos scaberemus.

Quid aliud est MORS, quàm ostiolum pensile, quo taberna, in qua omnes ærumnosæ huius vitæ miseriæ veneunt, clauditur? quid damni (vel iniuriæ) nobis afferunt dij, nos ad sese transferentes, quàm quod è tugurio nos rustico in palatium nouum traducunt? Quid aliud est SEPVLCRVM quàm arx, qua contra vitæ superuentus, & fortunæ assultus includimur? Profectò quod in morte inuenimus, magis cupiditatem in te, quàm quod in vita relinques, mœrorem debet accendere.

Si Æliæ Fabriciæ vxoris gratia, quoniam iuuenis est, doles; non est quòd angaris. Illa enim Romæ nunc agit, nihil de vitæ tuæ discrimine solicita; & postquam id resciuerit, quoniam ipsa morte tua non angetur; ne quod vidua futura sit, te afflictes. FOEMINÆ iuuenes, qualis ipsa est, senibus nuptæ, qualis tu es, morientibus maritis, in id, quod furaturæ sunt, oculos; & in eum, cui nupturæ sunt, animos defigunt; & quod cum debita dictum velim obseruantia, cùm maximè oculis fletum præ se ferunt, tum maximè risu pectora subsiliunt. Nec verò illis te cogitationibus excrucies,
672 *quod Augusta vxor tua licet iuuenis sit, non inuentura sit Imperatorem alium, cui nubat. Tales enim & similes, pro veste Attalica detrita sagum villosum mutarent; hoc est, pastorem iuuenem Imperatori decrepito præferunt.*

Quod liberos à te relinqui doles (& angeris;) non video, cur id facias. Nam si tibi, quòd moriendum sit, dolet; magis illis, quòd viuebas, dolebat. QVOD Phœnix inter aues, hoc filius est, qui patris mortem non exoptat: si pauper ille est; ne alendus sit: sin diues; vt tantò citiùs hæreditatem adeat. Quod cùm ita sit; non mihi prudentis videtur, cùm illi (rideant) canant, te plorare.

Quid stultius, quàm quia diu non didiceris, non discere? Sen. epist. 76.

Ἐγὼ μὲν οὐ σὺ τοῖς πάλαι λύθη. ἐγὼ ὃ οὐ πάλαι τοῖσι σὺ λήθη. *Aur. Imp. l. 7.*

Vsque adeone mori miserum est? Virgil. Æneid. 12.

Ne quod effici non potest, aggrediaris. Fab. 6. cap. 6.

Male viuet, quisquis nesciet bene mori. Sen. tranquil. ani. 11.

Κάρπιστοι ὃ πολὺ ὠδῆς ἐπὶ μόδιον, ὅπποτε θυμὸν παιζέμοι γονεῦσιν ἀφιδόησιν ὀλέθρῳ. *Coint.* II. 62.

Domestica mala tristicia operienda. Tacit. annal. 3.

Ἀτυχίαν κρύπτε, ἵνα μὴ τὸς ἐχθρὸς σε εὐφρανῇς. *Plutar.*

Τοῦτο μόνον ἐμπεδῶς οἶδα, ὅτι ψυχὴ ἅπασι ἀθάνατος. ἥδε δὲ τῇδε ἔχωρίσθη μεταξὺ θεῖσα καὶ ἄλυπος. *Plat. Axioch.*

Bene moritur, qui dum moritur, lucrum facit. Sen. epist. 115.

πάλαι λιμελῶ τῶν μερόπων ὁ θάνατος ἔστιν. *Sod. at. Stob.* 882.

Requies sepulturę asylum quoddam mortis. Tert. apolog. 37.

Τοσοῦτον λαπόδεω ἔδεδικένεμ τὸν θάνατον, ὥστε καὶ ἔρωτα αὐτοῦ ἔχειν. *Plat. Axioch.*

Naturale est mali sui fine gaudere. Sen. epist. 78.

Solicitudinis causas refutat;

Animos maximis in rebus & gerendis & sustinendis exercitatos, frangi & debilitari molestia non oportet. Cic. Qu. fr. epist. 1.

Ætas, mores, liberi segnem (ad mortem) efficiunt. Brut. epist. 17. ad Attic.

E' va'l d'alla Mirandola, e la notte à Carpi. Adag.

1. De vxore vidua.

γυναῖξ πάλαι ἐπίπλαστα καὶ πρόσκαιρα καὶ τὰ χάμαλα. *Tati lib. 2.*

Capitolinus concubinam sibi asciuisse ait, ne liberis superduceret nouercam.

Ein harte Nuß / ein stumpffer Zahn / Ein iunges Weib / ein alter Mann. Matthes.

Senis amplexus culta puella fugit. Tibul. 1. 9.

Vidua & nupta eadem, adolescens nupta cum sene. Plaut. Milit. Voluptas est.

Πικρὸν νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ. *Eurip. Stob.* 649.

2. De liberis.

Gezwungene Liebe vnnd gemachte farbe weret nicht lange. Prouerb.

Multi adeò pusillis sunt animis, vt hæreditatis cupiditate longiorem vitam patrum molestè ferant, nec expectato fato, cursum illius interrumpant. Niceph. Grego. 1. 3.

Quò propiùs spes admouetur, crescit ardor animorum. Curt. lib. 9.

3. *De palatiis relinquendis.*

Non lapides quoque vinci cernis ab æuo? Non altas turres ruere? Nõ delubra Deûm? Lucret. 5.

4. *Et amicis.*

ἀνδρὶ δ' ἐκ κακῶν πεφυκυίᾳ ἥδιστον ἐς κακὸν ἢ τοὺς φίλους ἄλγη Ἀλγύνει. *Sophocl. Antig.*

Non est aliquis, qui tantum amicum vel cognatum diligat, vt per noctẽ vnam cum sepulto morari cupiat. August. ad fr. in Exem. 48.

5. *Quòd peregrè moriatur.*

Exulauit post Catilinam Cicero. Sen. 5. benef. 17.

Non sum vni angulo natus; patria mea totus hic est mundus. Seneca epist. 28.

† *Liu. 38. Val. Max. 5. 3.*

Φεῦ, ὦ γεννᾶν ὡς ἔοικεν οὐ τοῖς βροτοῖς χάρις μέμπτη! *Sophocl. Stob. 901.*

6. *Quòd Imperium relinquat:*

Gratia fuit. Huc veniſſe fuit; patienter abire decorum eſt. Petrar. Afric. 1 initio.

Affectus ille quos optauerat fasces, cupit ponere. Sen. breu. vit. 7.

Non potest non exitu perire miseri, qui moritur inuitus. Fab. declam. 4.

Πλεῖ δ' ὁ λαχὼν ποιμένα ἑπάκτην ἀλλότριον ἀνάσσοντ' εὐρώεντα. *Pind. Olymp. 10.*

Optimè cum his agitur, quos natura, quia illos hoc manebat vitæ stipendium, cito in tutum recepit. Sen. Marci. 22.

λυπεῖ τὸ τερπνὸν ἢ ἀγαθῶν ἡ ἀνδρὶ πείθομαι τῶν κακῶν. *Plat. Axioch.*

Nemo non ita exit è vita, tanquam modò intrauerit. Sen. ep. 22.

ἀποδόντες ἐς ἅπαντας ἐλπίδας, τοῖσιν ἐλπίδα λυόμεθα. *Sarapion. Epigr. lib. 3.*

Nemo in conſpicuo mortem habet, nemo non procul ſpes intendit. Sen. breu. vit. 20.

Τὸν κύκνον βλέπων πρὸς τὸν τελεύτιον, μὴ φρονεῖς, μὴ συγνάσῃς. *Phile.*

Mira ratio! de fraudatrice, ſeruatrix; vt reddat, intercipit; vt cuſtodiat, perdit; vt integret, viciat; vt, etiam ampliet, priùs decoquit. Tert. de reſurr. carn.

ὃν χειμὼν οὐνεῖ ζόης ἐπάγλ μεσόπωσι δ' ἤερ ἔυδιον ἦμαρ. *Coint 9. 107.*

Sæpe maiori fortunæ locum facit iniuria. Sen. ep. 91.

Omnia pereundo ſeruantur, omnia de interitu reformantur. Tertull apolog. 45.

Ex vehementi Sole, qualis inter graues imbre nubes effulget, maxima vis aquæ deiecta est. Liu. lib. 28.

Puertiam pubertas; iuuentutem ſenectus abſtulit. Sen Marci. 20.

Vltimo die vita finitur, omni perit. Idem. epist. 45.

Si dolès, quod relinquenda sunt Palatia splendida, & ædificia magnifica: non est quod illorum angaris gratia. Nam ita sim felix! cum finitis LX. annis finem tibi mors attulerit, vel ante quadrageſimum annum illa tempus conſumet. Si angeris, quod ab amicorum & popularium conſuetudine auelleris; ne horum quidem cauſſa dolore afficiaris, quo illi tua cauſſa minime afficientur. Nam Præter cætera, quæ mortuis acerba accidere par eſt, hoc quoq; eſt, quod vix terra obruti iam obliuione ſunt ſepulti.

Si grauiter fers, quod non aliorum exemplo Imperatorum Romæ moreris; hanc mœſticiam ex animo expellas cenſeo. Non enim te fugit adeò Romam aduerſus eos, à quibus maximis afficitur beneficijs, ingratam eſſe ſolere, vt †Scipio ille Africanus ingratam patriam ne oſſa quidem ſua habere voluerit.

Si mors tibi dolori eſt, quòd tam amplum dominatum, qualis Imperij eſt, relinquas; non poſſum credere, tantam vanitatem in mentem tibi veniſſe. VIRI enim quietis & tranquillitatis amantes, quando ab eiuſmodi liberantur officijs, non ſe dignitate priuari; ſed onere moleſtiſſimo leuari arbitrantur. Cum igitur harum rerum nulla cupiditatem tibi afferre vitæ debeat: cur mortem fores tuas introire doles? DVÆ ſunt res, quæ difficilem hominibus mortem afficiunt; vel amor ſcilicet eius, quod relinquimus; vel metus eius, quod expectamus. At cum nihil vita hæc amabile, nihil item mors meritò formidabile habeat: cur mortem formidat vllus?

Et ſuſpirijs lacrimisq; tuis, & quem præ te fers, cruciatu vnam rem memoriam tuam maximè fugiſſe colligo, fore ſcilicet vt debitum hoc abs te dij repoſcerent. ETSI enim vitæ finem aliquando fore omnes cogitant; nemo tamen tam citò mortem ſibi ſuperuenturam opinatur. EX EO verò, quod nunquam ſe morituros homines arbitrantur, fit vt nunquam corrigere culpas incipiant; atq; ita vitæ ſimul & culpæ finem ſepulturæ facit.

An neſcis Princeps ſereniſſime, quod noctem prolixam 673
mane ſequitur humidum; quod poſt mane humidum Sol clarus oritur; poſt Solem clarum nubibus obduci cœlum ſolet: nubila obſcura æſtus ſequitur grauis; Poſt hunc tonitrua exaudiuntur horrenda; fulgura coruſcant repentina; fulmina torquentur periculoſa; grando decidit impetuoſa; Ad extremum verò tempeſtatem grauiſſimam mira ſolet ſequi tranquillitas & ſerenitas. Vt autem in orbem eunt tempeſtates iam turbidæ, iam tranquillæ: Sic in vita ac morte hominum eadem deprehenditur viciſſitudo. INFANTIAM enim puerilia, puerilitatem iuuentus,

tus, iuuentutem senectus, senectutem ætas decrepita, & ætatis decrepitæ exitum mors formidabilis sequitur; ad extremum verò post mortem horribilem vitam expectamus securam.

Sæpè legi, nec minus crebrò ex te audiui, solos deos, quemadmodum principio caruerunt, ita finem non habituros. Ne hoc quidem viris cordatis conuenire, Princeps serenissimè, censeo, vt multos annos viuere cupiant. QVOD enim diu viuere homines optant, inde fit, quia vel tanquam stolidè fatui nunquam labores sensere præteritos; vel longius, vt in viciis volutentur, spacium desiderant. Hanc te querimoniam habere, vel cum dolore isto mori minimè par est. Non enim in primo flore decerptus, aut crudus ab arbore auulsus, aut in primo vere desectus, aut in vuæ pubescentis acerbitate deuoratus es; hoc est: si illo tempore, quo iucundissima tibi vita erat, fores tuas mors pulsasset; si non querelæ; aut perturbationis certè caussam habuisses. NVLLVS enim iuueni nuncius acerbior, quam cum ipsi moriendum, mundumq; relinquendum denunciatur.

Quid hoc rei est, Domine, quod licet iam labefactatus sit paries (& ad ruinam inclinatus) flos exaruerit, vua computruerit, dentes corrupti (& amissi,) vestis à tineis consumta, vagina arefacta, hasta obtusa, gladius hebetatus sit; perinde tamen desiderio teneris in mundum redeundi, ac si nunquam mundum cognouisses? Annos LXII. captiuus in carcere corporis detentus es, iamq; vetustate attritæ tibi compedes) & catenæ) decident; tu verò nouas de integro tibi fabricare vis! Qui LXII. annos in hac morte viuendo, aut in hac moriendo non satiatur, ne LX. quidem millibus satiabitur.

Augustus Imperator dicebat, postquam homines L. implessent annum, aut sponte illos mori, aut inuitos è vita debere tolli. Tum enim ad felicitatis humanæ fastigium terminum q; peruenerunt. Quicquid homines vltra illam ætatem viuunt, in grauissimis morbis, in mortibus liberorum, 674 *in iacturis fortunarum, in generorum importunitatibus, in amicorum funeribus, in alendis litibus, in debitis soluendis, in gemitu ob præterita, in fletu ob præsentia, in deuorandis iniurijs, in audiendis nunciis ingratis, alijsq; erumnis innumeris abit; quæ omnia satius foret oculis clausis in tumulo expectare, quàm ijsdem apertis in vita hac infelice tolerare. QVI anno quinquagesimo è vita hac misera à dijs tollitur; quod in ea miserrimum est, ne videat, subterfugit; & quicquid porrò homo viuit, per decliuia descendit, non incedendo; sed volutando, aut etiam cespitando & prolabendo.*

Nihil deperit, nisi in salutem, Tertull. de resurr. car.

La vita fugge e non se arresta v' hora, & la morte vien dietro à gran giornate. Petr. son. 232.

Θνητοῖσιν οὐδὲν ἄλγος ἀπτεται. Sophocl. Oedip. Colon.

Appetit finis, vbi incrementa consumta sunt. Sen. Marc. 23.

Ἐγγὺς θεὸς τοῦ ἀφθαρσεῖν. Tati. lib. 2.

Ἐφήμεροι πάντες σώματα καὶ τὰ χρήματα. Thucyd. lib. 2.

Non domus est hoc corpus, sed hospitium & quidem breue hospitium, quod relinquendum, vbi te grauem esse hospiti videas. Senec. epist. 120.

Nullus dies sine nostro peccato præterit. Ambr. de bono mort.

Δεῖ ἐπὶ θανάτῳ χαίρειν, αὖ μὲν νέῳ, ὅτι παύεται ἀπηλλάγη τῶν ἐν μέσῳ κακῶν. αὖ δὲ πρεσβύτερῳ, ὅτι ὁ δοκεῖ πεθεινὸν εἶναι, τοῦτο μὴ κτᾶσθαι λαβὼν ἀπῆλθεν. Chrysost. Stob. 877.

Quotidie moriuntur homines, & qui viuunt, deducunt illos; exequias celebrant, & vitam sibi promittunt! Aug. Homil. 28.

Nihil habet, quod speret, quem senectus ad mortem ducit. Seneca epist. 30.

Senectus membra fregit, visus euanuit, lingua torpuit, auditus obsurduit. Lact. 7. 12.

Quia quando de hoc seculo rapiamur, scire non possumus; sine vlla mora de sinistra fugere festinemus ad dexteram. Aug. 67. temp.

Quo facilius obrepat mors, sub ipso nomine vitæ latet. Sen. Marci. 10.

Vita præsens imago vitæ est; non veritas. Ambr. 1. Tim. 5.

Non hæc vita potius dicenda est, quàm vmbra vitæ. Aug. Hom. 50.

αὖθις ὡσὲ ἐπισήμως ψυχὴ ὁπότε εἰς τοῦ σώματος ἀκμὴν χρόνῳ μήκει μορφώσονται. Euagr. Stob. 855.

Longa senectus plena malis. Iuue. Sat. 10.

Stulti malorum memoria torquentur; sapientes bona præterita grata recordatione renouata delectant. Cic. fin. 1.

Adrianus sæpe dicebat, sanum Principem mori debere, non debilem. Spartian. Ælio. Vero.

Hoc quoque fatale est, sic ipsum expendere fatum. Manil. 4.

Stultum est eorum meminisse, propter quæ tui obliuiscaris. Curtius. lib. 7.

Μακρὸς γὰρ αἰὼν συμφορὰς πολλὰς ἔχει. Eurip. Stob. 866.

Proinde vt bene viuitur, diu viuitur. Plaut. Trin. Larem corona.

In præceps decliues ponderibus finis est iacuisse. Sen. epist. 94.

Desinit in aduersa niti, qui peruenit in summum. Fab. 12. 10.

Incrementa ipsa, si bene computemus, damna sunt. Sen. Marci. 20.

Cætera nostra & bona & mala incerta sunt; sola mors certa est. Aug. de ver. do. 21.

Omnis nos hora per tacitos fallentesque cursus applicat fato. Fab. decl. 4.

Ebel morir, mentre la vita è destra. Petrar. sonet. 66.

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet. Manil. lib. 4.

Apres vostre mort, fussiez-vous Empercur, vous ne serez non plus qu vn simple laboureur Ronsard. 8. 211.

Α᾽νακλῆς τοῖς, σὸν αἶδος, ζῶν, δ᾽ ἐς ὄλυμπον ἄγῃ. *Antipat. Epigram. lib. 3.*

Bene mori, est libenter mori. Sen. ep. 61.

Nihil Deus iubet, quod sibi prosit; sed illi, cui iubet. Aug. sent. Prosp. 39.

In suo quisque negocio hebetior est, quàm in alieno. Curt. lib. 7.

Homines plus in alieno negotio videns, quam in suo. Sen. ep. 109.

Mors iusti vitæ præsentis exitus, introitus melioris. Bernh.

Ningun mal ay grande, si es postrero. Arauc. 3. 14. 2.

ἐστ᾽ ὂν τῆς ἀλκῆς ὁ καιρός. *Polyæn.* 2. 22.

Vn bel morir tutta la vita honora. Petrar. 295.

Illos qui parent, idem quod cæteros manet; qui verò suadent, proprium periculum. Curt. 7.

Crescit dissimulatione ipsa dolor, hoc altius demissus, quo minus profiteri licet. Iustin. lib. 8.

Illi mors gravis incubat, qui notus nimis omnibus, ignotus moritur sibi. Sen. Thyest.

Vitæ actum consentaneus finis excipit. Val. Max. 7. 1.

Οὓς ἂν δ᾽ αὐωφέλητ᾽ φυτεύῃ τέκνα, αὐτῷ φίλοι πόνοι, πολὺν δὲ τοῖς ἐχθροῖς γέλων. *Sophocl. Antig.*

Dignus, qui omnes consoleris infirmos, quique; meritò ab omnib. consularis. Sid. 6. 1.

† *nutritio.*

Agens de bien, on ne perd rien. Adag.

Soluimus votis, quod nequimus officiis. Sym. 2. 85.

Secundum naturam est, & amicos complecti, & amicorum actu, vt suo proprioque lætari. Sen. ep 109.

Κρεῖσσον ἡμέρωτο δύσβελία. *Sop. An.*

Procliuius est iniuriæ, quàm beneficio vicem exoluere. Tac. hist. 4.

Quien sert bien, sans parler demande son loyer. Ronsard. 1. 506.

Gratia sine fine debetur, etsi absque intermissione soluetur. Sidon. 6. 4.

In remunerandis officiis ieiuna est verborum vicissitudo. Sym. 5. 45.

Quando vn danno viene, da ogni discorso humano lontano assai, a quel fallir par che fia scusa degna. Ariost. 8. 38.

ἐν δὲ πρὸς βελῆς πεύθῃ κῆδος τέλος. *Pro.*

Audacium consiliorũ autores, quod ore suadent, manu prosequi conuenit. Sax. l. 14.

An ignoras Marce Domine, qua via vita ingreditur, eâdem venire mortem? An nescis LXII. iam annos esse, ex quo vita mortem fugit, & totidem ex quo vitæ mors insidiatur tuæ; & mortem ex Illyrico, vbi grauem reliquit pestilentiam, digressam teq́, à domo tua profectum, ad eundem hîc in Pannonia locum deuenisse? An te fugit, quando ex vtero matris, terræ Dominus futurus prodiisti; statim è sepulcro prodijsse mortem, quæ vitam tuam inuestigaret? Semper non modò honorabilis; sed etiam honorificus esse studuisti. Quod cùm ita sit, cur, quemadmodum Principum oratoribus commodi sui gratia ad te missis, honorem habebas; cur, inquam, eam non honoras, quam ad te dij emolumenti magis tui, quàm cultus sui gratia mittunt.

Meministi procul dubio, cùm Vulcanus gener meus venenum mihi propinasset, magis scilicet opum mearum auidus, quam vitæ meæ cupidus; In cubiculum te meum, Domine, ad me consolandum venire, & dicere: CRVDELES esse deos, qui iuuenes occiderent, & benignos, qui senes tollerent; additis etiam his verbis: Æquo animo esto Panuci, & nolito angi, quòd mundum relinquis. CVM enim vt moriaris, natus sis; nunc vt viuas, moreris. Quamobrem, quod mihi dixisti, Princeps serenissime, idem tibi dico; quod mihi suasisti, tibi suadeo; quod dedisti, reddo; Ex illa denique vindemia racemationem hanc accipe.

CAPVT LV.

Responsio M. Aurelii Imp. ad Panucium Secretarium, qua ostendit, non ideò sibi grauem esse mortem, quòd mundum hunc relinquat; sed quòd hæredem filium improbum sit habiturus.

Felix, Panuci, lac, quod in Dacia suxisti! panis; quem Romæ edisti; institutio, quæ in Græcia tibi contigit, & vrbanitas†, quam in aula mea accepisti! Nam & in vita ministri probi, & in morte fidelis mihi amici præ- 675
stitisti officium. Commodo filio mando, vt obsequiorum tibi mercedem persoluat: Deos autem immortales rogo, vt pro consilijs gratiã tibi referant. Nec frustra illud me filio mandare, hoc à dijs petere dico. Multorum enim obsequiorum mercedem homo vnus persoluere potest. Ad remunerandum verò vnum consilium bonum omnibus dijs opus est. MAXIMVM & præstantissimum beneficium, quo amicum potest amicus afficere, illud est, si in dando ipsi homo consilio, in negotio difficili felix sit. Nec sine caussa felicem esse, non dare tantùm

tantùm illum volo. NON rarò enim vsu venire solet, vt qui consilijs suis mederi nobis volebant, in maiora etiam pericula nos conijciant.

Omnes quidẽ vitæ huius labores difficiles sunt; verũ mortis difficillimus (& maximè terribilis:) omnes graues; verũ hic grauissimus: periculosi omnes; sed hic periculosissimus: omnes illi in morte finem tandem habent; at mortis labor quem finem sit habiturus, ignoramus. Eius autem quod dico, notitiam perfectam assequi nemo potest, nisi qui morti perinde, atq; ego nunc sum, proximus est.

Sapienter tu quidem Panuci locutus es: Verũ cum morbũ meum nescias; in curando scopũ non attingis. Non n. ibi dolor est, vbi prophylactica adhibuisti; non est ibi fistula, vbi cauterijs vsus es; non erat ibi oppilatio, vbi malagma admouisti; non erant illæ venæ, vbi sanguinem misisti; non deprehendisti plagæ locum, vbi mucro desedit: hoc est, ad cognoscendũ morbum meũ, magis magis q; interiora penetrare debueras. SVSPIRIA, quæ cor emittit, si cor, inquã, illa (penitissimũ) emittit, non arbitretur, quisquis audit, se statim intelligere. ANGORES n. & cruciatus animi, quibus mederi homines nequeunt, ne cognosci quidem ab ijs dii voluerunt. AVDENT multi confidenter & impudenter affirmare, cogitata sese aliorum cognoscere; maiorẽ hac in parte vanitatem, quã sapientiam declarantes. Cum n. multa in me sint, quæ mihi ipsi ignota sunt; quanto minus ei, qui extra me est, nota erunt?

Quòd me mortem vehementer timere insimulas Panuci; ego me vehementer illam timere nego; at humano more timere fateor. Si n. mortẽ me timere negarẽ; perinde esset, ac si carne me negarẽ constare. Experiẽtia magistra discimus, leonẽ ab elephanto, hunc ab viso, vrsum à lupo, ab agno lupũ, à mure felem, à fele canẽ, à cane hominẽ timeri. Vt vno verbo
676 *dicã, alii alios timent, tantũ ne ab illis occidantur. Cùm igitur animantes mortẽ fugitent, quæ licet moriãtur, neq; metu tenentur cũ furiis digladiandi, nec cũ diis lætitiam sperãt: quantò magis nos, qui morimur incerti, vtrum furiarum pœnis lancinandi, an deorum sedibus accipiendi simus?*

Non me videre putas Panuci, demessum † iam esse gramen meum? Equidem collectam iam vineæ meæ vindemiam noui; domus meæ iuncturas omnes dilabi non ignoro; nihil nisi folliculos vuarũ, & carnis pellem reliquũ esse, & nihil de omni vita mea præter halitum superesse, probè scio. Hactenus multum à me differebas; at nunc multum ego abs te differo. Nam de specula aciem intueris, ex riparetia iactas, intra conseptum caueæ taurum agitas, prope ignem te frigus deprehendit, sub vmbra positum Sol ferit; hoc est, IDEO mortem tantopere deprædicas, quia vita tibi salua est.

Anguntur appropinquatione mortis confecti homines senectute Cic. fin. 5.

La force du courage est la viue lumiere, Qui nous fait mespriser nous-mesmes & la mort. Ronsard. 5. 40.

Ben può nulla chi non può morire. Petr. Sonet. 120.

Frigent solatia sub metu mortis. Ambr. Luc. 9.

Noxa, cuius caussa deprehensa est, facilè vitatur. Macr. 7. Sat. 4.

Promtam erroris excusationem ignorantiæ beneficium adfert. Sax. lib. 2.

Mœror in pectore conclusus, magis vrit, vbi nec arcanum proferre neque vllam eius requiem inuenire datur. Dio. lib. 42.

Si cladis caussa cognoscitur, & medela vulneris inuenitur. Cypr. Serm 5.

Interius mentes inspicit ipse pius. Martial. 9 29.

Non temere exeunt ab infelicitate ficti gemitus. Fab. decl. 10.

Mens sibi conscia facti, præmetuens adhibet stimulos torretque flagellis. Lucr. lib. 3.

Homo in faciem, Deus in præcordia contemplatur. Tertul. de præscript.

ἐ γὰ ἐπὶ ψυχὴν ὄμμα τὸν πανύσεις. *Silentiar. Epigr. lib. 7.*

Gedenck an Todt/ vnd leyde Noth. *Prou.*

Nullum animal ad vitam prodit sine metu mortis. Sen. epist. 121.

Τροφὴ τὸ ὠναντίον τῷ ὠναπῷ. *Plato. Lysid.*

Vitæ dulcis illecebra constantem quoque mulcet affectum. Ambr. Luc. 9.

Sui caritas non ex animali motione, sed ex naturali intentione procedit. Boet. 3. 11.

Οἱ γέροντες φιλόζωοι, μάλιστα ἐπὶ τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ. *Arist. 2. Rhetor. 13.*

Φοβερώτατον ὁ θάνατος, πέρας γὰ, καὶ οὐδὲν ἔπι τῷ τεθνεῶτι δοκεῖ εἶτε ἀγαθὸν, εἶτε κακὸν εἶναι. *Idem. 3. ethic. 6.*

Wüste der Mensch recht wer er wer/ er würde fro nimmermehr. *Prouerb.*

† *depastum inueteratum.*

Felicibus difficilis est miseriarum vera æstimatio. Fab. decl. 9.

Facilius est in alienis, quàm in proprijs philosophari. Nazian.

Delicata iactatio est, cùm periculum non est. Cypr. Serm 4.

Καλεπὸν οἳ ἑτέρε νόον ἰδμεναι ἀνδρός. *Theocrit. idyl. 25.*

Alienum casum facilè despicit securus sui. Fab. decl. 9.

Facilius alios adhortari, quàm se contra aduersa obfirmare. Dio. lib. 38.

Magnares est & diu discenda, cùm aduentat hora illa ineuitabilis, æquo animo abire. Sen. ep. 20.

Saladinus ex summis opib. præterlineam interulam nihil secum tulit. Dubrau. lib. 14.

Lo star mi strugge, el fuggir non m' aita. Petrar. canz. 18.

Conuersatio cum ærumnosis leuationem quandam adfert. Dio. lib. 42.

Qui in eadem calamitate versantur, eorum in consolandis calamitosis maior est autoritas. Nazianz. orat. 24

ῥᾷον παραινεῖν, ἢ παθόντι ξυμπερεῖν. *Eurip. Alcest.*

Krancken vnd gesunden / haben nicht gleiche stunden. *Prou.*

ἐλαφρὸν, ὅς τι πημάτων ἔξω πόδα ἔχει, παραινεῖν νουθετοῦντι τὰς κακῶς πάσχοντας. *Æschil. Prometh. Vinct.*

Clementia cunctis in similes, animosque ligant consortia damni. Claudian. Eutrop. 1. 188.

Plurimum autoritatis habet, qui loquitur de morte vicina. Sen. ep. 24.

Si nulla esset mortis amaritudo, non esset magna martyrum fortitudo. Aug serm. 33. de verb. apost.

Μόνῃ τῶν ὁμοιοπαθῶν ὁμιλίᾳ τοῖς ἀλγοῦσιν εὐλόγως ἔπεστι παρηγορία. *Chrys. Stob.* 789.

ἡδὲν οὕτως εὐφραίνει, ὡς τὰ ὁμοιώματα τῷ ὁρᾶν ἐμφανόμενα τοῖς ἤθεσι τῶν συζώντων. *Aurel. Imp. lib. 6.*

Den nicht hungert / hat gut sagen von fasten. *Adag.*

Μεγίστη παραψυχὴ ἡ τῶν ὁμοίων ἀνοή. *Heliodor. lib 1.*

Αἱ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων προαγορεύουσι τοῖς μέλλουσι, καθ' ὃν καιρὸν ὁ τελευτήσων τοῦ σώματος χωρισμὸν ποιήσεται. *Diodor. lib. 18. initio.*

Nihil difficilius, quàm magno dolori paria verba reperire. Sen. Polyb. 22.

Modici animorum adfectus dolorem suum verbis lacrimisque tentantur: Modum excedentes faciunt, vt aut nihil dicas, aut quiduis potiùs quam quod oportet. Nic. Greg. 9. 13.

Mœsta vbi semel prorupere, difficilius reticentur. Tacit. annal. 4.

Æquo iudicio iuxta timidus est & ignauus, qui cùm non oportet, mori desiderat; & qui refugiat, cùm non sit opportunum. Amm. lib 25.

Οὐ ξύμφορα δυσβάστατον ὄμμασιν. *Æschil. Prometh.*

Venena statim à radicibus pestifera sunt. Sen. 9. controu. 6.

Magnorum virorum plerique aut sine liberis interierunt, aut tales habuerunt, vt melius fuerit, de rebus humanis sine posteritate discedere. Spartian. in Pescenn.

Defuncto Marco, ex aureo regno in ferreum delapsa respub. Dion. lib. 71. extrem.

Αὐτάνθρωπος φυτὸς δηλαδὴ μέλλει ἡδέπω ἔσεσθαι. *Prouerb.*

Me miserum! quàm breui pòst DE *omnibus, quæ in hac vita habui, nihil mecũ præter amiculũ ferale auferam! Heu mihi! nunc in arenã descendã, vbi non à bestijs exagitabor, sed à vermibus deuorabor. Heu mihi! in eas redactus sum angustias, vnde fugere nequeo, & si opperior, mortem opperior. Nolim ægrotantẽ me rectè valens, mœstũ lætus, exulẽ fortunatus, morti vicinũ, is qui extra vitæ periculũ versatur, cõsoletur: Sed velim, vt in paupertate pauper, in tristicia tristis, in exilio exul, & cuius vita æquè discrimini obnoxia est, q̃ ego nunc propinquã mortẽ video, me consoletur. Nullum n. æquè vel salutare vel verũ consiliũ est, quàm q̃ ab eo proficiscitur, qui pari cum eo, cui illud impertit, dolore oppressus est.*

Si diligentius perpenderis hanc sententiam, rem planè nouam me dixisse reperies, quam tamen asseueratione omni affirmo. Parum enim efficax mihi videtur futurum apud eum, qui lacrymas effundit, solamen ab eo, qui risu emoritur, profectum. Hæc dico, vt quod ego scio, scias; quod ego sentio, sentias. Ac ne fallaris, tanquam amico arcanum tibi patefaciam, vnde cognosces paruum omnino mœrorem, quo conficior, esse respectu magni eius, quo me cruciari æquum erat. Nisi enim sensibus obstitisset ratio, iam suspiria vitæ meæ finem fecissent, & in lacrymarum tumulo fuissem sepultus.

Noua illa, quæ in me animaduertisti, cuiusmodi sunt, fastidium cibi, insomnia peruigil, amor solitudinis, tædium societatis, animus in suspirijs acquiescens, & lacrymis sese recreans, indicio sunt, qua tempestate cordis mei mare turbetur, cum huiusmodi terræmotus in corporis mei terra appareant. Sed ad rem accedamus, & videbimus, cur nihil solatii corpus meum admittat, cur ita cor deficiat; & quod maior sit huius dolor, quàm illius questus. Adeo quippe delicatum corpus est, vt amaritudine affectum conqueratur; adeo cor forte (& validum) vt percussum dissimulet. 677

Scito ergo Panuci, ideò mihi tam acerbam mortem esse, quoniam in vita Commodũ filiũ relinquo, & quidẽ in ætate tũ ipsi periculosa, tũ imperio formidanda. Ex Flore poma, ex gemmis vites, ex odore vina, ex vultu homines; inde à pullo equus, inde à puero iuuenis cognoscitur. Cum ergo tam nihili sit me viuente filius; multò minus illũ me defuncto frugi futurũ video. Cum a. non minus, quam ego, malignum filij ingenium noueris; cur angores (dolores q̃) patris miraris?

Commodus filius ætate quidem adolescens est; sed longè magis intellectu: cumq̃ sit ingenio præditus malo, resistere illi non vult: (suo morem gerit animo,) suo paret arbitrio, ac si longa præditus esset experientia; Eorum, quæ scitu sunt necessaria, parum admodum nouit, idque, quod pessimum, susq̃ deq̃ habet: De præteritis nihil vidit, præsentibus tantum occupa-

occupatur: In summa, quæ oculis vidi, quæq; animo suspicior, futurum auguror, vt citò & filij vita in periculum vocetur, & patris memoria domusq; intereat.

Proh! quam inclementer nobiscum egerunt dij iubentes, vt existimationem nostram in potestate relinqueremus filiorum! Satis enim esset, nos fortunas illis relinquere existimatione amicis commendata. Sed illi, proh dolor! fortunas in viciis consumunt, & quia viciosi sunt, existimationem perdunt. Cum benigni sint dij, vt sunt, nobisq; potestatem opes partiendi tribuant; cur de existimatione condendi testamenti facultatem non dant.

Commodus filius ab vtilitate nomen habet. Sed qualis est, æquo animo carendum esset exiguo commodo, quo nonnullos afficiet, respectu incommodorum, quæ omnibus importabit, plurimorum. Sic enim mihi persuasum habeo, illum Hominum tortorem, deorum flagellum fore. Ingreditur iam solus & sine duce semitas iuuentutis, cumq; per loca transeundum sit montosa & periculosa; vereor, ne viciis intricatus hæreat. PRINCIPVM enim & magnatum filii cum libere & indulgenter educentur; vt in vicia prolabantur, faciles; vt ex iis euadant inemendabiles sunt.

678

Attentè, quod dico, quia non sine lacrymis dico ausculta Panuci. An non vides Commodum filium liberum, diuitem, iuuenem, & solum relinqui? † Quolibet, mihi crede, vento minimo, nedum turbinibus quatuor tam violentis arbuscula tam tenera caderet. DIVITIÆ, adolescentia, solitudo & libertas, quatuor pestes sunt, quæ Principem inficiunt, rempublicam affligunt, viuos occidunt, mortuos infamant.

Credant mihi senes, & notent hoc iuniores; Si Quem multis dii dotibus ornarunt; ad eas conseruandas multas requiri virtutes. (MEMBRIS) mutili, valetudinarii, stolidi & corpore praui timidiq; non perturbant profecto rempub. sed quos pluribus natura dotibus cumulauit. Formosissimis, quod experientia docet, maximè frequentantur lupanaria; venustissimi quiq; libidinosi; fortissimi homicidæ; ingeniosissimi fures callidissimi sunt; & QVI ingenio sunt maximè perspicaci, maximè fiunt fatui.

Iterum iterumque dico, affirmo, iuro, QVI dotibus, (vt ita loquar) vestiti sunt naturalibus, si virtutum studio partarum, quasi farto careant, dicere possumus tales gladium manu tenere, quo se saucient (ac cædant) ignem humeris gerere, quo conflagrent; restim in collo, qua strangulentur; pugiones in pectore, quibus transfodiantur; spinas in pedibus, quibus configantur; saxa, ad quæ pedibus impactis cespitent & cespitando cadant, & prolapsi in morte, quã horrebant, & sine vita, quam plurimum amant (& expetunt,) relinquantur.

Velim

Tot disciplinarum Magistri Commodo nihil profuerunt: Tantum valet aut ingenii vis, aut eorum, qui in aula institutores habentur. Lamprid. in Commod.

Quod mens spontè diuinat, idem subiicit ratio. Liu. lib. 26.

Desidis aurigæ non audit verbera currus. Claud. Consul. Mall. 186.

Tenero tractari pectore nescit publica maiestas. Claudian. Eutrop. 1 423.

Αἱ ἐξουσίαι πολλὰ τῶν τῷ θεῷ μὴ δοκιμάτων ποιεῖν πείθουσι. *Chrys. orat. de princip.*

Filius, qui nascitur, talis est, qualem fortuna dedit: adoptatum suo quisque arbitrio sibi probatum diligit. Dio. lib. 69.

Alit impunitas adolescentem in peius audaciam. Ammian. 14.

Nil stultius, quàm ex nominum propinquitate vim similem rerum coniectari. Apul. apol. 1.

Commodus cunctis incommodus, hostis generis humani etiam viuus iudicatus. Oros. 7. 16.

σφόδρα νεανικῆς δεῖ ψυχῆς, ὥς τε εἰς δέον χρήσασθαι τῇ δεδομένῃ τιμῇ καὶ ἐξουσίᾳ. *Chrys. orat. de princip.*

Volontiers sottise est le propre heritage De celuy, qui sans peine, riche de s' ieune age. Rons. 7. 213.

Commodus à prima statim pueritia turpis, improbus, crudelis, libidinosus. Lamprid.

Magnum periculum est, ne cui licet facere, quod vult, is velit, quod non debet. Plut. ad Pr. indoct.

Vicia semper facultatibus, licentia & assentationibus aluntur. Vell. lib. 2.

† *Horum ventorum vel minimo maxima arbor prosterni posset; quanto facilius turbin. G.*

Solet iuuentus promtior esse ad lapsum. Ambros. Tit. 2.

Τὸ φυλάξασθαι τὰ ἀγαθὰ τοῦ κτήσασθαι χαλεπώτερον. *Liban. Stob. 82.*

Maximinus quibus à natura præditus erat eximiis dotibus, ipsa potestatis licentia prodidit. Zosi lib. 1.

Plures qui prerogatiuis potiantur, quàm qui rectè vtantur. Polyb. lib. 10.

Non leuius vulnus fortes, quàm pulcri, puellis infligere solent. Sax. lib. 3.

Durus & verè insolens Ad recta flecti regius non vult tumor. Sen. Hippol. 1.

Ἡ ἐξουσία πολλοὺς καὶ ἄκοντας εἰς τὸ ὑβρίζειν ἐνέβαλε. *Chrys. orat. de princip.*

Quiuis s' ha tutta la mente, doue pena e duol si sente. Adag.

Facile ingenia adolescentium à recta honestaque disciplina ad luxum voluptatesque delabuntur. Herodian. lib. 1.

Omnia, quæ ad vsum vitæ accepimus ad vsum culpæ conuertimus. Bernh.

Qui per læticiam in tribulationes incidimus, per tribulationes ad læticiam recurramus. Fulg. ep 7.

Ἀνδριὰς μὲν ἐπὶ βάσεως, σπουδαῖος δ' ἀνὴρ ἐπὶ καλῆς προαιρέσεως ἑστὼς, ἀμετακίνητος ὀφείλει εἶναι. *Socr. Stob.* 959.

Dominium rerum collabi solet; bonæ mentis vsurpatio nullum tristioris fortunæ recipit incursum. Val. Max. 44.

Μόνη κτημάτων ἡ ἀρετὴ ἀναφαίρετον. *Basil. Stob.* 32.

Non est facilè, inter magna non desipere. Sen. 6. nat. quæst. 29.

Commodo præter ætatis florem, etiam formæ dignitas suffragabatur. Herodian. l. 1.

Est vbi sub virginea & miti facie ferina lateat immanitas. Rhodig. 3. 12.

Metuentes ea maximè sibi, quæ maximè abominantur, fingunt. Plin. 6. ep. 4.

Prona est timori semper in peius fides. Sen. Hercul. fur. 1.

Vnum defuit Marci felicitati, quòd filium reliquit degenerem. Dio. lib 71. extr.

Quem non corrumpit pubes effrena, nouæq; Libertas properata togæ? Stat. Sylu. 5.

Caret plerunque successoribus virtus. Pontan. Charont.

† *punctum temporis frui vita, & hoc communi spiritu non oportere.*

Grauissima quæque & maximè insignia peccata nō sunt leuiorum aut mediocrium ingeniorum offensiones; sed ab animi præclara quadam indole, viciosa educatione deprauata, proficisci solent. Pausan. lib. 7.

Παῖδες κακοὶ γεγῶτες, ἐχθίστη νόσος. *Eurip. Stob.* 671.

Quamuis aliquis per se floreat; erubescit tamen in suis. Ambr. Rom. 2.

Quo minor est ætas; maior metus. Victorin.

Τιμῆς μέγεθος, τοῖς οὐκ ἀξίως τῆς τιμῆς ζῆν προαιρουμένοις, προσθήκη τιμωρίας ἐστί. *Chrysost. orat. de principat.*

Iuuenile vicium est, regere non posse impetum. Sen. Troad. 2.

Maturus æui Princeps nihil temere propter iuuentutem, nihil propter senectutem negligenter potest facere. Dio. lib. 69.

Ἅπας δ' τραχὺς, ὃς τις ἂν νέον κρατῇ. *Æschyl. Prometh. Herodian. lib.* 1.

Velim hoc meminaris Panuci. SI QVIS inde ab infantia timorem sibi deorum, reuerentiam hominum, proposuit; si quis veritatem erga omnes custodit, & citra cuiusquam detrimentum viuit; huius tanquam arboris fortuna aspera corticem (vt sic loquar) sanitatis findere, florem iuuentutis arefacere, frondes fauoris exiccare, laborum fructus decerpere, rāmum aliquem officiorum detruncare, apicem summum gratiæ (Principalis) inclinare potest: Sed quantumuis à ventis omnibus concutiatur, nunquā tamen euertetur.

Quam fortunati sibi videntur patres, deorum beneficio filios nacti ingeniosos, sagaces, pulcros, habiles, agiles, validos: non cogitantes omnia ista DONA tantùm irritamenta esse viciorum. Itaq; si meo patres vterentur consilio; MALLEM ego filios membris defici, quam vicijs abundare. Est quidem Commodus filius meus adolescentum, qui in Romano Imperio nati sunt, pulcerrimus: Sed vtinam facie vel nigerrimos referret Æthiopum, & moribus præstantes Græciæ Philosophos æquaret! NON enim vel sita esse debet patris gloria in eo, vt facie filius sit candidissima (& decentissima:) sed vt vitam agat quam emendatissimam. NON Patrem pium; sed hostem capitalem vocabimus, qui filium, quod pulcer est, (tantum non) adorat; sed quod viciosus, non castigat. SI FILIVS sit patri multis ornatus dotibus, quas omnes ille in vicia conferat; talem filium aut omninò nunquam in lucem hanc oportere prodire, aut si prodijsset, † confestim sepeliendum, dixerim. 679

CAPVT LVI.

Concludens sermonem suum M. Aurelius, exempla nonnulla exponit memorabilia Principum iuuenum, qui quòd viciosi fuerunt, & se & regna pessundederunt.

QVàm miserabile aspectu est, patrem suspiriis filios à diis veluti redimere; matres eosdem cum dolore parere; ambos cum difficultatibus eosdem educare, in nutriendis illis peruigilare, vtq; eorum rationibus prospiciant, fatigari: & tandem (filios) tam rebelles viciososq; euadere, vt SÆPE miseri parentes non annorum, quos habent, multitudine; sed molestiarum, quibus à filiis affecti sunt, acerbitate extinguantur! In mentem mihi venit vereri, cum filius meus iuuenis sit, & ego senex, etsi magnis cum laboribus à viciis fuerit auocatus; tamen me defuncto illum odio virtutes habiturum.

Recor-

Recordor enim multorum Principum iuuenum, qui eadem, qua hic, ætate hæreditatem adierunt Imperii Romani, vitæ omnes tam improbæ, vt vitam simul & honorem amittere meruerint. Recordor Dionysii Siculorum tyranni famosi, qui æquè præmia dedisse (voluptatum ac) viciorum repertoribus fertur, quàm genitrix nostra Roma regnorum victores coronat. NON nisi tyranni & iuuenis esse poterat, eos qui viciosissimi erant, inter intimos habere.

Recordor quatuor Principum iuuenum, qui in imperio quidem; sed non in fortitudine Alexandro Magno successerunt: Cassandri, Antiochi, Seleuci & Ptolemæi, qui propter vanitates ac leuitates, quemadmodum Alexander Græciæ Imperator, ita hi iuuenes Asiæ tyranni cognominantur. Fuit Alexander in vita felicissimus; at in morte infelicissimus. Quicquid enim ille cum gloriosis peperit triumphis; id vicijs illi perdidere fœdissimis; vt mundi imperium, quod inter quatuor tantùm Alexander diuisit, plusquam quadringentorum præda fuerit.

680 *Recordor Antigonum, cum parui æstimaret, quæ Alexandro, domino suo, magno steterant, tam leuem, quod ad ipsius personam attinebat; tam infamem in negotiis reipub. fuisse, vt ludibrij caussa hederam pro diademate aureo, pro sceptro thyrsum manu gestaret, atq; ita pro tribunali sedens suis ius diceret, & exteros audiret. Cum autem plurimum leuitatibus iuuenis offendar; magis tamen grauitatē sapientum Græcorum illas tolerasse miror. Æquissimum enim est, vt QVI complices extiterunt criminis, pœnæ sint participes.*

Recordor Caligulæ, quarti Romanorum Imperatoris, qui tam iuuenis & amens fuit, vt nesciam, vtrum horum illo æuo fuerit maius; populi scilicet aduersus dominum inobedientia; an odium aduersus populum domini. Adeò quippe in flagitiis iuuenilibus indomitum, adeò in sæuitia tyrannica insolentem infelix ille se præbuit, vt nisi vigiles Romani in adimenda ipsi vita fuissent; ipse peruigil in cunctis eâ priuandis futurus fuerit. Gestabat in capite Caligula monile aureum, cui insculpta erat hæc sententia: Vtinam omnis populus vnam præcisè haberet ceruicem, vt vno ictu omnes necarem.

Recordor Tiberij Imperatoris, qui filius fuit adoptiuus optimi Cæsaris Augusti; qui cognomen hoc adeptus est, quoniam plurimum auxit Imperium: Sed non tantum senex optimus auxit rempublicam; quantum eandem Tiberius, donec vita durauit, diminuit. Itaq; odium, quo viuentē populus Romanus Tiberium persequebatur, in morte postea manifestissimè erupit. Nam quo die Tiberius mortuus, vel vt veriùs dicam, interemtus fuit, frequentissimus supplicatum

Principum iuuenum exempla: 1. Dionysius.

Ingenium viri Indocile, flecti non potest frangi potest. Sen. Thyest. 2.

Xerxes, edicto præmium proponit ei, qui nouum voluptatis genus reperisset. Val. Max. 9. 1.

Οἱ κατὰ τὸ παρὸν λέγοντες ἀπειληφέναι πᾶν, εἰς τὸ μέλλον ἐρήμους ἑαυτοὺς παντελῶς καθιστᾶσι. *Chrys. orat. de Princ.*

2. Alexandri M. successores.

Fortuna, eos ex æmulatione virtutis in perniciem mutuam armauit. Iust. lib. 13.

Id esse regni maximum pignus putant, si quicquid aliis non licet, solis licet. Sen. Agamem. 2.

Non debet adsumere dignitatem, qui non potest iustè exequi, quæ sunt dignitatis. Gregor.

Arduum, vt quis in magna peccandi licentia iustam transigat vitam. Plat. Gorgia.

Quod imperium sub vno stare potuisset, dum à pluribus sustinetur, ruit. Curt. lib. 10.

3. Antigonus;

Nouis opibus ebrii, per vtendi intemperantiam produnt imperitiam possidendi. Sidon. 5. 7.

Velleius lib. 2. de M. Antonio. Alexand. 1. 28.

Bonis salus ciuium ac longa sui memoria cariora sunt, quæ non gloriæ modò, sed ratione quadam posterorum felicitati proficiunt. Aurel. Vict. 34.

Consortes alienorum delictorum fiunt, qui fuerint delinquentib. copulati. Cypr.

4. Caligula.

Non nasci melius, quàm numerari inter publico malo natos. Sen. 1. clem. 18.

Ostenderunt ei Romani, multas sibi manus, vnicam ipsi ceruicem esse. Dio. lib. 59. extrem.

Sen. 3. de ira. 19. Sueton. 30.

Τοιοῦτόν ἐστι φύσις ἀπαίδευτος ἐπειλημμένη δυνάμεως τῇ κεφαλῇ τὸν οὐρανὸν ἐξαράσσειν ἐπιχειρεῖ. *Synes. epist. 57.*

5. Tiberius, multis virtutibus, multis viciis præditus. Dio. lib. 58. extrem.

Multitudo semper aut nimium odit, aut nimium amat. Sabell. 8. 9.

Augustus quasi hominis natura amplior cognominatus est. Dio. lib. 53. Aur. Victor. de Gallieno.

Terram matrem deosq; manes orabant, ne mortuo sedem vllam, nisi inter impios darent. Sueton. 75.

Cupidè conculcatur nimis antè me tuum. Lucret. 5.

Boni Principis virtus nō ex aliorū flagitiis, sed ex ipsius factis iudicari debet. Dio. lib. 56.

6. Patroclus.

Tutissimum vt volentes volentibus imperent. Nazi. orat. 17.

Vita hominis in manu Dei est posita, à quo vbi eius destructio permittitur, tunc omnibus periculis patent fores. Nic. Gregor. lib. 11. extrem.

7. Tarquinius Superbus. Flor. 1. 6.

Inuisum semel Principem, seu bene seu malè facta premunt. Taci. Histor. 1.

Sub dominatu puerili, per ludibrium bonis artibus partum firmatumq; interit regnum. Liu. 23.

Domitianus nondum ad curas intentus, stupris & adulteriis Principem agebat. Tacit. histor. 4.

Casus ab exemplo vitare debemus. Sidon. 3. 12.

Multæ & magnæ solent ex amore hominibus existere calamitates. Pausan. lib. 1.

8. Nero. Suet. c. 7. & in Galb. 1.

Quæ vita placeret, cùm rector moderandus erat? Sidon Carm. 5.

Ἐξ ἀδελφῆς δ' Καλιγέλα γεγονὼς, τὴν τε ἀρχὴν κατήχωσε, καὶ πολλὰ τῶ Ρωμαϊκῶν ἐμείωσε δικαίων. Eutrop. lib. 7.

Imperatoriæ maiestatis esse putabat efficere, vt nemini ne in pessimis quidem rebus cederet. Dio. lib. 61.

Sueton. Nero. 34.

Γῆ μήτηρ πάντων μητροφθόρον ἐδέξατ' ἄδρας. *Epigr. lib. 1.*

Φείδεσθ' ἐδὲ τῶν ἀναγκαιοτέρων ζωντὶ τὰ δυσχερῆ. *Iulian Cæs.*

† *discerpsit. G.*

De Nerone nihil dicam, ne quæ memoria monstrosorum facinorum ab eo perpetratorum extet. Zosi. lib. 1.

† *Neronis pater negabat ex se & Agrippina quicquam nisi detestabile nasci potuisse. Dio. lib. 61 Sueton. Neron. 6.*

Damna minus consueta mouent. Claudian. Eutrop. 2. 149.

Πᾶσα ἀνάγκη καὶ ὃν εἴληφε δυσχήμονα τῶν ἀκουσίων τὸν ἄλογον ἐξεδίαν. *Zosim. lib. 1.*

Naturale est, manum sæpiùs ad id referre, quod doleat. Sen. Helui. cap. 17.

Cunctorum si facta simul iungantur in vnum, Præcedes numero. Claud. Ruf. 2. 516.

Commodus ignorantia meliorum in malam primùm consuetudinem, pòst in mores nefarios desciuit. Dio lib. 72.

Honestas, quæ principio anxia habetur, vbi contigerit, voluptati luxuriæque est. Aur. Vict 19.

Vt nemo doceat fraudis & sceleris vias regnum docebit. Sen. Thye. 2.

iuit Populus Romanus, & donaria Senatores in templis consecrarunt preciosissima, & sumptuosissima sacerdotes dijs obtulêre sacrificia, ne scilicet tyranni animam dij reciperent; sed furijs eam Tartareis traderent.

Quid dicam de Patroclo, secundo rege Corinthiorum? qui cum annos natus XXII. hæreditatem adijsset; adeò fuit libidini deditus, lingua indomitus, opum cupidus, animo (simul) timidus, vt regnum, quod annos XL. pater obtinuerat, vix XXX. menses possederit filius.

Memini Tarquinij Superbi, vltimi ex septem Romanorū Regibus, qui forma pulcerrimus, bello fortissimus, sanguine nobilissimus, & in largiendo liberalissimus fuisse perhibetur. Sed infelix iuuenis dotes omnes à dijs ad cultum ipsorum datas, ad offendendos illos contulit; pulcritudinem in luxuria, fortitudinem in tyrannide exercens. Itaq; ob nefariam vim Lucretiæ castæ illatam non solum ipse regno excidit, & ad mortem vsque patria extorris incertis sedibus vagatus est; Sed toti etiam Tarquinorum genti perpetuum exilium indictum fuit. 681

Venit mihi in mentem & Neronis Imp. qui & Imperij hæreditatem creuit, & vixit, & mortuus est iuuenis. Nec frustra illum iuuenem vixisse mortuumq; esse aio. In ipso enim Cæsarum generosorum (stirps &) progenies defecit, veterumq; memoria tyrannorum renouata fuit. Cui censes Panuci tyrannum istum vitam daturum, cum matri propriæ mortem afferre ausus sit? Quid eum quæso, qui matrem, ex qua natus est, interfecit; papillas, quas suxit, denudauit, sanguinem, ex quo ortus, profudit; brachia, quibus (gestatus &) nutritus est, † constrinxit; vterum, in quo formatus est, inspexit; quid (inquam) detestandum illum putes non ausurum, qui illa perficere sustinuit? † Quo die matrem Nero interemit, orator in Senatu disserẽs: Iure, inquit, interficienda erat Agrippina, quæ tale Populo Rom. portentum peperit.

Non ergo mireris noua illa, quæ in me conspexisti Panuci. Hoc enim triduo, dum extra me raptus & quasi alienatus fui, hæc omnia mihi oblata animoq; meo sunt obuersata. VIRIS enim (prudentibus &) solicitis cogitationes pro pabulo sunt. Quæcunq; conditiones inter Principes, quos dixi, diffusæ fuerunt, in filio Commodo simul inueniuntur. Si enim illi iuuenes, diuites, liberi, confidentes, indomiti fuerunt: & hic iuuenis, diues, liber, confidens indomitusq; est. Vnde cùm illi mali fuerint; non arbitror filium meum bonum futurum. Si multos Principũ iuuenum, qui bene educati, rectè eruditi, seuere castigati fuerunt, confestim hæreditate adita dissolutos & diffluentes videmus: quid de ijs sperabimus, qui inde ab infantia petulantes & ingenio prauo sunt? EX bono vino

acetum

acetum acre fieri sæpe vidi; at acetum in vinum rursus commutari nunquam audiui.

Constituit me filius inter fluctus timoris & ancoras spei. Nam & bonum fore spero, cum benè sit à me institutus; & malum fore metuo, cum male sit à Faustina matre educatus, & quod pessimum, natura ad malum omne iuuenis pronus est. Hæc vt dicam, moueor, quia Naturalia durare, artificialia perire video: Vnde vereor, ne me defuncto ad id redeat, quod natura à matre, non quod eruditione à me habet.

Vtinam nunquam habuissem filium, ne adrelinquendum illi Imperium adstringerer! Tum enim ex optimorum parentum filiis aliquem elegerem, isti qualem mihi dij dede-
682 runt, minimè deuinctus. Quæro enim ex te, Panuci, vtrum feliciorem censeas, Vespasianum naturalem Domitiani patrem, an Neruam adoptiuum patrem Traiani illius optimi? Fuerunt vterq; Vespasianus & Nerua, Principes boni: at è filijs Domitianus omnis prauitatis epitome, Traianus omnis probitatis speculum fuit: Atq; ita Vespasianus in felicitate habendi filios infelix; Nerua in infelicitate non habendi filios felix fuit.

Aliud tibi, Panuci, dicam, quo probè ruminato, parui vitam æstimabis, & mortis timorem depones. Annos vixi LXII. quibus multa legi, multa audiui, multa vidi, multa expetiui, multa adeptus sum, multa possedi, multa toleraui, multis fruitus sum: & post omnia iam mori me video, meisq; deliciis & mihi ipsi finem astare. EX OMNIBVS autem, quæ habui & possedi, quibus potitus & fruitus sum, duo tantùm habeo, nimirum cruciatum, quòd deos offendi; & dolorem, quòd tempus viciis impendi. MVLTO maius est diuitis & pauperis in morte discrimen, quam in vita. PAVPER enim vt requiescat, diues, vt crucietur, moritur: atque ita alter eo, quod habebat, priuatur; alter in eius, q̃ optabat, possessionem immittitur.

GRAVI cura torquetur animus, in quærendis bonis; magnus sufferendus est labor in ijsdem congerendis; maxima ad conseruanda illa solicitudine, singulari ad augenda illa industria opus est. Sed infinities MAIOR est distribuendi illa dolor. O QVAM impatibilis molestia est, virum prudentem morti vicinum, domus suæ fudorem, Imperij maiestatem, personæ dignitatem, tutelam amicorum, necessariorum † curam, præmia ministrorũ, & antecessorum memoriam in filii tam mali, neq; promeriti, neq; promereri cupientis potestate relinquere.

In nona veterum legum nostrarum tabula hæc verba extabant: PATRI omnium opinione bono filiũ, omniũ opinione malũ, exhæredare liberum esto. Et porrò addebatur: FILIVS,

Facilius vicia excludere, quàm admissa comprimere. Sen. epist. 85.

Difficile est assueta relinquere. C.

Periculosa est solitudo, dignitatis culmen obtinentibus. Ios. 18. 8.

Ἄμαχον κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος. *Pind. Olymp. od.* 13.

De naturalium rerum difficultate nec culpa nos debet manere, nec venia. Sidon. 2. epist. 11.

Φύσιν νικᾷ ὁ χρόνος ἐδάην τάδε. *Macedon. Epigr. lib.* 7.

In eam fortunam veni, vt orbitas mihi, quam alii detestantur parentes, optabilis esse debeat. Liu. lib 40.

In sobole frequenter fallimur; ignaui esse nesciunt, quos iudicia pepererunt. Ola. lib. 4.

Vidi ego transfertos alieno in robore ramos altius ire suis. Stat. Sylu. 2.

Ἐπὶ πέδ' ἐγγενῆ φύσει ἄκοσμον, ἁρπάσω κἀπιτὰς γ' ἔξω γένους. *Soph. Antig.*

Æquiore animo ferunt homines, quem Princeps parum feliciter genuit, quàm quem malè elegit. Plin. paneg.

Τέκνα, πόνοι, πάλαισις, ἅπαις βίος. *Posidip. Epigr. lib.* 1.

Nerua suffecti (Traiani) virtute, quantus consilio esset, magis magisque patefecit. Aurel. Vict. 12.

In morte, quales simus, notum est; in exordio nascendi, qui futuri simus, ignoratur. Hieron. Eccles 7.

Leuiùs adficit, quicquid viribus feras. Fab. declam. 5.

Iniqua rarò maximis virtutibus fortuna parcit. Sen. Hercul. fur. 2.

ὁ τῶν ἀμαχάνων ποιῶν, θεὸς ἐστι, κἂν μυρίας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχῃ στεφάνους, ὁ δὲ τῶν δικαιοσυνῶν ἐραστὴς ὁμῶς, κἂν ἁπάντων ἔχῃ τὸν ἡττώμενος, κἀκεῖνος βασιλέως βασιλικώτερός ἐστι. *Chrysost. de princip.*

Mortis habet vices lentè cùm trahitur vita gementibus. Sen. Hercul. Oete. 1.

Du voluptu eux. Qui a sa vie en plaisirs consommée, Auec la mort se perd la renommée Ronsard. 140.

Habent temporalia in acquirendo laborem, in custodiendo timorem, in amittendo dolorem, in distribuendo angorem, in non dando pudorem Disp. de temp.

Aliud est patrimonii sui, aliud reip. quærere hæredem. Spartian. in Ælio. Vero.

† *subleuationem, promotionem.*

Non est dignus adoptari, nisi qui fortissimus meretur agnosci. Ola. epit. lib. 8.

In atrocibus delictis etiam cogitationes plectendæ sunt. Sylu. histor. Bohem. 61.

Τῶ ἐπὶ πολλῶν γενομένῳ, τὰς οἰκειοτάτας ἀποστερεῖν, ἐγγὺς ἀδικίας. *Iulian. Cæsarib.*

† *viduam ita, vt sanguinem effunderet, pulsarit. G.*

Filij a patre exhæredati non iure conqueruntur, cùm olim illos occidere licuerit. I. C.

Principatus non sanguini debetur, sed meritis; & inutiliter regnat, qui Rex nascitur, non meretur. Satesb 4. 11.

Qui seueriter de propriis liberis pronunciat, in alienis incorruptum se iudicem criminibus præstabit. Ælian. lib. 1. extrem.

Iniusti liberis iusti parentes, luxu perditis sobrii, & in vniuersum malis boni vtilitatem nullam adferunt. Philo. de nobilitate.

Plura patriæ, quàm vitæ debentur. Iustin. lib. 2.

Μηδεὶς παντὸς λαμβάνει παρ' υἱῶν ἐκκοπὴν τιμωρίαν, εἰ μὴ τῷ μεγέθει τῶν ἀδικημάτων ὑπερβαίνοιτο τὸν φυσικὸν τῶν γονέων εἰς τέκνα φιλοστοργίαν. *Diodor.* 4.

Nemo ferè est, qui plectibilibus careat occultis. Sidon. 4. 13.

Πᾶσι ἐμπίπτει μεταμέλεια τοῖς μέλλουσι τελευτᾶν, μεμνημένοις ὧν ἠδίκησαι, καὶ ὁρμὴ τοῦ βιάσασθαι πάντα πεπεῖχθαι δικαίως ἀνθρώπῳ. *Zal. Stob.* 456.

Quod quisque suum agnouerit, tollat. O magnum vitium, si post hanc vocem tantundem habuerit! Sen. vit. beat. 23.

ἀεὶ δ' αἰεὶ χαλεπὸν θνητοῖς ἐμμεῖναι, ἀσύφηλον. *Coi.* II. 519.

Belle fin fait, qui s'amende en viuant. Ronsard. 1. 228.

Wol gelebt/wol gestorben. *Prouerb.*

Bene viuendo & bene moriendo immortalitas nobis comparatur. Dio. lib. 53.

Etiam sapientibus cupido gloriæ nouissima exuitur. Tacit. histor. 4.

Μεθ' ἡδὺς ἡ ἀνθρώπων τὸ πᾶν γένος, ὃ ἀεὶ ἐπιγιγνόμενον αἰδεῖσθε. *Xenoph. Pædi.* 8.

Η' εὐσέβεια σωθήνησκει βροτοῖς, κἂν ζῶσι κἂν θανοῦσιν, ἐκ δόλου. *Sophocl. Philoct. extr.*

Ingens est gloria morientis Principis, remp. magis amare quàm filios. Vopisc. in Tacit.

Patriæ ab optimo quoque etiam spiritus ipse debetur. Iust. lib. 31.

Principem decet, quæ in repub. peccantur, vlcisci: priuatim in se admissa tolerare. Dio lb 55.

Principem conuenit omni altiorem esse iniuria. Dio. lib. 52.

Iusto magis exaudita parentis vota precesque malæ. stat. Theb. 8

Πῶς ἂν ἔχων φόβον τὴν τιμὴν γονέων εὐχὰς, εἰδὼς πολλοῖς καὶ πολλάκις ἐπιτελεῖς γιγνομένας. *Plat.* 11. *de ll.*

qui patri inobediens fuerit, fanum aliquod spoliarit, † *sanguinem viduæ exsorbuerit, è prælio fugerit, perfidus aduersus peregrinum fuerit: qui in horum quinq; criminum aliquo deprehensus fuerit, & ciuitate Romana, & hæreditate familiæ expellitor. Fuit hæc profectò bona lex, quamuis ob peccata nostra obliuioni iam sit tradita.*

Nisi spiritus me, quod vides, deficeret; vix enim spiro: commemorarem, quot è Parthis, Medis, Ægyptijs, Assyriis, Chaldæis, Indis, Hebræis, Græcis & Romanis, filios, quos opulentos relinquere potuerant, pauperes reliquerint, tantum quòd vicioſi fuerunt; quod contra, cum pauperes essent, diuites reliquerint, quoniam virtute præstabant. Deos testor immortales, cum à Parthico bello mihi reuertenti triumphus datus, & imperium filio confirmatum esset; nisi obuiam mihi Patres ijssent, Commodum cum viciis pauperem reliquissem, omniumq; regnorum hæredem virum aliquem virtute conspicuum fecissem. 683

Quinq; res scito Panuci animo obuersari meo, quas transactas mallem, quàm alijs commendatas relinquere. Prima est, quod me superstite, non potest componi controuersia Drusiæ, viduæ nobilis, cum Senatu. Cùm enim EGENA & deformis sit; nemo erit, qui iustitiam illi administret. Secunda, quod non morior in vrbe, tantùm vt præconium curarem fieri; quicunque de me aut de mea familia querimoniæ quid haberent, vti solutionem aut aliam satisfactionem accepturi adessent. Tertia, quod cum XIV. tyrannos, qui Asiam & Italiam diuexabant, supplicijs affecerim, non submersi vndis piratas quosdam, qui mare infestabant. Quarta, quòd templum non absolui omnium deorum honori inchoatum: vt defunctus iam illis possem dicere, cum omnibus ipsis domum extruxissem, non magnum esse, si quis eorũ in suam me reciperet.

SOLI illi felices & fortunati appellandi sunt, qui ex hac vita dijs cari, & hominibus non inuisi discedunt. Si enim hoc modo moriamur; honorem nostrum homines conseruabunt, & anima dijs curæ erit. Postrema molestia, cum qua morior, hæc est, quod viuum & vnicum hæredem relinquo Commodum; idq; non tam propter cladem domus meæ formidandam, quam ob damnum ingens, quo respublica afficietur. VIRORVM enim Principum est, sua damna pro alienis habere; reipublicæ verò incommodis non secus ac propriis dolere.

Sit ergo hæc ad te, mi Panuci, postrema vox mea; NIHIL melius deos viro, non auaro, sed virtutis amanti dare, quàm si famam ei in vita præclaram, & tandem hæredem in morte bonum tribuant.

Postremò,

Postremò, si qua mihi cum diis pars est, eos supplex veneror & oro, vt SI filij mei vita praua ipsis dedecori, Romæ offendiculo, famæ meæ probrosa, domuiq; meæ exitiosa futura est; priùs quam mortem mihi dent, illi vitam adimere dignentur.

CAPVT LVII.

684 Sermo M. AVRELII Imp. eximius, quem sub horam mortis ad Commodum filium ad se accersitum habuit; Diuisus ab autore in quatuor capita: multa præcepta & exempla, quæ filiis patres proponant, comprehendens.

CVm magis magisq; morbus M. Aurelij ingrauesceret, vt in singulas horas animam exhalaturus videretur; posteaquam prolixè cum Panucio Secretario locutus fuerat; Commodum filium, qui securus iuuenum more dormiebat, iussit excitari. Qui cùm in conspectum patris adductus fuisset; incredibilem circumstantibus dolorem mouit conspectus, tum patris, cuius oculi plorando † corrupti; tum verò filij, cuius oculi somno grauati erant. Nam neque filius omnium expers curarum expergefieri, neq; seni ob nimiam solicitudinem somnus conciliari poterat. Cumq; circumstantes animaduerterent, tùm quantopere bonam filij vitam pater exoptaret, tùm quàm parui mortem patris filius æstimaret; tum maxima senis commiseratione, tum haud exigua aduersus iuuenem indignatione commoti sunt.

Tum Imperator optimus sublatis oculis, & oratione ad filium directa; Dum puer eras, inquit, magistris, quo pacto educandus esses, præcepi; at postquam nonnihil adoleuisti, moderatoribus tuis officiariis meis, quo pacto consulere tibi deberent, ostendi. Iam verò ipse tibi indicabo, qua ratione tu ab illis, qui pauci sunt, & omnes à te, qui vnus es, sitis regendi. Quod si magni tu fili, quod dicam, æstimaueris; longè pluris ego, te id credere velle, æstimabo. Longe n. facilius vestras nos senes perferimus iniurias, quam nostra vos iuniores verba accipitis. PRVDENTIA quidem vobis, vt nobis credatis; non audacia, vt nos dedecoretis, deest: & quod omnium indignissimum, quemadmodum senes, prudentiæ & moderationis Romæ cathedram solebant habere; sic impudentiæ nunc & amentiæ iuniores habent.

Adeò nunc peruersus mundus, & ab eo, qui quondam esse solebat, mutatus est, vt OMNIBVS iam consilium dandi

Famam & opinionem hominum nulla vnquam delet obliuio. Dio. lib. 74.

Parentes liberorum amantissimi interdum exhæredant filios, & à familia ac gente ablegant, quoties natiuam parentum caritatem degeneres nimia nequitia superant. Philo de nobilit.

Nunquam in honore sine labore; nunquam in prælatione sine tribulatione; nunquam in sublimitate sine vanitate quis esse potest. Bern.

Ὅς τις ἀνωφέλητα φυτεύει τέκνα αὐτῷ πόνους ἂν εἴποις φύσαι, πολὺν δὲ τοῖς ἐχθροῖς γέλων. *Soph Antigon.*

Quien entra en casa hecha, y se assienta à mesa puesta, no sabe lo que cuesta. Adag.

Ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν μᾶλλον φιλεῖ, ἢ ὁ υἱὸς τὸν πατέρα. *Aristo. magn. moral.* 2. 12.

Νέα φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ. *Eurip. Mede.*

Κηδέων γὰρ ἀπόπροθε νήπιον ἦτορ. *Coint.* 14 388.

Nihil à morientibus fingitur; nihil vita laborante simplicius. Fab. 17. declam.

Spesso ne la fronte il cor si legge. Petrar. sonet. 187.

† *turgidi.*

Plus apud bonos pietatis iura, quàm omnes opes valent. Iustin. lib. 3.

Pius pater etiam ingratis filiis benè optat. Ambros. 1. Cor. 4.

(Commodus) nihil quod salutare est, non modò ad animum, sed ne ad aures quidem admittit. Liu. lib. 25.

Φύσει τὸν ἀνθρώπινον ἐλεεινὸν ἐν ταῖς τῶν ὁμοφύλων συμφοραῖς. *Herodian. lib.* 1.

Grauior ætas discrimina quæque metitur; iuuenis quodcunq; libuit, factu facilimum credit. Æn. Syl. histor. Bohem. 68.

Nunquam nimis dicitur, quod nunquam satis dicitur. Sen. ep. 27.

Γῆρας λεόντων κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν. *Stob.* 856.

Senectus cum prudentia coniuncta imperitæ iuuentuti anteponenda. Nazian. orat. 21.

οὔτε σὺ τἄμ' ἔπη τολμᾶς ἐπαινεῖν, οὔτ' ἐγὼ τοὺς σοὺς τρόπους. *Sophocl. Electr.*

Magna est vis ad persuadendum scientię & vsus. Cic. topic.

Cæcus inest viciis amor; omne futurum Despicitur, suadentque breuem præsentia fructum. Claudian. Eutrop. 2. 50.

Οἱ παῖδες τοὺς πατέρας φεύγουσι φρονοῦντας ἄριστα αὐτοῖς. *Aristoph. Pluto.*

Πάντες εἰώθασι πλείω χόριν ἔχειν τοῖς ἐπαινοῦσιν, ἢ τοῖς συμβουλεύουσιν. *Isocrat. epist.* 2.

Bona mens si venalis esset, non haberet emtorem. Sen. epist. 27.

Typho & arrogantia cuncti extollimur, & inani distendimur vanitate. Arnob. lib. 1.

Caduca memoria est futuro imminentium. Sen. 3. benef. 3.

Absoluta cuique excusatio testimonium conscientiæ. Bern.

ὅσοι δ' ἐκ συνοίσιν ἔγκεινται βλάβαις, τέλος ὄυτε συγγνώμην ἔχειν δίκαιόν ἐστιν, ἢν ἐποικτίρειν πνά. *Soph. Philo.*

Mala, quæ inuitis accidunt, dimidio leuiora sunt, cùm non grauentur à sincera conscientia. Philo de temulent.

Alius fortasse alium, ipsum se nemo decipit. Plin. paneg.

Seipsum ludificari velle periculosum ac stolidum. Naz. orat. 40.

Λόγῳ γλώσσης βέλῳ ἄλλης γλώσσης βέλει ἠμαπέυσται. *Tati. lib. 2.*

Fortunæ vis licentiam nacta, pernicioſa libidine mortales agit. Aurel. Vict. 24.

ἡ τὸ φρόνιμον ψυχὴ ἀδημονεῖ τοῖς τῶν ἐσομένων ἔκβασιν, ἢ τὸν ἀνθρώπινον βίον διελθεῖν. *Heliodor. lib. 4.*

Ψυχὴ νέα καὶ ἀνήβης, ἔν τε τῷ φρονεῖν ἀνεπιπλήκτῳ καὶ ἐν ἐξουσίᾳ ἀυτοτελεῖ τεθραμμένη, ἐκ κέρδους ἀυτῇ ἴσχει, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀυτῆς προσδιαφθείρεται. *Xiphilin. in Nerone.*

Pessimus in dubiis augur timor. Stat. Theb. 4.

Ῥᾴδιον) τὸ ἓν μὲν γεγονότι καὶ τεθνεῶτι, νέον ἔτι, τῷ τε τῆς ἡλικίας θερμῷ καὶ τοῖς τε πολλάκων ἰωπείαις ἐπὶ τὰ χείρονα στρεψεσθαι. *Zosim. lib. 4.*

† *præferocem.*

Nullum supplicium grauius publico odio. Sen. 3. bene. 17.

Nec à Diis quidem amantur, nisi quos homines amant. Plin. paneg.

Quanto quisque magis præponitur, tanto magis pondere laborum grauatur. Isidor. orig. 9. 3.

Onus comitatur honorem. Gunther. 1. 491.

† *Vinum. I.*

Plures à suis quàm ab hoste interemti reges. Curt lib 9.

Illi auidè regna desiderant, quos soluta legib. delectat vita. Pac. pan.

Magis nullius quàm tua interest, non imponi ceruicibus tuis onus, sub quo concidas. Liu. lib. 24.

Η συμφωνεῖν δεῖ, καὶ μὴ μεγάλων ἐπιθυμεῖν παρὸ τὸ δίκαιον, ἀλλὰ στέργειν τοῖς παροῦσιν. *Isocrat. de pace.*

Chi segue il prudente, mai si pente. Adag.

Non inuisum est credere experto. Sidon. 8. epist. 12.

Τυραννὶς χρήμα σφαλερὸν, πολλοὶ ἂν αὐτῆς ἐρασταὶ εἶεν. *Herod. 3. Stob.* 506.

audacia adsit, & accipiendi illud patientiam nemo habeat: atque ita cum mille sint consiliorum venditores, emtor ne vnus quidem est. Facilè credo, fili, prout fata mihi aduersa, & mores tui praui sunt, parum omnino tibi, quæ dicam, profutura. QVÆ enim verba, dum viuerem, credere noluisti; non dubito, quin ludibrio, vbi me defunctum videbis, sis habiturus. Sed quicquid huius facio, officij potius mei causſa, & vt reipub. satisfaciam, quàm quòd emendationem aliquam vitæ tuæ sperem, facio. EA quippe molestißimè ferre homines debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt. Cum iniuriâ ab ea aliquo afficior; animum aut manus ipsi inferendo, aut conuicijs eum onerando expleo: At si ipse mihi iniuriam affero, vt iniurius pariter sim & iniuria affectus; cùm desit, in quem bilem euomam, intra me ipse tabesco & conficior. 685

Si malus, fili, postquam Imperij creueris hæreditatem, fueris; de diis Roma genitrix mea, qui tam malas tibi dedere inclinationes, de Faustina matre tua, quæ tam indulgenter te educauit; de teipso denique qui viciis nescis obluctari; non de sene hoc patre tuo, quasi præclaris te monitis non instruxerit, conqueratur. Quippe SI FIDEM iis, quæ tibi suasi, dedisses; tum homines te dominum habentes, tum dii, te vt amicum tractantes, lætarentur.

Vtrum fallar, fili, nescio: Veruntamen adeò te video ingenio deprauatum; in verbis inconstantem, in moribus dissolutum, in iustitia iniquum (& præferocem;) in eo, quod expetis, tam audacem; in eo, quod tibi conuenit, tam desidem; vt nisi stilum vertas (& receptui canas,) homines te persecuturi & dii deserturi (ac punituri) sint. VTINAM intelligeres fili, quid sit homines infensos habere, & à diis deseri! non solùm, ita sim felix! dominatum Romæ sperneres: sed tuis etiam manibus mortem tibi consciſceres. QVI enim neq; deos propitios & homines infestos habet; panem doloris comedit, & lacrymas † mœroris bibit. Certus sum non tantum esse dolorem tuum, quod vitæ meæ noctem finiri vides; quanta est voluptas, quam percipis, quod breui Imperatorem te Romanum futurum perspicis, idq; minimè miror. VBI enim sensuum appetitus regnat; ratio exulatum abit (& aboletur.)

MVLTI multa amant, quia verè illa non nouerunt; quæ si verè nota essent, verißimè odio haberentur. Sed amoris nostri, proh dolor; ratio ludicra est; at dii homines q; serio nos oderunt. OMNIBVS in rebus tam dubij sumus, & in cunctis actionibus nostris ita vacillamus, vt alias mentis nostræ acies (nimia subtilitate) perstringatur & obtundatur; alias prorsus hebetata ad secandum inutilis sit: hoc est, BONVM neque audire, neq; discere libet; ad malum verò plus

sapimus

sapimus, quam (conuenit &) opus est. Verbis te, fili, monebo, quod scientia & experientia magistra LXII. annis didici. Cum enim adolescens tener sis; æquum est te illi, qui & pater tuus & senex est, credere. Nam PRINCIPES cùm in luce versemur, quemadmodum vniuersos videmus, ita ab vniuersis videmur.

686 *Cùm iam iam hæredes imperij Romani futurus sis; hæreditate adita monarcham te cœli terræq; fore cogitas. At SI INTELLIGERES, quantum curarum periculorumq; secum trahat imperium & dominium; optares me hercule cunctis potiùs obedire, quàm vni imperare. Quoniam Imperatorem te, fili, relinquo; ingentem tibi principatum à me relinqui censes; sed falleris. OMNES enim tui tantum indigent; tu verò omnium indiges. Plurimos tibi thesauros à me relinqui putas, quia maximos tibi imperij census relinquo; sed in hoc quoque falleris. PRINCEPS enim si thesauris abundat, amicis caret; si amicis abundat, thesauris caret. Legibus quoque solutum te à me relinqui fili arbitraris, & cuius imperio, nemine resistere auso, parendum vbique sit. Sed nequaquam ita erit, fili. PRINCEPS enim conseruandæ vitæ, & augendæ dignitatis cupidus, longè tutior est, si, ad omnium se voluntates accommodet; quàm si omnes ad suam se voluntatem accommodare velit.*

Cum ignores, fili, quid sit veritas; non molesta tibi erunt mendacia: cum quid pax sit, nescias; non molestum tibi bellum erit: cùm quid sit quies, te fugiat; non molestæ tibi erunt (turbæ &) tumultus: cum quid sit habere amicos ignores; non molestum tibi erit, parare inimicos. Si enim pacificus, moderatus, verax & amabilis fores, non solùm imperium Romanum repudiares; sed patrem etiam, qui talem tibi hæreditatem relinqueret, execrareris.

Scito ergo, si nescis, dum IMPERIVM tibi relinqui, me non diuitias, sed pauperiem; non quietem, sed turbas; non pacem, sed bellum; non amicum, sed inimicos; non voluptates, sed dolores tibi relinquere; in summa ID tibi relinquo, vt plorandi causam semper habeas, & ridere, etiamsi velis, nequeas. Moneo, prædico, testor, fili, quicquid tibi relinquo, esse vanitatem, leuitatem, stultitiam & ludibrium manifestissimum; & si ludibrium esse non credideris, iam nunc illusum te dico. Diutius, quam tu, vixi; plura quam tu, vidi, expertus sum, legi; & maiore cum cura, quam tu, vitam egi. Cùm ergo inter omnia ista monita deceptum tandem me agnoscam; securum te viuere, & non deceptum abire posse reris!

Quando

Viuit Princeps velut in quodam orbis theatro: omnia & dicta & facta omnibus statim nota fiunt. Dio. 52.

Abscondat Solem, qui vult abscondere Regem. Gunther. 4. 474.

Magna fortuna nihil tectum, nihil occultum patitur. Plin. paneg.

Ἥκιστα οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν ἀνθρώπων λανθάνουσιν, ὅ, τι ἂν ποιῶσι. *Xenoph. Agesila.*

Nec Princeps latebras, nec Sol desiderat vmbras. Gunther. 4. 473.

Mortuus aperit oculos viuentis. Adag.

Τυραννὶς δ' ἀφ' ἑνὸς μόνου λαμπρύνεται, τὸ μὲν εὐσεβοῦν ἡμῖν, τῶν δόμοισι δ' ἄλυπον. *Eur. Ion.*

Clarus regni nitor fulgore non est, quod oculos falso auferat. Sen. Thyest. 3.

Finis iusti imperii vtilitas obedientium æstimatur & salus. Ammian. lib. 30.

Nihil à quoquam expetendum, nisi cuius fructus ante prouiderit, Tacit. annal. 11.

Mundi dominis securius ævum verus pauper agit. Lucan. 8.

Nihil aliud est imperium, nisi cura salutis alienæ. Ammian. lib. 29.

La richesse d' vn Prince est l' amitié des siens. Ronsard. 8. 239.

Qui vult amari, languida regnet manu. Sen. Thebaid. extr.

Nefas non est, aliquid ab omnibus vni negari, cùm sæpè singuli cunctorum voluntatibus resistere fas esse duxerint. Val. Max. 7. 5.

Ἀ φόρητός ἐστιν εὐτυχῶν μεγιστάνης. *Xiphilin. in Claud.*

In iuuene per ætatem infirma est sapientia. Hieron. Eccles.

Τυραννηθῆναι μᾶλλον εὐξαίμην ἄν, ἢ τυραννῆσαι. *Phalar. Stob.* 505.

Graues motus adolescentiæ fida senectutis statione placidantur. Ambr. de Cain, & Abel. 1. 3.

O quid solutis est beatius curis? Catull.

Nescis, quid mali sit imperare. Vopisc. Saturnin.

Sententia tali nunquam ego assentior, vt fortunatos putem, qui reip. præcipitibus ac lubricis culminibus insistunt. Sidon. 2. 13.

Vsu discitur, quantus sit imperandi labor. Pacat. paneg.

Honor in exordiis lætus est; dehinc animos laborum æstus ingreditur. Symm. 4. 34.

Priuatim cum gloria viuere, quàm regnum gerere cum periculo præstat. Dio. lib. 53.

Parentis affectum exuit, qui paruulos suos importabili moli subiectos extinguit. Saresb. 4. 11.

Præterita res optima gerendarum documenta sunt. Polyb. lib. 3.

Potestatis amplitudo nudare solet animorum interna, Ammian. lib. 30.

Quando altissimam vbiq; gentium quietem esse putaueris; in Africa vel Asia prouincia aliqua rebellabit; quæ si amittatur, ingens dedecus est; vt autem recuperetur, magno constat. Cum amicos nouos paraturum te putaueris; inimici 687
coorientur extranei: siquidem AMICOS ne blandimentis quidem alliciendo retinere; ab inimicis verò, ne (fugientes &) expellentes quidem illos, tuti esse possumus. Cum læticia te frui plenissima cogitaueris; superuentus aliquis ingruet. IN PRINCIPVM enim, qui multa habent & possident, aulis rarissimi sunt nuncij iucundi; ingrati verò certatim quotidie veniunt.

Cum licentiam te faciendi, quod libuerit, maximam habere existimaueris, tum maximè constrictus minimeq; libertatis compos eris. BONOS enim & moderatos Principes non quò iuuenilia illos trahunt desideria, sequi & ferri; sed quid ordinis sui dignitati conueniat, respicere decet. Cum neminem iam putabis ausurum te arguere, quia sis Imperator, tũ maxime tibi prospicias oportet. PRINCIPES enim malos si territare minis (subditi) non audent; at prodere audent; si punire non audent; at obtrectare illis audent; & qui amici illorum esse nequeunt, inimici fiunt; ad extremum si manum corpori non intentant; lingua famam attentant. Quando officiariis tuis satisfactum credideris; nouorum aut pristinorum præmia obsequiorum te poscent. MOS enim peruetus est, vt qui familiarissimi sunt Principum & indulgentissimè habiti, in seruiendo remissiores indies, & in petendo impudentiores in horas fiant.

Tot ergo tantosq; angores cum reuera Imperium Romanum habeat; haud scio, quis adeò sit stolidus, vt tanto cum onere hæreditatem illius optet. Nam VT MAXIME Imperium quis adipiscatur; longè pluris tranquillitas est, quam nobis adimit, quam deliciæ, quas nobis præbet. Si tàm præclarè constitutum & venerabile esset Imperium Romanum, quemadmodum olim esse solebat: etiamsi id gubernare laboriosum; tamen habere honorificum foret. Iam verò cum adeò sit vicijs deprauatum, & tot inuaserint illud tyranni; honoratiores dixerim, qui ludibria illius riderent, quam qui honorem illius amplecterentur.

Si quid Roma valeat, quid habeat, quid possit, quid sit, intelligeres; nunquam medius fidius de principatu illius laborares. Si enim Roma turribus alta est; at virtute præstantium inopia abiectissima: si ciues multi sunt; vicia sunt innumera. In summa VNO mense lapides, quibus ædificia constant, computari; eius verò flagitia & scelera ne mille quidem annis numerari possent. Equidem cum imperare 688
cœpissem, quod mihi iurato credas fili, intra triennium, quicquid

Aposponer el hombre esta obliga do por el sossiego publico, el priuado. Arauc. 340.

Viri boni est reip. administrationem neque subterfugere, neque vltra quàm conuenit, expetere. Dio. lib. 40.

Non ignauia magna imperia continentur. Tacit. annal. 15. init.

Muchos besan manos, que querrian ver cortadas. Adag.

Reparare, quod amiseris, graue est. Plin. 6. ep. 8.

Rationi consentaneum, vt succedat in onere, qui substituitur in honore. I. C.

Simul ista posuit Deus, odium atque regnum. Sen. Thebai. extrem.

Οἱ πολλοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον. *Xenoph. pædi.* 8.

Imperia excelsa fortunæ obiacent. Sen. Oedip. init.

Ὀλίγον πονηρὸν παρορᾶται, πολὺ δὲ γενόμενον, ἐν ὀφθαλμοῖς μᾶλλόν ἐστιν. *Arist.* 6. *pol.* 4.

Faciliùs illicita timebit, qui licita verebitur. Tert. de cult. fœmin.

Vulgo ex mediocritate fortunæ pauciora pericula sunt. Tacit. annal. 14.

Mira prorsus audacia, de iudicibus vitæ necisque suæ, quemadmodum possunt, sententiam ferunt. Iust. li. 9.

Facta domini cogitur, populus sui quàm ferre, tam laudare. Sen. Thyest. 2.

Fit deterior, qui accipit, atque ad idem semper expectandum paratior. Cic. offic. 3.

Nihil sordidius, imò crudelius, quàm si remp. ii arrodant, qui nihil in eam suo labore conferunt. Capitolin. in Pio.

Magnum onus sustines capite, regium insigne; hoc aut moderatè perferendum est, aut in te ruet. Curt. lib. 7.

Vespasianus stulticiæ arguebat, qui ignorarent, quanta moles molestisque imperio inesset. Aurel. Victor. 9.

Inuenies hominem beatiorem prius fuisse, quàm beatissimus nominaretur. Sid. 2. 13. Plin. ep. 18.

Non statim vtile est omne potestatis insigne; sed tunc vere est vtile, si bene geratur Isidor. de prælat.

Aurea rumpunt tecta quietem, vigilesque trahit purpura noctes. Sen. Hercul. Oete. 2.

Ad ea tempora, quibus nec vicia nostra, nec remedia pati possumus, peruentum est Liu. lib. 1.

Μόνη κτημάτων ἡ ἀρετὴ ἀναφαίρετον, καὶ ζῶντι καὶ στελευτήσαντι παραμένουσα. *Basil. de leg. Græc.*

Secundi belli Punici finis licentioris vitæ fiduciam dedit. Val. Max 4. 5.

Quod pulcerrimum, idem tutissimum, in virtute spem positam habere. Liu. lib. 32.

Patria municipes sunt, non mœnia; ciuitas non in ædificiis, sed in ciuibus posita. Iustin lib. 2.

quicquid Romæ murorum collapsum erat, instauraui; at XV. annis ne vnum quidem vicum ad bene viuendum reformare potui. Platonis illud est sapienter dictum; CIVITATES *magnas magis spectata virtute ciuibus, quam ædificiis superbis (ac magnificis) oportere gloriari.*

Etiam atque etiam caue fili, ne te ferocia ætatis, & Imperij libertas transuersum rapiant, vt vicium aliquod committas. NON *enim vocandus est liber, qui in libertate nascitur; sed qui in libertate moritur. Quam* MVLTOS *& legi, & audiui, & vidi, qui serui nati, mortui sunt liberi, quia fuerunt virtute cumulati! At quam multos vidi mori seruos, cùm liberi fuissent nati, tantùm quòd fuere vicioſi. Vsque adeò* IBI *libertas est, vbi nobilitas manet.*

In amplissimis Principum regnis fieri non potest, quin plurima perperam fiant, ad quæ castiganda animo illi sint maximo necesse est. Hunc verò, crede mihi fili, animum non assequentur Principes, quia præpotentes sunt; sed quia virtute præstant. AD CASTIGANDVM *enim audaciores illos vita quam agunt, laudata, quam imperii quod habent, autoritas faciet. Princeps spectatæ virtutis nihil, si vult, impunitum relinquet. Bonis enim vitam ipsius imitantibus! malis verò disciplinæ metu coërcitis, nihil mali, (imò nemo malus) in republica relinquetur.* QVI *integrè viuit, in castigando audax est; at qui turpiter viuit, ne hiscere quidem audet. Qui enim in altero punire audet, cuius ipse gratia plectendus erat; meritò & dijs abominabilis, & hominibus detestabilis habebitur.*

HOC *sibi persuasum habeant Principes, amorem ciuium, libertatem reipublicæ, stabilitatem domus suæ, amicorum beneuolentiam, inimicorum subiectionem, & subditorum obedientiam non armorum per ditionem diffusorum copia: sed decorum in ipsis vnicorum præstantia conseruari.* PRINCIPI *virtutis spectatæ totus sese mundus sponte dedit; aduersus vicioſum (sua quoque terra) consurgit.*

Si virtute præstare cupis; quid sit virtus, audi. VIRTVS *est arx inexpugnabilis, amnis imperuius, mare innauigabile, ignis inextinguibilis, thesaurus inexhaustus, exercitus inuictus, onus, quod non fatigat; explorator, qui semper redit; speculator, qui non fallitur; iter, † quod non sentitur; amicus; qui semper subuenit; pharmacum quod citissimè sanat; fama, quæ nunquam perit. O si scires fili, quid sit bonum esse! quàm bonus futurus esses! Quantò enim aliquis vicioſior, tantò magis † vicijs inquinatur; quantò quis virtutis studioſior, tantò minùs † viciis*

689

Omnia assunt bona, quem penes est virtus. Plaut. Amphitr. Sat. parua.

ἀρεταὶ κρίπτονές εἰσι μόρε. *Iulian. Epigram. lib. 3.*

Solicitus semper sit Princeps, ne quid re leui vel verbo committat inculpatæ parum congruens honestati. Ammian. 21.

ἡβυλόμην ἂν ὥσπερ σωφρονεῖόν ἐστιν ἐπαινέσαι τὴν ἀρετὴν, ὅτω κ̀ ῥᾴδιον εἶναι πεῖσαι τὸς ἀκούοντας ἀσπεῖν αὐτήν. *Isocrat. de pace.*

Maius malum est ex libero seruum fieri, quàm nasci. Ambros.

Nihil tam altè natura constituit, quò virtus eniti non possit. Curt. lib. 7.

Virtus sibimet pulcerrima merces. Sil. lib. 13.

La virtud la paga trae consigo. Arauc. 286.

Quan vn Roy faut, trop tard il s'en repent. Ronsard. 3 214.

Facit virtus, vt resp. multis ll. & præsidiis externis non indigeat. Plin.

Timida res est improbitas, ac suopte testimonio conuincitur, & arguente conscientia, nihil boni expectat. Nicet. Isaac. Angel. lib. 1.

Bene moratos asserere iusta facillimum est. Cass. 54.

† *quod puniat. G.*

Quomodo alios obiurgare possunt, ipsi à Lare, libertatem loquendi non habentes? Nazi. epist. 51.

Virtus antecedat; tutum erit omne vestigium. Sen. Vit. beat. 13.

Conscientia timidum suspicioſumque facit. Cic. Verrin. 5.

Ad castigandum leuiorem autorem societas culpæ facit. Liu. lib 6.

Facillimè fit, vt quarum rerum caussa hominis pœna dignos alios iudicant, has ipsi admittant. Dio. lib. 36.

τὴν ψυχὴν ἀρετῆς δορυφορεῖσθαι σωφροσύνῃ μᾶλλον, ἢ τραλότητι τὸ σῶμα. *Syn. ep.* 101.

Nihil est virtute amabilius. Cic. nat. deor. 1.

Princeps suo beneficio tutus arma ornamenti caussa habet. Sen. 1. clement. 13.

Vn Roy sans la vertu porte le sceptre en vain, Qui ne luy fert si non o' vn fardeau dans la main. Ronsard. 9. 25.

Toute vertu commune n' est rien que vent sans la bonne fortune; & la fortune heureuse ne peu rien, si la vertu ne luy sert de sustien. Ronsard. 4. 98.

Πᾶς ὁ ἐπὶ γῆς κ̀ ὑπὲρ γῆν χρυσὸς ἀρετῆς οὐκ ἀντάξιος. *Themist.* † *securum. G.*

Ita agas, vt nihil discendum habeas, tempore docendi. Plin. pan.

Φθόνειν μὴ λέγε τὸς ἀγαθούς. *Callimach. Epigr. lib. 3.*

L' habillement des Rois est la seule virtu. Ronsard. 9. 30.

† *viciorum fastidio afficitur,*

† *virtutibus.*

Fama Principum non imaginibus & statuis, sed virtute ac meritis propagatur. Plin. paneg.

Tanta diligentia subiectos tibi populos regas, vt omnia & omnes quasi tua essent, cures. Cap. in Pio.

Benefactis ex conscientia merces. Plin. paneg.

Iussisti Domine, & verè sic est, vt pœna sibi ipsi sit omnis inordinatus animus. August. lib. 2. confess.

Impius ipse sibi pœna est, iustus ipse sibi gloria Ambr. 1 offic. 11.

Preciosissimus fundus virtus est. Bernhard. 228.

Hoc aduersus virtutem possunt damna quod aduersus Solem nebula. Sen. ep. 92.

† *mentiar. G.*

Cuncta virtute expugnabilia. Tacit. annal. 12.

Romæ si quis ignobili loco natus ita viuat, vt nobilitatis dignitatem virtute tueri posse videatur, vsque eò peruenit, quo ad eum industria cum innocentia prosecuta est. Cic. pro Cluent.

ὁ βίος ὁ τῶν ἀνθρώπων διὰ μὲν κακίαν ἀπόλλυται, δι' ἀρετὴν δὲ σώζεται. *Isocr. Archidam.*

Spesso sott, abito vile s' asconde vn cuor gentile. Adag.

Impunitas insolentiæ mater, transgressionum nutrix Bernh.

Inest dignitas propria virtuti, quam protinus in eos, quibus fuerit adiuncta, transfundir Boet. 3 4.

Solicitus semper sit Princeps, ne quid releui vel verbo committat inculpatæ parum congruens honestati. Ammian. lib 21.

Malo instituto viuere, nec Principi fas est. Cass. 6. 11.

Malis alienæ virtus exprobratio delictorum est. Sen. vit. beat. 19.

χαλεπὸν μετρῆσαί τε καὶ ὅρον ἐπιθεῖναι ταῖς ἐπιθυμίαις, ὑπηρετούσης ἐξουσίας. *Herodian. lib* 1.

Nullus parens liberis, vti æterni forent, optauit magis, quàm vti boni honestique vitam exigerent. Sallust. Iugurth.

Crede experto, crede amanti, cui ex altero non falli, ex altero non fallere inesse cognoscis. Bernh.

Si bene viuendi auctores filio fueritis, & ipsum vobis omnibus optimum Principem reddetis, & memoriam nostram demerebimini. quam immortalem hac vna ratione poteritis efficere, Herodian. lib. 1.

Non hoc præcipuum munus amicorum est, prosequi defunctum ignauo questu; sed quæ voluerit, meminisse, quæ mandauerit, exequi. Tacit. annal. 2.

Προσήκει μιμεῖσθαι τοὺς υἱοὺς τὰς τῶν πατέρων πράξεις. *Arist. Rhetor. Alexand.* 2.

Debita virtus magna patri, Patriæ maior; sed maxima summo ac perfecta Deo. Petrar. Afric. 2.

defatigatur. SI VIRTVTES præstiteris; rem diis gratam facies, famam maiorum celebrem propagabis, præclaram tibi memoriam parabis; tuis læticiæ, alienis amori eris. Boni denique amorem tibi præstabunt, improbi cum timore tibi seruient.

In annalibus belli Tarentini Pyrrhus, Epeirotarum Rex clarissimus, hæc verba annulo insculpta gestasse perhibetur; Homini vicioso leuis pœna est vitæ priuatio: virtute præstanti viro paruum præmium est totius orbis concessum dominium. Digna profectò tali viro sententia. QVID suscipi potest à viro spectatæ virtutis, cuius non exitum speremus felicem? † Peream! nisi in diuersis imperii mei partibus Multos vidi fama obscuros, arte rudes, nullis functos reipub. honoribus, opibus tenues, stemmate ignobiles; quibus tamen omnibus nihil impediti res susceperunt tam magnas, vt eas aggredi maximè temerarium videretur: quas tamen solo virtutis beneficio ad finem, voti compotes, perduxerunt.

Ita deos habeam propitios! ita ad suam me Iupiter domum transferat, & in mea te, fili, stabiliat! vt ego Romæ olitorem & figulum noui, qui quòd virtutis studiosi essent, effecerunt, vt senatu mouerentur quinque senatores ditissimi. Caussa verò vt alteri emergerent, alteri pessum irent, hæc fuit, quod alteri ollarum, aleri malorum precium persoluere noluerunt. OLIM enim grauius puniebatur, qui pomum pauperi eripuerat, quàm qui domum diuitis euerterat. Hæc ideò, fili, dico, quia VICIVM Principem audacem pusillanimem; VIRTVS pusillanimem audacem reddit. A Duobus semper mihi caui, summaq; cura enisus sum, in ea ne inciderem; nimirum, NE contra manifestam litigarem iusticiam, & ne cum homine spectatæ virtutis contenderem.

CAPVT LVIII.

Prosequens sermonem institutum M. Aurelius suadet filio; vt ad ardua negotia circa se habeat viros sapientes, à quibus bonis instruatur consiliis; & quid recreandi gratia agere, & qualem in arcano se gerere consilio debeat, monet.

HActenus in genere, fili, sum locutus: iam verò in specie tecum loquar; per deos te obtestans, vt attentè, quæ dico, audias. Cùm enim tanquam PATER senex te alloquar; æquum est vt me tanquam filius probè institutus audias. SI IVCVNDE vita tua frui cupis; magni præcepta 690

cepta mea æstimato. Nunquam enim votis tuis sanis dij locum dabunt, nisi consilia mea sana admittas. FILIORVM aduersus parentes inobedientia & incredulitas; in detrimentum ipsorum cedit. Sæpe enim dij offensas in se admissas ignoscunt, & irreuerentiæ (liberorum) aduersus nos (parentes) veniam negant.

Non peto, vt pecunias mihi des, fili, quia pauper es: vt labores, quia delicatus; vt hostes vlciscaris, quia nullos habeo; vt mihi deseruias, quia moriar; non imperium abs te postulo, quippe quod tibi relinquo; VNVM hoc peto, vt præclarè te geras erga rempublicam, ne fama domus meæ in te intercidat. Si magni æstimas, tot tibi regna relinqui; pluris æstimato, tam præclara tibi relinqui consilia, quibus ea conseruare possis. Si enim arrogantia inflatus consilium meum vsurpare nolueris, & tuis innixus consiliis fueris; antè quam carnes meæ fuerint à vermibus corrosæ, tu ab hostibus vinceris.

Ego, fili, iuuenis, leuis, temerarius, imprudens, superbus, liuidus, auidus, libidinosus, iracundus, auarus, gulosus, desès, ambitiosus fui, & quoniam in tanta tamq; grauia delapsus sum crimina; tot tamq; salutaribus te monitis instruo. Nam AB EO, qui in iuuenta planè mundo fuit deditus, maturum in senecta proficiscitur consilium. Quod hactenus tibi suasi, & donec moriar, suasurus sum; eius SEMEL periculum facito: quod si malo tibi fuerit, omittito; sin bono tibi fuerit, continuato. NVLLVM enim medicamentum tam acerbum est, quo vti ægrotus dubitat; si recuperandæ sanitati fore arbitratur.

Te, fili, rogo (moneo) & exhortor, vt meæ tua iuuentus senectuti; imperitia sapientiæ, somnus vigiliis, oculorum nubeculæ visui claro, opinio virtuti, suspicio experientiæ credat: Alioquin enim eò redigeris aliquando angustiarum, vt parum ad resipiscendum spacii; ad medendum autem nihil omnino habeas. Quod si dixeris, fili, cum ego iuuenis fuerim, (par esse) vt te quoque iuuenem esse patiar; progressu enim temporis te quoque senem futurum: SI omnino viuere vt
691 *iuuenis volueris, vt saltem tanquam senex imperes, rogo. PRINCIPIS enim, qui bene rempublicam gubernat, multa dissimulantur errata (& infortunia) priuata.*

Vt autem AD ardua negotia maturis opus est consiliis; ita AD sustinenda vitæ onera recreatio personæ quædam necessaria est. ARCVS † enim semper intentus aut rumpitur, aut laxatur. Siue iuniores sint Principes, siue seniores, qui tempus in gubernandis subditis collocant: nihil iustius esse potest, quam vt aliqua sibi oblectamenta quæ-

Sagax parentum est cura. Sen. Hippolyt. 1.

Dulcis est querela, quæ nascitur ex indulgentia. Sym. 1.2.

ἐξωγιάζειν δ' πατρὸς λόγω; βαρύ. Æschyl. Prometh. vinc.

Qui ab humilitatis operibus recedit, à dignitatis suæ fastigio, tumoris pondere cadit. Saresb. 4.7.

Amat vnusquisque vitam sequi parentum. Ambros. offic. 2.

Paterna vestis & annulus, ac si quid huiusmodi, tantò carius est posteris, quanto erga parentes maior affectus. Augustin. 1. ciu. 13.

Onerosum succedere bono Principi. Plin. paneg.

Graviora quæ sunt, ea diligentia leuiora facere possumus. Varro re rust. 1.4.

Eiusdem difficultatis est bonum, quo carebas, adipisci, & cùm adeptus fueris, conseruare. Naz. orat. 40.

Diuersi sunt animi sensus eorum, qui imperium adfectant, & qui iam eo sunt potiti. Dio. lib. 42.

Ego animum istum habui quem tu nunc habes; & quem ego nunc habeo, tu habebis. Liu. lib. 44.

Grandis profectus est, ad Philosophiam aspiranti, virtutis in se deplorare defectum. Sar. 7. prolog.

Misera ex periculis facta prudentia. Plin. paneg.

Certissima coniectatio colligere gerenda gestis. Pacat. paneg.

Exempla plurimum in consiliis possunt; quia facillimè ad consentiendum homines ducuntur experimentis. Fab. 3. cap. 10.

Nullum recuso periculum, quod salutis spem ostendit. Arb. pag. 58.

Temeritas est florentis ætatis prudentia senectutis. Cic. Cato. Mai.

Hæc dicta sunt non infausto, contra te vaticinio; sed pauidi cautique monitotis officio, tuta quoque in te formidantis. Hieron. ad Demetriad.

Miserum est serum consilium capere, & tum damni sensu affici, cum sarciri incommodum nequit. Nazian. orat. 40.

Valet in consiliis plurimum autoritas: nam & prudentissimus esse habereque & optimus debet, qui sententiæ suæ credere omnes velit. Fab. 3. cap. 10.

Optima videntur consilia, quorum tempus effugit. Tacit. hist. 1

Imperatorem moribus senem esse oportet. I.C. Rhodig. 11.9.

οὐ γὰρ ἐν τοῖς ῥαθυμιῶν ὄντα χρὴ τοῖς ἀσχάλοις, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐναγχαίοις καὶ τοῖς καιροτέλοις ἕνεσιν. Isocrat. Euagor.

Hominem rerum natura continui laboris patientem esse non finit. Val. Max. 8.8.

† *Simile Amasis.* Herodot. 2.

Iucundum, laborem ocio, ocium labore variare. Plin. 8. ep. 8.

Non minus refidem facit remissio animi, quàm occupatio. Sym. lib. 1. cap. 40.

Præstat opere fatigatum sub custodia requiescere vnum aut alterum diem, quàm pressum nimio labore, veram noxam concipere. Columel. 12. 3.

ἡ φύσις ζητεῖ μὴ μόνον ἀσχολεῖν ὀρθῶς, ἀλλὰ καὶ σχολάζειν καλῶς. *Arist. 8. polit. 3.*

Inter eos, cum quibus viuis, sectare meliores. Bern.

Ita in bello imperia agitentur, vt domi iustitia legesque respiciantur. Iustin. lib. 19.

Non in eiusdem potestate initium belli & finis est. Sal. Iugurth.

Priuatæ manus audaciùs immerguntur illicitis. Cass. 3. 31.

Πισθέταιρος κλεπτίστατος. *Aristoph. Pluto.*

A casas honradas no ay puertas cerradas. Adag.

Ad imperiale secretum eligendi, in quibus reprehensionis vicium nequeat inueniri. Cassiod. 1 5.

Dandum est aliquod interuallum animo: Ita tamen vt non resoluatur; sed remittatur. Sen.

Senescentibus membris eruditorum, intus animi industriæ beneficio florem iuuentæ retinent. Val. Max. 8. 7.

Vsus & experientia dominantur in artibus. Colum. 1. 1.

Vt æqualium vsus dulcior: ita senum tutior est. Ambr. 1. offic. 43.

Semper natura gaudet æqualib. Symm. 1. 39.

Aprouecha te de vicio, y valdrá tu voto en consejo. Adag.

Vbi robustis adoleuit viribus ætas, consilium quoque maius & auctior est animi vis. Lucret. 3.

Non delectat societas rerum, nisi inter pares annos. Mamert. paneg.

Tempora quippe virtutem non prima negant, non vltima donant. Dares.

Νόμιζε νεότητι καὶ γήρως ἄνευ ἀλλήλων μηδὲν ὠφελεῖν, *Thucyd. lib. 6.*

Impossibile est, vt alios vtiliter regat, quem proprius subuertit error. Salesb 5. 7.

Consule, queis ætas longa magistra fuit. Ouid. heroid. 5.

Aliquando intellectus iunioris perspicacior est, quàm senis. I. C.

Ea melior ætas, quam sequitur spes, quàm ea, quam mors. Varr. re ruit. 2. 2.

Non est canitudini comes virtus. Varr. Aborig.

A testa bianca spesso ceruel manca. Adag.

Veterani consilii scientia, intellectus maturitate, non vitæ longæuitate profertur. Ambr. Psal. 118.

rant honesta; quod non sine caussa addo. Nonnunquam enim tam turpia & sumtuosa quærunt, vt opes dilapident, dignitatem perdant, & magis defatigentur, quam si reipublicæ negotijs intenti fuissent.

Tuæ quidem iuuentuti PROCERVM *relinquo illustrium filios, quibus cum tempus teras: ideoq; non frustra curaui, vt à pueritia tecum educarentur; vt adultior & hæres Imperij factus, si fortè iuuenum expeteres sodalitium, bene institutos inuenires.* BELLIS *gerendis duces relinquo fortissimos, quanquam, vt verè loquar,* RERVM *bellicarum, etiamsi cum prudentia suscipiantur, ad extremum finem fortuna moderatur. Viros tibi fideles relinquo, vt Thesaurorum sint tuorum procuratores, quos fideles non temere dico.* SÆPE *enim plus est, quod exactores (& thesaurarii) Principibus furantur, quàm quod in aulis Principum expenditur. Viros tibi, fili, relinquo Experientes & natu grandes, quos consiliorum & laborum socios habeas. Nihil enim Principi honestius, quam senum gaudere comitatu.* TALES *enim & domini dignitatem, & domus autoritatem decorant.*

THEATRA *inuenire, paludes piscari, feras (in saltibus) venari, cursu in campis certare, aucupio operam dare, armis exerceri; hæc tibi vt iuueni negare non possumus, quò minus illis vt iuuenis cum aliis te iuuenibus oblectes: Simul tamen & hoc consideres, ordinandi exercitus, gerendi bella, prosequendi victoriam, admittendi inducias, firmandi pacem, imponendi tributa, ferendi leges, hos promouendi, illos abdicandi, puniendi improbos, bonos remunerandi; harum, inquam, rerum consilia ab ingenijs perspicacibus, corporibus defatigatis, & capitibus prorsus canis petenda. Nec verò impossibile, vel molestiam intolerabilem credas, tempus animi caussa cum iuuenibus terere, & cum senibus consultare.* PRINCIPES *enim moderati &* 692
minimè dissoluti, ad omnia tempus habent, si metiri tempus sciunt.

CAVE *diligenter fili, ne immoderatus habearis: quod ideò dico, vt si nescis intelligas,* ÆQVE *turpe (ac pudendum) Principem grauitatis prætextu prorsus à senioribus regi, quàm sub recreationis specie semper iuniorum vti commercio.* NON *est hoc vniuersale, vt omnes iuuenes leues, & omnes senes cordati sint. Itaque hac in parte autor tibi fuerim,* SIQVEM *è senioribus ætate iam declinare contingat, missionem ei des: & iuuenem si inueneris cordatum, illius consilium ne spernas.* PLVS *enim mellis apes de floribus teneris, quam de foliis duris congerunt.*

NEC

NEC seniores damno, nec iuniores probo; sed tam ex his, quàm ex illis optimum est virtute præstantiores semper eligi: Siquidem NVLLA in terris societas adeò sincera est, vt citra suspicionem cum ea sit viuendum: cum videamus, Si Iuuenes cum stulticia nascantur, etiam senes cum auaritia viuere. Itaque denuò te, fili, commonefacio, ne qua in re modum excedas Nam SI tantùm iunioribus credas, mores tuos corrumpent suis leuitatibus: Sin tantùm senibus fidas, suis iustitiam cupiditatibus deprauabunt.

QVID monstrosius, quàm Principem, qui omnibus imperat, pati ab vno sibi imperari? Crede mihi hac in parte fili, VIX fieri posse, vt multorum gubernatio vnius tantùm officiarii arbitrio (nutuque) rectè administretur. PRINCIPEM, qui multos regere (ac moderari) debet, multorum decet audire consilia & iudicia. NIHIL est absurdius, quam cum multorum sis regnorum dominus; vnicam tantùm patere portam, qua cuncti, quibus aliquid tecum negotij est, introëant. QVANTVMVIS enim is, qui tuis intimus est consiliis, natura bonus sit, & mihi minimè inimicus; tamen eum metuo, quia meorum est amicus inimicorum: Atque vt odio mei mihi malè non faciat; vereor tamen, ne aliorum gratiâ mihi bene facere intermittat.

In annalibus Pompeianis libellum memorialem memini me inuenire pusillum, quem gestare secum Pompeius M. solitus erat: in quo multa, quæ ipse legerat, & præcepta egregia è diuersis terrarum partibus ad ipsum missa, erant consignata. Præter cætera verò hæc inerant verba: GVBERNATOR reipublicæ, qui totam gubernationem senioribus committit, parui æstimandus; qui iunioribus eam credit, leuis; qui per se solus eam regit, temerarius; qui per se & per alios, Princeps cordatus est. Hæ sententiæ an ipsius Pompeii, an ex libro aliquo excerptæ, aut à Philosopho aliquo dictæ, aut cum ipso consilium ab amico petente communicatæ fuerint, etsi affirmare pro certo nequeo: hoc tamen affirmo, manu ipsius scriptas me legisse, & sane dignæ erant, quæ literis aureis scriberentur.

693 *SI admodum arduum fuerit negocium; (plurium) consilio semper id expedire gaudeas. Si enim minus feliciter cesserit; cum multorum sit consilium, communis erit culpa omnium. Reipsa fili experieris, SI CVM multis consultas; fore vt alius incommoda, alius pericula, alius metum, alius damna, aliùs emolumenta, alius remedia exponat: in summa tot afferent negotii difficultates, vt quid malum sit, quid bonum, liquido perspicias. Accuratè monitum te, fili, volo, vt IN CONSVLTANDO animum æquè ad incommoda, quæ proponuntur, quam ad*

Τὸ γῆρας δυσελπί ἐστιν, ἡ δὲ νεότης ἐλπίδος πλήρης. *Aristot.*

Frigent ac torpent senis consilia. Liu. li. 6.

Lenti ad capessendum laborem senes. Sym. 3. 13.

Cana senescunt ingenia, & validos consumunt secla lacertos. Prudent. apotheos.

Il troppo e' l poco guastano 'l giuoco. Adag.

Tutissima ferè per medium via; quia vtriusque vltimum vicium est. Fab. lib. 11.

Securiùs expediuntur negocia commissa pluribus. IC.

Μὴ δούλευε σοῖς δούλοις ἄναξ. *Eurip. Helen.*

Libera dandi ex animi sententia consilii potestas omnibus facienda Dio. lib. 52.

Plurimum tibi credas, nec cuiquam satis fidas. Plin. 6. ep. 22.

Quibus singulis iudicii parum, omnibus plurimum. Idem. 7. 17.

Vier augen sehen mehr/als zwey. Adag.

Immodicæ potestates animos ad fastum extollunt, & corrumpunt. Dio. lib. 36.

Minus est, quàm seruus, dominus, qui seruos timet. Mim.

Πολλῶν ἐπιστατῶν ἡ πολιτικὴ κοινωνία δεῖται. *Aristot.* 4. *polit.* 15.

Magna negocia magnis adiutoribus egent. Vell. 2.

ἐν βίῳ καὶ βασιλεῖς δεῖ τὰ πρόφορα καὶ βαλόντα χρῆσθαι καλῶς τοῖς πεσοῦσι. *Plut.* περὶ εὐθυμίας.

Regi indecorum est per semetipsum procurare omnia. Apul. de mundo.

Non potest Princeps sua scientia cuncta complecti. Tacit. annal. 3.

Τὸ εὖ βουλεύεσθαι, κέρδος μέγιστον. *Herodot. lib.* 7.

Nec sibi quisquam ambitiosè atque aliis amicè consulere potest. Sax. lib. 2.

Meliùs omnibus, quàm singulis creditur. Plin. paneg.

Μὴ λεχθεισέων γνωμέων αὐτιέων ἀλλήλησι, οὐκ ἔστι τὴν ἀμείνω αἱρεόμενον ἕλεσθαι, ἀλλὰ τῇ εἰρημένῃ χρῶσθαι. *Herodot. lib.* 7.

In consultationibus neque gratia, neque odia spectanda. Dio lib. 44.

Κρίνουσιν ἄμεινον οἱ πολλοί. ἄλλοι γὰρ ἄλλο τι μόριον, πάντα δὲ πάντες. *Aristot.*

Confirmantur nostra consilia, cum sentimus prudentibus fideliterque suadentibus idem videri. Cic. ad Cæl. epist. 13.

remedium, quod offertur, aduertas. VERVM enim consilium non consistit in dicendo, quid faciendum sit; sed in explanando, quid inde euenturum sit.

QVANDO susceperis fili res (magnas &) arduas; tanti æstimabis damna minuta, vt ea mox auertas; quanti infortunia maxima, quibus postea medearis. SÆPE enim indiligentia domini tegulas imbricesq; non reficientis tota domus corrumpitur. Nec verò cùm te consultare iubeo, sic velim accipi, quasi ita anxius esse debeas, vt ob res minutas statim conuoces concilium. MVLTA enim sunt eiusmodi, vt confestim factum exigant, & deteriora fiant expectato consilio. QVOD propria potueris autoritate & citra damnum reipublicæ conficere, ne ad alium remiseris.

IN HOC etiam iustus eris, & quod iusticiæ conuenit facies, cum à tuis duntaxat obsequia tibi præstanda sint, si à te vno præmia illis debita pendeant. Recordor Marium Consulem è bello Numidico reuertentem prædam vniuersam, quam afferebat, militibus distribuisse, vt ne vnicam quidem gemmam inferret ærario, ideoq; grauiter accusatum, quòd nec autoritatem, nec assensum Senatus petiisset, ita respondisse: QVI non vsi sunt aliorum consilio, mihi vt seruirent; de illorum præmijs (ac donatiuis) aliorum me vti consilio minimè conuenit.

Inuenies fili genus quoddam homium, qui pecuniarum parci, & consiliorum prodigi, adeò promtos se præbent, vt etiam non rogati ad consilium dandum vltrò se offerant. De quibus hanc tenebis admonitionem, vt NVNQVAM ab eo secundum expectes consilium, qui primum dedit in perniciem alterius. Eiusmodi enim VERBIS quidem animum tibi seruiendi cupidum præ se fert; ad rem omnem ad suum dirigit emolumentum.

Equidem cum longæuam à dijs vitam acceperim; diuturnam horum omnium cepi experientiam. Scito enim XV. annorum spacio me Consulem, Senatorem, Censorem, Prætorem, Quæstorem, Ædilem & Tribunum, & post hæc omnia duouiginti annos Imperatorem Romanum fuisse; quibus annis omnibus PLERIQVE ea, quæ dicebant, ad commodum proprium, & damnum proximi dirigebant: & MONSTRI instar erat, si quis candidè ad obsequium (commodumq;) meum & alterius emolumentum loqueretur. 694

PRÆCIPVVS scopus eorum, qui Principum aulas sectantur, hic est, vt ampliandis domibus suis incumbant; cuius si consequendi facultas non sit; minuendis alienis operam impendunt, idq; non spe consequendi commodi cuiusquam, aut quòd ab aliis vlla re fuerint offensi; Sed quod EO MALITIA humana est ingenio, vt alterius commodum suum existimet

Potentia cautis, quàm acrioribus consiliis tutius habetur. Tacit. annal. 11.

Ad vitam instituendam apprime conducit actiones cum consiliis conferre. Dio. lib. 46.

Plerunque paruæ res maximas trahunt. Plin. 1. epist. 19.

Grauiorum turba malorum texitur, ignauis trahimus dum tempora votis. Claud. 2. Eutrop. 293.

αἴτιον τῶν μεταβολῶν καὶ τὸ μικρόν ἐστιν. *Aristot. 5 Polit. 7.*

Quicquid expediri potest, accelerandum est; quod consultiore tractatu indiget, differendum. Saresb. 5. 12.

Nihil tam conuenit conatibus subitis, quàm celeritas. Ammi. lib. 21.

Manda, y haz lo, y quirar te has de cuydado. Adag.

Reges ad imitationem naturæ diuinæ per seipsos gratias portigunt; pœnas per alios sanciunt. Philo de Abraham.

Milites neque dicta neque præmia nisi ab Imperatore accipere fas est. Tacit. Annal. 5.

Ideò augere remp. vt rem familiarem Potius augeas, videtur esse damnabile. Ambr. serm. 7.

ἄρχοντι τὸ μὲν ἀνάγκης δεόμενον, ἄλλοις προστακτέον κολάζειν. τὸ δὲ τὰ ἆθλα ἀποδιδόναι, δι' αὐτοῦ ποιητέον. *Xenoph. Hier.*

Præda sit hæc illis, quorum meruêre labores. Propert. 3. 4.

Securius accipere consilium, quàm dare. Thom. de Kem.

Suadere Principi, quid oporteat, multi laboris. Tacit. histor. 1.

Viel Leut zu hülffe/ wenig zu rathe. Adag

Periculosum alienis interuenire secretis. Arbit. 15.

Unde affulsit lucrum, sine respectu salus publica addicitur. Fab. decl. 12.

Rerum priuatarum respectus semper offecit officietque publicis consiliis. Liu. l. 2.

ἅπαντες ἐπιθυμοῦσι τοῦ συμφέροντος, καὶ τοῦ πλέον ἔχειν τῶν ἄλλων. *Isocr. de pace.*

Cùm in concilium conuenitis, non tam curæ, publicis mederi periculis, quàm priuatis studere fortunis. Sidon. 7. ep. 7.

Cupiditates inimicę sapientiæ, Cassiod. 2. 1

Nullus fidelior ad consilium, quàm qui te, non tua diligit. Gregorius.

Omnes homines maiore studio inimicis aduersantur, quàm inimicis opitulantur. Dio. lib. 37.

Pauci Reges, non regna colunt: plures fulgor conuocat aulæ Sen. Hercul OEt. 2.

Ambitio multos mortales falsos fieri subigit. Sal. Catilin.

Inuidiam plerunque regiæ domus alunt. Plut. in Annibal.

existimet detrimentum. Itaque maxima Prosequendus est commiseratione Princeps; quem plerique non amore ipsius; sed beneficiorum, quæ ab illo expectant, gratia sectantur: Quod inde manifestum, quia SIMVL atque dandi finem ille facit; mox contemnere eum incipiunt, vt recte eiusmodi ministros non personæ ipsius amicos; sed opum ipsius cupidos appellare videamur.

VT VNVM fili magis ames, quàm cæteros; tibi quidem licet; veruntamen te monitum velim, neque tibi neque illi expedire, vt amorem eum palàm ostendas, vt omnibus innotescat. Id enim nisi caues; de te murmurabunt; at illum persequentur, NEQVE exiguo in labore & periculo versatur quem ex omnibus Princeps peculiariter amat & circa se habet; quia mox omnium odijs & persecutioni obnoxius est: vnde (sæpe) fit, vt plus damni ex omnium inimicitijs, quàm ex vnius (Principis) amore (commodi) capiat. Interdum enim & dijs ita permittentibus, & fatis ipsi aduersantibus, PRINCEPS quidem eum amare desinit; at inimici eum idcirco non desinunt odisse. Equidem ex quo, quid esset rempublicam gubernare, intellexi, hoc semper habui infixum animo, vt NVNQVAM domi meæ haberem aliquem, simul atque illum in odio esse ciuitati animaduerti.

Anno ab V. C. DC. LXXIX. cùm L. Licinius Lucullus bellum contra Mithridatem gereret; fortè tabulam æneam Tigranocertis inuenit, in porta regiæ collocatam, cui insculptæ erant literis Chaldaicis hæ sententiæ:

TABVLA LVCVLLEA, MONITA PRINCIPALIA CONTINENS.

695

HAVD sapiens Princeps, vni deuinctus amico
Qui regno accersit certa pericla suo.
NVNQVAM etenim vnius studium præstabit amici,
Quod populi fido pectore præstat amor.
NEC fuerit prudens Princeps, qui donet vt vni
Plurima, nil cunctos curet habere nihil.
Tristius agricolæ nihil est, quam dextera fruges,
Quas ipse excoluit, quando aliena metit.
TVRPE, animo potius Princeps si vnius auaro,
Cunctorum faciat quàm satis obsequiis.
Nam REDDI officiis merces valet æqua bonorum;
At MENS expleri nescit auara mali.

CON-

Pessimum consilii venenum sua cuique vtilitas 1. Tacit. lib. 12.

Ἀ τοπον πρὸς δέος ἀμῶν ἑτέρῳ φέρεσαν ἀτιμίαν. Diodor. lib. 4.

Rapere non accipere sciunt agentes in rebus. Ammian. lib. 16.

Auibus similes aulici, circa naues volitantibus, quæ accepto bolo, auolant. Panorm. de Alfons.

Προσήκει τὸν δὲ φρονοῦντα μὴ τοῖς τῶν ἄλλων κακοῖς εὐτυχεῖς ἡδονὰς, παρασιτοῦσθαι, ἀλλὰ ταῖς αὐτῶν ἐπιμελείαις τὰς πολίτας εὐδαιμονεστέρας ποιεῖν. Isocr.

Qui obstat alicuius incrementis, ab aliis gratiam init, & sibi prospicit. Dio. lib. 37.

Ὁ λόγος παιδεύει τὰς ὀργὰς μὴ ἀμαρτάνειν. Soph. Schol. Aiac.

τῷ λόγῳ ἀνάσσεται δεινὸν ἐπ' ἀνδρὶ ἐνὶ πάντα τὰ βασιλέος πρήγματα γίνεσθαι. Herodot. lib 7.

Breuis est magni fortuna fauoris. Sil. lib. 4.

Nihil tam instabile, quàm fama potentiæ, non sua vi nixæ. Tacit. annal. 13.

Fidelissima custodia Principis ipsius innocentia. Plin. paneg.

Tunc omnibus Principes patent insidiis, quando eos odit inferior. Fab. declam. 11.

Nihil neque arma, neque multitudo ciuium sine eorundem beneuolentia conducunt. Dio. lib. 37.

Quò se fortuna, eodem fauor hominum inclinat. Iustin. lib. 4.

Multorum odiis nullæ opes possunt obsistere. Cic. off. 2.

Pompeius in triumphò tulit museum ex margaritis, in cuius fastigio horologium erat. Plut. Lucul. Appian. in Mithrid.

Præstat per plures publica negotia administrari, vt & plures hinc emolumentum sentiant, & experientiam rerum gerendarum consequantur. Dio. lib. 52.

N' eleue point en dignite trop haute Quelque Vassal, ton dommage en depend. Ronsard. 3. 204.

Vni summam rerum committere, periculo; multis verò, turbis non caret. Dio. lib. 52.

Non debet multis auferri, quod vni tribuas. Plut. Sympos. 1 quæst. 2.

Est improborum Principum auferre donandi gratia. Pacat. paneg.

Nihil largiatur Princeps, cum nihil auferat. Plin. paneg.

Altrui vide salir sul arbor riserbato, & tutto essergli tolto il disiato frutto. Ariost. 5. 64.

Decet miserationem publicam quocunque potest humanitatis genere vel singulis, vel in commune consulere. Imp.

Non manet integra fides, vbi magnitudo quæstuum spectatur. Tacit.

Nunquam satis fida potentia, vbi nimia est. Idem histor. lib. 2.

Summa dignitas & dantem & accipientem prægrauat. Liu. lib. 35.

Potestas solicitudine & mora corrumpitur. Flor. 1. 9.

Offendere plures vix tutum. Martial. 9. 56.

Non omnia in vno reponenda. Vell. li. 2.

Maxima libertatis custodia est, si magna imperia diuturna non sint. Liu. lib. 4.

Potentiores, neque si augeri patiare, tutus viues, neque si opprimere coneris, iustè ages. Dio. lib 52.

Lucullus vir alioqui per omnia laudabilis, & bello penè inuictus, pecuniæ expellebatur cupidine. Vell. lib. 2.

Νομίζω ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐδὲν βελτίους ποιεῖν τὰ ἀνθρώπους, ὡς δὲ τῶν σοφῶν ἀνδρῶν γνῶμας ἀρετῇ πλείζειν τὰς κεκτημένους. *Xen. Mem.* 4.

Tantum CONSILIVM stolidus cunctorum spernit, amici
Vnius vt Princeps pareat arbitrio.
Nam manus in valida clauum regit vna triremi,
Quæ tamen haud vno remige carpit iter.
Cunctorum Princeps odium qui vnius amori
Posthabet, hunc sana mente carere neges?
Nam vitam vt semper moderatâ in amore, decorũ est,
Atque odii expertem vir generosus agat.

Hæc ergo verba in illa extabant lamina, memoria profectò immortali dignissima, de qua præterea tibi affirmare possum, quod Lucullus ex vna parte laminam, cui verba illa inscripta erant, ex altera arcas posuit, quibus opes regias aduexerat; vt alterutrum Patres eligerent vel relinquerent. At Senatus thesauros omnes posthabuit & tabulam consiliorum sibi retinuit.

CAPVT LIX.

Continuans sermonem cœptum M. Aure- 696
lius, peculiariter quædam filio commendat, verbis vtens ad eum tam bonis, vt nemo non illa in animo scribere debere videatur.

Dixi hactenus tanquam pater filio, tantum quæ ad tuum spectant commodum. Reliquum est, vt ostendam, quid me defuncto mea caussa te velim facere: Quod SI GERMANVS vis esse filius patris, quæcunque ego viuens amaui, ea me defuncto carissima habebis. Ne imiteris plurimos, qui simul atque oculos parentes clauserunt, non vlterius illorum recordantur. Etenim LICET *defuncti & sepulti sint parentes; tamen vt de filiis apud deos querantur, semper viui sunt. Etsi autem non tam flagitiosum videtur; tamen longè Periculosius est, cum mortuis contendere, quam viuos lædere: idq; ideò, quia cum VIVI & vlcisci sese, & pro se respondere possint; quorum neutrum mortuis licet; diy patrocinium illorum suscipiunt, & tam asperè nonnunquam viuos castigant, vt se mortuos, quam viuos malint.*

Cogitare te, fili, decet, quòd ego te genui, educaui, erudiy, indulgenter habui, castigaui, & extuli; & hæc cogitans, ETIAMSI per mortem à tua subducar præsentia, non est æquum, vt excidere memoria me patiaris. GERMANVS *enim & minimè ingratus filius, quo die patrem in tumulum miserit durum, eo ipso die in corde illum sepelire*

tenero

Vltima colloquia domesticis & familiaribus suauissima & desideratiss. esse solent. Theoph. Luc. 22.

Viuit ac permanet apud bonos filios optimi patris iusta dilectio. Leo epist. 23.

Offendere plures vix tutum. Martial. 9. 56.

Non omnia in vno reponenda. Vell. li. 2.

Maxima libertatis custodia est, si magna imperia diuturna non sint. Liu. lib. 4.

Potentiores, neque si augeri patiare, tutus viues, neque si opprimere coneris, iustè ages. Dio. lib 52.

Lucullus vir alioqui per omnia laudabilis, & bello penè inuictus, pecuniæ expellebatur cupidine. Vell. lib. 2.

χρυσὸς φρέας, ἔνδον ἰὼν ἐνὶ θυμῷ ἀνθρώπων, κ' εἰ μῶλα τὶς θεσσὺς εἴη. *Coint.* 1. 603.

Νομίζω ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐδὲν βελτίους ποιεῖν τὰ ἀνθρώπους, ὡς δὲ τῶν σοφῶν ἀνδρῶν γνῶμας ἀρετῇ πλείζειν τὰς κεκτημένους. *Xen. Mem.* 4.

αὐτὰρ ἐμοὶ ὑμῶς, πάντες θεοὶ παισὶ μὲν καὶ γυναιξὶ, καὶ φίλοις καὶ πατρίδι εὐδαιμονίαν, ἐμοὶ δ' οἷον περ ἀέθλα δεδώκατε, τοιαύτην καὶ τελευτὴν δόμεν. *Cyrus apud Xenoph. paed.* 8.

οὕτω χρὴ λῷστερον ἔχειν, γνώμης πατρώας πάρα ὄπιθεν ἐσόμενα. *Soph. Antig.*

Vltima colloquia domesticis & familiaribus suauissima & desideratiss. esse solent. Theoph. Luc. 22.

Viuit ac permanet apud bonos filios optimi patris iusta dilectio. Leo epist. 23.

ὁ νῦς τ' κατθανόντων ζῇ μὲν ὁ γνώμην δ' ἔχει ἀθάνατον. *Eurip. Helen.*

εὐσεβέστατον γὰρ εὗσι πρώτην ἐκ θεῦ λιμὴν νέμειν, ἐξ ὧν ὑπάρχει καὶ τὸ γινώσκειν θεόν. *Nazianz. vita.*

μὴ ὁρᾷς τὸς τεθνηκότας κακῶς, εἰ δὲ ποιήσεις, ὅσοι πεμανέμεν. *Soph. Aiac.*

Oportet cupiditates refrenari, metus comprimi, facienda prouideri, reddenda distribui. Sen. ep. 120.

Τὸν τελευτηκότα μὴ κακολόγει, ἀλλὰ μακάριζε, *Chilon. Stob.* 900.

Μὴ λοιδορῆσαι τὸν κεκμηκότα. *Lex Attica.*

Δικαιότερον τοῖς τελευτηκόσιν, ἢ τοῖς ζῶσιν ἐπαμῦναι. *Arist. Problem.* 29. 9.

Tandem iustitia rerum humanarum præses, scelus ad tempus dissimulatum, inclementer arguit. Philo de Ioseph.

Τιμάσθω παρ' ἡμῶν ἡ μνήμη καὶ τελευτήσασι ὅτι πᾶσι δυσμενὲς τῷ βίῳ τούτῳ συναποθνῄσκει. *Syn. ep.* 66.

Persolui gratia non potest, nec malo patri. Fab. declam. 5.

tenero debet, INTER pœnas diuinas, quæ in oculos incurrunt, & hæc est, vt filij parentibus adhuc viuis non obediant; quoniam ipsimet parentes non recordati fuerunt suorum, postquam illi obierunt, parentum.

Principes adolescentes, postquam hæreditatem creuerunt, & patre extincto moderatorem iam nullum habent, omnia ad votum successura rentur; sed falluntur. Si enim DEOS infensos habeant, & execratio parentum accedat; cum molestia viuent, & cum periculo morientur. Nihil aliud abs te postulo, fili, nisi vt QVALIS tibi pater in vita fui, talis mihi filius sis in morte.

Commendo tibi, fili, deorum honorem & venerationem, cuius vt curam maiorem, quàm cæterarum rerum geras, rogo. PRINCEPS enim, cui dij cordi sunt, non est, quòd vllam fortunæ tristis procellam formidet. AMA deos & amaberis; cole deos, & colêris; metue, & metuêris; honore affice, & honore afficiêris; res illorum age, & tuas illi perficient, maximè cùm ADEO boni sint dij, vt non solum in rationa-
697 rium referant, quæ facimus; sed etiam quæ facere cupimus.

Commendo tibi, fili, ædium sacrarum curam, ne scilicet irreuerenter tractentur; sed vt mundæ & sartæ tectæ sint, & consueta in illis sacra peragantur; quem quidem honorem non saxis aut lignis, è quibus fana constant; sed dijs quibus consecrata sunt, præstamus.

Commendo tibi, fili, sacerdotum venerationem, teque rogo, ne propterea, quòd turbulenti, cupidi, auari, dissoluti, impatientes, desides & vicioſi sint, minùs abs te reuerenter habeantur. NON enim nostrum est vitam iudicare, quam vt homines agunt; sed illud intueri, quòd inter nos deos q, interpretum munere funguntur. Cogita fili, DIIS seruire, templa honorare, sacerdotes venerari, res esse Principi non arbitrarias; sed maximè necessarias. Tam diu quippe † Romanorum duravit gloria, quàm diu deorum suorum cultores, & de templis soliciti fuerunt. Etenim infelix Pœnorum regnum neque magis † vecors, neque minùs opulentum Romano fuit; veruntamen à Romanis victi sunt, quia thesaurorum amatores maximi, & negligentes templorum cultores fuerunt.

Commendo tibi Æliam nouercam, quæ licèt mater tua non sit; eam tamen coniugem meam fuisse cogites. Quod Faustinæ debes, quia te peperit; idem Æliæ debes, quòd te tam amanter tractauit; quippe cùm ira sæpenumero inflammatus essem; illa pro te intercessit, & me tibi placauit; verbis nimirum commodis sanans, quod factis ipse offenderas. Eueniant tibi diræ paternæ, si male illam tractaueris, & in deorum incidas iram, nisi permiseris, vt be-

Qualia in parentes contuleris beneficia, talia in senectute à liberis expecta. Milesius Stob. 692.

Refundatur in suum facinus autorem. Fab. declam. 11.

Γυάμψον τὸν ἄγγελον ἦτορ, αἰδοῖμ' ὁμοκόμων τε θέμιν γενέτιό τε γήρως. Opp. κω. ς. 370.

οἱ γὰρ ἐων ἀλογεῦντες ἑκατέρως μεγάλως εἰσὶν ἐχθροὶ, καὶ τῆς πρὸς θεὸν, καὶ τῆς πρὸς ἀνθρώπους. Philo. Stob. 693.

Diuina miseratio pias aures applicat votis parentum. Sym. 5. 31.

Commendat filio.

πρέπει δὲ τὸ θεῶν σκοπεῖν κελεύω, μὴ σφαλῇς ἀπιμάστους. Eurip. Supplic.

1. *Dei cultum.*

σέβε, πρόσθυχε, θῶπτε τὸ κρατοῦντ' ἀεί. Æschyl. Prometh.

ἡ δυσέβεια ἐστὶν ἀρχὴ καὶ τελευτὴ πασῶν τῶν κρειττόνων. Nazian. Stob. 96.

Deo ante omnes benigni estote, per quem & omnibus. Idem.

Pauperis est orare, & diuitis erogare: Dei est pro paruis magna pensare. Aug. de verb. Dom. serm. 25.

2. *Templorum respectum.*

Quæcunque publica sunt, pietati debent & fidei consecrari. Sar. 7. 17.

Triste omen templi violatio. Nicephor. Gal. 14. cap. 32.

Quisquis Ecclesiasticam deprimit libertatem, aut punitur in se, aut punitur in sobole. Sar. 7. 20.

3. *Sacerdotum venerationem.*

ἡ τῶν ἱερέων λυμὴ εἰς θεὸν ἀναφέρεται. Basil. Imp. in exhort.

Qui bona fide deos colit, amat & sacerdotes. Stat. 5. Sylu. præfat.

Princeps sacerdotii minister est. Sar. 4. 8.

Plus ego admiror sacerdotalem virum, quam sacerdotem. Sidon. 4. 9.

Qui maior est in honore, is præstantior in sanctitate & perfectione debet esse. I C.

Si quis sacerdotum eget honeste viuens, vel tacitus nobis legum contemptum opprobrat. Philo. de sacerd. honorib.

† *Græcorum. G.*

Grauius est offendere æ. quam temporalem maiestatem. I C.

† *humile I. animo sum G.*

Victus sacerdotum lautior, argumentum euidens esse potest pietatis publicæ. Phil. ibid.

4. *Nouercam maternæ indulgentiæ.*

Δεινότερον ἐδὲν ἄλλο μητρυιᾶς κακόν. Prouerb.

Ad secunda vota transiens negligit Deum defuncti memoriam & filiorum caritatem. I C.

Nulli non magno constitit & bona nouerca. Sen. Helu. 2.

φθονεῖν φασι μητρυιὰς τέκνοις. Eur. Ion.

Plerunque contra liberos amantur vxores; & sequentium matrimoniorum non aliunde, quam de damno pietatis affectus est. Fab. declam. 2.

Mater & nouerca cognatæ appellationes; Ob patris memoriam filius reuereatur mulierem, quæ quondam illius coniux fuerat. Philo de special. ll.

μητρυιαὶ προγόνοισιν ἀεὶ κακόν. *Anth. Epigram. lib.* 1.

Vxoriæ charitatis ardorem flagrantius frigidis concipimus affectibus. Fab. declam. 2.

σεμνόστομός γε καὶ φρονήματος πλέως ὁ μυθός ἐστιν ὡς θεῶν ὑπηρέτου. *Æschyl. Prometh.*

προγόνοις θάμαρτες δυσμενεῖς αἰεί ποτε. *Eurip. Ion.*

ὃς τοὺς γονέας τιμᾷ, οὗτος καὶ τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτοῦ εὖ ποιεῖν βουλήσεται. *Arist. Rhet. Alex.* 4.

5. *Generos.*

Quis te in extraneos bonum esse credat, si in eos te iuste non geras, quibus obligatus es? Naz. Tetrast.

Pompeiano nupta fuit Lucillæ post mortem Veri, Imp. Eius filium Pompeianum Carocallus occidit. Spartian.

Pro optimis viris quisquis interuenit, non magis illorum videtur iuuare commodum quam suum commendare iudicium. Sym. 2. 29.

6. *Filias.*

Marcus filias, cum adoleuissent, optimis ex ordine senatorio viris collocauit. Herodian. lib. 1.

τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν ἀριστεύει μακρῷ. *Æschyl. Prometh.*

Similitudinem suorum felix vena custodit. Cass. 8. 13.

Genus deductum ab illustribus maioribus ignominiosis factis dehonestare probrum est turpissimum. Philo. de Ioseph.

Probrosus ales qui proprium polluit nidum. Sax. lib. 5.

† *suo loco indignum quicquam admittant.*

Difficile est eximiam felicitatem moderato animo ferre. Iosephus 6. 7.

Efficacissime commendat, qui meras causas iustæ commendationis aperit. Sidon. 8. 13. Plin. 2. 13.

Nemo bonus moritur, sed viuet in sempiternum expers senii, propter immortalem naturam animæ solutæ corporis necessitatibus. Philo de Ioseph.

† *Fadillam.*

μοῖραι δ' ἀφίσταντ' εἴ τις ἔχθρα πέλει ὁμογόνοις αἰδῶ καλύψας. *Pind. Pyth.* 4.

7. *Sororem natu minimam.*

Proles serotina, non exigunt est ad beneuolentiam stimulus. Philo de Ioseph.

Testamentorum interiit omnis potestas, si

ne ab alijs tractetur! Quicquid enim incommodi passa fuerit, tum ad mortis meæ ignominiam, tum ad vitæ tuæ damnum cedet. Tributa Ostiæ alimentorum causa, & Vulcanios hortos, quos ipse conseui, recreationis ergò ipsi legatos, ei caue eripias. Si enim adimis, maliciam; sin relinquis, obedientiam; si etiam plura tribuis, bonitatem tuam & liberalitatem declarabis. Memento fili esse ipsam ciuem Romanam, iuuenem, viduam, & ex domo Traiani domini mei; esse matrem tuam adoptiuam, & vxorem meam legitimam, & quod caput est, diligenter tibi à me commendatam.

Commendo tibi, fili, generos meos, quos abs te tanquam consanguineos & amicos volo tractari: & vide ne in eorum numero sis, qui VERBIS fratres, factis affines sunt. Sic tibi persuasum habeto, me tam ex animo voluisse filiis meis, vt viros, quos in his terris inuenire licuit, elegerim optimos, qui quidem tam boni euaserunt, vt licet necessitudinis ratione tantùm generi essent, amore sim illos non aliter ac filios prosecutus.

Commendo tibi sorores tuas, meas filias, quas omnes elocatas relinquo non Regibus exteris; sed Senatoribus ciuibus, vt hoc pacto omnes in vrbe maneatis, vbi & illæ tibi obsequia, & tu illis beneficia præstare mutuò potestis. Multum sorores de pulcritudine Faustinæ matris suæ, quasi hæreditate acceperunt, & parum omnino ex patris institutione retinuerunt. Veruntamen tales illis, mihi crede, viros, ipsisq; maritis talia tamq; vtilia dedi monita, vt illi vitam citiùs amissuri, quàm permissuri sint, vt † sua ipsæ dignitate excidant. Ita sorores tuas tractato, vt nec propter mortem senis patris patrocinio careant; nec ob fratrem Imperatorem stultæ (& insolentes) euadant. SVNT enim ingenio fœminæ tam molli, vt minima quaq; de causa quiritentur, & longè etiam minore insolescant. Itaque ad eundem illas modum me defuncto tractabis, quemadmodum ego viuus eas tractaui: Alioquin enim illarum conuersatio & offendiculo ciuibus, & tibi oneri erit. 698

Commendo tibi Lipullam † sororem tuam natu minimam, apud virgines Vestales inclusam. Ac memento illam & sororem tuam, & Faustinæ meæ, quam ego & viuentem plurimum amaui, & defunctam ad exitum vsque vitæ deploraui, filiam esse. Equidem sorori tuæ in singulos annos sex millia H. S. ad sumtus necessarios dedi, elocaturus sanè & ipsam, perinde vt reliquas ipsius sorores, nisi facie fuisset in prunas prolapsa, quippe quam inter filias postremam tenerrimè amabam. Omnibus quidem prolapsio illa in ignem ingens calamitas visa est; mihi verò infortunium illud felicitas videtur. NON enim adeò prunis exusta facies illius fuit, vt peri-

vt periclitari fama illius inter linguas maledicas potuisset. Illa verò, crede mihi fili, tum ad seruitium Deorum, tum ad famam hominum quod attinet, longè tutiùs agit in templo cum virginibus Vestalibus, quàm tu cum Senatoribus in curia. Quin iam nunc auguror, decurso spacio, magis illi salutarem inclusionem, quàm tibi libertatem fore. In Lucania VI. millia H. S. ipsi in singulos annos legaui; quæ augere potiùs, quàm occupare nitêris.

Commendo tibi Drusiam viduam Romanam, cui controuersia cum Senatu est, quoniam ob tumultus præteritos ex proscriptis fuit ipsius maritus: cuius me viduæ præstantissimæ (nobilissimæq;) vehementer miseret; quod causam illius, quam ante trimestre ad me detulit, bellicis impeditus negotijs non potui cognoscere. Verè affirmare, fili, possum, XXXV. annis quibus cum imperio fui, NVNQVAM me passum, 699 *vt vltra octiduum vidua vlla querimoniam apud me haberet. Etiam atq; etiam vide fili, vt PVPILLORVM viduarumq; negotia promoueas. FOEMINÆ enim afflictæ, vbicunque (extra domum suam) agant, maximo versantur in discrimine. Non frustra te moneo, vt tum citò domum eas suam dimittere, tum iustitiam administrare illis studeas. FOEMINÆ enim, quarum fama nihil tenerius, si controuersiæ prorogentur, de existimatione plurimum amittunt; & si diutius negotia differantur, non tantum fortunarum acquirent, quantum famæ perdent.*

Commendo tibi, fili, ministros meos veteres, quibus ANNI longi, bella aspera, variæ necessitates, corpus denique meum graue & morbus diuturnus æquè vt mihi attulêre molestias, qui cùm tanquam ministri fidi, sæpenumero vitam mihi daturi, mortem adierint; æquissimum est, vt quoniam ipsorum ego (vt sic loquar) mortem accepi, ipsi meæ vitæ hæredes sint. Vnum hoc tibi persuasissimum habeto fili, licet corpus meum in tumulo inter vermes maneat; illorum tamen memoriam me perpetuo apud deos conseruaturum. ITA filium te præstabis bonum, si qui patri tuo seruierunt, ijs præmia persoluas.

QVICVNQVE iustitiam administrat Princeps, illam exequens, semper inimicos sibi parat, quod cùm eorum qui circa ipsum sunt, opera fiat; quanto illi sunt Principi familiariores, tantò sunt odiosiores populo. ETSI enim iustitiam generatim cuncti amant: tamen eandem in domo sua exerceri nemo gaudet. (Quare) PRINCIPE vita defuncto, vltioni populus eorum, qui ministri iustitiæ fuerunt, promtus est. Itaque summa imperij infamia, deorum offensa, mea iniuria, tua ingratitudo foret, cum annos duodeviginti pectora ministrorum meorum aperta inueneris; si vno

viui neglexerint imperia mortuorum. Sen. contr. li. 3. extr.

Non impedit ægræ pietatis animum deformitas; pulcritudo non auget. Fab. declam. 18.

Ne mutæ quidem bestiæ minus alunt ac fouent, si quid ex progenie sua parum prosperum est. Liu. lib. 7.

Instabiles animi facile opportuna insolentia res absurdas suscipere solent. Nicephor. Gregor. 6. 5.

Memineris meæ seriæ monitionis, cum cœperis sero pœnitere. Apul. lib. 3. asin.

Fortunatus illius exitus, qui ea non vidit, cum fierent, quæ præuidit futura. Cic. in Bruto.

Qui in consanguinitatis iura peccant, nunquam diuinam vltionem effugiunt. Ioseph. 18. 8.

Publicæ rei interest dotes mulieribus conseruari. I C.

8. *Drusiam viduam.*

Apud excelsos humilium semper fortuna sordescit. Sax. lib. 3.

Δεινοτερόν ἐστι τ ἀτυχῆσαι, ἢ τ δύτυχῆσαι ἀδικεῖν. *Arist. problem. 29. 2.*

In causis amicorum destitutis maxime & constantia agentis, & humanitas cernitur. Plin. 6. ep. 29.

Non debent inde nasci iniuriæ, vnde iura nascuntur. I C.

Laborantibus commendatio vna non sufficit. Sym. 3. 31.

Beatus, qui excutit manus suas ab omni munere. I C.

Expedit priuatorum controuersias quam celerrime componi. Dio. lib. 52.

Gut Will thut viel. Adag.

Viduarum & pupillorum nomina in quantum despectui humano, in tantum diuinæ misericordiæ exposita, suscepit tueri Pater omnium. Tert. ad vxor. lib. 1.

Defectus panum currere cogit anum. Adag.

Omne iustum celeritatis cõmodo transit ad beneficium. Cass. 6. 9.

Lites ex litibus non debent oriri. I C.

9. *Ministros veteres.*

Merces, quæ honori ac functioni cuiusq; respondeat, danda est. Dio. lib. 52.

Ad posteros amicorum curam transferre debemus, ne fides cum hominibus interiisse videatur. Sym. 9. 45.

Antiqua Regum nutritus in aula regia prudenter tractare negotia nouit. Gunther. 1. 335.

Mortuo quoq; Imperatore laborantium deuotione quicquid spoponderit Princeps, semper redhibebit principatus. Sidon. 5. 16.

In ciues æquum impendi, quorum ea periculo parta. Dio. lib. 38.

10. *Inprimis iustitiæ ministros.*

Peccatum hæreat non in eo, qui monuit; sed in eo qui non obtemperauit. Cic. 1. diu.

τὸ τότε μέμνησθέ μου τελευτήσαντος, τὸς φίλους εὐεργετοῦντες τὸ τὸς ἐχθρὸς δυνήσεσθε κολάζειν. *Xenoph. padi. 8.*

Facile accusatur desertus auxilio. Sym. 2. 28.

Faciundum id nobis, quod parentes imperant. Plaut. Stich. Qui manet.

Satis plena ratio est, patrem velle. Fab. declam. 9.

Quanto aliquis præest melioribus tanto melior & honestior est. I C.

Præstat bene facere quam malè, & potestate contentum, sui iuris non meminisse; Sed tantum ad seruandos homines potentiam tibi datam existimare, & quo plurib. salutem dederis, hoc & ipsum illustriorem fore. Ioseph. 2 antiq. 3.

Tria sunt vere, quæ me faciunt flere. I. quidem durum, quia scio me moriturum. II. verò plango, quia moriar, & nescio quando. III. autem flebo, quia nescio, vbi manebo. Epitaph. Italic.

Filiorum adfectus paternis solent ingeniis respondere. Sax. lib. 13.

Compressæ nares, nasi primoris acumen tenue; cauati oculi, caua tempora, frigida pellis. Lucret. 6. extrem.

In extremo vitæ spiritu ob alterius seculi tribunal rerum suarum æquus est quisque iudex. Nazi. orat. 13.

Debemus non ea petere, vt fiant, quæ volumus; sed ea velle, quæ necessitate quadam eueniunt. Dio lib. 38.

Obijt apud Syrmium. 16. Cal. April. Tertul. apolog. cap. 24. Ann. Christi. 182.

Ὄρνις φέρων τοῦ πατρὸς τὴν τοφήν. *Tati. 3.*

Phœnix vnica semper auis. Ouid. 2. amor. 6. Sui hæres corporis & cineris sui fœtus. Ambr. Psal. 118. Plin. 10 2.

Vir bonus primæ notæ fortasse tanquam Phœnix semel anno quingentesimo nascitur. Sen. ep. 41.

Phœnicis nidus in medicamentis. Plinius 29.

Inter opes quaslibet positi, si quid agimus, nostrum; si quid habemus, alienum est. Sidon. 8. ep. 4.

Cætera omnia aliena sunt: suum cuiusq; quod sapit. Saresb. 6. 28.

Gratia præteritis, spes est adhibenda futuris. Gunth. lib. 7. 335.

Illa, ad quæ transituri sumus, nescimus, qualia sint, & horremus ignota. Sen. epist. 82.

ὁ τοῦ κινδύνου φόβος θορυβεῖ τὰς πῆς ψυχῆς ἐλπίδας. *Tati. lib. 2.*

Fuge quærere, quod non licet scire. Ambros. Luc. 9.

Qui nos mundo infert, idem & educat necesse est. Ter. ad vxor. l. 1.

Occulta Dei iustitia veneranda; manifesta gratiæ misericordia amplectenda. Saresb. 2. 22.

Semper in futurum prospice, eiusq; temporis maiorem, quàm præsentis rationem habe. Philo. de Ioseph.

Partendosi dal contento per andare al discontento, non può essere senza dolore. Met. pag. 93.

illo die fores tuas clausas inuenirent. Hæc ergo memoria fili teneto; cumq; eorum nominatim in morte meminerim; ex animo illa mihi in vita cara fuisse cogitato.

CAPVT LX.

Quomodo sermonem M. Aurelius, & vitam clauserit, & quæ verba illius extrema fuerint, itemq; de tabula monitorum Commodo filio data.

CVM ergò mandata ad Commodum filium finiisset Imperator, iamq; lucesceret; oculi collapsi, lingua titubans, manusq; tremulæ, in propinquo mortem esse, vt assolet, denunciabant. Quare cùm Princeps optimus, horam illam ineuitabilem iam aduentare animaduerteret; Panucium secretarium ad librorum scrinia abire, capsamq; grandiorem afferre iussit; qua allata, tabulam inde paruam, tres pedes latam, & duos longam promsit, ex ebeno factam, & circumcirca cornu monocerocis munitam; eaq; duabus claudebatur valuis subtilissimis, ex ligno sanguinei coloris, Arabicæ arboris, in qua Phœnix nidulari perhibetur; vtq; vnicus est Phœnix, qui in Arabia felice nascitur; ita nulla præterea in toto mundo eius generis arbor esse creditur. Extrinsecus in altera tabella sculptum erat simulacrum Iouis; in altera Veneris; intrinsecus verò picti erant Mars & Diana. In superiore tabulæ parte taurus visebatur affabrè scalptus: in ima verò depictus erat Rex quidam, Apellis pictoris illius famosissimi opus. 700

Cùm ergò manibus tabulam Imperator prehendisset; & oculis in filium intentis, & oratione ad eundem conuersa; Iam vides, inquit, fili, è fortunæ me turbinibus euadere, & tristia mortis vada ingredi, vbi EXPERIENTIA *discam, quid post vitam supersit. Non est nunc quidem blaspemiæ; sed de blasphemiis dolendi tempus; alioqui quærerem;* CVR *nos dij condiderint, cum tantæ sint in vita molestiæ, tantus in morte labor! Etenim mentem deorum non assequor, cùm quanta aduersus creaturas crudelitate vsi sint, contemplor. Cùm enim sexaginta duos annos in vitæ huius pelago (inter pericula & discrimina) iactatus fuerim; nunc descensionem me facere, & ad sepulturæ portum appellere iubent.*

Iam hora accedit, qua radius frangitur, stamen inciditur, tela abrumpitur, vmbilicus fornici inseritur, somnus euigilat, vita finitur, & cruciatu hoc grauissimo me liberatum iri agnosco. Cùm eorum, quæ in vita sustinui, recordor;

nulla

nulla ampliùs vitæ cupiditate teneor. At CVM ignorem, quò nos mors auferat; mortem formido & horresco.

Quid agam, cùm dij, quid agendum sit, non ostendant? Quid consilij capiam, cùm amicum nullum huius itineris † comitem habeam; Quæ potest maior esse fraus aut CÆCITAS manifestior, quàm amare in vita rem vllam, cùm † mors nos nihil nobiscum auferre patiatur? Cur locuples volo viuere; cùm pauper mori cogar? Cur comitatus volo viuere; cùm desertus mori cogar? Ad hanc (tantillam) vitæ breuitatem quis est, qui domum expetat, cùm vera domus nostra tumulus sit angustus?

Etsi autem multæ ex rebus præteritis mihi dolori sunt; nulla tamen, mihi crede fili, magis crucior, quàm quòd tam serò vitæ huius noticiam adeptus sum. Si enim hoc verè potuissem credere, (quod nunc cognosco;) nunquam tot causas vel reprehendendi mei hominibus dedissem, vel nunc lamen-
701 *tandi haberem. HOMINES sanè cùm vltimæ necessitatis adesse præscripta sentiunt, si deorum munere contingat euadere; innoxiam destinant vitam. (Hæc summa curarum, summa votorum.) At proh dolor! viuos quidem euadere; sed nullam emendationis curam suscipere videmus. At enim QVI voti à dijs compotes facti, non præstant, quod spoponderunt; certissimum habeant, fore vt cùm iucundissima ipsis vita est, mori cogantur. INGRATORVM enim licèt pœna differatur; tamen culpa non condonatur.*

Certum habeto fili, me videndi, audiendi, odorandi, gustandi, optandi, possidendi, edendi, dormiendi, loquendi, imò etiam viuendi saturum esse. ÆQVE enim magnum vicia fastidium, auidè illa persequentibus, quàm desiderium ijs, qui nunquam ea degustârunt, afferunt. DEOS testor immortales, non viuendi me cupidum; sed neque moriendi auidum esse. ADEO quippe & molesta vita, vt oneri; & suspecta mors est, vt horrori sit.

Iam vt maximè longiorem dij vitam mihi darent: incertus sum, an vlla secutura esset emendatio. Quod si emendationis spes nulla est, neque vel diis sanctiùs seruiturus, vel reipublicæ magis profuturus sum; & quotiescunque ægrotauero, mors acerba futura est: † Iam me mortem (libenter) accipere & vitæ missionem dare aio. VITAM adeò miserabilem, lubricam, suspectam, incertam, importunam, vitam denique adeò vitæ expertem, stultissimus est, qui desiderat. Quicquid tandem de me fiat, iis, quæ dixi, posthabitis, in manus me deorum committo, idq; voluntate spontanea, quoniam fieri aliter non potest. NON enim paruæ prudentiæ est, efficere, vt pro officio imputètur, quod inuitus quis facit.

Hodie ad vltimum sulcum peruenit aratrum meum. Ola. Epitom. lib. 3.

Grauissima calamitas homini aduersa fortuna vtenti, amico carere. Nazi. Ecclesiast. cap. 4.

Omnia fugere poterit homo, præter cor suum: non enim potest à se quisquam recedere. Isidor. Dux. peccat. 2. cap. 17.

† *Agonis.*

Ἀκερδὴς ὁ βραδὺς λογισμὸς, καὶ ἀνωφελὴς ὁ ἐν ἐσχάτοις μετάμελος. *Philo. de Ioseph.*

† *in morte nihil quicquam nobis prosit. G.*

Nihil nobiscum ferre possumus, nisi vitam bene & innocenter actam. Lactant. lib. 7. extrem.

Nihil miserius est, quàm in alieno fulgore gloriari. Saresb. 7. 19.

Lacrymæ pœnitentium vinum angelorum. Augustin.

Non sufficit aliquod bonum facere, nisi bene fiat. I C.

Optimi sumus, dum infirmi sumus. Plin. 7. ep. 26.

Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat; nil prosunt lamenta, si replicentur peccata. Aug. soliloq.

Melius peccata cauere, quàm mortem fugere. Thom. de Kem.

Tales esse sani perseueremus, quales nos futuros profitemur infirmi. Plin. 7. ep. 26.

Non sufficit cuiquam mala non facere, nisi etiam bona faciat: nec bona facere, nisi etiam mala omittat. Augustin. de temp. serm. 112.

Præterita voluptas præsentem non iuuat, & exhausta non satiat. Hieron. Eccl. 1.

Ideo suspenditur vltio, vt possit locum habere correctio. Leo. ep. 47.

Premit vltio noxas Tunc grauior, cum tarda venit. Dares.

Felicibus quoque venit ex nimia prosperitatis continuatione fastidium. Fab. declam. 17.

Ἡ γὰρ αἰσχύνη βάρος τοῦ ζῆν παρ' ἐσθλοῖς ἀνδράσι νομίζεται. *Eurip. Heraclid.*

Sanus Princeps mori debet, non debilis. Spartian. in Vero.

Deus non est remunerator nominum, sed aduerbiorum. I C.

Maiorem diffidentiam minor innocentia facit. Sidon 4. 6.

Nullus intrepidus vadit ad iudicium Domini habens conscientiam peccatorum. Aug. adu. Pelag. lib. 2.

Percepit sapientiam, si quis tam securus moritur, quàm nascitur. Sen. ep. 22.

† *optimum esse fateor, vt mortem excipiam, animoq; æquo vitam è corpusculo misero migrare patiar. G.*

Bonæ mentis proprium est, agnoscere culpam, culpa vbi nulla subest. Gunth. lib. 2.

Nahe schiessen hilfft nicht / es gilt treffen. Adag.

εἰ τοῦτῳ θεῷ φίλον, τοῦτῳ χρέοθω. *Arrian.* 1. 29.

Faciamus de fine remedium, de necessitate solatium. Fab. declam. 4.

Quod necessitas extorquet, gratiam minuit. Saresb 3. 11.

Patientia ex necessariis voluntaria facit. Ficin. Seminar.

ψυχὴν ἥσυτο μᾶλλον ἢ τὸ πᾶν θεῷ. *Nazian. Monostich.*

Mihi, quæ merear introspicienti, quæcunque aduersa prouenerint, leuiora reputabuntur. Sidon. 7. 6.

Suus cuiq; animus ex conscientia spem præbet. Salust. de rep. ordin.

† *demerita.*

Dum me inspicio, labascit fides, & refragatur testimonio conscientia. Sym. 4. 34.

Vt scintilla in medio maris; ita ad misericordiã Dei omnis malitia hominis. Bern.

Non longitudinem temporis tantum requirit Deus, quantum affectum sinceritatis pœnitentis pensat. August. de temp. ser. 66.

Hic est magnus animus, qui se Deo tradidit. Sen. ep. 107.

Res alterius vitæ mihi formidolosæ sunt, ex huius vitæ rebus coniecturam ducenti. Nazianz. ep. 29.

Nunquam melius inuidos torquere poteris, quàm virtutibus & gloriæ seruiendo. August. ad frr. in erem. 18.

† κειμήλιον.

Ne cum vna quidem virtute vniuersæ Persicæ gazæ conferendæ sunt. Philo de caritate.

ἐδὲ καλῶς πάσχοιτι μῖσῳ ὧν τέκη ὠφοσγένεται. *Sophocl. Electr.*

L. Verum Marcus ad bellum cum Parthis gerendum misit: Et Cassio extincto, nationes, quæ rebellarant, in Syriam profectus, tractauit perhumaniter. Dio. li. 71.

Sit tibi vita decens, discretio prouida, iustum consilium, stabilis actio, fama nitens. Tob.

In proposito Regis esse debet, nunquam deuiare à veritate; sin lapsu titubare contigerit, mox resurgere non pigeat. Isidor. de prælat.

Offensæ nulli magis euitandæ sunt, quam iuueni & Principi, cuius gratia cum ætate debet adolescere. Sym. 10. 27.

Πείθω λέγουσα, κοὐχ ἁμαρτήσῃ ποτέ. *Sophocl. Electr.*

ἔστω χρὴ δυοῖν κάρα τέρνων ἔχειν, γνώμης πατρῴας πάντ' ὀπιθεν ἐξαίνων. *Sophocl. Antigon.*

Longe valentior amor, ad obtinendum, quod velis, quam timor. Plin. 8. ep. 24.

Non potest fletus esse diuturnus, qui vniuersorum est adfectibus consecratus. Amb. fun. Satyr.

Nolo sacerdotibus me commendare, nec visitari oracula iubeo, neq; templis quicquam libet promittere, neq; sacrificia dijs offerri volo, vt à morte liberato vitam restituant; sed vt rogentur suppliciter, si ad bonum quippiam me condiderunt, ne vitæ illud prauitate perdam.

Adeò certi, (sapientes ac prudentes) in verbis, adeò (iusti &) veraces in promissis dij sunt, vt si minùs dant, quod nobis dari vellemus, nõ ideò fiat, quòd dare illud nolint; sed quia nos idnon meremur. Non sine causa, quæ perdimus, propter † delicta nos dixi perdere. Adeò enim nihil sumus, valemus, possumus; vt multa opera bona ad meritum vim nullam habeant, & vnum opus malum ad demeritum sufficiat. Postquam ergo manibus me deorum commisi; faciant illi, quod ipsis fuerit gratissimum: Nam vt pessimè mecum agant; melius tamen; quàm mundus egit, mecum agent. QVICQVID enim mundus mihi dedit, (fraus &) ludibrium fuit; at quod dij 702 *mihi dederint, sine suspicione possidebo.*

Gemmam † tibi, fili, ad hanc horam nouissimam reseruaui omnium, quas in vita habui, (optimam, pulcerrimam &) preciosissimam, deosq; testor immortales, si quemadmodum mori me iubent, ita legendi facultatem (copiamq;) darent, me imperaturum, vt mecum tumulo inferretur. Scire te arbitror, fili, anno imperij mei decimo bellum contra Parthos indomitos fuisse susceptum; quo tempore necessitate coactus ipsemet prælio interfui. Cùm autem prælio victor prouinciam illam omnem pacassem; Thebas Ægypti vetustas adij, si fortè monumentum aliquod temporis superioris antiquum inuenirem. At in ædibus sacerdotis Ægyptij tabellam inueni paruam, quàm regiæ foribus die consecrationis affigebant: ac memorabat mihi sacerdos, quæ in tabella illa legerentur, à Rege Ægyptiorum, Ptolemæo Arsacide, fuisse scripta.

Deos (mi fili) precor immortales, vt talia sint opera tua, qualia mihi verba reperies! Tanquam Imperator hæredem te relinquo tot regnorum; & vt pater hanc tibi tabellam trado monitorum. VERBA, quæ parentes filijs extremâ horâ dicunt, perpetuò memoria (custodire ac mente) tenere filij debent. Sit ergo hoc verbum extremum: IMPERIVM formidabilem; at huius tabulæ consilia amabilem te (cunctis) facient. His dictis, & tabellâ tradita, auertit Imperator oculos, sensumq; amisit, & cùm circiter quadrantem horæ æstus ille duraſſet; spiritum sensim emisit. Extabant autem in ea tabella literis Græcis versus senarij, quorum hæc erat sententia:

NEC

Marcus cum LIIX. annos, mensesq; X. ac dies XXII. vixerit, & XIX. annos, & dies XI. regnauerit; tamen sui similis in omni via, nec vlla vnquam in re mutatus fuit. Dio. lib. 71.

Σημεῖα σοιτὸ δ' ἐστὶ τῆς ἐμῆς φρενός. *Æschyl. Prometh.*

NEC ego tyrannum euexi in altum diuitem,
Fastidiive recti amantem pauperem.
Nec ius negaui pauperi, qua pauperi,
Dedive veniam diuiti, qua diuiti.
Nec munera vlli victus affectu dedi,
Animove pœnas irrogaui percito.
Impune quicquam passus haud fui mali,
Aut irremuneratum abire quid boni.
Causas apertas non remisi ad alterum,
Obscuriorum solus arbiter haud fui.
Nec ius & æquum denegatum supplici
Fuit, aut merenti clausa misericordia.
Commotus ira nemini damnum dedi;
703 Nec dona sum pollicitus inter gaudia.
† Incuriosum nemo rebus prosperis,
Abiectiorem nemo vidit asperis.
Maligniore mente nil feci malè;
Illiberale nil auaro pectore.
Fores patêre nunquam adulatoribus
Sum passus, aures aut calumniantibus.
Studui, bonis vt semper essem amabilis,
Odiosus esse non recusaui malis.
Quòd eram patronus pauperum haud-potentium,
Contra potentes mihi patronus erat Deus.

(Marcus deceßit è vita XVII. Cal. April. non morbo, quo laborabat; sed vt ego certò accepi, peremptus à Medicis, qui Commodo gratificabantur: omnium hominum, qui vnquam Imperium tenuerunt, OPTIMVS. Xiphilinus Epitome Dionis.)

Pro coronide addi placuit interpretationem Germanicam, auorum memoria incerto autore factam.

Carmina iam moriens canit exequialia cygnus. Ouid. 14. met.

ἄκουσον: εἶτα διάκρινον τότε. *Aristoph. Equit.*

Δικαίωσον μικρῷ καὶ μεγάλῳ ὁμοίως. *Sir. Stob.* 546.

Maximum remedium iræ dilatio est. Sen. 3. ir. 12.

Supplicibus facilis, iustis pius, asper iniquis. Gunther. 1. 291.

Reddenda est meritis vicissitudo. Cass.

Μήπω ταραχθῆς, πρὶν ἂν ἐκμάθῃς τὸ πᾶν. *Nazi. vita.*

Neque sontes dimitti in gratiam insontium æquum est: neque hos alieni peccati pœnam persoluere. Ioseph. 2. antiq 3.

Tum denique recte agitur, cum nulli prorsus peccanti, quisquis ille sit parcimus. Plat. Eutyphro.

Iniustum, vt quisquam sine crimine reus constituatur. Traian. apud Sulp. Seu. lib. 4.

† *Me negligentem: iniuriosum; securiorem. Elige, quod placet.*

Crudele nil efficit, qui leges sequitur. Cass. 78.

Wer nicht zusicht / dem nimmer kein gut geschicht. Adag.

Gratuita sit Principis seueritas. Sen. 1. clem. 25.

Plurimum tibi credas, nec cuiquam satis fidas Plin. 6. ep. 22.

Non decet Regem sæua & inexorabilis ira. Sen. 1. clem. 5.

Non possunt dici iusta, quæ nimia sunt. Cass. 9. 16.

Traianus Imper. vinolentiam prudentia molliuit, curari vetans iussa post longiores epulas. Aurel. Vict. 13.

Nil caute simul & celeriter geri potest. Sax. lib. 5.

Lucrum cum inuidia periculum est. Cas. 1. 26.

αἱρετώτερον εἰς κόρακας ἐμπεσεῖν, ἢ εἰς κόλακας. *Antisth. Stob.* 244.

Ne sint aures criminantibus faciles. Sen. 1. ir. 22.

Sapiens, quod prædicat, hoc est. Gunth. 4. 475.

Dopo il giuoco cosi va nel sacco il Re, cot me il pedone. Adag.

ἄμεινον, δικαίως κρίναντα πρὸς τοῦ καταδικασθέντος ἀδίκως μεμφθῆναι, ἢ ἀδίκως κρίναντα, παρὰ τῇ φύσει δικαίως ψέγεσθαι. *Mosch. Stob.* 212.

Non in paruis rebus Deus propitius auxilium adferre solet; sed tum potissimum, quando spei superest minimum. Ioseph. 2. antiq 6.

Placido Deo, omnis creatura mitis est & seruit homini; & eo indignante, omnis creatura armatur in vltionem eius. Saresb. 6. 29.

Spiegel

Spiegel Löblicher Obrigkeit.

EIn reicher Mann von böser Art/
Von mir je nichts geachtet ward/
Hab auch verachtet niemand nicht/
Der arm war/ doch from/ recht vnnd schlecht/
Ich hab gegeben gut Bescheidt/
Sententz gefellt zu rechter Zeit/
Den armen wie den reichen Mann/
Ich hab mich nicht bestechen lahn/
Ich hab nach Gunst nit Recht gesprochen/
An niemand hab ich mich gerochen/
All die da hatten mißgethan/
Hab ich nicht vngestrafft gelahn/
Die Frommen hab ich handtgehabt/
Beschützt/ gelobet vnd begabt/
So ich ein Sach hab gut erkant/
Hab sie nicht gebn in frembde Handt.
Ich hab das Vrtheil gfellet baldt/
Hab die Sach nicht lassn werden alt/
So sie aber war wichtig vnd schwer/
Nam ich noch Leut zu rahte mehr/
Gelehrt/ verständig/ klug vnd weiß/
Mit jhn die Sach bewug mit Fleiß/
Das Recht ich niemand hab versagt/
Der billich etwas hat geklagt/
Barmhertzigkeit hab ich erzeigt/
Dem billich solches hat geeigt/
Im Zorn ich niemand gestrafft hab/
Nit durch die Finger gesehen vmb Gab/
In Frewden vnd in trunckener Zeit/
Hab mich nicht eyngelahn zu weit/
Mit viel verheissen vnd Geschencken/
Hab mich das Glück nit lassen lencken/
Es hat mir gemacht nit stoltzen Muth/
Wenn es gewesen ist sehr gut.
Das Böß hat mich nit gmacht verzagt/
Das denn het ängstiglich geklagt.
Auß Neid/ Haß/ Zorn/ vnd Bitterkeit/
Hab keinem Menschen gthan kein Leid.
Hab mich den Geitz nicht lan betriegen/
Fuchsschwentzen/ heucheln/ schmeicheln/ liegen/
Hab ich nicht gelidten noch vertragen/
Hab nit glaubt den falschen Aufflagen.
Da hab ich hin gericht mein Thun/
Daß fromme Leut mich lieb möchtn han.
Die bösen Bubn fürchten vnd schewen
Die Straff/ die ich jhn thete drewen.
Den Armen bin ich gwesen gut/
Hab jhnn geholffn in jhrer Noht.
Auch mich angenomen der Frembdlingen/
Hab mich beflissen in allen Dingen
Zu handeln recht/ darumb auch GOTT/
Mich in sein Schutz genommen hat/
Vnd mir gegebn im Regiment
Glück/ Heil vnd Segen/ biß ans Endt.

INDEX RERVM MEMORABILIVM, CVIVS NVMERI RESPONDENT NON PAGINARVM NVMERIS

superlinearibus; sed interioris marginis lateri adscriptis, præter præfationes, quarum numeris litera p. addita est.

A.

Aaron Israelitarum Pontifex 81
Abius igni exanimatus 81
Ablactando infanti quod tempus aptissimum 339.342
Abortus ex cibi ingurgitatione 275
cinctura stricta 274
consternatione subita 275
esu pomorum 273
saltu 272
turbæ compressione 277.283
Absentes desiderio sunt 180
Academia disputare docet, non viuere 434
Academiam ingredi ignauo non licebat 406
Academici loqui discunt, non agere 434
Acetum in vinum non transit denuo 681
Achabi regis peccata 86. punita 87
Achæi fœminis parent 243
Achilles virtute excelluit 587
Adamus primus mundi amator 113
ab vxore seductus 114
Adami lapsus 78
seruituris causa 107.118
Adeona dea 35
Administri boni optimum regni instrumentum 691
Admiratio ab ignorantia 361.585
Adolescentia ad voluptatem prona 14.391
facilè peccat 6.193.386
inconstans 57
rectore indiget 193.427
Adolescentiam libidinosam senectus effœta sequitur 442.599
Adolescentum corruptelæ vnde 406
Adoptiui filij naturalibus meliores 682
Adrianus morionem salibus mordacibus iubet abstinere 535
Adriani ad nepotem verba 544
anulus & symbolum 600
Adulatores Principibus cauendi 49. p. 141
Adulteri infames 218
Ægrotantes optimi sumus 701
Ægrotos desperatos medici sibi indulgere sinunt 516
Ægyptus monachis abundat 91
Ægyptij cuiusdam de Romanis iudicium 40.p.
Ægyptij luctæ studiosi 165
sepulcra sibi extruunt 174
Solem venerantur 340
Ægyptiorum decem plagæ 25
de dijs certamina 17
odium in Reges superbos 151
polygamia 232
Ælia Commodi nouerca 694
Ælius Verus Imp. libidinosus 230
Æmulatio muliebre vicium 248
Æmylius Varro Neronis secretarius domum dedicaturus Senecam inuitat 284
Æquales æqualibus gaudent 532.691
Æschines duo bona hominis statuit 597
exul Rhodijs coniugium suadet 219
eorundem in disciplina negligentiam taxat 387
Æschyli exitus vitæ singularis 163
inuentum tragœdia; senectus quieta 162
Æsculanus & Æsculapius dij 38
Ætas non semper spectanda 194.691
omnis lubrica 260
tenera docti inæ aptissima 317
Ætatem aliam alia decent 537
Ætatum distinctio 526
Affabilitas singulare Principis decus 94.139.148. 441
vtilitates maximas affert 151.153
Affectus cordis celari non possunt 146
Afranius eloquentiæ laude celebris 352
Agamemnon domi suæ trucidatus 602
Agere bene præclarius, quam loqui 434
Agesilaus Principem diuitem dici probum censet 568
Agrestes dij 36

Agriculturæ studium in Pydis laudatum 504
Agrippina Neronis mater iure cæsa 681
Alaricus Gotthorum Rex 22
Narsetem iuuat 52
Aleatores canibus rabiosis similes 438
non ferendi in ciuitate 499
Alexander Magnus amatus à Thalestri 262
amicos diuitias suas appellat 573
aras victoriæ monimentum ponit 121
Babilone se recreat 337
ludos celebrat 338
veneno hausto perit 602
Barsinam ducit 368
clemens erga Darij familiam 605
Darij filiam vxorem ducere non vult 367
Dario victo, Indiam petit, monarchiam accipit 120
Diogenem visit & admiratur 210
duces suos successores habet 213. 679
eruditis fauet 121 210
filijs caret 213
forma vulgari est 179
Gymnosophistas adit 120
Homerum Aristoteli præfert 53.p.
Iliados lectione delectatur 211
Icones venatur 469
munificus 550
philosophicas instituit disputat. 338
præfert diuitijs gloriam 570
Alexandri aula gymnasium eruditorum 213
gloriam successores obscurant 679
miles Babylone luxuriat 338
modestus 517
thesauri, amici 573
Alexander Molossus Epeirum occupat; ob tyrannidem sepulturæ honore caret 322
Alexander Rhetor M. Aurelij præceptor 12
Alexandri Seueri Imper. caritas erga rempubl. & iustitiæ cura 454
de consiliarijs imperitis sententia 91
educatio seuera 395
in tribuendis muneribus discretio 141
Aliena affectans propria amittit 53.458.521
Allobroges recens natos dijs consecrant, sacerdotes sanguinem videre vetant 342
Amadisi & similium librorum lectio improbata 35.p.
Amantes, amentes 263
Amati, quàm timeri melius 45.287.449
Amator senex 549
Amatorium optimum 242
Amazonum in Asia potentia 51
Ambitio fugienda 49
inexplebilis 126
ingenio hominum insita 47.121
noxia 5.p.44
virtutis aliquando causa est 39.p.41.p.
Ambitus praui damna maxima 449
detestatio 448
Amicus bonus, ingens bonum 208
certus in re incerta cernitur 584. 629
errore liberandus 546
Amici mores noueris non oderis 567
veri elogium 154
Amici auxiliarij meliores, quàm consiliarij 584
tardè legendi 76
veri nihil celandi 154.583
verissimæ opes Principis 573
veterrimi optimi 155
Amicorum communia omnia 583
conuersatio vita vitalis 559
epistolæ iucundæ 558
idem velle & nolle est 576.582
iudicem esse difficile est 76
lapsu & ærumnis dolendum 57.629
monere & moneri est 535.563
Amicis arcæ & pectora patere debent 523
Amicitiæ lex 559
singularis exemplum 615
vinculum studia similia 582
Amicitiæ præferenda dignitas 415.426
Amicitiæ cur receptæ vsu 534
Aminghus à Narsete vincitur 53
Amor coniugij vinculum & condimentum 235
emitur amore 148
ex conuictu diuturno oritur 412
ex forma ortus instabilis 266
exlex 261
ex visu oritur 201
facilè sumitur, ægrè ponitur; ingeniosus est 261
inter Principem & subditos mutuus 138
& sincerus sit 150
laborem leuat 236
locorum interuallis non extinguitur 375. 559
mercenarius non est stabilis 150
meretricius sumtuosus 219. 429. 443
ocio nutritur 264
parentum & liberorum suauissimus 324
semel extinctus vix resurgit 150
socium non fert 292
sui, naturalis est 80.498
verus nunquam deficit 149
post mortem durat 241
voluntarium quiddam non est 300
Amoris coniugalis exempla illustria 236
paterni vehementia 196
Anacharsis à Crœso inuitatur 201
scomma cuiusdam refutat; Scytharum decreto interficiendus indignatur 166

Anacharsidis ad Crœsum epistola 202
postulata 204
æuum 165
Ancus Martius mœnibus Romam cingit 20
Angerona dea 38
Anima diuitijs potior 577
potiùs ornanda quàm corpus 177
vim suam paullatim exerit 357
Animi angores corpus debilitant 629
corporis doloribus acerbiores 390.421.661
nemini conspicui 675
Annia Marci Aurelij soror, fœmina lectissima 181
in pauperio extincta 180
Annibal Capuæ delitijs enervatus 513
exul Phormionem deridet 10. p.
gloriæ cupidus 41. p.
non pulcer, sed fortis 179
veneno hasto perit 602
victor ad Cannas, vti victoria nescit 275
Annij Prisci de senectute sententia 542
leuitas à Senatu punita 543
Annus magnus Platonis 620
annos propinandi mos 530
Antenor Troiæ proditor 46.p.
Antigonus Alexandri Magni alumnus & successor 213
bellum propter somnium mouet 506
Bionem moriturum consolatur 213
insolenter se gerit 680
philosophos amat 213
Antigonus cum vxore & filia relegatus 479
Antiochus Annibalem exulem susçipit 9. p.
à Romanis victus 319
Antiochus Seleuci F. Stratonices nouercæ amore captus 425
magistrorum optimorum doctrina non corrigitur 427
Antipatro mater vbera ostendit 320
Antiquitas omnium virtutum exempla præbet 361
Antisthenes felicitatem in fama bona ponit 171
Antoninus Pius M. Aurelium generum sibi optat 304
Antonini Pij cognominis origo 607
tolerantia 146
virtutes 29
Antonius Musa Augusti medicus 546
Antonij & Cleopatræ amores 263
Apes regi suo obediunt 108
Apollonius Tyanæus Magiæ professor 13
quid maximè in peregrinationibus admiratus 106
Apollonij Tyanæi de vitæ amore sententia 1. p.
Apostasia maximum peccatum 79
Apparatus bellorum necessarius 23
Apuleius Rufus de filio corrupto queritur 429
Aquæ furtiuæ dulciores 328
Aquosa loca minus salubria 347
Arca fœneris in prælio amissa 82
Arcades rebus ludicris aptissimi 340
Arcana Dei non scrutanda 616
Archagathus medicus insignis 546
statua ob artem honoratus, saxis ob crudelitatem obrutus 190
Archelaus Rex Euripidem amat 214
interfectum vlciscitur & luget 215
Architas felicitatem in victoria collocat 170
Areta scholas instituit 363
Aretas expeditionum Alexandri Magni socius 343
Ariadne Anastasio Imp. nubit 327
Ariani vbiq; dominati 51
Arimaspi vnoculi 312
Aristarchi scriptoribus nunquam desunt 25. p. 65. p.
Aristides felicitatem in opibus ponit 172
Aristippus metrodidactus 363
Aristonicus eloquentiam factis dedecorat 417
Aristoteles Alexandro Magno familiarissimus 211
Platonem reprehendit 66.p.
Aristotelis de vno Deo sententia 28
liber quæstionum Babylonicarum 538
pro seruitute naturali argumenta 107.108
Arminius Pœnus senex vxorem ducit 267
Arsacidæ Parthorum reges 151
Arsacidarum vnus ob fastum regno excidit 152
Artabani Regis filius permutatus 321
Artificis est de arte iudicare 66. p.
Artis suæ neminem pudere debet 8
quisque iudex optimus 16.p.
Artes liberales hodie spernuntur 193
sui contemptum vlciscuntur ibid.
togatæ militaribus potiores 34. p.
Articularis morbus diuitiarum omen 346
Æsculapius puteo mersus perit 602
Asia decem vicia in Italiam inuehit 520
Italiæ opes exhaurit 519
Romam vicijs implet 345. 517
Romanorum sepulcrum 519
Assyriorum internecio 26
monarchia prima 116. 339
Athenæ oculus Græciæ 231
Athenienses à crudelitate alieni 603
à Lysandro victi 160
bella cum Spartanis crebra gerunt 169
coniugia sororum probant 231
digamiam sanciunt ibid.

Euxinum oratorem ditioni magnæ præferunt 356
Lacedæmonijs victis pacem dant 355
Philosophos examinant 406
Regis misericordis statuam magni æstimant 603
Auarus auri carcer, & aurum carcer auari 43.555
eleemosynas non dat 48.553
famæ prodigus 570
nemini bonus, sibi malus 553
rapit aliena 48
Auari hæres prodigus ib. 390
Auarorum lucrum certissimum 581
miseriæ graphicè descriptæ 555
Auaritia fugienda iudici 207.472
inexcusabile vicium 552
inexplebilis & detestanda 459. 553. 565
in paruo quoq; viciosa est 555
in Principe turpissima 568
malorum radix 258. 551
mercium iacturam ægriùs fert quàm animarum 577
nihil sanctum habet 222
præceptorum pernicioſissima 429. 430
Auaritiæ detestatio 553
Principum prætextus refutati 569
Audientiam Principes inæqualiter dant 295
Aues pullos suos nutriunt 316
Augustæ torum nutrix formosa occupat 327
Augustus Cæsar ad clementiam Scaurum præsidem hortatur 488
aleæ deditus 439
bellum non nisi ob iustas causas mouet 505
calumnias æquo animo fert 145
censuram de Principibus improbat 205
ciuibus vnice diligitur 498. 505
de maritandis ordinibus orationem habet 224
doctorum colloquijs gaudet 281
filios honore affici indignatur 395
Herodem in gratiam recipit 351
poma importari in vrbem vetat 347
radi solitus 34. p.
Tyberium successorem habet 680
Auindinus Gothorum dux à Narsete captus 53
Aulæ Principalis bonum vnde pendeat 194
Aulas opulentia sæpius, quam indigentia corrumpit 49
Aulis Principum quinam arcendi 198. 204
in aulis eruditio sola parum prodest 419
Aulica potentia ex fortuna sæpius quã merito 368
rarò perpetua 45
Aulica aura non prouehendi improbi 495
Aulici auibus marinis similes 694
Aulicorum scopuli gemini 44
scopus 694
Aureum seculum 62. p. 117
Auro virtus posthabetur 258
Aurium munus ad Principem accommodatum 139
Axiothea Platonem audit 362
Azothiorum pœna 82

B.

BAcchus vini deus 40
Baleares insulæ moribus abundant 280
Balearium incolæ fœminas lactantes à se segregant 335
funditores periti vnde 392
polygami 335
Balsasar Rex à Dario obsessus epulatur 84
impius in patrem ibid.
vasa sacra profanat & interficitur 85
Barba prima dijs consecrata 19. p.
Barbarus quis vocandus 128
Bassi Aufidij de morte sententia 657
Bellum bonis potissimùm nocet 504
consilia accurata requirit 161. 500
dulce inexpertis 44. p. 499
facilius mouere, quàm deponere 17
fenestram vicijs aperit 512
non nisi Deo consulto suscipiendum 500
non temere Principi suadendum 499
pacis causa gerendum 35. 506
precibus magis, quam armis 51
quod primum fuerit 117
senum consilia iuuenum robur poscit 23
Vorago opum 521
Belli autorum alterutrum condemnari necesse est 503
causa iusta spem victoriæ dat 98
causæ philosophis prius excutiendæ 356
commoda & damna exactè ponderanda 504
cupiditas reprehensa 521
finis septuplex 124
fortuna anceps 53. 101
fructus & proprium 89. 93. 114. 404. 500
impij exitus nunquam bonus 23
initia in hominum potestate, non exitus 12. p.
procul gerendi incommoda 518
Bella inter homines perpetuo fuerunt 492
ob fœminas gesta infelicia 351
orta causis futilibus 17. 505
ex oratorum contentionibus 387
ex verbis contumelioſis 360
Bellorum flabra 521
opera 503
prætextus refutati 501
Bellatores, politici 54
rarissimi 39
Bellona dea 36. 403

Belphus Adriani Imp. morio 535
Belus primus regnat in Syria 116
Beneficium accipere libertatem vendere est 646
insperatum iucundissimum 29
Beneficia vera gratuita sunt 182
Beneficia meminisse, iniurias obliuisci decet 25.p
Beneuolentiæ apud Deum & homines conciliandæ leges 560
Benignitas duplicem affert fructum 153
obedientiam prouocat 131
Principi necessaria 148
Bestiæ fœtus suos ipsæ nutriunt 315
lactantes venerem arcent 333
loca suspecta vitant 303
meliore quàm homines conditione sunt 591
prægnantes se abdunt 277
& venerem fugiunt 217. 279
Bias abstinentiæ & continentiæ laude celebris, aduersa fortiter fert 74
dux Prienensium Mantinæos vincit 73
fortunis spoliatus Athenas fugit 74
Olympicis ludis interest 75
Principi legendo leges tradit 77
quæstiones varias soluit 76
quando floruerit 73
statuam meretur 74
Bibulus triumphans interit 602
Bion moriturus Antigoni munera respuit, & illi tria renunciari iubet 213
Blasphemi tollendi 499
Bocchus captus aui meritis condonatur 497
Bonum esse inter malos difficile est 11
Bonum Principem & virum eundem esse rarum 190
Boni viri esse, quàm videri malimus 11. 301
fuerunt 10
malorum odiis obnoxii 101. 166
quinam appellandi 11
rari 19. 505
vitæ breuis sunt 544
Bonorum mors iræ diuinæ signum 11
Bonos male esse indignum & dolendum 9
Bonum nullum sincerum 233
nullum stabile 624
publicum priuato præferendum 433
Bona hominis præcipua 597
malis mixta 229 502
nemo non approbat 429
vi æ maxima 229. 502
Brennus Gallorum dux sacrilegii pœnas dat 89
Breuiloquentia viros graues decet 55 p. 154. 434
Britannorum fœminæ pluribus nubunt 232
mores barbari 392
pueri ad militiam indurati 393
Brutus Reges Roma eiecit 20
Bruxilli morituri oratio 19
vita singularis 18
Bucellinus Italiam vastans à Narsete vincitur 53

C.

CAin primus homicida 114
Caius Iulius Cæsar ad statuam Alexandri M. ingemiscit 39.p.
cinctura fluxiore vtitur 178
clementia nimia perit 324
deos quinque colit 69
eloquentia clarus 354
exitium sibi accersit per superbiam 140. 152
exules restituit 4
forma parum felici 178
Imperatorum numero excluditur 91
in curia cæsus 602
infamia flagrat 5
milites suos nomine compellat 139
minis à Senatu cuncta impetrat 585
monarchiam parram retinere nescit 5
nomine solo hostes terret 178
sacrilegii pœnas dat 88
Calamitas nulla sola 93. 276. 480
Calani mors voluntaria 545
Calendæ Ianuarii anni auspices 142
Caligula amuleta vendi vetat 349. 479
cum Cincinnato confertur 394
indiserrus 353
neci multos destinat 450
omnibus inuisus ob insolentiam 680
pessimus nutricis culpa 336
Callistratus eloquentia auditores attrahit 24.p
Calphurnii conuicium à Cornificio refutatum 368
Calumniatores non audiendi Principi 56
Camesa, postea Roma, condita 116
Camillus Falisios domat 65
Gallos vincit 20
inter maiores M. Aurelii 2.
nouum magistratum abrogari suadet 402
religiosus, templum condit 66
Camilli de filii coniugio responsum 259
posterorum priuilegium 2.
votum 310
Camma Galata fidei vxoriæ specimen 238
mariti mortem astutè vlciscitur 241
Campani filios duriter educant 394
Canna lactea 342
Cannensis cladis atrocitas 275
causa 36
Cantabrici belli historia 68.p.
Capitis propria ad Principem accommodata 135
Capitolium à Tarquinio conditum 65.
Captiui dimissi 144. 412
Capuani à Tarentinis ob fœminam victi 514

Carmenta vates 366
Carna Dea 39
Caro ad vitium prona 260. 263. 301. 302. 539
Caroli V. Imp. symbolum 43. p.
Carthaginenses pueros præclare educant 612
rei aduersæ nuncium auersantur 404
Catapotiæ deaurata 304. 549
Catellos fœminæ in delitiis habent 323
Catilina sacrilegus punitur 88
Catius deus 33
Cato concubinarium magistratu arcet 319
fœminas solas domo exire vetat 249
pædonomus constitutus 404
senis cuiusdam nepotem improbum punit 525
Catonis apophthegma de morte 658
de censore legendo sententia 475
præceptum de fœminis 323
simile de bono Principe 130
Caucasus varios habet accolas 167
Cauendi præcipue 406
Censor ad Campaniam visendam missus 10
diues an pauper melior sit 476
iniquus accusatus 474
Censorii vrbem visitant 479
Ceremoniæ nuptiarum variæ 230
Certamen cum impare inglorium 403. 600
Certamina de deorum præstantia 17
Chaldæi ignem, pro deo cultum, in nuptiis accendunt 340
Chilon sapientum vnus,
legationem obiturus Corinthios ludentes taxat 169
Chilonis de bono gubernatore dictum 507
Chiragra M. Aurel. laborat 597. 603
Chirurgus prophylacticis vtitur 435
Chordorlaomor tyrannus 114
Christus nuptias primo miraculo ornat 223.
Christianis imputantur calamitates 24
Christianos ethnici pudefaciunt 68
Chrysippus felicitatem in ædificiis splendidis ponit 171
Cibi insoliti & immoderati nocent 453. 528. 552
varii, varii morbi 287. 329. 331. 346
Cibos apparatus gratiores reddit 47
Cicatrices Ducibus decori sunt 45. p. 184
Cicero æmulos refellit 561. 586
Corneliæ scripta laudat 372
Deum Iouis nomine appellat 30
deorum multitudinem ridet 28
eloquentiæ princeps 352
homo nouus 561
Roscio fauet 641
Cimbrorum incestæ nuptiæ à Mario sublatæ 232
Cimon sororem habet vxorem 231
Cincinnatus ab aratro Dictator 394
Cineæ triplex in aula Pyrrhi munus 216
Cinna Catulus historicus 13
Ciuitas felix quænam sit 464
vitiosa iure principatum amittit 10
viri, non muri 227. 462
Claudius II. Imp. Luganus cognominatus 439
factum misericors defendit 605
filium ludo deditum, magistrumq; punit 440
Claudius senex Ieuis à Marco Aurelio obiurgatus 536
Clauillæ Vestalis epitaphium 2
Clementia Principes decet 485
Principum decus singulare 604
sæuitiæ præstat 494
Cleobis & Bitonis pietas mortis præmium accipit 655
Cleopatræ Reginæ bellum contra Augustum 351
cum Antonio III. viro amores 263
vindicta de philosopho 649
Clerici milites 514
Climacterici anni 5
Cloacina dea 41
Cœlibatus reprehenditur 219. 221. 227
religiosorum probatur 223
Cœna an prandio salubrior semel de die cibum capienti 339
Cognomenta heroum inuidiosa 606
Comitatus quanto numerosior, tanto onerosior vianti 346
Commeatus bello necessarii 23
Commercia malorum fugienda 19. 250
Commodus Chalcedonensis philosophus 12
Commodus M. Aurelii filius degener 408. 677
magistrorum diligentia non corrigitur 411. 431
patris morbo nihil afficitur 684
Commonefactiones acerbitate careant 47
æquo animo ferendæ 209
Concilii Hipponensis canones 102
Concordiæ domesticæ autores laudandi 403
Coningis bonæ iactura grauissima 607
Coniuges boni perfecti amici 220
Coniugum discordia pacem ciuitatis turbat 307
Coniugalis societas quomodo seruanda 235
suauissima & sanctissima 219
Coniugium fel x Dei donum 188
genus humanum immortale reddit 225
inimicis reconciliandis aptum 222. 267
libidinis remedium 218
militia est 306
Coniugii antiquitas & quinque beneficia 218
coniunctio naturalis 217
encomion & commoda 248
felicis elogium, infelicis detestatio 220. 225. 305
finis duplex 232
onera intolerabilia 296. 297
toleranda 228

tempus idoneum 442
Conſcientia bona maximum Principis decus 33
lucem non fugit 427
Conſcientiæ bonæ Princeps ingens bonum 43
Conſeruare difficilius, quam parare 5.25.44.72.
97.314
Conſilium præceps pernicioſum 233.499
Conſilio bono nulla par gratia referri poteſt 675
coniungendum auxilium 481.675
Conſilium expertus dare optime poteſt 676
plerique dare quàm accipere malunt 684
ſapiens quærit 76.270.563.670
Conſilio maturo in arduis negotiis opus 424.499
maxime in bello 500
Conſiliorum peſtes 233.694
Conſiliarii accuratè legendi 194
æque neceſſarii, vt duces ſtrenui 196
boni Principi ſint intimi 426
de bello accurate conſultent 500
imperiti aulæ dedecora 191
mali fugiendi 427.693
pertinaces reprehenſi 191
Principi magis neceſſarii, quàm medici 190
ſapientes imperii fundamentum 189
Conſolatio corpori etiam prodeſt 524
in morte filii 423
non verbis, ſed facto præſtanda 617
Conſtantinus primus Imperatorũ Chriſtianus 23
Conſuetudo mala non facile mutatur 428.681
Conſultandum cum pluribus 693
Contatio nimia damnoſa 208
Contentum eſſe Dei donum eſt 503
Contumeliæ impatientes viri fortes 55.56.360.
426
Conuerſantium mores imitamur 647
Conuerſionis ſeriæ exemplum 195
Conuiuia priſcorum ſobria, non Cyclopica 530
Corinthii ludo dediti 169
regem ex ludione faciunt 654
Coriolanus Romam obſidens à matre placatur,
neptem amittit 274
Cornelia gens Romæ feliciſſima 255.371
Cornelia Gracchorum mater ædem Statilini ex-
truit 35
doctrina & eloquentia excellit 371
obitus ſuorum deplorat 375
pro quinque donis diis gratias agit 376
Cornificia poetria 368
Cornificius poeta pauper 368
ſcomma Calphurnii refutans felicem ſe prædi-
cat 369
Corporis membrorumque cum imperio compa-
ratio 135.& ſeq.
Corpore ægrotante, animus æger eſt 481
beſtiis, animo Deo ſimilis homo 184.432
grandes non ſemper magnanimi 368
Coruinus Siciliæ rex irreligioſus 62
palatium templi ruinis ampliat 63
ſenatus decreto multatur 64
Craterus Alexandri Magni cum leone pugnam
pingi curat 470
Crates aurum in mare demergit 578
felicitatem in nauigatione proſpera ponit 170
Creatori natura obedit 621
Creditori abſentis mariti vxorem compellare nõ
licet 251
Credulitas nimia damnoſa 493
Cretenſes malam conſuetudinem Rhodiis im-
precantur 453
Crito ſeneſcens emendatur 532
Crœſus ſapientum amantiſſimus Anacharſin in-
uitat 200
Crucem Chriſti pedibus conculcari indignum 50
Crudelitas magiſtratuum damnata 483.484
Cuculus oua ſua alteri ſupponit 321
Culex naturæ miraculum 595
Culpa ſecunda pœnam meretur 479
Culpa contractum malum graue 525.684
Cunæ precioſæ 34
Cunina dea ib.
Cupiditates inexplebiles 48.540.581
cœcæ 685
Curius Pyrrhum vincit, ſororem amittit 272
Curtius pro patria ſe deuouet 2
Cuſtodi damnum præſtandum 436
Cypri Rex clemens 486
Cyriades tyrannus occiſus 450
Cyrus Aſiæ domitor gloriæ cupidus 41.p.
à Xenophonte celebratus 64.p.

D.

DAgonis ſtatua euerſa 82
Damo Pythagoræ filia docta 365
Darius ab Alexandro victus 329
Alexandro inopiam exprobrat 573
victori filiæ nuptias offert 367
gratias agit pro clementia in ſuos 606
tenax 551
Dauid arcam fœderis reducit 83
bellum initurus Deum conſulit 500
commoda ſtatura eſt 178
Goliadum vincit ib.
Decebalus à Traiano victus 436
Decebali filius ob mendacium regno excidit 437
Defendas tua prius, quã aliena oppugnatũ eas 53
Deformes amatæ duplex malum 645
virtutis non expertes 167
Delibera cum multis, cum paucis decerne 211
Delicta æqualia æquales pœnas merentur 64
Delphicum templum defenſum 89
Democritus dominia improbat 107
numina duo ponit 446
Demoſthenes à Platone ad Calliſtratũ tranſit 21.p
Deſpe-

Desperatio maximum peccatum 79
Deus animum respicit 2.p.68
arbiter vitæ nostræ 541.659
autor ordinis 117
& distinctionis ordinum 105.119
bonum summum 30
bonorum vltor 167
clemens erga peccantes 481
centrum misericordiæ 385
colendus in prosperis 70
Dominus vniuersorum 117
dona sua non semel effundit 62. p.
Ecclesiæ suæ vindex 24.28.79
ex operibus agnoscitur 25
falli non potest 105
generi humano reconciliatus 223
gloriam suam alteri non dat 31
immortalis, immutabilis, incorruptibilis 30
incomprehensibilis 31
iustus simul & misericors 78
mentem inspicit 648
mundum conseruat 380
nihil impunitum relinquit 429
& irremuneratum 430
ob paucos bonos multis malis parcit 491
omnia gubernat 27
omnipotens 26.31
plura dat, quàm aufert 616
pœnæ tarditatem grauitate compensat 565
regna transfert 59
Regum vindex 316
remunerator recte factorum 430
timendus & diligendus 27
vnus verus 15.28.30
voluntatem potius quàm euentum respicit 2. p.68
Dei auxilium in maximis periculis præsentissimum 98
beneficia erga homines 31
contemtores infelices 32.79
fauor hominum robore potior 20.60.72.90
parandus in prosperis 70
salutem perpetuam præstat 356
ira pœnas irrogat 461
iudicia occulta 31.42.105.111
non iniusta 468
voluntati vt optimæ parendum 616
Deo cuncta obediunt 117
fidendum, non hominibus 143
non obmurmurandum 21.579.585.616
non potest par gratia rependi 31
Deum homo imitari studeat 380
vnum colere facilius, quàm plures 69
Dii ab hominibus facti 18
ex hominibus 28
hominibus duabus rebus præstant 300
humilitate magis quàm sacrificiis placantur 616
Romanorum primi quinque 20
selecti 33
templa sua non defendunt 26
Deorum gentilium catalogus 33. & seq.
multitudo, pugnæ, vanitas 16
Diadema nobilior pannus, quàm felicior 15. p. 126. 686
Diæta curantur morbi 58
melius quàm euacuatione 356
Dictator primus creatur 272.418
Digamia Athenis introducta 231
Valentiniani lege concessa 92
Diligentia naturæ prauitatem corrigit 427
nimia damnosa 61
Diluuii pœna potentiæ Dei testimonium 25
Dio Cæsarum res gestas scribit 64.p.
Diogenis de conuictoribus elegendis sententia 647
de vitæ tranquillitate consilium 385
Diogenem visit Alexander 211
Diognetus pictor eximius 13
Dionysius filias tondere docet 33.p.
quorum victu vtendum sit, Diogenem interrogat 647
voluptati deditus 679
Disce mori 660.664
Disciplinæ domesticæ diligentia naturam corrigit 387
labes deploratur 256
malorum fons 12
militaris ruinæ 511
interitus causa 317
vrbanæ labes 598
Discipulus improbus magistri autoritatem dedecorat 183.435
Discipulorum vitia non dissimulanda 428
Discordiæ intestinæ exitiosæ 378
Discursationum muliebrium incõmoda 249.253
Disputare & loqui pleriq; in academiis, non agere discunt 434
Disputationes philosophicæ ad Alexandri Magni mensam 338
Dissimilitudo dissidium facit 105
Dissimulare multa Principes decet 414
Diuites an pauperibus in officiis præferendi 476
Diuitum & pauperum ingens in morte discrimen 682
Diuitiarum contemptus veræ opes 573
modus ex animo spectandus 552
paternarum fiducia liberi corrumpuntur 377
Diuortia Indorum 340
Doctrina in virgine pro dote 368.369
Doctrinæ eruditæ finis 162.163
Doctores alii aliis succedunt 62.p.

delinquentes grauius quàm cæteri puniantur; 416
vitiis ipsi non carent 63.p.
hodie plurimi, discipuli pauci 615
Doloris societas solatio est 612
Dolori recenti non occurrendum 421
sapientes resistere decet 671
Dolorem sapiens dissimulat 153
Domitianus flagitiis omnibus coopertus 454
iniustus 258
Dotem filiis dari Lycurgus vetat 39.p.
Drusus Cæsar maiorum monumentis ad virtutem extimulatur 305
Drusi cum vxore iurgium 274
Duellius triumphat 254
Duo cum faciunt idem, sæpe non est idem 17
Dux belli felix sit 18
consilio, quàm armis vincere mauult 14
fortis 43.p.
Duci glorioſior clementia, quàm victoria 65
Duce mutato, belli fortuna mutatur 3.100
Duces bellici qui legendi 515
insolescunt 51
religionis incurioſi 84
solicitudinem dissimulant 51
templa euertunt 43.p.
vitæ periculo gloriam parant 4
Ducum nobilium tirocinia 142.512
ritus ad bellum euntium

E.

EBrietas noxia 333.528
Ecclesia CHRISTI ab omnibus oppugnata 28
inter aduersa crescit, & inuicta est 27
vnica est 15
Ecclesiæ non spoliandæ 83
Edicta de sanitate 598
Educatio à teneris incipienda 270.382
delicata pernicies certa 388.390
dura valetudini prodest 396
mala exitiosa 12
mollis segnitiem affert 155
neglecta interitus causa 12.256
negligens acriter accusatur 386
res per se molesta ibid.
seuera vtilissima 7.12
tribus de causis suscipienda à parentibus 383
Electio inter plures difficillima 411
non præcipitanda 431
Eleemosynæ neminem depauperant 50
Eleemosynas Deus remuneratur 49
Elephanti Romæ in triumpho ducti 272
Elis Israelitarum iudex 82
Eloquentia ad honores multos euehit 353 354
famam æternam parit 354

naturæ donum 358
non omnibus contingit 24.p.357
Principis decus eximium 353
Eloquentiæ vis maxima 352
Emendatio vitæ non differenda 664
Emendationis spacium concessum 479
Emendationem multi promittunt, pauci præstant 701
Ennius statua honoratus à Scipione 216
Epaminondas Lysiæ discipulus 405
Epesippus M. Aurelii ex sorore nepos 180
auunculi votis non respondet, pulchritudine superbit 183
Ἐπιχαιρεκακία diabolicum vitium 510.587
dolorem in miseris auget 615
viro bono fugienda 587
Epicurus à maiorum disciplina desciscit 161
Epicuri æuum 160
discipuli multi, doctrina, & de felicitate opinio 161
Epimetheus stultus 306
Epiphanes Regum Ægyptiorum cognomen 151
Epiphanes templum calceatus ingrediens regno excidit ibid.
Episcoporum & antistitum officia 103.104
Epistolæ non temere credenda omnia 349.619
Epitaphium Aretæ 363
Caligulæ 354
Corneliæ 372
Clauillæ 2
Cypri Regis 486
Macrinæ 314
Periandri 156
Pii Consulis 168
Virginiæ 68
Equitis veri virtutes 575
Equitum Romanorum priuilegia ibid.
sacramentum 22
splendor in sago potius quàm in toga conspicitur 403
Equestris ordinis exploratio accurata 575
leges olim rigidæ 574
Equi generosi precio equitis imperitia nil detrahit 56.p.
Eruditorum apud veteres gloria 63.p.
Ethnici Christianis Principibus cur feliciores 68
Christianos pudefaciunt 52.p.31.219
multos deos magno sumtu coluerunt 69
Euander Æneam adiuuat 366
Eudoxius Arianismo Gotthos inficit 92
Euentuum aduersorum causæ 48
varietas mirifica 59
maxime in bellis 43.p.
Eudoxus Spartanis eloquentia pacem impetrat 12

Euripides Archelao carus, à canibus laniatur, vindicatur seuere 214
felicitatem in coniuge venusta statuit 171
Exactionum nouarum inuentores Principi damnosi 149
Exemplis docemur 56
mouemur 70.81
Exilio malum nullum grauius 59
Existimatio sua cuique cara habenda 4. p. 254. 426.575.650
diuitiis anteponenda 573
filiorum amori præferenda 438
propugnanda 148
Experientia docenti necessaria 7.14.p
doctrinæ an semper anteponenda 270
lectioni præferenda 600
Experiri grauius, quàm audire 629
extra Ecclesiam non est salus 31
Exules misericordia prosequendi 9.p.

F.

FAbius Proculeius M. Aurelium arguens refutatur 414
Fabricius Liguribus victis, P. C. ad seueram disciplinam hortatur 391
matris culpa valetudinarius; nutricem cum alumno includit 335
Facetiæ mordaces super mensa vitandæ 535
Facile, cum valemus, recta ægrotis consilia damus 668.676
Falisci Romanos vincunt 65
Fama immortalis ex virtute 41.p.405
non semper vera narrat 202.209
Famæ cupiditas vitæ præfertur 1.p. 42.p.
gratia laborant omnes 426
iactura grauissima 3.p.4.p.255.650.
post mortem studium vanum 37.p.
rationem fœminæ habeant 43
Fames cibi condimentum 58
omnia expugnat 17
Fasces, fasces 7.p.687.
Fatuis oblectari fatuorum est 647
Fatum ineuitabile 355
Faustina M. Aurelii coniunx 5
clauem musei instantissime petit 290
diua appellata 29
filiam ad spectacula deducit 254.259
filii obitum acerbissime luget 423
moritur 29
obiurgatur à marito 256
pulcrior, quàm probior 29.305
Febris dea 40
Felix quis dicendus 172.683
Felices consilio, miseri auxilio indigent 584.631
Felicitas magna calamitatis prodromus 631
loquax & iactabunda 295
variis in rebus à variis posita 160.& seq.
vera à Deo 7.p.
vnius, damnum alterius 508
Fessonia dea 38
Festina lente 208.233
Festiuitates Romanorum solennes 143
Filiæ adultæ grandis cura 268.610
seuera indigent disciplina 260
Filii & patris mutua coram Solone accusatio 383. & seq.
Filii adoptiui naturalibus meliores 681
boni, patris gloria 90.96.366.379
degenerant non raro 197
degeneres patris mors 679
vita indigni 561
diuitum plerunque degenerant 390. 422
fortunæ patris raro hæredes 197
mali exhæredandi 387.682
parentes defunctos venerentur 696
patris boni raro similes 422
successores 93.96
Filiorum petulantia coercenda 7
Filiis preciosa sint, quæ parentes viui cara habuerunt 696
Finis causa omnia 129
Firmus à Romanis deficiens vincitur 150
mortem sibi consciscit 101
Flauia M. Aurelio imperium prædicit 58
Flentes nascimur, viuimus, morimur 596
Flora dea 39.41
Fœminæ ad lapsum procliues 334
bonæ ciuitatibus necessariæ 311.331
brutis immitiores 317
clementer tractandæ 606
consolationis indigent 605
disciplinarum capaces 359.369
domi se contineant 247.252
fœcundæ sterilibus saniores 324
honestæ & verecundæ sint 257
improbæ ciuitatis pestes 257.303
inconstantes 306
in primis clementer tractandæ 605
insatiabiles 304
iuuenes maritorum senum mortem læte ferunt 671
legum impatientes 307
leuissimæ 298.306
militiæ dedecora 513
modernæ priscis dissimiles 359.365
negata cupiunt 290.297
ornatus studiosæ 248.298
pistrinum mariti 296
pro mancipiis habitæ 244.298
Romanæ disertæ, Græcæ doctæ 359
silere non possunt 322

sobolem suam nutrire debent 315
sui tenaces, alieni prodigæ 350
superbæ 298
vindictæ cupidæ 649
viris an parêre debeant 242
Fœminarum priscarũ & nostratium collatio 370
vitia quatuor 310
vota quinque 315
Forculus deus 39
Forma libidinis incentiuum 188.266.425
minimo momento perit 177.184
muliebre magis, quàm virile decus 174
nihil ad virtutem facit 176
Forma superbire vanissimum 175
Formicæ industriæ exemplar 27.p.
Formosæ marito plurima ferenda 266
Formosæ catapotia deaurata 304.549
voculis omnium expositæ 425
Fortis quis dicendus 364
Fortuna dea 38
fraudulenta 635
inconstans 22.197.430.580.600.601
magna, seruitus magna 564
nulli perpetua aut diuturna 636
prodromus calamitatis 255.631
rerum domina 208
vices habet mirificas 61.67.90.209.511
vitrea est 274.564.631
Fortunæ depositarii sumus 75
mutationem miser sperat, felix timet 76
Fortunam accusare stulti est 580
Frons occipitio prior 427
Fronto rhetor 12
Fuluia luctum simulans, in mariti exequiis maritum inuenit 619
Fuluius M. Aurelii æmulus 144
humanitati eius obtrectat 147
Fuluius Sabinam supplicio liberatam relegat 335
Fures parui à magnis suspensi 492
Furni magni, parua granaria 346

G.

GAguini Catonis vanitas à Senatu punita 548
Galba veterem morem retinet 453
Gallina cultrum, quo iuguletur, eruit 8.p.
Galli grauidas benigne tractant 281
Italiam vini causa inuadunt 348.506
Romam capiunt 18
Garamantes; vide Gymnosophistæ
Garrulitas senum propria 533
turpis 19
Geminus Comœdus Musices magister 13
Generi socrus non amant 610
Genii festum celebrant Imperatores 412
per Genium Imperatoris iusiurandum sanctissimum ibid.
Germania sine causa à Romanis oppugnata 462
Germanicus Apis occisi pœnas dat 88
Gladiatores Romæ in precio habiti 638
Gloria alit industriam 448
cos fortitudinis 41.p.509
ex vita, non dignitate æstimanda 6
fugientes sequitur 60.250
periculis emitur 4.p.43.p.508
virtutis alimentum 40.p.
Gloriæ comes inuidia 509
cupidi omnes 2.p.43.p.218
cupiditas peruersa 39.p.
ingenium mirificum 60
parandæ ratio 125
Goliadus à Dauide iugulatus 178
Gorgias felicitatem in oratione iucunda ponit 170
Gothi cœlitus delentur 24
corrumpunt bibliothecas 290
immaniter sæuiunt 93
Italiam inuadunt 21
Romanos prælio vincunt 93
Thraciam occupant 92
Gracchorum frater nothus nutrici matrem præfert 321
Græcia philosophorum gymnasium 258
Græci literis sibi gloriam pariunt 359
philosophos Principes habent 73
philosophis abundant 132
super primatu cum Romanis certant ib.
Græcorum leuitas & vanitas 28 p.
loqui, Romanorum agere 417
vitia Romam inuecta 637
Gratianus mediocri stirpe ortus, milites quinque superat, prætorio præficitur, duos filios Impp. habet 90
Gratianus Imper. Arianis expulsis Episcopos orthodoxos reuocat 96
milites ad prælium hortatur 98
Valentiniano patri succedit 96
viatico sacro instructus, & Deo exitum prælii committens hostem vincit 99
Grauidæ abortionis prætextu cupiditates suas palliant 310
apud Pannonas sacrosanctæ 280
Grauidis præcepta traduntur 278.& seq.
quæ fugienda 271. & seq.
Venus noxia 280
Grauidis nihil fragilius 277
Gymnosophistæ Alexandri aduentu nihil mouentur, fastum arguunt 122
legatos spernunt 121
pauperes 120
Gymnosophistarum leges 129
mores 121.128

H.

HÆres bonus donum maximum 683
Hæresi infectus nullum facinus abnuit 91
Hæretici semel admissi vix excluduntur 92
Haustoriæ machinæ 508
Heliogabalus monumenta prisca euertit 360
thesaurum reperit 40
Hellesponti ornamenta singularia 648
Henochia vrbium antiquissima 114
Heraclitus in pecuniis felicitatem ponit 172
Herba amoris & odii conciliatrix 486
Hercules amicæ manu perit 601
columnas statuit 41.p.
Herodes Atticus Rhetor 12
Herodes Rex eloquentia Octauium victorem sibi conciliat 351
Heroum filii noxæ 422.427
Hierosolyma capta à Pompeio 88
à Romanis 490
Hippone Concilium celebratur 102
Hispania quos Impp. dederit 54.p.
Historici Principes reddunt immortales 289
rerum gestarum memoriam propagant 64.p.
veritatem spectare debent 364
Histriones degenerant 641
oculos oblectant, loculos vacuant 347
relegantur 642
Romæ in precio habiti 639.641
regnant 651
Histrionum leges 640
prædiuitum exempla 654
vanitas exaggerata 653
Homerus affectu magis, quàm veritate in scribendo ductus 367
Vlyssem immortalitati consecrauit 64.p.
Homo ad misericordiam natus 482
animal sociale 30.p.219
calamitatis hospitium 389
cognitionis & scientiæ cupidus 202
homini lupus 467.596
imperii impatiens 493
inobediens Deo 5.p.118
omnibus malis remedia inuenit 585.625
perpetuitatis auidus 563
planta inuersa 136
plorans nascitur 565.670
Hominis causa omnia, homo Dei 118
fragilitas 119.185.590
miseri i post lapsum 118.590
præstantia 271.278
procliuitas ad peccandum 487
vires ne febriculam quidem possunt pellere 576
Homini immortalitas negata 563
non nasci optimum 589
Homines cœci in rebus diuinis 24.30
deteriores bestiis 38.p.303.467
ingrati aduersus Deum 585
post mortem dii vel dæmones 28
procliues ad malum 625
Hominum cœcitas 600.626.632
ingenia varia 42.p.
post diluuium multiplicatio 25
prauitas pudenda 144.193
securitas 632.665
Homicidii pœna 158
Honestatis hostes 46
Honor diuitiis potior 573
Honores non mutent mores 57.195
Honores conferendi mos peruersus 496
Honorinus deus 37
Honorius Theodosii M. F. male moratus 442
Horas vt distinxerint antiqui 35.p.
Horologium est vita Principis 154
Horologia inuenta 34.p.
Hortensius ob mundicias nimias reprehensus 531
Hostem domesticum vitare difficile 264. 587. 600
experiri molestissimum 534
Hostes reconciliare sibi, quàm vincere glorioſius 74
Huldouina Augusta Imperatorem maritum melancholicum curat 330

I.

IAcob elegi, Esau odio habui 105
Iactantia sui odiosa 16.p.18.p.
Iactura mercium non nimis molliter ferenda 577
Iactura salus redimenda 345
Iani effigies & templum 142
religiosus cultus 143
solenne festum 253
IESVS cœpit docere & facere 131
virginis matris lacte nutritus 323
Ignorantia nihil miserius 23 p.
Imitandus vnus aliquis 51.p.
Impatientia Deum offendit 617
infelices facit 76
Imperantium miseria splendida, molestiæ infinitæ 686
Imperatori ad immortalitatem quinque necessaria 29
Imperatore victo, imperium non vincitur 436
Imperatoriæ virtutes 3.29 42
Imperium corpus mysticum 135 & seq.
Imperio superioris nemo non subiectus 109
Imperio potior tranquillitas 687
Impietas cæteras virtutes corrumpit 62
vitiorum omnium seminarium 63
Improbi amicitiam nemo bonus magni æstimat 180

Improbi nullis meritis mitigantur 202
Improborum probra immortalia 32
Impunitas iræ diuinæ signum 82
malorum incentiuum 3. p. 69
Incantationes Christianis fugiendæ 344
Incendium ex scintilla 322. 600
Incessus sedatus matronas decet 272
Incesti puniti 263
Incoatum nihil perfectum 68. p.
Indorum fœminæ maritis commoriuntur 238
veneficæ 344
orphanotropeion 343
regnum maximum 106
Induciæ suspectæ bello periculosiores 355
Indulgentia maritorum vxores deprauat 298
parentum damnosa 8. 376. 383. 391. 444
præceptorum alumnos corrumpit 428
vituperata 396
Infans lacte materno nutriendus 314. & seq.
Infantis cum arbore comparatio 357
lusus iucundissimi 324
ploratus mali ominis 34
vt lis 344
Infantes non sanandi incantamentis 348
plorantes nascuntur 565. 592
Infantum corpora glacie fricantur 393
Ingenium cuiusque quale sit, plurimum refert 357. 388. 436
Ingenia præcocia non vitalia 408
Ingeniorum acumen ad summum peruenit 61 p.
excellentiam fortuna promouet 21 p.
Ingratitudo Principi fugienda 56. 80 124
vicium turpissimum 156. 159. 38. 584
Inimicitiæ ex amicitia acerrimæ 93
occultæ periculosissimæ 512. 600
quomodo reconciliandæ 222
Inimicitiarum nemo expers ibid.
Iniuriarum puniendarum leges 137
Innocentia pro eloquentia est 55
Insperata bona suauissima 29
Insulares fallaces 7. mali 482
Intelligentiæ humanæ paruitas 106
Interpretis officium 68. p.
Inuidia gloriæ comes 54. 144
honore alieno torquetur 59. 145
nemini parcit 386
sequitur diuitias 585
Inuidiæ remedium miserum 586
Ioculatores in aulis cur non ferendi 643
Iohan Boccatius de nuptijs veterum 233
Ioseph fratrum dominus 105
Iosephus Iudaicæ historiæ autor 64. p.
Iosiæ victoria miraculosa 26
Isis Ægyptiorum numen 174
Ismatus Africę rex, conciliũ Hippone celebrat 102
Italia antiquitus magna Græcia 152
bonis omnibus abundat 518
Italiæ amœnitas & fertilitas 55
Iudæa Romanis rebellis desolatur 17
Iudas Machabæus ante prælium orat 500
Iudex æquitatis tenax sit 474
affectibus ne indulgeat 472
alienus sit ab auaritia 475
cautus in oratione 474
Dei clementiam imitetur 482
hominem se & Christianum esse meminerit 451. 482
in legendo sit diligens 451
iustus sit 14
misericors esto 450
non nimis familiaris omnibus 452
partem vtramq; audiat 385
seipsum priùs quàm alios regat 447
verax sit 473
Iudicis animus à crudelitate sit alienus 450
boni officium 448. 489
partes non temere sumendæ 430
Iudicandi munus difficile 408. 447
Iudicium de libris lector fert 56. p.
Iudicij extremi Princeps semper memento 72
Iugatinus deus 38. 40
Iugurtha victus & supplicio affectus 496
Iuliæ mortem bellum ciuile excipit 223
Iulianus ambitiosus 89
Christianos, & Valentinianum persequitur, & 94
in prælio interit 94
Iulius Seuerus Iudæos debellat 17
pacem inter Alanos & Armenios facit 18
Iunius Brutus Cæsarem occidit 46. p.
Iunius Rusticus historicus 13
Iupiter deorum princeps 21
Iurare sine venia prohibitum 412
Iusiurandum per genium Cæsaris ibid.
Iustitia Dei considerata 79
hominum summum bonum 446
neglecta pestis est reipublicæ 471
Principum fidei commissa 454
rerum publicarum fundamentum 447
terras reliquit 445
vitæ gubernatrix 446
Iustitiæ administratio difficillima 447
non temere cuilibet credenda 448. 451. 471
ministris quæ virtutes necessariæ 473
Iustina ob formæ præstantiam Valentiniano Imper. nubit 92
Iustinianus à Iustino adoptatus 51
Iustinus minor auariissimus, Pelagianus, phreneticus 42
Iustini mors omnibus optata 49
Iustum esse & iustitiam administrare differunt 452. 471
Iuuenis consilij alieni contemtor 270. 546

cordatus sene deliro potior 188. 542. 692
Iuuenes monitis senum non parent 684
præferoces viri fiunt turbulenti 440
Iuuenum dominatio pernicioſa 417
est robur, senum prudentia 420
& senum officia inter se mutua ibid.
sodalitium Principi optandum 691
Iuuentutis erratis venia danda 188. 547
hodiernæ tirocinia 44. p.

L.

LAbor sine operæ precio moleſtus 658
Lacænæ Mynias liberant 237
pluribus nubunt 231
Lacedæmonij ioculatores non ferunt 642
Lacedæmoniorum mores corrupti 258
ſtudium belli vituperatum 504
Lac fuſcæ ſalubrius 327
Lactis materni vis 318
qualitas à nutrimento pendet 331
Lacrymæ hominis propriæ 595
pietatis indices 614
præcones dolorum 80
Lætitiæ comes luctus 274. 275
Largitionem rapinæ ſequuntur 45
Laſthenia Platonis diſcipula 362
Lectio aſſidua iudicem decet 451
Principi commendata 26. p.
ſapientiæ magiſtra 20. p.
ſolatur moleſtias 23. p.
Lectionis multæ vir nihil vt nouum miratur 361
Legatus Iudæorum de præſidum ſæuitia queritur 490
Legati Romanorum capti honorificè dimittuntur 67
Legiones tutelæ limitum præpoſitæ 3
Lex Auguſti de ſupplicijs damnatorum 488
Balearium de grauidis ſeparandis 280
Carthaginenſium de nuncijs rerum triſtium 612
facienda iubeat, fugienda vetet 637
Longobardorum de modo diuitiarum 568
Lycurgi de educandis liberis 391
Mauritanorum de vxoris morte 280
Papia Poppæa 229
Platonica de conſilio & auxilio 584
Rhodiorum de educandis liberis 256
de iuuandis calamitoſis 481
Romanorum de filiarum nuptijs 265
de filio malo exhæredando 682
de filijs maritandis 269
de fœminis à creditore non compellandis 251
de grauidarum caſtitate 335
expiendis deſiderijs 292
de ratione muneris reddenda 353
ſine obedientia vana eſt 189
Tarentinorum de hæreditate 378
Voconia 229
Leges bonæ ex malis moribus 4. p. 326
coniugales XVII. pro marito 307
contra cœlibes 221
hiſtrionibus à Romanis datæ 640
non temere mutandæ 452
Periandri Corinthijs datæ 158
poſteris dantur 326
Principi à Plutarcho præſcriptæ 638
Promethei de Principe 450
ſub malo Rege parum proſunt 637
Legum autoritas in executione poſita 381
finis 4. p.
multitudo damnoſa 312
origo 34. p.
priſcarum autores præcipui 326
vincula improbos tenent 34. p.
Leges ferre facilius, quàm tueri 91. 312. 637
Libelli morti deſtinatorum deprehenſi 450
Liberalitas laudata 15. 64. 173. 570
maximè in Principe 572
multas habet cautiones 571
Liberi cur optandi 382
ſui cuiq; cariſſimi 218. 291
Liberorum aſtorgia pœna talionis 327
Liberis creſcentibus, curæ creſcunt 325
Libertas omnibus bonis anteferenda 211. 597
Libido iuuentuti peſtifera 442
omni ætati communis 260. 442
Libri in Principum tutela 20. p.
Principum conſiliarij 26. p.
produnt autoris animum 35. p.
Libros cenſendi poteſtatem ſibi quiſque ſumit 66. p.
Licentia omnes ſumus deteriores 389
Licinæ in Senatu verba 311
Ligures durum genus, à Romanis domiti 591
Limentinus deus 39
Lingua inter membra omnia viuaciſſima 547
interpres mentis 350
materna vnde dicta 358
mentem ne præcurrat 309
pacis interpres 99
Lingua belligerantes 45 p.
Linguarum omnium ſcholæ Romæ 358
Literarum elogium & vtilitas 31. p. 289
inuentores 31 p.
monimentis fama & infamia propagatur 430
Literas ex caſtris mittere nocet 379
Litigantium in iudicio miſeriæ 466
Liuij videndi deſiderium 63. p.
Liuor iners vitium 144

Longo-

Longobardi à Narsete in Italiam allecti 55
donis affecti 52
Italiam ob fertilitatem inuadunt 506
modum diuitiarum lege statuunt 568
Narsetis auxiliares 52
Loquendi & tacendi ars coniuncta 356
modus optimus 281
Lucanus Cæsaris & Pompeij res gestas scribit 64. p.
Lucia acu icta perit 602
Lucilla M. Aurelij filia formosissima 235. 698
in ludis liberiùs se gerit 254
Lucina 33
Lucius Pius Sarmatas vino debellat 168
Lucius Volusius Merianus IC. 13
Lucretia lanæ dedita domi se continet 250
ob pudicitiam celebris & periculo obuia 268
stuprata à Tarquinio 272. 680
Lucri spes multos corrumpit 48
Luctus moderandus 614
Lucullea tabula 695
Lucullus Mithridatem vincit 694
Ludendi libido Principi puero noxia 438
maturè reprimenda 439
Ludicrarum artium finis 651
Ludus furtorum & mendaciorum in pueris seminarium 439
non ferendus in ciuitate 499
Ludi priuatim celebrati pernicioſi 639
Ludorum scenicorum origo 652
Lupa an semel tantum pariat? catulum lactans semel de die pascitur 331
Lupus moriatur, viuat ouis 397
Luxuriæ & libidinis detestatio 443
in sene maximè 548
Luxus non ferendus 499
Lycaonici virtutes & vicia 483
constantia in toruitatem degenerat 484
Lycurgus beneficium à malo accipi prohibet 63
dotes virginibus dari vetat 258
fœminas domi se continere vult 248
histriones vrbe eijcit 642
legem de pœnis iuuenum & senum fert 536
peregrinationes prohibet 28. p.
pueros ruri educari iubet 391
senum honorem lege sancit 524
Lydorum filiæ dotes corpore parant 232
lex de exhæredando filio degenere 387
Reges 200
vxores ducere coguntur 224
studium agriculturæ laudatum 504
Lysander Athenienses vincit 160
Epicurum captum in precio habet 161

M.

Macilentæ virgines spretæ Romanis 38
Macrina Torquati vxor grauida 312
solitaria 313
vnoculi videndi appetitu exanimatur 314
Magiæ vanitas 349
Magister aliorum, ipse vitijs careat 416
malus, proditore peior 428
Magistri boni requisita decem 400
elogion 433
Magistrum bonum eligere prudentis & felicis est 400. 407
Principis esse, non cuiusuis est 408. 433
Magistri multi, discipuli pauci 63. p.
negligentes in plerisq; 438
Principum, subinde admonendi officij 425
pueritiæ præficiendi 399
necessarij 407
Magistris artium salaria ex publico data 182
auaritia viciorum incentiuum 429
Magistratus virum ostendit 495
Magistratus sæuitia accusata 463
vitia exaggerata 465
Magistratus ambitioſi & crudeles 495
ex virtute legendi 496
non nisi maritis crediti 221
quibus virtutibus ornati esse debeant 472
Magistratus malos peccata hominum merentur 109
Magni qui cognominati 606
Maiorum meritis posterorum peccata condonanda 496
Malacia tempestatis præludium 581
Malè partum malè perit 124. 478
Mali longæui 544
plures, quàm boni 625
Malorum consuetudo contagioſa 19
Malis arma duplicia 145
bene est 646
Malum bene positum ne moueas 204
nullum sine remedio 525
Mammea Alexandrum Imperatorem seuerè educat 395
Mammeæ oratorium 35
Manassis Regis peccata & pœna 87
Manus in pariete scribens 85
Marcellus fortis & mansuetus 42. p.
sacrilegij pœnas dat 88
Marcus Aurelius Imp. carissimus ciuibus 5. 286
Chiragra laborat 603
Christianos multos pudefacit 52. p.
clauem musei genero tradit 288
vxori pertinaciter negat 290. & seq.
Commodo F. magistros quærit 410
explorat accuratè 410. 412
optimos præficit 40

Com-

Commodum exhæredare vult 437.683
longa oratione extremum affatur 684. & sequent.
successorem inuitus relinquit 677.683
conclaue secretum sibi retinet 288
de Deo moriens bene sperat 701
dissimulandi peritissimus 146.414
doctrina & eloquentia Imperium adeptus 353
dolorem ex morte filij lenit 423
exemplar boni Principis 54.p.
Faustinam obiurgat 256
febri correptus 456
filias elocat 265
filij educationem magistris commendat 431
nutricem improbam relegat 327
fœminas à castris abigit 514
histriones relegat 646
imperium cur adeptus 63.p.
quando 1
in votis quid habuerit 156.434
in vtraq; sorte moderatus 255
laudem boni Principis sibi derogat 295
libris nihil habet carius 288
morbum in castris contrahit 661
moriturus de quinq; rebus dolet 683
filio commendat Dei cultum 696
Drusiam viduam & filias 698
generos, nouercam, sacerdotes, templa 697
iustitiæ præfectos & ministros veteres 699
natalem suum celebrat 413
nepotem educat & docet 181
magistris Græcis tradit 182
philosophorum comitatu in spectaculis delectatur 413
Pompeiano genero libros suos commendat 288
podagra laborat 597
priuata æquè vt publica curat 264
prudentissimus ibid.
quartana laborat 172
quinque magistros filij abdicat 419
quinque magistrorum leuitate offensus 414
dolorem oratione longa testatur 415. & sequent.
Rhodi artes discit & docet 6.181
sapientum colloquiis gaudet 456
tempora distribuendi obseruantissimus 286
tribunum supplicio afficit 515
triumphans de Asia illacrymat 508
Verissimi Filij obitum immaturum acerbissimè luget 409.421
veritatis amantissimus 2.438
vxoris formosæ maritus infelix 266.304
de vxoris & filiæ existimatione solicitus est 255
Marci Aurelij affabilitas 140.287
agon extremus 699
comitas & hilaritas 413
elogion 25.p.55.p.2.6
historia Principi legenda 54.p.
historiæ veritas 67.p.
luctus ex morte sororis 181
maiores & natalis 1
mandata ad filium suprema 690.696
ordo vitæ 286
parentes 3
præceptores & studia 67.p.12
rudimenta pueritiæ 57
scripta interierunt 289
triumphi 9.503
virtutes eximiæ 287
vitæ curriculum 5
M. Aurelio imperium saga prædicit 58
Mare infidum 578
Maritorum dignitas 220
imperium probatum 253.244
Maritis an imperium in vxores conueniat 242
fugiendæ lites cum vxoribus 306
Marius Cimbrorum incestas nuptias tollit 232
Marij manum osculantes cæsi 143
victoria de Iugurtha 496
Masiniss & Sophonisbæ amor 262
Massagetæ camelorum lacte nutriti 393
Mater filij mortem lugens taxatur 659
Matris est sobolem nutrire 325
Matri filiarum educatio incumbit 256
sobolis nutricatio conuenit 315. & seq.
Matris Ideæ simulacrum Romam aduectum 37
Matrimonium apud omnes gentes sanctum 27
militiæ genus est 306
onera habet grauissima 296
Matronæ grauidæ diligentem sui curam gerant 283
Romanæ abstemiæ 332
aurum conferunt 66.311
suspicionem abs se segregent 239
Matronis Romanis honor habitus 66.311
septem in primis fugienda 254
Matuta dea 39
Mauritani deos tutelares sibi eligunt 341
polygamiam probant 280
vxores habent veneficas 341
Maximi auaritia Gotthos irritat 93
Mecænas hortorum studiosissimus 40
Medea liberos occidit 46.p.
Medicamenta infantibus noxia 344
intempestiua nocent 524
Medicus aliorum morbos curat, suos non agnoscit 429
amara dulcibus temperat 461
Deo inuito, nihil prodest 581
pauper populi rectè valentis signum 347

Medice cura teipsum 670
Medici consiliarij 191
oppilationes prius remouent 309
vbi multi, ibi multi ægroti 346
vrendo sanant 227
Medicis Roma CCCC. annos caruit 190
Meminisse dulce est, quod fuit durum pati 57.155
Memoriæ consulendum 430
Mendacij pœna 158
Mendacia fugienda 129.204.282
maximè pueris 436
Mens dea 35
Mens velocissimum 133
Mensæ Principis non quilibet temere adhibendus 441
Mentiri poetis licet 16
Mercator ex equite 561
Mercatura vicia inuehit 464
nobilem virum non decet 574
Meretricij amores damnosi 219.429.598
Metelli de vxore ducenda oratio 233
Μετεμψυχώσεως delirium 52
Metianus legum doctor, non factor 13
Metire, quod audes 448
Midæ auaritia inexplebilis; diuitiarum omen 588
Miles lingua ferox, manu iners 44.p.515
proprio Imperatori metuendus 522
vsu potius fit, quàm præceptis 12.p.
Militis idea & opera 513.516
Militiæ rudes inhonorati 4
Mirabilia narrantes varios habent auditores 345
Miracula CHRISTI 621
Misericordia DEI morientibus amplectenda 195
Misericordiæ templum Athenis 603
Moderata durant 151.494
Modestè de se sentiendum 126
Mœror animi dissimulandus 579
malum grauissimum 423.661
moderandus 630
quietem nullam concedit 599
silentium amat 295
Molerda laudata 526
Momi nusquam desunt 65.p.
Monachi militare coacti 91
Monarchia laudata 108. prima 116
Monogamia probata 233
Morbi incogniti inutilis est curatio 675
Morbi Principum à DEO 42
Morbi alij verbis, alij herbis curantur 617
Mores peregrini non introducendi 453
Mores corruptos interitus sequitur 494
Moriendum omnibus 186.614.659.663.669
priùs, quàm moriamur 664
Morientis consolatio philosophica 20
Principis cura potissima sit de filiorum tutoribus 442
Morienti nemo verum dicere audet 662
Morientes seriò monendi 663
Morituri cogitationes ineffabiles 167
cura maxima, cui sua relinquat 682
hypotyposis 666
solatia 20
Moriones alendi non sunt 648
fatuos ocij causa simulant, insulsi interdum sunt 645
Morionum autoritas apud priscos nulla; consuetudo Principibus indecora 192
quatenus toleranda 192.645
gratia apud Principes nimia 644
Morositas Principem inamabilem reddit 148. 151
Mors bona vita ærumnosa potior 602.659.670. 701
honesta vita turpi melior 45.p.334.415.602
ineuitabilis 660
pietatis præmium; portus tutissimus 656
pro iustitia gloriosa 98
sapienti & virtuoso non timenda 19.20
senis non acerba 673
seruat legem æquam 119.175.185
seruitute longa tolerabilior 158
Mortis acerbitates refutatæ 671
agon difficillimus 675
descriptio à Secundo philosopho tradita 657
dies fixus 75
ignotus 186.564
elogion 656
fuga naturalis 1.p.80.663
improuisæ exempla 602
initium die natali, finis emortuali 659
meditatio frenum viciorum 545
timor à mala conscientia 80.657.669
naturalis 2.p.675
vtilis 664
Mortem ne metuas, bene viue 658
omnes præproperam putant 672
quid difficilem faciat ibid.
sibi consciscere impium 660
in Morte nihil mali est 671
Mortui iustissimum habent iudicem 658
Mortuorum nemo de morte queritur 657
Mortuis parcendum 158.696
parta quies 613
Moses Israelitarum dux 81
Mulier, vide Fœmina
Mulierum est conuidiari 55
vindictæ cupiditas 57
Muliebris ingenij descriptio 299

Mundus aliud physicis, aliud Theologis & vulgo significat 621
amatores habet plurimos 633
antiquum obtinet 117.171.635
calamitatis hospitium 622
dolosus captator 627.633
impostor callidus 564.624.625
inconstans 627
nihil perfectum & perpetuum dare potest 628
resistendo vincitur 627
vana spe multos decipit 301.626
Mundi corruptelis resistendum 302.539
creatio & gubernatio DEI opus 25.398
descriptio secundum theologos 621
detestatio 60.193.302.538
dominus & princeps 622
præstigijs multi fascinantur 624
Munerum corruptelæ iudici fugiendæ 475
Murranus ob superbiam regno excidit 152
Murrani Latinorum reges ibid.
Murcia dea, Muta dea 38
Musicæ occultæ nullus est respectus 432
Mutationes reipubl. damnosæ 27.p.3.112
Muti ciuitate eiecti 350
Mutorum amor claudestinus 262
Myrtis Lydorum regina doctissima 368

N.

NAdabus igni exanimatus 81
Narses ab æmulis accusatur 54
Christianus religiosus, dux bello clarus, in Ecclesiam munificus 51
contumelia iritatus bellum mouet 55
Eunuchus, Valentiniano carus 55
placidè moritur 56
Totilam vincit, triplex elogium consequitur 52
Natalem diem celebrant Imperatores 412
mors comitatur 674
Natura arborum fœtus munit 278
conseruationem sui amat 218
DEO obedit 5.p.
hominibus nouerca est 591
praua emendatur diligentia 427
Naturæ dotibus pleriq; abutuntur 678
Natura repugnante frustra laboratur 357
Nauigatio ærumnarum gymnasium 58.345
hyberna periculosa 580
Necessaria fortiter ferenda 669.
Negotiatio Principe digna 149
Nembrodus monarchiæ primæ autor, in Italiam venit 115
Nemo bonus pauper, malus diues 50
contentus sua sorte 6.p.636
damnandus non dicta causa 450
enatat cum sarcinis 214.577
expers miseriarum 389.632.634
felix in terris 172.634
prorsus bonus vel malus 157
satis solus sapit 270
sine crimine 19.49.62.235.426
viuit perpetuò 106
Nero amat Popæam 18.p.
matris occisæ vterum inspicit 321.681
vltimus Cæsarei sanguinis 681
Neronis effigies combusta 13
infamia perpetuò durabit 155
quinquennium laudatum 158
vita improba, leges bonæ 637
vox laudata 487
Nescis, quid vesper ferat 664
Nicostrata alio nomine Carmenta 367
Nihil perfectum 26.p.
Nil sub Sole nouum 151
Nitimur in vetitum 238.239.268
Noæ conseruatio miraculosa 25
filij 115
Nobilem degenerare à maioribus turpissimum 562.574
Nobiles contendere cum plebe indecorum 403
imperandi auidi 402
superbi 67.90
Nobilitatis hodiernæ cum antiqua collatio 574
Nobilitatem sibi parare gloriosum 4
Nocumenta, documenta 208.376
Nolæ templum non ingrediuntur 396
Non nasci optimum 589
Non videmus manticæ quod in tergo est 295
Nosse se ipsum summa sapientia est 590
Nothi apud Ægyptios ingenuis æquati 232
Athenis serui, & exhæredes 218
parentibus opprobrio sunt ibid.
Nouerca matris loco amanda 697
Nouitatis homo cupidus 24.p.28.p.172
Nudum armato congredi dementia est 192.390
Numa Capitolium condidit 20
religiosus 65
Numantia euersa 514
Numidarum vxores modestæ 251
Nuptias ætate vigentes contrahant 442.367
aurum, non virtus hodie conciliat 259
Nuptiales ritus varij & ridiculi 233
Nutriendæ lacte materno sobolis argumenta & causæ 317. & seq.
Nutricis à tyranno interfectæ nullum exemplum reperitur 320
ingenium spectandum 336
mutatio crebra noxia 328
nutrimentum 331
tempe-

temperamentum 329
valetudo 328
vita 327
Nutrices ambitiosæ 328
abstemiæ sint 332
alumni linguam forment 358
Venerem fugiant 333
Nutritoris boni electio difficilis 400

O.

OBedientia laudata 224
Obiurgationes leniendæ 61
Obscœna Principe præsente non dicenda 642
Obscœnitas verborum vitanda pueris 397
Obtrectatio contemnenda bonis 145. 209
parata rectè factis 144
Obtrectatores pestilens hominum genus 145
Occasionis breue momentum 55
Occasiones peccandi corrumpunt 261
fugiendæ 259. 444
Ocium fugiendum 264. 279
pernicioſum 8
schola viciorum 338
Oculi in amore duces 201. 262
Oculorum munus ad Principem accommodatum 139
Oderunt peccare boni Virtutis amore 9. p. 33. p.
mali formidine pœnæ 382
Odium exæmulatione graue 55
Officia dignis danda 90
Olei & ceræ significata 286
Olfactus munus ad Principem accommodatum 140
Olympicorum ludorum celebritas 75
Onus matrimonij 296
Opum amator, famæ contemtor 640
Orandum quid sit, homines nesciunt 111
Oratio animi index 146. 166. 296. 352
ornamentum hominis proprium 350
Orbitas fugienda 229
Ordo DEVM autorem habet 117
in omnibus seruandus 270. 285
Ordines omnes DEO probati 6. p.
Orphanotropheion Indorum 343
Opera verbis præponderant 131. 196. 208
verbis difficiliora 207
Ops dea 34
Osculum Impp. & Consulum 143
Osculo propinqui agnatas excipiunt 333
Ozæ interitus 83

P.

PÆdagogus sanctè viuat 14
Pædonomus Romæ constitutus 402. 404
Paganus Censorem repetundarum postulaturus Romam venit 456
Palæmon felicitatem in eloquentia ponit 171
Palæologi Imp. mirificè curati historia 330
Panthea Abradatæ vxor fidissima 237
Papyrius filiam abortu amittit 277
Samnites sub iugum mittit 276
Parare facilius, quam tueri 314. 380
Parentes diu viuendo in liberorum manus veniunt 320
filiorum prauitate contabescunt 679
honorandi 525
vitrici potiùs quàm parentes 433
Parentum cura princeps liberi 282. 518
negligentia damnosa 12
Parentibus plurimum debemus 318
Paris Helenam rapit 262
Parthenius magistrorum Antiochi Coryceus 426
Parthi bellicosissimi 508
Parua non contemnenda 600
Pater in liberis repuerascit & viuit 218
magistri filiorum vitam obseruet 425. 427
magistrum filio bonum eligat 400
solicitus sit de filiorum educatione 428
Patris cura sint connubia filiarum 265. 268
gloria filijs ornamento est 3
ex filij vita pendet 433
peccatum filius non luat 86
præcepta magno filij æstiment 690
Patrum seueritas laudanda 12
Paterni voti summa 434
Patriæ amor naturalis 7. 373. 376
caritas filiorum amori præferenda 685
Patriæ prodesse glorioſum 3
Patientia magnum Principis decus 146
Patientia DEVS placatur 617
Patroclus Corinthiorum Rex degener 680
Paullus Diaconus historicus 64. p.
Pauor deus 40
Pauperes mortui sunt viri summi 569
Pauperum in festis publicis cura diuites decet 143
rationum habenda in officijs 476
Paupertas honesta diuitijs turpibus potior 396. 574
ingenium acuit 7
melior quàm auaritia 554
non est summum malum 378
tyrannidis causa Principibus 46
virtutis incentiuum 6
Pax Christianis commendata 507
ficta bello aperto pernicioſior 355
honesta victoriæ cruentæ præferenda 367
omnibus necessaria 142

optima rerum 499
Peccantum multitudo impunita 723
Peccatum seruitutis causa 107.118.119
Peccatorum agnitio salutis initium 295
vltor DEVS 80
Pecunia dea 38
Pecuniam crescentem cura sequitur 564
Pecuniæ Principi necessariæ 45
rerum gerendarum nerui 23
translatæ in alios, pretiosæ 553
Pellex Augustæ ex filij nutrice 327
Pellonia dea 38
Pelopidas liberalis 573
Perdicea Alexandri Magni profusionem taxat 570
Peregrè omnia emenda 7
Peregrin habi u à ciuibus distincti 9
Peregrinantis optimum viaticum virtus 7
Peregrinationes amicos conciliant 58
improbatæ apud Spartanos 27. p.
molestijs plenæ 345
peritiores reddunt 7
Perfectio omnis à DEO 62
Perfidiæ pœna iusta 54
Periandri æuum, eloquentia, 157
epitaphium 156
leges Corinthijs datæ 158
Periandri duo 156
Perillus taurum æneum imbuit 206. 210
Persæ peregrinos mores inuehi vetant 453
tuba sonora cœnæ signum dant 604
Persarum principum mos in mensæ socijs 338
Pertinax Imper. verecundiam in puero probat 441
Pestilentia ex aere infecto 598
num fugienda 456
Romæ grassatur 456. 652
Petendi, dandi & accipiendi leges 584. 646
Phædon supplicium instrumenta ex legatione affert 380
Phalaris amantissimus sapientum 205
criminum septem sese reum fatetur 604
erga æruminosos misericors 605
Perillo dignam mercedem persoluit 206
senem lasciuum obiurgat 526
Phalaridis epistola 209
responsum Philosopho datum 5
sententiæ politicæ 207. & seq.
vitia plurima, virtus vnica 205
Pharaonis interitus 25
Pharus turris 164
Philippus Macedonum Rex anum interpellantem audit 455
è iudicum albo quendam expungit 473
militem modestum habet 517
Philippi ad Aristotelem epistola 212
filio nato lætitia 211
monitum ad Alexandrum Filium 337
Philosophi alij aliorum placita carpunt 66. p.
amantes libertatis 196. 203
paupertatis 161. 203. 213
contemti nostro æuo 193
corporis curam negligunt 183
de mundo variè disserunt 620
liberi sunt 196
Principibus familiares 53. p.
Regum præceptores 405
Philosophorum autoritas apud Græcos 193
de DEO opiniones 28
opera propria 203
relegatorum sepulcra 649
sectæ variæ 60. p. 363
veterum curriculum vitæ 162
Philosophia facere docet, non dicere 434
Philosophiæ initia, progressus, sectæ 59. p.
scopus 667
Philtris amor non parandus 242
Phocion Alexandri munera respuit 574
Phœnix 700
Phormio de bello disserens, ab Annibale ridetur 9. 10. p.
imitatores multos habet 14. p.
Phrygia Asiæ granarium 36
Pietas vitæ decus 20
virtutum omnium fundamentum 69
Pij cognomen omnibus præferendum 606
Pindari æuum; excellentia in Musicis & philosophia 163
opinio de felicitate, oratio rudis, vita probata 164
Pisistratus absque amicis esse non potest; auaritia infamis, mortuus qua pœna affectus 567
Pistus Augusto intimus, ad quæstiones varias respondet 281
monita tradit pro grauidis 283
Plancus Censor fœminas increpat 324
Plato discipulas habet doctissimas 362
Principi adimit affectus priuatos 454
tria hominis bona statuit 597
vxores vult esse communes 230
Platonis annus magnus 620
Plorantes nascimur 565
Plus vltra, symbolum Caroli V. Cæsaris 48. p.
Plures sunt mali 447. 625
Plutarchus Traiano intimus 134
leges dat 638
Traianum de Principis officio docet 135
& magistratuum minorum 472
Podagrici diutescunt 346
Pœnæ magnitudo grauitatem peccati ostendit 25. 81. 82. 87

tardita-

tard'tatem grauitas compensat 26.565
Pœnis & præmiis continetur ciuitas 381.446
similibus similia delicta adficiantur 680
Pœnitentia necessaria 79
non differenda 547.550.664.665
non diuturna 301
Poetarum de diis nugæ 16
Poetis mentiri licet ib.
Pollio M. Aurelii amicus 6
Pollio Rhetor 12
Polycrata Pythagoræ filia 365
Polygamia veterum 165
Pomorum esus non salubris 347.598
Pompeius Principalia præcepta in libello consignat 692
Ptolemæi fraude perit 602
Pompeii colloquium cum Riphęorum montium accolis 299
exitus infelix 88
sponsalia inauspicata 36
victoriæ 88
Poppæa Neroni amata 18.p.
Populi alii ab aliis subacti 27
Porcia Bruti filia carbones deglutit 237
Portulus deus 39
Porus ab Alexandro victus 513
Potentum amicitiæ colendæ 534
studiis indigent potentes 72
Potentiæ iuncta improbitas reipublicæ exitiosa est 190
Potestas omnis à Deo 105
Præceptor Principis arduum munus gerit 433
malus proditore deterior 428
Præceptores munere funguntur sanctissimo parentum loco habendi 432
qua ætate optandi 12
vitia discipulorum non dissimulent aut eleuent 428
Præcipere recte facilius, quàm agere 381.560
Præcipitantia damnosa 209.233
Prælia fortes viros requirunt 44.p.48.p.
Præmia bene meritis danda 2.142
Princeps, pœnas alius curet 449 693
virtutes nutriunt 2.3.85
Præsides Iudææ grauiter accusati 492
Primi variarum rerum autores 114
Princeps Capiti comparatus 135
Dei imago 71
Deo præuio cuncta agat 32
diues pauperi, vtilis bono præfertur 46
errans admonendus 56.p.
gladium non gestet 450
iustitiæ non dominus, sed custos est 453.470
lacrymas miserorum abstergat 605
Legi suæ pareat 132
manus ipse nemini afferat 450
obligationem suam bellum moturus consideret 504
officio suo satisfaciens, vitiosus esse nequit 51.p
omnes benigne audiat 140.455
patrem bonum imitetur 138
periculum non temere adeat 93 97.98
reipublicæ thesaurus verissimus 433
republica nihil carius habeat 454
securus quinam moriatur 32
senum simul & iuuenum conuictu & sodalitio gaudeat 692
similis araneo 153
gnomoni 134
supremi iudicii semper meminerit 32
virtutibus omnibus ornatus sit 139
vmbræ arboris similis 32
vnius fidei ne committat omnia 96.207.692
vnius virtutes sequi, omnium vitia fugere debet 51.p.
Principis boni idea 294
cura prima Deus sit 63
Deus solus iudex 56.p.
error plurimis nocet ibid.
fauor odii incentiuum 212.694
gloria in quibus sita 434
iactura grauissima 409
iræ non obsequantur consiliarii 500
legendi leges à Bante traditæ 77
vita, lex optima 638
Principi de fine suo cogitandum 130
peccata ciuium imputantur 71
subditorum notitia necessaria 140
Principem bonum ministri mali dehonestant 452
breuiloquentia decet 6.134.532
candor commendat 265
erudire arduum munus 433
formare operosum 8.p.13.p.
lacrymæ quando deceant 215
liberalitas ditat 551
monere operosum 8.p.
ornat eloquentia 353
Princeps optime potest describere 15 p.
sumptus necessarii non depauperant 49
virtus venerabilem facit 688
vitam quibus rebus deceat impendere 470
in Principe duo spectanda 190
quæ requirenda 77
quid optandum 154
Principes adolescentes noxæ 97
auari odiosi 551
boni pauci 46
casibus & morti æque vt plebeii sunt obnoxii 94.119
Christiani plus Deo debent, quàm pagani 32.38

INDEX.

cultores Dei sint præ cæteris 80.143
cum egenis conuersentur 152
Dei clientes 31.69
Deo cogentur rationem reddere 71.80.472
debent omnia 31.71
Deum solum opitulatorem habent 69
Dii sunt 71
exemplo plurimum prosunt vel nocent 7. p. 70. 190. 416
ferre calumniatores assuescant 145.653
famæ causa faciunt & ferunt omnia 289
homines sunt 37.p.
in luce versantur 153.194.224.685
in oblectamentis circumspecti sint 469
lucrantur dando 571
mansueti sint 131
ministris veteribus credant 412
morientes à nemine monentur 663
mortuorum etiam consilia petant 431
nolunt argui 123
non sint mancipia viciorum 627
noui priscis comparantur 95
obligati sunt ad multa 32
ob virtutem creati 3
pari cum cæteris conditione sunt 55.p.593
patriam ædificiis ornent 49
patricias honorant 67
patroni sint Ecclesiæ 32
pauperum in primis curam gerant 607
philosophorum consuetudine gaudent 53 p.
pietate cæteris præstare debent 69
quæstores non sint 49
rarò verum audiunt 126
spernant improborum vituperia 653
studeant grauitati 469
sua tueantur 506
vasallos Dei se esse agnoscant 31
videant, quos quibus negotiis præficiant 412
virtutis expertes mancipia 627
virtute subditis præstent 130
vitæ prodigi non sint 470
vnum aliquem sibi imitandum proponant 52.p
Principum adolescentum cogitationes refutatæ 686
dignitas & excellentia 7.p.
domestici quales sint, permagni interest 441
erga moriones profusio vituperata 644
felicitas breuis & incerta 72
gloria maxima, quòd sint Christiani 31
momentanea 118
ignauia reipublicæ noxia 455
impiorum subditi infelices 32
incuria confusionis causa 495
iuuenum, qui degenerarunt, exempla 679. & seq.
laudatorum congeries 50.p.
liberi vnde vicioſi 387.677
maximorum virtutes imitandæ Principi 51.p.
morbi à Deo 42
morientium cura maxima sint tutores filiorum 442
munus sanctissimum 7.p.
mutationes crebræ noxiæ 195
næui dissimulandi 155.
officium proprium 13.p.134
ornamenta viri sapientes 207
vicioſorum congeries 46.p.
Principibus coniugium necessarium 223
duo præstanda 32
ministrorum fidem innotescere vtile est 427
ordo vitæ seruandus 285
scurrarum sodalitium vitandum 414
venatio quæ decora 470
Principes bonos mali sequuntur 409
de Principibus loqui periculosum 197
Principalia præcepta à Pompeio consignata 692
Principalis muneris finis 499
Principatus incommoda 7.p.126.127
Principium rei pars potissima 329
Principiis obsta 270.387.436
Prisscilla Caligulæ nutrix sæua 336
Priuatim malus, publicè nunquam bonus 4. p. 449
Priuilegia matronis Romanis concessa 331
meritis tribuenda 650
Probitas laudatur & alget 301
Problemata Bianti proposita 76
Proceriores vecordiores 177
Prodigii Siculi historia 476
Prodigia cladis nuncia 56
procurata 67
Profusio reprehensa 45
Promethei leges de Principe 450
Promissis quando non standum 76.584
Propugnacula ab hoste capta damnosa 399
Prosperitas calamitatis præuia 255.566.602.631
nulla sincera 422.631
Ptolemæus quintus vsque ad profusionem liberalissimus 272
Ptolemæus Soter doctissimus, sapientum amantissimus, Stilponem amat 212
Ptolemæi Philadelphi amores, monimentum Pharos 164
Publicum bonum priuato præferendum 438
Publica priuatos sibi vendicare iniquum 20
Pudicitia fœminæ summum decus 257
res fragilis & irrecuperabilis 263
Romanis sancte culta 319
Pueritia castigatore semper indigent 407.436
mature imbuenda virtute & literis 356

puero-

Puerorum occulta vicia non dissimulanda 428
Puerperæ quid agendum 315
Pugnæ in terris primæ causa 114
euentus 115
Pulcritudo, vide forma.
Punicorum bellorum initium 37.274
Pylades Pantomimus relegatus 643
Pyrrhus à Curio victus 272
Cineæ victorias suas imputat 216
conciliandorum sibi hominum artifex 351
crudelis 336
facundus 351
gratias deo pro tribus agit 216
in Italiam transit 37
puellam amat 263
Tarenti obsessus spem verbis simulat 84
Tarentinorum defensor 273
Pyrrhi annulo insculpta verba 689
Pythagoras filiam habet doctam 365
moriturus filiam alloquitur 366
mutos ciuitate eiicit 350
sororem habet eruditissimam 363
Pythagorici dominia rerum approbant 107

Q.

Qvæstiones non omnes responsione dignæ 147
solutæ à Biante 76
à Pisto 281
à Thalete 133
Thebano philosopho propositæ 406
variis de causis proponuntur 160
Qualis inuenieris, talis iudicaberis 660
Quartana M. Aurelio molesta 173
Principis, continua febris reipublicæ 330
Quies dea 41
homini necessaria 691
quomodo paranda 282
Quinquaginta anni vitæ terminus 545.673
Quinque crimina sine venia 682
Quinque familiæ Romæ nobilissimæ 371
Quintius Cincinnatus Dictator 394
Imperium Rom. auget 20
Q. Curtius Alexandri res gestas scripsit 64.p.
Qui quæ vult dicit, quæ non vult audit 74.294
Quod cito fit, cito perit 29.p.
Quod supra nos, nihil ad nos 590
Quot capita, tot sententiæ 627

R.

Raræ fumant felicibus aræ 295.478
Ratio hominis propria 357
hominem à bestiis secernit 446
meliora videt & probat 419
potius sequenda, quàm appetitus 5.p.
Rationis reddendæ cura diligentiæ stimulus est 353
Rationem Deo singuli reddere cogentur 32.550
ducem, non vulgum sequamur 566.625
Ratione regnante, appetitus exulat 685
Recreatio inter labores necessaria 691
Regillianus tyrannus sepulturæ honore caret 450
Regnum à Rege pendeat, an contra 137
occupari facilius, quàm retineri 5
præstantissimum omnium rerum 7.p.216
virtuti delatum 4
Regni perituri τεκμήρια 199.497
Regna à Deo constituta 119
religione maxime discrepant 106
Rex est, qui Regem non vidit 504
vnicus esto 108.136
Regis circa religionem officium 103.104
Reges Iouis alumni 446
Regum familiaritas periculosa 44
omnia sunt 454
Religionis Christianæ excellentia 15.16
perpetuitas 27
vindex Deus 79
Religiosi munus 13.p.91
diuersum à Principis officio 13.p.
Remedia omnibus molestiis inuenta 585.625
Reprehendere facillimum 25.p
vsitatissimum 65.p.146
Responsiones non sint præcipites 147
Res spectandæ, non verba 26.p.
Restituenda, quæ iniuste possidentur 86
Restitutionem milites abnuunt 93
Rhadagaisus Gotthorum rex immanis 22
cum exercitu interit 24
Statilini ædem euertit 35
Rhodii certaminis inter fœminas doctas arbitri 360
negligentes in disciplina ab Æschine taxantur 387
Rhodiorum mos in recipiendis rebus nouis 27.p.
Riphæorum montium accolæ barbari, seorsim ab vxoribus habitant 299
mortuos læti efferunt 300
post annum quinquagesimum vitam turpem putant 545
Risus nimius viro graui indecorus 414
Robigus deus 38
Rodericus Hispanicæ historiæ autor 64.p.
Rogare humanius, quàm imperare 45
Rogerius Episcopus Theodosium baptizat 101
Roma à ciuibus oppugnata 273
Camesa prius, inde Valentia appellata 118
degenerat 15

ingra-

ingrata aduersus bene meritos 672
lux orbis terrarum 8
morbis obnoxia 598
septem Reges habuit 65
superborum Principum mater 116
Romæ degenerantis deploratio 373.418.434.494.
510.515.516
hypotyposis 374
Romani Bacchum Martis loco colunt 348
bella in immeritos mouent 460
clementes cognominati 485
disciplinæ puerilis seruantissimi 402
duces strenuos sibi adiungunt 51
erga bene meritos grati 66
Hispaniam propter metalla inuadunt 506
imperium multis seculis partum breui spatio amittunt 72
in bello feroces, in pace moderati 189
in cognatos animaduertunt 255
insatiabiles 459
leges à Græcis petunt 637
histrionibus dant 640
libertatis tenaces 112
ludos in publico celebrari volunt 639
morem in bello suscipiendo quem seruarint 512
nobilitati fauent 100
ob iustitiam tot triumphis ornati 446
Principum sobolem honorant 100
pudicitiæ curam gerunt 254
religiosi 65 640
senes venerantur 523
soboli augendæ legem ferunt 524
spectaculis & ludis dediti 413
tonsoribus aliquot seculis caruerunt 33.p.
veteres graues 417
vinci se ægerrime ferunt 436
viros fortes honorant 51.90
vxores dominas vocant 298
Romanorum ad Augustum dilectio 498. 505
bella 318
blasphemiæ in Christum 24
contentio cum Græcis de primatu 132
fatum peculiare 4
felicitas vnde 68
fortitudo 40.p.
grauitas & constantia 28.p.
instituta quinque memorabilia 14
mos laudatus 604
pauor in bello Gothico 22
paupertas & virtus 310
prouidentia in rebus omnibus 182
Reges primi 65.112
religio 310
sanitatis tuendæ instituta 598
vitia 460
Romanæ reipublicæ pestis 417
Romulus Romæ conditor 20.333
asylum aperit 485
senes in senatum legit 526
vini vsum fœminis interdicit 333
Roscius cum Cicerone contendit 641
Rosmarinus fascino medetur 344
Ruana dea 39
Rubicon Italiæ & Galliæ terminus 53
Ruffinus pectine sauciatus moritur 402
Ruffinus Stiliconis in tutela collega 442
Ruina elationem sequitur 44
in summo præceps 15
Rumia dea 35
Runcina dea 38
Rutilius Cos. ædem Lucinæ incendi iubet 34
legem contra adulteros fert 333

S.

SAbina Fuluii concubina lactans concipit 334
supplicio remisso relegatur 335
Sabinarum opera pax reconciliata 223
Sacerdotem non decet adulari 50.p.
Sacerdotes honesti sint 14.604
mariti 81
militia abstineant 514
Sacrificium quod Deo gratissimum 69
Sacrilegii pœnæ 88.89
Saladini amiculum ferale 676
Salomonis Regis delitiæ, magnificentia, de mundi vanitate sententia 623
Samatius morionem se 30. annos fingit 642
Samnites Romanos sub iugum mittunt 276
Samuel filios populi rectores constituit; Regem populo poscenti dat 110
Regis ius exponit 111
Sanitas bonum inæstimabile 597
Sannionum consuetudine nobiles gaudent 647
Sapere est non nimium sapere 612
Sapiens consilia audit 424
inter fatuos elucet 415
multa dissimulat 671
non tantum in præsentia defixus est 432
solitariam vitam amat 19
Sapientem nihil mirari decet 431
non nisi sapiens cognoscit 14.p.431
temporis rationem habere decet 19
Sapientes viri diligenter indagandi sunt Principi 191. 211
non expertes affectionum humanarum 431
omnibus in rebus modum seruant 416
quomodo decipiantur 406
seculi sui ornamenta 63.p.

vitam vitalem reddunt 201.205
Sapientum conuictu tyranni vitia sua tegere cupiunt 203
malo exemplo subditi deprauantur 418
nota est tolerantia 282
Sapientia liberos facit 420
Sardanapali interitus 116
Sarmatæ bellicosi, pauperes, vini auidi 167
Satanæ curiales 42.81
Satietas fastidium parit 23.p.
Sceleris supplicium in scelere 46
Scientia fastidii & satietatis expers 23.p.
imperfecta in singulis 62.p.621
sine virtute noxia 156
Scientiæ incrementa sua habuerunt 62.p.
Scipio Africanus Ennium honorat 216
fortis & felix 215
ob histrionum familiaritatem reprehensus 651
in exilio mortuus 672
radi solitus 34.p.
septem deos in bulla gestat 69
Scipio Asiaticus collectaneæ precibus flecti se patitur, princeps Senatus, de Antiocho triumphat 319
Scipionis vox laudata 505
Scopuli aulicorum 44
Scortatio Christianis fugienda 219
Scripta infamiam mortuorum propagant 430
Scriptorum monimentis immortalitas comparatur 64.p.
Scurræ nimis gratiosi apud Principes 644
Scythæ armentorum studiosi 38
Secreta tegenda 285
Seculum Saturni aureum 62.p.
Secundus Philosophus mortem vt definierit 657
Securi minimè tuti 601
Seditiosorum exitus tragici 18.136.207
Segetia, Seia deæ 39
Seleucus coniuge cedit filio 425
filii magistris ephorum addit 426
Semiramis idololatriæ autor 116
incesta 46.p.
Semper felici nihil infelicius 634
Senatus Rom. Bruxillum philosophum veneratur 18
quos vult deos facit 29
vrbem præsidiis munit 22
Seneca fortunæ non credit 600
matris cuiusdam luctum taxat 659
Varronem triplici consilio instruit 285
Senectus ærumnosa graue supplicium 524
experientiæ mater 345.601
hominem prorsus immutat 188
honorata quænam 420.541
longa plena malis 674
morti proxima 544
nemini pudori sit 532
non intellecta obrepit 187
Senis temulenti pœna 529
Senes à quoto anno censendi 526
luxurioſi allio similes 549
morosi sunt ob quinque causas 533
ornamenta sunt ciuitatis 526
repuerascere si possent, cautiores fierent 599
sint honesti in vestitu 531
sobrii in potu 528
temperantes in cibo 527
veraces & candidi 53
suadeant, iuuenes agant 22
venerabiles sunt 523
virtuti studeant 527.543
Senum amatorum definitio vera, excusationes ineptæ 549
comitatus Principem ornat 699
monita iunioribus audienda 345
mortem vxores iuuenculæ haud ægre ferunt 671
mundiciæ ineptæ 531
nequam pœnitentia peruersa 543
peccata grauiora quàm iuuenum 152.536.546
potatorum certamen 530
Sententiæ libros ornant 17.p.
Septem sapientes 73.132
Septenarium in multis Græci iactitant 73
Sepulcra asyla 671
mortalitatis nos admonent 185.186
vetustate sanctiora fiunt 649
Sepulturæ sumtuosæ cura inanis 596
vanitas 186
Sermo sapiens animi pabulum 285
Serò sapiunt Phryges 306.429.600.690
Seruitus morte grauior 22.158
naturæ institutum 108
Seruitutis nemo exors 113
origo 107.115.119
Seruorum conditio cum Regis statu comparata 113
Seueritas vtilis 8
Seuerus Imp. libertate gaudet 571
magistrum & discipulum improbum punit 430
Sextus Chæronensis 12
Sextus Pompeius sacrilegii pœnas dat 89
Sicilia granarium Europæ 36
tyrannorum altrix 137.210
Siculorum leges de pœnis iniuriarum 137
Sicyonii Lunam venerantur 340
Sicyoniorum lex mutationem reip. vetat 112
Reges dissimiles 158
regnum antiquissimum 340
Silentium miseris familiare 296

Silenus à Mida captus 588
orationem habet Philosopho dignam 589
Simiæ fœtus suos nimis amant 316
Simoniæ peccatum grauissimum 85
Simonides felicitatem in gratia ponit 170
Simultatum inter Principes & subditos causa 150 189
Sindualdus Brentorum Rex deficit à Romanis 53
in crucem à Narsete agitur 54
Soboles nasci debet ex validis 442
Sobrietas grauidis vtilis 279
Societatis humanæ initium 29.p.
Socrates adolescentem loqui iubet 252
digamus 231
mortem non timet 658
omnia vult esse communia 107
Socrus oderunt nurus 610
Sodalitium Principis quale esse debeat 194. 197. 198
Solatium à non dolente frigidum 676
Solatia apud morientes intempestiua 662
Solertia plus quàm vis efficit 235
Solitudo amanda 19
Solon iudex inter patrem & filium 383
vtrunque multat 385
legem fert de senum iuuenumq; pœnis 536
legumlator Athenienſium 75
Solonis lex de spurijs 218
Somni laus 163
Sophia Iustini minoris vxor, auaritiæ notata 43
beneficentiam Tiberij reprehendit ibid.
eiusdem electionem probat 44
Sophia Augusta Narsetem contumelia afficit 55
Sophocles felicitatem statuit in prole generosa 171
Sophonisbæ & Masinissæ amor 262
Spectaculis vulgus delectatur 162
Spes vana animam excruciat 44
Spe sublata, conatus perit 302
Spinienſis Deus 38
Splendor vnius multos obscurat 22.p.
Spoliatis arma supersunt 573
Statilinus Deus 35
statua Bruxilli in curia 18
Scipionis argentea 40
Corneliæ 372
Virginiæ 68
Statuæ fœminis doctis Rhodi positæ 642
heroum, virtutis calcar 40 p.
quibus poni solitæ 18
Stephanio histrio virgis cæsus relegatur 642
Stiliço tutor & ephorus filiorũ Theodosij M. 442
Stiliconis cum Philosopho colloquium 195
filios Theodosius mensæ adhibet 442
Stilpo felicitatem in potentia ponit 170
Stimula dea 38
Stoicorum de Deo opinio 30
Strabi 205
Studiorum finis 667
similitudo amicitiam conciliat 582
Stultorum plena omnia 646
Stultissimus quis 281
Subditi noui clementer habendi 493
opulenti Principi necessarij 45
Principum exempla imitantur 70
Subditorum culpa Principes asperi 109
felicitas ex Principibus pendet 32
iniuriæ à magistratibus propulsandæ 466
Succinum Romæ in precio 19.p.
Superbia Cæsaribus exitio est 152 153
ex prosperis oritur 602
peccati initium 5.p.593
punita in Principibus 151
Superstitio Ethnicorum execranda & multiplex 116
in nutriendis infantibus 340
fugienda 342
viduarum ridicula 68
Supplicia extra mœnia de sontibus sumpta 333
Supplicijs Princeps ne gaudeat 449
Sylla Marij & Cæsaris æmulus 361
vitiorum maximorum autor 11.273
Syllæ crudelitas 3.10.362
filia diserta 362
vox de Iulio Cæsare 354
Syluanus Africæ Episcopus 102
Syluanus deus 40
Synatus à Synorige interfectus 239
Synodi Hipponenſis decreta 103

T.

TAbula monitorum Principalium aduecta à Lucullo 695
alia Commodo à patre moriente tradita 700
Tacendi non minor virtus, quàm loquendi 147
Taciturnitas laudata 426
Talionis pœna iustissima 276.327.458.523
metuenda filijs improbis 696
violentis 461.510
Tarentini filias solas hæredes faciunt 378
pellices habent 230
Tarquinius Priscus religiosus 65
Superbus Lucretiam stuprat 46.p.152.272
ob superbiam regno pulsus 152.680
Temperantia senes decet 527
Templa priscis sacrosancta 28
religiosè habenda 63.697
Tempus accurate metiendum 76.285
bonum malumq; 286
quod rectè collocetur 558

Temporis definitio 59
iactura grauissima 19
magna vis 22.p.59.p.176
Terra quæuis suis alendis sufficit 502
Testamenta maturè facienda 664
Thales è VII. sapientibus 73
Thaletis æuum, cœlibatus, inuenta, paupertas voluntaria 132
de mundo sententia 620
responsiones ad varia quæsita 133
solertia in paranda pecunia 132
Thalestris Alexandrum M. amat 262
Theatri ruina; Theatrica dea 41
Thebarum admiranda 173
Thebanus in filium indulgens à Philosopho obiurgatur 388
Thebani ædificationis studiosi 174.580
cõrporis curæ dediti 64
Lacedæmoniorum leges expetunt 380
multa habent singularia 174
Themistoclea Pythagoræ soror & magistra, historiam scripsit 364
Themistocles felicitatem in nobilitate ponit 171
Theodobertus Francorum Rex 52
ex Italia discedens duces relinquit 53
Theodosius à Valente occidi iussus baptizatur 101
filium Episcopo commendat 102
Firmum opprimit 100
Theodosius Imp. moriturus filiis ephoros præficit 194
filios Stiliconis fidei committit 195
Theodosii de mortis contemtu sententia 659
de Principe bono monitum 192
de Principis sodalitio vox memorabilis 441
elogium 197
pœnitentia seria 195
seueritas in educandis filiis 442
Thersites virtutis expers 587
Thesaurus vbi & cor 578
Thraces notis sponsos compungunt 234
sæui & immanes, nutrices habent temperantes 331
vxores plures ducunt, & promancipiis habent 244
Tiberius Cæsar mortuus diris deuouetur 29.680
potator maximus 337
Tiberius Constantinus Imp. curator Iustini 42
eleemosynas largiter erogat 43
Iustino succedit 49
Sophiæ obiurganti placidè respondet 47
thesaurum inuenit 50
virtute excellit 49
Timonis Regis de vitæ bonis maximis quæstio 502
Titus Largius Dictator primus 418
de Volscis triumphans sororem amittit 273
T. Vespasianus diem se perdidisse dolet 572
præmiis quàm pœnis promtior 449
seni præfertur 195
valetudinarius 329
Tolerantia M. Aurelium ad imperium euehit; Principi necessaria 146
Tonsores Romæ recepti 33.p.
Totilas Italiam affligens, à Narsete vincitur 52
Torquatus bellum cum Volscis gerit 312
Traianus Imperator à Nerua adoptatus 682
aniculæ audientiam dat 139
censores Principum redarguit 158
Decebali scomma refutat, filium ob mendacium regno multat 437
decus immortale sibi parit 155
histrionem audire recusat 641
in loquendo parcus 157
Philosophorum amantissimus 134
Tranquillitas vitæ tribus rebus paratur 386
Tributa Principes accipiunt, vt sint patroni iustitiæ 455
Trinitatis erga homines beneficia 31
Tristitiæ veræ effectus 599
Triumphus magno constat duci 508
primus naualis 274
Triumphi gloria prœliorum ostendit pericula 508
vt rei vanissimæ detestatio 509
Troianorum dii extorres 27
Trophonius & Agamedes præmium pietatis mortem accipiunt 656
Tueri parta virtutis est 380
Turbulenti coercendi 8.18.100
Tu si hic sis 676
Tutilina dea 39
Typographiæ abusus 69.p.
Tyrannidem retinere arduum 5
Tyrannus à Principe differt 449.455
reipublicæ corruptor 115
Tyranni auari mors multis lucrosa 568
est aliena inuadere 124
Tyranni suspicionibus indulgent 33.p.101
vltores scelerum 109
Tyrannis sepulturæ honos negatus 174.322.568

V.

VAgitanus deus 34
Valens Imp. Arianus 22.91
Arianos episcopos Gotthis dat, digamus est 92
monachos militare cogit, Orthodoxos persequitur 91
prælio victus fugit; in casula crematur 93
quorum nomen à Theod. incipit, occidit 101
Valentinianus cœnobium intrat 94
digamiam sancit 92

febri extinctus, ab Ambrosio defletur, Gratianum F. Augustum appellat 96
honori fidem Christianam anteponit 94
Imperator electus; omnibus dotibus ornatus, 95
officiariis nimium tribuit 94
præfectus prætorio
Valerius Gratus Iudæis præses 490
Valetudo in dies decrescit 350
prospera, bonum eximium 6
Vallonia dea 38
Vani homines garruli 296
Vanitas omnia 623
Varietas delectat 26.p.70.p.623
Varro Consul ad Cannas victus in luctu perpetuo viuit 276
vxorem amittit 275
Varro deorum multitudinem ridet 28
Vbi maxime securi, ibi minime tuti sumus 350. 600
Vbi thesaurus, ibi cor 578
Veientium à Camillo victorum dii Romã translati 66
Venationis studiosi Principes 469
Venenum veteres secum habebant 330
Veneno altæ puellæ historia 329
Verba rem prouisam sponte sequuntur 9 p.
Verecundia maximum fœminæ decus 257.303
Principi puero conuenit 440
Verissimus M. Aurelii filius puer moritur 409.668
Veritas amanda Principi 141.533
hominis summum decus 365
nostro æuo in doctrinis patefacta 61.p.
potentissima 60.p.
spectanda historico 364
temporis filia 61.p.
Vespasianus in filio infelix 682
Vestitus alius aliam ætatem decet 531
nequitiam obuelat 619
Veteres non omnia viderunt; laude sua non fraudandi 60 p.
recentioribus longe præstantiores 138.359
viam posteris aperuerunt 61.p.
Vexatio dat intellectum 631
Viator iter explorat antequã illud ingrediatur 435
Vices rerum 43.p.67.276.564.673
Vicia fastidium sui facile pariunt 701
non minus virium, quàm virtutes, postulant 428.509
omnibus exosa 46 p.
plus nobis, quàm elementa nocent 622
puerorum arcana non tegenda 428
singulorum vrbibus non asscribenda 619
Viciis maior vis, quàm virtuti est 436
omnibus prætextus parati 552
Victores formidabiles sunt 65
victorum vicia imitantur 74
Victores clementia decet 66
Victoria à Deo 26.99.462
culta pro dea 37
cum dedecore non probatur 168
è bello iniusto non speranda 23
plerunque crudelis 17
precibus impetranda 97
Video meliora proboque; deteriora sequor 300. 302. 539. 540
Videre grauius, quàm audire 467
Vidua ærumnosa 609
castitati studeat 619
luctui resistat 614
quid petere à Deo debeat 616
Viduæ miseriores, quàm vidui 608
omnium iniuriis obnoxiæ 699
reipsa, non verbis subleuandæ 617
solitariæ sint 35
voculas omnium incurrunt 608
Viduis vitandæ ineptiæ in luctu & vita omni 618
Villani in Senatu oratio 457. & seq.
Vinci ab inerti molestum 600
Vindicta diuina tandem euigilat 458.494.562.565
Vindictæ diuinæ spes miseros solatur 458
Vineæ excindi in Italia iussæ 348
Vinum ex aceto rursus non fit 681
nutrici noxium 332
Virgo inter sidera 445
Virgines Vestales castæ sint 14
Virginia pudicitiæ plebeiæ aram dedicat 67
statuam promeruit 68
Viriatus diu Romanos fatigat 393
Viri boni idea 613
Viri boni placabiles 351
tetragoni 678
tyrannis exosi 101
ciuitas, non muri 462.551.688
fœminas vt ament, natura adducuntur 300
fortes & sapientes Regibus necessarii 337
libidini vagæ indulgent 294.328
suspicaces 292.293.306
Virorum leuitas incusatur 291.293
præstantium mors lugenda 613
sed moderate 614
Viris indecorum male de fœminis loqui 359
Virtus hodie exulat 9
in medio posita 618
regnanti & alios castigaturo necessaria 688
Virtutis descriptio & commendatio ibid.
laus omnis in actione posita 382
pestes quatuor 46.391.678
studium non operosius, quàm viciorum 428
via ardua 42.p.229
Virtuti nullum rependi par præmium potest 689

Visitandi regiones vrbis consuetudo vetus 479
Visitatores prouinciarum 961
Vita assidua sit pœnitentia 665
breuis 299
calamitatis ergastulum 670
gladio similis 187
laboribus non fatiganda 300
longæua non expetenda 673
longa malis non optanda 2.p. 630
raro expers infamiæ 19
mors potius, quàm vita est 595
mortis meditatio sit 660
nemini mancipio data 119.659.669
nos fugit, mors sequitur 187.674
orationi sæpe non respondet 202. 208. 301. 411. 418. 460. 613
peregrinatio est 269
turpis orationem bonam dehonestat 416.418
Vitæ æternæ felicitas perfecta 7.p.
alterius spes virtutis calcar 162
amor naturalis 1. p. 662
contemtus 545
finis æquo animo ferendus 79.167
incertus 117.301
genus certum eligendum 6.p.219
genera omnia DEO probata 5. p.
saturitas aliqua est 378
securitas omnibus opibus potior 187
Vitam alteram non sperantes vitijs omnibus indulgent 162
quis odisse debeat 630
Vitâ hominis nihil fragilius 389
fugacius 175. 537
periculosius 540
Viuere difficilius, quàm mori 658
Viuimus, vt moriamur 674
Vltio diuina quò tardior, hoc grauior 26
iucunda 16
Vmbilico fornicis Princeps similis 130
Vni sæpe respub. creditur 196
Vnoculus monstrosus 312
Volumnus & Volumna dij 36
Voluntaria coactis constantiora 149
gratiora 68.188
peccata grauiùs punienda 208
Voluntates varijs artibus conciliandæ 148
Voluptas Epicuri 161
nusquam sincera est 502
Voluptates momentaneæ sunt 79.185.375
Voracitas reprehensa 528
Votum Gotthorum 23
Vota seruanda 102
Vrbes Asiæ minoris celeberrimæ 200
Vrbium clarissimæ 88.174 526
origo 30 p.
Vsus magister optimus 14 p. 639
Vt quimus, aiunt, quando vt volumus non licet 630
Vtraq; pars audienda iudici 383.430
Vulgus mutabile 28 p.
non semper rectè iudicat 49 p.
Vulgi de Principis grauitate iudicium vanum 154
Vulnera fortium decora 45.p.184
Vxor bona phasiano, improba vulpi similis 307
mala castigari non vult 306
viro bono dedecori est 5
mariti voluntatem pro lege habeat 235.251
nihil habet proprium 252
Vxoris bonæ iactura grauissima 607
est maritum placare, non irritare 56
malè moratum quoq; tolerare 236
improbæ descriptio & detestatio 296
modestæ encomion 248
næui marito dissimulandi 293
maximè in publico 305
Vxori bonæ mariti iactura grauissima 608
præcepta traduntur 245
Vxores à Romanis dominæ appellantur 298
cum maritis mortuæ 238. 280
grauidæ quomodo à maritis tractandæ 278. & seq.
priscis plures 165. 231

X.

XAnthippe Socratis vxor 231
Xerxes bellum ob caricas Atticas mouet 505
in deos impius 88
punitur 89

Z.

ZElator virtutum, non celator viciorum sit præceptor Principis 429
Zelotypia malorum causa 231
fugienda 245
Zeno Philosophus luctator 165
Ptolemæo Philadelpho carus 164.

FINIS.

Errata aliqua.

Lib. 1. *numero superlineari* 11. *sent.* 3. *pro solicitudinem solitudinem* 16. 2. *impensus impensu.* 128. 2. χρηφὸν, χρηστὸν. 140. 7. παραμυθῆσαι. 164. 2. ἐννόησον. 173. 7. κτῖσαν, κτῖσαι. 7. *habuêre, dum. ordinanda dele.* 199. 2. *Meum fecerat. l. morem fec. Lib.* 2. 219. 2. *protectus, profectus.* 227. 2. οἵδε τρόποι. *ult.* ἄχρηστος. 292. 9. *de presto.* 294. 15. βλάψειε. 295. 9. *pro* εὐδ' *lege* ὧδ' *ibid.* 17. *Arist. Scal.* 3. *poet.* 14. & 17. γαμοῦσιν. 297. 11. *pro mentem, mortem. penult.* τιγμὴ. 299. παντοῖα. 5. ὀξύῤῥοπος. 314. 4. *Arist. Oecon.* 334. 11. εἰκὸς. 350. 20. *difficil.* 352. 11. *Malim limam rationis, pro linguam.* 354. 6. ἐν αὐλῇ. 359. 10. *quando la gallina.* 368. πρᾶγμα. 372. 7. *nascitur.*

